IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN SEPTIMVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCI

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.

SVMME VENERABILI ET CELEBERRIMO

CAR. AVG. GOTTLIEB KEIL

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI SACRARVM DOCTRINARVM PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO IN VNIVERSITATE LITERARVM LIPSIENSI CAPITULI CIZENSIS CANONICO ATQVE SENATUS ECCLESIASTICI LIPSIENSIS ADSESSORI

VIRO INGENII ET ERVDITIONIS FAMA FLORENTISSIMO

VNIVERSITATIS LIPS. NON MINVS QVAM REIPVBLICAE LITTERARIAE ORNAMENTO

AMICO VETERI ET CANDIDO

CVIVS SINGVLARI AMPLISSIMAEQVE LITTERARVM COPIAE ATQVE LIBERALITATI ETIAM HOC BIBLIOTHECAE GRAECAE VOLVMEN PRAECLARAS DEBET ACCESSIONES ET LVCVLENTISSIMA MIRAE SOLIDAEQUE SCIENTIAE DOCVMENTA

NEC NON CELEBERRIMO

IO. BAPTIST. CASP. D'ANSSE DE VILLOISON

CIVI GALLICO ET PROFESSORI LINGVAE GRAECAE VVLGARIS AD BIBLIOTHECAM PVBLICAM PARISIENS. CONSTITVTO MVLTARVM ACADEMIARVM LITTERAR. SOCIO

VIRO TANTAE HVMANITATIS ATQVE COMITATIS QVAM MEMET IPSVM A PLVRIBVS ANNIS ABVNDE EXPERTVM ESSE GRATO ANIMO PROFITEOR MEMOR QVOQVE VOLVPTATIS QVAM OLIM EX COLLOQVIO VIRI ELEGANTISSIMI EX ITALIA IN GALLIAS PER ERLANGAM REDEVNTIS CEPI, QVANTA INGENII ET MVLTARVM LITTERARVM LAVDE FLORENTISSIMO

CRITICO SVBTILISSIMO ET ACVTISSIMO

IN IPSA GRAECIA HABITANTI

CVIVS INCREDIBILI STVDIO ET SOLLERTIAE LITTERAE GRAECAE ET IPSA BIBL. GRAECA FABRICIANA MVLTA DEBENT ORNAMENTA

HOC

VOLVMEN SEPTIMVM

SACRVM

ET

TAMQVAM TESSERAM PIAE GRATAEQVE MENTIS
ESSE IVBET

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES.

PRAEFATIO.

Volumen hoc *ſeptimum*, quod offero TIBI, LECTOR BENEVOLE! TVAEque commendo indulgentiae, vt opinione atque exſpectatione ſerius prelum relinqueret, non mea culpa fugaque laboris factum eſt. Continet autem maximam partem libri V. ſiue voluminum quinti et ſexti vet. edit. in quibus agitur de ſcriptoribus graecis chriſtianis et de graecis auctoribus annalium atque hiſtoriae tam eccleſiaſticae, quam Byzantinae. Mecum quidem

dem constitueram, patres, qui vocantur, et scriptores ecclesiasticos seiungere a reliquis profanis auctoribus, illorumque historiam, a Fabricio enarratam, et necessariis accessionibus locupletandam, separatim edere. At enim, quod multi scriptores ecclesiastici iidem vel annales et chronica concinnarunt, vel historiam exposuerunt Byzantinam, atque Fabricius artissime coniunxerat eos: metuendum erat, ne illorum capitum distractione maior oriretur confusio, bis eadem dicerentur, corpusque Fabricianae bibliothecae nimis discerperetur. Quare, quantum fieri potuit, in hoc volumine pristinum retinui ordinem: qui tamen in priore parte, me inscio inuitoque, aliquantum perturbatus est. Nam, quod vener. mihique a pluribus annis amicissimus KEIL, Doctor et P.P.O. doctrinarum sacrarum in litterarum vniversitate Lipsica celeb., me rogante, illius partis, in qua de scriptoribus ecclesiasticis deperditis et nonnullis aliis saecul. II. et III. agitur, illustrandae susceperat prouinciam, (qua quam scite intelligenterque sit functus, quilibet facile perspiciet, nec erit, quod studium ac diligentiam illius amplissimis praedicem verbis; at meum est, VIRO Optimo atque integerrimo gratias palam persoluere debitas) post pag. 334. sequi debuit caput II. de *S. Athanasio* et *Ephraimo Syro* cum meis supplementis. Atque diu antea mstum miseram librario, viro honesto. Sed, nescio, quo fato, aut cuius incuria factum sit, (forsan, quia plagulae, a me prelo paratae, propter temporis longinquitatem memoriam oculosque typothetarum effugerant,) vt ope-

operae in caput IV. *de Eusebio* etc. siue pag. 30. vol. VI. vet. edit. (nam caput III. a quo initium vol. VI. in edit. vet. factum erat, de *Constantino M.* in superiore volumine iam locum suum obtinuit,) subito inciderent et nihil erroris suspicantes continuarent laborem. Atque error errorem, sed h. l. facile condonandum, gignere solet. Namque in linea suprema, vbi volumen et paginae veteris editionis indicari solent, a pag. 535. vsque ad pag. 729. loco *vol. VI.* perpetuo excusum est *vol. V.* Illud vero *de Athanasio* etc. caput quoniam in hoc volumine postea commodo loco haud potuit inseri: cogor, ne ordinem misere turbem et misceam summa imis, vt post sectiones de scriptoribus Byzantinis postliminii quasi iure reducam atque reponam.

Praeter ea symbolam contulit et sectionem de *Methodio* (pag. 260. sqq.) copiosis doctisque animaduersionibus auxit ornauitque ven. et vinculo adfinitatis mihi iunctissimus, SIXT, Doct. et P. P. O. sacrarum litterarum cel. in Altdorfina litterarum vniuersitate. Reliqua capita ego qualibuscumque, quae mihi quidem necessaria videbantur, aut erant cognita, amplificaui supplementis. Neque vero ignoro, plura potuisse latius explanari. At primo, (vti iam pag. 2. in nota monui,) quae de scriptoribus ecclesiasticis, eorumque vita, fatis, doctrina, placitis aut etiam erroribus potuerant fusius explicari atque declarari; ea potius pertinent ad historiam ecclesiasticam, et

ab iis, qui aut ſata atque hiſtoriam coetus chriſtiani perſequi ſolent, aut ſingulorum vitam in peculiaribus libris enarrare, iam vberrime expoſita ſunt, et in vtramque partem disputata. Quapropter ad illos ablegare huius partis hiſtoricae cupidos ſatius eſſe duxi. Deinde viri docti, quorum auctoritas apud me plurimum valet, et ipſe operis huius redemtor, *Bohnius* meus, cuius vt ſententia multum ponderis habeat, eſt neceſſe, valde vrguent, iure poſcunt, vt vela contraham, opusque quantocius perducam ad exitum, ne, vt alia haud leuia praetermittam argumenta, grandi mole lectores atque emtores deterreantur. Sunt quidem alii, nec pauci, viri docti, praeſertim exteri, qui ſuadeant, vt nihil, quod olim collegit ad B. Gr. et edidit Fabricius, omittam, immo vero omnia exponam latiſſime, quia non cuncti omnia, ad quae prouocem, ſcripta, aut vbi a Fabricio olim recepta, a me autem excluſa, reperiantur repetitaue ſint, ad manus habeant, et tamen deſiderent legere, et quae aliae ab illis adduci ſolent rationes, eaeque admodum validae nec iniuſtae.

Arduum igitur opus eſt, omnium VV. doctorum voluntati reſpondere. Interea tamen propter temporis iniquitatem omniumque rerum caritatem, quae maximam Europae partem premit, marſupiis multorum funeſto diuturnoque bello exhauſtis, neceſſitati et Bohnii mei voluntati cedendum eſſe exiſtimaui. Quare non ſolum breuitati ſtudui quam maxime; ſed etiam

plura

plura, quae Fabricius infarferat, partim forfan aliis laboribus diftrictus ad volumen explendum, partim, quia ipfius aetate nondum fuerunt euulgata, refecui. Sic omifi pag. 20. *Hermae* fragmenta, et pag. 149. excerpta *Theodoti* priora, cauffasque omiffionis fignificaui. Volumini quinto vet. ed. fubnexuerat Fabricius *Leonis Allatii* doctas diatribas de *Nilis* eorumque fcriptis, atque de *Pfellis* et eorum fcriptis, additis fupplementis et animaduerfion. nec non eiusdem *de libris ecclefiafticis Graecorum differtatt. duas, quarum vna, diuinorum officiorum potiores vfitatioresque libri percenfentur; altera Triodium, Pentecoftarium et Paracletice examinantur, ad edit. Cramoifianam Parif. MDCXLIV. additis notis, fupplemento et indice, atque elencho alphabetico Melodorum graecorum.* Infuper Allatii diatribae de Pfellis, ad edit. romanam Mafcardi a. 1634. recufae, fubiunxerat *Mich. Pfelli* Διδασκαλίαν παντοδαπὴν *fiue de omniuaria doctrina capita et quaeftiones ac refponfiones CXCIII. ad Michaelem Ducam, imp. CPolit. ex apographo Lindenbrogiano, quod exftat Hamburgi in bibl. S. Iohannis, graece nunc primum editam et latine verfam.* Omnino doctae funt Allatii diatribae; at longiores, quam vt in hac noua editione poffint commode recudi, praeterea multa continent, quae a Bibliotheca graeca iure queant abeffe. Quare potius, quando ad *Nilos* et *Pfellos* proceflerit oratio, notatu digna neceffariaue ex illis libris dabo excerpta.

Pſelli autem de omnigena doctrina capita ideo repetere nolui, quia opuſculum minus integrum eſt, nec omnino correctum. Sunt enim illa capita CXCIII. (Fabricius autem reuera ediderat tantummodo CLVII.) in codd. regiis *Taurinenſibus* CCCXXXI. et CCCLXVII. Atque confector catalogi codd. regg. Taurinenſ. gr. pag. 414. adſeuerat, Fabricium perperam putaſſe, in capp. CLVII. quae publicarat, omnia haberi argumenta, quae in cod. Allatiano capp. CXCIII. diſtincto. „Inſtituta enim, ait, accuratiſſima codicis comparatione cum editione, ſingulisque capitibus ad amuſſim expenſis, reuera in editione Fabriciana triginta quinque capita deſiderari adnotauimus, quae in codice noſtro, Allatiano prorſus ſimili, leguntur: cui quidem codici alius etiam adſtipulatur, inferius recenſendus, (n. cod. CCCLXVII.) eadem omnino capita complectens. Multum igitur abeſt, vt integrum Pſelli opuſculum Fabricius ediderit: et vberior profecto ex codd. noſtris parari poteſt, eaque correctior, quum multis in locis variantes ſint lectiones non parui momenti."

Quod ad *Leonis Allatii* opus de libris eccleſiaſticis Graecorum etc. adtinet; id per ſe doctum eſt vtileque lectu, permultaque egregie ſcripta congeſta continet: nec tamen pauca, quae ad antiquitatis chriſtianae potius, quam ad litteraturae graecae hiſtoriam, ſiue ad Biblioth. Gr. ſint referenda. Rebus ſic ſe habentibus, num id integrum inſtar ſupplementi aliquando ſit ad-

adtexendum, an in compendium redigendum, an plane remouendum a noſtra B. Gr. tempori et eruditorum iudicio relinquendum mihi videtur.

Praeter ea in altera libri V. parte ſiue in vol. VI. vet. ed. in hoc autem vol. VII. pag. 741. ſqq. *Nicetae* fragmentum de ſtatuis aeneis igni traditis etc. et pag. 744. ſqq. *argumenta librorum Nicetae theſauri orthodoxae fidei*, alibi obuia, a corpore B. Gr. tamquam membra in praeſenti haud omnino neceſſaria reſecui.

In volumine autem ſequenti poſſe, arbitror, excludi *Pſelli* encomium in metaphraſten Symeonem, in primis indicem capitum in *Eudociae* Ἰωνιᾷ, et quae de *Conſtantini Porphyrogeniti* caerimoniali copioſe fuerunt relata: ſiquidem vtrumque opus, Fabricii aetate adhuc ineditum, poſtea lucem adſpexit. Omittam denique, ſi viris eruditis placet, conſpectum chronologicum hiſtoriae CPolitanae, indicem patriarcharum CPolitan. poſt captam a Turcis CPolin, atque catalogum imperatorum ac patriarcharum CPolitanorum, ordine alphabeti compoſitum. Pari ratione, ſi deus vires vitamque conceſſerit, in reliquis voluminibus pertractandis, ne langueſcat ſtudium emtorum et operis redemtoris, verſabor, iis, quae ad bibliothecam graecam proprie non ſpectent, aut alibi iam excuſa proſtent, excluſis, et iis duntaxat, quae maxime neceſſaria videantur, quantum praeſtare mihi, tenuium virium probe conſcio, licebit, colligendis ſupplendisque.

TV vero, L. B. conatibus meis fauere pergas, et fidem ac sollertiam *Beckii*, (cuius liberalitati atque eruditioni praeterea haud paucas easque egregias debes accessiones,) atque *Kunoelii*, virorum celeberr. in tollendis peccatis typographicis grato animo mecum agnoscas velim. Equidem ego mihi ipse viderer ingratus inhumanusque, nisi viris illis praestantissimis mihique amicissimis gratias palam agerem, quas possum, maximas.

Scr. Erlangae d. XXVIII. April. cIↄIↄcccI.

[I. A.

[I. A. Fabricii praefatio ad volumen quintum veteris editionis,
scripta ad priorem edit. a. 1712.]

AD LECTOREM.

Scriptorum veterum Christianorum, siue ecclesiasticorum, notitia ita multifariam et tam multorum virorum eruditorum stylo tradita est, vt Io. Andreas Bosius, ingens cum viueret gloria Salanae Academiae, librum paene compleuerit recensione Auctorum, qui in hoc genere elaborarunt. Post illam publicatam Bosii introductionem, recentissimique ab eo laudati *Philippi Labbei* S. I. de scriptoribus ecclesiasticis edita Volumina, in eodem stadio cum laude decucurrerunt Viri praestantissimi, in Gallia quidem candidus miraeque diligentiae, modestiae ac probitatis scriptor, *Seb. Nanus de Tillemont*, qui tamen non vltra prima quinque saecula est progressus, vti *Nic le Nour-*

ry,

ry, monachus ord. S. Benedicti, vir et ipſe doctiſſimus, non vltra ſecundum: *Lud. Elias du Pin*, theologus Sorbonicus, cuius quoque in argumentis breuique quorumlibet etiam maximae molis et varietatis ſcriptorum eccleſiaſticorum tradendo conſpectu verſata eſt induſtria, *Natalis Alexander*, ord. Praedicator. monachus, ſed qui in hac ſcriptorum notitia, niſi vbi criticas controuerſias de dubiae fidei monumentis attingit, de induſtria breuior eſſe voluit, atque *Caſimirus Oudinus*, Praemonſtratenſis tum presbyter, poſtea reformatis ſacris addictus, qui minus in graecis, plus in ſequioris maxime aetatis latinis monumentis perſequendis ſtudii adhibuit. Galliae quoque originem debent *Franciſcus Combefiſius*, ord. Praedicator. qui tomo primo Bibliothecae ſuae Concionatoriae, de ſcriptoribus bene multis eccleſiaſticis haud contemnendas obſeruationes praemiſit, et *Paulus Colomeſius*, Anglicanae eccleſiae presbyter, cuius non adeo prolixa quidem, ſed ſelecta et minime protrita de S. E. paralipomena ſaepius viderunt lucem, tum ambo Annalium eccleſiae, doctiſſimi aetate noſtra ſcriptores, *Antonius Pagi*, ord. Minorum conuentus S. Franciſci, poſt abſolutum opus ſuum Aquis Sextiis a. MDCXCIX. defunctus, et alter etiamnum, ac diu opto ſuperſtes Zutphaniae, *Samuel Baſnagius*, Flottemanuillaeus, qui vtrique dum Baronium ſuum ſupplent vel caſtigant, non pauca etiam de Scriptoribus eccleſiaſticis monuere haud poenitenda. Ex Anglis venerandus meritis, eruditione ac virtute ſenex, *Guil. Caueus*, omne punctum tulit non modo Vitis SS. apoſtolorum patrumque et tot aliis perennibus ingenii ſui monumentis ad eccleſiam veterem intelligendam et amore proſequendam egregie facientibus, ſed et praecipue data in manus hominum hiſtoria ſcriptorum eccleſiaſticorum litteraria, quae a dignis vtriſque longiore vita viris, vtriſque eheu in flore aetatis extinctis, *Henrico Warthono* et *Roberto Gerio*, Cauei genero, per tria poſtrema ſaecula producta, et ſecundis iam curis praeſtantiſſimi Auctoris locuple-

cuple-

cupletata, tertio iam eiusdem ſtudio longe etiamnum auctiorem ſe ſiſtere publicis vſibus geſtit. Ex Germanis noſtris praeter B. D. *Balthaſarem Bebelium* in Antiquitatibus eccleſiae quatuor priorum ſaeculorum et laudata in hoc genere ſcripta Reu. Viror. *Io. Gotfridi Olearii*, Arnſtadienſis praeſulis, cuius Abacus Patrologicus ſuperiore anno longe prodiit locupletior ſub titulo bibliothecae ſcriptorum eccleſiaſticorum: *Seu. Waltheri Sluteri*, antiſtiis, cum viueret, meritiſſimi Lauenburgenſis, atque *Caſp. Sagittarii*, doctoris hiſtoriarum publici in Academia Ienenſi, τȣ͂ μακαρίτȣ, memorandum duco inprimis doctorem quondam meum, nunc inter coelites adſcriptum, *Thom. Ittigium*, theologum ac Superintendentem Lipſienſem. Qua ille accuratione et fide, quam inſigni apparatu et ſtudio de patribus Apoſtolicis et ſcriptis primi ac ſecundi ſaeculi, eorumque doctrina, haereſibus et controverſiis commentatus fuerit, quamque diligenter paullo ante mortem recenſuerit veterum patrum collectiones et bibliothecas, ex editis ipſius ſcriptis iam omnibus patet, ſperoque fore, vt, quae de tertio etiam et quarto ſaeculo priuatis ſcholis tradidit, publicae luci ſimiliter intra breue tempus exponantur. Vt vero poſt tot tamque praeclaros viros etiamnum auderem in hoc argumento ſpicilegium moliri, mouit me partim, quod, doctoribus eccleſiaſticis omiſſis, hiulca et parum integra fuiſſet futura mea graecorum ſcriptorum hiſtoria: deinde quod viderem nonnulla mihi eſſe ad manus, vel praeterita aliis, vel quae curatius aut diſtinctius fortaſſe, praeſertim quod ad editiones et verſiones ſcriptorum adtinet, poſſem explicata adiungere, qua quidem in parte num operae pretium fecerim, vel in proximis voluminibus, quae adhuc chriſtianis ſcriptoribus impendenda erunt, facturus ſim, iudicium Tuum erit, Lector Beneuole. Nec cum mala Tua, vt ſpero, gratia hoc cepi conſilii, quod cum Graecorum recentium doctiſſimus, *Leo Allatius*, capita quaedam, a me non praetereunda, occupaſſet, fuſiusque explicaſſet,

ego actum agere nolui, ſed diatribas eius de *Nilis*, *Pſellis et de libris ecclesiaſticis Graecorum*, quae rarius hactenus a ſtudioſis comparari et euolui potuerunt, integras curaui recudi, cum meis animaduerſionibus et ſupplementis, Melodorumque Graecorum Elencho. *Quaeſtiones Michaelis Pſelli* ad Michaelem Ducam, imp., quas, antea ineditas, Allatio de Pſellis addidi et latine verti, debeo ſingulari Ampliſſimi Senatus huius vrbis beneficio, qui illas ex bibliotheca publica Iohannea mihi liberaliter ſuppeditauit, et cui illo nomine conceptiſſimas gratias mecum habebis. Quae porro in hoc volumine tibi a me offerantur, ſi veluti in tabella paucis cognoſcere iuuat, age hunc indicem percurrere ne grauator: *)

*) *Fabricii* praefat. ad vol. VI., quod tantum continet indicem et eorum, quorum vita ſcriptaque perſequutus eſt in illo vol. et deinceps erat enarraturus, typis renouare nolui *Harl.*

INDEX

INDEX CAPITVM

HVIVS VOLVMINIS SEPTIMI

Bibliothecae graecae libri V. et VI. de Scriptoribus graecis

Christianis aliisque, qui vixere ante Constantinum M. et post illum vsque ad captam a. Chr. 1453. a TURCIS CPOLIN.

CAPVT I.

 et

*) De *Thecla*, Aegyptia, eius aetate etc. contra Grabium aliosque copiose disputat *Aug. Anton. Georgius* in fragmento euangelii S. Iohan. graeco-copto-thebaico etc. Rom. 1789. 4. praef. pag. XCII. sqq. Theclae acta p. XCVII. sqq.

†) Hanc sectionem de Melitone et reliquas de scriptoribus saeculorum II. et III. deperditorum, a ven. *Keilio*, Theologo Lipsico; sect. XXIX. a ven. *Sixtio*, theologo Altdorfino; reliquas vero sectiones capitum in hoc volumine a me obseruationibus varii generis esse locupletatas, in praefatione iam declaraui: quod semel monuisse sufficiat.

XXXIV.

*) Typothetae culpa factum esse arbitror, vt a plag. *Aaa* error paginarum, qui per reliquas plagulas serperet, committeretur: nam loco 341. et sic porro numeri 369. et sic reliqui deinceps positi sunt.

CAPVT V.

Peccata quaedam typographica, in quae forte incidi.

Pag. 1 in indice argument. scr. *XIX. Tatianus et Athenagoras.* **XX.** *Theophilus Antiochenus.*
— 88 *not. c.* col. auersa, lin. 8. leg. *Iren.*
— 89 *not.* c. — — — 12. — *inanem operam.*
— 92 lin 17. leg. *recentioris.*
— 103 not. *x* lin. vlt. leg. *perpauca.*
— 115 not. *ii* post primam lin. reponenda est illa linea, *phorum gentilium in Guil. Morellii Tiliani tabu-* quae per errorem in col. auersa linea notae vltima facta est,
— 129 lin. 20. leg. *hist. linguae* gr.
— 150 not. *e* lin. vlt. leg. *Probabb.*
— 521 not. *qq* lin. 13. leg. *fit, vt..*
— 539 not. *aa* lin. 1. leg. *Eudociam.*
— 545 not. *tt* lin. 6. leg. *Kollar.*

Reliqua vt ipse, L. B. corrigas, peto a TE contendoque.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBER V. (vol. V. vet. ed.)
DE SCRIPTORIBVS GRAECIS CHRISTIANIS, ALIISQVE, QVI VIXERE A CONSTANTINO M. VSQVE AD CAPTAM A. C. 1453. A TVRCIS CPOLIN.

CAPVT I.
DE SCRIPTORIBVS CHRISTIANIS ANTE CONSTANTINVM M. IMP.

I. *Codex Apocryphus N. T.* II. *Cotelerii Patres Apostolici.* III. *Grabii spicilegium Patrum [Rusel bibl. apostolica, et Münter fragmenta].* III. *Testamentum XII. Patriarcharum et Acta S. Pauli et Theclae.* IV. *S. Barnabas eiusque Acta et Epistola.* V. *Scripta Dionysio Areopagitae supposita, vt videtur ab Apollinarii discipulis.* VI. *Eorum interpretes, codd. et editiones.* VII. *Epistola MS. ad Timotheum de morte Petri et Pauli.* VIII. *Deperdita scripta.* IX. *De Hermae Pastore loca veterum et de fragmentis graecis Cotelerio praeteritis.* X. *Editiones.* XI. *Pastoris Presbyteri Acta Praxedis, virginis. Pastor, episcopus, Gennadio memoratus.* XII. *Clemens Rom. eique supposita scripta codd. mspti et eorum editiones.* XIII. *S. Ignatii Epistola et Acta.* VIV. *Alii Ignatii. ibid. S. Polycarpi et Smyrnensis Ecclesiae Epist. atque de S. Pionio.* XV. *Iustinus Martyr.* XVI. *Index scriptorum ab eo citatorum.* XVII. *Martyres Lugdunenses et S. Irenaeus.* XVIII. *Index scriptorum, laudatorum a S. Irenaeo.* XIX. *Theophilus Antiochenus.* XX. *Tatianus et Ammonius.* XXI. *Clemens Alex.* XXII. *Index scriptorum ab eo laudatorum, plenior quam editus a Nurrio.* XXIII. *Excerpta Theodoti cum latina versione hactenus inedita Francisci Combesis.* XXIV. *De S. Melitone et scriptoribus aliis saeculi secundi deperditis.* XV. *S. Hippolytus Portuensis.* XVI. *Alii Hippolyti ibid. Origenes et de eius scriptis paralipomena quaedam.* XXVII. *Index scriptorum ab Origene laudatorum.* XXVIII. *Gregorius Thaumaturgus.* XXIX. *Methodius Patarensis.* XXX. *Alii Methodii.* XXXI. *Archelaus, Carrharum Episc.* XXXII. *De S. Dionysio Alex. et aliis saeculi tertii scriptoribus deperditis.*

[Cum auctario *G. C. Harles.*]

I.

Post ea, quae de scriptoribus sacris Noui foederis dicta a me libro superiore quarto [vol. IV. pag. 755. sqq.] sunt, et quae de suppositis apostolicorum temporum scriptis in codice apocrypho Noui Testamenti, Hamb. 1703. 8. notare me memini, prima iam deinceps tria a CHRISTO nato saecula percurrere iuuat, non, vt virorum praeclarorum, quae in manibus omnium sunt, de scriptoribus ecclesiasticis commentaria com-

 pilem;

pilem: sed praecipua adtingendo eruditos eorum labores qualicunque obseruationum spicilegio augeam, illustremue a).

II. Ad

a) Nec ego volo commentarios de scriptoribus ecclesiasticis compilare, multo minus, ne falcem in alienam immittere messem videar, de scriptoribus illis copiose agere aut ambitiose iudicare; sed iis tantum, quae Fabricius congesserat, quantum fieri potest, notatu quaedam digna adiicere. Atque iam Fabric. in praefatione ad hoc volumen quosdam VV. DD., qui in hoc litterarum genere aut diligenter aut probabiliter quidem versati sunt, generatim nominauit. Multos, qui huc pertinent libros, congestos et citatos reperies in *Io. Georg Walchii* bibliotheca theolog. selecta, tom. III. qui integer dicatus est historiae eccles. litterariae; praecipue a sectione tertia de scriptis ad historiam eccles. N. T. spectantibus, secundum tempora, nationes populosque, argumenta, etc. Lips. 1762. mai. 8. — in catalogo biblioth. *Bünauianae*, in tomo III. qui scriptores historiae ecclesiasticae continet, praecipue in vol. I. historiam ecclesiae vtriusque foederis vniuersalem, iudaicam, patres ecclesiae, concilia, historiam noui foederis, antiquitates sacras etc. continente, (Lips. 1755. 4.) et in cel. *Noesseltii* Anweisung zur Kenntniss der besten allgemeinern Bücher in allen Theilen der Theologie, part. I. sect. 3. §. 289 et 329-335. Ego vero in Introd. in hist. L. Gr. t. II part. 2. in capite IV. de patribus et reliquis scriptoribus ecclesiasticis, pag. 166-176. haud paucos nominaui libros et scriptores, huc pertinentes: quibus addi possunt.

Guil. Caue antiquitates patrum et ecclesiasticae, ex sermone anglico in germanicum translatae. Bremae 1701. 4.

M. Gottlob. Frid. Gudii, V. D. M. Laubae Lusatorum, bibliothecae disputationum et obseruatt. de selectis historiae eccles. capitibus specimen: ad ordinem compendii Kranziani adornatum. Lips. et Laubae. 1743. 4. quod nunc posset locupletari.

Institutiones patrologiae in vsum academicum. Scripsit P. *Stephanus Wiest*, Theol. D. Ingolstadii. 1795. 8. Pars. I. continet biographiam et bibliographiam scriptorum ecclesiasticorum; pars II agit de vsu et auctoritate illorum. Laudatur id opus in Salisburgens. A. L. Z. n. 1796. nr. 44. m. April. Contra valde culpatur, et varia, quae castiganda videantur, recensentur in Ien. A. L. Z. 1797. nr. 332. mens. Oct.

Samuel Gottlieb Lange, (in praes. nu Prof. theol. Rostoch.) de patribus ecclesiae eorumque potissimum scriptis egit in: *Ausführliche Geschichte der Dogmen oder der Glaubensmeinungen der christlichen Kirche nach den Kirchenvätern ausgearbeitet von S. G. Lange*. Lipsiae 1796. 8. tomo I. conf. Ien. A. L. Z. 1797. nr. 171. m. Maio.

De scriptis placitisque scriptorum ecclesiasticorum docte differit *Guil. Münscher*, Prof. Marburg. in: *Handbuch der christlichen Dogmengeschichte*, pars I. Marburg. 1797. pars II. ib. 1798. 8.

D. Io. Sal. Semleri Historiae ecclesiasticae selecta capita: cum epitome canonum, excerptis dogmaticis et tabulis chronologicis. tomus I. sex saeculorum. Halae 1767. 8. — Idem Semler in: Fortgesezte Geschichte der christlichen Glaubenslehre, praemissa operi,

D. *Siegmund. Iac. Baumgartens* Untersuchung theologischer Streitigkeiten. vol. I. (Halae 1762. 4.) cap. II. et III. et vol. I. (ib. 1763. cap. IV. sect. I. et vol. III. (ib. 1764.) cap. I. multa, quae ad historiam scriptorum ecclesiastic. priorum saeculorum, illorumque librorum, dogmatum atque opinionum haeresiumque cognitionem intelligentiamque facerent, docte collegit atque aperte exposuit.

D. *C. W. Fr. Walchs* (Prof. quondam Gotting.) Grundsätze der zur Kirchenhistorie des N. T. nöthigen Vorbereitungslehren und Bücherkenntniss. Gottingae. 1772. 8. ed. *quarta* auctior et emendatior, cur. *Io. Christoph. Schulz.* Gies. 1792. conf. Ien. A. L. Z. 1795. nr. 263. p. 381 [illegible]. Eiusdem Kritische Nachricht von den Quellen der Kirchenhistorie. Lips. 1770. mai. 8.

In primis commendanda est D. *I. Georg. Walchii*, (Theologi quondam Ienensis,) bibliotheca patristica, litterariis adnotatt. instructa, Ienae 1770. mai. 8.

Ad meliores historiae eccles. litterariae libros adhuc referendum est opus Sagittarianum:

C [illegible]

II. Ad *primum* et *secundum saeculum* memorandae inprimis binae scriptorum collectiones sunt, vna *Io. Baptistae Cotelerii*, qui Parisiis a. 1672. fol. Patres Apostolicos edi-

A 2 dit,

Casparis Sagittarii, (Prof. Ienens.) introductio in historiam ecclesiasticam et singulas eius partes, siue notitia scriptorum veterum atque recentium, qui vel historiam vniuersam, vel regnorum — conciliorum, colloquiorum etc. historiam illustrant; opus (post Sagittarii mortem a *Io. Andr. Schmidt*, qui etiam praefatus est, editum,) II tomis comprehensum. — tom. I. (qui iam 1694. prodiit: praefat. enim scripta est inter ipsas funeris Sagittariani curas, prid. Kal. Maii 1694. Quum igitur accessisset posterior tomus, prior nouum titulum, mutata tantum anni nota, accepisse videtur.) Atque posterior tomus est inscriptus: — Sagittarianae in historiam ecclesiasticam, *tom.* II. exhibens supplementa tomi primi et eiusdem continuationem de conciliis et colloquiis, curante *Io. Andr. Schmidio*, D. PP. ord. Theol. in acad. Iulia, (Helmstadiensi) Sen. etc. Ienae 1718. II. vol. 4. Id vnum addere liceat. Sagittarius in priore tom. p. 364. sqq. §. XVI. copiose recenset syllabum singularum dissertationum per omnes saeculorum partes ab auctore pedetentim euulgatarum exhibens *Natalis Alexandri* historiam ecclesiasticam, opus et doctum et famosum, saepiusque editum. Prima editio inscripta fuit: *Selecta historiae ecclesiasticae capita et in loca eiusdem insignia dissertationes.* Paris. 1659. *). — 1687. in 8. tom. XXXII Tot enim tomos numerauit *Schmidt* in II. tomo operis Sagittariani p. 207. *Fabr.* noster in B. Gr. vol. XII. pag. 176. vet. ed. (vbi catalogum scriptorum hist. ecclesiasticae ordine alphabetico confectum, exhibuerat,) opus, voll. *sex et viginti* constans prodiisse, notat, Paris. 1676. sqq. 8. et additis etiam selectis historiae ecclesiae V. T. capitibus Paris. 1699. VIII. vol. illas autem VI. aetates V. T. synopsi historica et variis diss. illustratas in lucem ante fuisse editas Paris. 1689. 8. VI. voll. scribit Fabr. ibid. pag. 152. *I. G. Walch.* in bibl. theol. sel. tom. III. pag 163. copiose recenset opus illud, eiusque fata et adversarios persequitur et hist. eccl. N. T. tom. XXIV. siue, vt alii numerent, XXVI. constans, primum prodiisse scribit ab a. 1676-1687. 8. dein accessisse Paris. 1689. histor. V. T. Collectores Lipsienses actorum eruditorum summam partium a saeculo IX et X. vsque ad finem operis a. 1682-1688. dederunt. Quod Natalis Alexander, pro Gallicanae ecclesiae iuribus dimicans plura scripsit, quae pontificii romano non placerent: Innocentius XI pontifex rom. tomos omnes XII. priorum saeculorum historiam complexos, vna cum ceteris auctoris operibus damnauit d. X. Iul. 1684. et seuere interdixit eius lectionem vsumve. Neque tamen illo fulmine deterritus est Natalis Alexander a tela pertexenda et absoluenda. Hanc primam edit. rarissimam, non castratam, et XXVI. tomis ac XXV. voluminibus constantem, Paris. 1679. 8. lucem vidisse scribit *Solger* in bibl. s. catal. librorum suorum, part. III. pag. 176. nr. 915-939. — Alteram edit. in octo tomos digestam, multis obseruationibus et dissertationibus aliquot, seorsim ante vulgatis, auctiorem, vulgauit *Natalis Alexander*, mutata operis inscriptione:

R. P. Nat. Alexandri — historia ecclesiastica veteris nouique testament. ab orbe condito ad annum post N. C. millesimum sexcentesimum: et in loca eiusdem insignia dissertationes — — in octo diuisa tomos: ante quidem per partes, nunc autem coniunctim et accuratius edita: rerum nouarum accessione, scholiis et indicibus locupletissimis aucta, illustrata et ornata. Paris. 1699. fol. de qua editione, (quae num sit castrata nescio, et vero dubito,) v. *Schmidt* l. c. pag. 207-209. Repetita est illa historia Paris. 1715, 1726. et 1736.) secundum Walch. l. c. sed ed. noua Paris. 1732. indicatur in nota ad Niceronium l. c. pag. 137. fol. VIII. t. — opera et studio *Constantini Roncaglia*, Luccae 1742. (apud Walch. 1734.) IX. tom. fol. — cuius edit. recusa est cum *I. D. Mansi* adnotatt. ib. 1749. et Venet. 1759. fol. IX. tom aut XVIII. tom. in 4. Ad hanc ed. Venet. pertinet:

Ad R. P. Natalis Alexandri historiam ecclesiasticam supplementum, in quo praemissa bibliotheca selecta (sed manca) historiae ecclesiasticae dictionarium eiusdem historiae ad nostra tempora perductae cum tabulis chronologicis exhibetur. Venet. 1777. fol. —

Natalis Alexandri — Historia eccl. V. et N. V. Bingae ad Rhen. tom. I-XXX. 8. 1785. sqq. v. Ien. A. L. Z. 1785. nr. 199. *Harl.*

*) Anni 1659. nota ap. Sagittarium vitiosa esse videtur: nam neque apud alium reperi, et Nat. Alexander 1639. in lucem editus, anno aetatis suae vicesimo, conscribendo illi operi fuisse

dit, inde Amstelodami A. 1698. Io. Clerico curante non sine auctario recusus, quoniam prior editio consumtis incendio *b*) plerisque exemplis rarissime conspicitur. In hoc occurrunt SS. *Barnabae, Clementi, Hermae, Ignatio* et *Polycarpo* tributa scripta ad MSS. castigata codices, versioneque et notis eruditissimis illustrata, quibus laudatus *Clericus* in sua editione animaduersiones aliorum [*] quotcunque reperire potuit virorum doctorum et suas quasdam, et Guil. Beveregii codicem Canonum primitivae ecclesiae vindicatum notasque ad Canones Apostolicos, Iac. Vsserii dissertationes Ignatianas et Io. Pearsoni vindicias Epistolarum Ignatii addidit. *Fabr.* Vide Acta erud. Lips. 1699. pag. 1. sqq. — Noua eaque et auctior et adcuratior *Clerici* editio sequuta est Amstelod. 1724. fol. II. vol. de qua v. acta erud. Lips. a. 1724. pag. 521. sqq. Edit. *Clerici* priorem copiose recenset, et tam de scriptis, quae in illa collectione insunt eorumque auctoribus, quam de editoribus atque adnotatoribus docte agit *Io. Fabric.* in historia bibl. suae, vol. I. p. 44-58 pag. 51. memorantur *Ez. Spanhemii* notae in patres apostol. Cotelerii, quae msstae lateant in bibl. regia Berolin.

III. Alteram collectionem debemus *Io. Ernesto Grabe*, Regiomontano Borusso, cuius Spicilegium SS. Patrum et Haereticorum I. et II. saeculi lucem vidit Oxonii 1698. et 1699. 8. duobus voluminibus *c*), et praeter fragmenta varia ex libris MSS. atque eruditas obseruationes, graece et lat. continet inedita ante *Acta Pauli et Theclae* e MSS. Bodleianis, et *Testamentum XII. Patriarcharum* e MS. Cantabrig. quod cum codice Oxon. contulit, addita veteri versione *Roberti Grosthead*, episcopi Lincolniensis, ad duos MSS. codices recensita *d*). Qui singula, in vtroque huius spicilegii volumine comprehensa, distinctius nosse volet, praeter Ephemerides litterarias librum laudati Doctoris mei, *D. Tho. Ittigii* de bibliothecis Patrum pag. 699. seq. euoluere poterit, vbi Actis Theclae, totique adeo illi narrationi fidem detrahit variis argumentis. Testamentum XII. Patriarcharum recensere atque recudendum dare animus est in codice pseudepigrapho V. T. [et dedit illud cum Grabe praefatione in cod. pseudep. cit. pag. 496. sq. ed. II. Hamb. 1722. 8.]

Aliae Epp. collectiones sunt: bibliotheca patrum apostolicorum Graeco-Latina, qua continentur *Clementis*, *Ignatii* et *Polycarpi* Epp. praemissa est diss. de patribus app. auctore *Io. Ittigio*. Lips. 1699. 8.

Epistolae SS. PP. apostolicorum Clementis, Ignatii et Polycarpi, atque duorum posteriorum martyria — cum var. annott. et praef. *Io. Lud. Frey.*, Basil. 1742. 8. *Beck.*

Accessit collectio *Ruseliana*:

SS. patrum apostolicorum, *Barnabae*, *Hermae*, *Clementis*, *Ignatii* opera genuina, vna cum *Ignatii* et *Polycarpi* martyriis, versionibus, variantibus lectionibus, selectisque variorum

fuisse videtur impar. v. *Niceron* in vitis erudit. tom. IV. ex vers. germ. Baumgart. pag. 136. vbi primum an. 1676. et vltimum an. 1[illegible] (XXIV. voll.) editum, et noua editio 1657. 8. totid. voll. euulgata dicitur.

b) Vide *Tho. Ittigium* de Bibliothecis Patrum p. 4[illegible]1 et 610. Obiit *Cotelerius* Parisiis 1686. 12. August. aetatis 58. de cuius vita et scriptis praeter Ephemerides eruditorum et *Bailletum* de pueris eruditis pag. 353 adeunda *Graueralii* Epistola Sorberianis praemissa, et Epistola *Baluzii* ad Bigotium, quae Amstelodamensi Patrum apostolicorum editioni praefigitur. [Add. *Niceron.* mem. erudit. tom. V. pag. 1. sqq. sec. vers. german. Baumgart. *Harl.*]

c) Vtrumque opus iterum e prelo exiit Oxon. 1700. 8. gr. ac lat. Grabe quaedam scripta, quae adulterinis sunt adnumeranda, germana esse sibi persuadet. v. Walch. bibl. patr. pag. 126. *Harl.*

d) Conf. *Oudin.* comment. de scriptor. eccles. antiquae, tom. I. col. 21.. sqq. *Harl.*

riorum notis, illuſtrata. Acceſſerunt *S. Ignatii* epiſtolae, tum interpolatae, tum ſuppoſititiae, cura *Richardi Ruſel*, A. M. Londini ap. Guil. Ruſſel. 1746. mai. 8. II. voll.

Quod Cotelerii opus pretioſum non ab omnibus comparari ſibi poteſt: Ruſel primorum doctorum chriſtianorum ſcripta, amplioribus adnotationibus in arctum compulſis et ſpuriis nonnullis, quae Cotelerius exhibet, plane omiſſis, de nouo publicauit. In praef. quoque recenſet *codd. msstos.* et *editiones* ſcriptorum, qui in praeſenti faſce exhibentur. v. acta erud. Lips. 1749. m. Oct. p. 604. ſqq. Quae in ed. Coteler. non reperiuntur in hac edit. addita, haec ſunt: in vol. I. *Io. Bear* or. de primaeuorum patrum auctoritate; *I. E. Grabii* praefatio de S. Clementis romani ſcriptis, *Patricii Iunii* interpretatio epiſtolae ad Corinthios prioris, a Fello recenſita, Wakii, Grabii, Millii Wottonique adnotatt. — in vol. II. *S. Chryſoſtomi* in S. Ignatium homilia; recentiorum iudicia de *S. Ignatii* epiſtolis; *Th. Smithii* praef. in acta martyrii S. Ignatii; *Pearſonii* diſſ. de anno, quo S. Ignatius ad beſtias erat condemnatus; verſio antiqua epiſtolae circularis de *S. Polycarpi* martyrio; *Pearſonii Smithiique* adnotationes.

Fragmenta patrum graecorum edidit et illuſtrauit *Frider. Münter*, A. M. (in praeſenti theologus Hafnienſis.) faſciculus I. Hafniae 1788. m. 8.

In catenis editis ineditisque multa veterum ſcriptor. eccleſ. fragmenta latere aeque conſtat, quam id, caute in eo genere eſſe verſandum. Hinc doct. *Münter* in praef. p. 8. ſqq. canones nonnullos criticos proponit, in examine catenarum msst. adhibendos. Plurimam autem partem fragmentorum in primis Irenaei et Theodori Mopsueſteni, *Münter* Romae exſcripſit in bibl. Corſinia, ex ſchedis V. D. quem Fogginum, bibliothecarum, Vaticanae atque Corſiniae, olim praefectum, et ex variis codd. Vaticanis editionem ἀνεκδότων meditatum, illa fragmenta collegiſſe opinatur. Fragmenta autem haec ſunt a Müntero collecta docteque explicita: 1) ſupplementum fragmenti *Papiae*, a Grabio ſpicileg. part. II. p. 34. ex commentario Oecumenii in acta apoſt. iam vulgati, a Müntero excerptum ex cod. bibl. Rom. Angelicae, qui continet commentarium in Matthaeum et Marcum, et ex cod. Veneto D. Marci, catenam in integrum euangeliarium complexo. 2) Nouem *Irenaei* fragmenta, ex codd. Vatic. 3) fragm. *Euſebii*, ex cod. Vindobon. 4) *Theodori Mopsueſteni* fragm. ex confutatione accuſationis Chriſtianorum Iuliani, apoſtatae, fragm. V. ex cod. palat. XX. et apographo eiusd. vatic. MCMXXXIII. catenam patrum in Lucam exhibente: fragm. VI. et VII. ex cod. Vindobon. catenam in Lucam exhibente; denique fragm. VIII. ad Lucam XXIII, 10. ex apographo bibl. Corſiniae. Add. *Eichhorn* allgemeine Biblioth. der bibl. Litteratur. vol. I. part. IV. (Lipſ. 1788. 8.) pag. 618. ſqq.

Io. Otton. Gluſingii monumenta apoſtolica. Der apoſtoliſchen Männer, St. Barnabae Hermae, Clementis, Ignatii, Polycarpi, Iuſtini und anderer heiligen Zeugen der erſten Kirche Briefe und Schriften, nebſt einem Anhang bibliſcher Anmerkungen, verdeutſcht und vermehrt. Hamburg. 1723. 8. *Harl.*

IV. De S. BARNABA, apoſtolo, videndus praeter alios Tillemontius in Memoriis hiſt. eccleſ. T. 1. tum *Placidus Puscinellus* in vita S. Barnabae, primi Mediolanenſis archi-epiſcopi, Mediolan. 1649. 4. et *Daniel Papebrochius* in Actis Sanctor. ad diem XI. Iunii t. 2. pag. 431. ſeqq. vbi exhibentur etiam *Acta et paſſio S. Barnabae in Cypro* parum licet digna fide ſub ementito nomine *Ioh. Marci* graece ex MS. Vaticano cum Sirleti verſione et Papebrochii notis pag. 431-436. et *laudatio S. Barnabae apoſtol.* auctore *Alexandro* monacho Cy-

 prio,

prio, itidem graece ex Vaticana bibl. cum interpretatione Francisci Zini, et eiusdem P. Pebrochii obseruationibus p. 436-453. Vetus latina versio Epistolae, quae sub Barnabae nomine exstat, et cuius editiones retuli libro IV. c. 5. §. 14. [vol. IV. p. 827. sq.] e) in antiquo Corbeiensi codice tribuitur S. *Philastrio* f), Brixiensi episcopo: ita enim legendum, in Actis Sanctor. tom. 2. Iunii p. 457 et 460. vbi bis perperam excusum est nomen Philostorgii. Editionibus epistolae Barnabae, ibi a me memoratis, addenda latina *Puccinelli*, in vita Barnabae, iam a me laudata, [italice scripta, Mediolani 1649. 4.] et germanica ad calcem N. T. ex *G. Arnoldi* versione, excusa Schifbecae prope Hamburgum 1710. 12.

V. Scri-

e) Add. quae scripsi in Introduct. etc. II. 2. pag. 177. sqq Gallandi bibl. veter. patrum Venet. 1765. tom. I. *Rusel* patrum apostol. opp. qui ex vltima Cotelerii edit. epistolam exhibet cum antiqua interpret. latina et versione *Cotelerii* notisque et *Cotelerii* et *Menardi*, (cuius edit. ex vno codice, inemendate publicarat Dachery,) *Vossiique*, (qui in curanda noua edit. tres contulerat codd.) contractis breuioribus interspersis Felli, Bernardi, Wakii, Dauisii et Clerici notis. — *Oudin.* in commentariis laudatis t. I. col 8. sqq. qui multus de eo est et variorum recenset sententias, num genuina sit epistola, nec ne. — *Stolle* in aufricht. Nachrichten von den Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter. Ienae 1733. 4. *Roessleri* biblioth. der Kirchenväter, tom. I. Iis, qui epistolam catholicam a Barnaba, Pauli comite exaratam esse statuunt, accedere videtur cel. *I. G. Rosenmüller* in historia interpretationis librorum sacrorum, part. I. pag. 42. Hildburghusae 1795. 8. Alii putant, Barnabam quemdam, at non Paulli comitem, sed alium, qui post apostolorum tempora, forsan initio sacculi secundi, vixerit, fuisse auctorem epistolae. Contra *Lange* in historia dogmatum citata, tom. I. p. 58. sqq it vberius probatum, (quae partim iam erat Tenzelii sententia, v. Fabric. l c. pag. 827. *Stolle.* l. c. pag. 9. sq.) epistolam esse supposititiam, et initio saec. II. aut hoc medio ab Alexandrino quodam Iudaeo-Christiano, personam Barnabae falso induente, compositam. Barnabae vitam persequitur, aliasque de eo refert fabulas, saltem, incerto auctore, narrationes, etc. *Cotta* in Versuch einer ausführlichen Kirchen-Historie des N. T. part. I. Tubingae 1768 8. pag. 626-647. — *Guil. Wakaei* versio anglica epistolarum Barnabae, Ignatii, Clementis, et Polycarpi, cum pastore Hermae, ac Ignatii atque Polycarpi martyrio, primum prodiit Londini 1693. 8. — correct. ibid. 1719. 8. et quartum ibid. 1737. 8. v. *Bruggemann* View of the English Editions etc pag. 282. sq vbi quoque citantur: The history of the ancient Gospel of *Barnabas*, by *Toland*, in eius; Nazarenus: or Iewish Gentil et Mohometan Christianity. Londini 1718. 8. cap. II. pag. 6. sq — Of the Gospel of *Barnabas*, by *Thomas Mangey*, in eius Remarks vpon Nazarenus. Londini 1719 8. cap. III. pag. 10-16. — The Antiquity and the dubious Authority of Epistle ascribed to *Barnabas*, by *Iohn Iortin*, in eius Remarks on Ecclesiastical History Lond. 1751. 8. vol. I. pag. 329-336. denique historia Barnabae in *Nathan. Lardner* Credibility of the Gospel history, part. II. vol. I. Lond 1748. 8. cap. I. pag. 23-47. — Barnabam venisse Mediolanum et ibi non solum doctrinam salutarem adnuntiasse, sed etiam coetum hominum, christianae disciplinae adsectarum, primum omnium collegisse, post alios late ac diteque probatum iuit *Ios. Anton. Saxius* in Vindiciis de aduentu Mediolanum S. Barnabae Apostoli, contra nonnullos recentioris aetatis scriptores. etc Mediol. 1748. mai. 4. cuius operis summam exhibent collectores Act. Lips. erudit. an. 1755. pag. 714. sqq.

In cod. *Vindob.* XXXIV. Barnabas numeratur inter LXX. discipulos Christi, in eodemque est, fol. 354. interpretatio nominum hebraicorum epistolae S Barnabae vid *Lambecii* comment. de bibl. caesar. vol. III. ibique Kollar. col. 135. et 144. fragm. *Barnabae* in commentario in libros V. et N. T. collecto ex diuersorum scriptorum eccles. operibus, in cod XLVII. v. Lamb. et Kollar. in vol. III. citat col. 179. seq. — *Barnabae* epist. in cod. Vossiano bibl. Leidensis, v. Catal. pag. 470. nr. 16. — Cod. Medic. Florent, et duo codd. romanos, alterum biblioth. Vatic. alterum bibl. Theatinorum, adhibuit Vossius. *Harl.*

f) De hoc vide *Fabr.* B. L. medii etc. aeui, tom. V pag. 287. sq. ed. *Mansi*, aliosque, quos citat *Saxe* in Onom. I. pag. 439. *Harl.*

V. Scripta ambulantia sub nomine S. DIONYSII *Areopagitae* [g]) [†] qui primus deinde Athenarum episcopus [h]) et Domitiano imperante [i]) adfectus martyrio fuit, licet haud indigna lectu, si cum iudicio euoluantur, tamen quatuor primorum saeculorum ignota scriptoribus, atque, vt vel ex Theodori presb. libro pro scriptis Dionysii apud Photium cod. I. constat, jam olim vocata in dubium et Dionysii illius nomini haud dubie supposita sunt, vt demonstrarunt *Io. Dallaeus* libro 1. de Dionysii ex Ignatii scriptis, Geneu. 1666. 4. *Alex. Morus* ad Act. XVII. 34. *Georg Hackewillus*, Anglus, libro de prouidentia Dei, Londin. 1635. f. 208. sq. *Edmundus Albertinus* de Eucharistia p. 260. seq. *Iac. Vsserius* in diss. de Dionysio, edita ad calcem eius libri de scripturis sacrisque vernaculis p. 281. sq. [*Oudinus* de script. ecclef. tom. I. pag. 1354. sqq. [k])] *Wilhelmus Ernestus Tenzelius* exerc. select. t. 2. p. 285. vbi Schelstrateni, et *Tho. Ittigius* diss. de Patribus Apostolicis p. 143-165. et in selectis hist. ecclef. saeculi I. capitibus p. 25-43. vbi Laur. Cozzae [l]) et Claudii Dauidis argumenta conuellit. Atque ex ipsis romanae ecclesiae sociis praeter alios *Io. Launoius* in iudicio de libris, Dionysio Areopagitae inscriptis, *Phil. Labbeus* t. 1. de scriptor. ecclef. p. 766. seq. *Nicolaus le Nourry* in Apparatu ad bibl. Patrum diss. X. *Io. Morinus* de sacris ordinationibus p. 28. sq. 42. seqq. et *Nanus Tillemontius* t. 2. Memor. ecclef. pag. 437. seq. qui p. 443. seq. *Pearsonii* quoque confutat rationes, quibus in Ignatii vindiciis lib. 1. c. 10. vir ille doctus voluit ostendere, scripta Dionysio iam supposita esse circa A. C. 330. quod visum etiam *Beueregio* notis ad Synodicum p. 72. b. Sane ab aliis videntur rectius referri ad saeculum quintum, quando quidem et Seuerianis Dionysii Areopagitae scripta [†] A. C. 532. [m]) in collatione CPolitana iactantibus Catholici responderunt: *illa testimonia, quae vos Dionysii Areopagitae dicitis, vnde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? si enim eius erant, non potuissent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? quando*

g) Eius meminit S. Lucas Actor. XVII. 34. Plura de hoc Dionysio, sed minus certa tradunt Vitae sanctor. et Menaea 3 Octobr. et quae ex Sim. Metaphraste, Mich. Syngelo, et Methodio siue Metrodoro aliisque leguntur tom. 2. Operum Dionysii edit. Corderianae, vbi et vita S. Dionysii scripta a Petro Halloix ex T. I. Vitar. scriptorum Orientalium, Duaci 1633. fol. et *Martini Delrio* vindiciae Areopagiticae contra Iosephr. Scaligerum Antwerp. 1608 [al. 1607.] 8. pridem editae occurrunt. Videndus etiam *Andreas Saussaeus* de Mysticis Galliae scriptoribus. Paris. 1639. 4.

h) Dionysius Corinthius apud *Euseb.* III. 4. et IV. 23. hist. ecclef. Confer Constitutt. Apostol. VII. 46. et ibi Cotelerium.

i) Vide Sirmondum de duobus Dionysiis c. 8. et Tillemontium Memor. ecclesiast. tom. 2. p. 435. Varias de Dionysio Areopagita fabulas excutit B. Io. Georgius Dorscheus in semestri Tiburtio Dionysiaco p. 32. sq.

k) In diss. critica de scriptis Dionysii Pseudoareop. cap. I. in quo demonstrat, opera omnia, S. Dionysio Areop. attributa, esse supposititia: in cap. II. pag. 1361. sqq. ostendit, a quibus haec opera conficta fuerint et supposita. A Seuerianis, putat, errores Eutychetis amplexantibus, et cap. III. soluere conatur obiectiones. In cap. IV. recenset interpretes atque scholiastas operum Dion. Areop. eorumque codd. atque editiones, p. 1368. sqq. *Hart.*

l) De *Cozzae* Vindiciis Areopagiticis ad Clementem XI. Romae 1702. 4. editis, vide Acta Er. 1703. p. 401. et de *Claudii Dauidis* diss. fur S. Denis l'Areopagite (Paris 1702. 8.) Act. Er. 1704. p. 168. et Ephemerides Parisienses A. 1702. p. 304. sq. vbi argumenta ipsius itidem breuiter refutata inuenies. *Cozzae* libro subjuncta *Io. Nouii* pro operibus S. Dionysii aduersus Laur. Vallam apologia.

m) Baron. ad A. C. 532. n. 39.

do et B. Athanasius, si pro certo sciisset eius fuisse, ante omnia in Nicaeno Concilio de consubstantiali trinitate eadem testimonia protulisset aduersus Arii diuersae substantiae blasphemias. Si autem nullus ex ant quis recordatus est ea, vnde nunc possitis ostendere, quia illius sint, nescio. Ibidem, vt ab *Eulogio* apud Phot. cod. CCXXX. Leontio πράξει octaua de sectis, *Facundo* lib. 1. et *Liberato* in breuiario c. 10. Apollinaristae arguuntur, quod scripta praeclarorum ecclesiae doctorum falsauerint, Iulioque, episcopo rom. epistolam ad Dionysium supposuerint, vt adeo non absurde coniecerit *Eduardus Stillingfleetus* n), Dionysium istum, Apollinaris discipulum, sub Areopagitae nomine scripta sua ex Plotini, Porphyrii, Iamblichi et aliorum Platonicorum o) scriptis incrustata edidisse, dicasseque Timotheo, quo nomine vti notissimus ille S. apostoli Pauli discipulus fuit, ita memoratur etiam Timotheus quidam inter Apollinaris discipulos a Damaso, Gennadio, Augustino, Theodorito V. 10. hist. aliisque. Saltim probabilius esse videtur Areopagitae scripta supposita fuisse ab Apollinaristis, (vel, vt Morino visum, ab Eutychianis,) quam a Gregorio M. quae *Dodwelli* suspicio est p. 389. lib. de jure Laicor. sacerdotali. Quin ne lecta quidem a Gregorio Dionysii scripta, (licet hom. 34. in euang. illius dictum memoret, colligunt *Petavius* de Angelis pag. 107. et *Io. Morinus* de sacris ecclesiae ordinatt. pag. 421. *Fabr.* — Add. *Oudin.* comment. de script. eccles. I col. 48. sqq. qui praecipue versatur in quaestione examinanda, vtrum Dionysius Areopagita saeculo ecclesiae primo in Gallias venerit, factusque sit et Francorum apostolus, et primus Parisiensium episcopus, docetque vberius, Dionysium Parisiensem, labente saeculo III. vel incipiente IV. martyrem agnitum, omnino diversum fuisse a Dionysio Areopagita. — *Gottlieb Stolle* in: aufricht. Nachricht. von dem Leben, Schriften und Lehren der Kirchenväter der IV. ersten Hundert Jahre, c. XIV. p. 309-325. multos, qui in vtramque partem de Dionysio Areopagita, fabulis de eo sparsis, scriptis, illi suppositis, de eorum argumentis et quando vixerit illorum libr. architectus, varia fortuna scripserunt, vberius recenset et multa alia obseruat. *Io. Frid. Mayeri* disp. de Dionysio Arepagita scriptis etc. contra Arnold. Gryphisw. 1708. 4. *I. G. Walchii* bibl. patristicam pag. 219. sqq. Alios V. V. D. D. laudaui in Introd. II. 2. pag. 178. Inter illos praecipue nominandus est *Henr. Conr. Arend*, qui edidit:

Unpartheyische Lebens-Beschreibung des ehrwürdigen Dionysius Areopagita, anfänglich Raths-Herrn des hohen Gerichts Areopagus, und nachmaligen Bischofs zu Athen, nebst ausführlicher Nachricht von dessen Schriften, und derselben mancherley Auflagen. Goslar. 1735. 4. Ille alios quoque bene multos, praeter eos, quos iam laudauit Fabricius, excitat VV. DD. in vtramque partem disputantes; iis vero accedit, qui spuria censeant scripta, Dionysio supposita, et, quae contra dici possint, diuersaque de probabili illorum scriptore huiusque aetate iudicia, diligenter examinat: denique editionum exhibet catalogum.

Ad historiam Dionysii siue veram siue potius fabulosam pertinet quoque liber: De translatione corporis *S. Dion. Areop.* seu Parisiensium apostoli, e Gallia in Bauariam ad ciuitatem Ratis-

n) Respons. ad Cressii Apologiam de fanaticismo ecclesiae Rom. c. 2. pag. 133.

o) *Platonica quoad potuit decreta persecutus, Christianis ea dogmatibus alligare contendit.* Ita de Dionysio *Petauius* IV. 10. de Deo. Confer *Tho. Galeum* ad Iamblichum de Mysteriis Aegyptior. p. 207.

Ratisbonam differt. conscripta a *Io. Baptista*, S. R. I. Principe et ord. S. Benedicti abbate ad S. Emmeramum ep. s. et martyr. Ratisbonae, 1750. 4. Operose nec indocte suam quidem rem peragere, et Mabillon, Halloisium aliosque, secus sentientes, refellere adnititur: pag. 84. sq. de cod. euangeliorum aureo Emmer. disputat: pag. 117-226. (Othloni, monachi Emmer.) epist. et II. opusc. pro defensione Ariopagitae (sic) ac de translat. S. Dionysii primus edit.

Iis, quos Fabr. noster citauit, addi posse *P. Lequien*, notant auctores actor. erudit. Lipsiensium, germanice scriptorum, vol. I. part. VII. p. 600. vbi hoc Fabric. B. Gr. volumen recensent. *Lequien* autem in altera diss. Damascenica, (in eius editione Damasceni Opp. Paris. 1712. fol. §. 12. et 13. vti censor illius edit. in act. erudit. germ. l. c. pag. 367. adnotauit,) censet cum aliis, quod in libris Dionysii Areopagitae varia haereseos monophysiticae reperiantur indicia, illos cuidam sectae, qui forsan in Attica ante Cyrillum Alexandrinum, illos libros citantem, vixerit, esse adscribendos; negat vero contra Pearsonium et Caueum, eos ab Apollinario ipso esse confectos. *Harl.*

VI. *Dionysii Alexandrini* commentaria in Areopagitam, quae laudantur a Io. Cyparissiota de Theologia symb. quaeque in bibl. nobilis Veneti, Collini, msta fuisse testatur Turrianus, non episcopi illius, medii saeculo tertio clari sunt, sed longe iunioris *Dionysii Alexandrini*, *Rhetoris*, vt notatum *Edm. Albertino* de Eucharistia, Dauentr. 1655. fol. p. 261. Neque diuersa a παραθέσεσι in Dionysium, quas alii tribuunt *Io. Scythopolitano*, quasque *Maximi*, monachi, scholiis permixtas *Vsserius* [p]) obseruauit. Has latine verterat Anastasius bibl. sed illa versio intercidit. *Anastasii* versio latina scholiorum ad Dionysium edita quidem non est; sed msta adhuc exstat in cod. *Colbertino*, de quo *Nourrius* pag. 210. adparatus ad bibl. patrum, et in *Bituricensi*, de quo *Labbaeus* tom. I. de scriptor. eccles. pag. 67. sq. In praefatione ad Carolum Caluum praemissa testatur Anastasius, se signo crucis scholia Maximi a Ioannis Scythopolitani Antistitis scholiis distinxisse. [adde *Ittig.* diss. de patribus apostol. p. 141. sq.] Vertit et Rob. Lincolniensis. [P] Ceterum *Maximi* scholia et *Georgii Pachymerae*, Maximum plerumque sequuti, paraphrasis graece et latine exstant in editione operum Dionysii Corderiana. *Iohannis Darensis*, metropolitae, commentarios syriace scriptos necdum editos *Io. Morinus* [q]) ait, Maximo et Pachymerae ingenii acumine et philosophicis in re theologica ratiociniis longissime antecellere, verum neutiquam scriptos esse saeculo quarto, vt Abrahamo Ecchellensi [r]) persuasum; sed post A. C. 692.

p) Vide ejus diss. de Dionysio, quam H. Warthonus edidit ad calcem libri de scripturis sacrisque vernaculis. pag. 299. *Fabr. Brüggemann* in View etc. pag. 286. hunc retulit operis titulum: *Iac. Vsserii*, Armachani archiepiscopi, historia dogmatica controuersiae inter orthodoxos et pontificios de scripturis et sacris vernaculis, nunc primum edita. Accesserunt eiusdem dissertatt. duae de *Pseudo-Dionysii* scriptis et de epistola ad Laodicenos, antehac ineditae. Descripsit, digessit et notis atque auctario locupletauit *Henr. Wharton*, A. M. — Londini, R. Chiswel 1690. 4. Idem *Brüggem.* ibid. memorat librum, huc pertinentem: *A Dissertation vpon the Writings of Dionysius Areopagita*, shewing them not to be genuine, by *George Hakewill*, in eius Apology or Declaration of the Power and Providence of God in the Government of the World. Londin. 1635. fol. pag. 208. sqq. *Harl.*

q) De sacris ecclesiae ordinationibus p. 493. sq. edit. Paris.

r) In epistola ad Io. Morinum apud Rich. Simonem ad Gabr. Philadelphiensem p. 279. et in notis

692. *Germani,* patriarchae CPol. scholia in bibl. Vaticana adhuc seruantur: [teste *Schelstrateno* in diss. apologetica de disciplina arcani.] *Georgii Hieronmemonis* in biblioth. Medicea. Latine vertit scripta, Areopagitae tributa, perlataque in Galliam, A. C. 827. *Hilduinus,* abbas Saudionysianus, ad Ludouicum Pium, imp. quae eius interpretatio praeter pauca Areopagiticis eius s) inserta interiit. *Iohannis Scoti* Erigenae ad Carolum Caluum, et *Iohannis Saraceni,* circa A. 1180. clari, exstat, quemadmodum et *Thomae,* Vercellensis abbatis, circa A. 1240. Paraphrasis seu commentarius in Dionysium: Scholia Dionysii Carthus. et Hugonis, Alberti M. et Thomae. *Roberti* quoque *Groſtchead,* Lincolniensis episcopi, versionem et commentarium seruat bibl. Collegii corporis Christi Oxon. Transtulerunt etiam Dionysium latine *Ambrosius Camaldulensis, Marsilius Ficinus* mysticae Theologiae, quam *Io. Eccius* quoque et *Carolus Hersentius* illustrarunt, et libri de mystica Theol. interpres, tum *Ioach. Perionius, Conradus Clauserus* et nouissime *Balthasar Corderius.* Prima editio graeca lucem vidit Florentiae in aedibus Philippi Iuntae 1516. 8. praefixo Glossario graeco vocabulorum difficiliorum, quod in MS. Caesareo etiam reperit Lambecius et male pro inedito habuit. Alias graecas latinasque, a Caveo, Ittigio t), Nourrio et Cozza recensitas, omitto. Corderianam praestantissimam graeco-latinam Antverp. 1634. fol. 2. Vol. (cui A. 1644. defensio Areopagitae, auctore *Ioanne Chaumontio* accessit,) distinctius recenset *Labbeus* T. 1. p. 260. seq. *Fabric.*

[Adhuc indicabo editiones, quarum quidem plurimas paullo copiosius neque tamen satis diligenter iam recensuit *Arend* l. c. pag. 33. sqq. Hic scribit, *Dionysii* opusc. *de coelesti hierarchia* (*vom himmlischen Fürstenthum,* est versio germanica anonymi) primum excusum esse typis Ant. Koburger. 1491. Idem, sed ducibus haud adeo certis, tradunt *Maittaire* A. T. tom. IV. part. I. pag. 537. et cel. *Panzer* in: Annalen der ältern teutschen Litteratur etc. pag. 190. sed in Annal. typogr. mentionem illius edit., quoniam spuria forsan videbatur, non fecit: contra in A. T. II. pag. 240. ducibus Roedero et Denisio, memorat opusculum, inscriptum:

Dyonisii Ariopagite doctoris Ierarchici vita et oratio ad eundem archipontificem ac martirem gloriosissimum deuotissima. — In calce: *Hierarchici dionysii* legenda vna cum oratione pulcra finit feliciter. *Nurmberge* per Caspar Hochfeder feliciter impressa. charact. goth. 4. sine anni nota.

Dion. Areop. epistola ad Timotheum de vita Petri et Pauli, lat. Colon. 1478. 4.

— de mystica theologia, et de nominibus diuinis, interprete *Marsilio Ficino.* Florent. per Laurent. Francisc. Venetus. s. 1492. 4. charact. goth. conf. *Fossi* cat. bibl. Magliab. I. col. 619. sq. *Audiffr.* specim. p. 355. refert eam ed. ad a. 1496. v. *Panzer.* A. T. IV. pag. 308.

Dion. Areop. quaedam opera, (scil. de coelesti hierarchia, et ecclesiastica hierarchia, de diuinis nominibus, de mystica theologia etc.), ex translatione Ambrosii Camaldol. cum eius scholiis

notis ad Catalogum Hebed Iesu p. 46. Confer. *Hottingeri* bibl. Or. pag. 290. [et *Ittig.* de patrib. apost. p. 140.]

s) *Hilduini* Areopagitica vide apud Surium ad IX. Octobr.

t) Diss. de Patribus Apostolicis p. 134. sq. [sed minus curate diligenterque:] *Nourrius* diss. 10. Apparat. ad Bibl. Patrum c. 21. et *Cozza* Vindic. Areopagit. pag. 2. c. 22. [*Fabr.* — add. *Oudin.* comm. de scriptor. — eccles. tom. I. pag. 1267. sed minus plene et curiose; et pag. 1368. sqq. de veteribus interpretibus, paullo curatius. *Harl.*]

ſcholiis. *S. Ignatii* vndecim epiſtolae. *S. Polycarpi* epiſtola vna. ex edit. *Iac. Fabri*, Stapulenſis Pariſ. per I. Bigmanum et Wolfgang. Hopylium. 1498. fol. v. *Feſſi* catal. l. c. col. 620. ſqq. et alios, quos laudat cl. *Panzer* A. T. II. pag. 321. Edit. *Argentor.* 1498. quam cit. *Oudin.* de ſcript. eccl. antiquis tom. III. col. 2435. ſpuriam habet *Clement* in bibl. curieuſe etc. tom. I. pag. 256. not.

Dion. Areop. de celeſti hyerarchia: de diuinis nominibus: de myſtica theologia, et eiusdem *epiſtolae*, quas emendauit et cum graeco contulit *Ambroſ. Camalduleuſis* in monaſterio Fontis Boni anno 1436. in fine: Impreſſum *Brugis* per Colardum Manſionis, ſine a. nota. v. *Laire* indic. librorum ab inuenta typographia etc. Senonis 1791. 8. pag. 6.

Opp. Dion. translationis nouae de celeſti Hierarchia cum ſcholiis: de eadem eccleſiaſtica Hierarchia cum comment. *Marſilii*: de myſtica theologia cum eiusd. comment. Vndecim epiſtole *Dionyſii* cum eiusd. commentar. Vndecim epiſtole *Ignatii*; Argent. M. v. c. II. (1502.) fol. — et translat. nouiſſimae de myſtica theologia: de diuinis nominibus cum comment. *Marſilii Ficini.* Ib. eod. anno. fol. v. *Panzer* VI. p. 29. Arend. l. c. p. 35. hunc editionis Argentor. titulum eſſe ait: *Opp. Dionyſii* veteris et nouae translationis etiam nouiſſimae ipſius *Marſilii Ficini*, cum commentariis *Hugonis* (de Sto Victore), Alberti, Thomae (de Aquino), *Ambroſii* oratoris (Camaldulenſis,) *Rob.* Linconienſis et *Thomae* Vercellenſis *). — Idem *Arend* adnotat, *Hugonis de S. Vict.* explanationem libri, coeleſtis hierarchiae, eſſe quoque in eius Opp. Rotomagi 1648. et Moguntiae 1617. — Diſtinctius duas illas edd. indicat Maitt. II. p. 155. *Kinderling* in indice libror. memorab. bibl. Magdeb. etc. in: *Meuſelii* hiſt. litterariſch-bibliogr. Magazin. (Tiguri 1790.) part. II. p. 177. memorat *Dion. Areop. opera*, Argentor. 1503. 4. ſed in *Maitt.* A. T. II. pag. 160. non ſolum additos eſſe comment. (in edit. 1502.) et *Ignatii* epp. ſcribit, ſed formam quoque fol. deſignat.

Dion. Areop. opera ex lat. verſione *Marſilii Ficini.* Argentor. 1511. fol. v. *Kinderl.* l. c. pag. 182. et ibid. pag. 183. occurrit *Dion. Areop.* de coeleſti hierarchia variaque eiusdem opuſcula. Pariſ. 1515. fol. — Opp. latina Ambroſii Camald. verſio cum ſchol. Iac. Fabri et Iodoci Clichtouei. *Ignatii* XI. epp. *Polycarpi* ep. vna. Pariſ. apud Henr. Steph. 1515. fol. (v. *Maitt.* A. T. II. pag. 263.)

Graece primum prodierunt quaedam opuſcula in ed. Iuntina, cuius haec eſt epigraphe:

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Διονυσίου· Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας κεφαλ. ιέ. etc. *Haec inſunt in hoc libro S. Dionyſii. De eccleſiaſtica hierarchia. Cap. XV. De diuinis nominibus. cap. XIII. De pontificali dignitate. cap. VII. De myſtica theologia. Cap. V. Epiſtolae X. Martyrium ſ. Dionyſii*, (auctore *Methodio*, vel, vt alii, *Metrodoro.*) Florent. in aedib. Phil. Iuntae 1516. 8. cum prologo *S. Maximi*, ſcholiisque ac fragmentis quibusdam aliorum in fine. v. *Bandini* annal. typogr. Iuntarum, part. II. pag. 103. ſqq. et *Maittaire* A. T. II. pag. 277.

— de myſtica theologia, gr. et lat. ex var. interpr. cum comment. *Eckii.* Auguſt. Vindob. 1519. 4. v. *Maitt.* II. pag. 328. et *Panzer* VI. pag. 153. *Arend* pag. 36. citat priorem *Eckii* edit. Ingolſtad. 1517. m. 4.

B 2 *Dion.*

*) Ita fere inſcribitur editio haec Argent. 1503. fol. cui etiam adiectae ſunt Ignatii epp. latine ed. *Io. Saraceno*, cuius exemplum eſt in bibl. Paul. Lipſ. ſed in eadem etiam ſunt *Dion.* opp. cum Epp. Ignatii et Polycarpi, lat. Argent. 1502. fol. et *Dion.* Opp. lat. ex int. Ambroſii Camald. accedunt Ignati et Polycarpi Epp. Venet. 1502. fol. ap. Io. Tacuin.

Dion. Areop. opera, gr. cum interpret. Io. Sarraceni, Ambroſii Camaldul. Marſilii Ficini et Vercellenſi extractione. *Io. Eckius* commentar. adiecit pro theologia negatiua. Auguſtae Vindel. per Io. Miller. 1525. fol. — lat. cum *Ignatii* epp. et *Antonii Eremitae* epp. Colon. ap. Quentel. 1536. fol. v. *Arend* pag. 36. ſqq. *Maitt.* II. p. 835. et 836. atque *Clement.* l. c. p. 257. cui editio Colon. 1539. quam Gundling. et Oudin. citant, eſt ſuſpecta.

Dion. Areop. de nominibus diuinis, gr. et lat. Venet. 1558. 8. *Arend* citat ex *I. G. Olearii* biblioth. ſcr. eccleſ. pag. 201.

— de eccleſiaſtica hierarchia oratio, gr. et lat. cum graecis ſcholiis et latina *Dionyſii* ad Polycarpum epiſtola. Baſil. in offic. Heruag. 1539. 8. vid. *Maittaire* III. p. 298. — *Conr. Clauſeri* verſionem Dionyſii latin. nouam, Argentor. 1546. lucem adſpexiſſe, notat *Arend* l. c. *Ittigius* aliique. — Eodem anno *Dion. Areop.* opp. ex verſione variorum latina prodierunt Coloniae.

— *Dion. Areop.* epiſtolae, Baſil. 1550. in: Μικροπρεσβευτικόν, ſ. breuium quorumdam veterum theologorum opera. fol. v. cat. bibl. Leidens. pag. 38.

Dion. Areop. opera omnia, quae extant; eiusdem vita incerto authore, (Methodio, vel Metrodoro;) ſcholia incerti auctoris, (Maximi) in librum de eccleſ. hierarchia; quae omnia latine nunc primum a *Ioachimo Perionio*, — conuerſa ſunt. Lutet. ex offic. typ. gr. Mich. Vaſcoſani. 1556. fol. rec. 1566. ibid. et 1605. Paris. ex offic. Cl. Morel. fol. v. *Maittaire* III. pag. 673. ſeqq 735 et 847. Haec verſio laudatur. v. *Io. Fabric.* hiſtor. bibl. ſuae tom. I. pag. 67. de Perionio. *Arend* duce forſan *Ittigio* p. 135. memorat ed. huius Perionianae verſionis Colon. ap. Matern. Cholin. 1557. 8. Paris. 1567. et aliis aliorum ſcriptorum eccleſ. epiſtolis etc. auctiorem, Lugduni 1585. 12. — et edit. graecam opp. Dion. Venet. 1558. *Ficini* translatio Dionyſii Areop. vna cum illius argumentis eſt quoque in tomo II. operum *Ficini*. Baſil. 1561. nr. 1. v. *Io. Corſii* vitam Marſilii Ficini, ed. ab *Ang. Mar. Bandinio*, Piſis 1771. 8. pag. 75.

Georg. Pachymerae paraphraſis in omnia Dionyſii Areopagitae Opp. graece: exc. Guil. Morel. Pariſ. 1561. 8. *S. Maximi* ſcholia in Dionyſii libros et *Mich. Syngeli* laudat. eiusdem. graece ap. Guil. Morelium. 1562. 8. — *S. Dionyſii Areop.* opera, graece cum variis lection. Pariſ. ap. Guil. Morelium. 1562. aut communi titulo iunctim editi ſunt libri illi et inſcripti (ſec. catal. Pinell. I. pag. 59.) *S. Dionyſii Areop.* opera omnia, cum ſcholiis S. Maximi et Pachymerae paraphraſi gr. Pariſ. ap. Guil. Morel. 1562. II. tom. 8. et praeter memoratam tamquam alia edit. graece ibid. eiusdemque anni III. voll. citatur in cat. bibl. Leidens. pag. 38.) Morel. vſus eſt VII. codd. msst. quorum accuratam deſcriptionem ipſe ad editionis calcem dedit: ſed verſionem librorum illorum latinam, in initio opp. Dionyſii promiſſam, forſan morte prohibitus non vulgauit. v. *Maitt.* III. pag. 720 et 724. et de Maximo ac Pachymere, *Arend* pag. 38. (qui pag. 39. edit. gr. et lat. curante *Gulonio*, Pariſ. 1602. memorat,) atque *Io. Fabr.* hiſt. bibl. ſuae tom. I. pag. 115 et 116. ac de Pachymere *Ittig* l. c. pag. 138. ſq.

Dion. Areop. Opp. a *Petro Lanſſelio*, gr. cum Perionii verſione latina. Pariſ. 1615. fol. Lanſſel. in praefixa apologetica disput. probare nititur, Dionyſium nullum fuiſſe in Galliam,

Galliam, et quae ei in hac edit. tribuuntur, ipsius esse scripta. Addita sunt praeterea aut subiuncta vita Dionysii ex eius operibus scholiisque Maximi collecta; vita et encomium Dionysii ex menaeis Graecorum, Simeone metaphraste, Suida, libro II. Nicephori, Mich. Syngelo, eiusque martyrium ex Methodio ac Dionysio Guerino; tum Lansselii notae variaeque lectt. Maximi scholia in libros et epp. Dionysii, et Pachymeris paraphrasis etc. de quibus omnibus fusius disserit *Io. Fabr.* in historia bibliothecae Fabricianae, tom. I. p. 113-116. qui inter alia obseruat, *Syngeli* librum *de laudibus S. Dionysii*, Lutetiae Paris. gr. ac lat. prodiisse a. 1547. 1562. (quam ed. a Moreil. curatam esse, iam obseruauimus,) et per Corderium 1633.

— *Dion. Areop.* opera de coelesti et eccles. hierarchia; de diuinis nominibus; mystica theologia et epp. Coloniae Agripp. 1618. in bibl. patr. vol. I. fol. pag. 97. (catal. bibl. Leidens. pag. 38.)

— de mystica theologia gr. et lat. cum adnotatt. *Caroli Hersentii.* Paris. 1626. 8.

Dion. Opera cum scholiis *S. Maximi* et paraphrasi *Pachymerae*, gr. a *Balthasare Corderio* latine interpretata et notis theologicis illustrata, Antwerp. ex offic. Plantin. B. Moreti. 1634. fol. II. voll. — rec. et addita *Io. Chaumontii* defensione Areopagitae. Paris. 1644. fol. II. voll. Integram eamque longam posterioris editionis inscriptionem, et indicem contentorum lege in *Maittaire* A. T. III. pag. 905. sq. add. Arend. pag. 39 sq.

Dion. Areop. opera omnia, commentariis illustrata, gr. et lat. cum paraphrasi *Ge. Pachymerae* et adnotatt. *Balthas. Corderii*, post edit. Antwerp. et Parisiens. nouis accessionibus varr. lectt. (ex codd. Venetis) et dissert. praeuia [u]) locupletata. Venet. 1755. fol. II. voll. v. Illustriss. Sam. S. R. I. com. *Teleki* biblioth. part. I. pag. 253. *Harl.*

VII, In bibl. Caesarea praeter latinos duos exstant codices MSS. graeci operum Dionysii, quos cum Corderiana editione conferri operae pretium esse notat *Lambecius*, quem vide lib. III. p. 67. [v]) sqq. [w]) et in itinere sacro Cellensi p. 175. sq. Idem Lambecius *Epistolam* ibi [*] MS. exstare refert *ad Timotheum, de morte SS. Apostolorum Petri et Pauli.* [Exstat quoque in cod. Florent. etc. v. notit. codd.] Nam *Epistola de Eclipsi Solis ad Apollophanem* [x]) quae latine tantum ex Hilduini Areopagiticis a Corderio t. 2. p. 273. cum Halloixii notis exhibetur, in codicibus graecis caesareanis etiam exsulat. Dionysii loca plura profert *Gregoras* lib. 32. hist. quemadmodum et Plotini Maximique. *Fabr.* Ex *Montf.* bibl. bibliothecarum MSS. passim in t. I. et II. magnus codd. Dion. Ar. qui in variis custodiuntur bibliothecis numerus colligi potest: quae omnia nolo repetere. *Dion. Areopag.* loca et fragmenta occurrunt in *Niconis* collectione locorum S. S. et scriptorum eccles. in cod. *Coislin.* XXXVII. vbi etiam est *Dion. Areop. martyrium*, in cod. CXVII. — in cod. CXXII. sec. *Montfauc.* cat. bibl. illius pag. 111. 191-192. — in collect. rerum moralium ex script. eccl. in cod. *Coisl.* CXII. (*Montf.* l. c. pag. 186. et in aliis eiusmodi catenis, collectionibus et miscellaneis, in cod.

u) *Francisci Bernardi de Rubeis*, qui in c. II. §. III. de vero atque genuino operum auctore docte disputat, et cap. II. pag. 3. de S. Maximo.

v) [Pag. 196. ed. Kollar.]

w) Conf. infra, in notit. codd. Vindob. *Harl.*

x) In illa Epistola pro *Philippo Aridaeo* Philippi Medmaci, mathematici, nomen reponendum est, de quo dixi lib. 3. cap. 5. §. 8.

cod. *Coisl.* CXX. — cod. CCI. — cod. CCLIX. — cod. CCLXXVI — cod. CCLXXXVIII. cod. CCXCIV. — cod. CCCV. vbi inesse dicitur Dion. Areopag. de monachis. — cod. CCCLXXI. in S. Maximi opp. — (v. *Montf.* pag. 193. 251. 305. 390. 405. 412. 421. 578.) — In cod. CCXXIV. fabulosa quaedam de Dionysio Areopag. eiusque familiaritate cum Ioanne, apostolo, narrantur: teste *Montf.* p. 277. — in cod. CXLV. (p. 210. *Montf.*) est *martyrium Dion. Areop.* — In cod. autem LXXXV. (*Montf.* p. 140.) sunt omnia opera *Dion. Areop.* cum paraphrasi *Georgii* Pachymerae, et scholiis Maximi marg. quae omnia edita sunt a Corderio. — In codd. LXXXVI. (cum glossario et scholiis Maximi, et scholio quodam, in quo Dion. Areop. vocatur Pauli apostoli discipulus etc. et in libro de ecclesiastica hierarchia dixisse fertur, monachos olim vocatos fuisse Therapeutas;) CCLIII. et CCLIV. sunt *Dion. Ar.* opera et X. epistolae v. *Montf.* p. 140. 303. et 304. — *Paris.* in publ. bibl. inter codd. *Syriacos* est in cod. LXVII. Dion. Ar. *Liturgia.* — in cod. LX. inter codd. *Armenos*, commentarii in librum Dion. de hierarchia coelesti: — et in codd. *armen.* LXXVI. Dionysii quaedam de vsibus in ecclesia receptis (quem Dionysium, confector catal. vol. I. pag. 85. suspicatur, eumdem esse cum illo, qui de hierarchia ecclesiast. scripsit:) — in cod. *armen.* LXXXVIII. nr. 8. Dionysii epistola, (apocrypha, indice collectore catal. c. l. pag. 90.) ad Timotheum de sanctorum Petri et Pauli morte. — Inter *arabic.* codd. nr. CII. nr. 9. homiliae quaedam Dionysii et aliorum. — Ibidem inter codd. *graecos*, (teste catal. vol. II.) sunt libri plerumque iunctim et cum scholiis S. Maximi, de hierarchia coelesti et de diuinis nominibus in codd. XV. — de hierarchia eccles. et de mystica theol. in codd. XIII. — epistolae in codd. XVI. — in cod. MCCCXI. sunt e Dion. Areop. excerpta de angelis.

Taurini in cod. reg. CCCLIX sunt opp. Dion. cum scholiis *Andreae* cuiusdam, (cuius nomen quoque occurrit in cod. quodam Florentino, paulo post memor.) quae tamen eadem omnino esse atque scholia S. Maximi typis vulgata, adnotat auctor catalogi codd. gr. Taur. pag. 486. sq. qui etiam exscripta dedit duo disticha versibus gr. hexametris comprehensa in Dionysium, a Corderio omissa, cum latina versione, ex alio cod. deprompta. — In cod. LXXXIV. saec. XVII. legitur commentar. in Ioannis apocalypsin, cuius haec est inscriptio, (vt lat. versione vtar,) „*Magni Dionysii Areop.* diuina theoria, atque praedictio ad euangelistam Iohannem in insula Patmos exulem de diuina eius apocalypsi, quae, vt scriptum est, quum finis venerit vniuersae terrae, aperietur. Secundum hoc magni Dionysii epistolae argumentum cel. *Oecumenius* diuino quodam motu percitus interpretatus est. Dicitur autem expositio apocalypseos — Iohannis ab *Oecumenio* oratore conscripta." v. catal. pag. 178. sq. vbi praeter ea adnotatur, opus videri in XII. sermones esse distributum; sed in cod. Taur. post num. β' (h. e. secundum) statim sequi ϑ', s. nonum. Synopsis horum commentariorum sub nomine *Oecumenii* e cod. *Coislin.* edita est a *Montf.* in bibl. Coisl. pag. 273. — In eadem bibliotheca Taurin. sunt versionis *latinae* codd. n. in cod. CXCIX. DCLVI. et DCLVII. (sec. catal. codd. lat. p. 54. 208 et 209.) libri de angelica siue coelesti et eccles. *hierarchia*, de diuinis nominibus, de mystica theologia, (interprete *Io. Sarraceno*, de quo eiusque versione v. *Oudin.* tom. I. pag. 1369.) epistolae; denique tractatus de differentia mundanae theologiae atque diuinae et demonstrationibus earum, qui tractatus, (vti dicitur,) X. libris continetur et inter opp. Dionysii editus fuit Colon. 1536. et auctor illius creditur *Thomas Gallus*, Abbas S. Andr. Vercellensis, saec. XIII. v. *Oudin.* l. c. l. pag. 1370. et auct. catal. Taur. pag. 208.

Romae

Romae funt opp. Dion. in *Sfortiana* bibl. n. LXXXIV. LXXXV. et LXXXVI. cum comm. Maximi monachi, et in *Vatic.* ex msstis Heidelb. n. XXXIX. et CXXIII. — tum in bibl. *Messanensi* apud Siculos — in cod. *Oxon.* bibl. n. MDCVIII et MDCXXX. inter codd. collegii corporis Chriſti, cod. membran. CXI I. et CLXIII. teſte *Oudin.* l. c. col. 1366. ſq. qui col. 1368. ſqq. vt ad §. V. iam adnotauimus, vberius de codd. atque editt. veterum interpretum, ſcholiaſtarum atque commentatorum disputat: ad quem ablegare praeſtat illorum cupidos curioſosque, quam vt omnia de charta in papyrum transſcribendo tempus chartamque perdam. — Codd. multos, qui continent variorum vett. latinas interpretationes variorum *Dion.* librorum, recenſet *Bandin.* in catal. codd. italic. bibl. Medic. Laurentianae, Gaddianae et S. Crucis, paſſim. v. indic. I. in tom. V. col. 514. — Verſio omnium opp. *Dion.* ab *Ambroſio* facta et eiusdem verſio lib. de coel. hierarchia in codd. Venetis S. Mich. *Mittarelli* bibl. codd. I. col. 327.

Florentiae in bibl. Laur. Medicea in cod. XI. plut. V. de coeleſti et eccleſiaſtica hierarchia ac de diuinis nominibus, cum ſcholiis Maximi atque epigrammatibus tribus in Dion. a pag. 23-29 adiuncta ſunt ſcholia, et inſcribuntur σχόλια τῶ περὶ συμβολικῆς θεολογίας, *ad ſymbolicam theologiam* (quae non amplius exſtat:) quae vero pertinent ad initium cap. 1. operis de eccleſ. hierarchia. v. *Bandin.* cat. codd. Laurent. gr. I. pag. 31. qui non ſolum exſcripſit mem. epigrammata, ſed etiam multus eſt de Dion. Areop. — Eadem opuſcula exſtant cum commentariis, in cod. XIII. plut. V. *Bandin.* l. c. pag. 32. ſqq. haud pauca excerpſit ex commentariis, et copioſus eſt de horum auctore, praeſertim ex quanam interpretatione ſcriptor ſaec. XV. circ. ſuppleuerit defectum interpretationis antiquioris in illo codice; num interpretationis recentioris auctor fuerit *Dionyſius* quidam *Alexandrinus*, rhetor y), (cuius commentaria in Areopagitam laudantur a Io. Cypariſſiota et a *Franc. Turriano* in defenſione canonum apoſtolorum aduerſ. Magdeburgenſ. centuriatores, Lutet. 1573. fol. pag. 236. *t*), an *Germani*, patriarchae CPolitani, an alius? — In cod. XIX. eiusdem plutei, *Dion.* opp. editis initio et fine plane conſentanea. (*Bandin.* l. c. pag. 41. vbi dedit duo ſcholiorum ſpecimina excerpta). — In cod. XXVI. eiusd. plutei *Dionyſii* libri de diuinis nominibus et de coeleſti atque eccleſiaſtica hierarchia, item epiſtolae X. cum ſcholiis cuiusdam *Andreae* et *Maximi* atque epigrammatibus in Dionyſii laudem. (Plura de hoc cod. dabit *Bandin.* l. c. pag. 50. ſqq.) — Memorabilis eſt cod. XXXII. plut. V. de cuius forma et argumentis copioſe agit *Bandin.* l. c. pag. 56. ſqq. Sunt autem in eo *Dionyſ.* lib. de coeleſti et eccleſiaſtica hierarchia, de diuinis nominibus, libellus quartus de myſtica theologia, epiſtolae X. ſcholia, 124 capp. comprehenſa, quibus praemittuntur hexametri, a Bandinio primum publicati, et prologus in S. Dionyſium, qui ſub nomine Maximi circumfertur, atque epigrammata in eumdem. — In cod. XXIX. plut. VII. *Georgii Pachymerae* paraphraſis in Dion. Areopag. opera: illa exſtat in edit. Dionyſii Areopag. Veneta, 1755. fol. tom. I. pag. 6-152. (*Bandin.* l. c. p. 289.) — In cod. XXXV. plut. VII. nr. 4. *Dion.* IV. epiſtolae ad Caium therapeutam cum vberrimis, Maximi forſan, ſcholiis marginal. (*Band.* I. p. 296.) — In homilia *Anaſtaſii Sinaitae*, quam *Bandin.* ex cod. XXXV. pl. VII. tom. I. pag. 299. ſqq. integram dedit, pag. 311. legitur Dionyſii Areopag. defin. de animo. — In cod. XVII. plut. VIII. n. 25. excerpta ex Dionyſio Areop. et Maximi ſcholiis in eumdem, *Band.*

y) v. Fabric. noſtrum init. §. VI.

(*Band.* I. p. 561.) — Excerpta ex IV. V. et II. capp. myſticae theologiae *Dion. Areopag.* cum Maximi ſcholiis et *Dion.* lib. de coeleſti hierarchia, in cod. XXXVII. nr. 6 et 7. plut. XXXI. (*Bandin.* II. col. 115.) — Inter teſtimonia ſcriptorum eccleſ. de praedeterminatione (vti dicitur,) et praeſcientia dei, in cod. VI. plut. LXXXVI. n. 8. (*Band.* III. col. 295.) Occurrit quoque Dion. in catena in Eſaiam, in Pſalmos etc. et citatur a Io. Cantacuzeno alioque anonymo et a Niceta Choniate in theſ. orthod. fidei. v. *Band.* I. p. 18. 34. 91. 99. 102. 254. 348. 358. et 433. *Florentiae* in monaſterio Camalduleuſ. II. cod. *Dion. Areop.* opera, et de diuinis nominibus. (*Montfauc.* in diario ital. pag. 363. vbi duo is epigr. in Dionyſium exſcripta dedit, et pag. 364.) Ibid. *Dion. Areop.* ep. ad Timotheum de martyrio Petri et Paulli, et in alio cod. membr. *Dion. Areop.* opuſcula et epiſtolae. (*Montf.* pag. 371. et 372.)

Venetiis in bibl. D. Marci in codd. CXLII. CXLIII. (cum *Germani* patriarchae CPolit. ſcholiis aliisque, quae in editis non exſtant, CXXXXIV. CCCCXCIV. CCCCCLVIII. ſunt *Dion Areop.* opera gr. cum ſcholiis. — in cod. XXI. excerpta in catena in Iobum, ſecundum catal. codd. gr.

Neapoli in bibl. regia codd. LXV et CCXIX. opp. cum ſchol. in poſteriore cod. ſunt quoque effigies Dionyſii adfabre depicta, Chriſtoph. Patricii Mitylenaei in illum iambi, et *κανών* in S. martyrem Dionyſ. Areop.

Patauii in bibl. coenobii S. Iuſtinae *Dion. Areop.* opera et epiſtolae, — et in bibl. ordin. Eremitanor. de diuinis nominibus, teſte *Tomaſino* in bibliothecis Patauinis msst. pag. 46. et 72.

Leidae inter codd. Voſſianos, martyrium Dionyſii Areop. — in bibl. publ. paſſio Dionyſii ſociorumque eius — inter codd. Bonau. Vulcanii, opera varia, in quibus poſtremum eſt Μαρτύριον τῦ νῦν ἐν ἁγίοις Διονυσίȣ τȣ ἀρεοπαγίτȣ ῥωμαικȣ ἐν ἐλευθερίᾳ. v. Catal. bibl. pag. 329. nr. 109. et pag. 396. nr. 24. in quo cod. etiam eſt Mich. *Syncelli* encomium in Dionyſium, et pag. 346. — Inter codd. *arabicos* Dionyſii D. Paulli diſcipuli epiſtola ad Timoth. de morte Petri et Paulli. v. catal. cit. pag. 419. nr. 129.

Lipſiae in bibl. Paullina eſſe codices Dionyſii, ex Fellero pag. 101-103. refert *Ittig* in diſſ. de patrib. apoſtol. pag. 137.

Auguſtae Vindel. in cod. catenae in epiſt. Paulli ad Rom. ſunt fragm. *Dion. Areop.* (v. *Reiſer.* catal. pag. 9.) — *Dion. Areop.* et aliorum contra Arianos: ſic quidem citatur a *Reiſero* l. c. pag. 22. (penes quem ſit fides ſcripturae aut nominis Areopagitae aut Arianorum.) — *Dion.* de hierarchia eccleſ. et in alio cod. graec. *Dion.* ſermones octo. — *Dion.* ep. de morte apoſt. Petri et Paulli, ex lat. verſione. (*Reis.* pag. 26. et 35. et 49.)

Vindobonae in bibl. caeſarea, ſecundum *Lambecii* comment. pag. 646. vol. II. cod. CXXII. ſumma breuis in hierarch. S. Dionyſii Areop. metrice. — In vol. III. Dionyſius citatur in *catenis*, in cod. X. ac XLII. et in anonymi commentat. in praecipua V. et N. T. loca, in cod. XLVII. — Opera cum ſcholiis in codd. XXXXIX. et L. pag. 184. ſqq. vbi Lamb. ſex in Dionyſ. epigrammata ex cod. exhibuit, at non primus, vti ſibi videbatur, Kollario pag. 187. iam obſeruante,) et pag. 191. ſqq. in cuius poſterioris adpendice II. eſt

ano-

anonymi cuiusdam auctoris expositio graeca difficiliorum quorumdam vocc. ad hierarchiam eccles. pertinentium, quibus Dion. Areopag. vtitur, simul et recensio deperditorum opp. Dionysii: tum scholion quoddam, quod Lambecius integrum quidem dedit, sed adnotante Kollario, iam editum fuit in ed. Iuntina, in quo Dionysius narrasse dicitur, monachos olim etiam vocatos fuisse *therapeutas*. (v. supra de cod. LXXXVI. Coislin.) In fine est lexicon s. interpretatio alphabetica difficiliorum quorumdam vocc. in opp. Dionysii; quod quidem lexicon dignum censet, quod publicetur integrum; enimuero iam lucem vidit in ed. Iuntina. v. Kollarii not. p. 195. — *Dion.* libri II. de coel. hierarchia et de diuinis nominibus; cum Maximi scholiis: in cod. LI. v. *Lambec.* III. col. 196. sqq. qui tres illos codd. dignos esse iudicat, qui diligenter conferantur cum edit. Corderiana. — *Maximi* schol. in Dion. libr. de coel. hierarchia, in cod. LII. v. *Lamb.* col. 198 — In cod. CLXXXVIII. nr. 18. (*Lamb.* IV. col 455) excerpta quaedam ex opp. Dion. Areop. vbi citatur speciatim operis de hierarchia eccles. c. V. περὶ τῶν ἱερατικῶν τελειώσεων. — In cod. CCXXXVII. nr. 13. CCLVII. nr. 1. et CCLXXXIII. nr. 2. sunt excerpta ex opp. Dionysii. v. *Lambec.* V. col. 191. 363. et 474. vbi citatur Dion. Areop. ἐκ τῦ περὶ ἱερῶν κεκοιμημένων. — In cod. XLV. nr. 69. excerptum ex Dion. capite VII. de caeremoniis funeralibus, in exsequiis pie defunctorum vsitatis, περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελϐμένων. (*Lambec.* VIII. col. 949.) — *Kollarius* in supplem. I. ad Lambec. col. 91. sqq. copiose recenset cod. XI. in quo sunt Dionysii Areopagitae opera cum scholiis S. Maximi et Georgii Pachymerae paraphrasi: vbi *Kollar.* de prooemio Maximi, ex hoc cod. edendo, de epigrammatibus *Christophori*, patricii Mytilenaei, in laudem Dionysii, (quae etiam gr. cum versione Bonifacii Finetti lat. leguntur in nouissima edit. Veneta, tom. I. pag. 32.) et aliis contentis bene agit. — *Mosquae* in bibl. Synodi sunt duo codd. qui continent *Dionysii* Areop. opp. v. cl. *Matthaei* notitiam codd. gr. bibl. Mosquensium, (Mosquae 1776. mai. fol.) pag. 59. sq. *Harl.*

VIII. Deperdita Dionysii huius scripta sunt, περὶ ψυχῆς, περὶ δικαίϐ καὶ θείϐ δικαιωτηρίϐ, περὶ θείων ὕμνων, περὶ νοητῶν, καὶ αἰσθητῶν, περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων (cuius operis frequenter meminit Dionysius. Vide t. I. p. 437. 441. 455. 465. 482. 490. 492. 497.) et περὶ συμβολικῆς Θεολογίας [z]). [comment. in Ioan. Apocalypsin. v. in §. VII. in not. codd. *Taurinens.*] His Pachymeri in prooemio p. XLIII. memoratis, ex Gyraldo dial. 5. de Poëtis, qui id in commentariis graecis obseruasse se ait, adiunges περὶ τϐ μακαρίϐ Ἱεροθέϐ, de illo nimirum *Hierotheo*, praeceptore suo, ex cuius ἐρωτικοῖς ὕμνοις adfert quaedam Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus [aa]). Anonymus MS. apud *Lambecium* lib. 3. pag. 69. [pag. 189. ed. Koll.] addit περὶ τῆς κατὰ νόμον ἱεραρχίας. Sed addit, e male lecto libri de eccl. hierarchia loco, vt notauit *Halloisius* apud *Corder.* T. 2. p. 379. 519.

Idem

z) Haec symbolica theol. citatur a Dionysio ipso aliisque. v. *Lambec.* comm. de bibl. Caes. III. pag. 185. Alia Dionysii deperdita citantur in codd. Vindob. v. notit codd. *Harl.*

aa) De *Hierotheo*, ex cuius Θεολογικαῖς στοιχειώσεσι quaedam adfert Dionysius cap. 3. de diu. nominibus, vide *Halloixium* tom. I. scriptor. oriental. p. 600. sq. *Nicol. Antonium* libr. I. bibl. vet. Hispan cap. 19. pag. 87. sq. et *Tho. Ittigii* diss. de patribus apostolic. pag. 121. sq. Celebratur in Menologiis et martyrologiis 4 Octobr.

Idem recte monet, librum περὶ τῶν Ἀγγελικῶν ἰδιωτήτων καὶ τάξεων, qui cap. 4. de divinis nominibus citatur, diuersum esse a libro, qui exstat, de coelesti hierarchia. Vide etiam, si placet, quae ibidem Halloisius subiungit de *Actis Martyrii S. Eutropii*, sodalis sui, quae cum *Epistola ad Clementem*, episcopum Romanum, misisse Dionysius traditur apud *Vincentium Bellouac.* XI. 18. speculi hist.

IX. De libro triplici, qui *Pastoris* titulo ex veteri latina versione [bb]) exstat, et *visiones* 4. *mandata* 12. ac 10. *similitudines* complexus ab antiquis scriptoribus tributus est HERMAE, siue illi, (quod magis placet.) cuius mentio Rom. XVI, 14. siue *Hermae*, Pii, episcopi rom. fratri [cc]) [?] pauca erunt, quae notabo post virorum doctissimorum industriam

[bb]) *Anastasium*, bibliothecarium, versionis illius auctorem esse, incerta plane et parum credibilis coniectura est *Casp. Barthii*, notis ad Hermam, p. 855. neque de *Rufino* constat, quum minime necesse sit, veteres omnes interpretationes deberi Anastasiis atque Rufinis. Etiam hoc sine caussa a Barthio pronunciatum esse existimo p. 860. 868. et 870. quod interpres tantum eclogarium egerit. Dubito quoque, an multi adsensuri sint *Tho. Galeo*, qui praefat. ad Opuscula Physica, Ethica et Mythologica Pseudoclementem in libro Pastoris citat. *Nam Clementis*, inquit, *opus esse, multa sunt, quae suadent.*

[cc]) Ita Pseudo-Tertull. 3. adversus Marcion. et Liber Pontificalis in vita Pii. Sed antiquiorem esse Hermae librum scriptum ante excidium Hierosolym. Clemente Romano episcopo, et ab Irenaeo iam pro libro sacro laudatum, recte monuere *Pearsonius* Vindic. Ignatii lib. 1. c. 4. et lib. 2. c. 13. p. 408. et *H. Dodwellus* diss. de successione Rom. Pontificum, c. XI. §. 5. *Fabr.* Primum notandum est, nomen auctoris scribendum esse *Hermas*, non, *Hermes*, copiose docteque id demonstrante *Cotelerio* tom. I. pag. 73 sqq. Tum ea, quae ego de *Hermae* aetate scriptisque in Introduct. in hist. L. Gr. II. 2. pag 132. sq. iam collegi, et item quae *I. Georg. Walch* in historia ecclesiast. N. T. (Ienae 1744. 4. p. 343.) disputauit, multis aliis V. D. laudatis, tum Schr. in: aufrichtige Nachricht von dem Leben — der Kirchenväter etc. pag. 29-32. ex *Ittigii* select. capp. hist. eccl. saec. I. pag 155. eiusque diss. de patrib. apostolicis §. LV sqq pag 184-206. (quem conferes,) aliisque obseruauit, et quos infra, §. X. Fabricius citauit viros doctos, a quibus possunt recentiorum narrationes et iudicia. *Io. Salom. Semler* in prolegg. ad Baumgartenii theol. polem. vol. II. §. 51. pag. 7. sqq. Hermae librum, qui inscribitur *Pastor*, esse miserrimum scriptum pronunciat, et ab homine quodam [illegible], Iudaeorum disciplinae quondam alumno, in Aegypto, Alexandriae, confictum, demonstratum iuit, multa contra *Bailum* in sect. I. defension. fidei N. T. cap. II. §. 4. et de locorum Hermae [illegible] disputauit, alius autem loci in Vta similitudin. lectionem et sensum explicuit [illegible]. — Hermam fuisse aut mente captum et fanaticum, aut, quod verisimilius videatur, licitum sibi duxisse, colloquia cum deo et angelis fingere, quo dogmata et praecepta, quae vera et salubria fratribus putabat, faciliores aures et animos inuenirent, iudicauit *Walchium.* in comm. de rebus Christianorum ante Constantinum M. p. 163. nec multum [illegible] cum aliis *Schroeckh* in historia christiana, germanice scripta, tom. II. pag. 373. sqq. Enimuero cel. *Rosenmüller* in libro de Christianae theologiae origine cap. 1. §. VI. p. 28. negat, ficta illa cum deo angelisque colloquia probare statim, eum fuisse fanaticum et mente captum; contra ex testimoniis veterum ipsoque libri argumento, quod a pag. 32-37. bene exhibet, colligit latiusque explanat sententiam, destinatum fuisse librum vsibus Catechumenorum ac rudiorum Christianorum, proinde recte pro prima [illegible]ne catechetica in litteras relata haberi posse. Parum discedit, neque magnifice extollit Hermae librum, neque adeo deprimit *Lange*, qui in hist. dogmatum mem. I. pag. 75-84. multus est de illo. — *Io. Iac. Zimmermann.* in disquis. histor. et theol. de visionibus in eius opusculis, part. I. sect. V. pag 668 sqq. *Pastoris* et argumentum recenset, et auctoritatem fidemque examinat. *Cave* in histor. eccles. etc. I. pag. 647-655. potiores de eo eiusque libro repetit narrationes iudiciaque.

Bar-

striam. Inprimis adferam loca nonnulla veterum, Cotelerio, qui magnum eorum numerum editioni suae praefixit, praeterita. *Clemens* in Eclogis ἐκ τῶν προφητικῶν §. 45. ed. Combefisii, vbi habes verba ex libr. II. mandato 5. In ecclesiis δεδημοσιευμένον *Hermae* librum scribit *Eusebius* III. 3. hist. quod Valesius reddit, *publice legi*. Rufinus: *in nonnullis ecclesiis legitur*. *Philastrius* haeresi CXXII. *Cum anima facta sit ex nihilo scilicet, vt scriptum est: qui fecit ex nihilo omnia, vt essent, quae non erant.* Confer lib. 2. Hermae mandat. 1. Auctor Homiliae de aleatoribus ad calcem Operum S. Cypriani: *Dicit enim Scriptura Diuina, Vae erit* Pastoribus. Quod si ipsi *Pastores negligentes reperti fuerint, quid respondebunt Domino pro pecoribus? a pecoribus se esse vexatos? non credetur illis. Incredibilis res est, Pastores pati posse aliquid a pecore. Magis punientur propter mendacium suum.* Confer lib. 3. similitudine IX. n 31. *Ioh. Sarisberiensis* Epistola 172. [dd]) Pastorem Hermae accenset libris Apocryphis V. T. quod etiam fieri in codice latinorum bibliorum ante 800. annos exarato, qui in bibl. S. Germani exstat, notatum *Rich. Simoni* lib. 2. hist. crit. N. T. p. 106. Franciscus enim Iunius fallitur, qui per Pastorem intellexit librum tertium Maccabaeorum, ideoque tacito licet nomine illum perstringit *Stephanus le Moyne* notis ad Varia sacra p. 1065. vbi illustrat stichometriam Nicephori, in qua veluti in Gelasii decreto et Athanasii synopsi inter Apocrypha N. T. Pastor Hermae memoratur. Sequutus tamen Iunii sententiam *Petrus Pithoeus* est, de latinis biblior. interpretibus p. 8. His adde locum *Didymi* in Catena ad Iob. VIII. 17. a Patricio Iunio edita pag. 202. et alium operis imperfecti in Matth. XIX, 28. quem testimoniis de *Herma* adiungere iubet ipse *Cotelerius* ad lib. 3. similitud. 9. §. 2. p. 112. tum loca *Origenis* tom. 14. in Matth. 19. p. 361. edit. Huetii, et tractat. 30. in Matth. 24. in veteri latina versione, quae praeter locum ex Catena MS. in epistolas catholicas ad Iacob. I. 6. obseruauit *Io. Ernestus Grabe* spicilegii Patrum tom. 1. pag. 303. 304. Denique *Bernardus de Montfaucon*, sacerdos et monachus Benedictinus in praeclara sua Athanasii editione tom. 3. ex codice Colbertino vulgavit doctrinam sub Athanasii nomine ad Antiochum, nec Cotelerio, nec tunc, quum spicilegium ederet, doctissimo Grabio visam, in qua fragmenta bene multa graeca *Hermae* [ee]) [ff] occurrunt, quae legisse neminem poenitebit: quare ea hoc loco eum in finem adiuncta a me, vt conferri possint cum antiqua versione, exhibere integra iuuat, quum prius

Barnabae atque *Hermae* quaedam loca in ed. P. P. apost. Amstelod. tom. I. 1724. emendare sustinuit *Francisc. Florius* in opusc. de quodam Hegesippi fragmento et de nonnullis SS. P. P. locis, Bonon. 1793. 4. p. 87-89. *Harl.*

dd) Confer Cotelerii notas ad t. I. monumentor. eccles. graecae p. 725. et quae scripsi in codice apocrypho N. T. [tom. II. p. 966. sqq. sed in tom. III. multo plura et doctiora postea dedit.]

ee) Graecos Hermae libros inspiciendi magno desiderio flagrabat *Grotius* epistola 765. qua testatur, se fragmenta Christianorum primi et secundi saeculi diligenter collegisse. Forte in Graecis, si integra exstarent, occurreret, quod auctor libri pontificialis memorat, *mandatum, quod praecepit Angelus Domini, cum venit ad Hermam in habitu Pastoris, et praecepit ei, vt Pascha die Dominica celebraretur.* Ad aliud enim opus respicere illum scriptorem aegre crediderim. Caeterum latina, quae habemus, Hermae antiquiora esse Tertulliano, et ab illo lecta, persuadet sibi Nourrius Adparatu ad bibl. Patrum diss. IV. c. 6. p. 53. Praeterea Cotelerius notis ad lib. 2. mandat. 5. laudat interpretationem codicis Victorini, siue bibliothecae S. Victoris, *pressius non raro inhaerentem Graecis* ab Antiocho in Homiliarum opere citatis, *magno vsui futuram, si quando Hermas, qua lingua scripsit, in luminis oras exierit.*

notauero *Nourrium* quoque testimonia veterum de Herma exhibere in Adparatu ad bibl. Patrum edit. in fol. p. 1367. sqq. sed nulla addidisse Coltelerianis, praeter locum *Clementis* VI. Strom. p. 638. et alterum, Grabio etiam notatum, *Origenis* ad Matth. XXIV. 32. *Fabr.*

Ego vero ea fragmenta ab noua hac editione abesse iussi, quoniam Fabricius post primam huius bibl. gr. voluminis editionem 1712. factam, in codicis apocryphi N. T. parte tertia, primum edita Hamburgi 1719. 8. pag. 737-1036. non solum illa fragmenta graece et lat. sed multo plura, reddidit, id quod iam patebit ex inscriptione praefixa: „*S. Hermae*, viri apostolici, *Pastor.* Cum notis selectis virorum doctorum: adscriptis passim suo loco fragmentis pluribus graecis, quae in editione praestantissima *Coteleriana* desiderabantur." Subiectae quoque sunt textui variae lectiones ex cod. antiquo Carmelitarum excalceatorum, suburbii Paris. ex cod. S. Germani et cod. S. Victoris. Accesserunt, quae in infima pagina Oxon. editionis, a 1685. leguntur ex codd. Bodleianae et Lambethanae bibliothecarum: praeter ea sunt praemissa bene multa de S. Hermae pastore testimonia, et Cotelerii de eo iudicium. *Harl.*

[P] X. *S. Hermae Editiones.*

Prima *Iac. Fabri* Stapulensis, Paris. 1513. fol. apud Henr. Stephanum auum.

Nic. Gerbelii. Argentorat. 1522. apud Io. Schottum. 4.

In Orthodoxographis *Io. Heroldi* ff). Basil. 1555. et Io. Iac. Grynaei 1569. fol.

In bibliothecis patrum tom. 3. Paris. 1575. tom. 5. 1589. 1610. 1644. 1654. tom. 1. Colon. 1618. et Lugd. 1677. fol.

Cum notis *Casp. Barthii*, post Claudiani Mamerti libros 3. de statu animae, Greg. Thaumaturgi de anima libellum ex versione Ger. Vossii et incerti Philosophi Christiani celebres de anima opiniones, ex Io. Tarini versione, Cygneae 1655. 8. subiecto libello Paciani de poenitentia.

Cum notis *Io. Baptistae Cotelerii*, inter Patres apostolicos, Paris. 1672. fol.

Ex recensione et cum notis *Io. Felli*, Oxoniensis episcopi, Oxon. 1685. 12. una cum Barnaba.

Cum notis Cotelerii et Felli in noua patrum apostolicor. editione, a *Io. Clerico* curata, Amst. 1698. fol. [it. in *Russelii* edd. P. P. apost. vol. I.]

Belgice, quam versionem ex Zwickero memorat b. Ittigius.

Anglice Guil. Wakeo interprete, Lond. 1693. et 1710. 8 cum Epistolis Clementis, Barnabae, Ignatii ac Polycarpi. *Fabr.* Alias Wakeanae versionis edd. n. a. 1719 1737. 8. et

ff) Hinc Labbei error, qui in Haeresiologia editum Hermam falso tradit. Nimirum ab Heroldo editum Hermam legerat vel meminerat, at non in Haeresiologia Heroldi, verum in eius Orthodoxographis Hermas occurrit. Labbeum sequutus Nourrius p. 61.

et indicium cenforis de Herma in: Memoirs of Literature, vol. I pag. 117. latum refert *Brüggemann* in View etc. pag. 296.

Germanice vertit et notis illuftrauit *Io. Chriftian Nehring*, Halae Sax. 1718. 8. *Harl.*

Plura de Herma, quem Philippenfium epifcopum nonnulli incerta fide tradunt, praeter iam laudatos *Henfchenius* IX. Maii tom. 2. pag. 370. *Sam. Bafnage* ad A. C. 157. *Elias du Pin*, *Tillemontius* in memoriis ecclef. *Nourrius* in Adparatu, diff. l. 4. aliique de hiftoria et monumentis ecclefiafticis fcriptores, inprimis *Ittigius* in diff. de patribus apoftolicis pag. 184-206. et in felectis hift. ecclef. Sec. I. capitibus p. 65. fq. et p. 155-179. quo poftremo loco de doctrina in Hermae libris contenta erudite differit. Alius *Hermes*, praefectus vrbis, fub Trajano memoratur in Actis Martyrii S. Alexandri I. Romae Epifcopi a quo cum vxore et forore et filiis et 1250. feruis vxoribusque et filiis eorum [?] baptizatus effe legitur. Vide acta fanctor. ad 3 Maii tom. 1. p. 371-373. et 375. vbi Papebrochius notat, Acta illa Alexandri, quae ille latine edidit, exftare in bibl. Ambrofiana Mediolani graece reddita, fub titulo S. Hermetis.

XI. *Acta Praxedis Virginis*, fororisque Pudentianae et fratrum SS. Nouati ac Timothei patrisque Pudentis, fenatoris, quae, praemiffa Paftoris, presbyteri, ad Timotheum et Timothei ad Paftorem epiftola, ediderunt, et Hermae, Pii, pontificis, fratri tribuunt *Baronius* tom. 2. Annal. et *Henfchenius* Act. fanctor. 19. Mai. indigna effe fide probat Tillemontius tom. 2. memor. eccl. parte 2. pag. 528. fqq. *Paftoris* cuiusdam, epifcopi, libellum in modum Symboli, memorat *Gennadius* de fcript. ecclef. cap. 76. Plures *Paftores*, Martyres, celebrant Martyrologia. Ceterum de *Poemandro* et aliis fcriptis, fub *Hermetis Trismegifti* nomine ambulantibus, quae Hermae apoftolico parum verifimiliter tribuit *Sandius* in nucleo hift. ecclef. pag. 56. dixi libro 1. c. 7. feq.

XII. De S. CLEMENTIS, romani epifcopi, epiftola ad Corinthios, ftante adhuc templo, ante Hermae Paftorem, et epiftolam Barnabae, vt videtur, fcripta, epiftolaque, quae eidem Clementi tribuitur altera ac vere pofteriore, dixi [libr. IV. cap. 7. §. 14. vol. IV. p. 828. fqq.] gg). Nunc de fcriptis, *Clementi* fuppofitis, nonnulla fubiungere iuuat. Nam de *Clemente* ipfo, cui circa A. C. 83. Euariftus in romanae ecclefiae epifcopatu fucceffit, videri poffunt *Cotelerius* in Patribus apoftolicis, (qui hh) Martyrium etiam Clementis e *Sim. Metaphrafte* ad 23. Nou. et *Ephraemi Cherfonis epifcopi*, Homiliam de miraculo quodam Clementis, graece et lat. edidit: alterum etiam eiusdem, fi nancifci potuiffet, tractatum additu-

gg) Add. epiftolarum pontificum rom. a S. Clemente I. vsque ad S. Leonem M. t. I. — ex rec. *Petri Conftantii*, cum eiusd. admonitt. et felecta adnotatione curauit aliorumque et fuas animadu. addidit *Car. Traug. Gottl. Schoenemann.* Gotting. 1796. mai. 8. conf. Kilon. bibl. vniu. german. vol. 30. part. I. fafc. 4. a. 1797. p. 207. fqq. De edit. v. quoque *Brüggemann* View. etc. p. 288. fqq. *Harl.*

hh) Martyrem Clementem vix quisquam vocat ante Rufinum: vnde martyrium eius in dubium vocat *Dodwellus* ad Pearfonii Opera poftuma p. 213. fqq. Certe Narratio illa, quam latine poft alios ediderat Lazius 1551. cum Abdia, et Surius 23 Nou. exiguam fidem meretur, licet eiusmodi Acta Clementis legerit etiam *Gregor. Turonenfis* de gloria Martyrum c. 35. incertum, an habuerit illa Clementis, papae, gefta, quae a *Io. Diacono* romano, (circa extremum faeculi IX.) fcripta teftatur *Sigebertus* de fcript. ecclef. c. 106.

dicturus memoratum *Allatio*, et incipientem sic: ἐξελθόντος Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου τῆς Γαλιλαίας) *Caueus* in Vitis Patrum et *Tillemontius* in tomo 2. memor. histor. eccles. videri poterit *Philippus Rondininus Fauentinus* libris duobus ii) de S. Clemente, papa et martyre, eiusque in vrbe Roma basilica. Rom. 1706. 4. *Fabr.* Multi alii de *Clemente* Rom. eiusque fatis et scriptis partim vberius egerunt, partim alios VV. DD. in vtramque partem saepe disputantes excitarunt. v. *Hambergeri* zuverl. Nachr. tom. II. p. 186. sqq. *Saxii* Onom. I. pag. 257. sq. et pag. 576. E multis igitur, praeter scriptores historiae eccles. eosque, quos iam in Introd. etc. II. 2. p. 180. sq. memoraui, plura de Clemente tradiderunt et collegerunt

Oudin. in commentar. de scriptoribus et scriptis eccles. I. col. 19-48.

Stolle in: Nachricht von dem Leben — der Kirchenv. cap. II. pag. 14-28.

I. G. Walch in hist. eccles. N. T. pag. 322-336. et in bibl. patristica cap. IV. §. 9. pag. 212. sqq.

I. E. Grabius in praef. de S. Clementis rom. scriptis, rec. in vol. I. S. S. patrum apostolorum etc. ed. *Ruselii.*

De Clemente eiusque *constitutionibus apostolicis* dissernerunt *Car. Frid. Pezoldus* in binis dispp. Lipsiae 1698. 4. — *Io. Guil. Ianus* in disp. de antiquitate canonum apostolicor. Witteb. 1706. rec. 1740. — *Gottlieb Wernsdorf.* aduers. *Guil. Whiston.* Witteb. 1739. 4. — *Chstph. Nerreter* disp. praes. *Io. Aug. Dietelmaiero*, de fragmento Clementis Rom. quod sub nomine epistolae II. ad Corinthios habetur. Altorf. 1749. 4. — *D. I. Frid. Cotta* de constitutionibus apostolicis. Tubingae. 1746. 4. — *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae I. pag. 45. sqq. *Harl.*

[*] Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *SS. Apostolorum Canones LXXXV.* quos *Ioh. Zonarae*, *Theodori Balsamonis* et *Alexii Aristeni* scholiis illustratos graece et latine cum notis eruditis edidit *Guil. Beueregius* in Pandectis Canonum, siue magno Synodico, Oxon. 1672. fol. tom. I. pag. 1-57. Occurrunt et in Patribus apostolicis Cotelerii, qui praeter nouam versionem suam notasque addidit veterem interpretationem *Dionysii Exigui*, sed is Dionysius cum aliis antiquis latinis tantum Canones quinquaginta, (qui prioribus graecis 42. respondent,) agnoscit. Qua de re vti de variis Canonum horum editionibus vide *Ittigii* appendicem de haeresiarchis apostolicae aetatis p. 161. seq. [et *Oudin.* l. c. col. 28. sqq.] In editione Patrum Coterierianorum Amstelodamensi additae etiam sunt iam laudatae a me Beueregii notae. Graece Canones apostolicos ad calcem Nouellarum Iustiniani subiunxit *Georgius Haloander*, et latine vertit Norimb. 1531. fol. Clausulam a verbis ταῦτα δὲ περὶ Κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ὑμῶν ὦ ἐπίσκοποι, in Turriani edit. et graeco latina Gesneri Tiguri 1559. fol. obuiam, addidit quoque e MS. Augustano *Elias Ehingerus*, qui Canones Apostolor. cum aliis Conciliorum canonibus graece et lat. edidit

ii) Acta eruditor. tom. 4. supplem. pag. 140.

dit 1614. 4. kk) Eamdem in pluribus codicibus graecis reperit Cotelerius, quemadmodum et exſtat in *Arabica* verſione.

[Canones hos LXXXV. german. vertit et illuſtrauit *C. F. Röſsler*. Bibl. d. Kirchenv. IV. p. 229. graece cum verſ. germ. et not. edidit *Ioh. Diteric. Hartmann* Beiträge zur chriſtl. Kirchen-u. Relig. Geſch. p. I. Ien. 1796. p. 204. egit de iis *Spittler*. Geſch. d. Kan. Rechts p. 65. ſq. *Beck.*]

Hosce Canones ll), qui Conſtitutionum apoſtolicarum libris ſubiici ſolent, apoſtolis auctoribus editos, et a Clemente, romano, collectos eſſe multi ſibi perſuaſerunt, pro qua ſententia praecipue militant *Franciſcus Turrianus* libro primo integro contra Magdeburgenſes pro canonibus apoſt. et decretalibus pontificum Florent. 1572. fol. et nouiſſime *Antonius de Caſtrouillare* mm), Ord. Minor. S. Franciſci de Paula in diſſ. hiſtorico-chronologica et dogmatica pro quinquaginta canonibus apoſtolicis, Rom. 1697. 4.

Illam ſententiam ante Natalem Alexandrum ſec. I. diſſ. 18. cui potiſſimum Caſtrouillarius reſpondere ſtudet, validiſſimis rationibus oppugnauit *Io. Dallaeus* libro tertio de pſeudepigraphis apoſtolicis. Harderuic. 1653. 8. Sed nimis videtur ipſe in alteram partem canonum illorum antiquitatem deprimere, dum ad quintum et tantum non ſextum [?] ſaeculum illos reiicit, cum veriſimillimis argumentis nixa ſit opinio, cui lubens adſentior, virorum praeclarorum, qui ſaeculo iam tertio canones illos ſynodicos apoſtolicarum, ſiue apoſtolicae doctrinae adhaerentium eccleſiarum, editos fuiſſe ſibi perſuadent. Confer, ſi placet, quae pro illa ſententia disputant *Petrus de Marca* III. 2. de concordia ſacerdot. et imperii, *Schelſtratenus* in Antiquitate illuſtrata pag. 263 ſeq. *Pearſonius* parte I. Vindic. Ignatii c. 4. ac praecipue *Guil. Beueregius* in ſuis ad canones animadverſionibus: aduerſus quem quum Matthaeus Larroquanus, vir et ipſe doctus, ad calcem ſuarum ad Pearſonianas Ignatii Vindicias obſeruationum, Rothomag. 1674. 8. Dallaei ſententiam tueri conatus eſſet, idem Beveregius doctiſſimo opere, quod codicem canonum eccleſiae primitivae vindicatum inſcripſit, et Londini 1678. 4. edidit, pluribus argumentis eamdem evertit. Recuſus eſt ille codex canonum vindicatus in Amſtelodamenſi Patrum Coteleriianorum [et Ruſeliana] editione. [v. *Hemberg.* l. c. pag. 189. ſq.]

Omitto *novem Canones*, quos velut ab apoſtolis in Concilio Antiocheno conſignatos, e codi-

kk) Inſcriptio haec eſt: κανόνες τῶν ἀποστόλων — *Apoſtolorum et ſanctorum conciliorum decreta.* E canonicorum diui Hilarii Pictauienſis et auguſtana bibliotheca, Graece et latine edita a M. *Elia Ehingero*, Auguſtano, Witebergae. 1614. 4. *Harl.*

ll) Illi etiam κανονικαὶ διατάξεις vocantur in Concilio Nicaeno II. tom. 3. Binii pag. 486. vbi canon 53. laudatur. *Plurimos conſenſum non praebere faciliem*, fatetur *Dionyſius Exiguus* in praef. ad verſionem ſuam, quam in gratiam Laurentii cuiusdam, veteris translationis confuſione offenſi, concinnauit. *A quibusdam apocryphos dici*, agnoſcit etiam Iſidorus Mercator in praefatione *Fabr.* Adde *Io. Fabr.* in hiſtoria bibl. Fabricianae, tom. I. pag 45. *Harl.*

mm) Vide Acta Erud. A 1697. p. 523. et *Ittigii* diſſ. de patribus apoſtol. p. 212. ſq. vbi Caſtrouillarium refellit. Prodiit etiam aduerſus Canonum apoſtolicorum auctoritatem et antiquitatem diſſertatio hiſtorico theologica *D. Io Pauli Hebenſtreitii*, Ienae 1701. 4. Ceterum Animaduerſiones in hos apoſtolicos canones, quae gallice, *Ludouico Thomaſino*, vt aiunt, auctore, prodierunt Antwerpiae 1698. 8. haud vidi. Canones, quos ſub apoſtolorum nomine legunt Habesſini, vide, ſi placet, apud *Ludolfum* commentar. ad hiſt. Aethiopic. p. 304. ſeqq. aethiopice et latine. *Fabr.* [De canonibus apoſtolorum, illorum numero, aetate fideque vberius disputarunt *Fabric.* infra in libr. VI. cap. I [illegible] ſqq. vol. XI. p. 3. ſqq. (vbi de codd. et [illegible] agitur et ſuo tempore auxiliante deo [illegible] ſequentur ſupplementa) et *I. G. Walch* hiſt. eccleſ. N. T. p. 328. ſqq. add. disſp. paullo ante memoratas. *Harl.*

e codice graeco, quem Pamphili, martyris, fuisse tradit, vulgauit *Turrianus* lib. 1. contra Magdeburgenses c. 25 *Baronius* ad A. C. 102. nr. 19. et *Binius* tom. 1. Concilior. pluribusque argumentis explodunt *Pagius* ad A. C. 56. (Baronii 58. Num. 118.) et *Vetulis* [illegible] Sec. I. diss. 20. atque ante vtrumque *Dallaeus* III 22. seqq. de Pseudepigraphis apostolicis. De canonibus *antiochenis*, qui praeter rem ad apostolos referuntur, adde haec concilii Nicaeni II. tom. 3. Binii pag. 458. ἐν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἴρηται τοῦ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἴδωλα τοὺς σωζομένους, ἀλλ᾽ ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἄχραντον στήλην τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Fabric.* vid. nostrum Fabric. infra in vol. XI. vet. ed. p. 8. sq. §. VI. De apostolicis constitutionibus et canonibus, *Clementi Romano* tributis, est *Iac. Vsserii* diss. praefixa Polycarpi et Ignatii epistolis, ab *Vsserio* editis, Oxon. 1644. 4. *Harl.*

2. Διαταγαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, τοῦ Ῥωμαίων Ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου Καθολικὴ διδασκαλία, siue *Constitutionum apostolicarum libri VIII.* quos Photio olim cod. CXII. laudatos primus e tribus codd. MSS. [nn]) Calabro, Siculo ac Cretensi, *graece* cum prolegomenis et explanationibus apologeticis graece a se scriptis edidit *Franciscus Turrianus* S. I. Venet. 1563. 4. ex officina Iordani Ziletti.

Latine post lacinias quasdam siue epitomen, e MS. Cretensi excerptam [illegible], a *Carolo Capellio*, *Veneto*, Ingolstad. 1546. atque inde in posteriore Conciliorum editione Crabbiana siue Petri crabbe, Colon. A. 1551. p. 27. editam, prodierunt libri VIII. interprete *Io. Carolo Bouio* [oo]), episcopo Ostunensi, Venet. eodem anno 1563. 4. Paris. 1564. 8. et inter S. *Clementis* opera ibid. 1568. Colon. 1569. fol. [pp]) atque in edit. Conciliorum Suriana Colon. 1567. fol. Deinde ex *Turriani* versione cum eius scholiis et obseruationibus, Antwerp. 1578. apud Plantin. fol. [qq]) et in Conciliorum editionibus Dominici Nicolini Venet. 1585.

nn) Alii MSS codices in bibl. Caesarea occurrunt. Vide Nesselium part. V. pag 25. sqq. 129. et 138. Eclogas codicis Mazariniani (iam regii) laudat Cotelerius.

oo) Vide *Leonardi Nicodemi* additiones ad Nicolai Toppi bibl. Neapolitanam pag. 110. *Ittigii* appendic. ad diss. de Haeresiarch. p. 190. sqq.

pp) Apud *Hamberger.* l. c. pag. 190. ita legitur inscriptio: *Clementina* h. e *B. Clementis* opp. quae quidem in hunc vsque diem a variis auctoribus collecta, conuersa emendataque latine exstant, omnia (Cum noua praefatione de veris falsisque *B. Clementis* scriptis, postremaque eorumdem fideli emendatione, ac diligenti argumentorum difficiliumque locorum explanatione, *D. Lamberti Gruteri* Venradii. Colon. Agripp. Io Birkmann. 1570. fol. Insunt, 1) Recognitiones: 2) XC canones apost. gr. et lat. ex vetere et noua *Haloandri* versione, vna cum scholiis [illegible] *B.* [illegible] per *Gentianum Heruetum* [illegible]. 3) VIII libri constitutt. apost. interprete *Io. Bouio*, cum eiusd. prolegomenis atque scholiis. 4) Epist. *Clementis* decretales, illustratae et declaratae [illegible] *Lamb. Gruteri.* 5) Epitome historiae [illegible] nae de gestis B. Petri, interprete *Ioach. Perionio*, (cuius interpretatio primum typis expressa Morelian. Paris. 1555. 4.) et alia. v. §. 3. sub fin. *Harl.*

qq) Adiuncti sunt ad finem LXXXV. *canones apostolorum.* Edidit Turrianus id opus ad confirmanda dogmata ecclesiae suae contra haereticos. Sed *Oudin.* l. c. col. 29. (vbi de Pseudo-Clementis constitutionibus apost. agit,) „quum, ait, illud opus scripsisset, vt protestantibus aduersaretur, Turrianus nullam fidem apud viros eruditos etiam pontificios obtinuit, quod contra MSSt. [illegible] graecorum fidem, alia mutilasset omnia, [illegible] romanae fidei et commodis ecclesiae [illegible] aduersa esse videbantur.“ Atque eorum, [illegible] suppressit Turrianus, exempla quaedam [illegible] Oudin. Tom col. 31. sq. ex [illegible] quos *Chri*[illegible] *Sandius* in hist. eccl. enucleata lib I ed. 1676. Amst. in 4. p 67. ex pseudo Clem. Constit. excerpsit erroribus, colligit cum Sandio Oudinus doctrinam, in constitutt. apostolicis contentam, esse prorsus Arianam,

1585. et Seuerini Binii Colon. 1606. fol. *Graece et latine* cum *Turriani* versione recudi curauit *Fronto Ducaeus* ad calcem canonum apostolorum et concilior. commentariis *Io. Zonarae* illustratorum Paris. 1618. fol. atque inde *Labbeus* tom. 1. Concilior. Paris. 1672. fol. Denique cum versione et notis eruditis *Cotelerii* viderunt lucem inter Patres apostolicos Paris. eodem anno 1672. et Amst. 1698. fol. [et Rufelii edit. P. P.] [hinc et *Mansi* Collect. amplist. Conc. tom. I. praemissa adnot. crit. et chronol. p. 254. Idem libri VIII. A. in *Gallandi* Bibl. P. P III. p. 3. sq. *B.*]

Has Constitutiones, quibus apostolicam aetatem tribuunt Turrianus, Bouiusque, longe recentiores esse et Clementi Rom. suppositas, probant, ne alios iam citem, *Io. Dallaeus* libro 1. cap. 9. de Pseudepigraphis apostolicis, Harderuici. 1653. 8. et *Natalis Alex.* sec. 1. diss. 18. Vide etiam *Ittigii* adpendicem ad diss. de Haeresiarchis p 199. seqq. vbi ad testimonia veterum, pro Constitutionibus a Turriano citata, respondet. Videtur autem opus hoc non diu ante Eusebium rr) esse sub Clementis editum nomine, ac conflatum ex variis secundi et tertii seculi constitutionibus ecclesiasticis, διδασκαλίαις, διδαχαῖς, διατάξεσι ss), quae apostolorum et apostolicorum virorum, Clementis, Ignatii, Polycarpi, Hippolyti nominibus ferebantur olim incerta fide, et in antiquis stichometriis memorantur, atque ex parte etiam hoc nomine in bibliothecis, vt Caesarea tt) et Bodleiana supersunt manu exaratae. Canones apostolorum vocat auctor operis imperfecti in Matthaeum, ad VI, 3. et XXV, 18. vbi librum octauum citat, et ad V. 22. *sicut apostoli in canonicis suis interpretantur.* Fuisse tamen olim apostolicarum διατάξεων nomine celebres, quae in his octo libris longe aliter leguntur uu), patet vel ex *Epiphanii* LXX. 10. quem locum respicit, vbi apostolicam constitutionem laudat, Apologia Augustanae confess. vv) Itaque ab Heterodoxis interpolatas Constitutiones iam olim conquesti sunt patres Trullani Canone 2. *Fabr.*

Guil. tamen *Whiston*, Anglus, id omni studio egit, vt *constitutiones* cum *canonibus apostolicis* vindicaret ipsis apostolis atque vtrisque communem cum scriptura sacra adsereret auctoritatem. *Whiston* vero in Primitive Christianity reviv'd, in four volumes, (Londin. 1711. 8. V. voll.) in vol. II. constitutt. app. et canones edidit gr. et anglice: et in vol. III. fidem atque auctoritatem constitt. apost. diuinam defendere adnisus est. Summam illius tomi leges in *Baumgartenii* Nachrichten von einer hallisch. Biblioth. vol. IV. p. 242-251. add. p. 259. sq. et pag. 355. sq. de II. aliis, qui huc pertinent, libris Whistonianis. — Neque tamen defuerunt aduersarii, et ab vtraque parte varia scripta prela exercuerunt. Enumerant illa *Fabr.* noster infra vol. XI. libr. VI. cap. 1. §. 7. p. 11. *Christ. Matth. Pfaffius* in introd. in hist. theol.

nam, et concludit opuscula omnia, S. Clementi Romano, adscripta, fuisse conficta saeculo quinto ab Arrianis, vt hoc modo haeresin suam sub falsis veterum patrum nominibus defenderent et a censura excusarent. Denique verisimillimum videtur Oudino, illos octo Clementis libros, qui a Gelasio, romano episcopo, in concilio suo a. 494. memorati damnatique et inter apocrypha reiecti fuerunt, eos igitur ipsos esse Διατάξεων libros. add. *I. G. Walchii* hist. eccles. p. 331. sqq. *Harl.*

rr) Opera πολύστιχα χθὲς καὶ πρώην Clementi suppposita testatur *Eusebius* III. 38. hist. Petri et Apionis dialogos ibi commemorans.

ss) *Vsser.* c. 7. prolegom. ad Ignat. *Pearson.* I. Vindic. Ignat. c. 4. *Steph. le Moyne* not. ad Varia sacra pag. 1072. et *Grabe* spicileg. patrum tom. 1. p. 40. seqq.

tt) Vide *Nesselium* part. V. catalog. MSS. pag. 20. *Grabe* pag. 285. seq.

uu) *Vsser.* prolegomen. ad Ignat. c. 9.

vv) Loc. IV. de ecclesia pag 154. adde *Ittigii* diss. de patribus apostolicis p. 220. sq.

theol. litter. part. II. pag. 274. sqq. et plenius cl. *Brüggemann* in View etc. p. 291. sq. Ex cuius opere egregio praeterea proferre lubet quaedam, quae ad Clementem Rom. spectant, scripta. In praefatione *Henr. Wotton*, praefixa eius editioni S. Clementis Romani ad Corinthios epistolarum duarum, Cantabr. 1718. 8. breuiter discutitur, quae sit *constitutionum et canonum apostolic.* auctoritas; susius etiam de Clemente eiusque scriptis, praesertim ad Corinthios epistolis differitur. — *Ed. Martin* in suis Five Lettres, Londin. 1662. 8. in epistola tertia disputat de auctoritate constitutt. apostol. et canonum. — Coniectura circa Ἐπισκοπὴν Clementis Rom. cui subiiciuntur castigatt. in Epiphanium et Petauium de Eucharistia, de coelibatu Clericorum et de orationibus pro vita defunctis, auctore *Iacobo de Ardenna.* Lond. 1683. 4. — De Clemente agitur in: The Iudgment of the Fathers concerning the Doctrine of the Trinity; opposed to Dr. *G. Bull's* Defence of the Nicene Faith. part. I. Lond. 1695. 4. pag. 29-32. — *Bulli* defensioni etiam opposita est *Luc. Mellierii* (h. e. *Sam. Crellii*) fides primorum Christianorum etc. Lond. 1697. 8. — *Nathan. Lardner* in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. I. Londini 1748. 8. cap. II. et III. pag. 48-108. exhibuit historiam Clementis et fragm. epist. II. — in part. II. vol. VIII. ib. 1750. 8. cap. 85. pag. 319-407. apostolicarum constitutionum et canonum concinnauit historiam: idem epistolas II. Clementis, a Wetstenio editas, sub examen vocauit easque negauit esse genuinas: a Dissertation vpon the two Epistles ascribed to Clement of Rome etc. Lond. 1753. 8. — *I. Iortin* scripsit obseruatt. in constitution. apost. in: Discourses on the Christian Religion. Discourse VI. et in easdem, nec non in canones etc. — (The apostolical Constitutions and Canons considered; the Recognitions of Clemens a wretched romance. A passage in them explained,) in eius Remarks on ecclesiastical history. Lond. 1751. 8. vol. I. pag. 228-283. et 338-342.

De codd. msstis Clementis operum pauca subnectam: paucos laudat Fabric. §. 4. fin. *Canones apostol.* sunt in codicibus *Paris.* bibl. publ. MCCCXXIV. (v. catal. codd. Paris. vol. II. vbi pag. 285. sqq. plures enumerantur codd. in quibus exstant apostolorum, patrum pluriumque conciliorum canones;) et MDCXIV. (in quo etiam prostat *Clementis, papae,* martyrium idem prorsus, cum illo, quod ad finem *recognitionum* legitur. — *Constitutiones* in codd. CCCLXIV. DCCCCXXXI. et MDCXIV. — *Epitome de actibus S. Petri* in quinque codd. — *Epistola ad Iacobum fratrem domini* in cod. DCI. *Apophthegmata* in cod. MMDCLII. In cod. MCCCXXIV. nr 2. legitur praefatio collectionis in titulos quinquaginta diuisae. Illius, vt et collectionis auctor est *Iohannes Antiochenus.* — In codice CMXXX. (quo cod. vsus est *Cotelerius* in sua Clementinorum editione,) continentur *Clementina,* XIX. homilias complectentia. — In bibl. *Coisliniana,* cod. CCXII. apostolicae constitutiones, in fine legitur, διαταγαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος ἀπεσταλεῖσαι τοῖς ἔθνεσι, teste *Montf.* in bibl. Coisl. pag. 71. — Ibid. in collectione Niconis sat grandi (cod. XXXVI. *Montfauc.* pag. 111.) sunt constitutiones apostolicae, Clementina siue Clementina et alia loca ex Clemente rom. multisque aliis scriptis eccles. excerpta, et ita in aliis codd. occurrit Coisl. vel nomen Clementis vel loca excerpta: (vti in codd. *Vindob.* et *Medic.* mox memorandis; item in cod. *Taurin.* CCIV. de quibus plura vid. in codd. gr. Taur. pag. 303. sq. et *Bandin.* cat. codd. gr. Medic. I., pag. 92. sqq.) — *Monaci* in bibl. Bauar. elect. cod. CVII. vita S. Clementis rom.

Vin-

Vindobonae in cod. CLXVI. bibl. caesareae, nr. 1. inter expositiones vett. patrum citantur aliquoties *constitutiones apostolicae* Pseudo-Clementis, maximeque notabilis videtur *Lambecio* in comm. de bibl. Caes. vol. IV. col. 388. constitutio, (cuius initium gr. is excerpsit,) sub nominibus SS. apostolorum Petri et Paulli, qua sancitur, vt serui quinque diebus cuiusque hebdomadis opus faciant, *sabbato* autem et *die dominico*, (quod quidem iam νεθεῖαν opusculi demonstrat,) ferientur in ecclesia propter doctrinam religionis: in nota vero obseruatur explicaturque in hoc cod. scriptum *Ego Petrus et Paullus* non vice conuersa, (vt Turrianus in suis exemplaribus reperit exaratum,) *Ego Paullus et Petrus*. (conf. constitt. apost. libr. V. cap. 18.) — *Constitutiones apost.* citantur in Ioannis, patriarchae antiocheni, eclogis asceticis in cod. CCXLI. nr. 1. in locis communibus asceticis, in codd. CCLI. et CCLXXXIII. nr. 2. 6. et 17. demonstratio Clementis de paschate, (v. Clem. constitt. apostol. lib. V. cap. 12. 17. et 19.) — et in anonymi definitionibus theologicis, in cod. CCI. nr. 2. v. *Lambec.* vol. V. col. 3. col. 221. vbi conf. Kollarii not. — col. 324. sq. — col. 474. vbi eadem de seruis occurrit constitutio — col. 476. et 481. — in cod. XX. et XXI. *Clem.* epitome supposititia de gestis et peregrinationibus S. Petri ad S. Iacobum, qua simul etiam ipsius Clementis vita comprehenditur: (in edit. Coteler. Paris. 1672. pag. 749-814. de illis vero codd. et ipsa epitome, ex homiliis Clementinorum et recognitionum libris, tum ex epist. Clementis ad Iacobum, Clementis martyrio, atque narratione Ephraimi consarcinata, v. *Cotelerii* not. pag. 431. et *Lambec.* comment. VIII. col. 601. seq. 606. et 607. vbi plura leguntur excerpta. — Eadem epitome cum vita est in cod. *Florent.* medic. XVI. plut. XI. et cod. XV. plut. IV. teste *Bandin.* catal. vol. I. pag. 512. et 514. citatur Clem. in expositione sacrorum praeceptorum e multis collecta, in cod. Medic. IV. plut. VI. (*Bandin.* I. pag. 92. et 99. quem vide.)

Pomposae prope Rauennam, in monasterio quodam, iam deserto, *Clementis* recognitionum libros X. olim exstitisse, ex Henrici clerici catalogo notat *Montfauc.* in diario ital. pag. 91. — *Romae* in Monasterio P. P. S. Basilii, epist. Clementis ad Iacobum et pars constitutt. apost. *Montfaucon* l. c. pag. 215. et 216. — *Patauii* in bibl. S. Ioan. in Viridario, Clementis epistolae, teste *Tomasino* in bibl. Patauinis pag. 15.

Venetiis in bibl. D. Marci, in cod. CCCXXXVIII. epitome operis *Clementis romani*, quod inscribitur, *Clementia*, a Simeone Metaphraste concinnata, atque homiliis Clementinis a Cotelerio subiecta. v. cat. codd. gr. p. 156. — Inter codd. *latinos*, (Catal. illorum p. 98. et 99.) sunt in cod. CLXXXVI. et CLXXXVII. Clementinae cum glossis marginalibus. — In bibl. codd. msst. monasterii S. Michael. edita a *Mittarellio* col. 267. memorantur excerpta ex apostolicis constitutt. Clementis rom. quae exstant in catena gr. super euangel. S. Matthaei in cod. CXX.

Oxonii secund. catal. codd. Angliae et Hiberniae, in bibl. *Bodleiana* sunt *Clem. rom.* Constitt. in cod. CCLXXII. — itinerarium in cod. MCCXXV. cod. MMDLXXXI. nr. 9. cod. antiquo, integro et illaeso MMDCCIV. ex translatione Ruffini ex graeco, iussu Syluiae, virginis, facta. — cod. MMDCCLVIII. itiner. seu Recognitionum S. Petri, apost. — in bibl. *coll. S. Io. Baptistae*, cod. MDCCXXXXV. — passio S. Clementis martyris, IX. Cal. Dec. in cod. MMCCCCXXXII. nr. 23. — cod. MMDCXXXXI. nr. 17. — Clement. epi-

ſtolae II. ad Iacobum, fratrem domini, latine, cod. MMMDXXIII. — Inter codd. Franc. Iunii, homil. Saxon in natale S. Clementis martyris. cod. MMMMMCXXXVI. — Inter libros orientales Roberti Huntingtoni, canones apoſtolorum, item Clementis et Petri atque Paulli didaſcaliae, arabice, in cod. MMMMMMDCCCXXX. — In bibl. *collegii S. Trinitatis* cod. MCMLXVI. (cat. tom. I. part. II. p. 65.) *Clemens* papa rom. vrbis de vera diſputatione Petri apoſtoli contra falſitatem Simonis Magi. — *Cantabrigiae* inter codd. collegii Gaio-Gonuilenſis cod. MXXVII. expoſitio epiſtolae Clementis. — Inter codd. collegii S. Emanuelis cod. CXXVI. nr. 4. epiſtolae quaedam Clementis. Inter codd. eccleſ. S. Petri apud *Eboracum*, (cat. vol. II. pag. 5.) cod. XXXVI. *Clement.* epiſtolae. — inter codd. eccleſ. *Sarisburienſis*, cod. CMLXXI. *Clem.* recognitiones, per Rufinum. — in aedibus Iacobaeis cod. lat. *Clem.* itinerarium Clementinae ſunt in X. codd. plurium bibliothecarum, (v. indic. ad vol. II.) — Inter codd. comit. *Clarendonii* cod. CXXVI. recognitiones S. Clementis. — *Dublini* inter codd. coll. S. Trinit. cod. CCCXXVI. *Clem.* recognitiones ad Iac. (cat. II. part. II. pag. 26.) — Inter codd. bibl. Cotton. pag. 107. nr. XV. epiſtolae *S. Clementis*. (an huius, de quo egimus?) Analecti, Euariſti, et aliorum epiſcoporum romanorum.

Moskouiae in bibliot. ſynodi, in cod. XI. qui continet *Patericum* ſ. varias adhortatt. et narrationes, ex variis ſcriptis et vitis patrum, ſunt inter alia διάταξις Πέτρȣ καὶ Παύλȣ et Petri itinerarium a Clemente ſcriptum: ex hoc cod. cl. *Matthaei* in notitia codd. gr. bibliothecarum Moſquenſium ſynodi graeco-Roſſicae, (Moſquae 1776. mai. fol.) dedit pag. 17. ſq. excerpta et pag. 19. ſq. varias lectiones ex duobus fragmentis eiusd. cod. ad vitam S. Petri, ſcriptam, vt putant, a Clemente.

Conſtitutiones apoſtolicas apud Arabes et Abyſſinos ferri, notauit *Stephanus le Moyne* notis ad varia ſacra pag. 685. Ex arabico tranſtulit *Io. Gagnierius*, et paullo ante obitum a. 1711. in lucem edidit *Io. Ernſtus Grabe.* De canonibus apoſtolicis apud Abyſſinos vide *Iobi Ludolfi* comment. ad hiſtor. Aethiop. p. 330.

3. Ἀναγνωρισμὸς [www]) *Recognitionum libri X.* qui latine tantum ex verſione *Rufini* exſtant, quam in Gaudentii ille, epiſcopi Brixienſis, gratiam compoſuit. *Paulinum* Nolanum ex epiſt. 47. ad Rufin. itidem Clementis interpretationem conſtat aggreſſum; ſed non videtur vltimam illi manum impoſuiſſe. Teſtimoniis Origenis, Euſebii et aliorum veterum de hoc opere, quae diligentiſſime, vt ſolet, Cotelerius collegit, adde, quod illud reſpicere videtur auctor [xx]) Conſtitutionum apoſtol. VI. 8. tum *Sozomenus* libro et capite primo [yy]) vbi Clementem inter hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores principe loco nominat: laudatur et ab *Iſidoro Hiſpalenſi*, lib. de natura rerum c. 17. et 31. atque Originum lib. 3. c. 50. Neque

www) In Rufini praef. pro ἀναγνώσεων, legendum ἀναγνωρισμῶν ex Rufino ipſo de adulteratione librorum Origenis, et Photio cod. CXIII. Titulus exinde eſt, quod in illo opere inter alia narratur, quomodo Clemens et pater eius atque alii fratres ſe iterum recognoſcunt.

xx) Confer *Grabii* ſpicileg. tom. I. p. 283. ſq.

yy) Valeſ. ad paginam 401. Sozomeni. Ceterum fuit et alius *Clemens*, hiſtoricus et chronographus, Suidae, Iohanni Malalae, Etymologo et Anonymo Combefiſiano in Originibus CPol. laudatus, qui de imperatoribus romanis ſcripſit, et ſaeculo quarto vixiſſe videtur.

que aliud, puto, est *Itinerarium Apostolorum*, quod ab Iconoclastis iactatum reiicitur Concil. VII. Act. 5. plerique περιόδους *Petri* vel *Clementis*, alii κηρύγματα, πρὸς Σίμωνα τὸν Μάγον διαλέξεις, πράξεις siue *Acta* vocant [zz]), et graece adhuc sub ἀναγνωρισμοῦ titulo legit *Photius* cod. CXIII. licet *Petauius* lib. 1. de Trinitate c. 3. §. ult. putet, Photium longe deprauatiorem editionem recognitionum vidisse, quam quae hodie superest: forte enim Rufinus, vt consueuit facere, inter interpretandum quaedam emolliuit atque interpolauit, alia omisit. Vnde Ebionismi, ab Epiphanio obseruati, pauca admodum [a]) in hodiernis vestigia. Ceterum falluntur viri docti [b]) qui praefationem Rufini, quae praemittitur recognitionum libris, suppositam esse sibi persuadent: grauius etiam hallucinatus *Anastasius bibliothecarius* [c]), qui verba Rufini: vt *Clementem nostrae linguae redderemus*, ita accepit, ac si recognitiones latine scriptae primum fuissent, deinde amissae atque a Rufino demum iterum e graeco in latinam linguam restitutae. *Bardesanem* vero haereticum auctorem esse recognitionum [?] vt vir doctissimus [d]) suspicatur, vel ideo non crediderim, quia fragmentum insigne, quod libro nono recognitionum, §. 17. sqq. insertum est, ex dialogo Bardesanis de fato producit *Eusebius* VI. 10. praeparat. Potius hinc colligas, auctorem recognitionum, quisquis fuit, Bardesane iuniorem [e]) locaque varia ex aliis scriptoribus operi suo, illis non nominatis, intexuisse, quemadmodum partem eiusdem loci Bardesanei Caesarius dialogo secundo inseruit, nec Bardesanem nec recognitiones de nomine citauit. Nourrii porro verba pag. 222. Apparatus ad bibliothecam Patrum, emendatione indigent: *Bardesanes Syrus fragmentum non minus prolixum* (e recognitionum libris) *in suum aduersus Marcionem librum transtulit. Nam Bardesanes ille hunc eundem librum sub Soteris pontificatu paullo post secundum saeculum medium Antonino imperatori nuncupauit. Iam ergo peruulgati erant illi recognitionum Clementinarum libri.* Nam primum non constat, dialogum de fato compositum fuisse contra Marcionem: deinde p. 221. rectius scripserat ipse Nourrius: *in recognitionibus reperiri fragmentum ex libro Bardesanis Syri aduersus Abydam Astrologum edito, totidem verbis transscriptum.* Notabis etiam, Xauerium in historiam S. Petri, apostoli, quam Persice scripsit, nonnulla ex recognitionibus inseruisse, de quo vide *Ludovici de Dieu* notas p. 112. sq. *Fabr.* Conf. *Stolle* l. c. pag. 23. sqq. vbi plurium V. D. refert narrationes atque iudicia; et *Io. Fabr.* in hist. bibl. Fabricianae I. pag. 46. cum primis. *Andr. Ge. Kesleri* disp. praes. *Iac. Guil. Feuerlino*, philosophemata potiora recognitionum Clementi Rom. falso attributarum Altorf. 1728. 4. — *Oudin.* de script. eccles. I. col. 35. seqq. de duplici recognitionum opere, et vtriusque argumento: col. 39. sqq. iudicia Bellarmini, quem vero refutat,

zz) Hinc in codd. msst. variae illius operis inscriptiones a librariis aut aliis ortae. *Harl.*

a) *Grabe* spicileg. tom. I. pag. 279. seq.

b) *Sixtus Senensis* lib. 2. bibl. S. vbi de Clemente: *Bellarminus* de script. eccles et *Io. Rainoldus* in Censura Apocryphorum tom. 1. p. 108.

c) *Anastasius* epist. ad Ioh. Diaconum collectaneis a Sirmondo editis praemissa, tom. 3. opp. Sirmondi pag. 472. *Huetius* Anastasium sequutus p. 246. libri de claris interpretibus.

d) *Guil. Caue* in Vita Clementis §. 11. tom. I. pag. 211. sq. in hist. literaria, vbi de Clemente, et Bardesane.

e) *Dodwell.* pag. 442. diss. VI. ad Irenaeum et *Grabe* tom. 1. spicileg. pag 278. qui graeca Bardesanis cum latinis in recognitionum Opere confert pag. 290-299.

refutat, Sixti Senensis, et Gerard. Io. Vossii, (lib. II. de hist. gr. cap. 9.) recitat suumque subiicit; et *Walchii* hist. eccles. pag. 33. sqq. *Harl.* [De vtroque opere et Recognitt. et Clementinis etiam disputauit *Rosenmüller* hist. interpr. litt. sacr. I. p. 75. sq. add. *Flügge* Gesch. der theol. Wiss. I. 315. sq. *B.*

Primus hos libros e Rufini versione edidit ex codice Basileens. *Io. Sichardus*, Basil. 1526. fol. cum spuriis epistolis decretalibus Pontificum *f*). Hinc viderunt lucem Parisiis 1541. fol. 1568. 8. etc. Exstant et inter alia Clementina ex recensione *Lamberti Gruteri* Venradii, cum eiusdem scholiis Colon. 1569. fol. *g*) quo in volumine post recognitiones sequuntur canones apostol. cum duplici versione Dionysii Exigui, vetere et noua Greg. Haloandri: Constitutiones Apostolorum ex Bouii versione cum eiusdem scholiis: Epistolae decretales Pontificum, epitome historiae Clementinae de gestis Petri ex Ioach. Perionii versione: epistolae *Ignatii* ex edit. Symphoriani Champerii, *S. Polycarpi* epistola, cum duabus Martiali Lemouicensi suppositis: *Constantini M.* Confessio et edictum, Canonesque conciliorum, Nicaeni, CPolitani, Ephesini et Chalcedonensis, etc. Recusae etiam recognitiones cum Lamberti praefat. et scholiis sunt in bibliotheca Patrum edit. Lugdunensis 1677. tom. II. Sed praestantissima haud dubie operis huius [?] editio debetur *Cotelerio*, qui in patribus apostolicis illud ex sex MSS. codicibus recensuit, sectionibus distinxit et doctis notis illustrauit Paris. 1672. Amst. 1698. fol. Addidit etiam ex tribus codicibus capita decem libri tertii (a secundo ad undecimum), quae in aliis MSS. et editionibus desiderantur, forte, quod illa Rufinus velut obscuriora et Ebionitarum gemina arguriis vertere neglexerat. Sex illi codices MSti, quibus Cotelerius vsus est, sunt Regius, Sorbonicus, Thuanus, Petri Petiti et Carmelitarum discalceatorum. Praeter hos Colbertinum, ante annos quadringentos exaratum, laudat Nourrius pag. 224. Fuit etiam nostra aetate, qui libros recognitionum ex Lamberti Gruteri edit. *germanice* verteret, quae interpretatio cum Godfridi Arnoldi praefatione vidit lucem Berol. A. 1702. 8. [cum nouo titulo: Historia von der Lehre, Leben und Thaten der beyden Apostel Petri und Pauli, ausgefertigt von *Gottfr. Arnold*, Rostock u. Leipz. 1708. 8. vid. *Stolle* l. c. pag. 25. sq. *Harl.*

4. Tot

f) A cl. *Panzero* in A. T. VI. p. 256. et 313. duae priores editt. ita citantur:

Diui Clementis recognitionum libri X. ad Iacobum fratrem domini, *Rufino Torano* Aquileiense interprete. Cui accessit non poenitenda pars vetustissimorum episcoporum hactenus non visa, eorum, qui abhinc an. M. CC. Romae ecclesiae praefuerunt Basil ap. Jo. Bebelium. 1526. fol.

D. Clementis recognitionum lib. X. ad Iac. — *Ruffino* interprete. Quibus accesserunt selectissimae vetustissimorum praesulum epistolae, quae praeter cetera axiomata inprimis Christi humanitatem diuinitatemque — adstruunt. — Addita his IV. conciliorum, Niceni, CPolitani, Ephesini et Chalcedonensis decreta etc. Praecedit *Io. Sichardi* ad Bernhardum, episc. Tridentinum, praefat. Basileae ap. Io. Bebel. 1536. fol. *Maittaire* in A. T. III. p. 361. sq. citat edit. *Parisinam*:

D. Clementis Opera, quae ad hunc vsque diem exstare comperta sunt; scil. *Recognitionum* libri X. et quinque epistolae, interprete *Rufino Torano Aquileiensi*; item *canones apostolorum*, graece, cum duabus latinis versionibus, altera Gregorii Haloandri; item selectissimae vetustissimorum praesulum *epistolae*, ad fidem veterum exemplarium Victorinorum restitutae: Paris. ap. Io. Roigny; excud. Carola Guillard. 1544. fol. In nota a Maittaire ex Io. Sichardi praefat s. epistola ad Bernhard. Tridentinum episcopum, quaedam refert. *Harl.*

g) Alii a. 1570. vid. not. ad §. 2. *Harl.*

4. Τὰ Κλημέντια, in Athanaſii ſynopſi memorata, lectaque auctori Chronici Alex. ac Nicephoro Calliſto, conſtabant viginti Homiliis ſiue colloquiis, quibus Pſeudo-Petri ad Iacobum et altera ad eumdem Iacobum, Hieroſol. epiſcopum, epiſtola, Clementis [h]) nomine praemittitur, in qua opus illud vocatur Κλήμεντος τῶν Πέτρυ ἐπιδημιῶν καὶ κηρυγμάτων ἐπιτομή. Homilias priores XVIII. et vndevigeſimam, altera parte mutilam, primus ex codice regis Galliae graece edidit, verſioneque latina et notis illuſtrauit Cotelerius. Valde corruptum illud exemplar fuiſſe, queritur ad Homil. VI. 10. *vt ſi*, inquit, *interdum ceſpitem, veniam ab aequo lectore poſſim ſperare.* Multa in hoc opere eadem, quae in recognitionibus, adeo vt pro altera recognitionum editione, Rufino memorata, habeat doctiſſimus Caveus. *Fabr.* Clementinorum, adeoque Recognitionum opus a recentioribus Nazaraeis eſſe compoſitum, eorumque doctrinam continere, autumat *Clericus* in praef. in PP. apoſt. tom. I. et hiſt. eccl. ſaec. II. ad a. CIII. pag. 536.ſqq. ſed diſſentit *Moshem.* in comment. de turbata per Platonicos eccleſia §. XXXIV. not. *m.* (ſubiuncta eius verſioni lat. Cudworthi ſyſtematis intellect. tom. II. pag. 788. ſqq. ed. Leidenſ.) Contra Moshemius pag. 786. ſeq. primum, Clementina, ait, praeſtantiſſimum eſſe veteris aeui monumentum, ab homine licet conſcriptum fallaci, cuius ope non pauca poſſint in hiſtoria chriſtiana illuſtrari, multarumque ſententiarum et conſuetudinum origines erui, optatque, vt aliquis ex viris doctis exſiſtat, qui data opera de rationibus eius commentaretur, latentemque in eo vtilitatem publicam et communem omnium faceret. Tum propter diſputationes, (quae magnam operis partem conficiunt) (contra *Simonem Magum* eiusque dogmata (adulto ſaeculo III. nomine ſectae illius prorſus fere extincto,) propemodum exploratum arbitratur, librum iſtum circa ſaeculi III. exordium prodiiſſe, aut compoſitum eſſe. Denique ex dictione, quae referat alexandrini ſermonis indolem, et ex fabularum atque iudaicarum opinionum copia, quibus cogitata ſua diſtinguat ſcriptor, colligit, auctorem fuiſſe Iudaeo-Chriſtianum, eumque Alexandriae genitum et educatum. Paragr. XXXV. docet, opus illud idcirco ab auctore compoſitum eſſe, vt refellerentur ii, quibus tum temporis aduerſariis vtebatur chriſtiana religio. In not. *c.* pag. 791. laudat noſtrum Fabricium, qui auctori illi quemdam dediſſet inter eos locum, qui pro chriſtiana religione pugnarunt, in Delectu argum. pro veritate religionis chriſtianae, cap. II. pag. 40. *Harl.*

5. Breuiorem ex hiſce *Epitomen*, a *Simeone Metaphraſte*, vt videtur, compoſitam, cui etiam *vita Clementis* adtexitur, primus graece edidit *Adr. Turnebus* Pariſ. 1554. 4. [i]) adiuncta

h) Hanc Clementis epiſtolam vertit etiam Rufinus, cuius interpretationem cum veteri editione et MS. codice collatam, Cotelerius ſeparatim graecolatinae ſuae editioni ſubiunxit. Teſtatur autem *Photius* cod. CXIII. aliis recognitionum codicibus epiſtolam ſub Petri, aliis Clementis nomine praefixam fuiſſe.

i) *Maittaire* A. T. III. pag. 655. et in nota anni diſcedit et hanc refert inſcriptionem: *Clementis*, romani epiſcopi, de rebus geſtis, peregrinationibus et concionibus S. Petri epitome, ad Iac. Hieroſolymorum epiſcopum eiusdem Clementis vita. graece. Pariſ. ap. Adr. Turnebum. 1555. 4. — et latine, Ioach. Perionio interprete, ibid. ap. Guil. Morel. 1555. 4. cum latina Ioach. Perion. epiſtola, Lutetiae nono Cal. Ian. M.D.LIIII. data ad Mallarium (cuius nomini etiam Turnebus graecam ſuam edit. inſcripſerat,) ex cuius bibliotheca depromtum hoc Clementis compendium triennio abhinc in latinum ſermonem conuertendum ſuſcepiſſe illum, Maittaire in not. *g* adnotavit. *Harl.*

cta *Ioach. Perionii* versione, quae legitur etiam inter Clementis scripta, a Lamberto Grutero edita Coloniae 1569. fol. Hanc epitomen cum tribus MSS. bibl. regiae, non parum inter se differentibus [k]), contulit, et cum noua sua versione Clementinis homiliis subiecit Cotelerius in laudata mihi iam toties Patrum apostolicorum editione. Titulus est: περὶ τῶν πράξεων ἐπιδημιῶν τε καὶ κηρυγμάτων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου ἐπιτομή, ἐν ᾗ καὶ ὁ αὐτοῦ συμπεριείληπται βίος πρὸς Ἰάκωβον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων.

¶ 6. Clementis, *Liturgia* siue *de ritu Missae* [l]), graece et latine ad calcem Liturgiae, S. Marco tributae, vulgata Paris. 1583. 8. est libri octaui Constitutionum apostolicarum caput 5. cum sequentibus, vsque ad extremum capitis 15. *Fabr.* — Conf. longam doctamque disp. *Io. Franc. Buddei*, Clementem romanum atque Irenaeum non facere missae pontificae, Ienae 1705. 4. praecipue §. 35-37. pag. 81. sq. de Clementis loco in priore eius ep. ad Corinth. nr. XL. pag. 168. Cotel. contra Grabium. *Harl.*

7. *Compendiolum fidei Christianae*, cum recognitionibus Clementis editum a *Io. Sichardo* Basil. 1526. fol. est lacinia ab Isidoro Mercatore, qui in epistolas decretales Pontificum circa A. C. 790. supposuit, adtexta epistolae ad Iacobum, quam a Rufino latine versam dixi. Vide *Blondelli* pseudo-Isidorum pag. 28. qui et caeteras *epistolas quatuor decretales*, Clementi tributas, animaduersionibus ac censuris suis confixas addidit.

Scripta Pseudo-Clementis deperdita:

1. Priores *decem libri*, ante recognitiones missi ad Iacobum, lib. V. c. vlt. quorum argumentum traditur lib. III. c. 75. Primus ex his fuit *de vero Propheta*, quem Caesarea misisse se ait lib. 1. c. 17. [v. *Oudin.* I. col. 35. sqq.]

2. Sermones *de prouidentia et iusto DEI iudicio.* Λόγοι περὶ προνοίας καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ, quorum primum citat *Anastasius Antiochenus* quaest. 96.

3. *Reuelationes B. Petri apostoli*, a discipulo eius, Clemente, in vnum volumem redactae. Iacobus de Vitriaco, episcopus Acconensis, in epistola ad Honorium III. in Spicilegio Dacheriano tom. 8. p. 382. Confer, quae de Apocalypsi Petri notata a me sunt in codice apocrypho Noui Test. p. 940. seq.

4. *Petri cum Apione* (Plistonico) *prolixa disputatio*, Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διάλογος. *Euseb.* III. 38. hist. quem a recognitionibus Clementis recte distinguit *Grabius* tom. 1. Spicileg. p. 271. quique iam Nicephori Callisti tempore intercidisse videtur, quoniam dubitat ille III. 18. hist. an idem sit cum Clementinis, de quibus paullo ante dixi, homiliis.

XIII. S. IGNATIVS, Nuraniensis, (e Nura, Sardiniae, ciuitate) [m]) Euodii, a Petro, apostolo,

k) Differunt quoque in II. codd. Vindob. vide supra in notitia codd. Vindob. *Harl.*

l) *Syriace* in bibl. publica Paris. catal. codd. I. p. 57. cod. LXVIII. *Harl.*

m) *Abulpharaius* in dynastiarum hist. dynastia VII. pag. 119. *Tentzelii* diss. select. part. I. exercitat. de apophthegmate Ignatii ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, p. 47. [quae primum, respond. Io. Laur. Stauber, Wittebergae proposita est 1683. dein auctius recusa

ftolo ordinati n) in epifcopatu Antiocheno fucceffor o), [?] Martyrium paffus A. C. 116. Traiani 19. demonftrarunt *Guil. Loydius* epifcopus Afaphenfis in diatriba edita a *Pagio* in Critica Baroniana ad A. C. 107. n. 4. fq. et ante eum *Io. Pearfonius* in diff. poftuma de anno, quo S. Ignatius a Traiano Antiochiae ad beftias fuit condemnatus, quam poft notas Pearfonii in Ignatium vulgauit *Tho. Smithus* pag 58. feq. Oxon. 1709. 4. [*Stolle* l. c. pag. 33. cum Hieronymo et Eufebio martyrii adferit tempus a. C. 107. neque tamen veteres confentiunt v. *Sam. Bafnage* annal. politic. eccl. tom. II. pag. 17. a.] Poft condemnationem Antiochiae Romam vinctus miffus Ignatius eft, quo in itinere, *Eufebio* III. 36. tefte, epiftolas fcripfit ante Eufebium lectas Irenaeo atque Origeni, deinde vero quam plurimis aliis, quorum teftimoniis conftat, illas ipfas, quas illi legerunt, nos hodie tenere. Ordo Epiftolarum ex Eufebii

eufa ib. 1685. denique in exercitatt. felectis tertium locum occupauit, vbi etiam *Tenzel.* de Ignatii epifcopatu vltimoque fupplicio et anno martyrii agit: diuerforum recenfet explicatque rationes, et fubfcribit Loydii fententiae: tum vberius exponit diuerfa variorum V. D. de Ignatii epiftolis iudicia: denique inquirit in fenfum apophthegmatis Ignatiani. *Harl.*] — *Grabe* tom. II. fpicilegii patrum p. 1. *Fabr.* Arabem tamen Noram Ignatio patrium folum fuiffe fubdubitat; contra, *Alnurani* fcriptoris Arabis tantumdem effe, atque *Ignatium*, feu voc. eius interpretamentum, fufpicatur *Wefeling* ad Antonini itinerar. p. 84. fq. add. *Caueum* in hift. fcript. ecclef. I. p. 40. *Harl.*

n) Etiam Ignatium S. Petri dextra ordinatum fcribit *Theodoritus* Dialogo I. fed paffus eft S. Petrus fub Nerone, imp. A. C. 66. a quo tempore ad martyrium Ignatii intercedunt Anni 50. De *Euodio* vide Acta fanct. VI. Maii tom. II. p. 98. et *Caueum* ad A. C. 44. atque *Ittigium* de patribus apoftolicis p. 97. fq. vbi epiftolam fub eius nomine, infcriptam φῶς, laudatamque *Nicephoro* II. 3. hift. reiicit. Epiftolam pfeudo-Euodii, φῶς infcriptam, D. *Io. Andr. Schmidius* in hiftoria faeculi primi fabulis variorum maculata, Helmftadii 1700. 4. pag. 5. refert ad *Euodium Vzalenfem.* Sed Euodius ifte latine fcripfit: de quo v. quaedam in *Placcii* theatro anonymorum et pfeudonym. edit. Fabricii, cap. V. nr. 1192. pag. 303. et part. II. pag. 266. plura in *Fabric* bibl. lat. med. et infim. aet. ed. Manfi tom. II. p. 124. fq. *Harl.*] — Praeter hunc fuit et alius *Euodius*, monachus graecus, de quo *Caueus* in diff. de fcriptoribus dubiis: tum *Euodius*, conful a. C. 386. quo nihil vnquam iuftius fuiffe fcribit *Seuerus Sulpicius* in vita S. Martini cap. 20. Neutri tamen horum quicquam cum illo epiftolae fuppofititiae auctore commune effe exiftimo.

o) De *Ignatio* praeter confectores hiftor. eccl. et eos, quos Fabricius citat, multi egerunt:

Martin Lubath de Ignatii martyrio, in eius diff. de antiquitate martyrologica. Halae 1693. 4. c. 1.

Chrift. Beyer in binis diff. de Ignatio, veritatis confeffore et martyre. Lipfiae 1722. 4. in quarum pofteriore recenfentur codd. mssti atque editt. iudiciaque VV. DD. et inquiritur, quae epiftolae genuinae fint, quae adulterinae. Plura disputat contra Dallaeum et de codice Mediceo: atque a pag. 36. inftituit collationem multorum locorum ex cod. Mediceo cum interprete Vfferiano, et verfione vetere latina, textu gr. vulgato, Theodoreto, et Antiocho.

Guil. Caue in antiquitatt. patrum et ecclefiafticis, verf. germ. pag. 230. fqq.

Oudinus in comment. de fcriptor. — ecclef. tom. I. col. 71-141.

Gottl. Stolle in: Nachricht von dem Leben — der Kirchenväter, pag. 32-40. vbi more fuo plures alios citat libros. Tenzelii atque Ittigii explicationem dicti Ignatiani, *amor meus* (h. e. Chriftus,) *crucifixus eft*, refutat, et interpretationem Dillherri, Halloifii et Natalis Alexandri, propter ea, quae confequuntur, amplectitur: omnes meae cupiditates (prauae) funt cruci adfixae. Pofteriori fententiae fubfcribit *I. G. Walchius* in hift. eccl. N. T. pag. 583. et de Ignatio eiusque epiftolis copiofus eft a pag. 578-588.

Eusebii testimonio hic fuit: 1. *Ad Ephesios.* 2. *ad Magnesios.* 3. *ad Trallenses.* 4. *ad Romanos.* 5. *ad Philadelphienses.* 6. *ad Smyrnenses* et 7. *ad Polycarpum*, quam [illegible] sine magna causa Vsserius vir praestantissimus reiicit. Hieronymus ordinem neglexit, et, epistolas septem enumerare contentus, promiscue retulit. In codice Mediceo graeco autem et veteri versione latina hic est ordo: 1. *ad Smyrnaeos*, 2. *ad Polycarpum*, 3. *ad Ephesios*, 4. *ad Magnesios*, 5. *ad Philadelphienses*, 6. *ad Trallianos.* Nam *Epistola ad Romanos*, quia Actis martyrii Ignatiani inserta legitur, in illa collectione omissa est. Hasce vero epistolas, prout ab Is. Vossio graece et Vsserio latine primum ab interpolationibus liberae editae sunt auctorem non mentiri, sed genuinum ac pretiosum antiquitatis Christianae monumentum esse, aduersus *Io. Dallaeum* p), (cuius pleraque [illegible] interpolatas ac spurias Ignatii epistolas tangunt, Mediceo codice tum nondum vulgato,) *Dau. Bondellum* q), *Claudium Salmasium* r), aliosque viros doctissimos, certissimis argumentis probauit [*] *Io. Pearsonius* episcopus Cestriensis in Vindiciis Ignatii s), vt ei [illegible] tiri haud dubitem, licet *Matthaeus Larroquanus*, Rothomagensis, in obseruationibus ad Ignatianas Pearsonii vindicias, filio, Io. Dallaeo, inscriptis t), dispersas ac profligatas Dallaei, patris, copias instaurare, etiam atque etiam fuerit conatus.

Praeter has septem Ignatii τȣ̃ Θεοφόρου *) epistolas, solas antiquitati primitiuae cognitas, non tantum exstant illae eaedem epistolae, (a quo et quo tempore, ante A. C. 580. saltem, non

Godofr. Henschen in comment. de S. Ignatio Theophoro, episc. antiocheno, in Actis Sanctor. Antwerpiens. Febr. tom. I. pag. 13-24.

Alios laudant *Hamberger* zuv. Nachr. II. pag. 207. *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae 1. pag. 48. 49. et 52. *Saxius* in Onom. I. pag. 290. vt ea non repetam, quae scripsi in Introd. etc. II. 2. pag. 183. sq. Typum altaris, sub quo Romae in templo S. Clementis, corpora Clementis et Ignatii, martyrum, quiescere dicuntur, aeri incisum obtulit *Montfauc.* in diario ital. pag. 134.

p) Libro 2. de Dionysii et Ignatii scriptis, Genev. 1666. 4.

q) Lib. de episcopis et presbyteris, et epistolis ad Is. Vossium, quibus respondit Vossius epistolis ad Blondellum, quae vindiciis Pearsonianis subiiciuntur, simul etiam confutans, quae *Edmundus Albertinus* p. 283. lib. de Eucharistia epistolis Ignatii obiecit.

r) *Salmasius* in Apparatu de primatu Papae p. 56. seq. et sub Walonis Messalini nomine lib. de episcopis et presb. cuius quemadmodum et Blondelli obiectionibus responderunt *Henr. Hammondus* diss. 2 de iuribus episcopatus. Lond. 1651. 4. et *Dionys. Petauius* V. 8. dogmat. theol. de Hierarchia ecclesiastica. Vt omittam, quae a Nourrio diss. VII. apparatus, Tillemontio, Natali Alex. et aliis in medium adlata sunt. Contra nouas Io. Oweni obiectiones vindicauit se *Hammondus* in libro anglico, qui inscribitur Answer to the animaduersions on the dissertations touching Ignatius epistles, and the Episcopacy in them asserted. Lond. 1654. 4. et tomo secundo operum Hammondi, iunctim excusorum Lond. 1684. fol. quatuor Voluminibus.

s) De hoc cognomine v. *Cottae* hist. eccl. cit. I. p. 656. sq. *Ittig.* diss. de patribus apost. §. 83. p. 256. sq. et quos ille citat *Harl.*

t) *Pearsonii* Vindiciae Ignatianae prodierunt Cantabrig. 1672. 4. et tomo secundo patrum apostolicorum Cotelerii subiectae sunt in editione Amstelodamensi A. 1698. fol. curante Ioanne Clerico. *Fabr.* Compendium vindiciarum Pearsonii *Natalis Alexander* in selectis historiae eccl. capp. saec. I. diss. 22 confecit. add. *Elies Dupin* nouam bibl. auctor. ecclesiasticor. tom. I. saec. I. in Ignatio pag. 62. sqq. *Harl.*

u) *Larroquani* obseruationes prodiere sine nomine Auctoris, Rothomag. 1674. 8. male Allixio tribuuntur in Catalogo Bibl. Bigotianae tom. 2. p. 17. [conf. *Colerí* bibliothec. theol. pag. 1071. *Harl.*]

non sane constat,) *interpolatae*, (quas solas genuinas esse, alteras vero illas, quas sinceras esse dixi, ab Athanasio v) decurtatas, inauditum et incredibile *Wilhelmi Whistoni*, noui Arianorum in Anglia promachi, paradoxon est singulari scripto w) proditum magis quam demonstratum) sed etiam *spuriae* aliae, antiquioribus scriptoribus ignotae, *graece* quidem *quinque*, 1. *ad Mariam* Cassabalitidem siue Neapolitanam prope Zarbum (Ciliciae haec oppida sunt) cuius et ipsius *Mariae* nomine *epistola ad Ignatium* fertur, latine primum ab Vsserio, et graece ab If. Vossio edita. 2. *Ad Tarsenses.* 3. *Ad Antiochenos* x). 4. *Ad Heronem* Diaconum Antiochenum, et 5. ad *Philippenses*, περὶ βαπτίσματος. Ex his eidem Whistono genuinae videntur scriptae ad Tarsenses, ad Antiochenos, ad Heronem. Sed nulla huius sententiae suae certa argumenta adferre potuit. Ordo epistolarum in interpolatis codicibus Augustano, Gesneriano, Colbertinis, Nourrio pag. 77. laudatis, aliisque hic est: *Ad Mariam Castabalitidem.* 2. *Ad Trallenses.* 3. *Ad Magnesios.* 4. *Ad Tarsenses.* 5. *Ad Philippenses.* 6. *Ad Philadelphienses.* 7. *Ad Smyrnaeos.* 8. *Ad Polycarpum, Smyrnae episcopum.* 9. *Ad Antiochenos.* 10. *Ad Heronem.* 11. *Ad Ephesios et* 12. *ad Romanos. Fabric.*

Epistolas *Ignatianas* prout in cod. mediceo habentur, genuinas esse, probatur ab Henr. *Wotton* in eius praefat. praemissa editioni S. Clementis Rom. ad Corinth. epistolarum II. Cantabrig. 1718. 8. p. CLXXXIII-CCII. — Needum vero omnis lis, quaenam Ignatii epistolae genuinae, aut annon omnes spuriae, saltem mire interpolatae sint habendae, composita videtur. Neque tamen licet lubetque, hic plenam illius controuersiae contexere historiam, multo minus singula, quibus pro sua quisque sententia vsus est, repetere argumenta. Atque praeter eos, quos iam adduxit Fabricius viros doctos, adfatim *Ittigius* in dissert. de patr. apostol. pag. 260. seqq. (qui etiam in selectis capp. historiae eccles. II. saec. in sect. II. pag. 92-193. doctrinam Ignatii partim genuini, partim interpolati, partim pseudepigraphi docte fuseque persequitur, et multorum V. D. opiniones, interpretationes atque sententias veras falsasque adfert examinatas: conf. tamen *Semler.* loco mox citando pag. 30. not. 32.) tum *Tenzelius* l. c. *Oudin.* l. c. col. 86. sqq. et *Io. Ge. Walch* in hist. eccl. N. T. pag. 583. sqq. de epistolis Ignatii, et controuersia illarum caussa a multis annis variaque et ratione et fortuna agitata, egerunt, et suum quisque tulit iudicium. Quare pauca tantum adtingere licebit. Ne de breuioribus quidem Ignatii epistolis tam acriter fuisset disputatum, nisi patroni vindicesque iurium et dignitatis episcoporum in illis epistolis praesidium idque firmum ad suam sententiam et episcoporum aucto-

v) Ab impatiente librario decurtatas suspicabatur *Io. Morinus* de sacris ordinationibus part. 3. exerc. 3. c. 3. qui et ipse interpolatas sinceris praefert. Lectiones interpolatarum editionum quandoque meliores esse codice Mediceo, disputat etiam *Rich. Simon* sub Hieronymi le Camus nomine contra Vossium pag. 24. quod nec ipse, credo, Vossius negauerit.

w) Lond. 1710. 8. Titulus libri est: *an essay vpon the Epistles of Ignatius, by William Whiston, M. A. Professor of Mathematicks in the University tho Cambridge.* Confer de hoc libro, si placet, *Iacobi Bernardi* Nouellas Reip. litterariae mense Augusto A. 1710. pag. 196. seq.

x) Ex alia Ignatii ad Antiochenos epistola Damascenus et Antonius Melissa proferunt duo fragmenta, quae vide apud *Grabium* tom. II. spicilegii Patrum p. 24.

ritatem quae vel a deo constituta iam aetate apostolorum permagna fuisset, vt iam Ignatii aeuo discrimen inter episcopos et presbyteros esset obseruatum, stabiliendam reperisse sibi persuasissent. Hinc post editas illas atque vindicatas a Vossio et Vsherio, ii praecipue, qui pro auctoritate episcoporum inter Anglos, Gallos, etiam Germanos, quasi militarunt, fidem illarum equis viris veluti defendere studuerunt: inter quos eminent Pearsonus, cui etiam multi viri docti inter Lutheranos, qui vocantur, accesserunt. Eo maiorem diligentiam adhibuerunt et acriorem vim ingenii atque maiorem litterarum adtulerunt copiam ad fidem et breuiorum et longiorum minuendam atque infringendam, in Anglia Presbyteriani qui dicuntur: quorum dux quasi et fortissimus fuit et maxime idoneus *Dallaeus.* In huius sententiam iuerunt haud pauci, etiam ex iis, qui Pontificii aut Catholici nominantur: in primis *Oudinus*, de scriptor. ecclef. Dallaeum palmam adsequutum esse opinatus. A cap. igitur V. col. 89-136. post Dallaeum contendit, et tum XVII. maximam partem ex Dallaeo verbotenus contractis tum suis aliorumque argumentis ostendere adlaborauit; epistolas quoque septem, Ignatii nomine editas, tam graece quam latine, esse Antiocheno huic episcopo suppositas: et cap. XIII. col. 136. sqq. obiectiones aduersariorum diluuntur. — *I. S. Semler* in prolegg. ad Baumgartenii theolog. polem. vol. II. §. 55. pag. 25-37. et in textu et in notis praecipue in nota 31. contra fidem et veritatem minorum epistolarum et dogmaticum, quod vocant, illarum argumentum copiose docteque disputat, denique pag. 35. sq. comparat quasdam minores cum longioribus epistolis, vt doceat, nec has, nec illas Ignatium habuisse parentem. In nota 30. ad pag. 26. haud certam firmamque esse iudicat Pearsoni sententiam, quatuor exempla aut recensiones epistolarum fuisse sensim ortas et in coetu christiano propagatas; *primam*, a Polycarpo factam, recensionem continuisse septem epistolas; *alteram* easdem, at interpolatas; *tertiam* (vti in cod. Mediceo et Vsher.) septem illas genuinas et quatuor spurias; *quartam* denique praeter septem, at mutatas interpolatasue et quatuor spurias habuisse quoque epistolam ad Philippenses. Denique pag. 37. not. memorat Crellii iudicium (in thes. epistol. la Croziani tom. I. pag. 113.) de minor. epistolis interpolatis. Idem *Semler.* in praef. ad suam paraphrasin epistol. IIdae Petri, putat, epistolas Ignatianas sub finem saeculi II. aut initio saec. III. esse compositas, quoniam Irenaeus ex iis, quae si tum temporis exstitissent, sumsisset argumenta contra Valentinianos. Sed *Schmidt* in comment. mox laudanda pag. 101. sq. respondet, cognitas fuisse Irenaeo Ignatii epp. sed illo tempore loca contra Valentinianos nondum in iis fuisse reperta. — *Christ. Aug. Heumann* et in actis erudit. Lips. a. 1710. mens. Maio, vbi pag. 196. recensuit *Ignatii epist.* a Smitho editas, et vero in conspectu hist. litterar. cap. VII. §. 44. et 45. pag. 491. sqq. vet. ed. aut part. 1. cap. II. §. 79. et 80. ed. Eyringii, omnes Ignatii epistolas, nulla excepta, censet, variis prolatis argumentis, esse foetus subdititios, et in illis omnia esse frigida, ieiuna, inepti tumoris adfectaeque grandiloquentiae plena; et nimis viuide spirantia vanum ac planum graeculum. In actis canonem criticum facit suum: *quicunque liber non refert animum et adfectum eius, cuius prae se fert nomen, sed plane diuersum, is non potest non esse suppositius.* In Conspectu inter alia, (quae ipsa sunt septem, eaque illi videntur certissima,) τῆς νοθείας indicia, ex scopo harum epistolarum, id spectantium, vt in immensum augeatur auctoritas et maiestas episcoporum, colligit, post *Cyprianum* scripsisse illarum auctorem epistolarum, probatque iudicium *Dodwelli.* (diss. Cyprian. VII. §. 13. et 33.) non esse ouum ouo similius, quam Ignatianae totam Cypriani de episco-

episcoporum auctoritate ratiocinationem. Denique, „omnium, inquit, primo loco poni oportet *Photium*, qui, dum in sua bibliotheca epistolas Ignatii non recognouit, tacitus clamat, sibi dubium haud esse quin nomen eius gerant falsissimum." Heumanni iudicium, in actis erud. latum, transscripsit probauitque *Oudinus* in commentar. citatis tom. I. p. 139. sqq. — De omnium epistolarum fide dubitat quoque *Schroeckh.* in historia eccl. christianae, tom. II. pag. 338. sqq. edit. II. — *Semleri* sententiae subscribit eiusque argumenta carptim repetit *Roesler* in bibliotheca patrum eccles. tom. I. pag. 69. et existimat p. 70.| epistolas VII. breuiores, quas germanice vertit notisque instruxit, circa dimidium [prius] saeculi tertii esse confictas. — *Io. Ernst Christian Schmidt* in: *Versuch über die| gedoppelte| Recension der Briefe des Ignatius*, in D. *Henke* Magazin für Religionsphilosophie und Kirchengeschichte, vol. III. (Helmstädt 1795. 8.) nr. IV. pag. 91. sqq. contendit, vtramque collectionem esse a catholicis pluribus sensim mutatam atque interpolatam; sed epistolas ipsas, etiamsi ab Ignatio non fuissent scriptae, videri reliquias antiquissimae et aetatis et| ecclesiae christianae: multaque alia ingeniose acuteque dicit ad rem suam defendendam. [add. eiusd. *Schmidt Obseruationen veranlaßt durch die Ignat. Briefe,* in s. Biblioth. für Kritik. und Exegese des N. T. Vol. I. P. 3. pag. 463. sq. *B.*] Neque vero omnino certa explorataque ea esse iudicat *Lange* in: Geschichte der Dogmen etc. I. p. 86. et cum ven. *Rosenmüllero* (Hist. interpret. tom. I.) de his Ignatii epistolis exclamat: *quis autem in re tam obscura pronuntiaverit?* aut quis verum in omnibus perspiciet?

Whistoni opinionem iam Fabricius adtigit et refutauit, et vide de illius libro plura in *Baumgartenii* Nachrichten von einer Hallischen Biblioth. tom. IV. p. 237. 240. sqq. atque *I. G. Walchii* hist. ecclef. pag. 587. Whistoni errores et, quibus vtitur, argumenta discussit *Io. Clericus* diss. de epistolis Ignatianis, in *I. Bapt. Cotelerii* patr. apost. tom. II. part. 2. pag. 501. — Cl. *Brüggemann* View etc. p. 327. sq. refert quoque libros, qui sequuntur:

An Essay vpon the epistles of *Ignatius*, by *William Whiston*, M. A. Professor of the Mathemat. in the Vniversity of Cambridge Lond. 1710. 8.

Iohn Edwards Obseruatt. et animaduerss. in *Ignatii* epistolas sunt in eius: Some brief obseruations and Reflections on Mr. *Whiston's* late Writings, falsy entitul'd Primitive christianity reviv'd. London. 1712. 8.

Ignatii historia exposita est a *Nathan. Lardner* in huius Credibility of the Gospel History. part. II. vol. I. Lond. 1748. 8. cap. V. p. 144-188.

Breuiores epp. esse longioribus praeferendas, contendit additque obss. in eius epist. et martyrium etc. *Io. Iortin* in: Remarks on Ecclesiastical History. Lond. 1751. 8. vol. I. pag. 61-67. 355-372. conf. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. VIII. pag. 532. sqq. *Harl.*

[P] Denique longe minorem fidem merentur, quae *latine* tantum exstant epistolae tres, 1. et 2. *ad Iohannem*, euangelistam, et 3. *ad Mariam*, virginem, cum Mariae responsoria, de quibus vide, si placet, post *Vsserium* diss. de epistolis Ignatii c. 19. quae a me notata sunt in codice apocrypho Noui Test. pag. 834-841. *Heroni* quoque, diacono Antiocheno, suppositum est *elogium Ignatii*, quod latine edidit *Baronius* ad A. C. 110. nr. 9. ex MS. Vaticano, et ex aliis tribus codd. Vsserius.

 De

De more *Antiphonos hymnos* decantandi, quem eccleſiae Antiochenae a S. Ignatio traditum narrat *Socrates* VI. 8. vide Suiceri theſaurum et Meurſii, Cangiique gloſſaria, *Theoph. Raynaudum* Op. paraſceuaſtico tom. 7. Opp. p. 457. ſq. et *Ioſephum Mariam Carum* ad Reſponſorialia et Antiphonaria eccleſiae romanae, edita Rom. 1686. [add. vol. X. pag. 153. vet. edit.]

Quod in catalogo librorum Chaldaeor. ſiue Syriacorum Hebed Ieſu pag. 17. *Ignatius de re fidei* memoratur, nihil aliud videtur reſpicere, quam eius *Epiſtolas*, quas *Syriace* ſecum ex Oriente attulit [y]) alter Ignatius, Antiochenus patriarcha iunior, qui Romae. Gregorio X. pontifice, reformationi calendarii interfuit, ibique diem obiit. Quamquam Robertus Huntingtonus, quum in Oriente verſaretur, ſummo ſtudio Ignatii epiſtolas, ſyriace verſas, inquirens, omnino incaſſum et absque fructu hoc fecit, vt narrat *Tho. Smithus* in eius vita p. 8. [z]) Videtur etiam memorare *Labbeus* bibl. noua MSS. p. 253 - 255.

In catalogo Liturgiarum chaldaicarum ſiue ſyriacarum, quem habuit idem patriarcha [aa]), memoratur *Liturgia S. Ignatii graece compoſita Antiochiae Anno 27. poſt aſcenſionem Domini, quam chaldaicam fecit S. Iacobus, epiſcopus Rohenſis ſ. Edeſſenus.* [v. notitiam codd. Parif.]

Ignatii Διδαχὴ ſiue διδασκαλία in veteri Stichometria memoratur inter Apocrypha, de qua vide *Pearſonium* part. 1. c. 4. vindic. Ex hac forte petitum dictum Ignatii, quod laudat *Chryſoſtomus* hom. XI. in epiſt. ad Epheſ. et Io. Antiochenus ap. Coteler. tom. 1. monument. pag. 176. ſchiſma et perturbationem eccleſiae, *crimen* eſſe *neque martyrii ſanguine expiandum.*

Acta Martyrii Ignatiani.

Interpolata habent graece Metaphraſtes 20 Dec. et exinde latine Surius et Bollandus Calendis Februar. graece et latine in patribus [?] apoſtolicis Cotelerius. *Sinceriora* Iac. Vſſerius in lucem protulit *latine* ex duplici diuerſa interpretatione, quam vtramque e MSS. codd. cum notis eruditis vulgauit in appendice Ignatiana. Lond. 1647. 4. Etiam graecum Actorum Ignatii exemplar in bibl. Bodleiana, ſed interpolatorum reperit; itaque editione indignum exiſtimauit. Haec vero a *Philone, Caio et Agathopode*, diaconis, qui beatum CHRISTI martyrem e Syria comitati erant, deſcripta fuiſſe ſibi perſuadet, et ſane in monumentis huius generis videntur eſſe fide digniſſima. Poſt Vſſerium eadem latine dedere *Bol-*

y) *Vſſer.* c. 4. prolegom. in epiſtolas Ignatii pag. 192. edit. Amſt.

z) *Thom. Smith.* in altera epiſtola ad Hearnium tradit, in itinere quodam, a 1677. in Graeciam, Anatoliam et Aegyptum ad inueſtiganda Ignatii epiſtolarum aliorumque patrum eccl. opp. exempla ſuſcepto, nihil fuiſſe repertum. v. *Thomae Smith*, S. T. P. epiſtolae duae de *S Ignatii* epiſtolarum cod[ice] m[anuſcrip]to Mediceo; vna cum *Io Ledgardi* eadem de re obſeruatt. quae extant in *Iohannis*, confratris et monachi Glaſtonienſis, chronica, ſiue hiſtoria de rebus Glaſtonienſibus, ex edit. *Thomae Hearnii*. Oxonii e theatro Sheldon. 1726. 8 ad calcem vol. II conf. New Memoirs of Literature, vol. IV. pag. 205. et *Brüggemann* l. c. pag. 328. *Harl.*

aa) Vide *Vſſer.* c. I. [lat. in *Euſebii Renaudotii* collect. Liturgiarum oriental. tom. 1. pag. 215. ſqq.]

Bollandus in Actis Sanctor. Calendis Febr. tom. 1. p. 13. seq. et *Cotelerius* in patribus apostolicis tom. 2. *Graece* denique et latine e codice Colbertino edidit *Theodoricus Ruinartus* in Actis Martyrum selectis Paris. 1689. 4. Atque inde *Io. Ernestus Grabe* tom. 2. spicilegii Patrum Oxon. 1699. 8. pag. 9. *Tho. Ittigius* in bibliotheca patrum apostolica Lips. 1699. 8. ac denique *Tho. Smithus* ad calcem epistolarum Ignatii, Oxon. 1709. 4. In his Actis *Epistola* Ignatii ad *Romanos* graece sincere legitur, quam in Mediceo codice omissam videre optauerat If. Vossius, contentus interim interpolatam ex veteri versione latina recensere et castigare.

[*Codd. scriptorum et*] *editiones Epistolarum Ignatii interpolatarum et spuriarum* [bb])

Codd. aliquot iam memorauit Fabricius. Equidem eorum, qui sequuntur, notitiam missis illis, quos nominauit *Montfauc.* in bibl. bibliothecarum etc. parare mihi potui. *Florentiae* in bibl. Medic. Laur. sunt in cod. XXI. plut. VII. Ignatii epistolae interpolatae XI. hoc ordine, (teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 269. sqq.) 1) ad Trallesios epistola, vt dicitur, δευτέρα, et sic reliquae, τρίτη etc. signantur: prima igitur, quae fuerit vel in codice illo, vel in eo, vnde hic descriptus erat, (vti in cod. Paris.) deficit: 2) ad Magnesios: 3) ad Tarsenses; 4) ad Philippenses; 5) ad Philadelphenses; 6) ad Smyrnaeos; 7) ad Polycarpum, Smyrnarum episcopum; 8) ad Antiochenos; 9) ad Heronem, diaconum Antiochiae; 10) ad Ephesios; 11) ad Romanos. — In cod. VII. nr. 31. plut. 57. est cod. ille, saepius laudatus, ex quo Isaac. Vossius non satis diligenter descripsit edit. v. *Bandin.* II. col. 347. sq. — In cod. XV. nr. 12. plut. XI. Passio Ignatii, scriptore Metaphraste. (*Bandin.* I. pag. 511.) — Citatur Ignatius in codd. expositionis sacrorum praeceptor. — in florilegio sententiarum et in thesauro orthod. fidei, (*Bandin.* I. p. 99. 254. et 433.) — *Ibidem* secundum *Bandini* catal. codd. *lat.* bibl. Mediceae Laurent. Gaddianae et S. Crucis. I. pag. 730. *Ign.* epp. XV. — tomi III. pag. 516. c. X. et XI. et tom. IV. pag. 475. VI. et VII. duae epp. ad S. Ioannem: — tom. III. pag. 516. XII. et IV. pag. 474. IV. epistola ad virginem Mariam cum epist. illius responsoria.

Parisiis in bibl. publ. secundum cat. vol. I. et II. inter codd. *Syriacos* nr. LXVI. et LXVIII. *Ignatii* et multorum aliorum liturgiae. (conf. infra vol. XIII. p. 820. et 822. de *Renaudot.* liturgiis oriental.) et in cod. CXIV. Ignat. Antioch. epistola ad sacerdotes, qua eos hortatur, vt munus sibi commissum adcurate obeant. Inter codd. *graecos* in codice CMXXXVII. nr. 1. Ign. epistolae XI. quarum prima desideratur; secunda vero, quae ad Trallenses scripta est, initio mutila, (vti in cod. Florent.) — in cod. DCCCCL. nr. 26. fragmenta ex Ignatii epistolis. — In *Montfauc.* bibl. Coislin. in cod. XXXVII. CXXII. et cod. CXVII. in Niconis collectaneis adferuntur loca ex Ignatii epist. ad Polycarpum: (cat. pag. 111. 191. et 198.) — in Nicetae collectione interpretum in euang. S. Lucae, (quae etiam in cod. XXVI. Augustano, in *Reiseri* cat. p. 9. et in aliis bibl. est) excerpta ex Ignatio, in cod. CCI. (cat. pag. 251.) — in cod. CCLXVI. (cat. p. 390.) exc. ex Ignatii epistolis.

bb) Conf. *Beveri* disp. II. citatam *Ittig.* l. m. pag. 263. sqq. et quos laudaui in Introd. in hist. lit. gr. II. 2. pag. 185. *Harl.*

ſtolis. — Ignatii martyrium in vitis ſanctorum, d. 20. Decembr. in cod. CIIL. et CCCVI. (cat. pag. 213. et 422.) — fragmenta ex Ignatio in cod. CCCLXIII. (cat. p. 563.) — loca Ignatii in Maximi opp. in cod. CCCLXXI. (cat. p. 574. et 578.)

In bibl. *Leidenſi* inter codd. Voſſianos ſunt *Ignatii* epp. prouti Voſſius eas videtur Florentiae deſcripſiſſe. (vid. cat. pag. 399. nr. 72.)

In *Britannia*, ſecundum catal. codd. Angliae et Hibern. *Oxonii*, in bibl. collegii Mariae Magd. in cod. LXXVI. f. nr. cat. 2217. inter libros latin. Ignatii ep. ad b. Ioannem cum huius reſponſoria; ad b. Mariam cum huius reſponſoria; Ignatii XII epp. ad alios; epiſt Heronis vel potius oratio ad ipſum defunctum. — In bibl. *Bodleiana* inter codd. Laudi, (cat. I. p. 54.) cod. LXVI. nr. 10-12. epp. Ignatii ad Mariam, cum reſponſoria; Ign. II. epp. ad Io. Euangeliſtam. — in cod. MDIL. vita Ignatii martyris. — inter codd. Bodl. cod. MDCCCLXIII. nr. 15. (cat. pag. 91) epp. Ignatii et Mariae et Ign. ad Ioannem ſeniorem. — Inter aduerſaria Ger. Langbaeni, (cat. p. 268. b.) Ignatii verſus in Adam, ſiue ad amicum aerumna adflictum. citatur quoque in indice codd. Ant. Eparchi, infra in vol. X. pag. 484. ed. vet. — *Cantabrigiae* inter codd. coll. Gaio-Gonuilens. nr. DCCLVI. epp. Ignatii martyris. et nr. DCCLXIV. Ignatii epiſtolae lat. — *Londini* in bibl. Weſtmonaſt. nr. MCCXIX. (cat. II. p. 28.) Dionyſii, *Ignatii*, *Polycarpi*, Iuſtini etc. expoſitiones in S. S. — Inter codd. Iones. nr. MMMMMMMMIC. (cat. II. p. 218. Ign. epiſt. gr. in 8. Inter libros *Bernardi* graec. cum msstis collatos, nr. MMMMMMMMCCCLXXXII. (cat. II. pag. 226) Ign. et *Polycarpi* epiſtolae. — *Dublini* inter codd. *Vſſerii*, nr. DVI. (catal. II. 2. pag. 34.) vetus interpretatio latina ex bibl. collegii Gonuilli.

Vindobonae in bibl. caeſarea, cod. XLII. excerpta ex Ignatio in catena ſ. comment. in euangel. S. Lucae, (*Lambec.* comment. III. col 163. ſqq.) — et in excerptis miſcell. in cod. VII. nr. 16. (v. *Neſſelii* catal. cod. part. II. pag. 21.) *Harl.*]

LATINA trium epiſtolarum 1. ad Mariam Virginem, et 2. ac 3. ad Iohannem apoſtol. Colon. 1478. cc) et Pariſ. 1495. 4. ad calcem quadrilogi de S. Thomae Becket, archiepiſcopi Cantuarienſis, vita et proceſſu ſuper libertate eccleſiaſtica per Her. de Hoſcham, Io. Carnotenſem, Wilhelmum Cantuarienſem et Alanum Tewkeburienſem.

Vndecim epiſtolarum, (omiſſis tribus, quas iam dixi, et epiſtola ad Mariam Caſſabalitidem necdum reperta) Pariſ. 1498. fol. vna cum ſcriptis, Dionyſio Areopag. tributis, et Polycarpi epiſtola, ex antiqua verſione (vt obſeruat Vſſerius, Adoni iam Viennenſi ſaec. IX. lecta) edente *Iac. Fabro*, Stapulenſi dd). Hanc Argentinae 1502. et Pariſ. e Iodoci Clichtouei recenſione 1515. tum Baſil. 1520. 4. atque iterum ſeparatim Argentor. 1527. 4. cum *Polycarpi* epiſtola. exc. Io. Knoblouch. v. *Panzer* VI. pag. 112. et de *Baſil.* ed. pag. 221. qui praeter ea ib. pag. 38. adfert ed. *Ignatii* epp. XI. cum *Polycarpi*

cc) Hanc editionem Colon. *Maittaire* A. T. in ind. ex Orlando pag. 349. memorat; ſed dubia eſſe videtur, et cl. *Panzerus* eius mentionem omiſit. *Harl.*

dd) v. ſupra ad §. VI. in catal. editt. Dionyſii Areopagitae. *Harl.*

carpi epiſtola et quibusdam *Dionyſii Areopagitae* opuſculis, lat. Argentorati 1507. fol. *Harl.*] Auguſtae Vindel. 1529.

Quindecim epiſtolarum, addita illis vndecim epiſtola ad Mariam Caſſabalitidem et tribus, primo loco a me memoratis, edente [?] *Symphoriano Champerio* cum Areopagita. Colon. 1536.ee) et Ioach. Perionio curante 1557. atque cum Clementinis ſcriptis 1569. fol. Adde editiones Antwerp. 1540. Complut. 1541. Venet. 1546. 8. Pariſ. 1569 8. et quae in Micropresbytico 1550. et Orthodoxographis A. 1555. et in patrum bibliothecis obviae ſunt. [Plures edd. memorat *Du Pin* in noua bibl. auct. eccleſ. I. pag. 60. ſq.]

GRAECAE duodecim Epiſtolarum 1. edente ex MS. Auguſtano *Valentino Paceo*. Dillingae 1557. 8. qui in praef. etiam germanicae ſuae verſionis meminit.

2. Pariſ. 1558. [et, quae ed. differt a priore,] 1562. 8. apud Guil. Morellum, qui ad calcem, collatione latini interpretis, et doctiſſimi, vt teſtatur, hominis conſilio plurium locorum caſtigationes adiunxit. Nitida eſt haec editio. Etiam latinam nouam verſionem edidit 1661 8. [v. *Maittaire* IV. pag. 719.] ſed quam Vairlenius notat in locis plurimis per veſtigia veteris interpretis incedere, [Lat. nou. verſionem, ap. Morel. Pariſ. 1558. memorat *Maittaire* III. p. 516. *Harl.*

GRAECOLATINAE 1. Cum verſione ſiue paraphraſi *Io. Brunneri*, (male *Brrmerus* vocatur apud Nourrium p. 153.) Tigurini, graecis e MS. codice D. Caſparis a Nydprugck deſcriptis. Tiguri 1559. fol. in Theologorum veterum graecorum collectione. Conradus Gesnerus, qui graeca ad patruelem ſuum, Andream, miſit, tunc nihil inaudiuerat de Pacei editione.

2. Cum *Hieron. Vairlenii* Syluii interpretatione, ſeparatim ad calcem libri ſubiecta et breuibus ſcholiis. Antwerp. 1566. et 1572. 8. apud Chriſtoph. Plantinum.

3. Cum eadem verſione ſcholiisque, in Orthodoxographis *Io. Iacobi Grynaei*. Baſil. 1596. fol.

4. Cum ſcholiis *Martialis Meſtraei*, Theologi. Pariſ. 1608. 8. qui Vairlenii verſionem emendauit, eiusque et Morelli, et Iac. Billii ex lib. 2. ſacrar. Obſeruatt. c. vlt. notas addidit.

5. Cum Meſtraei verſione et *Nic. Vedelii* caſtigationibus, Apologia, notis et diſſertationibus. Geneu. 1623. 4. *Fabr.* Inſcriptio huius edit. in qua multa pro VII. epiſtolis, quas habet genuinas, et de ſuppoſititiis, tum de Irenaeo ipſo, eiusque dogmatibus horumque ſenſu atque interpretatione, multa contra Meſtraeum, Baronium ac Bellarminum diſputantur, nec pauca antiquitatis chriſtianae capita explicantur, haec eſt: Τὰ τῦ ἁγίῦ Ἰγνατίῦ — ἅπαντα. *S. Ignatii — quae exſtant omnia*, in duos libros diſtincta. Quorum prior continet epiſtolas genuinas, alter (quinque) ſuppoſititias, cum XII. exercitatt. in eundem Ignatium pro antiquitate catholica aduerſus Baronium et Bellarminum. Auctore *Nic. Vedelio*, Prof. in acad. Geneu. et verbi diuini miniſtro. Acceſſit

ee) Cel. *Panzer* IV. pag. 434 in ed. hac Colon. ineſſe tradit *Ignatii* epp cum opp. Dionyſii Areop. et Ant. Eremitae epp. et quaedam adnectit. *Franc. Rous* edidit Lond. 1650. 8. latine *Melia* patrum, et in his excerpta ex ſex Ignatii epiſtolis. v. *Fabr.* infra in vol. XIII. pag. 756. ſq. *Harl.*

ceſſit verſio latina (Meſtraei), ab eodem emendata, cum eiusdem apologia pro Ignatio et appendice notarum criticarum, ac indice quadruplici, Geneuae, ap. viduam et hered. Petri de la Rouiere, 1723. 4. *Harl.*

6. Cum Vairlenii et Meſtraei ſcholiis in Auctario Ducaeano graecolat. bibliothecae patrum. Pariſ. 1624. fol.

GERMANICE per *Martinum Mollerum*, eccleſiaſten Sprettauienſem in Sileſia. Gorlitii apud Ambroſium Fritſch. 1592. 8. [rec. 1656.]

Gallice [Pariſ. Sim. Voſtre. 1500. 8. v. *Maittaire* IV. pag. 729. —] per *Guil. Morellum*, Pariſ. 1562. 1612. 8. et per *Eudemarium* Rothomag. 1615. 8.

¶ *Iacobi Gretſeri* vindicias duodecim epiſtolarum Ignatii, alicubi latere teſtatur ſe audiviſſe, Philippus Labbaeus. *Iſaacus* quoque *Caſaubonus* nonnullarum Ignatii epiſtolarum antiquitatem nouis ſe tuiturum rationibus pollicitus fuit, quas praematura viri doctiſſimi morte interceptas dolet Pearſonius prooem. Vindic. Ignatii.

Editiones Epiſtolarum VII. Ignatii genuinarum.

quae interpolatas et ſpurias adiunctas fere habent.

GRAECOLATINAE 1. Recenſente *Iſaaco Voſſio* e MS. Mediceo, atque additis veteri translatione ab Vſſerio edita, notisque ſuis et Barnabae epiſtola. Amſtelod. 1646. 4. Recuſa haec editio Lond. 1680. 4. Locum epiſtolae ad Magneſios erudite illuſtrat *Io. Andreas Boſius* exercitatione philologica ad 2 Tim. 2. 22. Ienae 1673. 4. capite ſexto, vbi et de Ignatii epiſtolis veterique eius interprete plura.

2. *Iac. Vſſerii* caſtigatior, cum noua verſione in Appendice Ignatiana: Lond. 1647. 4. poſtquam interpolatas antea graece et latine cum eruditis prolegomenis notisque, et ſinceriorum veteri verſione vulgaſſet Oxon. 1644. 4. *Fabric.* — Plenior inſcriptio vtriusque edit. haec eſt:

Polycarpi et *Ignatii* epiſtolae, vna cum vetere vulgata interpretatione latina, ex trium msstorum codd. collatione, integritati ſuae reſtitutae. Acceſſit et *Ignatianarum* epiſtolarum verſio antiqua alia, ex duobus msstis, in Anglia repertis, nunc primum in lucem edita. Quibus praefixa eſt, non de *Ignatii* ſolum et *Polycarpi* ſcriptis, ſed etiam de apoſtolicis conſtitutionibus et canonibus, *Clementi Romano* tributis, *Iacobi Vſſerii* diſſ. Oxoniae 1644. 4.

Appendix Ignatiana, in qua continentur I. *Ignatii* epiſtolae genuinae, a poſterioris interpolatoris aſſumentis liberae, ex graeco medic. exemplari expreſſae et noua verſione explicatae. II. *Ignatii* martyrium, a *Philone*, *Agathopode* et aliis, qui paſſioni illius interfuerunt, deſcriptum, ex duabus antiquis latinis eiusdem verſionibus, nunc primum in lucem editum. III. *Tiberioni*, *Plinii Secundi* et *Traiani* imperatoris de conſtantia martyrum illius temporis epiſtolae. IV. *Smyrnenſis* eccleſiae de *Polycarpi* martyrio epiſtola, cum antiqua latina eiusdem metaphraſi, integre nunc primum edita. V. *Iac. Vſſerii* in Ignatii et Polycarpi acta atque in epiſtolas, etiam Ignatio perperam adſcriptas, annotationes. Londini. 1647. 4. *Harl.*

3. *Io.*

3. *Io. Baptistae Cotelerii* cum noua versione sua et notis, in patribus apostolicis 1672. fol. et, Io. Clerico curante, Amst. 1698. fol. in qua editione Cotelerii notis etiam animadversiones et prolegomena Vsserii, et Io. Pearsonii vindiciae Ignatii accedunt. Testimonia veterum, diligentissime a se collecta, Cotelerius praemisit. [conf. I. Fabr. histor. bibl.-Fabric. I. p. 48. sqq.]

4. *Thomae Ittigii* in bibliotheca patrum apostolicorum, cum versione Cotelerii, sed subiecta separatim, vt in Cotelerii patribus apostolicis factum, veteri interpretatione, interpolatis spuriisque epistolis. Lipsiae 1699. 8. Hic in diss. illi bibliothecae praemissa non modo de Ignatio eiusque scriptis diligentissime disserit: sed etiam de doctrina, in epistolis contenta, videndus in selectis capitibus hist. ecclesiasticae saeculi secundi.

5. Cum notis *Io. Pearsonii* antea ineditis et nouis [ff]) *Thomae Smithi.* Oxon. 1709. 4. qua editione et graecus contextus ad codicem Mediceum et latina translatio ad MS. codiceum Cantabrig. nouo [?] studio exigitur. Ceterum interpolatae et spuriae epistolae a Smitho plane sunt omissae. *Fabr.* Conf. (*Heumanni*) censuram in actis erudit. Lips. a. 1710. m. Maio.

S. Ignatii, martyris, epistola ad Romanos et fragmenta; cum praef. de *Ignatio* et eius scriptis, in *I. E. Grabii* spicileg. SS. PP. saec. II. Oxon. 1700. 8. pag. 1. sqq.

S. Martyris *Ignatii* — epistolae septem genuinae, quas nimirum collegit S. *Polycarpus* suaeque ad Philippenses epistolae subiecit. (cura *C. Aldrich.*) Oxonii e theatro Sheldon. 1708. 8. Curatior est haec editio, codice Florent. denuo collato. conf. *Bandin.* cat. codd. gr. Medic. II. col. 435. vbi Aldrichi msta epist. ad Anton. Mariam Saluinum, qui cod. Mediceum sua manu totum exscripsit, exarata cum Aldrichi praef. ad edit. epp. typis exscripta — Epistolas tamen septem Ignatii e cod. Florentino simili quidem, vti Virgilium, studio, sed non tanta religione a Car. Aldrichio editas esse, scribit *Petr. Franc. Fogginius* in praef. ad Virgil. pag. XI. teste *Saxio* in Onom. I. pag. 296.

The Epistles of *Ignatius*, Bp. of Antiochj both Larger and Smaller, in *Greek* and in *English*, witth the various Readings from all the Greek MSS. As also, a preliminary Dissertation, proving that the Larger Copies of Ignatius are alone Genuine, and the Smaller only Heretical Extracts from them, made in the Fourth Century of the Church. By *William Whiston* — in eius Primitiue Christianity etc. 1711. 8. vol. 1-391. cf. *Brüggemann* View etc. pag. 326.

— epistolae genuinae, vna cum *Polycarpi* epist. Acc. vtriusque martyria: versionibus antiquis ac recentioribus, varr. lection. selectisque variorum notis illustratae. Item *Ignatii* epp. tum interpolatae, tum suppositititiae, in *Rich. Rusel* PP. apostol. vol. II.

Ignatii epp. VII. genuinae eiusdemque martyrii acta cum Pearsonii et Smithi scholiis, adiunxit *Io. Lud. Frey* S. S. patrum apostolicorum epistolis, Basileae 1742. 8. *Harl.*

LATINA ex veteri translatione (*Roberti* forte *Lincolniensis*) ad duorum MSS. Cantabrig. et Montacutiani codicum fidem edita a *Iac. Vsserio*, additisque graecis interpolatis, sed

F 2

ff) Obiit Tho. Smithus anno 1711.

ſed in quibus interpolationes, ex verſione notatae, minio diſtinguuntur. Oxon. 1644. 4. [gg]) Veterem huiusmodi translationem Epiſtolarum Ignatii, in qua illa de Paulo vxorato deſideranbatur, in bibl. Vaticana pridem euoluiſſe ſe, teſtatus eſt Turrianus in Apologia pro Canonibus apoſtolic. contra Magdeburgenſes, Pariſ. 1573. 8. pag. 8.

GERMANICA per C. D. V. B. A. 1693. 12. apud Io. Georg. Lipperum, et ad calcem Noui Teſt. editi A. 1711. 12. Schiſbeeae prope Hamburgum [a *Godofr. Arnold* in: Sendſchreiben der Alten etc. Franc. et Lipſ. 1700. 8. pag. 28. ſqq. et a *Io. Ottone Gluſingio* in eius Briefen und Schriften der apoſtoliſchen Männer. Hamburg. 1723. 8. pag. 305. ſqq. *Harl.*

ANGLICA, *Wilhelmo Wakaeo* interprete, Lond. 1693. et 1710. 1719. 1737. 8. vna cum Clemente, Barnaba, Polycarpo, Herma. *Fabr.* [v. *Brüggem.* pag. 327.

[Excerpta franco-gallica. v. ad §. XVI.]

Praeterea hic notari poſſunt:

Sam. Florent. Rinnii diſſ. de profeſſoribus veteris eccleſiae martyribus, Lipſiae 1739. 4. §. XVII. vbi is, pag. 23. acta martyrii Ignat. ſincera ratus, Sam. Basnagii argumenta, in Annal. polit. eccl. tom. II. expoſita poſt Euſebium nata eſſe illa acta, luſtrat reiicitque.

Progr. de myſterio ſilentii et clamoris ad locum Ignatii in epiſtola ad Epheſios cum oraculis apoſtolicis collatum. Gottingae 1738. 4.

D. *Wernsdorfii* progr. ad eumdem Ignatii locum eiusdem argumenti, Wittebergae 1762. 4. cf. D. *Erneſti* nou. biblioth. theol. vol. IV. part. 8. a. 1763. pag. 758. ſqq.

Obſeruations on the miraculous Conception and the teſtimonies of *Ignatius* and *Juſtin the Martyr* on that ſubiect. In a ſeries of lettres to the Rev. Mr. *Nisbett*, occaſioned by D. Prieſtley. To which are added Remarks on Mr. *Wakefield's* opinion concerning Matth. XXVII. 5. By *John Pope*, Tutor in the belles Lettres and claſſical Litterature at the New-College, Hakney. London ap. I. Iohnſon. 1792. 8. In epiſt. V. Dallaei, Du Pin aliorumque argumenta, epiſtolas Ignatii eſſe ſpurias, repetuntur. — Aliorum ſcripta iam excitaui in Introduct. II. 2. p. 188. *Harl.* De loco quodam Epp. I. vbi Ieſus Θεὸς dicitur Gentleman's Magazine 1797. Sept. p. 791. Oct. pag. 831.

Alii Ignatii [hh]).

P. Egnatius, ſtoicam ſectam profeſſus. *Tacit.* XVI. 32. Annal.

Ignatius, martyr Africanus, cuius meminit S. Cyprianus epiſtola 39. ſcripta A. C. 250. et Martyrologium Rom. 3 Febr.

Ignatius

gg) A *Brüggemanno* l. c. p. 324. citatur: *Ignatii* epiſtolarum vetus verſio latina ex duobus MSS. in Anglia repertis, nunc primum in lucem edita Oxoniae Ex Recen. Fichfeld. 1642. — *Theodoretus* in dialogis fragmenta Ignatii exhibet, vid. vol. VII. lib. V. cap. 11. vet. ed. p. 436. — it. Macarii catena, ib. p. 775. *Harl.*

hh) Conf. *Moller.* Homonymoſcop. pag. 485.

Ignatius, pro Cos. ad quem S. Nili epistolae.

Ignatius, grammaticus e diacono CPolitano metropolita Nicaenus sub initia Seculi IX. de cuius Iambis in Adamum, Tetrastichis, fabulas Aesopicas breuiter complexis, aliisque scriptis dixi lib. 2. c. 9. §. 8. [vol. I. p. 635. sqq.] Eius elegantissima, piissima et mellitissima carmina in Deiparam aliosque sanctos laudat, atque editurum se promisit *Allatius* ad Eustathii Antiocheni Hexaëmeron pag. 284. Vide et Suidam in Ἰγνάτιος. *Fabric.*

[*Ignatii*, magnae ecclesiae *Sceuophylacis*, (v. *I. Meursii* glossarium pag. 638. sqq.) i. e. vasorum custodis, alphabetum morale, siue paraenesis ad nouitios, secundum litteras alphabeti, gr. in cod. Augustano. v. *Reiseri* indic. libr. msst. bibl. Augustanae pag. 7. — *Florentiae* in bibl. Medicea, in cod. XVIII. nr. 2. plut. 9. et cod. IX. nr. 15. plut. XI. (*Bandini* cat. codd. gr. I. p. 420. et 504. ex quo codice Bandin. ib. pag. 516. versus illos XXIV. iambicos primum euulgauit. — *Parisiis* in codd. bibl. publ. (sec. cat. codd. vol. II.) exstant in cod. MDCXXX. iambi in Adamum; (conf. supra in notitia codd. Britann. Ignatii, martyris. in cod. DI. MDXXV. MDII.. eiusd. vita Gregorii Decapolitae; in cod. DCCCCIX vita Nicephori, patriarchae CPolitani: in alio cod. eiusd. tetrasticha. — *Vindobonae* in cod. caesareo XI. nr. 35. Ignatii, diaconi et Sceuophylacis magnae ecclesi. CPolitani, tandem metropolitae Niceae, historia vitae et miraculorum Tarasii, patriarchae CPolitani, cui, d. 25 Febr. a. 806. morienti, ipse tamquam eius discipulus adfuit. v. *Lambecii* comm. VIII. col. 196. seqq. — fragmenta vitae Tarasii, in cod. XIV. nr. 2. (Lamb. VI. part. I. pag. 109. Non *Tarasii* vitam ab Ignatio scriptam, (vti Kollarius ibid. not. A. scripserat, sed eiusdem vitam Nicephori, Combefisium ab Allatio accepisse, et ab illo communicatam cum *Henschenio*, ab hoc autem in actis sanctorum, m. Mart. tom. II. pag. 294. latine, et pag. 704. graece esse vulgatam, adnotat *Kollarius* ad Lamb. VIII. not. A et B. conf. *Fabr.* B. Gr. IX. pag 145. et vol. X. pag. 219. — de vita Tarasii, in Oxon. cod. Barocc. CCXXXVIII.

Ignatii Monachi liber ad Constantium, gr. eiusdem narratio quaedam, inter codd. *Georg. Wheleri*, canonici quondam Dunelmensis cod. LVII. nr. 9128. in cat. codd. Angl. et Hibern. vol. II. part. I. pag. 358. — *Ignatium hymnodum* laudat Allatius, v. infra de Melodis Graecor. vol. X. pag. 133. ed. vet. *Harl.*]

Ignatius, patriarcha ab A. C. 847. CPolitanus, cui, A. C. 858. deposito, Photius successit, atque iterum A. 867. thronum concedere fuit coactus. De illo vide vitam eius cum variis monumentis et Synodo CPol. A. 854. sub eo habita, illustratam a *Radero*, Ingolstad. 1604 4. et recusam t. 8. Concilior. edit. *Labbei*, et Chronicon ecclesiae graecae *Philippi Cyprii* cum Henr. Hilarii notis pag. 107. seq. *Baronium* tom. IX. Annalium, Martyrologia 23 Octobr. etc. *Fabric.* In elogiis et vitis sanctor. v. infra, in vol. IX. pag 97. edit. vet. — Ex cod. Coislin XXXIV. *Montfaucon* in bibl. Coisl. pag. 96. seqq. publici iuris fecit Epistolam Nicaenae synodi ad Alexandrinorum ecclesiam. gr. cum versione lat. In illa epistola (pag. 99. Montfauc.) Ignatii et Photii, sanctissimorum, orthodoxorum et celebrium patriarcharum aeterna memoria, (iterum pag. 100. illius Ignatii an alius?) contra ea omnia, quae contra SS. patriarchas, Tarasium,

rasium, Nicephorum, Methodium, Ignatium, Stephanum, Photium etc. scripta aut dicta sunt, anathema esse sancitur. *Harl.*

Ignatius, cuius Acrostichis aduersus imagines legitur in Operibus Theodori Studitae pag. 169. T. V. Operibus Sirmondi. [sed lacunae longae et multae ex cod. Coisl. XCIV. possunt sarciri. In illo cod. est quoque ep. Theodori ad *Ignatium* episcopum *Mileti*, teste *Montf.* bibl. Coisl. p. 144. add. p. 148. 314 et 318. in cod. CCLXIX. vbi epist. Theodori ad Ignatium occurrit. *Harl.*

[*] Ignatius, Chrysopolitani monasterii abbas, *Ignatius*, metropolita Claudiopolitanus, et *Ignatius*, Lophorum episcopus, ad quos exstant Photii epistolae. Alius item *Ignatius* abbas, de quo in Epistolis Theodori Studitae. *Fabr.* Inter epistolas Theodori Studitae huius epistola ad *Ignatium*, abbatem, in cod. *Coisl.* CCLXIX. nr. 13. (*Montf.* bibl. Coisl. pag. 312. 318 et pag. 144. Theod. Stud. epist. ad *Ignatium* episc. Mileti.) et sic inter epist. Theodori Studitae occurrit in aliis codd. Theodori ep. ad Ignatium in *Montf.* catal. pag. 145. 146. sqq. in cod. XCIV. sexies ad Ignatium, (vti scribitur,) filium; ad eumdem in cod. CCLXIX. bis, (p. 315 et 316 ac 320.) — *Ignatius*, Lesbius, metropolita Rhodi, de quo v. *Demetr. Procop.* de eruditis graecis infra in vol. XI. pag. 796. vet. edit. *Harl.*

Ignatius, episcopus, cuius colitur memoria 28 Maii in Ruthenorum Ephemeridibus, quas iconibus insignes edidit Papebrochius ante tom. I. Act. Sanctor. Maii.

Ignatii, nescio cuius, commentarios graecos MSS. in Aristotelis Logica memorat e Scipionis Tetti catalogo *Labbeus* bibl. noua MS. p. 171. *Fabr.* In cod. Mediceo XVI. plut. 71. titulus, illis commentariis in scripta Aristotelis logica praefixus, at manu aliquanto recentiore in summo margine exaratus est Μητροπολίτου Σηλυβρίας ὑπερτίμου Κυρίου Ἰγνατίου τοῦ φιλοσόφου, *Metropolitani Silybriae — Ignatii philosophi*; et *Band.* in cat. codd. gr. III. col. 10. probabilem facit coniecturam, hunc Ignatium esse illum, de quo Fabr. (nostro loco) differat. — In cod. *Naniano* CCCXIX. pag. 506. nr. 70. in catal. codd. Nanian. p. 529. citatur: τοῦ σοφωτάτου — Κυροῦ Ἰγνατίου μητροπολίτου σηλυβρίας ποίημα. + βίος καὶ πολιτεία τῶν ἁγίων θεοστέπτων μεγάλων βασιλέων καὶ ἰσαποστόλων, Κωνσταντίνου καὶ ἑλένης. Inc. μέγιστον μὲν τῶν ὄντων ἐστὶν ὁ Θεός. κάλλιστον δὲ ἡ ἀρετή.

Humilium monachorum *Callisti*, et IGNATII, ex coenobio *Xantopulorum* methodus et regula accurata et sanctorum patrum testimoniis confirmata ad vtilitatem eorum, qui tranquillam et monasticam vitam seligunt, nec non de instituto vitae atque ordine ab ipsis seruando etc. opus diuisum in centum capita. *Romae* in cod. *Barberinae* bibl. teste *Allatio* de Simeonibus pag. 185. ed. Paris. 1664. 4. et in cod. CCCLII. bibl. reg. *Taurinens.* v. cat. codd. gr. Taur. pag. 481. vbi citatur *Henr. Warthon* in adpendice ad Caueum, qui docuisset, *Callistum* II. patriarcham C Politan. a 1395. tribus mensibus, postquam patriarcha renuntiatus fuisset, fato esse functum. Teste autem *Allatio* l. c. Simeon Metaphrastes in dialogo suo aduersus haereses mirifice extollit operis pretium, et vtrumque, scribit, vixisse sua aetate.

IGNA-

IGNATII Bar *Maadan*, Iacobitarum patriarchae, et *IGNATII Barcahib*, Iacobitarum patriarchae, Liturgiae, *Paris.* in bibl. publ. inter codd. *Syriacos* cod. LXVIII. secundum catal. codd. I. pag. 57. conf. *Fabr.* B. Gr. vol. XIII. pag. 820. not.

IGNATII, *Armeni* doctoris, homilia, inter codd. *Armen.* bibl. publ. *Paris.* cod. XLVI. v. cat. codd. Paris. I. pag. 81. *Harl.*

Ignatius, patriarcha Antiochenus iunior, qui Romae fuit sub Gregorio X. de quo paulo ante feci mentionem. [De eius liturgia in Renaudoti liturg. orient. v. infra in vol. XIII. p. 822.]

Ignatius, Pragensis, Prior Casinensis monasterii, qui scripsit Vitam et Passionem S. Bertharii martyris et abbatis XIX. Casinensis.

Ignatius, Squarcialupus, Florentinus, monachus Benedictinus, abbas Casinensis A. C. 1520. extinctus, de quo tom. XXI. bibl. patrum Lugd. pag. 371. *Fabr.* [Conf. *Fabr.* bibl. lat. med. et infimae aetat. tom. IV. ed. Mansi, pag. 31.

[*Ignatii*, abbatis Camaldulensis, Logica, prolata a. 1593. in cod. Veneto monasterii S. Michaëlis, teste *Mittarellio*, in bibl. codd. pag. 525. *Harl.*]

Plures recentiores Ignatios memorat *Nicolaus Antonius* in bibl. Hispana, et in his *Ignatium Loiolam*, conditorem ordinis Iesuitici, defunctum a. 1556. et beatorum numero adscriptum a Paulo V. A. 1609 Sanctorumque a. 1622. a Gregorio XV. Festum eius celebratur 31 Iulii, qui dies S Germano antea sacer erat. Vitam huius Ignatii post Ribadeneiram aliosque scripsit P. Bohourius.

Proxime exspectamus nonam epistolarum S. Ignatii, Antiocheni, editionem vna cum diatriba de Ignatiis ab erudito Viro *Georgio Claudio*, Claudii Iani, cuius Albertus Bartholinus de scriptis Danorum meminit, filio, qui illius specimen mihi ostendit notis illustratum. Is totus in eo est, vt probet, illam, quam sinceram eruditi habent, Ignatii editionem, adhuc [ii]) quam plurimis in locis interpolatam esse, nihilque pro genuino admittit, nisi quod eodem plane modo sine vlla vel minima mutatione comprobatur suffragio omnium codicum, quam in rem Florentinum et Augustanum diligenter contulit, versionum item ac citationum. Cetera omnia reiicit, et minoribus typis exscribi curabit. In diatriba, quam praefiget, de Ignatiis nonnulla etiam dabit [?] hactenus inedita, Ignatii praecipue, diaconi, quae ex bibliotheca regis Christianissimi descripsit et latine conuertit. [An lucem adspexerit illa ed. nescio et vero dubito. *Harl.*]

XIV. POLYCARPVS, episcopus Smyrnensis a S. Iohanne [kk]), apostolo, constitutus, marty-

ii) Eadem fere *Tentzelii* sententia pag. 63. diss. select. reiecta a Nourrio aliisque.

kk) *Irenaeus* III. 3. atque inde *Euseb.* IV. 14. et *Hieron.* de S. E. c. 17. Hinc viris doctis per angelum Smyrnensis ecclesiae a S. Iohanne Apoc. II. 8. videtur designari Polycarpus, licet in Actis Polycarpi, Pionio tributis et apud Suidam Polycarpus Buculo successisse incerta fide tradatur. *Fabr.* Caueum, Basnage, Du Pin, Godeau, aliosque bene multos, qui vitam, fata omnemque historiam Polycarpi, fabulas quoque, de illo sparsas, perse-

martyrium nono Antonini Pii anno in igne fortiter tulit A. C. 147. [ll]) Proconsulem, vt CHRISTO [ab eo] renuiciaretur, suadentem, detestatus his verbis [mm]): ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησε, καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου τὸν σώσαντά με; *Sex et octoginta annos ei inseruio, nec vlla me vnquam affecit iniuria, et quomodo possim impie loqui aduersus regem meum et saluatorem meum?* Acta Martyrii eius iam olim lecta in ecclesia, et dies natalis celebratus, sepulcrumque hodie etiam quotannis festo ipsius memoriae consecrato solenniter inuisi testatur *Tho. Smithus* in notitia VII. ecclesiarum Asiae pag. 53. vbi et mentio ampli, quod Smyrnae adhuc ostenditur, amphitheatri, in quo coronatus martyrio Polycarpus fuit, cuius in memoriam hi Romae versus in templo S. Stephani in Caelio monte leguntur:

Sir. LI. 6. In medio ignis sum aestuatus.

Phoenicem si quis medio miretur in igne
Emori, et exstructo se reparare rogo;
Obstupeat, Polycarpe, *auidas tibi parcere flammas*
Non ausas sacra te violare face.
Mille nitent taedae, rutilantque hinc inde fauillis
Atque in te, Dominum, quem colis ipse, colunt.
Praemia nunc maiora tibi sed reddit Olympus,
Ignea qui pedibus subiicit astra tuis.

Prae-

persequuti sunt, excitauit ipseque multus fuit de illo *Stolle* in: Nachricht von den Leben — — der Kirchenväter etc. cap. II. pag. 41. sqq. add. *Hamberger* zuverl. Nachricht. II. pag. 318. sqq. *I. G. Walch.* histor. eccles. N. T. saec. II cap I. § 3. p. 578. seqq. et *Nathan Lardner* in Credibility of the Gospel History, part. II. vol. 1. Lond. 1748. 8. cap VI et VII. p 180-231. *Harl.*

ll) Confer *Io. Pearsonii* Opera postuma pag. 282. sqq. Neque adeo obstant, quae *Samuel Basnage* huic sententiae obiicit ad A. C. 178. nr. 4. Nam et Antoninum vtrumque a veteribus inter se confundi tralaticium est, et verba: LXXXVI *annos ei inseruio* nihil aliud innuunt, quam: *in hanc vsque aetatem, qua annum attigi sextum et octogesimum.* Atque ita veteres intellexisse, ipsorum testimoniis diserte constat. Quod vero tunc vixerit Polycarpus, quum Apostolus Paulus suas ad Philippenses scripsisset litteras, licet nondum CHRISTO nomen dedisset, vt colligit Vsserius ex verbis latinae epistolae §. 11. neque ex illis verbis sequitur, (possunt enim de Smyrnensi ecclesia intelligi,) neque Pearsonii sententiae magis, quam Vsserii, (qui ad A. 169. martyrium Polycarpi reiicit,) aduersatur. Aliorum obiectiones diluit *Gabriel Groddeckius* diss. de anno et die passionis Polycarpi, Gedani 1704. 4. *Samuelis Petiti* sententiam IV. 6. Var. lect. A. C. 175. passum esse Polycarpum contendentis, confutatam vide a *Steph. le Moyne* prolegomm. ad Varia sacra, qui pro A. 167 militat, atque ignis supplicium, quod S. Polycarpus subiit, a Luciano [illegible] e morte Peregrini perstringi putat, atque a Themistio, vbi noui [illegible] doctis meminit, cuius tamen verba [illegible] ter [illegible] ligenda esse notaui lib. 2. c. 12. §. 8. *[illegible]abr. Dodwell* quoque in diss. ad Irenaeum, I. §. 22. vltimum Polycarpi supplicium adierit a. Chr. 147. *Walchio* etiam l. c. p. 594. Pearsonii argumenta non contemnenda videntur: qui praeterea memorat *Io. Philippi Baratierii* disquisit. de successione episcoporum romanor. p 194. ac *Martini Lubat[illegible]* [illegible] de antiquitat. martyrologica, Halae 1693. c. I. Contra *Sa[illegible]cius* Onom. I. pag. 318. a. Ch. 165. et rationes et calculum *Henr. Valesii* ad Euseb. IV. H. E. 15 loco *Eusebii* memor. et *Hi[illegible]* de script. eccles. cap XVII. (pag. 50. ed. Fabr. qui etiam ibi in nota e Pearsonii sententiam veriorem esse censet,) conuenientiorem probat. Pro eodem anno Chr. 167. militat *Masson* in [illegible] de Aristidis vita ad a. v. 918. aer. vulg. 165 sect. [illegible]. add. *Io. Iortin* diss. de Polycarpi martyrio, in eius Remarks on ecclesiastical History Lond. 1752. 8. vol. II. pag 101-134. 373. sq. et 416-420. *Harl.*

mm) Apud Euseb. IV. 15. Hist.

Praeter collectionem epistolarum Ignatii, quam Polycarpo deberi iam dixi, scripsit ipse complures Epistolas, ex quibus vna ad nos peruenit, publice olim, teste Hieron. legi solita *Epistola ad Philippenses*, Ignatio defuncto exarata, et pietate apostolici viri haud indigna. Eam interpolatam hodie ferri suspicabatur *Tintzelius* diss. select. pag. 158. sed parum firmis argumentis nixus, vt a D. *Tho. Ittigio* [nn]) demonstratum est, et a *Guil. Caueo* in parte altera historiae literariae, qui Dallaei [oo]) etiam et Larroquani [pp]) argumentis, aduersus hanc epistolam allatis, respondet. Etiam postremam epistolae partem aduersus eiusdem Dallaei et Lemonii suspiciones vindicat *Nourrius* Apparat. ad bibl. patrum diss. 8.

Codd. et Editiones Epistolae S. Polycarpi ad Philippenses.

[Cum Dionysio, *Areopagita*, praecipue cum Ignatii epp. saepe comparet Polycarpi epistola in libris et scriptis, et vero editis, quos supra iam recensuimus. Paucis igitur rem expediemus.

Codices. *Florent.* in bibl. Medicea, epistola, at mutila in cod. XXI. nr. 12. plut. VI. teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 270. — *Vindobonae* in bibl. caesarea in cod. XI. nr. 33. Smyrnensis in Asia ecclesiae epistola encyclica de martyrio *S. Polycarpi*, teste *Lambecio* in comment. vol. VIII. col. 187. seq. qui id martyrium cum Petauio et Labbeo vindicat a. Chr. 167. — *Oxon.* inter codd. collegii S. Mariae Magdal. ep. ad Philippens. eccles. nr. MMCCXVII. — *Paris.* in bibl. publ. Polyc. ep. ad Philipp. in cod. DCCCCXXXVII. in cod. autem MDIIC. est alius *Polycarpi*, *Ascetae*, vita S. Syncleticae, quae etiam exstat in cod. Coislin. CCXXIV. sed *Montfauc.* in biblioth. Coislin. pag. 200. adnotat, illam vitam alibi adscribi Athanasio, et prouocat ad monitum editionis suae Opp. S. Athanasii, vbi inter spuria iacet tom. II. — *Leidae* inter codd. Vossianos Polycarpi ad Philippens. et Barnabae epistola. vid. catal. bibl. Leid. p. 200. nr. XVI. *Harl.*]

LATI-

nn) *Ittigius* diss. de Haeresiarchis apostolicae aetatis pag. 186. et Appendice ad diss. de Haeresiarchis pag. 75. sq. *Fabr.* *Ittigii* sententiam amplectitur quoque *Walch* l. c. p. 596. Contra *Cyprianus* in not. ad *Hieronym.* de viris illustr. pag. 81. bibliothecae ecclesiast. a Fabricio editae, interpolata, ait, est epistola, quidquid dicant viri quidam doctissimi. Valde antiquam quidem esse epistolam, aeque tamen minus genuinam, ac alia scripta saeculi I. exeuntis et saec. II. censet *I. Sal. Semler* in historicis prolegomm. ad Baumgartenii theol. polemicam, tom. II. §. 54. pag. 36. sqq. atque refutat Ittigium, praecipue D. *Balthasarem*, qui compendium quoddam dogmaticum ex epist. Polycarpi quasi conficere adlaborauit in libro docto quidem vtilique, inscripto: Doctrina *Polycarpi* de praecipuis christianae fidei capitibus. Accedit demonstratio veritatis et diuinae originis librorum N. T. ex Clementis R. testimoniis de apostolis Iesu Christi: auctore *Iac. Henr. Balthasare*, S. theol. D. et P. P. in acad. Gryphiswald. — Ienae 1738. In praefat. enarrat scriptores, qui de Polycarpo exposuerunt. — Attamen *Godof. Less.* in: Wahrheit der christlichen Religion. edit. II. Bremae 1773. 8. p. 47. not. 55. de authentia illius epistolae, nullatenus dubitari posse pronuntiat. A Semleri sententia haud discedere videtur *Roessler* in: Biblioth. der Kirchen-Väter. part. I. a. 1776. p. 93. sq. et dedit versionem illius epistolae germanicam atque adnotatt. illustrauit. *Harl.*

oo) *Dallaeus* de scriptis Dionysio et Ignatio suppositis lib. 2. c. 32.

pp) *Matthaeus Larroquanus* pag 64. seq. Obseruat. in Ignatianas Pearsonii vindicias, qui Polycarpo epistolam illam certissimis argumentis adseruerat part. I. c. 5.

LATINE ex veteri verſione primus edidit *Iacobus Faber* vna cum ſcriptis, Dionyſio Areopag. tributis, et vndecim Ignatii Epiſtolis Pariſ. 1498. fol. per Ioannem Higmanum et Wolfgang. Hopylium. Saepius inde recuſa, vt Argentin. 1502. Pariſ. 1515. (recenſente Iodoco Clichtoueo) tum Baſil. 1520. Colon. 1536. et vna cum Clementinis, Io. Cochleo curante, Ingolſtad. 1546. 4. et cum Dionyſii ſcriptis, a Ioach. Perionio translatis, Colon. 1557. et cum Clementinis et Ignatio 1569. Exſtat etiam in Micropresbytico Baſil. A. 1550. pag. 27. in Orthodoxographis pag. 95. edit. A. 1565. atque in altera Orthodoxographorum ἐκδόσει. A. 1569. part. II. pag. 4. et in bibliothecis patrum nullius non editionis, et nouiſſime Lugdunenſis tomo ſecundo. *Fabr.* Conf. catal. bibl. *Leidenſis*, pag. 65. — Polyc. epiſt. ad Philipp. lat. inter *Franc. Rous* mella patrum Lond. 1650. 8. pag. 12. et 13. *Harl.*

GRAECE (ſed ſect. 10. 11. 12 et 14. mancam) cum veteri *Latina* verſione A. 1633. ex Turriani Codice, e quo Sirmondus deſcripſerat, primus publicauit *Petrus Halloix* tom. 1. de Vitis ſcriptor. Orientalium pag. 525. Hunc ſequutae editiones:

Iac. Vſſerii, qui cum animaduerſſ. ſuis et Patricii Iunii caſtigationibus ac Smyrnenſium de martyrio Polycarpi epiſtola, notis illuſtrata, poſt Ignatii epiſtolas, ſiue in adpendice Ignatiana illam vulgauit. Lond. 1647. 4.

Ioach. Iohannis Maderi Helmſt. 1653. 4. qui praefationem et Vſſerii Iuniique notis ſuas in martyrium Polycarpi addidit.

Io. Baptiſtae Cotelerii, qui graecis nouam verſionem ſuam notasque et veteri latinae verſioni itidem notas ſuas addidit in tomo ſecundo patrum apoſtolicorum. Pariſ. 1672. fol.

Stephani le Moyne in Variis Sacris Lugd. Bat. 1685. 4. primum editis et A. 1694. iterum recuſis, qui recenſui ex MS. Mediceo, cuius apographum a D. Rullaeo acceperat, et in quo cum epiſtola Barnabae (pag. 218. edit. Voſſii) nulla interpoſita diſtinctione qq) iungitur. Notas vberrimas et doctiſſimas idem Lemonius in altero volumine huius operis adiunxit.

Io. Clerici in noua editione patrum apoſtolicorum Cotelerii, vbi Vſſerii et Iunii notas Coteler'anis adiunctas et ſingulis paginis ſtatim ſubſtratas habes. Amſtel. 1698. fol. Tomo ſecundo.

Tho. Ittigii, in Bibliotheca patrum apoſtolicorum graecolatina. Lipſ. 1669. 8. praefixa erudita de patribus apoſtolicis diſſertatione.

Tho. Smithi cum eius notis, ad calcem epiſtolar. Ignatii, Oxon. 1709. 4.

[Cum

qq) Plura eiusmodi commiſſionum ſiue commixtionum in libris MSS. exempla memorat Dodwellus diſſ. 1. in Irenaeum . 30. Itaque nemo hanc ob cauſam Polycarpo tribuet, quae Barnabae eſſe veterum teſtimoniis conſtat. Neque Rullaeo hoc in mentem veniſſe credit Iac. Gronouius praef. ad Melam, a ſe A. 1696. editum.

[Cum Ignatio — ed. *Aldrich.* Oxon. 1708. 8. — et in collectione *Russelii*, vol. II. v. supra in notitia edd. *Ignatii. Harl.*]

ANGLICE in vita Polycarpi, inter vitas patrum, a *Guil. Caueo* concinnatas editasque Londini 1682. fol. atque inde saepius, et *BELGICE*, *Salomone Bor* interprete, Traiecti ad Rhen. 1698. fol. [a *Guil. Wake* in anglica epp. patrum apostolic. versione, Londini 1693. 1710. 1719. et 1737. 8. praemissa praefatione erudita. Longiora excerpta ex epistolis *Ignatii* in lingua gallica dedit *Fleury* in: Histoire ecclesiastique, tom. I. Paris. 1756. 4. pag. 301-323. et *Polycarpi* ep. pag. 325-329. *Harl.*] et *GERMANICE*, interprete anonymo, Brem. 1701. 4. in iisdem *Cauei* Vitis, belgice et germanice recusis: interprete *Arnoldo* et *Glufingio*, cum Ignatii aliorum epp. v. de edd. et verss. *Ignatii* in superiore paragrapho.]

[Prodiit etiam *germanice*, *Martino Mollero* interprete, ad calcem epistolarum Ignatii, Gorlitii 1592. 8. et ex noua vers. in Nouo Test. germanice edito apud Hermannum Henricum Hollen. A. 1711. Schifbecae prope Hamburgum 12. vna cum epistolis Barnabae, Clementis et Ignatii.

Epistolae Polycarpi *ad Athenienses*, in qua Dionysii Areopagitae fecerat mentionem, meminit *S. Maximus* prooemio ad Dionys. p. XXXV. rr) Hinc forte Suidas ei epistolam ad Areopagitam tribuit. Verum de his aliisque Polycarpi siue deperditis siue illi suppositis scriptis; διδασκαλία libro de obitu S. Iohannis etc. vide *Caueum* in hist. literaria et *Ittigii* diss. de patribus apostolicis §. 91. pag. 294. seq.

Polycarpum, interprete Victore Capuano, laudans Grotius ad Iohann. XVII. 4. respicit *fragmenta* quinque in *Victoris Capuani* Catena in IV. Euangelia, tributa Polycarpo, atque primum edita latine a *Feuardentio* ad Irenaei III. 3. atque inde ab Halloixio, Vsserio, Madero, Cotelerio, Clerico, Ittigio.

Acta S. Polycarpi, PIONIO auctori falso tributa, post *Petrum Halloixium* in vitis patrum Oriental. tom. 1. pressius a se e veteri codice graeco versa latine dedit *Iohannes Bollandus* in actis sanctor. ad diem 26. Ianuar. tomo II. qui etiam de *Pionio* ipso videndus tomo 1. Febr. pag. 37. sqq. Caeterum acta illa Polycarpi, a *W. Ernesto Tentzelio* etiam in dissert. selectis tom. 1. pag. 76. sqq. latine exhibita, propter multas caussas merito viris doctis nullam fidem mereri videntur. Certiora de Polycarpo dabit SMYRNENSIS *ecclesiae epistola ad ecclesias Ponti*, apud *Euseb.* IV. 15. histor. quam ex Menologio graeco ss) MSS. Barocc. Mensis Februarii integriorem Iac. Vssreius et ex eo Tho. Ittigius cum Polycarpi epistola edidit sed et I. Bapt. Cotelerius in patribus apostolicis et Theodoricus Ruinartus in Actis martyrum selectis, Thomasque Smithus cum Polycarpi epistola recudendam dederunt, illustraruntque. *Godfridus Arnoldus* germanice etiam vertit et vna

cum

rr) In scholio ad Dionysii Areopag. opp. in ed. gr. Iuntina 1516. 8. et in cod. *Vindobon.* L. quod Lamb. in comm. de bibl. caesarea vol. III. col. 194. sq. integrum exhibet, citatur *Polycarpus* ἐν τῇ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν Ἀθηνῶν ἐπιστολῇ. et Lambec. in not. 3. haud dubitat, quin Polycarpus epistolam suam ad eccl. atheniensem scripserit post discessum S. Dionysii in Gallias, nempe vel solatii caussa, ne a praeceptis et dogmatibus eius deficerent; laudatque *Baronii* annal. eccles. tom. II. a. 169. nr. 18. *Harl.*

ss) Simile MS. in bibl. Caesarea. Vid. *Lambecium* VIII. pag. 88. [col. 187. ed. Kollar.]

cum aliis selectis Actis edidit. [Latinam antiquam versionem, siue paraphrasin potius, Vsserius descripsit e duobus MSS. Cottoniano et Sarisberiensi. Haec sunt *vetustissima illa ecclesiae martyria, quorum lectione*, vt scribit *Iosephus Scaliger* ad Euseb. pag. 121. *piorum animus ita afficitur, vt nunquam* [?] *satur inde recedat: quod quidem ita esse vnusquisque pro captu suo et conscientiae modo sentire potest. Certe ego nihil vnquam in historia ecclesiastica vidi, a cuius lectione commotior recedam, vt non amplius meus esse videar.*

E recentioribus praeter *Bollandum*, 26. Ianuar. Halloixium et annalium conditores consulendi inprimis *Caueus* in vitis patrum, anglice, belgice ac germanice editis, et *Tillemontius* tomo 2. memor. hist. eccl. qui de Polycarpo, vt solet, accurate agit, et licet tt) *Acta Pionii* pro veris habeat, tamen Acta Polycarpi, sub Pionii venditata nomine, vt nulla fide digna merito reiicit. Confer etiam, si placet, *B. Theophili Spizelii* Academiam IESV CHRISTI p. 23. seqq. *Casp. Crucigeri* orationem de Polycarpo tom. 3. declamatt. Witebergens. pag. 708. seq. [in Melanchthonis declamation. tom. II. p. 336. Argentor. 1558. 8.] *Casp. Sagittarium* de natalitiis martyrum cap. 2. Fabulam de S. *Benigno*, Diuionensi, per Polycarpum in Galliam misso, refellit *Ismaël Bullialdus* singulari diatriba Parisiis A. 1657. 8. edita. *Fabr.* [Conf. *Niceron.* memor. etc. tom. II. pag. 153. nr. 9. vers. germ. Baumgarten. — Fabulam de columba, ex Polycarpi rogo euolante, examinat *Chr. Aug. Heumann* in bibl. Bremensi, class. III. pag. 429. sqq. vide quoque *I. G. Walchii* bibliothec. patristicam. I. pag. 19. sqq. *Harl.*

XV. IVSTINVS, Samaritanus uu), Neapoli Syriae Palaestinae vv) siue Sichemo [hodie Naplouse,] oriundus, Prisci F. Bacchii Nepos, natus videtur A. C. 89. in omni disciplina philosophorum versatus, Stoicum primo, mox Peripateticum, deinde Pythagoricum, ac denique Platonicum audiuit. Hinc per senis cuiusdam, (Polycarpi forte ww) sermones accensus cupiditate CHRISTI doctrinae pernoscendae, totum se illi dedit, et philosophum professus Christiana dogmata non imbibit modo, sed et ore ac scripto aduersus Iudaeos Ethnicosque defendit, docuitque alios libenter, ac tandem a *Crescente* xx), philosopho Cynico, qui Megalopoli, Arcadiae ciuitate, versabatur vt ipse futurum diuinauerat yy), delatus, sangui-

tt) Pionium eadem, qua Polycarpus, persequutione martyrium obiisse, *Eusebius* diserte testatur in Chron. et IV. 15 hist. pag. 135. Itaque recte huius fidem praefert *Pearsonius* pag. 302. seq Opp. posthum. licet recentiores atque adeo ipse *Actorum Pionii* auctor sub Decio passum scribant. Haec Acta licet sincera videantur etiam Ruinarto, qui post Lipomannum Suriumque ac Bollandum (ad 1. Febr.) illa Actis martyrum selectis inseruit, Tillemontio quoque et Valesio aliisque viris doctissimis: tamen vel ob hunc ipsum ab Eusebio dissensum recte iudicio *Baronii* ad A. C. 254. § 1. reiiciuntur.

uu) *Epiphan.* haeresi 46. 1. vbi docet etiam, triginta annorum fuisse, Rustico et Hadriano tertium Coss. h. e. A. C. 119.

vv) *Iustinus* ipse in limine Apologiae maioris. Adde *Tenzel* diss. select. tom 1. pag. 167. *Grabe* spicileg. patrum tom. 2. pag. 134.

ww) Hoc non multum vero esse simile ait *I. G. Walch* in hist. eccles. N. T. pag. 611. vbi a pag. 610-618. vitam is scriptaque Iustini persequitur. *Harl.*

xx) Iustinus ipse sub init. dialogi cum Tryphone.

yy) Apologia minore f. 46. Confer *Tatianum*, Iustini discipulum t. 157. seq. ad Gentes et *Euse-biu*

ſanguine [P] ſuo confirmauit, vnde haeſit ipſi *Iuſtini* MARTYRIS nomen, quo facilius ab aliis Iuſtinis [zz]), non martyribus, diſtingui poſſet, licet et plures fuerint Iuſtini, martyres [a]). Martyrium paſſus eſt praefecto vrbis Iunio Ruſtico, (anno aetatis 74. CHRISTI 163.) qui anno ſuperiore 162. cum Vettio Aquilino Conſulatum geſſerat. Paſſus itaque Iuſtinus anno tertio M. Aurelii Antonini et L. Veri [b]). *Acta Martyrii* eius latine edita a Surio et Papebrochio ad 13. April. a Baronio ad A. C. 165. et a Ruinarto in actis ſelectis Martyrum: ſed graece et latine a *Dan. Papebrochio* in Actis ſanctor. tom. 1. Iunii pag. 20. ſq. Quod vero non de alio Iuſtino. quem Graeci in Typico Sabae et in Menologiis a noſtro diſtinguunt; ſed de Tatiani magiſtro intelligenda veniant, ſatis mihi aduerſus Papebrochii argumenta ad 13 April. pag. 104. ſqq. confirmaſſe videntur *Halloixius* in vita Iuſtini c. 26. *Tillemontius* ad Iuſtini vitam nota 13. tom. 2. memor. hiſtor. eccleſ. [*Theod. Ruinart.* act. primor. martyr. p. 55. ſqq.] et *Grabius* pag. 141. ſq. tom. 2. ſpicilegii patrum, qui trium-

 viri

bium in Chron. et IV. 16. hiſt. quem ſequuntur Hieron. in catalogo, Syncellus p. 351. Chronicon Alex. aliique. Ceterum *Tatianus* pag. 165. Megalopoleos iterum meminit, vnde colligas, non Romam, ſed Arcadiae vrbem, cui Dianae Hymniae fanum, Pauſania teſte, propinquum erat, etiam pag. 157. ab eodem intelligi.

zz) Praeter *Iuſtinum*, ſcriptorem latinum, pueris etiam notiſſimum, quem cum noſtro Martinus Polonus perperam confudit et *Iuſtinos* duos, ſaeculo VI. Imperatores. fuit: 1) *Iuſtinus* [aliis *Iuſtinianus*,] Siculus epiſcopus, cuius epiſtola, ad Petrum Fullonem circa A. C. 483. ſcripta ad calcem Zonarae in canones p. 538. atque inde t. 4. Concil. edit. Labbei p. 1103. prodiit. [Plura de eo dabit *Mongitor.* in bibl. Sicula, I. p. 417 ſq.] Huic *Iuſtino* quaeſtiones ad Orthodoxos et expoſitionem fidei tribuebat *Doawellus.* [item *I. Mollerus* de ſcriptor. Homonymis cap. V. nr. 47. p. 497. ſed illas abnegat Iuſtino martyri *Mongit.* p. 418. ſq. cum aliis, quos citat.] 2) *Iuſtinus*, archi-diaconus, ad quem ſcripſit Gelaſius in S. Anshelmi collectaneis tom. 15. bibl. patrum Lugd. pag. 616. 3) *Iuſtinus*, *Manichaeus*, quem confutauit Fabius Marius Victorinus, editus a Sirmondo, Pariſ. 1630. 8. et tom. 1. Op. pag. 409. 4) *Iuſtinus*, abbas Hieroſolymitanus, cuius mentio in actis S. Anaſtaſii Perſae ſub Choſroë et cui Raynaudus epiſtolam ad Zenam ac Serenum tribuit. Acta illa Anaſtaſii habent Surius et Bollandus 22 Ianuar. 5) *Iuſtinus*, ad quem Martial XI. 66. Omitto *Iuſtinos*, Dominicanum et Lippienſem, de quibus Voſſius hiſt. lat. alioſque in Gruteri indice Inſcriptt. Vett. apud Reineſium p. 410. ep. ad Hofmannum. Nec minus recentiores, vt *Iuſtinum*, Hiſpanum, abbatem Caſſinenſem circa A. C. 1625. [v. *Mongitor.* bibl. Sicul. I. pag. 419.]

a) Praeter Iuſtinum, martyrem, quem in Graecorum Menologiis a noſtro diſtingui dixi, *Iuſtinus* fuit Martyr nouennis puerulus ſub Diocletiano paſſus, cuius martyrium verſibus deſcripſit *Beda* tom. 3. pag. 266. ſq. De hoc martyrologia 12. Dec. in quibus alius *Iuſtinus* memoratur Calendis Auguſti, alius item 17. Sept. Etiam in Hagiologio Franco-Galliae, quod edidit *Labbeus* tom. 2. bibl. MSS. pag. 704. ad 15 Octobr. Vt omittam *Iuſtinum Confeſſorem*, cuius vitam edidit pag. 579. ſeq.

b) De anno vltimi ſupplicii non conuenit inter viros doctos. *Du Pin* in noua bibl. eccleſ. auct. tom. 1. p. 87. et 97. not. *h.* cum auctore chronicorum Alexandrinorum a. Chr. 166. annum martyrii Iuſtin. deſignat, et *Epiphanium* (qui in Panario, haereſi 46. nr. 1. tom. 1. opp. pag. 391. Iuſtinum, ſcribit, martyrii pro Chriſto perfectam coronam meritum eſſe in territorio romano, *Ruſtico* praeſide, *Hadriano* imperatore, (ἐπ' Ἀδριανῦ βασιλέως καὶ Ῥυςικῦ ἡγεμόνος,) agentem annum triceſimum,) non quidem errare ſtatuit in nomine Ruſtici, qui Marci Antonini tempore vixiſſet, ſed quod ſcripſerit, Iuſtinum ſub Hadriano paſſum eſſe martyrium. *Dodwel.* in diſſertat. III. in Irenaeum §. XIX. p. 255. intelligendum eſſe illum annum Ch. 119. Hadriano tertium et Iunio Ruſtico COSS de natalibus Iuſtini et expungere iubet vocc. βασιλέως atque ἡγεμόνος et de tempore martyrii in alia omnia tranſit. Sed *Oudinus* l. c.

viri, perinde vt Caueus, Tentzelius et Ittigius, Samuelque Basnagius c) de Iustino eiusque scriptis diligenter disseruere, ne de Natali Alex. Elia du Pin et Labbeo atque aliis dicam. Scripta, quae exstant, eo, quo Parisiensis editio offert ordine, haec sunt d):

1. Λόγος (παραινετικὸς) siue potius, vt *Damascenus* in parallel. e) Euseb. Hieron. et Photius, ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας, p. 1-37. [p. 6-35. ed. Monan.] Teste *Maximo* ad Dionysium t. 1. p. 455. ipse inscripserat Ἰουστίνου φιλοσόφου τὸν πρὸς Ἕλληνας λόγον. Citat Stephanus Gobarus apud *Phot.* cod. CCXXXII. exstantque verba apud Iustin. p. 21. ed. Paris. Vertit latine ante Perionium, Gelenium, Langum *Io. Franciscus Picus*, Mirandulanus, editum inter alia *Pici* opera Argentor. 1507. et Basil. 1528. fol. in *Io. Sichardi* antidoto contra haereses et in Micropresbytico 1550. et orthodoxograph. 1555. 1569. atque iterum inter *Io. Francisci Pici* opera Basil. 1601. fol. *Fabr.* Separatim: *admonitorius gentium liber*, latine. *Io. Franc. Pico, Mirandulae domino*, interprete, nunc denuo ad exemplar graecum collatus, et qua licuit fide recognitus, Paris. in aedibus Carolae Guillardae. 1538. 4. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 281. gr. s. a. Romae. 8. (in cat. Bodlei.) gr. et lat. notisque, cum Iustini apologia II. ex ed. *H. Hutchin.* Oxon. 1703. 8. — Iustinus in illo libello disputat de religione gentium profanarum deserenda; christianorum autem amplectenda: Illum tamen *Oudinus* l. c. I. pag.

l. c. col. 184. locum Epiphanii insanabilem esse, et Dodwelium voluisse frustraneo conatu isti mederi iudicat. At vberius expendit refutatque Dodwelli opinionem *Wilh. Ernest. Tenzel* in supplementis ad exercitatt. sel. part. prior. pag. 419. sqq. et probauit *Papebrochii* emendationem Epiphanii, in commentario praeuio ad vitam Iustini a. d. XIII. April. n. 9. annum tamen Iustini natalem contendit, in a. C. 88. annum vero interitus in a. Chr. 163. quo Rusticum praefecturam vrbis administrasse, probauit Reinesius, incidere, adeoque vixisse Iustinum annos LXXV. Idem in supplementis, copiosius tamen in exercitatione V. pag. 165. sqq. de vita, martyrio scriptisque Iustini, disputat et aliorum V. D. examinat iudicia atque sententias. Alii aliter sentiunt, vt Tenzelius, Walchius aliique obseruarunt. Id tantum addam, *Anton Pagium* in critic. in annal. Baron. tom. 1. pag. 159. et *Saxium* Onom. I. pag. 304. (vbi multos, qui de Iustino exposuerunt, laudat,) hunc subiisse martyrium a. C. 165. arbitrari. *Harl.*

c) Qui quidem in actis martyrii Iustini vestigia nouitatis deprehendisse sibi videbatur in annal. polit. eccles. ad a. CLXV. §. 7. tom. II. pag. 128. sed eius argumenta nullius esse momenti, pronuntiat *Walch.* l. c. §. VIII. pag. 614. Atque Caue aliique illa habent genuina. v. *Stolle* p. 51. *Harl.*

d) *Halloixius* in vita Iustini cap. 26. scripta Iustini in duos partitur tomos, ita, vt prior complectatur omnes Iustini libros, de quibus nullatenus queat a quoquam dubitari, et qui simul spectent ad fidei nostrae confirmationem, hoc quidem ordine: 1) λόγος πρὸς Ἕλληνας. 2) paraenesis ad Graecos: 3) liber de dei monarchia: 4) apologia prior, quae in editt. male posterior audiat: 5) dialogus cum Tryphone: 6) epist. ad Diognetum: 7) apologia ad senatum. In posteriorem tomum coniicit 1) opuscula philosophica: 2) epist. ad Zenam et Serenum: 3) expositionem fidei: 4) quaestionum ad orthodoxos solutiones. Adulterina eo iudice, ponantur, vbi libeat. Atque hunc ordinem comprobat *Tenzel.* pag. 425. Parumper discessit ab hoc ordine *Maran.* in nouissima Iustini editione. Sed *Du Pin* (pag. 91.) alium ordinem seruandum et in tres classes dispescenda esse censet Iustini opera, n. 1) quae illius vere sint; 2) quae possint esse illius, licet certum non sit; 3) quae perspicue sint supposita. Sed compara *Tenzel.* l. c. Opuscula Iustino adtributa, et quae aut genuina sint aut suppositicia videantur, sigillatim examinat *Oudin.* tom. I. saec. II. (in diss. de scriptis Iustini, martyris, p. 179. sqq.) cap. III-V. col. 187-203. *Harl.*

e) Confer *Grabium* tom. 2. spicileg. pag. 148. seq. et *Tillemont.* nota 6. ad vitam Iustini.

pag. 187. sq. et propter stili diuersitatem et quod non nulla inesse videantur, quae repugnent tam vitae, quam reliquis effatis Iustini, huic falso adscribi existimat; nec dissentire videntur *Semler* in historia dogmatum etc. praefixa alteri tomo theologiae polem. Baumgarten. pag. 42. not. 44. et *Lange* in ausführl. Geschichte der Dogmen etc. part. I. pag. 92. not. 2. adde *Cottam* in: Versuch einer Kirchenhist. etc. part. II. pag. 736. sqq. — In sermonem anglicum e graeco transtulit, (*Exhortations to the Gentiles*,) *Thom. Moses*. Londini. 1757. 8. vid. Monthly Review for Nou. 1757. pag. 447. sq. *Harl.*

Gallice vertit Martinus du Pin, Paris. 1580.

Germanice Caspar Hedio, cum historia ecclesiast. Eusebii, Socratis etc. Argent. 1530. fol. Prodiit et separatim graece Parisiis ex Guillardi officina, exc. Io. Lodoic. 4. 1539.

2. Λόγος πρὸς Ἕλληνας. p. 37-40. [p. 1-5. Mar.] Hunc c. ep. ad Diognetum primus graece edidit et latine vertit *Henricus Stephanus* A. 1592. [et 1595.] 4. f) Sed maiore, vt videtur, parte mutilum, quamobrem in eo non reperias disputationem de daemonibus, quam in eo legerunt Tatianus, Euseb. Hieron. ac Photius, nec verba, quae ex Iustini κατὰ Ἑλλήνων adfert Leontius contra Eutychianos et Nestorianos libro 2. atque graece e MS. Bodleiano descripsit *Grabius* tom. 2. spicilegii patrum pag. 172. *Fabr.* *Oudin.* l. c. etiam hanc orationem, quamquam Iustino non indignam, negat, posse Iustino martyri adtribui quoniam auctor illius orationis amplectatur doctrinam, Iustino martyri Christiastae omnino aduersam: nec dissentit *Semler* l. mem. propter genus dicendi declamatorium. *Harl.*

3. Ἀπολογία α' καὶ β' ὑπὲρ Χριστιανῶν. *Apologia* breuior g), vulgo *prima* ad senatum rom. p. 41-52. [p. 87-98. Mar.] et apologia longior, vulgo *altera* ad Antoninum Pium, p. 53-102. [p. 44-87 Mar.] atque ad vnum imperatorem, non ad duos se scripsisse, videtur testari ipse *Iustinus* tum in apologia, tum p. 349. dialogi cum Tryphone, vbi ait ἐγγράφως se καίσαρι προσωμιληκέναι, licet viri docti doceant, vtramque apologiam pro Christianis a Iustino scriptam esse ad imperatores, M. Aurelium Antoninum h) et Lucium Verum, Senatumque Rom. circa A. C. 161.

f) De edit. Steph. 1592. cum *Steph.* et *Io. Iac. Beureri* adnotatt v. Histor. Stephanor. pag. 453-457. Alteram ed. a. 1595. memorat quidem *Fabr.* infra in vol. XIII. pag. 616. et *Maittaire* A. T. III. pag. 810. sed in nota *b.* dubitandum illi videtur de hac editione, cuius quidem mentio fiat apud Almelouen. pag. 46. *Harl.*

g) Quae etiam dicitur προτέρα ab *Eusebio*, IV. 17. histor. *Fabr.* [Sed *Petauius* ad haeresin XLVI. Epiphanii, atque *Petrus Halloixius* in vita S. Iustini cap. 26 corrigunt ἐν τῇ δευτέρᾳ· quippe quum Eusebius alio ordine Iustini apologias recenseat, quam quo olim editae sunt: quam emendationem probat vberiusque explicat, ordinemque olim vulgarem esse immutandum docet Valesius ad locum Eusebii citatum aliaque plura, quae collegit et repetiit *Oudin.* l. c. col. 190. sqq. *Harl.*

h) *Euseb.* IV. 12. Confer *Antonii Pagi* Criticam Baronianam ad A. C. 162. *Ruinartum* in actis selectis martyrum pag. 31. seq. et *Io. Ernesti Grabe* spicileg. Patrum tom. 2. pag. 150. seq. et praef. ad Apologiam Iustini breuiorem, cuius lacunam, quae occurrit statim post initium, supplet ex duobus a Damasceno seruatis locis tom. 2. spicileg. pag. 173. seq. Ceterum Antonino Pio oblatam a Iustino apologiam, multis disputat *Valesius* ad Eusebii IV. 16. cuius argumentis Pagius loco laudato respondet. *Fabr.* Vllam omnino genuinam Iustini apologiam superesse, negabat *Harduinus*, ab du Pin aliisque iam refutatus. Sic

quo-

C. 161. et vtramque esse velut vnum quoddam opus, ita, vt longiori illi breuior instar adpendicis subiuncta fuerit. Vtramque hanc apologiam, egregium vtique christianae pietatis monumentum, cum Langi versione, passim castigata notisque [*] variorum vndique collectis distinctam in sectiones, nitide edidere Oxonienses. prolixiorem quidem recensente *Grabio* 1700. 8. breuiorem *H. Hutchino* 1703. 8. qui libellum vtrumque aduersus Graecos et tertium de Monarchia subiunxit.

[— *Gra-*

quoque *Scaligeri* opinionem (in animaduerss. Eusebian. p. 201.) apologiam secundam non amplius exstare *Kortholdus* in libro *de persequutionibus ecclesiae primitiuae veterumque martyrum cruciatibus*, Ienae 1660. 8. (multis accessionibus locupletato, sub titulo: *de persequut. eccl. primaeuae* sub imperatoribus ethnicis, Kilon. 1689. 4 et germanice vers. Rostochii 1664. 12. atque Hamburgi 1698. 8.) copiose examinauit et reiecit. *Henr.* quoque *Valesius* ad Euseb. IV. cap. 16 pag. 75. Scaligerum longe falli docet. Idem *Valesius* ad Euseb IV, 17. pag. 76. primum consentit quidem cum Eusebio, illam, quae ad Senatum vulgo inscribitur, apologiam esse posteriorem; sed quod idem Eusebius priorem Iustini apologeticum *M. Aurelio Antonino* nuncupatum esse scribit, Valesius in alia omnia transit, pluribus argumentis adlatis, quibus demonstret, potius Antonino Pio inscriptum esse illum apologeticum, eumque in vulgatis edd. falso inscribi ad Senatum romanum, aut in Senatus nomine ipsum quoque imperatorem esse subaudiendum: e quibus quoque colligit, (id, quod etiam diserte scribit Mich. Glycas in annalibus,) Iustinum non sub Pio fecisse martyrium. Vtramque autem apologiam adhuc exstare, iure arbitratus est. — Valesii iudicium, primam Iustini apologiam in editis, vere esse secundam, *Oudin.* l. c. cap. IV. col. 193. sqq. vlterius explanat corroboratque firmius. Neque vero ab Eusebio semper adpellatam esse primam Iustini apologiam, quae vere sit secunda, nec secundam, quae vere prima, ostendit, monetque voce. (in cap. 17.) ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ ἀπολογίᾳ, esse vertenda, *in praecedente ipsius apologetico*, eo nempe, cuius mentionem fecerat in capite praecedenti. Tum apologiam secundam, vulgo primam, ostendit, esse haud integram, et interpolatam. Atque fere farraginem esse fragmentorum, ex antiqua et genuina apologia, aliisque Iustini operibus collectorum, fuerunt, qui contenderent. Immo illam integram periisse, eamque, quae hodie pro illa habeatur, fuisse praefationem priorum, siue indictionem quamdam ad imperatoris populique animos praeparandos, sibi, non aliis, persuasit *Dan. Papebrochius.* Vtramque autem apologiam oblatam fuisse Antonino Pio, et quidem secundam paulo ante Iustini martyrium, *Masson* in collectaneis histor. de Aristidis vita ad a. Ch. CLXI. fol. K. 2. not. 2. monuit contra Grabium, qui vtrumque libr. ad M. Aurelii principium ac an. Ch. 163 vel 165. referre voluit. Ad calcem apologiae pro Christianis primae, s. vulgo secundae, addita est epistola, nomine Marci Aurelii imperatoris, quam *Ios. Scaliger* ad annum MMCLXXXIX. chronici Eusebiani censet, ab imperitissimo rerum romanarum graeculo post aetatem Iustiniani esse confictam, nec dissentit *Semler* l. c. pag. 42 not. 44 Confer *Tob. Godofred. Hegelmaieri* diss. in edictum imperatoris Antonini Pii pro Christianis etc. Tubingae 1777. 4. Alii id edictum adferunt Antonino, philosopho: de qua lite plura disputaui in Introduct. II. 1 pag. 140 sq. (vbi etiam laudatur *Beykesii* s. potius *Iss. Haffneri* Comm. de edicto Ant. Pii pro Christianis, Argent. 1781. 4. eius authentiam impugnans. add. *Thirlbii* notam ad apologiam I. p. 101. De anno etiam, quo hae apologiae imperatoribus sint traditae, scriptores dissentiunt: de qua controuersia latius disserit *Tenzel.* in exercitt. selectis, part. I. p. 175 et 428. sq. breuiter autem *Walch.* in hist. eccl. N. T. pag. 615. Dogmata theologica, quae Iustinus in vtraque antiquissimum apologia et in dialogo cum Tryphone iouit atque exposuit, copiose docteque recenset, et illustrat examinatque, item frequenter comparat et modo probat, modo reiicit iudicia *Bulli* (in defens. fid. nic. sect. II.) *Balti* (in Defense des SS. Peres, accusez de Platonisme,) Sculteti, Clarkii, Whistoni aliorumque *Semler* l. c. p. 42-70, qui praeterea pag 44 arbitratur, apologias duas a Iustino non traditas esse ipsi imperatori. Atque hanc sententiam videri quidem valde probabilem, sed historicae veterum, *Eusebii* H. E. libr. V. capp. 11-13. *Hieronymi* epist. 48. ad Magn. repugnare narrationi, obseruat *Lange* l c pag. 95. sq. not. qui de ingenio, eruditione scribendique genere Iustini haud benigne sentit, et eius placita theologica, in vtraque apologia declarata, fuse recenset examinatque a pag. 91-136. *Hart.*

[— *Grabii* editio est inscripta: τȣ͂ ἁγίȣ Ἰȣςίνȣ etc. *Sancti Iustini* philosophi et martyris *apologia prima* pro Christianis ad Antoninum philosophum cum latina *Io. Langi* versione, quamplurimis in locis correcta; subiunctis emendatt. et notis Roberti ac Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Scaligeri, Halloixii, Casauboni, Montacutii, Grotii, Salmasii, Valesii, Cotelerii, pluribusque notis additis: adnexis insuper ad calcem adnotationn. Langi et Kortholti, praemissa vero Langi praefat. qua summam huius apologiae enarrauit; edita a *Io. Ern. Grabe.* Oxoniae e theatro Sheldon. 1700. 8. In praefat. dolet Grabe, se caruisse codicibus, quorum ope tam integri, vt suspicatur, folii iacturam, quam minores quosdam defectus resarcire et menda corrigere potuisset. Quare graecum textum e R. Stephani exemplari, tamquam prototypo, exprimendum curauit. Conf. *Oudin.* l. c. col. 196. sq.

Hutchini autem editio hunc prae se fert titulum: *S. Iustini — apologia secunda pro christianis, oratio cohortatoria, oratio ad Graecos, et de monarchia* liber, graece, cum latina *Io. Langi* versione quam plurimis in locis correcta, subiunctis emendationibus et notis Rob. et Henr. Stephanorum, Ioach. Perionii, Iac. Billii, Frid. Sylburgii, Io. Ern. Grabii, Io. Potteri pluribusque aliis additis; adnexis insuper ad calcem adnotatt. Io. Langi et Christ. Kortholti, praemissis vero Langi praefationibus, quibus summam eorum, quae in hoc volumine continentur, enarrauit. Edita ab *H. Hutchin*, A. M. ex aede Christi. Oxonii e theatro Sheldon. 1703. 8.

Postea splendido vestitu ornata prodiit noua editio: Ἰȣςίνȣ etc. *Iustini* philosophi et martyris *apologiae duae* et *dialogus cum Tryphone Iudaeo.* Cum notis et emendatt. *Styani Thirlbii.* Londini impens. Rich. Sare. 1722. fol. Textus graecus est ex edit. Steph. summa fide repetitus, quia, vt Thirlby in praefatione ait, codd. mssti horum Iustini scriptorum in Anglia nulli sint, nec alibi gentium vsquam, praeterquam in Gallia. Addita est, flagitante bibliopola, versio Io. Langi, sed multum mutata. In notis tamen de scriptura falsa aut dubia a Thirlbio, (saepe bene, saepius audacter,) et reliquis interpretibus differitur. Textui subiectae sunt V. L. ex Eusebio, Syncello, Nicephoro et Zonara etc. excerptae; et his subiunguntur notae editoris aliorumque. Lepidum vero caput fuisse videtur Thirlbius. In longa et saepe nugaci dedicatione, (in qua et scriptorum ecclesiasticorum criticorumque caussam agere sustinuit, Britannos quosdam, fama eruditionis conspicuos, nomine quidem illorum omisso, proterue insectatus est,) atque in notis adeo sibi sapuit homo, vt omnes, etiam Iustinum, haberet insipidos. Summos igitur viros optimosque Iustini interpretes iuueniliter impudenterque insultauit. Grabium quidem virum bonum nec indoctum praedicat, sed negat, eum criticum esse potuisse, vtpote quum neque ingenio, neque iudicio, neque doctrina satis ad eam rem instructus esset. Casaubonum, eruditione quidem minime vulgari praeditum fuisse; sed ingenio non admodum valuisse, iudicio multo minus, audacter pronuntiat. Vossium ita laudat, vt plura eius ingenii iudiciique laudi detrahat. Quam turpiter in nota ad apolog. I. pag. 18. cauillatur Bentleium! Et tamen gloriosus iste nominis atque eruditionis suae iactator suam editionem exornauit H. Stephani, Sylburgii, Perionii, Langii, Valesii, Billii, etiam Fabricii nostri, aliorumque, cumprimis Grabii, opibus, dissimulatis quidem in fronte libri, nec tamen in notis, illorum nominibus, vt illae omnino plurimum vtilitatis atque ornamenti adferrent huic editioni.

Plauſtrum vero conuitiorum, quae Thirlbius in Iuſtinum ipſum et in Grabium alioſque effutiit in notis, congeſſit cenſor illius edit. in actis eruditorum Lipſ. m. Iun. a. 1723. p. 233-241. et exemplis demonſtrauit, multa defuiſſe Thirlbio ad famam critici atque interpretis ſagacis aeque ac ſobrii eruditique conſequendam. Marklandum vero, (quod alibi legere me, memini,) latuiſſe ſub Thirlbii nomine, vix poſſum adduci, vt credam. Neque tamen aeque abiecte ſentirem de opera notisque Thirlbii omnibus, ac fecerat cenſor, qui, „optimae, aiebat, notae omnes ex Grabio ſunt decerptae, quas ſi abſtuleris, omne, quod reſtat, non ſterile tantum et exſangue, ſed putidum plane cadauer erit.“ Interdum enim incidimus in bonas, ſaltem ingenioſas emendationes atque doctas interpretationes locorum obſcuriorum aut rerum antiquarum; quamquam etiam extuberantes, vt pag. 38. de Simone Mago; pag. 38-41. de inſcriptione latina, Semoni deo Sanco, a Iuſtino adlata; (de qua v. *Semler* l. c. pag. 62. et *Goetz*, ſecus ſentientem in obſſ. ſuis ad Iuſtini apol. II. paullo poſt memor. pag. 128) pag. 128-131. de ſimulacro, quod Iuſtinus a Romanis coli ſcripſit, etc. Sed adparent rari nantes in gurgite vaſto. Sedulo contulit loca Iuſtini cum editt. ſacrorum oraculorum et patribus. Pearſonii adnotationes primum prodierunt ex bibl. Cantabr. Dauiſius ſuas in apologiam I. obſeruationes vltro miſit. De vtroque, liberius iudicatur in praefatione.

In *Gallandii* bibliotheca vett. Patrum, (Venet. 1765. fol.) ſunt in tom. I. pag. 411. *Iuſtini* apologiae, dialogus et fragm. cum adnotatt.

S. *Iuſtini* apologiae duae, a *Carolo Aſhton*, gr. ac lat. Cantabrig. 1768. 8.

Commoda eſt editio eruditaque: *S. Iuſtini* martyris apologiae, ex receuſione Grabiana, var. lect. et coniecturas VV. DD. et ſuas addidit *Chriſt. Guil. Thalemannus*, A. M. et S. Theol. Baccal. Lipſiae 1755. 8. gr. verſionis autem loco primum praefixit argumenta ſatis ampla vtriusque apologiae, ex edit. monachi Bened. deprompta; dein addidit breuem, at vtilem, indicem vocc. et formularum loquendi earum, quae Iuſtino vel ſoli familiares, vel in lexicis, hoc quidem ſenſu, quo ap. Iuſtinum, non eſſent notae.

Iuſtini des Märtyrers zweyte Apologie v. Beweis der Alleinherrſchaft Gottes, griechiſch und deutſch, mit erläuternden Anmerkungen. Nebſt einem Anhange über das Leben, die Schriften und Lehren dieſes Kirchenvaters für junge Freunde der Theologie von *Io. Adam Goetz*, Conrect. der Sebald. Schule zu Nürnberg. Norimbergae et Altdorf. 1796. mai. 8. Eſt critica edit. et in apologia baſis eſt Thirlbiana ed. ſed paſſim refìcta: in obſſ. longioribus agitur de Iuſtini vita, interitu, ſcriptis et doctrina. pag. 143. inſerta eſt vet. de morte Iuſtini narratio gr. cum verſ. germ. ex actis ſanct. Iun. tom. I. p. 20. Antwerp. 1695. v. Salisburg. A. L. Z. 1796. nr. 29. pag. 457. ſqq. ephem litter. Erlang. a. 1796. pag. 71. pag. 563. ſeqq. et *Gableri* cenſuram in ephem. litt. Norib. eiusd. a. plag. 73. vbi is exiſtimat, nondum eſſe certum, Iuſtinum ante oculos habuiſſe vllum, quod nos habemus, euangelium euangeliſtarum, ſed vel antiquius euangel. Hebraeorum, vti *Stroth.* ſenſit [k]), aut harmoniam Matthaei et Lucae, variis interpolationibus interſperſis.

In Ly-

k) Cuius et *Pauli* Prof. in praeſenti Ienenſis, illi aduerſariam, ſententiam iam adduxi in Introd. II. 2. pag. 154.

In Liturgiis SS. Patrum, exc. Parif. ap Guil. Morel. 1560. fol. gr. eſt pag. 121. ex Iuſtini, martyris, apologia mai. locus de ſacra Euchariſtia.

Petri Tamburini, Prof. emeriti Ticin. Analiſi delle Apologie di *S. Iuſtino*, mart. con alcune riflellioni. Pauiae. ap. Comin. 1792. 8.

Sam. Gottlieb Lange disp. I. II. in quibus Iuſtini martyris apologia prima pro Chriſtianis ad Antoninum pium ſub examen vocatur. Ienae 1795. 8. v. *Pauli* Neues theol. Iournal. 1795. part. VI. pag. 603. ſqq. *Lange* tamen in: Geſchichte der Dogmen. p. 110. ſeq. et pag. 115. ſq. vindicat ſuam ſententiam, a Paulo impugnatam, ſed a *Zieglero* etiam in: theologiſche Abhandlungen, tom. I. p. 91. antea prolatam, a Iuſtino Λογον et ſpiritum S. pro vna natura, ſiue, vt philoſophi dicere ſolent, pro vno ſubiecto haberi, v. ipſum Fabric. paullo poſt de loco quodam Iuſtini. *Langio* nuper idonea argumenta oppoſuit S. V. *Keil* in Comm.: Ob die älteſten chr. Lehrer einen Unterſchied zwiſchen dem Sohne und h. Geiſte gekannt etc. haben, in: D. *Flatt* Magazin für chriſtl. Dogmatik u. Moral tom. IV. p. 39. ſq. *B.*]

Locum quemdam in apol. I. contra Whiſtonum defendit *Georg. Hickes* in: Diſcourſe premiſed to ſome Inſtances of the Defects and Omiſſions in Mr. Whiſton's Collection of Teſtimonies from the Scriptures and the Fathers, by Dr. *Grabe*. London. 1712. 8. pag. XXXIV-LI. teſte *Brüggemann* in View etc. pag. 336. Ibid. pag. 335. *Whiſtoni* liber, in quo de Iuſtino agitur, ſic citatur: *Iuſtin* Martyr's full account of the chriſtian worſhip, baptism, and the Lord's ſupper, ſoon after the age of the apoſtles, taken out of his firſt Apology, with the Notes of Dr. *Grabe* and Mr. *Whiſton*, in: Supplement to St. Clement's and St. Irenaeus's Vindication of the apoſtolical Conſtitutions, by *Wil. Whiſton* M. A. London. ap. auctor. 1716. 8. pag. 3-28. — recuſ. in eius Primitive Euchariſt. reviv'd. Londini 1736. 8. pag. 29-48. — Ibid. p. 337. citatur: Difficulty in *Iuſtin martyr* in the Oratio ad Graecos explained by *T. Row*: critique on *Thirlby's* Iuſtin Martyr by *T. Row*; Illuſtration of a disputed Paſſage in *Iuſtin Martyr* by *Edw. Harwood;* a controverted Paſſage in *Iuſtin Martyr* illuſtrated by *T. Row;* a new Translation of the ſame disputed paſſage by A. B. in: Gentlemans Magazine a. 1783. mai. Iul. pag. 551. Sept. pag. 750. Octobr. pag. 831. Nouemb. pag. 904. et m. Iul. a. 1786. pag. 670. — Apologia longior, *gallice* verſa, prodiit Pariſ. 1686. 12. *Harl.*

Adde, ſi placet, in loca quaedam longioris apologiae obſeruationes *Latini Latinii* pag. 36. ſeq. bibl. ſacroprofanae, *Io. Clerici* tom. 2. bibl. ſelectae pag. 328. ſq. et meas qualescunque in Nouis litterariis Hamburgenſibus A. 1703. pag. 79. ſq. quibus hoc loco paucas tunc promiſſas adiungam.

Pag. 4. et 5. edit. Ox. *Aſt ne quis haec dicta vocem ſine ratione temere prolatam eſſe exiſtimet, volumus in crimina Chriſtianis obiecta inquiri, atque, ſi ita ſe habere probata fuerint, pro eo atque par eſt puniri, ſeu potius (ipſimet nos) illa punire.* Ἀξιȣμεν κολάζεσθαι, ὡς πρέπον ἐςὶ, μᾶλλον δὲ κολάζειν. Geminus locus infra pag. 32. κολάζεσθαι δὲ τȣ̀ς ȣ̓κ ἀκολȣ́θως τοῖς διδάγμασιν αὐτȣ̃ (χριςȣ̃) βιȣ̃ντας, λεγομένȣς δὲ μόνον χριςιανȣ̀ς καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιȣ̃μεν. *Ceterum eos, qui minus conſentaneam praeceptis Chriſti agunt vitam, Chriſtianique ſolo nomine ſunt, a vobis quoque puniri optamus.* Vti vero his poſterioribus verbis poenas, a magiſtratu ethnico infligendas, Iuſtinus opponit ſuppliciis ſempiternis apud inferos; ita in priore loco ſibi ex aduerſo opponuntur poenae, a magiſtratu inferendae, et ab ipſis Chriſtianis. Neque obiecerit aliquis, integrum non fuiſſe Chriſtianis

in ſceleratos animaduertere; nam, vt de poenis eccleſiaſticis nihil dicam, ſufficit Iuſtinum his verbis docere, quod Chriſtiani adeo non probent illa ſcelera, vt, ſi poſſent, libenter ipſi ſeuere eadem eſſent vindicaturi.

Eadem pag. 5. Τὰ πράγματα ἐπάγειν *negotium faceſſere.* Sic ἐπάγειν κίνδυνον et ſimilia, obuia in graecis ſcriptoribus.

Pag. 9. Τί δὴ οὖν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν; *quare igitur ita agitur nobiſcum?* vt nempe a vobis prohibeamur. Paullo ante enim dixerat: κἀκείνων (indigna de Diis tradentium) τὰ διδάγματα οἱ μετερχόμενοι οὐκ εἴργονται πρὸς ὑμῶν. *Eorumque doctrinam qui propagant, neutiquam prohibentur a vobis.* Infra pag. 18. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγέμεθα εἶναι τὸ μὴ εἴργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. *Atque e re cunctorum hominum eſſe arbitramur, vt non modo iſta addiſcere non prohibeantur, ſed etiam cohortatione ad ea incitentur.*

Pag. 14. Quum dixiſſet Iuſtinus, ab ethnicis ipſis, ex Platonis ſententia, exſpectari iudicium, olim de hominibus habendum a Minoë et Rhadamanto, Chriſtianos vero exiſtimare, futurum, vt ante Chriſti tribunal, quotquot ſunt homines, ſiſtantur: ſubiungit: εἰ μὲν οὖν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα. Quorum verborum hic eſt ſenſus: *Si hoc quiſquam incredibile eſſe nobis dixerit, aut ita fieri poſſe negauerit, error noſter ſaltim conſiſtet in eo, quod nos alii cuidam (CHRISTO nempe) tribuimus, quod vos, ethnici, Rhadamanto et Minoi vindicatis, dum interim in re ipſa nihil peccaſſe aut abſurdi ſtatuiſſe a vobis conuinci poſſumus.* Πλάνη ἄλλου πρὸς ἕτερον eſt error, quo quis decipitur in *ſubiecto*, neque locum hic habet Langi vel Perionii interpretatio, neque cum clariſſimo editore neceſſe eſt verba Iuſtini corrupta, mutilaue ſuſpicari.

Pag. 47. Nihil deeſt, ſed tantum ex ſuperioribus ſubintelligenda vocula καὶ ὅτι.

Pag. 48. Pro ἐν γραφαῖς στεφάνους, Meurſius legit ἐν ταφαῖς, quod magis placet.

Pag. 54. ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται μηδὲ φονεύονται ὑφ' ὑμῶν κἂν διὰ τὰ δόγματα, vertendum eſt, *ſed quod non perſecutione petuntur a vobis, neque occiduntur niſi ob dogmata ſua*, nempe quod Chriſtiani ſunt.

Pag. 61. Grabius pro βασιλεύοντι ἡρώδῃ et βασιλεὺς ἡρώδης putat Iuſtinum ſcripſiſſe ἱερεῖ et ἱερεύς. Sed ſacerdotem nunquam βασιλέα vel βασιλεύοντα dicturus fuiſſet Iuſtinus. Itaque verius eſt, quod notauit *Vſſerius* lib. de LXX. Interpretibus pag. 32. bonum virum Iuſtinum Philadelphi et Cleopatrae bibliothecarum hiſtoriam inter ſe commiſcuiſſe.

P. 66. in verbis: ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ σπέρμα, ὁ λόγος, nihil mutandum, neque pro σπέρμα legendum πνεῦμα: reſpicitur enim ad Ioh. I, 9. et res eodem recidit: nam per *ſemen* hoc in Iohannis loco Spiritum Dei intelligendum notat *Irenaeus* IV. 51. Confer Id. III. 6. Quod porro Spiritus Dei etiam de λόγῳ dicatur, diſerte docet Iuſtinus p. 69. et multis aliis veterum teſtimoniis docet *Grotius* ad Marci II, 8. *Petauius* de SS. Trinitate pag. 70. et *Bullus* defenſione fidei Nicaenae pag. 37. ſeq. [Conf. *Semler* l. c. p. 46. ſqq. *Lange* paullo ante mem. et *Brucker.* hiſt. crit. philoſ. III. pag. 375. ſqq.]

Iuſtini

Iustini, Tertulliani et Minucii Felicis pro christiana religione apologias, Vincentiique Lirinensis commonitorium *Anglice* vertit et prolegomenis ac notis illustrauit *D. William Reeuius*, Londini 1710. k) 8. 2 vol. *Graece* pridem etiam impressae sunt Iustini apologiae Rom. a Zannero 8. vna cum Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Basilii M. Gregorii Naz. et Io. Chrysostomi nonnullis, curante *Hieronymo Brunello*, S. I. [Hanc ed. alii habent dubiam. Exhortat. ad Graecos, Romae s. a. graece esse editam, ex cat. bibl. Bodl. supra adnotauimus. In cat. bibl. *Barber.* pag. 585. citantur *Iustini* selecta quaedam, gr. Romae. 8. s. a.]

[*] 4. Περὶ θεοῦ μοναρχίας. p. 103-176. [p. 36-43. Mar.] Pars prior huius libri l), qua vnitatem DEI ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν teste Eusebio Iustinus demonstrauerat, intercidit. In Oxoniensi editione huius libelli additae sunt praeter alias ineditae antea atque eruditae *Ioannis Potteri* notae. *Fabr.* Editus est liber quoque et germanice versus notisque illustratus a *Goetzio* cum apologia II. p. 70. sqq. A Iustino, martyre, scriptum fuisse librum de dei monarchia, ex testimoniis *Eusebii* H. E. libr. IV. cap. 18. *Hieronymi* de scriptor. eccles. *Photii* bibl. etc. patet. Sed librum, qui exstat, de monarchia dei, in quo locis veterum, potissimum poetarum, non, codicis sacri doctrinae veritas confirmatur, ad Iustinum vere pertinere, negant *Perionius* in obseruatt. suis ad Iustinum, *Andr. Riuetus* libr. II. critici sacri, cap. 5. nr. 5. *Abrah. Scultetus* in medulla theol. patrum, lib. I. cap. 9. pag. 24. (v. *Oudin.* l. cit.) Quod ad carmen prouocatur, idque ab auctore libri adtribuitur Orpheo, (pag. 80. sqq. ed. Goetzii, qui comparat *Euseb.* lib. III. de praepar. euangel. vbi etiam multo aliter legitur,) et alia loca ex Pythagora graecisque tragicis contra idolorum cultum ab auctore libri aeque ac a Clemente Alexandrino excitantur, quorum nullum supersit vestigium apud Plutarchum et Stobaeum, quaestio mota est, vnde illi scriptores eccles. loca ista sumserint mutua. Quare librum fraudi alius ac Iustini adscripserunt V.V. D.D. Atque *Eschenbach* in libro: Epigenes de poesi orphica etc. Norib. 1702. 4. pag. 136. sqq. et locum istum excerpsit, et interpolationes fraudemque late docteque manifestauit; denique p. 148. *Aristobulum*, hebraeum philosophumque peripateticum fraudis illius et libri ipsius prodidit architectum. Eschenbachio adsensum praebuerunt Moshem. et Brucker. Eschenbachii quidem sententiam Fabric. noster supra in vol. III. pag. 469. (vbi de Aristobulo agitur,) haud probauit; sed latius eam firmauit corroborauitque *Valken.* in diss. inedita apud *Luzac*, (qui consentit,) in Obss. in loca vett. praecipue, quae sunt de vindicta diuina. — spec. tertio, Leidae 1793. mai. 8. p. 133. sq. vbi docetur, ex Aristobuli Comm. in Legem Moysis patribus petita esse illa poetarum fragmenta ab illo conficta. (coll. Ien. A.L.Z. a. 1794. n. 251. p. 294.) Attamen totum illud fragmentum, et omnia loca, ex Orpheo, Philemone et Pythagora excerpta, et omnia fragmenta Tragicorum citata, ab *Aristobulo* esse conficta, haud credit *Lange* l. c. p. 72. sq. contra opinatur, multa veterum, praecipue poetarum, loca fuisse iam antea a Pythagoreis et neoplatonicis serioris aeui more ipsorum, vt suo illa systemati adcommodarent, immutata, et his Iustinum vsum esse ad idolorum cultores refutandos ac debellandos. Pag. autem 81. in not. fragmentum, opinatur, maioris cuiusdam carminis non quidem Orpheum, sed antiquum tamen

k) Apud *Brüggem.* l. c. pag. 335. anno 1709. — rec. Lond. 1716. 8. *Harl.*

l) *Du Pin* bibl. des Auteurs ecclesiastiques pag. 58. Grabe pag. 153. *Tillemont.* nota 7 ad vitam Iustini, *Sam. Basnage* ad A. C. 165. nr. 9.

tamen et germanum Pythagorae discipulum habuisse parentem. Quidquid est, fragmenta illa interpolata esse videntur vel a Iustino vel ab Aristobulo vel ab antiquiore quodam philosopho. *Harl.*

5 *Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν* ad Paulum, presbyterum, p. 110. 159. – [ed. Mar. p. 549-583.] Legit etiam, (licet non integram,) ac Iustino tribuit *Photius* cod. CXXV. m) Neque illius esse abnuerim, non vni forte Paulo inscriptam, vnde plurali numero in praef. vtitur: quamquam noui a plerisque et nouissime a *Nourrio* pag. 454 sqq. Adparatus in dubium vocari n). MStus codex duabus paginis auctior exstat in bibl. Caesarea, si credimus *Lambecio* VII. p. 20. et 106. o) sed fefellit eum lacinia ex refutatione responsionum graecarum adtexta, qualis in graeca Rob. Stephani editione occurrit, vt iam clarissimis viris p) obseruatum. Latine vertit *Guil. Postellus* Paris. 1552. 8. (12.)

6. *Ἐρωτήσεις χριστιανικαὶ ἐ πρὸς τοὺς Ἕλληνας* p. 159-196. [p. 507-538. Mar.] Eiusmodi librum a Iustino scriptum esse, ex eius Apologia breuiore p. 47. (quem locum etiam repetit *Eusebius* IV. 16. hist.) pulcre obseruauit Grabius tom. 2. spicilegii p. 156. Ceterum hoc, quod exstat, post Iustini aetatem si non suppositum, certe interpolatum esse oportet, vt docet vel repetita pag. 160 et 161. seqq. 166. Manichaeorum mentio, vt alia iam omittam. Adpendicis loco pag. 196-199 [seq. 532. s. Mar.] subiiciuntur aphorismi duodeuiginti, Ethnicorum opinionibus oppositi. [conf. *Walchii* bibl. patrist. pag. 204.]

7) *Ἐρωτήσεις ἑλληνικαὶ ἐ πρὸς τοὺς χριστιανοὺς περὶ τοῦ ἀσωμάτου καὶ περὶ τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν*, p. 199. seqq. [p. 535. M.] quibus p. 201-216. [p. 537. sq. M.] subiiciuntur *ἀποκρίσεις χριστιανοὶ πρὸς τὰς προῤῥηθείσας ἐρωτήσεις ἀπὸ* (leg. *κατὰ* ex Photio) *τῆς εὐσεβείας τῶν φυσικῶν λογισμῶν.* Videtur enim hoc scriptum respicere Photius, quando inter Iustini monumenta cod. CXXV. *ἀποριῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας, κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις* memorat.

8. Πρὸς ΤΡΥΦΩΝΑ Ἰουδαῖον, Διάλογος, Colloquium de veritate religionis christianae cum Tryphone, Iudaeo q), (qui ex bello sub Hadriano [I] profugus Corinthi multo

m) Opus a Photio indigitatum aliud esse videtur Oudino. *Harl.*

n) V supra in vol. III. p. 226. — *Walchii* theol. patrist. pag 333. et 413 vbi hoc et quae nr. 6. et 7. memorantur, adulterina esse pronuntiat. In dubium quoque vocatur a Perionio, Sylburgio, Possevino, Baronio etc. apud *Oudinum* l. c. col. 198 seq. qui probare videtur Perionii iudicium, a Riueto lib. II. critici sacri cap. V. pag 195. adoptatum. Is enim, quod ex praefatione auctoris ad Paulum intelligatur, non in solum modo Aristotelem; sed contra omnes idolorum cultores et philosophos scriptum esse librum, in hac autem *ἀνατροπῇ* etc. tantum Aristotelis dogmata *περὶ Θεοῦ κτίσεως* refellantur, haud inepte coniicere sibi videtur, huius opusculi (*ἐκλογῆς τῶν Ἑλληνικῶν περὶ Θεοῦ κτίσεως δογμάτων.*) esse partem et adpendicem 1) *quaestiones quinque ad Graecos cum Graecorum responsione et responsionis illius confutatione;* pag. 159. ed. Paris. a Fabricio etiam citatae: 2) *adpendicem ad Graecos, qua et Aristotelis et aliorum philosophorum dogmata quaedam confutantur;* pag. 196. 3) *quaestiones graecanicas ad christianos de deo, de resurrectione mortuorum;* pag. 199. *cum responsione christiana ad quaestiones illas;* pag 201. et *responsione ad quaestionem de resurrectione mortuorum;* pag. 208. *Harl.*

o) Siue col. 41. sq. ed. *Kollarii*, (qui in nota consentit cum Grabio et Fabricio,) et col. 228. de codd. Vindob. X. et LXIV. *Harl.*

p) *Tentzelio* pag. 180. dissert. select. Grabio. pag. 155.

to tempore egerat,) per duos dies habitum Ephesi, atque vt pag. 306. Tryphoni facturum se Iustinus promisit, relatum in literas, dicatumque Marco cuidam Pompeio [r]), quem φίλτατον p. 225. 371. adpellat. [p. 99-252. M.] In duas etiam partes fuisse a S. Viro diuisum, et prioris extremum atque initium posterioris hodie p. 300. desiderari, *Sylburgius* in notis et *Grabius* tom. 2. spicileg. p. 161. obseruauit, qui lacunae illius bina fragmenta pag. 174. sq. ex MS. Catena in Psalmos et Damasceni parallelis edidit. Non diu ante martyrium scriptum a Iustino hunc dialogum colligas ex eo, quod pag. 349. suae ad imp. apologiae meminit [s]). Ceterum *Io. Harduini* [t]) paradoxon, qui ex omnibus sub Iustini nomine ambulantibus scriptis solum hunc dialogum genuinum eius esse sibi persuasit, non multis credo probabitur: perinde vt nec alterum illud *D. Christiani Gottlieb Kochii* [u]), Vicepraepositi

q) Hunc esse celebrem illum רבי טרפון (ap. Gorionidem scribitur תרפון) R. Akibae siue praeceptorem siue collegam, cuius vita in libro Iuchasin in Zemach Dauid occurrit, verisimiliter suspicantur viri docti, *Drusius* de sectis Iudaeor. lib. 2. c. 11. et p. 98. D. *Carpzouius* introduct. theol. Iudaicae p. 84. *Caueus* aliique. *Tryphonis* cuiusdam Iudaei iunioris mentio in S. Epiphanii vita tom. 2. edit. Petauii pag. 321.

r) *Grabius* tom. 2. spicileg. pag. 160. coniicit, Marcum hunc fuisse episcopum illo tempore Hierosolymitanum. Sed is non fuit vltra A. C. 156.

s) Quod Iustinus pag. 3. ed. Iebb. Tryphonem facit dicentem: *ex circumcisione sum Iudaeus ex nupero bello profugus*, ΝΥΝ γενόμενον πόλεμον, *Scaliger* in animadu. in Eusebii Chronic. p. 219. inde colligit, hunc dialogum sub Hadriano circ. a. Ch. CXXV. esse exaratum, bello in Iudaea ardente. At enim *Misson.* in Collectan. historicis de Aristidis vita ad a. CLXI. (tom. I. opp. Aristid. ed. Iebb.) docet, errare Scaligerum quod νῦν interdum idem significet ac *olim* vel *ante*; (vti quoque *Grabius* in spicileg. S. S. Patr. saec. II. tom. 1. pag. 157. sq. et *Iebbius* praef. ad suam edit. monuerunt,) verba igitur denotare bellum non quidem tunc temporis saeuiens, sed iam *ante* et *nuper* confectum: quum maxime ex eodem dialogo ipso constet, eum editum fuisse, postquam Iustinus iam ad *Antoninum Pium* scripsisset priorem pro Christianis apologiam. *Harl.*

t) Vide *Eliae du Pin* Praef. ad T. V. bibl. ecclesiastic. et *D. Ittigii* Obseruationes supplemento Operum Clementis Alex. subiectas pag. 207. sq.

u) Kilonii a. 1700. 8. prodiit liber *Kochii* hoc titulo: *Iustini martyris cum Tryphone Iudaeo dialogus secundum regulas criticas examinatus, et νοθείας seu falsitatis et suppositionis suspectus atque conuictus.* Eodem anno Sleswici 8. *D. Albertus a Felde*, Promensis, (Theologiae Professor in Academia Kiloniensi,) Epistolam ad Kochium edidit, qua ad obiectiones eius respondet. Inde pro Kochio Francofurti 1701. 8. vulgata est *Godofredi Wagneri*, SS. Theol. Studiosi nomine epistola ad Albertum a Felde de Iustini martyris cum Tryphone Iudaeo dialogo, vere, si inscriptioni credimus, supposito. Quumque viri quidam docti testati fuissent, se cum Kochio neutiquam facere, hic Lipsiae 1704. 8. typis exscribi curauit censuram censurae, quam *Ernestus Salomon Cyprianus* pag. 249. ad Hieron. de S. E. *Io. Franciscus Buddeus* de haeresi Valentini. p. 416. quae disp. adiuncta est eiusd. introduct. ad hist. philosophiae Ebraeorum: et relationum nouantiquarum auctores A. 1701. pag. 344. de libro ipsius tulerunt. Ab eo tempore inuictas, quas vocat, demonstrationes Kochio *Feldenius* pro dialogi γνησιότητι vindicanda opposuit, excusas Hamburgi 1707. 8. Denique A. 1709. Flensburgi 8. pro Kochii sententia lucem vidit scriptum, cui titulus: demonstrationes Alberti a Felde deuictae et profligatae a *C. T. M.* Vide et iam dictas nouantiquas relationes germanice editas A. 1704. pag. 525. et A. 1708. pag. 504. ac *Salom. Ernesti Cypriani* Vindicias Iustinianas s. diss. Apologeticam pro Iustini dialogo cum Tryphone. Ienae 1705. 8. *Fabr.* *Oudinus* p. 201. hunc dialogum esse indubitatum Iustini opus iudicat. adde *Ittigii* select. hist. eccl. capp. saec. II. cap. 1. §. 7. pag. 7. *Stollii* Nachricht. von dem Leben — — der Kirchenväter pag. 53. et *I. G. Walch* bibl. patrist. p. 216. sq. qui quoque quae ab vtraque parte in hac lite scripta sunt, enumerant. Qui quamquam vulgatam tuentur sententiam; nostra tamen aetate *S. G. Lange* in laudata historia dogmatum, part. I. pag. 138. seqq. acutis quidem, nec tamen

siti Apenradensis, qui singularibus scriptis dialogum cum Tryphone conatus est Iustino eripere, et Origenis discipulo, Tryphoni, adscribere, nullo certo et explorato aduersus tot antiquorum [illegible] testimonia argumento. *Fabr.* Separatim editus est liber:

Sancti Iustini philosophi et martyris cum Tryphone Iudaeo dialogus, cum latina *Io. Langii* versione, quam plurimis in locis correcta; subiunctis emendatt. et notis Rob. Stephani, Perionii, Sylburgii, Halloixii, Montacutii, Drusii, Colomesii, Cauei, Bulli, Grabii pluribusque nouis additis; adnexis insuper ad calcem adnotatt. Langi et Kortholti; praemissis vero Langii praefatione, qua summam huius dialogi enarrauit, *actisque martyrii S. Iustini* et sociorum. Edita a *Samuele Iebb.* Londini: impensis Guil. et Ioh. Innys, bibliopolarum. 1719. 8. In praefat. de tempore, quo hic dialogus Ephesi habitus sit, breuiter disserit. Primum refert sententiam *Grabii*, in spicilegio patrum etc. tom. I. pag. 159. prolatam, infra an. Ch. 150-160. id factum esse. Tum reiicit opinionem *Tillemontii*, (mem. hist. eccles. tom. II. pag. 259, 384.) scriptum esse lib. circ. a. Chr. 155. quum contra Iudaeos, a fide desciscentes, iam bellum, (πόλεμον τὸν ΝΥ͂Ν γιγνόμενον,) gereret Antoninus, imperator. Denique amplectitur coniecturam Cauei, Iustinum, arbitrantis, cum imperatoris legatis, ad commune Asiae concilium Ephesi conuocatum, eiusdem pro Christianis rescriptum deuehentibus, fuisse comitem, ibique Tryphoni occurrentem cum eo disputasse; (vit. S. Iustini pag. 147.) adeoque, censet, habiti dialogi tempus in an. Ch. incidere 147. aut saltem 150. quum verisimillimum sit, ante a. 147. apologiam primam Antonino fuisse oblatam, ante a. 150. pro certo habeatur. Idem Iebb. *acta martyrii S. Iustini et sociorum* ex annalibus Baronii ad a. Ch. 165. tom. II. pag. 150. desumta praemisit textui dialogi; in calcem vero (pag. 405-411.) fragmenta deperditorum ex Grabii spicilegio etc. transtulit, omissis tamen fragmentis libri de resurrectione, quae primus Iustino attribuit Damascenus, scriptor multo serioris aeui, quum spurii foetus, patribus adsignati, iam frequentarentur. — *Dodwelli* et *Chishull* controuersias de loco quodam huius dialogi de animi immortalitate iam in Introd. II. 2. pag. 195. memoraui: adde *Brüggemann* l. c. pag. 536.

Hunc

tamen forsan firmissimis inuictisque vsus argumentis, desumtis ab oratione elegantiore et subtiliore, ab eruditione ampliore, et dogmatibus, in hoc dialogo diuersis ab reliquis in vtraque apologia Iustini propositis, hunc, negat, esse dialogi cum Tryphone auctorem: quem quidem iure laudat ab ingenio, acumine, eruditione, curataque theologiae iudaicae et philosophiae profanae intelligentia, librumque commendat interpretibus N. T. praecipue epistolarum Paullinarum et euangelii Iohannei. Originem autem libri hanc fuisse, ingeniose fingit: Famam quidem fuisse antiquam, Iustinum cum Tryphone colloquium habuisse, sed quoniam id fortasse non respondisset exspectationi et Iustinus impar fuisset doctissimo Iudaeo solide refutando et conuincendo, ad caussam Christianorum defendendam aut aliquem paullo post Iustini interitum, librum sub Iustini nomine confecisse atque euulgasse, aut, quod Langio, si Iustinus reuera iniuit cum Iudaeo sermonem, magis placet, Iustinum implorasse operam fidemque amici, quondam iudaicae addicti disciplinae et iudaica eruditione imbuti, qui illum scripsisset dialogum et Iustinum cum Iudaeo disputantem induxisset; hinc euenisse putat, vt ille liber haberetur viui adhuc Iustini labor opusque. Haec acutius forsan, quam vere dicta videntur. Alii tamen iam dubitarunt, num Iustinus reuera sit colloquutus cum Iudaeo. (conf. quoque *Schroeckh* in histor. eccles. christian. tom. II. vbi de vita et doctrina Iustini mart. est copiosus, pag. 55 seq. ed. II.) Tum *Lange* diligenter fuseque recenset explicatque singula dogmata a Iustino declarata, a p. 147-159. [illegible] *Wetsten.* Prolegg. in N. T. p. 66. aduersus hunc dial. disputauit, refutare studuit *Herm. Io. Krom* in diatr. de authentia dialogi Iustini mart. cum Tryphone, s. [illegible] uis. qua γνησιότης illius libri ab exceptionibus praecipue Wetstenii vindicatur. Medioburgi 1778. 8. add. *Flügge* Gesch. d. theol. Wiss. I. p. 143. sqq. *Beck.*

Hunc dialogum *anglice* vertit notisque instruxit *Henr. Brown.* Riuington. 1755. 8. II. voll. v. Monthly Review, m. mart. 1755. pag. 258. et *Brüggemann* View etc. pag. 335. vbi quoque memoratur, de celebri loco *Iustini* in dialogo cum Tryphone, Iudaeo, disseri in *Georg. Bulli* iudicio ecclesiae catholicae trium primorum saeculorum, de necessitate credendi, quod dominus noster, Iesus Christus, sit verus deus. Oxonii 1694. 8. cap. VII. pag. 164-192. *Harl.*

9. Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, p. 372-390. [p. 420-434. M.] Citatur a Leontio Byz. Iustinus ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος συντάγματος, verbaque ab ipso adlata in hac ἐκθέσει leguntur. Laudatur etiam Iustini λόγος περὶ πίστεως ab *Euthymio* in Panoplia tit. 16. et λόγος περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας a *Iohanne Cyparissiota* in Decadibus de Mystica Theologia VII, 1 et 8. et VIII, 10. et a *Gemisto Plethone* in opusculo contra Latinos apud *Petauium* VII. 17. de Trinitate §. 9. Tamen et iuniores isti testes sunt, et multis argumentis viri docti euicerunt, Iustini, martyris, expositionem illam fidei esse non posse. [v. *Oudin.* col. 199. sq. et sect. sequentem.]

10. Ἀποκρίσεις πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους, περί τινων ἀναγκαίων ζητημάτων, siue *solutiones quaestionum CXLVI. ad Orthodoxos*, p. 391-493. [p. 441-506. M.] lectione certe et accuratiore editione dignae, variaque praeclara continentes, sed longe iunioris v) scriptoris, siue Iustini Siculi siue alterius cuiuscunque. Sane exploratum non est, quod *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 274. coniicit, interpolatas esse, vt Athanasii quaestiones ad Antiochum et Hodegus Anastasii Sinaitae.

11. Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον pag. 494-502. [p. 233-242. M.] Primum edita et latine versa ab *Henr. Stephano* 1592. et 1595. 4. Insignem hanc epistolam ad Diognetum, quem κράτιστον auctor vocat, et religionis christianae pernoscendae cupidum fuisse testatur, scriptoris, Iustino antiquioris, esse existimauit *Tillemontius* histor. imperatorum tom. I. pag. 1035. sqq. et in memoriis hist. eccles. tom. 2. pag. 366. seq. sed non videntur mihi argumenta illius tanti momenti, vt Iustino eam abiudicemus, cuius genium plane redolere Sylburgius quoque notauit. Vide et quae erudite obseruat *Sam. Basnagius* ad A. C. 165. n. 9. Neque alienum ab Iustino, vt se Ἀποστόλων γενόμενον μαθητὴν pag. 501. vocet, cuius verba ista sic etiam possunt intelligi, vt per illa tantummodo Christianum se factum et apostolorum doctrinae aures animumque adcommodasse adfirmet w). De *Diogneto*, M. Aurelii Antonini magi-

v) Vide argumenta iam notata a Magdeburgensibus Centur. 2. pag. 162. seq. *Fabr.* add. *Oudin.* col. 201-204. qui et aliorum et sua adfert argumenta pro νοθείᾳ huius collectionis, cuius auctorem, censet probatque, vixisse sub finem saeculi quarti, certe longe postquam Constantinus Christo nomen dedisset, christianis iam vbique dominantibus. Quaestiones ad Orthodoxos a *Maturino Veyss. la Croze* tribui *Diodoro* s. *Theodoro*, episcopo *Tarsensi*, saec. IV. notaui vberiusque exposui supra ad libr. III cap. 30. pag. 380. sq. vol. IV. — *Expositionem* autem *fidei*, quam a Nestorio scriptam fuisse, autumabat idem *La Croze*, *Theodoro Mopsuesteno*, sub finem saec. IV. primum in disp. de origine et fundamento Nestorianismi. p. 18. sq. adtribuit, dein vberius sagaciusque explicauit argumenta ad sententiam suam stabiliendam *Paul. Ern. Iablonski* in epist. ad la Croze, in thesauro epist. Lacroziano, tom. I. pag. 194-201. *Harl.*

w) *Oudinus* tamen l. c. col. 202. sq. illam epistolam, negat, genuinum esse opus Iustini tam propter silentium Eusebii, Hieronymi et Photii, quam quod se adpellet apostolorum discipulum et gentium

magiſtro vno, an duobus hoc nomine, pictore ac philoſopho, *Capitolinus* in Antonini vita c. 4. et *Antoninus* ipſe lib. 1. §. 6.

12) Ἐπιστολὴ πρὸς Ζηνᾶν x) καὶ Σερῆνον, ad Zenam ac Serenum, fratres, de vita Chriſtiana: in cuius epiſtolae limine aliam πρὸς [?] Πάπαν (an Παππίαν?) et aliam item πρὸς ἄρχοντας memorat. MSti codicis membranacei ſaeculo X. ſcripti, inque bibl. regia Pariſ. obuii, ſpecimen dat *Montfauconus* pag. 279. Palaeographiae. Aliud MS. memorat *Mabillonius* tom. I. muſei Italici pag. 196. Hanc enim epiſtolam intellige, vbi legis Iuſtini orationem, περὶ μὲν τῆς κατὰ πρόβλημά τινων ἀλογίστου παιδείας, quae ſunt prima epiſtolae verba. Natalis vero Alexandri argumenta, quibus hanc epiſtolam martyri ereptum iuit, excuſſa videre licet in *Tentzelii* diſſ. ſelectis pag. 193. ſeq. vbi et Theoph. Raynaudi perſtringitur ſententia, in erotematis de bonis ac malis libris pag. 147. eamdem tribuentis Iuſtino, abbati Hieroſolymitano. Videtur tamen adhuc eſſe ambigendum. Saltim per epiſtolam πρὸς ἄρχοντας y) apologiam Iuſtini, martyris, intelligi aegre mihi perſuadeo. Aliud enim illa argumentum continet, vt omittam quae obiecit *Baſnagius* ad A. C. 165. nr. 10. Natalem Alex. etiam refellens, qui monachis ſcriptam hanc epiſtolam ſibi perſuaſit z). Epiſtola ad Zenam legitur quoque latine in bibliotheca patrum aſcetica, quae in ſex tomos diuiſa prodiit Pariſ. 1661. 4. tomo primo. *Fabr.* Ex epiſtola ad Zenam et Serenum *Iacob. Schaller ethicam chriſtianam* in ſingularem transtulit diſſertationem; Argentorati 1[illegible]6. v. *I. G. Walchii* biblioth. patriſt. pag. 483. ſeq. vbi praeſertim is perſequitur Iuſtini martyris praecepta, in epiſt. ad Diognetum et ad Zenam ac Serenum propoſita de moribus hominum ſanctis. Vniuerſim de falſis verisque Iuſtini, martyris, placitis dictisque Scultetus, Ittigius, Caueus, Clericus et Semlerus ll. citt. Stolle mem. libr. §. XI. p. 57. ſq. (vbi plurium VV. DD. ſcripta iudiciaque retulit ſuamque ipſius dixit ſententiam. *Brucker* in hiſt. crit. philoſ. tom. III. pag. 367. ſqq. et tom. VI pag. 555. ſqq. aliique paſſim iam a me laudati vberius, nec tamen pari ratione, diſſeruerunt. *Harl.*

Scripta

gentium doctorem, quae iactantia neque aetati neque ingenio Iuſtini martyris apta ſit. Neque *Schroekhio* l. c. pag. 35 genuinum eſſe videtur opus, quod improbabili ratione iudaicae caerimoniae acriter et ignominioſe perſtringantur. Add. *Stolle* l. mem. pag. 56. — Hiſtoria Iuſtini, martyris, cum huius epiſtola ad Diognetum, anglice per *Nathan. Lardner*, in eius Credibility of the Goſpel Hiſtory, part. II. vol I. Londini 1748 8. pag. 254-265. — The Epiſtle to Diognetus — the work of an uncertain and inconſiderable writer, by *Iohn Iortin*, in his Remarks on eccleſiaſtical Hiſtory, London. 1751. 8 vol I. pag. 342 348. *Harl*

x) Alius Zenas νομικὸς, Tit III 13 cuius nomine Apocrypha Titi Acta iactantur. Vide acta ſanctor. tom. 1. Ianuar. pag. 163. et *Ittigii* diſſ. de patribus apoſtol. pag. 100. ſqq.

y) *Euſebius* IV. 16. ſimiliter de imperatoribus, quibus apologiam Iuſtinus obtulit: δεδημοσιευμένοις ἄρχουσι. Et Miltiadis apologiam πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας memorat V. 17. Κοσμικοὺς ἄρχοντας Euſebius opponit ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, quo nomine epiſcopos adpellat in extremo capit. 24. libr. V.

z) Vtramque epiſtolam admittere videtur *Andr. Semleruus* lib I Mcaullae patrum capp. 6 et 7. Sed diſſentit *Oudin.* l. c. col. 203. Add. *Stolle* l. cit. pag. 55. *Harl.*

Scripta Iustini deperdita.

1. Σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων. *Iustinus* ipse apologia longiore pag. 70. atque inde *Eusebius* IV. 11. hist. *Theodoritus* de Haeret. fab. et *Cedrenus*, qui sub Hadriano illud opus compositum scribit.

2) Λόγοι κατὰ Μαρκίωνος, *Phot.* cod. CXXV. *contra Marcionem insignia volumina* Hieron. de S. E. sed *Irenaeus*, (qui loca inde producit IV. 14. et V, 26.) singulari numero σύνταγμα vocat, et *Eusebius* IV, 11. hist. σύγγραμμα.

3. Ψάλτης, quo in libro psalmodiae rationes exposuisse videtur. Meminit *Euseb.* IV, 18. hist.

4. Σχολικὸν περὶ ψυχῆς. Eusebius loco laudato, cui adde *Valesium* in notis, et *Grabii* tom. II. spicileg. pag. 168.

5. Περὶ ἀναστάσεως, ex quo primam partem et luculenta fragmenta seruauit Io. Damascenus in praeclaro parallelorum opere, atque inde graece et latine edidit *Hallolxius* in vita Iustini c. 27. et *Grabius* pag. 177. 193. qui Methodii etiam lib. de resurrect. et Procopii Gazaei in 3 Geneseos testimonia adfert. — [*Iustini, martyris*, fragmentum de resurrect. non editum inter eius opera, graece, cum versione *anglica* notisque euulgauit *Dan. Humpheys*, vna cum versione sua *Athenagorae*, philosophi Athen. Londini 1714. 8. — ined. Opp. Paris. Bened. p. 588. sq. — et separatim in *Guil. Abrah. Telleri* progr. *Iust. mart.* ἀπόδειξις resurrectionis carnis, fragm. Helmstäd. 1766. 4. gr. cum versione lat. emendatiore notisque. *Harl.*] Vide et *Petauii* dogmata th. tom. I. de Deo pag. 678. 837. [et *Schroeckh.* l. c. pag. 46. sqq.] Resurrectionem CHRISTI tota praedicasse libertate Iustinum, scribit *Hieronymus* ep. 84.

[†] 6. Ὑπομνήματα εἰς ἑξαήμερον, e quibus loca seruauit Anastasius libro VII. in Hexaem. Vide *Grabium* p. 169. 195. 202. 243. sq. Commentarios in Genesin scripsisse Iustinum, notatur in Centuriis Magdeburgg. II, 10. p. 163. auctore laudato S. Hieronymo. Sed non memini, vbi hoc testetur Hieronymus.

7. Λόγος περὶ προνοίας καὶ πίστεως ad Euphrasium, sophistam, (iunioris, vt videtur, Iustini) S. Maximus tom. 2. pag. 154. et Euthymius part. II. Panopliae tit. 15.

Omitto, quod *Possevinus* in catalogis MSS. Graecorum reperisse se refert memoratam *Iustini philosophi et martyris explicationem in S. Dionysii Areopagitae episcopi Atheniensis Hierarchiam ecclesiasticam et mysticam theologiam.* Nemo enim credet, a Iustino illustrata scripta, quae diu post Iustini aetatem Dionysio supposita sunt.

[Tribuitur ei quoque, aliis autem ab aliis, fragmentum περὶ παντός. v. infra, in hoc vol. §. XVII. de Irenaeo, tum in cap. de Hippolyto; §. XXV. sect. 6. — §. XXXI. sect. 1. de Dionysio, Alexandrino, et in vol. IX. vet. ed. pag. 388. de Photio §. XLVIII.

Nicephorus in hist. eccl. libr. IV. cap. 6. memorat Iustini oration. ad M. Antoninum, philosophum, quam I. *Langus* in praefatione in Iustini orat. quae Christianos apud Antoninum Pium defendit, inter deperdita Iustini scripta referendam censuit; contra ea *Sam.*

Gottl. Lange in historia dogmatum laudata pag. 95. eamdem cum apologia maiore esse, cum Grabio existimat. [*Harl.*]

Codd. Msti et Editiones Iustini.

Primum de *codd.* qui supersunt, *msstis*, (omissis iis, quorum mentionem fecit Fabricius,) pauca sunt dicenda. — *Parisiis* in bibl. publ. sunt, teste catal. tom. II. Apologiae pro Christianis, dialogus cum Tryphone Iudaeo, cohortatio ad Graecos, expositio orthodoxae fidei, liber de monarchia, epistola ad Zenam et Serenum, (cui praemissa sunt excerpta e Photii myriobiblo de scriptis S. Iustini, et ex Eusebii historia eccles. de S. S. Iustino, Polycarpo et Irenaeo,) quaesita et responsa, atque confutatio dogmatum aristotelicorum, in cod. CCCCL. praeter ea est cohortatio ad Graecos in codd. XIX. CLXXIV. (cum breuibus scholiis ad marginem coniectis, hactenus ineditis,) et CDLI. — Expositio orthod. fid. in codd. CMXXXVIII et MCCLXVIII. — Epistol. ad Zenam in codd. CLXXIV. et CDLI. — Confutatio dogm. aristot. in cod. MMCXXXV.

Mutinae in bibl. Ducali *S. Iustini* ep. ad Zenam et contra Graecos in cod. membr. saec. X. teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 31. fin. — *Bononiae* in bibl. coenobii canon. regular. S. Saluatoris, *S. Iustini* moralis oratio, de recta fide et alia, teste eo l. l. c. pag. 407. seq. Idem pag. 263. memorat marmor in horto Franciscanorum in Tiberina insula Romae seruatum cum inscriptione illa famosa, supra iam citata, quae Iustinum, de Simone Mago illam interpretatum, decepisse dicitur, *Simoni Sanco Deo Fidio.*

Florentiae in bibl. *Laur. Medic.* expositio fidei, in cod. XII. nr. 38. plut. VI. et cod. XXXV. nr. 16. plut. VII. auctore *Bandin.* cat. codd. gr. tom. I. pag. 122 et 296. — Sermo exhortat. ad gentiles, in codd. XXXII. nr. 9 plut. X. (*Band.* ibid. p. 496.) — Collectio auctoritatum de praedeterminatione et praescientia dei, in his Iustini auctoritas ἐκ τῆς πρὸς Ἰουδαίους, in cod. VI. nr. 8. plut. LXXXVI. (*Bandin.* tom. III. col. 295.) — Iustin. citatur a Io. Cantacuz. contra Palamam et in thesauro orthod. fidei, teste *Bandin.* tom. I. pag. 348 et 433.

Venetiis in bibl. Marc. *Iust.* expositio rectae fidei, in cod. XXII. etiam in Octateuch. ex *Iustino*, in codd. XV. (v. catal. codd. gr. pag. 21 et 18. sq.

Romae in bibl. Ottobon. *Iust.* expositio fidei, teste *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. msst. I. pag. 190. C. — in bibl. *Vaticana* plura *Iustini* opuscula, in pluribus codd. teste eod. l. c. pag. 14. pag. 142. D. et in aliis bibliothecis. v. indic. illius operis voc. *Iustinus.*

Vindobonae in bibl. caesar. *Iustin.* citatur in cod. XXXVII. s. catena in euang. Ioannis, et in cod. XXXXVII. s. in anonymi comment. in praecipua V. et N. T. loca. v. *Lambecii* comment. III. col. 163. et 179. sqq. — in Ioannis, patriarchae Antiocheni. eclogis asceticis, in cod. CCXXXXI. (*Lambec.* col. 222. sqq.) — aristotel. quorum iam dogmat. confutatio in cod. X. nr. 3. et cod. LXIV. nr. 5. v. *Lambec.* col. 41. sq. ibique Kollar. et col. 225. vol. VII.

In *Anglia*, secundum cat. codd. etc. in bibl. eccles. *Westmonast.* in cod. nr. MCCXIX. Iustini loca in expositionibus patrum in cod. sacrum. — in bibl. collegi *Etonensis*, nr. 1885.

1886. *Iust.* de vita christiana. — inter codd. *Vossian.* nr. MMCCV. (conf. cat. bibl. Leidensis, inter codd. Vossian. pag. 396. nr. 30.) *Iust.* epist. ad Diognetum — inter codd. *Edu. Bernardi*, nr. MMMMMMMCCCLXXXIII. notae msstae Ios. Scaligeri et Arcerii in Iustinum, martyrem. —

Mosquae in bibl. Synod. cod. XXXIV. expositio fidei etc. in capp. 23. diuisa. v. cl. *Matthaei* notit. codd. gr. bibliothecar. Mosquensium etc. pag. 59.

In bibl. elect. *Bauar. Mon.* cod. LXXXXVII. *Iust.* expositio fidei, de recta confessione, vel de trinitate. v. cat. codd. gr. pag. 36. *Harl.*

GRAECE ex bibl. regia et regiis typis *Rob. Stephanus* Iustini opera edidit Paris. 1551. fol. hoc ordine: 1. Epist. ad Zenam et Serenum. 2. Paraeneticum ad Ethnicos. 3. Dialogum cum Tryphone. 4. Vtramque Apologiam, breuiorem et longiorem. 5. De Monarchia DEI. 6. Expositionem fidei. 7. Euersionem dogmatum Aristot. 8. Quaestiones Christianas. 9. Responsiones ad Orthodoxos, et 10. Quaestiones Ethnicorum. Confer de illo itemque alio bibl. regiae codice et tertio in Collegio Paris. Iesuitarum obvio *Nourrium* adparatu ad bibliothecam patrum pag. 467. sq.

LATINE, interprete *Ioachimo Perionio*, Benedictino Cormeriacensi, qui obseruationes etiam addidit, Paris. 1554. fol. apud Iacobum Puteanum: et in bibl. patrum edit. Coloniensis A. 1618. tom. 2.

Interprete *Sigismundo Gelenio*, Boiemo, quem Iustino transferendo immortuum scribit in praef. Nic. Episcopius, *Hinc factum est*, inquit, *vt alii cuidam docto viro nobis amico, latinae ac graecae linguae perpulcre gnaro, reliquum eius aucthoris traducendi prouincia fuerit tradita, qui non solum libros postremos fecit latinos, sed multos etiam locos in prioribus suppleuit.* Basil. in fol. 1555. atque inde Paris. 1565. 8.

Ex versione *Io. Langi*, Silesii, qui commentarios etiam addidit: Basil. 1565. fol. Versio illa sine commentariis recusa in bibliotheca patrum, edit. Lugd. 1677. tom. 2.

GRAECE et LATINE cum versione Ioh. Langi, additisque, quae H. Stephanus A. 1592. ediderat, Iustini λόγῳ πρὸς Ἕλληνας et epistola ad Diognetum, notisque et indicibus accuratissimis *Frid. Sylburgi*. Heidelberg. ap. Commelin. 1593. fol. Sylburgius Io. Arcerii, Dau. [?] Hoeschelii et Hieron. Wolfii obseruationes et selectas Perionii notas, tum quae Iacobus Billius in suis Obseruationum libris ad Iustinum notauerat, suis castigationibus et animaduersionibus inseruit.

Haec Sylburgii editio recusa Parisiis ap. Claud. Morel. 1615. et 1636. [aa]) fol. addita *Petri Lansselii*, Grauelingani, S. I. dispunctione animaduersionum in Iustinum, quas Is. Casaubo-

aa) *Iustini* opera. Item *Athenagorae* Atheniensis (apologia vel legatio pro Christianis et de resurrectione mortuorum,) *Theophili* Antiocheni (contra christianae religionis calumniatores ad Autolycum libri III.) *Tatiani* Assyrii (or. ad Graecos,) *Hermiae* philosophi (irrisio gentilium philosophorum,) tractatus aliquot. Quae omnia gr. et lat. emendatiora prodeunt. Paris. ap. Claud. Sonnium. 1636. fol. *Harl.*

saubonus exercitationibus suis ad Baronium inseruit: et corollarii in vicem subiunctis Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano et Hermia.

Coloniensi siue Witebergensi potius editioni apud Ieremiam Schrey et Henr. Io. Meyerum A. 1686. fol. quae Parisienses ex asse exprimit, adiunctus praeterea D. *Christiani Kortholti* ad Iustinum, Athenagoram, Theophilum et Tatianum Commentarius, Kiloniae primum A. 1675. fol. separatim in lucem emissus.

Nouissime vir doctus *Thomas Creech*, cui Lucretius multum debet, nouae Iustini editioni manum admouit Oxoniae. Sed mox miser ipse deplorandi sibi fati auctor, etiam ea, quae adfecta habuit, voluit aboleri. *Fabr.* Fabricius, dum in libr. V. cap. 38. vol. IX. scriptores recenset, in Photii bibl. censurae subiectos, pag. 414. vbi de Iustini martyris scriptis agitur, „vide, aiebat, (vt verba eius huc reducam,) paratos ad prelum eruditos commentarios, quibus Iustinum illustrauit egregie, quum Oxonii versaretur, *Ioan. Adolfus Hofmannus*, Germanus Ploenensis, quibus inter alia ex Hebraeorum scriptis ostendit, Iustinum in dialogo cum Tryphone κυρίας Iudaeorum δόξας illi opponendo, Iudaeum oppugnare." Illi commentarii num lucem adspexerint, equidem nescio.

Iustini — Opera, quae exstant, omnia. Nec non *Tatiani* aduersus Graecos oratio, *Athenagorae* phil. atheniens. legatio pro christianis, *S. Theophili* Antioch. tres ad Autolycum libri, *Hermiae* philos. irrisio gentilium philosophorum; item in adpendice supposita *Iustino* opera cum actis illius martyrii et excerptis opp. deperditorum eiusdem *Iustini*, et *Tatiani* et *Theophili*. Cum msstis codd. collata, ac nouis interpretationibus, notis, admonitionibus et praefatione illustrata cum indicibus copiosis. Opera et studio vnius ex monachis congregationis S. Mauri, (*Prudentii Marani*,) Paris. ap. Car. Osmont, (in aliis exemplaribus, Hagae Comitum ap. P. de Hondt.) 1742. fol. Textum ex codd. et vers. latinam emendauit, varr. lectt. diligenter adnotauit, atque sensum verborum nec tamen, ex sententia criticorum, vbique recte ac feliciter interpretatus est: namque placitis suae sectae liberalius indulgebat. In prolegg. disserit de edd. et hominibus horumque vita, scriptis, a Iustino et reliquis citatis. conf. ephem. litter. Lips. 1743. nr. VIII.

Iustini opp. edit. Venet. 1747. fol. citat *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. 1. p. 142. quae, teste Gallando in Prolegomm. vol. 1. bibl. PP. praemissis p. LXXXVIII. Maranianae ed. est repetitio.

Recusa etiam sunt Opp. Iustini, gr. cum vers. lat. in Opp. Patrum graecorum (cura *Fr. Oberthür*) voll. tribus prioribus, Wirceburg 1777. 8.

In *Mich. Neandri* anthologico graeco lat. (Basil. 1556. 8.) sunt quoque excerpta ex Iustini scriptis; plura autem, sed lat. in *Francisci Rous* libro, inscripto: *Mella patrum* Londini, 1650. 8. pag. 21. sqq. v. *Brüggemann* View etc. pag. 332. *Harl.*

Quae singula Iustini scripta tum ab aliis tum a clariss. Grabio edita sunt, supra suo loco memoraui.

GALLICE Iustini scripta vertit *Iohannes de Maumont*. Paris. apud Vascosanum 1554. et 1559. fol. Apologiam longiorem *Chonutus*. Paris. 1686. 12 Excerpta german. ex nonnullis scriptis dedit notisque illustrauit *Rössler*. Bibl. d. Kirchenväter P. I. p. 101. sq.

Alia

Alia quaedam scripta, Iustinum spectantia.

Vita et documenta S. Iustini, philosophi et martyris, per *Petrum Halloix*. Duaci 1622. 8. et tomo secundo illustrium ecclesiae Orientalis scriptorum. Ibid. 1636. fol.

De Iustini doctrina liber *Christiani Nifanii* aduersus Sandium. Francof. 1688. 8. *Iustinus philosophus christianus et martyr, exhibitus Veritatis Euangelicae testis et Confessor etc.* De doctrina Iustini martyris disserit etiam *B. Ittigius* in selectis capitibus histor. eccles. saeculi secundi pag. 204. sq. et pag. 6. sqq. de scriptis Iustini mart.

De Iustini, martyris, theologia morali, D. *Io. Andreae Schmidii* dissert. Helmstad. 1698.

[*] Abbatis *de Longerue* opusculum de Iustini, martyris, gestis, quod peregisse se testatur diss. in Tatianum p. XIV. nondum vidit lucem. Is cum Valesio ad Eusebii IV. 16. persuasus est, Iustinum martyrio coronatum anno CHRISTI 151. Antonini Pii 13. cui sententiae videtur suffragari Epiphanius XLVI. 1. testatus, Tatianum nouam sectam prodidisse circa duodecimum annum Antonini Pii. Sed Marcum is Antoninum forte dicere voluit. *Fabr.*

Multos alios, qui de Iustini vita aut scriptis aut placitis disputarunt, viros doctos cum in hac paragrapho passim, tum maxime in Introd. etc. II, 2. pag. 194-197. laudaui, quorum nomina scriptaque hic repetere nolo: adde, quos *Hamberger* in: Zuverl. Nachr. tom. II. pag. 373. sqq. *Stolle* et *Walch.* locis mem. excitant: paucos igitur addere iuuat.

Ad apolog. I. quinque emendatt. ad posteriorem tres emendd. et ad dialogum cum Tryphone complures haud vnius generis proposuit collata edit. Marani cum edd. Iebbiana et Thirlbiana *C. A. Heumann* in symbola critica ad Iustinum martyr. in Miscellan. Lips. nouis, vol. III, part. II. (Lips. 1744. 8.) p. 222. sqq. — *Gaab* in: Abhandl. zur Dogmen-Geschichte pag. 58. sqq. et *Guil. Münscher* in: Handbuch der christlichen Dogmengeschichte, tom. I. pag. 115. sqq. 218. sqq. 294. sqq. de Iustini dogmatibus disputarunt.

Phil. Chr. Gratiani disput. de memorabilibus Iustini mart. historicis et dogmaticis. Tubingae 1766. 4. Is tamen genuinos aeque ac spurios dubiosue Iustini libros in rem suam laudat. — Cel. *Keil* in doct. diss. de doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per platonicas sententias theologiae liberandis, comm. I. et II. Lipsiae 1793. pag. 12. sqq. contendit, a Iustino, martyre, haud magni aestimatam esse philosophiam veterum, a vero dei cultu alienorum. Contrariam vero sententiam tuetur et docere sibi videtur cl. *Lange* l. c. pag. 141. sq. ex Iustini apologiis; reiicit enim, vt iam monuimus, dialogum cum Tryphone, tamquam spurium.

Io. Iortin scripsit obss. in scripta Iustini, martyris, et de eius ingenio in: Remarks on ecclesiastical History, Londini 1752. 8. vol. II. pag. 155-165. — et criticas animaduerss. in Iust. mart. in suis Tracts philological, critical and miscellaneous. Londini 1790. 8. voll. II. pag. 102-116. — *Io. Fabricius*, dum in historia biblioth. Fabric. tom. I. p. 58. sqq. recenset edit. Iustini opp. Colon. siue potius Wittebergensem, multus est de singulis Iustini libris, eorum auctoritate atque editoribus. Pariter *Stolle* in notitia et historia bibliothecae

suae, (Kurze Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stollischen Biblioth.) tom. II. p. 421. sqq.) vbi *Grabii* editionem apologiae I. et Hutchini edit. apologiae II. etc. recenset, plura obseruat de Iustini placitis illorumque opusculorum argumento. Adde (*Eccardi*) Monatl. Auszug aus allerhand neu herausgegebenen — Büchern. Hannouer. 1700. 8. vol. I. pag. 31. seqq. et (*Nic. Hieron. Gundlingii*,) neuer Unterredungen 1. 2. und 3. Monath. (Halae 1702. 8.) p. 54. sqq. et p. 68. — Iustini martyris de sacris Christianorum publicis saeculi II. Narratio. Additae sunt notae quaedam. Halae Magdeb. 1725. 8. *Harl.*

XVI. *Index scriptorum et Haereticorum*,

a Iustino, martyre, memoratorum, ad paginas editionis graecolat. Paris. *Nota* a pag. 159-216. quaestiones ad Graecos, a p. 391-493. *haberi quaestiones ad Orthodoxos, quos iunioris Iustini esse constat.*

Demo-

Martio

bb) Marci Antonini esse illud edictum, docet diss. de legione fulminatrice pag. 613. sq. [alios *Vales.* ad Euseb. IV. 13. et *Daniel Larroquanus* aliter sentire, iam antea significaui.]

Serenus,

XVII. S. IRENAEVS, aliquo tempore post Domitiani mortem natus [cc]), prima

aetate

cc) Lib. V. c. 30. σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς. Haec vere scribere potuit Irenaeus, etiamsi postremis demum Traiani annis natus fuit. Confer, quae Dodwelli sententiae, qui iam sub Nerua genitum esse contendit, obiiciuntur a doctissimis viris, *Grabio* prolegomm. ad Irenaeum sect. I. *Sam. Basnagio* ad A. C. 178. n. 2. et *Massueto* diss. 2 ad Irenaeum. *Fabr.* Irenaei vitam multi exposuerunt: aut eius dogmata atque sententias recensuerunt atque illustrarunt. Equidem nonnullos iam laudaui in Introductione II. 2. p. 205. seq. Multo plures citarunt ipse *Fabricius* in seq. paragrapho, *Stolle* in: Nachricht von dem Leben der Kirchenväter pag. 79. sq. *Hamberger* in: Zuverläßigen Nachrichten II pag. 428. sq. *I. G. Walch.* in bibl. patrist. pag. 271. sq. idem in historia eccl. N. T. p. 618. sqq. *Saxius* in Onomast. p. 328. sq. Quare admodum paucos nominabo. De *Henr. Dodwelli* dissertatt. VI. in Irenaeum. Oxon. 1689. 8. v. acta erud. Lips. a. 1690. pag. 547. et *Fabric.* paullo post in notitia editionum. — La Vie de S. Irenée, (par l'Abbé *Gervaise.*) Paris. 1723. 8. (al. 1724. II. voll. 12. et tribuitur *Dom Iacques* in Bernardi bibl. Françoise tom. III. p. 239. Amst. 1724. 8.) *Cas. Oudin.* de SS. eccles. commentar. tom. I. pag. 206. D. *Io. Sal. Semler* in hist. introduct. ad Baumgartenii theol. polemicam (germanice scriptam,) tom. II. §. 59. sq. pag. 86-133. vbi et doctrinam placitaque Irenaei copiose persequitur, et multa alia, quae ad historiam atque interpretationem illorum pertinent, critice et historice tractat, atque pag. 92. not. addit quaedam et emendat, quae in societ. lat. Ienens. vol. I. p. 68. sqq. de loco Irenaei II. c. 41. de nomine Iesu hebraico scripserat. — (de hoc quoque egit *Danz.* Ienensis, in diss. I. philol. praefixa eius paradigmatibus hebraicis, Ien. 1709. in qua lectionem Irenaei et sensum genuinum indagat.) — *Schroekh* hist. eccl. christian. tom. IV. pag. 192. seqq. *Sam. Gottl. Lange* in historia dogmatum, tom. I. pag. 286-328 cel. *Rosenmüller* de christianae theologiae origine, praecipue sect. II. de vsu traditionum in theologia. — *Rößler* Bibl. der Kirchenväter. I. pag. 262 sqq. Quod veteres scriptores de Irenaei patria, parentibus, anno dieque natali

aetate [dd]) puer Smyrnae S. Polycarpum vidit (non diu post A. C. 147. [ee]) in [illegible], ne sub Antonino Pio igni traditum, audiitque inde P[illegible] [ff]), [illegible] Iohannis, hinc sub Pothino Lugduni in Gallia presbyter [gg]) atque a MARTYRIBVS LVGDVNENSIBVS missus cum epistolis ad Eleutherum, romanum episcopum, de [illegible] *Eusebius* V, 3. histor. et 4. Deinde Pothini illius, prope nonagenarii, sub Marc. Aurelio martyrium passi, successor circa A. C. 178. Scripsit Eleuthero eodem romanae ecclesiae antistite ipse nondum, vt videtur, episcopus, aduersus haereses, siue Gnosticorum genera varia *libros quinque*, quorum primus ἔλεγχον siue *detectionem*, ceteri quatuor ἀνατροπὴν siue *redargutionem* τῆς ψευδωνύμου γνώσεως complectuntur. Valentinianae haereseos curiosissimus explorator [hh]), antiquiores sectas breuius perstringit; vt notatum *Pearsonio*

natali nihil prodiderunt memoriae; alii vero recentiores aliter hariolati potius sunt, quam vt omnia ad liquidum perducerent; nec nobis licet secundum vllum litem dirimere. Sententiam *Dodwelli*, qui in dissertat. III. solicite quidem inquirit in annum, quo ortus itemque mortuus fuerit Irenaeus), iam alii satis debilitarunt et vero infregerunt. *Tillemont* in: Memoires pour servir à l'hist. ecclesiastique tom. III. part. I. p. 133. diem Irenaei natalem refert ad a. CXX. *Massuet* in diss. II. ad Iren. art. I. §. 2. pag. 77 ad a CXL. Sed res aeque incerta manet. vid. *Walchii* hist. eccles. pag. 619. *Hamberger* l. c. suspicatur cum aliis, Irenaeum primum adspexisse lucem intra a. CXX-CXXX. Multi praeter ea Irenaeum honore martyris mactant; (a Tertulliano aduersus Valentinianos c. V. p 252. edit. Rigalt. Irenaeum in martyribus numeratum esse, adnotat *Saxius* Onom. l. cit) sed primo diffidunt in anno; dein totam istam vltimi illius supplicii historiam propter silentium vetustiorum scriptorum viri doctissimi, *Dodwell.* l. c. *Sam. Basnage* in annal. politico-eccles tom. I. pag. 67. Caue, aliique abunde refutarunt; atque Ren. Massuetum l. item. § 31. sqq. pag 90. Dodwelli sententiam argumentaque oppugnaturum, leuioribus armis instructum, pro Irenaei martyrio pugnasse, iudicat *Walch.* hist. cit. pag. 622. a ide paullo post in notitia codd Vindobon. — Obitum Irenaei refert *Hamberger* l. c ad a CCII Sed alia quoque, quae narrari solent de Irenaeo, haud omnino certa habemus explorataque *Harl.*

dd) *Irenaeus* III 3. et apud *Euseb* V. 20 Polycarpi discipulum testatur etiam Hieron. de S. E c. 35.

ee) Vide quae supra §. 14.

ff) Hieron. epist. 29. ad Theodoram. Videtur etiam Papiam respicere Irenaeus V. 3. καὶ [illegible] ἑωρακότων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην [illegible]κότων.

gg) Hinc *Pothini* presbyterum vocat Hieron. de S. E De epistolis martyrum Lugd. vide *Pearson* II. 13. Vindic. Ignatii et *Petau.* IV, 5. et V, 7. dogm. theol. de ecclesiastica Hierarchia. Ab episcopo romano ordinatus deinde totius Galliae episcopus, si credimus *Quesnello* ad Leonem M. diss. V. p. 477. 481. sq. Vide tamen, quae obiicit Tillemontius not. 3. ad vitam Irenaei pag. 620.

hh) Vide *I. Franc. Buddei* differt. de haeresi Valentiniana, subiuncta eiusdem Introduct. ad historiam philos. Ebraeorum ed. II. Halae Sax. 1720. 8. passim. Idem tamen pag. 603. 613. 617. et alibi fidem et iudicium subtile Irenaei d[illegible]. Atque *Semler*, non solum in Isagoge histor. ad Baumgart. l. c. pag. 131-133. Sed etiam in prolusione de cauenda molesta sedulitate sacra ad corrigendas quasdam Irenaei et Tertulliani sententias, Halae 1772. 4. fidem Irenaei minuere eiusque libros in suspicionem vel omnino νοθείας vel frequentium interpolationum ab homine, sua episcopi romani amplificaturo, potissimum factarum, adducere adlaborauit: sed illorum librorum defensionem suscepit *Walch*, theol. Goetting. in tomo V. nouorum commentar. societ. doctrinarum Gottingensis, 1775. 4. — Veterum et recentiorum scriptorum de eo iudicia collegerunt *Pope Blount* in censura etc. pag 174-176. *Stolle* l. c. pag. 81. sqq. inprimis *Massuet.* prolegg. pag. CLXIII sqq. qui artic. I. II et III diss. primae pag XI l. vberius agit de Valentino eiusque dogmatibus, discipulis ac magistris. a'ide (*Georg Hopper*) de Valentiniano um haeresi coniecturae etc. Londini. 1711. 4. *Harl.*

fonio 2. Vindic. Ignatii pag. 131. Graece scripserat haud dubie, non latine [ii]), etsi graecis magnam partem caremus praeter ea, quae Epiphanius ex libro primo [ ] seruauit, et quae aliunde maxime ex catenis viri docti eruerunt. *Matthaeus Dresserus* in epistola ad Martinum Crusium A. 1590. *Promisit mihi nuper Demetrius quidem Archipresbyter, quem et tu vidisti, se exemplar Irenaei graecum intra menses sex esse missurum. Ego vicissim duplum ei pretium pollicitus sum, si promissum facit.* Sed minime fecit, quemadmodum et Venetiis et alibi spes de reperiendo graeco Irenaei MSto. fefellit, licet vel propter graecum, quo Irenaeus vsus est, Noui Test. codicem [kk]) operae pretium esset in lucem proferri, si quidem, quod ante aliquot annos mihi adfirmabat Seraphinus, hieromonachus Mytilenaeus, ego autem vix ac ne vix quidem mihi persuadeo, adhuc in bibliothecis Graeciae manu exaratus delitescit. Quis porro fuerit ἀγαπητὸς ille, cui opus suum Irenaeus inscripsit, incertum plane est, licet *Turibium* [ll]) eum vocet ad A. C. 185. Pseudo-Dextri Chronicon. Parum constat quoque, ecquis fuerit auctor versionis latinae, quam ab Irenaei sententia non raro aberrantem, Irenaeo ipsi Posseuinus in adparatu sacro perperam tribuit. Post A. C. 385. occasione reuiuiscentis in Priscillanistis ψευδωνύμου γνώσεως compositam disputat *Dodwellus* [mm]). Verum non Augustinus modo, sed ante hunc Tertullianus iam illa vsus videtur, vt loca, a *Grabio* in prolegomenis part. XIV. adlata, suadent. Gallum quemdam auctorem idem esse coniecit ex quibusdam idiotismis, atque librum quintum extrema magna parte mutilum ad nos peruenisse contendit.

S. Irenaei Codd. mssti et Editiones.

[Primum *codd. msstos* nominabo. Quorumdam mentionem fecit Fabricius. *Vindobonae* in bibl. caesarea in cod. IV. in catena in Genesin, et in cod. XLII. in catena in Euangelium Lucae aliquoties citatur *Irenaeus.* v. *Lambecii* commentar. vol. III. col. 35. et col. 163. sqq. — sententiae quaedam ex Irenaei scriptis desumtae, in cod. XXV. nr. 3. *Lambec.* ibid. col. 102. — fragmentum aliquod de Moyse, in cod. XLVI. nr. 33. *Lambec.* IV. col. 264. In cod. XIV. vol. VIII. col. 214. sqq. quo cod continetur *magni menologii mensis Augustus*, vbi v. Kollarii notas, est nr. 58. *epitome martyrii* Sctorum duorum martyrum *Irenaeorum*, *Sirmiensis in Pannonia*, et *Lugdunensis in Gallia*, die XXIII. Aug. quam integram exhibuit *Lambecius* col. 441. sqq. idem Lambec. adnotat, de Irenaeo Lugdun. etiam agi in *Menaeis Graecorum* eodem die m. Aug. in *martyrologio* autem *romano* d. XXVIII. m. Iunii, et conferre iubet *Baronii* annal. eccl. tom. II. a. C. 205. nr. 28. *Phil. Labbei* diss. de scriptor. ecclef. lit. *I.* ac *Theoph. Raynaudi* indiculum Sctorum Lugdunens. prolegg. IV. et litter. I. De *Irenaeo* autem, episcopo *Sirmio*, agit *Lambec.* ibid. col. 436. sqq. et primum prouocat ad Acta sanctor. cur. Henschen. ac Papebroch. tom. II. d. XXV. Mart. p. 555. sqq.

 qui

ii) Vti Erasmus in epist. nuncupatoria arbitrabatur. Sed *Gelasius* in praef. ad suam ed. contra eum iam disputauit. *Harl.*

kk) Confer *Io. Millii* prolegomena ad N. Test. p. XI. seq. et *Colomesii* epist ad Listellum p. 127. vbi notat, codicem Cantab. et Claremontanum cum Irenaei citationibus conuenire, quod nunc per interpretem tantum coniicere licet.

ll) *Dodwellus* diss. IV. ad Irenaeum §. 7. p. 301. coniicit nomen confictum occasione Turibii Asturicensis, Priscillianistarum oppugnatoris.

mm) *Dodwell.* dissert. V. ad Irenaeum §. 10. pag. 406.

qui ex cod. Parif. regio in adpend. pag. 23. narrationem eius martyrii, mutilam partim, partim vitiofam exhibuerunt. Quare Lambec. ex cod. Vindob. meliore, in nonnullis quoque locis a Parif. discrepante, magnam initii et finis partem excerptis notisque aliquot illuftrauit.

Secundum *Montf.* in bibl. bibliothecar. msst. funt fragmenta Irenaei in pluribus catenarum codd. et eiusdem opp. in cod. CLXXXVII et CLXXXVIII. nec non eius aduerfus haerefes in codd. nr. CLXXXVII et CLXXXVIII. bibl. *Vaticanae* et latine quaedam; (tom. I. p. 14. D. et pag. 98. B. pag. 131. C. et pag. 142. A. p. 641. C.) — *Romae* in bibl. *Ottoboni*, opp. latine. (ibid. pag. 183. A. et 185. D.) — Inter codd. Voffian. in Anglia, Iren. lat. bis. (ibid. pag. 681. E. D. in catal. bibl. *Leidens.* pag. 371. nr. 33. inter codd. *Voffian.* latin. occurrunt *Irenaei* libri V. contra omnes haereticos. Hunc optimum codicem contulit Dodwellus, indeque collectas V. L. omnes, et apographum var. lection. a Iof. Mercero olim e duobus codd. erutarum, Grabio conceffit.) — *Romae* in bibl. reginae Chriftinae libri contra haerefes, in tribus codd. (*Montf.* I. p. 66.) — In bibl. *Coislin.* confeffio patrum *Irenaei*, Dionyfii, Ignatii, arabice, (tom. II. pag. 1042. A.) — gr. in pluribus catenarum codd. (ib. p. 1047. B. D. E. pag. 1048. B. pag. 1049. E. A. B. C. et pag. 1309. B. in cod. Mazarin. conf. plures catenas in codd. Coislin.: *Montf.* bibl. Coislin. pag. 41. 42. 43. 45 66. 75. 76. 245. 248. 251. 263.) — in bibl. regia, vitae Polycarpi, Irenaei, Ignatii. (II. pag. 908. C.) In codd. *Vaticanae* bibl. quinque Eufebii Chronici, Hieronymo interprete, fcribi modo *Irenaeum*, modo *Hyerenaeum*, modo *Ireronaeum*, modo *Yrenaeum*, a Montfaucon notatur in tom. II. pag. 152. fin. — Tum fragm. in parallelis Io. Monachi, ab aliis Io. Damafceno tributis. in cod. *Coisl.* CCLXXVI. et quaedam in cod. CCLXXXXVI. v. *Montf.* bibl. Coisl. pag. 390 et 414. — in cod. *Maximi* opp. ibid.

Venetiis in bibl. Marc. fragm. in catena patrum, codd. XV. v. cat. codd. gr. p. 17. — et in codd. CXX. bibl. S. Michael. tefte *Mittarellio* in cat. codd. pag. 553.

Florentiae in bibl. *Laur. Medic.* in catena in IV. Euangelia occurrunt fragm. (*Band.* cat. codd. gr. I. pag. 161.) et in cod. VI. nr. 8. plut. 86. in collectione teftimoniorum de praefcientia dei locus Irenaei ἐκ τῦ δ' ἐλέγχυ, καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμυ γνώσεως. — Inter codd. Barocc. *Oxonii* eft in cod. XXVI. *Irenaei* fragm. aduerf. haerefes. — in cod. bibl. Norfolc. *Londin.* nr. MMDCCCCLXXXV. (catal. codd. Angl. et Hibern. II. pag. 76.) *Iren.* opp. latine. — *Dublini* in bibl. collegii S. Trinitat. nr. 793. (catal. cit. II. 2. pag. 46.) Paffio Irenaei. — Codicem *Arundelianum*, in bibl. regiae fociet. Londini adferuatum, contulit Grabius, eum quadringentorum annorum effe arbitratus. Idem Grabius ex cod. bibl. collegii noui *Oxonienfis*, qui catenam patrum in acta apoftolorum continet, multa collegit ediditque fragmenta. — Progredior ad *editiones*, de quibus vide quoque *Dupin* in biblioth. noua ecclefiaftic. pag. 112. *Maffuet* in prolegg. et notis poft textum, fect. III. pag. 17. et *Ittig.* in felect. capp. hift. ecclef. pag 21. fqq. vbi de Irenaeo multus eft. Hoc addere licet, fecundum Maffueti iudicium in praef. pag. 5. Erasmianam editionem innumeris fcatere mendis, lacunis, mutilisque ac deprauatis periodis.

Ex

Ex *Erasmi* ad tres codices MSS. recensione, Basil. 1526. 1528. 1534. 1548. 1554. 1560. fol. Paris. 1545. 1563. 1567. 8. nn)

Cum argumentis notisque *Nicolai Gallasii*, Geneuae 1570. fol. cum nonnullis graecis ex Epiphanio fragmentis.

Ex editione *Io. Iacobi Grynaei*, qui libro primo loca Irenaei, ab Epiphanio seruata, reposuit, (parum laudato studio) ex latina versione Iani Cornarii, vetere interpretatione omissa, nouaque argumenta addidit. Basil. 1571. fol. Varias lectiones, quas praefatio et titulus promittit, nullas adiectas esse video.

Cum commentariis *Francisci Feuardentii* Ord. Minor. Paris. 1575. fol. apud Niuellum, et secunda editione Colon. 1596. fol. cui praeter notas locupletiores Feuardentii, accessere graeca fragmenta Irenaei ex Iustino, Basilio M., Epiphanio, Eusebio, Theodoreto, Anastasio Nicaeno, Melissa, Demetrio, Damasceno et Niceta, cum latina versione Ioach. Perionii, Iac. Billii, Ioh. Christophorsoni et aliorum: Scholia *Iac. Billii* et notae *Frontonis Ducaei* S. I. in XVIII. primi libri capita: Fragmenta aliorum Irenaei librorum cum Feuardentii notis, fragmenta Polycarpi et Victoris Capuani Catena in Euangelia, B. Irenaei encomia ex aliis patribus collecta, et conflictus Arnobii et Serapionis de DEO trino et vno, deque duabus in CHRISTO naturis in vno supposito, antea ineditus oo). Recusa est haec editio Colon. 1625 et Paris. 1639. 1675. fol. quibus postremis editionibus etiam fragmenta alia a Petro Halloixio in c. 15. vitae Irenaei tom. 2. p. 480. ex Damasceni maxime parallelis adiuncta sunt pp). Feuardentius ope MS. codicis Vaticani plura errata sustulit, et libri quinti capita quinque postrema primus vulgauit. Recusa Feuardentii editio sed sine notis, in bibl. patrum Lugdunensi 1677. tomo secundo.

Matthias Launcius, senator Antwerpiensis, emendatiorem Irenaei editionem pridem molitus fuit, teste *Io. Drusio* centuria 1. Miscell. cap. 44. Nonnulla Irenaei loca e veteri codice emendauit *Latinus Latinius* bibl. sacro-profanae pag. 183. sq. Plura illustrauit *Iacobus Billius* in sacris obseruationibus I. 33. sqq. et II. 5. Paris. 1585. ad calcem epistolarum Isidori Pelus. editis, laudatus etiam Feuardentio ad libri 2. Irenaei caput 1.

Henrici Dodwelli, doctissimi viri, et licet paradoxis quandoque indulgeret, cum magna tamen antiquitatis, ecclesiasticae praesertim, iactura die V. Iunii anno 1711. denati, dissertationes praeclarae in Irenaeum viderunt lucem Oxoniae a. 1689. 8. Illarum *primi*

nn) In bibl. *Leidensi* est ed. Paris. collata cum msstis. v. catal. pag. 51. *Harl.*

oo) Denique accessere in calce fragmenta noua Irenaei, ex bibl. Cardinalis Rupifucaldi deprompta, gr. et lat. edita, ex Ioannis Damasceni cod. aliaque a Sirmondo ex catenis patrum. Vitae Irenaei, in qua veras falsis miscet Feuard. narrationes, subiecit *antidota* aduersus probra et impias, vt ait, criminationes, quibus illustrissimam Irenaei famam lacerare, auctoritatemque vel imminuere vel labefactare conantur nouissimi huius temporis haeretici, (nempe Caluiniani et centuriatores magdeburgenses;) sed male rem gessit, ad defendenda quaedam suae disciplinae placita; nec vlli sobriae doctrinae addicto persuasit. Et tamen Massuetus illa recoxit in sua editione. Parisinam autem edit. a. 1675. vberius recensuit et de Irenaei scriptis egit *Io. Fabricius* in histor. bibl. Fabric. tom. I. pag. 69. sqq. *Harl.*

pp) Correctiora illa dedit Grabe in sua ed. ex illo et cod. Rupefucald. ope Mich. Lequien. *Harl.*

ma et *secunda* fidem Irenaei et aequalium quoad remedia cognoscendi ordinaria, quod proximi apostolicae aetati essent, et extraordinaria siue dona prophetica et miraculosa pro virili adstruit. *Tertia* de aetate Irenaei, *quarta* de operis aduersus haereses consilio et suscepti tempore, *quinta* de latino interprete, eius aetate, capitumque, quae non ab [?] Irenaeo est, partitione, et *sexta* de aliis Irenaei scriptis deperditis disputat, subiuncto adpendicis in vicem fragmento ex lib. 24. *Philippi Sidetae* de Catechistarum Alexandrinorum successione cum notis, et synopsi chronologica rerum, in his dissertationibus expositarum.

Editio luculenta et nitida *Io. Ernesti Grabe*, Oxon. e theatro Sheldon. A. 1702. fol. qui latinam versionem e quatuor MSS. codd. emendauit Graeca praeter ea, quae Feuardentius, Halloixius et ex Catenis *Combefisius* tom. I. Auctarii nouissimi bibl. patrum p. 298. sq. *Cotelerius* ad Barnabae epist. c. 15. p. 45. ex cod. regio, et *Alexander Morus* in notis ad nouum foedus ex codice Mediceo ediderant, plura etiam protulit et restituit e MSS. tum fragmenta scriptorum Irenaei vberiora edidit, et singulis paginis varias lectiones et notas selectas variorum, (Feuardentii praecipue) atque suas subiecit. Praemissis post vitam Irenaei a Feuardentio scriptam nouis prolegomenis, in quibus a Dodwelli rationibus subinde dissentire Grabius non dubitat, licet in opere ipso eum consuluisse non diffiteatur. Post indices locupletissimos et glossarium latino-graecum *Iohannis Potteri* studio concinnatum, subiectum est, mantissae loco, *Io. Croii* specimen coniecturarum in quaedam loca Origenis, Irenaei, Tertulliani et Epiphanii, editum pridem A. 1632. 8. et a *Petauio* ad calcem Synesii A. 1640. oppugnatum, quae Petauii diatriba etiam Epiphanio Petauii editionis Coloniensis siue Lipsiensis subiuncta legitur qq)

Denique ex meritissimo de ecclesiastica antiquitate Ordine Benedictinorum Congregat. S. Mauri, *Renatus Massuetus* Irenaeum de integro ad priores editiones et tres codices MSS. romanum card. Ottoboni, binosque Gallicanos, quorum vnus Collegii Paris. S. I. laudatur etiam a *Nourrio* pag. 574. Adparatus ad bibl. Patrum, recensuit, nouis fragmentis graecis, obseruationibus ac notis auxit, copiososque indices et glossaria bina graecolat. et latino-graecum, indicesque locupletes subiunxit. Paris. apud Io. Baptistam Coignardum 1710. fol. Commendant hanc editionem tum alia, tum collectio fragmentorum et reliquiarum, quaecunque de antiquis *Gnosticis* reperiri potuerunt, tum tres Massueti dissertationes operi praemissae, quarum prima [?] de haeresibus, quas

qq) Pleniorem huius editionis notitiam dederunt auctores actorum erudit. Lipsiens. a 1702. m. Iul pag. 308 sqq. In doctis prolegomm. § 5. inquirit Grabius, num graecus exstet Irenaei codex, et monet, ista, quae in Claromontanis Parallelorum Damasceni membranis leguntur, Irenaei dicta, vix esse a Damasceno ipso inserta, quum ea neque in latina parallelorum illorum versione, a Billio edita, neque in cod. isto Vaticano graeco reperiantur, breuibus quibusdam sententiis exceptis. Idem pag. 220. nr. 4 confitetur, se in spicilegio patrum saeculi I. p. 21. perperam tradidisse, Irenaeum euangelium Nazaraeorum seu secundum Hebraeos, et Ebionaeorum, seu secundum Matthaeum pro vno eodemque habuisse; immo non tam Irenaeum, quam Eusebium, Hieronymum et alios esse huius erroris coarguendos. *Harl.*

quas oppugnat Irenaeus, altera de illius aetate, vita, ſcriptis et martyrio aduerſus Dodwelium, qui martyrem fuiſſe praeter rem negat: tertia denique de Irenaei doctrina fuſe et erudite disputat, de qua videri quoque poterit B. *Ittigius* in hiſt. eccleſ. ſaeculi ſecundi ſelectis capitibus, et *Nourrius* adparat. ad bibl. patrum ſec. II diſſert. 6. *Fabr.* Longam huius edit. cenſuram leges in actis erudit. Lipſ. a. 1712. m. April. pag. 173-183. et pag. 277-280. in qua praecipue Maſſueti diſſ. Irenaeo praefixae perluſtrantur, et nonnulla praecipue de Nicolaitis et Simone, mago, expenduntur curatius. Quoniam Grabius in ſua edit. oſtenderat contra adſeclas diſciplinae romanae, Irenaeum ritibus placitisque eccleſiae romanae frequenter aduerſari: aegre id tulit Maſſuetus, et quaque data occaſione Grabianas notas examinare, ſuarum partium et diſciplinae cauſſam tueri, cum primis in diſſertatione, per XI. ſectiones ſiue articulos Irenaei doctrinam ita proponere et explicare conatus eſt, vt parum diſcedere videretur ab edictis placitisque epiſcopi romani huiusque miniſtrorum ſingularibus. Irenaeum igitur patronum ſiſtere ſtuduit opinionis et dogmatum de ſuprema pontificis romani iurisdictione in omnes coetus ſacros, de diuinorum oraculorum obſcuritate, de apocryphorum librorum traditionumque auctoritate, de Miſſae ſacrificio, et, vti dici ſolet, transſubſtantiatione etc. In artic. IV. etiam contra *Salmaſium* pugnat, quod is in libro de primatu pap. cap. 3. pag. 65. Lugd. B. 1645. de loco Irenaei quodam contra auctoritatem epiſcopi rom. disputat. Grabe quidem, cognitis Maſſueti criminationibus, cauſſam ſuam et ipſius Irenaei haud deſeruit, et non ſolum nouam voluit editionem parare, ſed etiam vindicias ſcribere adgreſſus eſt. Enimuero morte abreptus, nec illas perfecit, nec nouam curauit editionem. Sed, teſte *Hickeſio*, in narratione de Grabio eiusque mstis p. V. et VI. adfectatum manuque ſua ſcriptum reliquit opus: *Irenaeus reuiſed and corrected with collections and references for a new edition, in which he deſigned to animadvert vpon the learned Editor of the new Pariſ. edition of that Father MDCCX. in his own defence.* Quare cauſſam bonae rei et Irenaei ſuſcepit D. *Salom. Deyling* in libro, inſcripto: *Irenaeus euangelicae veritatis confeſſor ac teſtis a Renati Maſſueti prauis explicationibus vindicatus. Editio altera, auctior et emendatior.* Lipſiae 1721. 4. In quo docto libro Deylingius praecipua, quae controuerſa ſunt, et multa antiquitatis eccleſiaſticae capita perſequitur, multa loca Irenaei explicat examinatque, nec eius errores reticet; praeter ea Dodwelli aliorumque commentum de animo naturaliter mortali indicat docetque male requiri prauae illius opinionis praeſidium in Irenaeo. Item Grabio, Maſſeio, Whiſtonio aliisque, aliter ſentientibus et auctoritate Irenaei abuſis, cauſſam ſcribit. *Semler* quoque l. c. Maſſuetum refutat. Editio *Maſſuet.* recuſa eſt Venetiis 1734. additis fragmentis Irenaei anecdotis, a *Pfaffio* editis. —

Nouae autem litis auctor et dux exſtitit *Chr. Matth. Pfaffius*, qui, noua Irenaei fragmenta repeciſſe ſibi viſus [rr]), *fragmenta anecdota ex bibliotheca Taurienſi eruit*, *latine vertit et euulgauit*, primum in diario italico, (Giornale de' Letterati d'Italia,) tom. XVI. p. 226. eaque

rr) N. ex codd. illius biblioth. qui catenas ſ. comment. in patres eccleſ. continent, ea fragm. quae Irenaei nomen praeferunt.

eaque adiunxit Fabricius suae editioni Hippolyti, vol. II. pag. 64. sine notis et *Guil. Whiston* libro suo: Clement's and St. Irenaeus's vindication of the apostolical constitutions. At *Scipio Maffeius* iam in eodem diario, tom. XVI. pag. 229. et illorum fragm. αὐθεντίαν in dubium vocare argumentis haud leuibus vsus, et ea, quae Pfaffius in notis suis fidei romanae contraria adtulerat, refellere sustinuit. Quo facto Pfaffius edidit separatim:

Irenaei fragmenta anecdota, quae ex bibl. Taurinensi eruit, latina versione notisque donauit, duabus dissertatt. de oblatione et consecratione eucharistiae illustrauit, denique *Liturgia graeca Io. Ern. Grabii* et diss. de praeiudiciis theologicis auxit *C. M. Pfaff* Hagae Com. 1715. 8. atque in praef. aeque ac in notis singula Maffei argumenta modeste persequutus tam anecdotorum fidem, quam suarum animaduersionum veritatem vberius eruditeque explanauit et defendit: Massueti quoque errores saepe correxit in notis. Enimuero *Maffeius* in eodem diario erudit. tom. XXVI. p. 51. scripsit vindicias, et ea, quae sibi dubia videbantur, copiosius exposuit. Quare Pfaffius iterum caussam suam tueri studuit in *dissertat. apologetica de fragmentis Irenaei anecdotis* deque oblatione et consecratione veterum eucharistica. Tubingae 1717. 4. — rec. in illius primitiis Tubingensibus, Tubingae. 1718. 4. — Postea *Franciscus Maria Leoni*, professor metaphysices Patauinus, in tribus litteris hanc controuersiam haud placide tentavit componere; sed a Maffeio conductus, (vid. *Pfaff.* in act. erud. 1752. pag. 446.) quae epistolae nouae Irenaei edit. Venetae cum anecdotis illis Pfaffii que notis et Maffeii epistolis sunt additae. *Pfaffius* autem antea *syntagmati dissertatt. theologicarum*, (Tubingae 1720. 8.) rursus adiecerat Liturgiam Grabianam et fragmenta Irenaei anecdota cum adiunctis in editione belgica adnotatt. pag. 573. sqq. — Denique Hagana editio typis renouata et inscripta est:

S. Patris Irenaei scripta anecdota, gr. et lat. notisque ac dissertatt. illustrata. Denique liturgia graeca Io. Ern. Grabe. Aucta labore et studio *C. M. Pfaffii*. Lugduni Bat. etc. 1743. II. tom. 8. In praefat. ad Liturgiam graecam, a Grabio ad normam veterum liturgiarum compositae, (pag. 498. seq. tom. II.) de Grabio quaedam notantur, praecipue falsum fuisse rumorem, eum sub vitae exitum ad disciplinam rom. desciuisse. (conf. Journ. liter. de May et Iuin, Hagae Com. 1713. 8. tom. VI. pag. 135. et *Stolle* in hist. suae bibl. vol. I. p. 580. sqq.) — At enim auctores catal. msst. gr. Taurin. tom. I. Ant. Riuautella et Franc. Berta in praef. ad illum cat. pag. VII. litem mouerunt Pfaffio, num in codice vllo Taur. fragmenta illa repererit, aut ex quonam depromserit codice; se quidem, adfirmant, omnes Taur. codd. in quibus haberentur patrum catenae, omni adhibita diligentia perlegisse; sed ne vnum quidem inuenisse verbum, aut aliquid, quod proxime accederet: nec benigne sentire videntur. Graue crimen! Sed depellere studuit culpam fraudis aut nescio cuius malefacti in epistola ad Kappium, in nouis actis erudit. Lips. a. 1752. m. Aug. p. 143. sqq. et suspicatur, forsan post suum abitum aliquem improbam codicibus pluribus manum iniecisse. Neque tamen Pfaffius omnes V. D. in suam adducere potuit sententiam, fragmenta illa esse genuina. Sic *Deylingio* l. c. pag. 6. *Longio* l. c. pag. 287. et aliis haud videntur illa Irenaeo tribuenda. *Semler* vero l. m. pag. 130. sq. not. 127. suspicatur, illa desumta esse

ex

ex collectionibus plurium excerptorum, ex ſcriptoribus eccl. factorum, nullo ordine ſeruato: hinc etiam illa fragm., verbis interdum mutatis aut locis contractis, ex notis V. libris Irenaei fuiſſe deſcripta, et fragmentum II. Pfaffianum omnino ſumtum eſſe ex edito lib. IV. cap. 17. Pariter fragmentum, quod Maſſuetus ex catena quadam in Lucam tamquam ineditum publicarat, diſerte legi in edit. lib. III. cap. 19 pag. 211. idem Seml. bene monet.

Forſan idem valet, aut eadem cautio adhibenda eſt, de XI. fragm. Irenaei, (quorum quidem quartum iam exſtat in edit. Maſſueti,) quae in lucem protulit cl. *Münter* in fragm. patrum gr. vol. I. nr. 2. — Nouam Irenaei editionem, auctiorem pluribus nouis fragmentis, e codd. depromtis et notis ineditis Th. Ainsleri, Ed. Bernardi, Fr. Iunii et Dan. Heinſii ornatam etc promiſerat *Magnus Cruſius* in diſſert. quadam epiſtolica, Lipſiae 1728. 4. (v. act. erud. Lipſ. a. 1729. pag. 59.) ſed conſilium huius et plurium ibi promiſſorum librorum edendorum ſucceſſu caruit felici.

Irenaei aduerſ. haereſes libri V. eiusdem de pace inter fideles indicium ex *Euſebii* eccleſ. hiſt. I. 5. c. 24. latine: inter *Franc. Rous* Mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 75-123.

Nonnulla Irenaei loca anglice vertit *Guil. Whiſton* et inſeruit ſuo libro: Primitiv Euchariſt reviv'd, London 1735. 8. pag. 24. ſqq. et 49-52.

Io. Croii ſpecimen coniecturarum in quaedam Irenaei loca ſubiectum eſt mantiſſae loco editioni Irenaei Oxon. 1702. et obſſ. quaedam in Irenaeum, ex actis erud. Lipſ. deſumta, ſunt recepta in: Memoirs of Litterature, Lond. 1712. 4. vol. II. p. 267 269.

St. Clement's and *St. Irenaeus's* Vindication of the Apoſtolical Conſtitutions from ſeueral Obiections made againſt them. etc. — by *William Whiſton*. London 1715. 8. — ed. II. ibid. 1716. 8. (v. *Brüggemann*. View etc. pag. 369.) — *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel Hiſtory, part. II. vol. I. London 1748. 8. pag. 343-403. et *Io. Iortin* in: Remarks on eccleſiaſtical Hiſtory, Lond. 1752. 8. vol. II. pag. 206-224. et pag. 375. ſqq. egerunt de Irenaeo.

Contra Grabium ſcripſit *Io. Franc. Buddeus* in disp. qua probaret, *Clementem Rom. atque Irenaeum Miſſae pontificiae non fauere*, Ienae 1705. 4. *Harl.*

XVIII. Index Scriptorum, Virorum illuſtrium et Haereticorum, qui memorantur a S. Irenaeo.

Hyginus,

De S. Irenaeo fusius disserunt praeter iam laudatos Massuetum, Dodwellum, Grabium, Feuardentium, *Halloixius* tom. 2. de scriptor. Orientalium Vitis, *Tillemontius* to-

 mo 3.

mo 3. memor. hist. ecclesiasticae, *Guil. Caueus* in vitis patrum, ex anglico belgice ac germanice editis et in hist. literaria, acta sanctor. ad 28. Iunii T. V. pag. 535. sq. *Theodoricus Ruinardus* [†] in actis selectis martyrum pag. 59. seq. *Theophilus Raynaudus* indiculo sanctorum Lugdunensium Lugd. 1629. 8. p. 285. sq. et tom. VIII. Opp. pag. 63. seq. *Iacobus Seuertius* in Antistitum Lugdunensium chronologia Lugd. 1608. 4. sub init. aliique.

Scripta Irenaei deperdita.

Epistola ad *Blastum* *περὶ σχίσματος*. *Euseb.* V. 20. Hist. *Blastus* enim *Pascha* non aliter nisi decima quarta Nisan Mensis custodiendum esse contendens, latenter volebat Iudaismum introducere, vt scribit auctor adpendicis ad Tertull. de praescript. c. 53. (conf. *Pfaff.* ad fragm. anecd. pag. 148. ed. Lugd. B.]

Epistola ad *Florinum* *περὶ μοναρχίας ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν*, ex qua fragmentum idem *Eusebius* conseruauit V. 20. histor. Meminit et Theodoritus I. de haeret. fab.

Ad eundem *Florinum* in Valentini haeresin iam prolapsum, *περὶ ὀγδοάδος* siue octonario Aeonum numero liber, cui sollennem adiurationem ad transscriptores [ss]), ne quid adderent demerentue vel mutarent, subiunxit, quae eodem loco apud Eusebium et in Hieronymi catalogo S. E. c. 35. legitur.

Περὶ ἐπιστήμης λόγος πρὸς Ἕλληνας. Euseb. V. 26. *συντομώτατον*, h. e. neruosum quod paucis multa docet, et necessarium, adpellat. Hieronymus in catalogo c. 35. eumque secuti Honorius et alii male hoc in duo discerpunt: *contra gentes volumen breue, et de disciplina aliud.*

Λόγος εἰς ἐπίδειξιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος, ad *Marcianum*, fratrem. id.

Βιβλίον διαλέξεων διαφόρων. id. *Varios tractatus* vocat Hieron. [v. *Pfaff.* ad fragm. anecdota pag. 5. et pag. 153.]

Λόγος siue epistola nomine fratrum, quibus praeerat in Gallia, scripta *ad Victorem*, episcopum rom. *de paschate*. Iustin. qu. 115. ad Orthodox. et Euseb. V. 24. hist. vbi ex illa fragmentum, et apud S. Maximum tom. 2. pag. 554. Epistolas [tt]) memorat Hieronymus, sed similiter de vna tantum intelligendus.

[†] Forte etiam Irenaeus, tunc adhuc presbyter, fuit auctor *Epistolae*, sub *Viennensium et Lugdunensium* nomine scriptae ad fratres, per Asiam et Phrygiam constitutos, quam [illegible] seruauit *Euseb.* V. 1. 2. 3. hist. et ex Rufini versione cum notis suis recudi fecit *Godofr. Henschel.*

ss) De hoc more, adiurationes addendi libris, scripsi olim libro III. Obseruatt. sacrarum cap. I. ad locum Apocalypseos XXII. 18.

tt) Vti *litteras*, ita *epistolas* quoque plurali numero de vnica epistola dixere veteres, vt Seneca epist. 33. *Desideras his quoque epistolis sicut prioribus adscribi aliquas voces nostrorum procerum.* Alia exempla adtuli in codice Apocrypho Noui Test. p. 9.5 et lib. IV bibl. graecae c. 7. vbi de epistola S. Pauli ad Philippenses. [p. 803. sq. vol. IV.]

Henschenius in Actis sanctor. tom. 1. Iunii pag. 162. seq. Certe sub Irenaei nomine laudatur ab *Oecumenio* ad 1. Petr. 5.

Ex Λόγοις Irenaei περὶ πίστεως ad Demetrium, Viennae diaconum, fragmenta apud S. Maximum. Vide *Irenaeum* Grabii pag. 467.

Singulare σπούδασμα siue *conscriptionem aduersus Marcionis* uu) *haeresin* promittit *Irenaeus* I. 29. et III. 12. quod et *Eusebius* V. 8. adnotauit, librum illum sibi non visum ita satis innuens. In codice Guelferbytano catalogi Hieronymiani pro verbis *ad Marcianum, fratrem*, Ernestus Salomon Cyprianus testatur legi *ad Marcionis fraudem*. Sed merito reiicit illam lectionem.

Caii librum περὶ παντὸς Irenaeo quidam, alii Iustino tribuerunt, teste *Photio* cod. XXXXVIII. [v. supra ad Iustin. et *Semler* l. c. pag. 132. not.] Idem cod. CXXI. notat, *Hippolytum* ὁμιλίας Irenaei aduersus haereses misisse in compendium, de quo vt de ceteris, quae iam memoraui, deperditis Irenaei scriptis, vide accurate differentem *Dodwellum* diss. VI. Iustinum quoque et Irenaeum Apocalypsim S. Iohannis interpretatum, scripsit Hieron. in catalogo cap. 9. Sed, vt multa, scripsit aliud agens. Nam *Eusebius* tantum de Iustino IV. 18. μέμνηται Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως σαφῶς τοῦ Ἀποστόλου εἶναι λέγων. Similiter de Irenaeo V. 8. Confer, si placet, quae notaui supra lib. IV. c. 5. §. 8. Sic idem Hieronymus prooem. libr. 28. in Esaiam ait, Dionysium Alex. scripsisse librum aduersus Irenaeum, quo mille annorum fabulam irriserit. At Nepoti, non Irenaeo, opposuerat librum illum Dionysius, vt in catalogo Hieronymus ipse ex Eusebio recte scribit.

[Fabricius olim ad illustrandam Irenaei adiurationem, libro suo praemissam, (v. notam ss antecedentem) ex libro III. suarum obss. longam de eiusmodi obtestationibus dirisque veterum quorumdam scriptorum inseruerat obseruationem. Quae quamuis docta sit, nec obseruationum illarum libri lucem adspexerint, (v. *Reimarum* in vita nostri Fabricii pag. 207. seq.) tamen illam hic, vt chartae parcerem, omittendam censui. Atque de illis diris alii quoque multa coegerunt, e. g. *Lilienthal* in select. histor. et litter. obseru. I. *Gottlob Henr. Pipping.* in disp. *imprecationes libris adscriptas — recensebit*, d. 17 Maii. 1721. 4. Latius vero persequutus est et ex omni historia exposuit atque illustrauit id argumentum anonymus quidam in libro, inscripto: *Historische und moralische Abhandlung von dem gelehrten Bücherfluche, wie auch von einigen andern iuristischen, politischen, Kunst-Geheimniss-Wissenschafts-Religions-Kriegs- und Staats-Flüchen der Heiden und Christen: mit einer Vorrede des H. Canzlers von Mosheim.* Halae Sax. 1751. 8. *Harl.*

[P] *XIX.* TATIANVS, Syrus vv), philosophia artibusque ac disciplinis ww) Graecorum

uu) *Semler* l. c. pag. 133. suspicatur, intelligi Marcianum, qui Rhossi in Cilicia errores Docetarum propagauit. *Harl.*

vv) Ipse de se *Tatianus* pag. 174 γεννηθεὶς ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ. Hinc Σύρος τὸ γένος Epiphanio dicitur. Saepe enim inter se confunduntur Syria et Assyria. Confer *Allat.* pag. 7. ad Eustath. in Hexaem. *Damascenus* de haeres. c. 46. ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι. Vnde in Mesopotamia, prouincia Syriae, natum colligit

Ten-

rum diligenter excultus, ac multis peragratis regionibus [xx]) delatus Romam, obscoena ibi et crudeli superstitione offensus [yy]), Christianis se iungere coepit, innotuitque Iustino, martyri, a cuius ore pependit [zz]), ac vicissim alios et in his Rhodonem [a]) Romae docuit; ceterum commune cum Iustino Crescentis, Cynici [b]), odium expertus est. Iustino hunc per Crescentem delato et ad supplicium rapto, Tatianus euasit Syriamque repetiit, et circa A. C. 172. et duodecimum M. Aurelii Antonini [c]) haeresin [d]) coepit prodere, qua nomen suum mirum in modum apud ecclesiam CHRISTI infamauit. Ex scriptis eius nihil ad nos peruenit praeter λόγον πρὸς Ἕλληνας [e]) scriptum circa A. C. 168. atque *Clementi Alex.* I. Strom. pag. 320. *Origeni* I. contra Cellum pag. 14. *Eusebio* IV. 16. et 29 Histor. et *Hieronymo* c. 29. de S. E. laudatum, quo probat, Graecos illis, quos vocant ipsi, *Barbaris*, hoc est, Orientalibus [f]), omnia praeclara debere, ὅτι ὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς Ἕλληνες καλλωπίζονται

Tentzelius pag. 218. diss. select. Sed habuit illud Damascenus ab Epiphanio, qui XLVI. 1. tantummodo testatur, Tatianum haeresin proditurum, in Mesopotamia primum anno Antonini duodecimo διδασκαλεῖον πρoστῆσαι.

ww) Ita accipiendum apud *Eusebium* IV. 16. vocabulum σοφιστεύσας. Vt Tatianus de seipso 170. σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, quod pag. 174. dicit ὁ κατὰ βαρβάρες φιλοσοφῶν, παιδευθεὶς δὲ πρῶτον τὰ ὑμέτερα, et p 170. τῆς καθ᾽ ὑμᾶς βαρβάρε φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην. alibi pag. 162. ὁ κατ᾽ Ἐπίκερον σοφιστεύων. Nihil ibi de *eloquentiae magistro*, quem egisse Tatianum persuasere sibi viri doctissimi, etiam e veteribus Hieronymus ac Rufinus, ac forte Theodoretus. Nam sophistam quidem Tatianum vocat, sed hoc nomine Tatianus solet ipse adpellare philosophos, vt p. 173. πολλοὶ γὰρ κατ᾽ αὐτὰς σοφισαὶ, et p. 170. τί δὲ καὶ ἄτοπον κατὰ τὸν οἶκον ὑμῶν σοφιςὴν γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενον, vbi per sophistam illum non se, vt visum *Tentzelio* pag. 219. sed Solonem vel Socratem intelligit.

xx) Tat. or. contra Graec. pag. 123.

yy) *Tatianus* orat. contra Graecos pag. 170. Confer abbatis de Longerue diss. de Tatiano.

zz) *Irenaeus* I. 30. *Epiphan.* 46. 1. [*Tertullian.* de praescription. haeretic. c. 52. Sed Iustinum superauit acumine et eruditione.]

a) Euseb. V. 13.

b) *Tatian.* orat. contra Graecos pag. 157. 158. vbi ad Iustinum θαυμασιώτατον adpellat.

c) *Antonini Pii*, scribit Epiphanius XLVI. 1. sed Aurelium Antoninum quoque Pii nomine venisse, pluribus testimoniis probat *Pagius* ad A. C. 152. nr. 3 *Fabr.* Tatianum sub Antonino Pio a. CL. haeresin esse professum; sed multis deinde annis magnos fecisse progressus; propriam tamen scholam, et suo nomine haeresin paullo ante obitum condidisse et a communione eccles. discessisse (circa a. 172.) late probatum iuit *Dodwell* in diss. III. et IV. ad Iren. pag. 256 et 359. sqq. *Harl.*

d) *Hieronymus* de viris illustr. cap. 29. „postea, inquit, inflatus eloquentiae tumore, nouam condidit haeresin, quae ἐγκρατιτῶν dicitur. Num vero omnia crimina Tatiano a veteribus iure an iniuria sint adficta, nec definiri potest, nec explorari, quum nullum eius scriptum, ex quo possit certius cognosci, hodie superfit. *Harl.*

e) Rufinus et Hieron. *aduersus gentes*: sed videtur rectius transferri *aduersus Graecos*, quibus Barbaros opponit.

f) Tatianus sub voc. *Barbarorum* intellexisse orientales et philosophiam orientalem atque aegyptiacam atque systematis, quod vocatur, emanatiui decreta dogmatibus adtemperasse christianis, nec non Cabbalistarum, Gnosticorum et Platonicorum recentiorum somnia admiscuisse, immo vero iam eo tempore, quum haberetur orthodoxus, parum afuisse a fanaticismo orientali, *Bruckerus* in histor. critica philosophiae, tom. III. (vbi a pag. 378-396 doctrinam et errores Tatiani late explicat, summopere contendit atque demonstrare admisus est. E contrario *Sam. Gottl. Lange* in historia dogmatum, tom. I. vbi pariter pag. 223-260. Tatiani placita, meliore ordine adhibito, exponit, primum pag. 227. sqq. ex ipso Tatiano c. 1. et 45 48 ed. Worth ostendit, sub voc. βαρβάρων non vnice intelligendos esse philosophos

πίζονται ἑλληνικὸν, ἀλλὰ ἐκ Βαρβάρων τὴν εὕρεσιν ἔσχηκός. Quoniam in hoc ſcripto nonnulla tangit, ad temporum rationes facientia, hinc *Chronographus* dicitur Tatianus a Iohanne Malala et auctore Chronici Alex. [F] et *Chronicon* ſcripſiſſe a Rufino traditur, ſiue χρονογραφίαν ex loco *Euſebii* VI. 13. hiſt. Teſtimoniis veterum de Tatiano, perquam diligenter collectis et editioni Oxonienſi praemiſſis a Wortho, addendum eſt hoc Euſtathii Antiocheni, in limine Commentarii in Hexaëmeron: Κλήμης μὲν δὴ καὶ Ἀφρικανὸς καὶ πρὸς τούτοις Τατιανὸς, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος κατὰ Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν θεσπέσιον Μωυσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκαστος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας. ὑποσχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Tatiani Codd. mssti et Editiones.

[Codices quosdam iam indicauit Fabricius, quare aliorum quoque adferam notitiam. In bibl. *Pariſ.* publ. cod. CLXXXI. nr. 11. cui, vt ait confector catal. codd. Pariſ. II. pag. 28. accedunt ſcholia paullo vberiora, nec indigna omnino, quae lucem publicam adſpiciant. Variae autem codicis illius orationis lectiones in edit. Oxon. 1700. repraeſentatae ſunt. — tum in cod. MMCCCLXXVI. nr. 4.

In *Italia*, in bibl. *Mutinenſi* cod. membr. ſaeculi X. *Tatiani* orat. cum Athenagora etc. (v. *Montfaucon* diar. ital. pag 31.) — *Bononiae* in bibl. coenobii canonic. regular. cod. Tatiani, ſcriptus a Valeriano Albino, canonico, a 1533. teſte eod. pag. 408. — *Venetiis* in bibl. D. Marci cod. CCCXXXXIII. (at. codd. gr. pag. 157.)

In *Anglia* in bibl. *Bodleiana* inter codd. Fr. Iunii, nr. MMMMMCXXV. *Tatiani* harmonia euangeliorum, cum praef. Victoris epiſc. Capuae, francice, cum adnotatt. in quibus comparantur — cum francicis textus gothicus et anglo-Sax. (cat. codd. Angl. et Hibern. I. pag. 249.) — ibid. nr. MMMMMCLIV. *Iunii* auctarium notarum in Tatianum. (cat.

ſophos *orientales*, ſed eos, qui exteri, nec *graeci* fuiſſent philoſophi, et Tatianum reprobaſſe omnem diſciplinam a vero dei cultu alienorum ſacram, ſiue fuerit philoſophorum ſiue multitudinis, ſiue Graecorum ſiue barbarorum. Item τὰς βαρβάρους γραφὰς, quarum mentionem facit Tatianus, interpretatur libros V. T. forſan nonnullos quoque N. T. ex quibus βάρβαρον σοφίαν, quam vocat τὴν ἡμετέραν φιλοσοφίαν repudiatis religionibus, ſe didiciſſe profiteatur. Tum p. 234. ſqq. contra Bruckerum *Cottamque*, qui illum ſequitur in: Verſuch einer Kirchenhiſt. des N. Teſt. part. II. pag. 802. ſeqq. docet, Tatianum, cuius philoſophia quamuis mixtura fuerit philoſophematum graecorum atque orientalium, neque additum philoſophiae orientali, quae ſi opponitur graecae, neque adeo ſyſtemati emanationis, eo ambitu eoque modo, quo id philoſophia orientalis admittere atque tradere ſolebat, amplexum fuiſſe; Bruckerum vero loca in Tatiani oratione, quae illi ſyſtemati a parte aduerſentur, male interpretari. Tatianum denique nec philoſophia valuiſſe nec eloquentia, ex ipſa eius oratione, docte quidem, nec tamen apte, multo minus ſubtiliter ſcripta, non, recitata, idem *Lange* p. 224. poſt alios collegit. Atque antea *Semler* in hiſtoria dogmatum, praemiſſa Baumgartenii theol. polem tom. II. pag. 74. ſqq. et opiniuncularum Tatiani, a Gnoſticorum ſomniis haud liberi, falſitatem et errorum multitudinem operoſe luculenterque demonſtrauit, docuitque, quam inanem in explicandis vindicandisque quibusdam orationis Tat. locis poſuerint *Bullus* in defenſ. fidei nicenae III. c. 6. *Ceillier* in hiſt. generale des auteurs ſacres, t. III. p. 127. aliique. Oratio tamen ipſa vtilis eſt ad hiſtoriam philoſophiae et ſuperſtitionis antiquae. *Harl.*

(cat. pag. 251.) — ib. MMMMMCCXXVI. *Iunii* in Tatianum et glossaria. (cat. p. 254.) — In collegio *Etonensi*, nr. MDCCCLXXXVI. cat. cit. II. pag. 48.) *Tat.* orat. ad Graecos. *Harl.*

Editiones.

Graece e Io. Frisii codice (quem ab Arnoldo Arlenio Peraxylo Venetiis acceperat cum alio codice collatum,) primum edidit *Conradus Gesnerus* Tiguri 1546. fol. apud Froschoverum cum Antonii Melissa et Maximi sententiis, ac Theophilo ad Autolycum. Ab huius editionis lectionibus sine caussa quandoque recessisse posteriores editiones, queritur Wilh. Worthus. *Fabric.* Istam Tatiani orat. non a Conr. Gesnero; sed a *Io. Frisio*, Tigurino, primum luce donatam esse, animaduertit *Worth* in praefat. Frisius enim acceptum codicem communicauit cum ciue suo, Conr. Gesnero, qui, perlecta oratione, aliquot insuper margini illeuit ex ingenio suo coniecturas atque emendationes. *Harl.*

Latine, eodem *Gesnero* interprete, qui notas etiam addidit. ibid. eodem anno fol. Recusa deinde Gesneri versio in bibliothecis Patrum, 1575. 1589. 1610. Colon. 1618. et in nouissima Lugdunensi 1677. tom. II. et inter *Franc. Rous* Mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 66-74.]

Graece et Latine cum Gesneri versione in Orthodoxographis *Io. Heroldi* A. 1555. Basil. fol. et in auctario bibliothecae Patrum cum *Ducaei* notis Paris. 1624. fol. et cum Iustino, martyre, Athenagora, Theophilo ad Autolycum et Hermia Paris. 1615. et 1636. et Colon. siue Wittebergae potius, 1686. fol. cui postremae editioni additae D. *Christiani Kortholti* notae, Kilonii antea A. 1675. fol. editae.

Denique separato volumine, nitidis typis, cum Gesneri versione, eiusdemque et Ducaei ac Kortholti integris, selectisque aliorum notis, suisque nouis animaduersionibus edidit *Wilhelmus Worth*, archidiaconus Wigorniensis, duorum codicum regiorum Paris. et tertii Etonensis lectionibus vsus. Oxon. 1700. e theatro Sheldoniano 8. subiuncta ad calcem voluminis *Hermiae* irrisione gentilium, Worthi et Tho. Galei notis illustrata. Idem Worthus editioni suae libri Tatianei addidit praeter Frisii et Gesneri praefationes, et pag. 155. coniecturas *Pearsonii*, etiam ea, quae de Tatiano eiusque doctrina *Georgius Bulius* in defensione fidei Nicaenae, tum *Nourrius* in Apparatu ad bibl. Patrum sec. 2. dissert. V. nec non *Ludouicus du Four de* [†] *Longuerue*, abbas septem fontium in Therascia, dissertatione antea inedita de Tatiano disseruerunt. Qui postremus in oratione ad Graecos iam nonnulla satis diserta haereseos Tatiani vestigia sibi obseruasse videtur. *Fabr.* Diss. *du Four de Longuerue* exstat quoque in *Vogtii* biblioth. histor. haeresiolog. tom. 1. fascic. 2. pag. 201. seqq. *Worth* autem suae editioni etiam inseruit *Henr. Stephani* notas, quas ille locis Tatiani quibusdam, in Eclogis, 1592. adposuit. — *Tatiani* orat. gr. et lat. cum notis *Prudentii Marani* et fragm. opp. deperditorum *Tatiani*, cum *Iustino martyre* p. 241. sq. et Marani prolegg. part. III. cap. 10. 11 et 12. — Denique in *Gallandi* bibl. P. P. I. pag. 626

Plura de Tatiano *Ittigius* diss. de haeresiarchis sect. 2. c. 12. et in selectis histor. eccles. saeculi secundi capitibus; *Iohannes* item *Franciscus Buddeus* diss. de haeresi Valentinianorum

nianorum pag. 519. sq. [*Oudin.* de scriptor. eccles. I. col. 209. seqq. *Hamberger* in: zuverl. Nachr. II. p. 594. sqq. *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. I. cap. XIII. pag. 303-312. Lond. 1748. et alii, quos supra ad Iustinum et Irenaeum etc. et in Introduct. II. 2. pag. 202. laudaui. *Harl.*] Haeresin Tatiani, Encratitarum auctoris, sectatorisque Valentinianorum ac Marcionitarum, oppugnatam olim a *Musano*, testatur *Eusebius* IV, 28. Eamdem refellunt ex antiquis, qui exstant, scriptoribus, Irenaeus et Epiphanius. [Add. *C. G. F. Walch.* Gesch. der Ketzereyen I. pag. 425. sq.

Supposita Tatiano Harmonia euangelica.

Harmonia euangelica, quam saeculo VI. sub Tatiani nomine venditauit [h]) *Victor Capuanus*, quamque latine exhibent Orthodoxographorum vtraque editio et bibliothecae Patrum, Paris. 1644. tom. VII. col. 32. Lugd. tom. II. p. 2. 203. versioque exprimit antiqua Theotisca: commentario autem illustrauit saeculo XII. post CHRISTVM natum *Zacharias Chrysopolitanus* [h]), neutiquam est Tatiani euangelium διὰ τεσσάρων, quod longe aliter a veteribus describitur. Neque ad Tatianum, veluti auctorem, referri potest Harmonia altera, quae illi solet coniungi, quaeque sub [i]) *Ammonii Alex.* nomine ex latina *Ottomari Luscinii* versione primum lucem vidit Augustae Vindel. 1523. deinde recusa Erfurti est 1544. 8. ex recognitione *Casp. Bruschii*, [et in *microp͏resbytico*, Basil. 1550. F.] atque sub Tatiani nomine exhibetur in tomo secundo bibl. Patrum parte 2. pag. 204. Lugd. A. 1677. Versionem Theotiscam primus edidit cum notis *Io. Philippus Palthenius*, Professor doctissimus Gryphiswaldensis, praematuro fato exstinctus vlt. Maii 1710. Loca quaedam illius versionis rectius interpretabitur *Theodoricus von Stade*, cuius Otfridum et grammaticam Theotiscam auide exspectamus. [Post primam Palthenianam edit. noua prodiit emendatior, ad apographa duo mssta et curas *Io. Schilteri* postumas studiose recensita, subiectis notulis; praemissa praefatione gemina, in *Io. Schilteri* antiquitt. teutonic. tom. II. pag. 57. tamquam adpendix ad tomum priorem. Vlmae 1727. fol. Sed in Schilteri quoque thesauro ista harmoniae euangelicae versio theotisca exstat vltra dimidiam partem mutila: integra autem habetur in cod. Sangallensi saec. IX. msto. (v. *Mart. Gerberti* iter alemanic. pag. 102. seq.) ex quo magnam lacunam expleuit, et supplementum (*ein Ergänzungsstück zu der altdeutschen Uebersetzung von* (Tatiani) *Harmonie der Euangelisten*,) in lucem publicam prodire iussit *Io. Iac. Hess* in: Biblioth. der heil. Geschichte, part. II. pag. 543-570. v. *Krohn.* in catal. biblioth. suae pag. 31. sq. *Harl.*] Vide etiam, si placet, specimen veteris Harmoniae euangelicae, francice scriptae, apud *Hickesium* tom. 1. Thesauri linguar. septentrional p. 189. sq. *Fabr.* *Oudin.* col. 210. primo harmoniam illam euan-

 gelicam,

g) Vide *Nourrii* Adparat. ad biblioth. Patrum pag. 553. sq. et quae pridem notaui in codice apocrypho Noui Test. pag. 349. sq. 377. sqq.

h) *Zachariae Chrysopol.* Commentarius exstat tomo XIX. bibliothecae Patrum edit. Lugd.

i) Hunc Ammonium Alex. Operis *de consensu Moysis et Iesu, Harmoniaeque*, vnde deinde canones suos perficiendi ansam cepit Eusebius, *Euangelicae* auctorem, cum Ammonio Sacco, ethnico philosopho, Plotini per annos vndecim praeceptore male confundunt viri docti, vt notatum a me supra est lib. IV. c. 26. vbi de variis Ammoniis. Versio Theotisca Tatianum vocat Alexandrinum, quum Ammonius Alexandrinus fuerit, Tatianus Assyrius.

gelicam, scribit, neque Ammonii esse neque Tatiani; sed elegantem ac latinam anonymi cuiusdam in euangelia paraphrasin. Tum refutat sententiam *Baronii* in annal. ad a. 174. nr. 1. 2. 3. et *Cauei*, qui in histor. litterar. scriptor. eccles. pag. 47. illum sequitur, et putat, harmoniam euangel. Tatiani, seu *Diatessaron*, h. e. euangelium, ex quatuor euangeliis compositum, esse vnum et idem cum *euangelio secundum Hebraeos.* Cauei opinioni etiam aduersatur *Du Pin* in biblioth. ecclesiast. saec. II. voc. *Tatianus.* — Harmoniam, a Victore, Capuano, latine conuersam, editam esse a *Mich. Memberio* sub titulo, *quatuor euangeliorum consonantia*, Moguntiae 1525. adnotat *I. G. Walch.* in bibl. patrist. pag. 359. vbi et pag. 358. de vtraque agit harmonia, aliosque citat VV. DD. — *Montfaucon* in bibl. bibliothecar. msst. tom. II. pag. 1250. exstare, scribit, in bibl. Monasterii B. M. de Becco cod. XXXXV. *vnum ex quatuor seu concordantia euangelistarum, et desuper expositio continua edita a Zacharia Chrysopolitano:* (iterum occurrit in cod. CVII. sub nomine Zach. Chrysopolitani;) et in cod. XXXXVI. *concordia altera quatuor euangelistarum*: vbi refert Montfaucon longiorem notam a confectore catalogi scriptam. Hic vero neque Bellarmino, adfirmanti, praefationem esse Victoris, Capuani, neque Trithemio, opinanti, Victorem auctorem esse huius concordiae genuinum, adsentitur; contra statuit, fusiores saltem expositiones auctoris esse recentiores, qui Bedam, Rabanum et alios citat, tum „quod adtendendum, ait, vt certius de eo proferatur iudicium, ad illa verba; *beatus venter, qui te portauit*, in praesenti expositione habetur: Quum sic se audiret laudari a quadam muliere *Norbertus*, fundans et aedificans monasterium Praemonstratense, ait ei: maledicta tu et qui tibi suggessit verba dominica, et laudem eius in me miserum retorquere." Ex quibus concludit adnotator, auctorem Norberto, qui VIII. id. Iun. a. 1134. obiit, prorsus iuniorem esse censendum, et forte ex schola praemonstratensi, eumque sane in multis conuenire cum concordia Zachariae, Chrysopolitani episcopi, eiusdem ordinis, vt quibusdam videtur, alumni, et maxime inhaerere iisdem euangeliorum textibus, quamuis fusiores habeat et forte nobiliores explanationes; denique illum videri scribendo Zachariae harmoniam oculis et manibus versasse. *Harl.*

[F] *Scripta Tatiani deperdita.*

Πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων relictum fuisse a Tatiano, testatur Eusebius IV. 29. hist. *infinita Volumina*, *Hieron.* c. 29. de S. E.

Euangelium Διὰ τεσσάρων, amputatis genealogiis et aliis omnibus, quae Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. *Theodorit.* l. I. c. 20. haeret. fab. Confer cod·cem apocryphum Nov. Test. p. 379 vbi refellitur error eorum, qui cum euangelio Hebraeorum confuderunt apud Epiphan. haeresi 46. [v. *Oudin.* l. c. Multa etiam de Tatiani euangelio viri doctissimi Ittigius, Tentzelius etc.

Epistolarum apostoli, Pauli, recensio metaphrastica, ornatioribus verbis nonnulla studens efferre. *Euseb.* IV. 29. hist. (Nonnullas Pauli epistolas plane *repudiasse* scribit *Hieron.* in epistolam ad Titum prooemio.)

Ex Veteri Testamento λόγοι selecti, quibus solis vtebantur Tatiani sectatores, iactatis contra sub Andreae, Iohannis, et Thomae nomine scriptis apocryphis. *Epiph.* XLVII. 1.

Περὶ

Πρὸς τοὺς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ. *Aduersus eos, qui rebus diuinis fidem detrahunt.* *Tatianus* ipse pag. 173. contra gentes. [pag. 136. Worth. vbi v. Gesner.]

Περὶ ζώων *de animalibus* idem pag. 154. [pag. 57. Worth.]

Περὶ τοῦ κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμοῦ, de perfectione secundum CHRISTVM. *Clemens Alex.* III. Strom. pag. 406.

Προβλημάτων βιβλίον *Quaestionum liber* super obscuris S. Scripturae locis, quem examini subiicere instituit Rhodon. vide *Euseb.* V. 13. Hist.

Alii Tatiani.

Tatianus, dux, sub M. Antonio militans. *Plutarch.* in Antonii vita pag. 933.

Tatianus, orator, πίθηκος cognomento dictus. Vide *Caelium Rhodigin.* III. 10. Antiq Lection.

Tatianus, ad quem Gregorius, Thaumaturgus, scripsit librum de anima, de quo infra in Gregorio.

Tatianus, cuius beneficentiam laudat *Libanius* orat. XV. tom. 2. pag. 438. et ad quem plures sunt Libanii epistolae: haud diuersus a Tatiano [?] Aegypti praefecto et Augustali sub Valente ac Theodosio: a quo aquaeductus Alexandriae conditus, dictus Tatianus. Plura de eo *Iac. Gothofredus* in prosopographia codicis Theodosiani p. 386. seq. Meminit *Suidas* in Οὐάλης.

Tatianus Dulas, qui Zephyrii in Cilicia martyrium obiit sub imperatoribus ethnicis, praeside Ciliciae Maximo quodam, cuius Acta martyrii latine dant *Lipomannus* et *Surius* 15. Iunii, Graece cum Sirleti versione exhibet *Henschenius* tom. 2. Act. sanctor. Iunii p. 1043-1047.

Alii duo Tatiani, martyres, de quibus Martyrologia 16. Martii et 12. Sept. de altero, Phryge, etiam Sozom. V. 11. Suid. in Ἀμάχιος et Τατιανός.

M. Aurelius Polynices Tatianus in veteri inscriptione apud *Sirmondum* pag. 266. ad Sidonium.

Tatianus, puer, in *Gruteri* thesauro p. MLX. 5.

[*Index auctorum, quorum meminit Tatianus in or. sua ad Graecos,*

Worthii editionis paginis adcommodatus ex eiusdemque ed. repetitus.

ATHENAGORAS, Atheniensis, e philosopho ethnico Christianus, paucis veterum memoratur, Methodio apud *Epiphanium* k) LXIV. 21. et *Photium* cod. CCXXXIV. p. 480. atque *Philippo Sidetae* in fragmento, quod edidit notisque multis illustrauit *Dodwellus* ad calcem dissertationum in Irenaeum, cuius Philippi haec sunt verba: τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο etc. *Scholae praefuit Alexandrinae primus* Athenagoras, *qui Hadriani floruit temporibus atque Antonini, quibus etiam legatoriam orationem pro Christianis* τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν *inscripsit. Religionem Christianam in ipso quoque pallio professus et scholae Academicae praefectus* τῆς Ἀκαδημαϊκῆς προϊστάμενος. *Hic cum ante Celsum in animo haberet, Christianos scriptis oppugnare, lustratis ea mente scripturis, vt susceptam oppugnationem instituerет accuratius, ita captus* [?] *a spiritu S. est, vt ad exemplum magni Pauli, ex persecutore Doctor effectus sit illius fidei, quam fuisset persecutus. Huius discipulus Clemens Stromateus, Clementisque Pantaenus. Apologiam* videtur scripsisse Athenagoras intra annum CHRISTI 177. et 180. obtulisseque M. Aurelio Antonino et L. Commodo l), quorum nomen in MSS. codicibus constanter praefixum legitur, etiam

k) Athenagorae nomen pro Athenogene ibi reponendum primus monuit *Paulus Leopardus* XIX. 9. emendationum. Atque *Athenogeni* quidem, cuius hymnus ab incerti auctoris antiquissimo vespertino, quo etiamnum vtuntur Graeci, diuersus memoratur apud *Basilium* de spiritu S. cap 29. tom. 2. pag. 220. Apologiam etiam tribuendam praeter rem suspicatus est *Baronius* ad martyrolog. Rom. 18. Ianuar. Quemadmodum alius, nescio quis, apud *Steph. le Moyne* notis ad Varia sacra pag. 171. minus adhuc verisimiliter eam tribuit Iustino, martyri, forte, quia Iustini scriptis in aliquibus editt. addita est. Denique Tentzelius pag 453. dissert. select. recte retractat quod p. 199. sibi persuaserat alicubi delitescere libros 12. Athenagorae περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν, quum Gesnerus de libris M. Antonini, qui hoc titulo exstant, loqui voluerit.

l) Integrum Commodi nomen Lucius Aelius Aurelius Commodus, vt patet ex numis, illo v. g. quem exhibet Tristanus tom. 1. pag. 718. Non itaque opus est in inscriptione apologiae Athenagorae pro Lucio Aelii nomen reponere, vt suadebat *Steph. le Moyne* notis ad varia sacra p. 170. *Fabr.* Quando apologia oblata aut scripta fuerit, non conuenit. *Mosheim.* in diss. de vera aetate Apologetici Athenagorae, in biblioth. Bremens. class. II. fasc. I. pag. 853. seqq. (Bremae 1718. 8.) quae dein prodiit auctior in eius et obss. sacr. libr. I. cap. 4. p. 193. et diss. ad hist. eccles pertinentibus, Altonae 1733. 8. pag. 269. fuse docteque demonstratum iuit, libellum Athenagorae fuisse praeter Marcum imperatorem etiam Commodo inscriptum et a. C. 177. exaratum. Argumenta, quibus vsus est, in compendium redegi in Introduct. II. 2. pag. 197. sq. (vbi de Athenagora egi,), eumque sequitur *Hamberger* in: zuverl. Nachr. II. pag. 406. sqq. Contra *Saxius* in Onom. I. pag. 318. cum Pagio aliisque censet, legationem s precationem illam ab Athenagora a. C. 166. M Aurelio et L. Vero esse oblatam. Ita alii aliter sentiunt vid. *Oudin.* de script. eccl. I. col. 205. etc. *I. G. Walchii* hist. eccl. p. 607. sq. et libris ab illo laudatis adde *I. Dan. van Houen* de vera legationis Athenagorae pro Christianis aetate, disp. 1754. 4. et *Iani Diaconi Hortensii de vita noua*, (h. e. eiusdem I. D v. Houen,) disquisitio de inscriptione et aetate libelli Athenagorae pro Christianis, diuis fratribus exhibiti, in symbolarum literariarum ad incrementum scientiarum omne genus, collectione II. Halae, 1754. 8. n. V.

etiam in Bononiensi, quem memorat *Mabillonius* tom. I. Musei Ital. p. 196. Quamquam *Baelius* in lexico historico, gallice edito, negat, vnquam oblatam publico Christianorum nomine, sed tantum scriptam priuatim ab Athenagora; perinde vt in Gallia ab A. 1684. multi e Reformatis, persequutionem passis, libellos eiusdemodi supplices et apologias ad regem scripserunt ediderunt que, Regi numquam oblatas. Ceterum de Athenagora eiusque scriptis videat lector, si placet, quae copiosius commentati sunt eruditi viri, Pagius et Basnagius ad Baronium, Tillemontius, Caueus, Nourrius, Dodwellus, Tentzelius atque Ittigius, Oudinus, Stolle, Schroeckh. Lange (Gesch. d. Dogm. p. 190.) Flügge Gesch. d. theol. Wiss. I. p. 147. sq. Polyc. Leyser in diss. de Athenag. Longuerue diss. de Athenagora aliique a me et in superioribus sectionibus et in Introduct. l. c. memorati,] ne de aliis iam dicam. Mihi quidem suffecerit, *Apologiae* et alterius *libri* insignis *de resurrectione mortuorum* editiones atque interpretes bona fide retulisse. Nam de MSS. codicibus videndus *Nourrius* adparat. ad bibl. Patrum p. 483. *Fabr.*

[Quosdam tamen *codd. mstos* commemorare iuuat. *Florentiae* in bibl. Medic. Laur. cod. XXXII. plut. X. nr. 8. et cod. III. plut. IV. *Athen.* de resurrectione mortuorum, teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 496. et 519. — *Mutinae* in bibl. ducali, *Athen.* legatio, et *Bononiae* in bibl. coenobii canonicorum etc. legatio et de resurrectione mortuorum, secundum *Montfauc.* in diario ital. pag. 31. et 407.

Paris. in bibl. publ. legatio et de resurrectione mortuorum, in codd. CLXXIV. et CDLI. secundum catal. codd. tom. II. add. *Montfauc.* Palaeogr. gr. pag. 43. et 275. — In cod. bibl. *Escorial.* de resurrectione mortuorum.

Bodleian. et *Eton.* codd. contulit *Dechaire.* In codd. igitur *Bodl.* nr. LXXXXVII. et CXXXXV et MMDCCCLXXVII. est *apologia.* — *Monaci* in bibl. Bauar. Athen. legatio in cod. CII. v. cat. codd. gr. pag. 60. — *Gottlob. Frid. Gudius* specimine bibl. disputation. — de selectis historiae eccles. capitibus, (Lips. et Laubae 1743. 4.) pag. 207. sq. refert, *Laubae* in bibl. publ. exstare in cod. VIII. Athen. apologiam et nonnullas illius lectiones ab iis, quae sunt in edit. Rechenberg. diuersas, exhibet. *Harl.*

LIBER DE RESVRRECTIONE siue vberiora ex illo libro excerpta *latine*, interprete *Marsilio Ficino* m), saepius vulgata atque in Ficini operibus tomo 2. leguntur. Integrum

n V. pag. 163. sqq. it. *I. G. Walch* in bibl. patrist. p. 25. — Contra *Semlerus* in Isagoge hist. praefixa Baumgartenii theolog. polem. II. §. 58. pag. 70. seqq. tantum abest, vt credat, apologiam illam reuera fuisse traditam imperatoribus, vt potius suspicetur, illam, non ab Athenagora, sed multo post tempora illorum imperatorum ab alio, nescio quo, esse conscriptam, (vti iam *Io. Hülsemann* in patrologia pag 989. opinatus est, vtrumque Athenagorae libellum supposititiis adnumerans;) nec valde probat Semler dogmata illius theologica, et *Io. Forbesium a Corse* in specimine doctrinae antiquissimorum patrum, ex Ignatio, Iustino, Athenagora et Irenaeo, §. 10. 11. (quod est caput III. libri I. instructionum historico-theologic.) Bullum aliosque Athenagorae patronos refutat. Quod ad auctorem libelli adtinet, *Roesler* in: Bibl. der Kirchenväter. I. p. 183. Semleri sententiam haud comprobasse videtur, atque in notis ad eligentem vtriusque libelli epitomen illius, Schroeckhii, Lindneri aliorumque interpretationes aut coniecturas saepe examinat. *Harl.*

m) Cum Xenocrate et Cebetis tabula per Lud. Odax. Paris. 1498. 4. v. cl. *Panz.* A. T. II. pag. 320. — cum Aenea et Xysto. Basil. 1516. 4. 1520. 4. et Colon. 1522. 4. etc. v. supra vol. I. pag. 872. *Harl.*

grum librum post *Georgii Vallae* versionem Venet. [1488. et] 1498. fol. cum aliis n) variorum scriptis editam primus ex vnico MS. *Graece* vulgauit nouamque versionem suam addidit *Petrus Nannius*, Paris. 1541. 4. ap. Wechel. et Louanii, eod. a. 4. ap. Grau. quae editio *Graecolatina* repetita in Micropresbytico ex officina Henrici Petri vulgato Basil. 1550. fol. p. 470. et in Orthodoxographis Ioannis Heroldi ibid. A. 1555. fol. p. 351. [De resurr. mortuorum gr. Lugd. Bat. ex offic. *Plantin.* 1588. 8.] Sed latine hic liber Athenagorae, *Nannio* interprete, subiectus Philoni, Iudaeo, ex Gelenii versione edito Basil. 1552. 8. Italice vertit *Hieronymus Faleti* Venet. 1556. 4. o) apud Aldum. Anglice *Richardus Porderus* Lond. 1573. 8.

[p] *APOLOGIA latine* ex *Io. Langi* versione cum eius commentario, inter Iustini, martyris, opera tom. I. pag. 217. Basil. 1565. fol. et ex versione *Suffridi Petri* [qui cod. MSt. vsus est] cum scho iis eius vberioribus. Colon. 1567. [al. 1566.] 8. *Graece vero et Latine* cum *Conradi Gesneri* versione ac notis Tiguri 1557. 8. r) Basil. 1558. 8. *Gallice* per *Guidonem Gaussartum* Paris. 1574. 8.

VTRVMQVE OPVS Latine, Apologia ex *Conradi Gesneri* et liber de resurrectione ex *Nannii* versione recusum in bibliothecis Patrum, vt Paris. 1575. 1589. 1609. Colon. 1618. et nouissime Lugdun. 1677. tom. 2. [Inter *Franc. Rous* mella patrum, pag. 134. seqq.]

Graece et Latine cum iisdem versionibus, ad calcem libri subiunctis ex H. Stephani recensione, qui apologiae MS. codicem graecum e bibl. Galliae, et libri de resurrectione Romae a Guil. Sirleto accepit, stilumque Athenagorae, plenum hyperbatis, passim parenthesibus distinxit, castigationesque addidit. Paris. 1557. 8. [cum notis mstis *Scaligeri*, in cat. bibl. Heinsianae pag. 61. nr. 13]

Cum iisdem versionibus, et Gesneri ad apologiam, *H. Stephani* ad vtraque notis. Tiguri 1559. fol. inter Theologorum aliquot Graecorum veterum Orthodoxorum scripta, quae sunt Canones SS. apostolorum et XIII. Conciliorum, Ignatii epistolae, Aeneae Gazaei Theophrastus, Demetrii Cydonii de morte contemnenda, Hermiae irrisio philosophorum gentilium et Agapeti scheda regia ad Iustinianum, imper. — graecolat. cum Iustino, mart. Paris. 1615. fol. et Colon. 1636. fol.

Cum iisdem versionibus, notisque *Frontonis Ducaei*. In auctario bibliothecae Patrum Paris. 1624. fol. vol. I. pag. 50.

Cum

n) Scripta illa, a Georgio Valla iunctim edita, recensui lib. IV. c. 28. vbi de scriptis Aphrodisei num. 12. [vol. V. pag. 665.]

o) It. ib. 1557. 4. si reuera existit ed. h. anni, et Veronae (1735.) 4. *Paiton.* bibl. degli autori — volgarizzati, I. pag. 134. *Clement.* bib. curieuse etc. II. p. 182. et *Freytag.* analecta litter. pag. 55. sq. *Harl.*

p) In *Maittaire* A. T. tom V. s. indice, p. 89. citatur edit. *Athenagorae* — apologia pro christianis, graece, et seorsim latine, *Conrado Gesnero* interprete, *Parisiis*, apol. Io. Benenatum, 1577. 8. — In catalog. libr. bibl. *Tigurinae* tom. I. pag. 73. exstat: Athen. apologia pro Christianis, gr. et lat. *Tiguri.* 1560. fol. — In bibl. Nic. Heinsii, (Lugd. B. 1682. 8) pag. 60. nr. 11. exstabat *Athenag.* de resurrect. mortuorum, gr. 8. anni nota non adscripta: an erat Plantiniana editio supra memorata? *Harl.*

Cum iisdem versionibus et notis breuibus *Io. Felli*, Oxoniensis episcopi. Oxon. 1682. 12. e theatro Sheldoniano. [In bibl. Bodlei. I. p. 84. est apol. latine tantum cum msst. collata. Oxon. 1682. 8.]

Apologia cum Suffridi Petri, et liber de resurrectione cum Nannii versione, additis notis variorum et nouis *D. Adami Rechenbergii*, theologi Lipsiensis, animaduersionibus. Lips. 1684. 1685. 8. duobus voll.

Apologia cum Gesneri, et liber de resurrectione cum Nannii versione, notisque integris variorum post textum separatim positis, nouisque commentariis textui subiectis *Eduardi Dechair*, qui Graeca, in sectiones diuisa, ad priores editiones et MSS. 2. Bodleianos et Etonensem recensuit atque versiones passim castigauit, Baroniique nonnulla (ex annalibus ad A. C. 179.) et Petri Halloixii ac Dodwelli [?] (ex diss. XI. Cyprianic. §. 37. seq.) et Georgii Bulli (ex defensione fidei Nicaenae) de Athenagora subiunxit. Oxon. e theatro Sheldoniano 1706. 8. *Fabr.*

[— Legatio et de resurrectione mort. gr. ac. lat. cum notis *Prudentii Marani*, codd. msstis vll: cum eiusdem Iustino Hag. Com. 1742. fol. pag. 277. sq.

Athen. legatio et de resurrectione, in *Gallandi* bibl. P.P. II. 3.

Commoda est editio: *Athenagorae deprecatio* (vulgo, *legatio*) pro Christianis cum varietate lectionis et perpetuo commentario *M. Io. Gottlieb Lindneri*, rectoris scholae Arnstad. Longosalissae, 1774 8. — Eiusdem curae posteriores in Athen. deprecationem etc. ib. 1775. 8. *Harl.*]

Gallice, Arnoldo Ferrono, siue Ferrierio interprete. Burdegal. 1577. 4. *Fabr.* Athenagorae legatio et lib. de resurrectione mort. etc. — anglice vertit et duas praemisit diss. *Dauid Humphreys*. Lond. 1714. 8. v. *Brüggeman* View etc. pag. 357. — De Athenagora scripsit *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. I. cap. 18. pag. 404. sqq. add. *Io. Fabric.* in hist. suae bibl. pag. 62-64. aliosque, quos laudaui in Introd. l. cit. *Harl.*

Suppositum Athenagorae opus de vero et perfecto amore.

Sub Athenagorae, philosophi Atheniensis, nomine prodiit etiam gallice, veluti e Graeco conuersum opus, tributum in libros decem *de vero et perfecto amore*, siue de castis amoribus Theogenis et Charidis, Pherecydisque ac Melangeniae. Interpres *Fumaeus*, (Mr. Fumée, Seigneur de Genille,) qui codicem graecum a Lamanaeo, Protonotario cardinalis Armaniaci, accepisse se testatur, versionemque suam gallicam eidem Lamanaeo 4 Octobr. 1569. inscripsit, non dubitat, auctorem esse illum Athenagoram, cuius apologia et liber de resurrectione exstat, quod etiam e stilo et colligendi ac disserendi ratione putat esse perspicuum. Graeco sophistae sine tergiuersatione adscribit *Rolandus Maresius* lib. 1. epist. 26. et tamquam veterem scriptorem laudat *Bochartus* geograph. sacr. p. 638. At *Gisbertus Cuperus* in Harpocrate pag. 119. *cum tamen*, inquit, *auctorem vix credere ausim genuinum esse, licet illud sentiant illustres et praestantes viri, quia integra loca ex Plutarcho, Liuio, Herodoto, Curtio aliisque auctoribus ad verbum fere descripta sunt. Quod si fraus omnis abest, plurimi ille Athenagoras faciendus est certe, quia tot antiquitatibus aliisque praeclaris rebus abundat.*

undat. Idem in litteris datis ad me 10. Sept. 1710. *Mirum profecto est, libros illos amatorios, de quibus agis, non vulgari, et irascor eruditis, qui istis manus non admouent, cum id facile facere possint; non id opto propter historiolas illas fictas et lepidas, quas iuuentuti relinquo, sed quia saepe inde clare cognoscimus ritus et mores, qui in vsu tam graecis, quam aliis populis fuerunt, temporibus, quibus auctores fictionum illarum floruerunt. Cum autem mihi adnumeres varios eiuscemodi scriptores, patere, vt tecum agam de alio talis argumenti, in quo disputant viri eruditi. Est Athenagoras de vero et perfecto amore, qui, ex graeco versus, gallice editus est Parisiis anno 1599. hoc titulo: Du vray et parfait Amour escrit en Grec, par Athenagoras Philosophe Athenien: contenant les Amours honestes de Theagenes et de Charide, de Pherecydes et de Melangenie. M. Baudelot d' Airval* p. 182. *de l' Utilité des Voyages, genuinum putat esse hunc librum, tribuitque eundem Athenagorae, qui pro Christianis apologias scripsit. Ill. Huetius in prima editione libelli gallici, quem de hisce fabulosis historiis vna* [?] *cum historia fabulari, cui titulus Zaide, edidit, eiusdem est sententiae, sed eam in altera eiusdem libelli latina mutauit; hunc sequitur Tentzelius* pag. 206. *Exerc. selectar.; sed in Addendis in alia omnia abit, et Athenagorae iam Christiano fabulam illam adscribit* pag. 452. *Comparaui mihi hunc rarum librum, cum iuuenis admodum in Galliis essem, eundemque legi ea sedulitate et attentione, quam ab illa aetate quis desiderare posset; et nescio, qui fiat, vt et tunc et nunc semper historia illa mihi fuerit sitque suspecta. Non adducam in medium argumenta, quibus Huëtius mutata sententia impugnat Athenagoram illum, quamuis mihi, sancte testor, eadem notata sint; sed dicam tantum, multa, imo plurima ex autoribus graecis et latinis sumta esse verbo tenus, id quod Athenagoram, elegantem illum et eruditum Virum, fecisse, mihi non fiet verisimile, maxime cum latinam linguam, vti puto, ignorauerit. Exemplo vno et altero id docebo. Athenagoras ille* p. 200. *et aliis describit triumphum, quem Paulus Aemilius duxit splendidissimum de Perse, rege Macedoniae; sed illum omnem eodem plane ordine narrat nobis Plutarchus* p. 272. *et* 273. *adeo vt ouum ouo non sit similius; quae* p. 87. *et sequentibus commemorat de Nasamonibus, Psyllis, aliisque Africae populis, petita sunt ex Herodoti* lib. 4. c. 172. *et* 173. *et, quod mireris,* p. 91. *videtur describere pyxidem nauticam, licet obscure, vt scil. lateret, cum illa aetate instrumentum istud vtilissimum, nequaquam, quicquid nonnulli velitentur, cognitum fuerit. Quid quod triumphus naualis Octauii* pag. 22. *petitus videtur ex Liuii* 45. cap. 42. *et virum illum procul dubio dices non intellexisse quatuordecim remigum versus siue ordines (apud Liuium* 45, 35.) *cum eos* p. 23. *b. reddat,* quatorce rames: *sic quae* p. 32, 36, 39, 40. *libri primi, petita sunt ex eodem historico, lib.* 45. *c.* 42. *et aliis; lib.* 44, 34. *lib.* 31, 14. *et* 35, 32. *et* 38, 10. *Peccarem certe in communia studia, si te diutius detinerem, et loquerer de aliis auctoribus, ex quibus personatus ille Athenagoras petiit emblemata sua, et episodia; sed addam tantum, ea, quae* p. 67. *nobis narrat, omnia ex Liuii lib.* 45, *c.* 17 *et* 18. *absque nulla vel leuissima mutatione sumta esse, non secus ac ex Curtio, quae* p. 152. *nobis de Ammone propinat. Iam tibi, vir eximie, do considerandum, an recte haec historia fabularis attribui possit Athenagorae; mihi quidem id plane non videtur.* Hactenus vir eruditissimus.

In praefatione auctor meminit vastatae non diu ante, quam scriberet, Graeciae his verbis: *Et pour cet effet je me suis contenté de ramasser çà et là par nostre ville* (Athenes)

plusieurs memoires pour relever et enrichir une Histoire, qui s' en alloit quasi estre mise en oubli pour la longueur du tems et pour le ruines aduenues depuis en toutes les provinces de la Grece, [P] *desquelles nostre ville n' a pû estre exempte, et en a senty un coup si orbe, que à son occasion nous voyons maintenant les sciences et estudes n' a avoir plus de vigueur en icelle, et nos escholes s' en aller du tout perduës.* Ex quibus certum esse conficit Huetius pag. 44. libri de origine fabular. Romanensium, auctorem non esse Athenagoram, qui secundo post Christum natum saeculo scripsit, sed alium, qui vixit post direptam ab Alarico Graeciam; vel potius post oppressum nouissime graecum imperium a Turcis confictum esse existimat hoc opus ab aliquo e viris doctis Cardinalis Arminiaci familiaribus, nominatim a Guilelmo forte Philandro. *Mille*, inquit, *in locis temporum horumce vltimorum agnosco mores et instituta antiquis incognita, quin et agendi ratio Sacerdotum et puellarum Hammoni consecratarum tam similis nostrorum Monachorum et virorum religiosorum conuentibus regiminique ita congruens longe dissentiunt ab iis rebus, quas et historia nos edocet de iis temporibus et locis, quibus vita monastica nata est et adoleuit. Ea cura quam auctor adhibet in explicandis quibusdam priscis ritibus, qui a nostris differant, in hominem tantum recentiorem cadit. — Multa adnotat ad priscos auctores qui exstant ad hunc diem, eosque illustrat, potissimum vero Herodotum, Plutarchum, Q. Curtium, Iamblichum phil. et Heliodorum, ex quibus praecipue sic tanquam ex fontibus notam suae fabulae hausit materiam. Sed et obseruationes quoque alias addit illis contrarias et aduersas, quas priscus aliquis auctor et rerum antiquarum peritior haud quaquam protulisset — Idem in media Graeciae laudatem capitalem instituit eadem et serie et forma, ac si in ipso Lutetiae foro institueretur. — Brigittariae nomen ad exemplum nominis S. Brigitae Scoticae virginis haud dubie effictum etc. — Suam Architectonicae artis peritiam auctor ad fastidium vsque ostentat. — Sciunt omnes Cardinalem Arminiacum architectonicae arti impense fuisse deditum. Philander, Vitruuii commentator ipsi cliens erat addictissimus, vir certe in ea arte saeculi sui scientissimus, et literis quoque, quas humaniores vocant, ornatissimus. Quid quod Architectura falsi illius Athenagorae ad Architecturam Vitruuii quadrat aptissime?* His non obstantibus, fuere tamen, qui adhuc censerent ampliandum, vt Colomesius in Paralipom. de scriptoribus ecclesi. Sed quia nemo hactenus fuit, qui graecum codicem proferret, non difficulter adsentior virorum doctissimor. sententiae tot argumentis nixae, recentius esse commentum, et de virtutibus vitiisque huius dramatis lectores ad eundem *Huetium* pag. 53. seq. ablego, qui pag. 57. sq. praeterea obseruat, plane ad imitationem Heliodori totum opus esse compositum, iisdem fere nominibus amantium, euentibus multum similibus, [P] eodem librorum numero. Huetio adstipulatur etiam *Nourrius* tom. 2. adparat. ad bibl. Patrum diss. 3. p. 481. Editiones huius operis, Athenagorae tributi lectuque non iniucundi duae prodierunt, priorem ipse possideo, Baylio etiam memoratam editamque Parisiis apud Mich. Sonnium A. 1599. 12. foliorum 380. cum priuilegio regis, et praefatione Bernhardi Sauiorry, Cal. Octobr. 1596. Alteram Paris. 1612. apud Dan. Guillemot excusam, in bibliotheca Isaaci Vossi euoluisse se testatur Caueus. *Fabr.* Conf. quoque *Clement* in bibl. curieuse, histor. et crit. tom. II. pag. 181. Non solum fraudem scite aperuit, sed etiam Fumaeum ipsum fuisse callidum operis spurii architectum, copiose demonstrat *De la Croze* in epistola ad I. Christph. Wolfium, quam postea *Fabric.* in vol. VI. biblioth. gr. pag. 784. seqq. vet. edit. inseruit: quam tamen, quia recepta est in Thesauri epistol. Lacrozian tom. III. pag. 249. seqq.

h. l.

h. l. excludendam potius, vt parcam chartae, quam recudendam esse arbitratus sum. *Harl.*

Athenagorae alii.

Fuere et alii Athenagorae, quorum decem vel vndecim obseruaui. 1) Athenagoras, qui cum Pharnabazo et Apollonide, Chio, vinctus traditus est Macedonibus, teste *Curtio* IV. 5. 17. 2) Athenagoras Cymaeus siue Cumanus, cuius meminit Cicero pro Flacco, cap. 7. 3) Athenagoras Argiuus, cuius mentio apud *Sextum Empiricum* 1. Pyrrhon. Hypotypos. pag. 27. 4) Athenagoras, rei rusticae scriptor, apud Varronem ac Columellam lib. 1. c. 1. 5) Athenagoras chirurgus, cuius meminit *Martialis* VIII. 41. IX. 97. etc. 6) Athenagoras, Milesius, de quo *Diodorus Sic.* lib. XX. tom. 2. pag. 820. sq. 7) Athenagors, episcopus Byzantinus, ab Andrea, apostolo, nonus, in Philippi, Cyprii, chronico, ecclesiae graecae p. 4. 8) Athenagoras, cui Boëthus, teste *Photio* cod. CLIV. dedicauerat librum suum *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων.* 9) Athenagoras, princeps Mitylenes, cuius mentio in historia, siue dramate potius erotico *Apollonii Tyrii* pag. 694. sqq. in M. Velseri opebus. 10) Athenagoras, rhetor ineptus, quem perstringit *Ammiani* epigramma II. 46. p. 248. Anthologiae. 11) Athenagoras, regis Philippi Maced. praefectus, Liv. XXXI. 27. *Fabric.* Add. *Moelleri* Homonymoscopia, p. 426. sqq. *Harl.*

XX. THEOPHILVS, ex ethnico q) et ipse Christianus, atque hinc Antiochiae episcopus

q) *Theophilus* ad Autolycum lib. I. pag. 78. D. *Tentzelii* diss. select. p. 209. sq. Caueus, Tillemontius et Halloixius in vita Theophili etc. *Fabric.* A pristina et communi sententia, Theophilum ante professionem christianam fuisse idolorum cultorem, discedit *Hosmann.* in praefat. germanicae versioni, infra memorandae, praefixa pluribus rationibus, haud omnino leuioribus, demonstraturus, Theophilum fuisse ortu Iudaeum, et sectae Sadducaeorum addictum, ideoque, quamdiu christianorum sacrorum expers fuisset, mortuorum reditum ad vitam pristinam negasse, et Hebraeos potuisse adpellare maiores suos, Abrahamum vero suum patriarcham etc. Atque *I. G. Walchio* in historia eccles. N. T. p. 638. atque *Hambergero* in Z. N. II. p. 423. sq. *Stollio* in: Nachricht von Kirchenvätern, pag. 73. seqq. qui tres VV. DD. vitam scriptaqne vera spuriaque, aut simul placita Theophili modo copiosius, modo breuius, enarrant, ad pluresque, qui de eo scripserunt, prouocunt VV. DD.) *Ziegiero* in: theologischen Abhandlungen, part. I. pag. 108. aliisque illa Hosmanniana sententia haud multum a verisimilitudine abesse videtur. Contra *Samuel. Gottl. Lange* in Geschichte der Dogmen part. I. pag. 261. sqq. de Theophilo eiusque doctrina atque opinionibus, pristinam tuetur sententiam vel loco, quo secus sentientes potissimum vti solent, nixus in §. 19. libr. 1. ad Autol. p. 60, 62. edit. Wolfianae, vbi confitetur Theophilus, se antea quoque dogma de resurrectione mortuorum non admisisse; sed, postquam de illa doctrina cogitasset diligentius et scripta *prophetarum* sacrorum cognita sibi reddidisset, illud verum habere. Ex quo colligit Lange, Theophilum antea ignorasse scripta V. et N. T. adeoque ante professionem christianae disciplinae necessario addictum fuisse religionibus prauis: idque eo confirmari videtur Langio, quod Theophilus vsum et familiaritatem cum erroribus et superstitione paganorum et cum graecis auctoribus prae se ferat. Enimuero forsan potest responderi, Theophilum, quamdiu Sadducaeorum sectae adhaereret, more illorum libros prophetarum haud habuisse diuinos, aut canonicos, ideoque illorum auctoritatem minoris aestimasse: postea vero, conuictum erroris, illis omnem adhibuisse fidem. De eius cognitione prauarum religionum et scriptorum graecorum interiore, vel Iosephi, Iudaei, exemplum testatur, Iudaeos illo tempore haud omnino

ſcopus [r]), Erotis ſucceſſor, ſcripſit [‑] poſt M. Aurelii Veri mortem circa A. C. 181. [s]) non diu ante obitum ſuum *libros III.* *περὶ τῆς τῶν Χριςιανῶν πίςεως* [t]) *ad Autolycum*, tum

omnino abhorruiſſe a lectione et ſtudio graecorum profanorum auctorum atque quum maxime inter idolorum cultores commorarentur, facilius potuiſſe ſibi comparare notitiam ſuperſtitionum rituumque falſorum pleniorem. Denique fieri etiam potuit, vt Theophilus, caſtra chriſtianorum ſequutus, ad veritatem doctrinae Chriſtianae tuendam et a criminibus aduerſariorum melius firmiusque vindicandam maiorem operam in cognoſcendis erroribus a vero dei cultu alienorum et legendis ſcriptoribus graecis collocaret. Sed haec in coniecturis poſita ſunt. *Harl.*

r) Ita *Euſebius* IV. 24. hiſt. et *Hieron.* c. 25. de S. E. atque in epiſt. 151. ad Algaſiam. *Martyrolog.* rom. 13. Octobr. Etiam in codice MS. Regis Chriſtianiſſimi libris Theophili hic titulus praefigitur: Θεοφίλε πατριάρχε ἔκτε Ἀντιοχείας πρὸς Αὐτόλυκον Ἕλληνα, περὶ τῆς τῶν Χριςιανῶν πίςεως, καὶ ὅτι τὰ θεῖα λόγια τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέςερά εἰσι Ἀιγυπτιακῶν καὶ Ἑλληνικῶν καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων. Equidem *Gennadius* c. 33. de S. E. libros tres de fide ſub Theophili Alexandrini nomine titulatos legiſſe ſe ſcribit. Et H. *Dodwello* librorum ad Autolycum auctor videtur Theophilus Antiochenus iunior, qui ſcripſerit poſt annum CHRISTI 205. ſub Seuero imp. quam ſententiam defendit in obſeruationibus ad opera poſtuma Io. Pearſonii Lond. 1688. 4. pag. 11. ſq tum in ſingulari diſſ. adhuc inedita, quam cum noua, quam iam pridem parat, librorum Theophili editione et diatriba ſua de Theophilis luc non inuidebit *Gottlieb* ſiue Theophilus *Schelwigius*, humaniorum litterarum in Gedanenſi gymnaſio profeſſor. [Sed permiſit adparatum ſuum I. C. Wolfio] Verum libenter adſentior Euſebio et Hieronymo, praecipue quum Gennadius titulo illi nec ipſe habuerit fidem, et Dodwelli obiectionibus iam ſatisfeciſſe videantur *Tillemontius* ad vitam Theophili tom. 3. Memor. hiſt. eccleſ. nota 2. et *Caueus* parte altera hiſtor. litterariae. Idem *Dodwellus* librum tertium Theophili, (quem *de temporibus* vocat *Lactantius* lib. I. c. 23. quoniam temporum rationes in eo ab orbe condito ad M. Antonini Veri imperium ſuccincte pertexit,) ſeparatim ſcriptum et ante priores duos Autolyco miſſum exiſtimat, vt laudatus Schelwigius me docuit, quod minus videtur eſſe a veri ſimilitudine alienum, atque ſuboluit etiam *Grabio* p. 220. tom. 2. ſpicileg. *Fabr.* Alium Theophilum, noſtro iuniorem, ſub Seuero libros ad Autolycum ſcripſiſſe, *Dodwell* iam in Diſſertationum in Irenaeum diſſert. II. §. 44. pag. 171. et §. 50. p. 182 ſtatuit: ſed *Wolf.* in praef. mem. et *Hofmann* in praef. adſerere ſtuduerunt libros Theophilo noſtro, epiſcopo Antiocheno, et Dodwelli argumenta ſub examen vocarunt atque refutarunt. Neutiquam tamen *Semlerus* in hiſtoria doctrinae chriſtianae, praefixa tom. II. Theologiae polemicae Baumgart. pag 82. not. 81. id exploratum habet. Immo potius, quod in libris Theophili multa conſpirent cum Iuſtini apologia, varia loca graeca minime adducant ad credendum, libros ad graecum idolorum cultorem eſſe ſcriptos, et propter longiora ex ſacro codice, graece verſo, et ex libris ſibyllinis excerpta, tum quod, manifeſto adpareat, loca in quibus antiquitas Iudaeorum eorumque hiſtoriae demonſtratur, eſſe ex Ioſepho ducta, ſuſpicatur, libros illos demum ſaeculo III. ab homine quodam chriſtiano, forſan in Aegypto (vbi quidem ſuam diſciplinam et doctrinam de λόγῳ hauſiſſe videatur) viuente, qui ſub nomine *Theophili*, h. e. qui deum amet, voluerit latere, et nomen aduerſarii, Autolyci, finxerit, eſſe compoſitos: inde vero facile factum eſſe, vt auctor iſte ignotus cum Theophilo, epiſcopo Antiocheno, confunderetur. Ingenioſa eſt haec coniectura. At enim, ſi Theophilus ortu fuit Iudaeus, nouerat Iudaeorum hiſtoriam et ſi forſan cum philoſophis Chriſtianis philoſophiae aegypt. gnaris et adſeclis forte, in Aegypto verſatus eſt nonne iis Semleri iudicium aut ſuſpicio debilitari poterit. Quod autem Fabricius cum Dodwello exiſtimat, librum tertium ſeparatim eſſe ſcriptum, quod etiam probabile videtur *Roeslero* in biblioth. patrum eccleſiaſtic. tom. I. pag. 251. not. 40.) et *ante priores duos* Autolyco miſſum; *Wolf* in praefatione et *Walchius* l. c. p. 640. poſteriorem reiiciunt ſententiae partem, et ex ipſis ſingulorum librorum initiis, illos eo ordine, quo nunc exſtant, conſignatos fuiſſe, coniiciunt. Priorem vero partem veram, immo cognitum compertumque eſſe iudicant, libellos iſtos, (vt verbis vtar Walchii,) non eodem tempore; ſed interiecto quodam eius ſpatio ſeparatim elaboratos et

ſigil-

tum adhuc ethnicum u), ceterum virum eruditum ac librorum helluonem v), qui noctes solidas inter libros libenter soleret consumere, et veritatis cupidissimum w).

Primus *Graece* ex Arsenii codice x) quem Venetiis Io. Frisius descripserat, edidit *Conradus Gesnerus* Tiguri 1546. fol. cum Antonii ex Maximi locis communibus, Maximi Centuriis et Tatiano. Atque eodem anno ibidem *latine*, *Conrado Clausero*, non, vt Nourrius pag. 506. adfirmat, Gesnero interprete. Gesnerus hoc inscribit titulo: *de DEo et fide Christianorum contra gentes*, *Institutionum libri tres ad Autolycum*. Institutionum libros adpellat, quod Eusebius dixit στοιχειώδη συγγράμματα. Vide Gesneri epistolam de scriptis a se editis p. 23. b.

[*] *Latine* ex eadem Clauseri versione occurrit in bibliothecis Patrum, Paris. 1575. 1589.

sigillatim ad Autolycum missos; deinde vero, tamquam ad idem argumentum spectantes, a librariis vno volumine comprehensos esse. Quare cum Hosmanno dubito, inscriptionem, quae etiam in codicibus variat, toti opusculo ab ipso auctore esse praefixam. De Theophili autem ingenio, eruditione haud vulgari, placitis atque opiniunculis, praecertim de eius doctrina de λόγῳ, et quae Petauius, Nic. de Nourry, Ge. Bullus, Whiston aliique in vtramque disputarunt partem, latius exposuerunt Stolle et Semler ll. citt. et *Brucker* in historia critica philos. tom. III pag. 399. sqq. (qui in adpendice s. vol. VI p. 538. iudicat, Semleri de auctore rationes, mereri, quae expendantur,) *Io. Ge. Arnold. Oelrichs* in comment. de vera et certa eorum, qui medio secundo atque ineunte III saec. floruerunt patrum de ratione s. relatione filii s. verbi cum patre sententia, Gotting. 1787. 4. pag. 30. sqq. in primis *Roesler* ac *Lange* locc. memm. quorum postremus pag. 265. acute obseruat, Theophilum fuisse primum, qui plurium superiorum doctorum philosophemata studeret consociare, et secundum illos suam de λόγῳ doctrinam conformaret. Add. *Io. Fabricium* in historia bibl. Fabricianae, tom. I. p. 63. (vbi valde laudat Theophili librum, et pag. 56. ac *Moller*. in Homonymoscopia pag. 525. *Harl.*

s) Hunc titulum habent in MS. regis Galliae, teste *Sirmondo* in limine notar. ad Rufini librum de fide tom. I. Opp p. 273. Ibidem libros tres de fide, quos sub Theophili Alex. nomine Gennadio lectos iam dixi, a tribus Theophili ad Autolycum libris Sirmondus, praeter rem, vt opinior, distinguit.

t) *Wolf.* in praef. ad suam edit. putat, libros esse scriptos intra an. 180-183. *Schroeckh* vero in histor. eccles. tom. III. pag. 138. intra ann. 170-180. Prior sententia verisimilior esse videtur. *Harl.*

u) *Theophilus* ad Autolycum lib. I. pag. 69. b. et lib. 3. 119. 2.

v) Lib. 3. p. 119. a. 138. d.

w) Lib. 1. pag. 69. b. lib. 3. pag. 127. b. Scripsisse tamen Autolycum libros aduersus Christianos, vt Tillemontio videtur, aegre mihi persuadeo. Neque apud Theophilum initio lib. 1. λόγους ita accipere necesse est.

x) *Theophili* libr. III. de Christianorum fide supersunt in cod. *Veneto* D. Marci CCLXXXXVI. (teste catalogo pag. 260.) — liber *tertius*, in cod. Paris. bibl. publ. DCCCLXXXVII. de quo multus est Wolfius in praefat. — Secundum *Montfaucon* bibl. — msstor. sunt in bibl. *Vaticana Theoph. Antioch.* commentaria, (pag. 14. et 142.) et in cod. Laur. Medic. Theoph. homiliae inter homilias in euangelia variorum patrum; (pag. 280.) *Oxon.* in cod. Bodlei. MMXXXX. nr. 8. sec. catal. I. p 106. de quo conf. Wolf. l. c. Horum tantum codd. notitiam inuestigando acquirere potui. Atqui insignis codd. raritas vel ex testimonio *Latini Latinii* cognosci potest. Is enim in tom. II epist. pag. 113. adfirmat, praeter exemplar bibl. Matthiae, Vngarorum regis, e quo edd. Theophili Antiocheni sumtae fuerint, nullum se codicem Romae vel vsquam alibi reperire potuisse: quem locum debeo Fabricio nostro tum in bibl. Gr. vol. XII. libr. VI. cap. 7. pag. 654. tum in Delectu argumentorum et syllab. script. de veritate christiana, pag. 56. vbi plurima, quae in bibl. Gr. h. l. scripserat, repetiit, et perpauca adiecit. *Harl.*

1589. 1609. 1644. Colon. 1618. 1677. tomo 2. [et inter *Franc. Rous* mella patrum. Lond. 1650. 8. pag. 124.]

Graece et Latine cum Clauseri versione in Orthodoxographis Io. Heroldi, Basil. 1555. fol. p. 285. et ad calcem Iustini, martyris, per Io. Langum, Paris. 1615. et 1636. et Coloniae (Wirebergae) 1686. fol. cui postremae editioni accesserunt notae B. D. *Christiani Kortholti*, iam ante editae Kiloniae 1675. fol. [— gr. et lat. cum notis *Prudentii Marani*; cum Iustino martyre, Hag. Com. 1742. fol. pag. 338. sq. — In *Gallandii* biblioth. P. P. II. 77. *Harl.*] Etiam prodierunt Theophili Antiocheni libri in auctario bibliothecae Patrum graecolatino Paris. 1624. fol. cum notis *Frontonis Ducaei*. Oxoniae nitidam editionem curauit *Io. Fellus* Oxoniensis episcopus, A. 1684. 12. cui ad codicem Bodleianum emendatae Clauseri versio castigata et breues notae accesserunt. Tabula etiam subiicitur, ex qua rationes temporum, quas sequitur Theophilus, licet colligere, qualem exhibet etiam *Nourrius* adparatu ad bibl. Patrum pag. 515. *Fabric.* *Theoph. ad Autolycum libri tres*, graece, ad fidem codicis msti Bodleiani et ex parte regii Paris. denuo recogniti et pluribus in locis castigati, versione latina frequenter emendata, notisque tum aliorum, tum suis instructi a *Io. Christph. Wolfio*. Hamburgi 1724. 8. Praeter textum emendatiorem haec ed. varias easque egregias accepit accessiones. In prolegomenis enim disputat Wolf. contra Dodwellum. Post illa recudi fecit praefat. *Felli* et diss. *Io. Ern. Grabii*, quae in spicilegio patrum saeculi II. p. 218. sqq. exstat y). Calci textus subiecit vindicias Theophili, ex *Georgii Bulli* defensione fidei Nicenae petitas, et Petauio quondam oppositas: tum dissert. *Steph. Soucieti*, e S. I. ad libr. II. §. 18. primum memoriis litterar. Treuoltinis a 1708. pag. 605. sqq. postea eius Recueil etc. collectioni dissertatt. criticarum in loca S. S. difficiliora, Paris. 1715. 4. gallice editae insertam, a Wolfio autem in latinum sermonem translatam: dein Dodwelli sententiam, in dissert. epistolica anglicana propositam, qua Theophilum quoque opinatur censuisse *animam esse principium naturaliter mortale*, examinat. Denique Obss. quasdam *Nic. le Nourry*, ad Theophilum spectantes, ex eius adparatu ad bibl. max. patrum tom. II. pag. 491. sq. repetiit. Conf. Lips. acta erud. m. Febr. a. 1724. pag. 56. sq. — *Dan. Wilkinsium* promisisse edit. cum *Rich. Bentleii* castigationibus et *Henr. Dodwelli* diatriba de Theophili aetate, et *Io. Massoni* diss. in eumdem chronologica, memoriae prodidit *Fabric.* in bibl. gr. XII. pag. 955. At enim, quantum equidem scio, illa edit. non adspexit lucem.

Theophili libros anglice vertit notisque illustrauit *Ios. Betty*. Oxon. 1722. 8. — De hac versione *Fabric.* loco modo memor. „in bibliotheca, aiebat, theologico-philologica Bremensi tom. V. pag. 163. lego etiam, *Hermiam* additum, quem in exemplo, quod euolui, frustra quaesiui. Quod autem anglicus interpres a Theophilo suo pag. 208. putat citari *librum*, quem ipse scripserit *de genitura mundi*, non ego credulus illi; verius enim est, respici ad primum Moysis librum, vt a Wolfio recte fuit adnotatum." Germanica versio sic est inscripta. *Des H. Theophili*, sechsten Bischoffs zu Antiochia, *drey Bücher an Autolycum*, einen gelehrten Heyden: darinn der Aberglaube beschämet, und die christliche

y) Tom. I. Oxon. 1699. 8 vbi Grabius *fragment. comment. Theophili* publicauit; sed confer de Grabii errore *Ittig.* in histor. eccles. secundi saec. selectis capp. pag. 33 sq. vbi a pag. 29. de Theophilo agit vberius, et *Wolf.* in nota subiecta.

liche Religion beschützet wird. Aus dem Griechischen übersezt, auch mit einer Vorrede und Anmerkungen vermehret von *Gustau. Christ. Hosman*, Predigern — in Kiel. Hamburgi 1729. 9. — Quaedam scripta, ad historiam librosque Theophili spectantia, citaui in Introd. in hist. L. gr. II. 2. pag. 207. quibus addantur *Io. Gottl. Walpurgeri* Theophilus Antiochenus boni pastoris in ecclesia typus. Chemnic. 1735. 4. — *Nathan. Lardner* Credibility of the Gospel History, part. II. vol. II. cap. 20. pag. 425. sqq. — *Io. Iortin* obss. in Theophilum, in eius Remarks on ecclesiastical History. vol. II. p. 196-206. *Harl.*

2. *Commentarios in Euangelium* a Theophilo, quatuor euangelistarum dicta in vnum opus compingente, graece scriptos legit olim *Hieronymus* praef. ad Matthaeum, atque nonnulla ex illis producit epist. 151. ad Algasiam quaest. 6. licet c. 29. de script. ecclesiasticis testetur, illos sibi cum aliorum Theophili voluminum elegantia et phrasi non videri congruere. Exstant hodie latine sub Theophili Antiocheni nomine *libri quatuor commentariorum* siue potius Scholiorum allegoricorum in integra Euangelia, sed in varia euangelistarum loca. a longe iuniore aliquo scriptore catholico post Hieronymum, et latine, (vt perspicuis argumentis [z]) patet) composita, in quibus illa quidem quae e Theophilo Antiocheno Hieronymus [aa]), sed et multa alia, quae iisdem verbis latinis apud Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum [bb]) leguntur, tum mentio de Monachis pag. 170. B. occurrit, vt omittam, quod Christus Deus de deo, deus et homo in vna persona p. 174. A. et G. 175. D. iis verbis describitur, quibus id Theophili aetate vix a [[?]] quoquam factum. Vtique igitur adsentior Cotelerio [cc]), Tillemontio [dd]) et aliis viris eruditis, qui hos Commentarios Theophili Antiocheni esse negant, licet ex Theophili commentariis ab Hieronymo lectis et aliis perantiquis scriptoribus excerpta continere mihi persuadeam; vnde non mirum, in illis reperiri, quae cum Theophili libris ad Autolycum et aliis vetustissimis monumentis conueniunt, vt monet *Richardus Simon* libro 3. hist. criticae N. T. p. 7. Editiones horum Commentariorum nullas comperi, nisi quae in bibliothecis patrum exstant Paris. 1575. 1598. 1609. 1654. Colon. 1618. et Lugd. 1677. cuius postremae editionis paginas paullo ante citaui. *Fabr.* Praeterea *Fabr.* in bibl. gr. XII. pag. 655. „de Theophili, aiebat, Antiocheni commentario in Euangelium haec *Zachariae Chrysopolitani* adscribere iuuat, tom. 19. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 738. *Non absonum videtur, euangelium compendiose nos recipere in vno opere Theophili episcopi vel Tatiani seu Ammonii Alexandrini, aut alius cuius libet, congruo componentis ordine, vnam ex quatuor narrationem.* Idem pag. 472. *Ad haec pater Hieronymus in homilia de villico iniquitatis, introducens Theophili expositiones, hanc eius laudem adiecit; Theophilus antiochenae ecclesiae septimus post Petrum apostolum episcopus*

z) Lib. I. pag. 167. c. (tom. 2. bibl. Patrum Lugd. part 2. ad verba Matthaei V. Iota vnum vel vnus apex: *per iota Vetus Test. significat, iota enim pro decem est apud Graecos. Apex autem quatuor literas habens per euangelium quadruplex, testamentum indicat nouum.*

aa) *Grabe* tom. 2. spicileg. pag. 221.

bb) *Albertinus* de Eucharistia p. 368. *Nourrii* Apparat. ad bibl. patrum p. 119.

cc) *Coteler.* notis ad Ignatii epist. p. 16. *Fabr.* Ittig. in select. capp. l. c. pag. 32. putabat, latinum hunc in euangelia Theophili commentarium, quem hodie habemus, versionem tantum latinam esse graeci, qui deperditus sit, commentarii: sed *Stolle*, pag. 76. adsentiri malit Fabricio. *Harl.*

dd) *Tillemont* ad vitam Theophili nota 1.

pus, quatuor euangelistarum in vnum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta demisit. Meminit iterum pag. 855." Adde supra, vol. IV. pag. 881. *Harl.*

Scripta Theophili Antiocheni deperdita.

Contra Hermogenem. *Euseb.* IV. 24. hist. *Hieronymus* cap. 25. de script. eccles. *Theodorit.* lib. 1. de haeret. fab.

Contra Marcionem. *Euseb.* *Hieron.* et *Theodorit.*

Κατηχητικά τινα αὐτοῦ βιβλία. Euseb. quod Hieron. reddit: *breues elegantesque tractatus ad aedificationem ecclesiae pertinentes.* Niceph. IV. 9. θείων μεςὰ κατηχήσεων.

Legi et sub nomine eius, inquit Hieronymus, *in Euangelium, et in Prouerbia Salomonis commentarios, qui mihi cum superiorum voluminum elegantia et phrasi non videntur congruere.*

Alii Theophili.

1. *Theophilus*, comicus veteris comoediae, de quo supra lib. 2. cap. 22. [vol. II. pag. 500. seq.]
2. Theophilus, geographus et historicus, Iosepho, Plutarcho, Ptolemaeo et Stephano laudatus, de quo *Vossius* in hist. graecis. [et Mongitor. bibl. sicula, II. pag. 250.]
3. Theophilus, qui de agricultura scripsit, memoratus Varroni et Columellae.
4. Theophilus, nobilis, (vel Alexandrinus, vt Syrus auctor Lexici apud *Tentzelium* p. 208. diss. select. vel) Antiochenus, a Petro, apostolo, ad christianam fidem perductus, si credimus scriptori recognitionum *Clementis* X. 71. Idem nempe κράτιστος ille Θεόφιλος, cui S. Lucas euangelium et acta apost. inscripsit, quemque *ee*) cum Antiocheno nostro episcopo male confundunt [?] *Isidorus* VI. 1. Orig. *Guil. Tyrius* IV. 19. de bello sacro, *Iac de Vitriaco* c. 32. hist. Hierosol. *Blondus* Decad. 2. lib. 3. p. 214. *Christianus Lupus* ad Tertull. de praescript. p. 212. aliique. *Fabr.* Conf. *Schmid.* in historia saeculi II. fabulis maculata, p. 44. sqq. *Tentzelii* diss. select. part. I. p. 207. sq. — De *Theophilo*, cui Lucas historiam sacram inscripsit, et quem praeter alios cum theophilo Antiocheno confundit *Hugo de S. Victore* praenotionibus elucidatoriis de sacris scriptoribus, cap. 10. peculiarem diss. confecit *Heumann*, quae legitur in biblioth. historico-philologica, classis IV. fascic. III. Bremae 1721. 8. nr. III. pag. 483. seqq. cui *Theod. Hasaeus* ibid. pag. 506. seqq. subiecit *spicilimentum*: et huius frater, *Iac. Hasaeus*, ibid. in fasc. VI. pag. 1048. sqq. contra Heumannum late docteque disputat de Theophilo nostro, quem Alexandrinum et Arabarcham vel Ethnarcham Iudaeorum fuisse, adeoque obiisse magistratum, a Luca, qui in eius aliorumque gratiam scripsisset historiam suam, meliora edoctum, contendit. Heum. autem primum disputat de potestate et vsu voc. *Theophili* ac nomine illo vulgato: tum §. 4. docet, illum, ad quem scripsit Lucas, gessisse a parentibus inditum nomen, nec vero innui a Luca Theophilum, Antiochiae episcopum, nec, quae *Mori* ad Luc. I. 1. erat opiniuncula, Theophilum, a *Tacito*

ee) Hunc errorem Nicephoro Callisti praeter rem impingit Tentzelius pag. 207. diss. select.

Tacito Annal. II. 5, 2. memoratum: narrationem vero et lexicographi Syri et Clementis, licet nonnullis viris doctis probatam, esse fabulis adgregandam. Contra pluribus ex vi et vsu voc. Κράτιςος, quod illo aeuo proprium fuisset magistratuum eminentiorum, ostendere studet, Theophilum Lucae magistratum gessisse summae potestati proximum et fuisse idolorum cultorem. *Iacob. Hasaeus*, cuius sententiam modo memoraui, primum in hist. critique de la Rep. des lettres tom. XII. p. 52. seq. censuit, et postea vberius id sumsit sibi demonstrandum in bibl. laudata Bremensi, l. cit. nos stare posse Lexicographi Syri auctoritate; atque *Theodor. Hasaeus*, frater illius, antea in ficilimento mem. pag. 514. sqq. Theophilum, Matthiae patrem, ex sacerdotali genere ortum et summum fuisse Iudaeorum sacerdotem, esse autem dein potuisse christianum, sane illum, ad quem libros suos diuinos allegauit D. Lucas, euincere conatur. (Add. *Wolf.* curas philol. et criticas, ad acta apostolor. cap. 1.) — Triumviri autem illi multos alios *Theophilos* ex omni antiquitate collegerunt tamquam supplementum ad hunc Fabricii catalogum. Atque ipse *Fabricius* in bibl. gr. VI. cap. 7. vol. XII. pag. 648 et 654. sqq. plures *Theophilos* produxit in lucem, et obiter laudauit biblioth. Bremens. Ego vero illorum memoriam hic repetam. *Harl.*

5. Theophilus, Caesareensis episcopus, Antiocheno episcopo, cuius scripta iam retuli, aetate suppar. Eius relationem de decreto Caesareensis synodi, A. C. 196. habitae de Paschate sub falso *Philippi* nomine edidit *Bucherius* pag. 469. ad Victorii Aquitani canonem paschalem. Sub Theophili nomine exstat apud *Bedam* lib. de aequinoctio tom. 2. Opp. pag. 232. et in Conciliis *Labbei* tom. 1. pag. 596. et emendatius in noua *Baluzii* collectione pag. 13. Suspecta tamen merito videtur Santebeuuio, Bosqueto et Tillemontio, quem vide nota 2. ad vitam S. Victoris, papae, tom. 3. mem. eccl. pag. 479. seq. De Theophilo ipso adeundus *Eusebius* V. 23. et *Hieronymus* cap. 43. catalogi. *Fabr.* In tom. XII. pag. 655. haec addidit Fabr. „De Theophili, *Caesareensis* episcopi, octoeteride adeundus *Sam. Petitus* eclog. chronolog. pag. 151. Ex eius epistola synodica aduersus eos, qui quarta decima luna cum Iudaeis pascha celebrant, locum adfert *Rabanus Maurus* libro de computo cap. 64. tom. I. misc. Baluzii p. 60." add. infra in hoc cap. de deperditis scriptor. saec. II. nr. 22. *Harl.*

6. Theophilus, Areopagitico iudicio falsi damnatus, de quo *Tacitus* II. 55. Annal.

7. Theophilus, medicus, de quo *Galenus* de symptomatum differentiis cap. 3. *Fabric.* v. in Elencho medicorum vett. infra vol. XIII. pag. 434. vbi duo alii *Theophili*, medici, citantur, alter comes archiatrorum, alter protospatharius, de quo vberius agit *Fabr.* in vol. XII. p. 648. sqq. siue lib. VI. cap. 7. et alibi, in eodem, et IX. ac XIII. voll. ed. vet. Ab illo haud diuersus *Hasaeo* in bibl. Brem. l. c. pag. 508. videtur is, cuius commentar. in Hippocratem exstat in bibl. Ambros. Mediol. teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 16. nec is, qui βραχυλογώτατος dicitur in cod. Vffenb. secundum bibl. msst. indicem p. 536. Atqui tres codd. comm. Theophili, protospatharii in Hippocr. aphorismos exstant in bibl. publ. Paris. etc. *Harl.*

8. Theophilus, cui Hippolytus dicauit librum de Antichristo, a Marqu. Gudio editum *Fabr.* Cum hoc idem forte Κράτιςος Θεόφιλος, quem adloquitur *Methodius* apud Epi-

 phanium

phanium tom. I. lib. II. contra haeref. pag. 540. 560. 590. *Fabr.* Sed haec coniectura, quam idem Fabr. fouet in notis ad Hippolytum pag. 4. *Heumanno* in bibl. hift. philolog. Bremenfi claff. IV. fafc. III. pag. 494. not. haud omnino certa effe videtur. *Harl.*

9. Theophilus, Alexandriae ab A. C. 385. ad 412. epifcopus, de cuius fcriptis erudite Caveus, cui addes, quae ex *libro aduerfus Iohannem Chryfoftomum* adfert *Facundus* lib. VI. tom. 2. Operum Sirmondi pag. 595. feq. De epiftolis pafchalibus, quarum ternae ad Aegypti epifcopos latine ex Hieronymi verfione leguntur tom. 4. Operum Hieron. p. 691. fq. edit. Marcianaei, vide *Quesnellum* ad Leonem M. p. 263. 326. fq. 797. 896. Theophili Alexandrini fragmentum *de refurrectione* ex codice regio CCXI. graec. et lat. protulit *Sirmondus* ad Rufinum de fide tom. 1. Opp. p. 313. Ad Theophilum hunc Ammonius, epifcopus, epiftolam περὶ πολιτείας καὶ βίε μερικȣ̃ Παχωμίε καὶ Θεοδώρε, fcripfit, quae ex MS. Florentino graece edita ab *Henfchenio* Adpendice ad tom. 3. Maii p. 63. et latine, Daniele Cardono interprete, pag. 347. Ad calcem huius legitur breuis *Theophili* ad Ammonium epiftola. Ad hunc Theophilum exftant etiam epiftolae Synefii. *Fabr.* De hoc *Theophilo* Fabric. in bibl. gr. pluribus egit locis, quorum potiora hic cogere aut adnotare praeftat. In vol. VII. lib. V. c. 11. pag. 436. obferuatur, in *Theodoreti* opp. tom. IV. in dialogo inter eraniftam et orthodoxum occurrere fragm. Theophili Alex. fed pro eo male excufum effe in edd. Rom. et Lipf. Θεοφυλάκτȣ. — In eod. vol. et libro cap. 7. pag. 787. *Theophilus* citatur, inter eos, qui in Thomae Aquinatis catena, et pag. 790. qui in catena Oecumenii msta memorantur. In vol. VIII. lib. V. cap. 27. pag. 567. Cyrillus Alexandrinus dicitur, citaffe loca ex Theophili epifcopi προσφωνητικȣ̃ λόγȣ πρὸς τȣ̀ς φρονȣ̃ντας τὰ Ὠριγένȣς. — Vol. IX. lib. V. cap. 32. pag. 68. eft inter elogia SS. et vitas, *Theophili*, archiepifcopi Alex. in S. coenam domini — *Theophili Alex.* προσφώνησις fiue edictum, ὑπομνηστικὸν canones X. et de Catharis ἀφήγησις, et ad Agathonem ac Menam, epifcopos, epiftolia duo, gr. lat. in collectione conciliorum, ed. reg. tom. III. aut Labbei tom. II. p. 1797. Harduini tom. I. pag. 1195. (conf. *Lamb.* comment. de bibl. Vindob. tom. VIII. col. 884. fq.) tum in ed. reg. tom. XII. Labbei tom. V. Harduini tom. III. excerpta ex Theophilo ad Porphyrium, Antiochiae epifc. et S. Gregorio ad Theophilum. (Fabr. vol. XI. p. 392. et 437.) — In vol. XII. pag. 656. fq. eft locus longior, quem huc referam.

Theophilus, venerab. Alexandriae epifcopus, quem, *Rabanus Maurus* libro de computo cap. 86. pag. 82. ait, fcripfiffe, faluatorem noftrum quarta decima quidem luna traditum, quinta decima autem crucifixum, die tertia refurrexiffe, hoc eft feptima decima luna. Hic eft *Theophilus*, de quo *Gennadius* cap. 33. de fcriptor. eccl. et de cuius *epiftolis pafchalibus* expendenda diff. critica *Vitrii*, S. I. in memoriis litterar. Treuoltinis a. 1719. pag. 162. et in ephemeridibus eruditorum Parifienfibus eiusdem anni tom. II. ed. Amftel. p. 123. Plura etiam de hoc *Theophilo Raynaudus* tom. VIII. Opp. pag. 242. feq. Ex eius προσφωνητικῷ πρὸς τȣ̀ς φρονȣ̃ντας τὰ Ὠριγένȣς fragmentum apud *Theodoritum* dialog. 2. pag. 191. et in actis concilii ephefini part. I. c. 4. Ex eius *epiftola ad Porphyrium*, Antiochiae epifcopum, in fynodo V. collat. 5.

Λόγος

Λόγος εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον, qui exſtat inter S. Cyrilli Alex. ſcripta tom. V. part. 2. p. 370. Theophilo tribuitur ab Leone Allatio. *Theophili Alexandrini* diſſ. de homine, gr. et lat. cum verſione et not. Fed. Morelli prodiit Pariſ. 1608. Titulus eſt: Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας λόγος, τίνι ὁμοιοῦται ἄνθρωπος. Sed ſi quis hanc homiliam euoluat, facile animaduertet, ſcriptorem non quarti ſaeculi, ſed longe iuniorem, qui de graui iugo Iſmaelitarum conqueritur pag. 3. ἀφ' οὗ γὰρ ἐπῆλθεν ἡμῖν ὁ βαρὺς ζυγὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν. Neque Theophili aetatem ſapit, quod pag. 16. legas: καὶ ἐπεκαλοῦντο τοὺς ἁγίους εἰς βοήθειαν. Ceterum ex codd. mſst. quos euoluerunt *Allatius* ad Euſtathium Antiochenum pag. 254. *Lambecius* VIII. pag. 364. [pag. 771. ſqq. ed. Kollarii, cuius not. conferes,] et *Cotelerius* tom. 2. monum. eccleſiae gr. pag. 669. conſtat, auctorem eſſe *Chriſtophorum*, patriarcham Alexandrinum, vnum ex tribus illis epiſcopis, qui ad Theophilum, Iconomachum, ſcripſit celebrem illam pro cultu ſacrarum imaginum f) epiſtolam, quae gr. et lat. edita eſt a *Franciſco Combefiſio* Pariſ. 1664. 4. in manipulo rerum CPolitanarum p. 110-145. et a *Michaele le Quien* in noua Io. Damaſceni Operum edit. tom. I. pag. 629-647. Notum autem eſt, Theophilum illum imperitaſſe a. Chr. 829-842. vnde de aetate huius *Chriſtophori* ſimul conſtare poteſt, quam etiam recte Caueus atque Oudinus adnotauerunt. Hactenus *Fabric.* Rariſſime obuia eſt illa Morelli editio, nec vsquam repetita. Cotelerius quidem, (vt Fabr. ibid. in nota ait.) tom. II. monum. pag. 669. *Pſeudo-Theophilus Alexandrinus, ſeu pſeudo-Chryſoſtomus Sauilii tom. 8. p. 857. qui ex multis variarum bibliothecarum codicibus verus eſt Chriſtophorus Alexandrinus, ſermoni, cui vita humana ſit ſimilis;* ſed illam in Chryſoſtomo Sauilii fruſtra quaeſiuit Fabric. qui, quoniam illa Morelli edit. Dupinii etiam diligentiam fugerit, et Lambecii, [nec vero Kollarii,] neque inſpecta a *Tillemontio*, qui de Theophilo Alexandrino diligentiſſime differit tom. XI. memor. H. E. pag. 441-499. illam de homine diſſ. integram, praefixa cod. Caeſarei inſcriptione verique auctoris ſignificatione: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Παραίνεσις Ψυχωφελὴς φανεροῦσα τίνι ὁμοιοῦται ὁ βίος οὗτος, καὶ εἰς ποῖον τέλος καταστρέφει ex edit. et cum verſione lat. Morellii, pag. 657-674. recudi fecit. Ego vero illam hic omittendam cenſui, in volumen ſupplementorum forſan coniecturus.

Florentiae in bibl. Medic. Laurent. eſt, teſte *Bandinio* in cat. codd. gr. in cod. XXII. nr. 16. et cod. XL. nr. 42. plut. V. in cod. VIII. nr. 36. ſeqq. plutei IX. et in cod. I. nr. 12. ſq. plut. X. Theophili edictum, quum ſancta Theophania in die dominico inſtarent: et alia canonica, quae excuſa typis etiam exſtant in Beueregii Pand. canon. tom. II. (vol. I. pag. 47. 75. 400. et 468.) — Eadem inſunt in cod. *Taurinenſi* CV. ſecundum catal. codd. gr. Taur. pag. 197. — In cod. Mediceo IX. plut. XI. nr. 22. et 23. (pag. 505. in Bandini cat.) eſt epiſtola *Ammonis* epiſcopi (Elaearchae) de conuerſatione et particulari vita Pachomii et Theodori ad Theophilum, patriarcham Alexandr. et huius *Theophili* epiſtola reſponſoria. Vtraque eſt in Actis SS. tom. III. Maii

f) Conf. quae de illa epiſt. dixi vol. VI. huius bibl. pag. 672. et VIII. pag. 102.

Mai lat. pag. 347. sqq. graece pag. 827. sqq. — Citatur, (teste eodem *Bandinio* I. pag. 100. et 254.) in expositione sacrorum praecept. et in florilegio sententiarum.

In bibl. D. Marci *Venet.* in cod. CXII. ad calcem Chrysostomi homil. haeret *Theophili* archiepisc. Alexandr. opusculum *de exitu animae*. v. catal. codd. gr. pag. 61. — Ibid. in cod. XVI. in catena in libros Regum, et in cod. XXI. in cat. in libr. Iob. occurrunt loca Theophili: (catal. p. 17. et 20.) Pariter liber Iob commentariis et scholiis variorum, in his *Theophili* Alexandr. exstat in cod. CXCIV. Coisl. v. *Montf.* bibl. Coislin. pag. 147. ibid. pag. 44. 64. 77 et 263. in variis in libros diuinos catenis. — ib. pag. 198. in Niconis collectaneis, in cod. CXXII. — ibid. pag. 268. *Theophili* Alex. in Theophania fragm. et *ὑπομνηστικὸν*, quod accepit Ammon propter Lyco. in cod. CCVIIII. — ibid. pag. 390. in cod. CCLXXVI. in parallelis, quae Io. Damasceno falso adscribuntur, et pag. 412. in Eclogis etc. in cod. CCXCIV. loca et testimonia Theophili Alex. ib. pag. 563. in cod. CCCLXIV. Theophylacti quidem nomine, sed rectius *Theophili* Alex. capita canonica: conf. *Montf.* diar. ital. p. 218.

Paris. in bibl. publica sunt secundum catal. codd. tom. II. *Theophili* Alex. canones in quatuor codd. — commonitorium in quinque codd. — epistolae in septem codd. — *προσφώνησις*, quum Theophania in diem dominicam incurrerent in quinque codd. — oratio, cui rei similis sit vita humana in cod. MXIII.

Augustae Vindelic. in cod. XXIII. (sec. *Reiseri* cat. pag. 9.) inter commentatores s. in catena in ep. ad Romanos e Theophili scriptis fragmenta leguntur.

Vindobonae in bibl. Caesarea exstant, in cod. IV. (*Lambec.* comment. III. pag. 35.) inter comm. in Genesin *Theoph.* loca: tum teste *Nesselio* in catal. codd. part. I. pag. 138. nr. XVI. (in *Lambec.* comment. tom. V. pag. 481.) et II. p. 24. nr. 4. *Theoph.* oratio de caussa esus casei et ouorum tempore ieiunii, et canones quatuordecim; in part. V. pag. 22. 53. et 109. (*Lambec.* VIII. pag. 884. 885. 913. 997.) eiusd. edictum, quum Theophania die dominico instarent, commonitorium ad Ammonem cum tribus scriptis canonicis ad Aphyngium, ad Agathum et ad Menam.

In *Anglia*, *Oxonii* in bibl. collegii Baliolens. in cod. CCCCXXVI. in catal. codd. Angl. et Hibern. I. pag. 10. nostro *Theophilo* adscribitur lib. de Origenis haeresibus ad Epiphanium. — In bibl. *Bodlei.* canones aliquot, in cod. XXVI. et LXXXVI. tum CLXXXV. — quaestiones in catena patrum in Genesin, in cod. LXXVI. — varia responsa, in cod. CLVIII. inter libros orient. Roberti Huntington. cod. MMMMMMDCCCXVIII. homiliae quaedam arabice. — In cod. XXXVIII. colleg. *Etonensis* (siue nr. 1836. in cat. II. pag. 47.) *Theophili* Prosphonesis. — In cod. *Th. Gale* LXXI. (s. nr. 5905. catal. pag. 187.) *Theoph.* edictum, commonitorium cum scholiis, declaratio de Catharis et duae epp. cum scholiis. — In cod. *Io. Mori* XII. (s. nr. 9198. cat. pag. 362.) *Theoph.* Prosphonesis. *Harl.*

[*] 10. Theophilus, chronographus, Ioanni Malalae laudatus, quem eumdem puto cum Theophilo, qui citatur in Chronico Paschali pag. 41. a Theophilo Antiocheno autem diuersum

diuerſum, quia Malala et Chronici Paſchalis auctor ex eo adferunt, quae in libris ad Autolycum non leguntur. [v. infra, libr. V. 4. vol. VI. pag. 135. et 137. ed. vet.]

11. Theophilus, ICtus, ex triumuiris illis, qui Iuſtiniani imper. auſpiciis ius ciuile in ordinem digeſſerunt. De illo infra libro VI. [tom. XII. pag. 346. 353. 472. ſeqq. — *Theophilus*, interpres gr. Inſtitutt. iuris Iuſtin. infra vol. XII. pag. 353 et 472. ſq.]

12. Theophilus, protoſpatharius, de cuius ſcriptis itidem infra libro VI. inter Medicos [v. ad nr. 7. et add. *Haſaeum* in bibl. Brem.]

13. Theophilus Michaelis II. Balbi F. imperator CPol. ab A. C. 829. ad 842. [conf. paullo poſt.]

14. Theophilus, presbyter, auctor forte paraphraſeos oraculorum Leonis, imp. quam graece ex MS. Amſtelodamenſi edidit *Lambecius* ad calcem Leonis Oraculorum pag. 275. *Fabr.* In bibl. *Eſcorial.*, teſte Plüero itiner. per Hisp. pag. 193. exſtat in cod. „Theophili, *presbyteri* magnae eccleſiae romanae, vaticinium, explicans principium et finem imperii Ismaelis, ex latino in graecum ſermonem a Notario *Io. Bizano* verſum.„ add. infra, libr. V. cap. 5. vol. VI. pag. 364. et 365. ed. vet. *Harl.*

15. Theophilus, Corydalius, Graecus recentior, Catumſirto laudatus, qui Theologiam in Collegio Graecorum Romae docuit, licet Cyrilli Lucaris confeſſionem probaret. Vide *Rich. Simonis* bibliothecam criticam tom. 3. pag. 229. *Fabr.* Add. *Fabr.* bibl. gr. X. pag. 498. qui illius rhetoricam expoſitione gr. et lat. edidit in vol. XIII. pag. 648. ſqq. *Harl.*

Alios Theophilos, ſanctos et martyres, colligit *Theophilus Raynaudus* S.I. in Iohanne Theophilo tom. VIII. Operum pag. 239. ſq.

In veteri inſcriptione apud *Gispert Cuperum* in Harpocrate pag. 126. Θεόφιλος Θεοφίλου Ἀντιοχεὺς μελαινηφόρος.

Theophili *Perſae* opus aduerſus Doſitheum Samaritanum memorat Hebed Ieſu catalogo librorum chaldaicorum. Confer *Rich. Simonis* bibl. ſelectam gallice editam tom. II. pag. 289.

[De Theophilis *aſtrologis* v. ſupra, vol. IV. pag. 162. Opus prioris aſtrologicum ad Deucalionem *Fabric.* in bibl. gr. XII. pag. 654. etiam Theophilo Protoſpathario tribuere malit.

Theophilus *Patricius* et *Quaeſtor decapolitanus.* v. infra, libr. V. cap. 5. 4. vol. VI. pag. 489. ed. vet.

Heumannus in bibl. Bremenſi l. c. pag. 488. addit *Theophilum*, Marcelli, memoratum Ciceroni lib. IV. ad Diuerſ. ep. 9 et 10. *Theophilam*, mulierem, ob eruditionem ſingularem a Martiale libr. V. epigr. 68. laudatam; *Theophilum*, duodecimi ſaeculi virum, quem in opere de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. 383. memorat Trithemius. Tres *Theophili* in peruetuſtis inſcriptionibus a Iac. Sponio part. II. p. 111 et 112. ed. germ. Itinerarii ſui exhibentur. — Praeter hos Θεοφίλου, Ἀλαιέως *Theophili Halaeenſis*, mentio fit in pſephiſmate

quodam attico, publicato a *Clemente Biagi* in tractatu de decretis Atheniens. (Romae 1785. 4.) prolegg. pag. XVIIII. iterumque pag. XX.

Theodor. Hasaeus in bibl. Brem. l. c. pag. 506. sqq. primum ex inscriptionibus apud Gruterum et Reinesium multos *Theophilos*, etiam *Theophilas* excitat. Tum alios *Theophilos* et deorum cultores et christianae disciplinae adseclas enumerat. A vero igitur dei cultu alieni fuerunt *Theophilus*, archon Atheniens. Olymp. CVIII. 1. *Theophilus*, consularis Syriae, a Gallo Caesare furenti populo Antiochensi obiectus ab eoque discerptus: *Ammian.* lib. XIV. cap. 7. — *Theophili*, philosophi, opus περὶ Καταρχῶν πολεμικῶν Romae in bibl. pontificia, exstare, testatur Gesnerus. — Ex *Theophili* cuiusdam libro περὶ λίθων quaedam adducit *Plutarch.* de fluminibus, p. 84. ed. Tolosanae. — *Theophilo* cuidam epistolas inscripsit Libanius. —

Inter Christianos nomen illud vulgare erat. Ab Hasaeo multi adducuntur. *Theophilus*, primus Gothorum episcopus, Vlphilae decessor, adfuit concilio magno Nicaeno. — *Theophilus*, episcopus Beneuentanus, interfuit concilio romano a. 313. — *Theophilus*, S. R. E. humilis presbyrer tituli S. Sabinae, subscripsit concilio romano, a. 761. — *Theophilus*, Traianopolitanus, sacrorum praesul, in exilium missus post concilium Sardicense a. 348. — *Theophili*, Zacynthi episcopi, a Michaele imp. CPolitano Romam ad pontif. Nicolaum missi, in eius vita meminit Anastasius; idem in vita Constantini pontif. alius *Theophili*, monachi, qui tempore Leonis Isaurici imaginum cultum defendit, memoriam graeci colunt postrid. Kal. Octobris. — Magnus earumdem patronus fuit *Theophilus*, ephesinus episcopus, de quo v. Baron. ad a. Ch. 816. cap. 41. — Ex aduerso earum cultui restitit fortiter *Theophilus* alius, metropolita Nacoliae, de quo v. Baron. ad a. Chr. 727. [Ad *Theophilum Ephesi*, et ad *Theophilum* Abbat. scripsit epp. Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. de codd. opp. Studitae CCIX. p. 322 et 323.] — *Theophilus*, Michaelis Balbi filius, imper. CPolit. [v. nr. 13. eius epistola et edicta contra iconolatriam inter *Goldasti* imperialia decreta, Francof. 1608. 8. v. Fabr. bibl. gr. lib. VI. c. 4. in vol. XI. pag. 490. atque p. 406. et inter Melodos Graec. vol. X. pag. 138. Decem versus iamb. a *Theophilo* imperat. Iconomacho scripti, seu potius SS. Theophanis poetae et Theodori Graptae ex cod. Laur. Medic. XVII. plut. LV. descripti et editi sunt a *Bandin.* catal. codd. gr. II. col. 280. sq.] — *Theophili* calligraphi eiusque librorum, contra Seuerum scriptorum, meminit *Photius* in biblioth. cod. CCXXXI. [Integros Stephani Byzantini libros manu sua esse scriptos, testatur in subscriptione cod. CCXXVIII. Coisl. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 292. — Hic Photius a. 859. *Theophilum*, Amorii episcopum, vna cum aliis ad Nicolaum, papam, ablegauit, auctore Niceta. — Idem quoque refert *Theophilum*, protospatharium, impurum hominem, ludibrii caussa ad sedem patriarchalem CPolitanam a. 862. ab imp. Michaele euectum. — *Theophili* πρεσβύτου, ingrauescente aetate martyrii coronam sub Decio adepti, meminit Nicephorus lib. V. c. 21. et Eusebius H. E. libr. VI. c. 33. et G. Syncellus in chronogr. pag. 369. [Ad *Theophilum* presbyterum scripsit epp. et conquestus est Chrysostomus, in cod. Coislin. ap. *Montfauc.* pag. 566.] — De *Theophilo*, Indo, Adiabeno, miraculis etiam claro, ab imp. Constantio in Indiam atque ad Aethiopes misso, consule Suidam, Nicephor. H.

E. lib.

E. lib. IX. cap. 18. et 19. et Philoſtorgium H. E. libr. II. c. 6. libr. III. cap. 4. libr IV. cap. 7 et 8. et libr. VIII. cap. 2. et *Sand.* in H. E. II. pag. 193. — Alius *Theophili*, epiſcopi Libyae, ab imp. Conſtantio multati exſilio, quod ſynodo CPolitanae a. 359. nollet ſubſcribere, mentionem facit Philoſtorg. lib. VII. cap. 6. et V. c. 4. — *Theophili*, τῦ σοφωτάτυ dicti, meminit chronicon paſchale. — *Theophilum* ταις ἐν καςαβαλοις ἐκκλησιαις πρoςαντα, ab Arianis ſede ſua remotum fuiſſe narrat Nicephor. libr. IX. cap. 45. Eius quoque meminit *Theophanes* in chronogr. p. 48. (qui praeterea pag. 456. mentionem facit *Theophili*, patricii martyris,) et Socrat. Sozom. libr. IV. c. 11. — De *Theophilo*, Cilice, aduerſario ſuo, conqueritur Baſil. in epiſt. 196. ad Theodotum, is quoque *Theophilo*, epiſcopo, inſcripſit epiſtol. 309. — Inter epiſcopos alexandrin. *Theophilus* init. ſaec. V. et *alius*, Philotheus etiam dictus, ab a. 1002-1032. Solent quoque Aethiopes diem XVIII. Oct. celebrare, dicatum memoriae *Theophili*, patriarchae alexandrini, quem numero viceſimum tertium facit, et *cycli paſchalis compoſitorem* adpellat Kircherus in ſupplem. prodr. copt. p. 520. quamquam eius Wandelius in catal. patriarcharum Alexandriae nullam iniicit mentionem. [In epiſtola ſynodi Nicaenae ad Alexandrinorum eccleſiam, (in cod. XXXIV. Coislin.) laudatur *Theophilus*, confeſſor et archiepiſcopus. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 99. qui eum in indice vocat patriarcham.] — *Theophili*, Adanenſis oeconomi, poenitentia et conuerſio a. Chr. 835. ſcripta ab Eutychiano, eius famulo et clerico Adanenſi. v. Fabric. bibl. gr. IX. pag. 149. [et plura de illo ac de codice in bibl. S. Michael. Veneto *Mittarellius* in cat. codd. illius bibl. col. 1122. ſq.] In msstis biblioth. Bodlei. nr. 3781. occurrit *S. Macarii itinerarium vsque ad paradiſum terreſtrem* ſ. *de vita* eius *et conuerſ. per Theophilum*, Serginum, Chiinum, (lege Hyginum) monachos. Atque Haſaeus, auguror, inquit, hunc librum eſſe eumdem, qui ſub nomine *Vitae S. Macarii* exſtat apud Roſweydum in vitis patrum p. 224. Inter codd. msstos bibl. Cotton. occurrit *actus* Theophili, *qui Chriſtum abnegauit et recuperauit.* Gesnerus in bibliotheca videtur huius libri alium titulum exhibere, quem in membrana exſtare ſcribit. *Theophili publica poenitentiae ſatisfactio*, [hanc inſcriptionis partem codicis Veneti S. Mich. adfert Mittarellius l. c.] *qui Chriſto abnegauit et veniam S. Mariae virginis impetrare promeruit.* [*Theophili* cuiusdam *poenitentia* occurrit in cod. gr. Coisl. CCLXXXIII. teſte *Montf.* in biblioth. Coislin. p. 400.] — Idem Gesn. *Theophilum* quemdam pulcerrimum de vitrificatoria librum conſcripſiſſe auctore H. Cornelio Agricola refert. Adducit quoque *Theophili* monachi libr. III. primum de *temperamentis colorum*, ſecundum *de ratione vitri*, tertium *de fuſoria et metallica*, qui apud G. Agricolam in pergamenis exſtet et Lipſiae. [De libro *Theophili* Presb. *Leſſingius* egerat in libro: von dem Alter der Oelmalerey. Liber ipſe ab *Eſchenbergio* e cod. Guelf. editus in: Zur Geſchichte und Litter. aus dem Schätzen der Wolf. Bibl. von *G. E. Leſſing*. Sechſter Beytrag. p. 291. ſq. De cod. Lipſ. v. Feller. act. Erud. 1690. M. Aug. p. 420. *Beck.*] — *Theophili* Palaeologi inſignis virtus, quam in obſidione atque expugnatione CPoleos exhibuit, paſſim celebratur. Denique quosdam *Theophilos*, in gente Hebraeorum obuios, excitat Haſaeus. Idem in nota diſſertationi fratris ſui, Iacobi, de Theophilo etc. ſubiecta: libr. mem. pag. 1073. ſqq. alios denuo addidit. *Theophilum* memorat Ioſ. libr. I. contra App. p. 1051. — A Tzetze Chil. II. v. 88. citatur *Theophilus*, proconſul, patricius, quaeſtor et prae-

fectus CPolitanus ἐν θεμελιώσεσι παραθαλασσίας. — *Theophilus*, episcopus, subscripsit epistolae, quam patres concilii antiocheni in caussa Paulli Samosateni ad Dionysium episcopum roman. miserunt. — Cathedram Hierosolymitanam obtinuit saeculo XI. *Theophilus.* — Inter epistolas Nili, CPolitani primum eparchae, et deinde monachi, tres sunt tribus inscriptae *Theophilis*, nimirum *Actuario*, *Cancellario* et *monacho.* — Per Mamantem et *Theophilum, presbyterum*, citatus olim fuit ad synodum CPolitanam a. 448. Eutyches. Hactenus Hasaeus. Et tamen numerus hic *Theophilorum*, in antiquitate memorabilium, ingens potest amplificari. *Theophili* cuiusdam commentarius inter aliquot patrum in XIV Gregorii Nazianzeni oratt. commentarios, a Basilio Minimo collectos, est in cod. Laur. Medic. XIII. plut. IV. teste *Bandinio* in cat. codd. gr. I. pag. 536. seqq. — *Mittarellius* in catal. codd. S. Michael. Venet. col. MCXXIII. nominat *Theophilum a Balneo*, Abbat. General. Camald. cuius *itinerarium* exstitit in cod. DCXXVIII. — Sub nomine *Theophili Pii, sacerdotis Messanensis*, scripsit ediditque varia *Benedictus Dini*, Messanensis etc. mort. 1680. v. *Mongitor.* bibl. sicul. I. pag. 100. Sed haec sufficiant. *Harl.*

HERMIAS Ἑρμείας, cuius διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, siue breuis libellus exstat, quo concurrentes aduersa fronte inter se ethnicorum philosophorum opiniones ridet, de rerum principiis, de anima, de DEO mira et pugnantia inter se tradentes. Theophilo plerumque subnectitur, et non plane certa coniectura a *Guil. Caueo* ad secundi saeculi extremum refertur, licet *Lambecius* tom. VII. de bibl. Vindob. pag. 54. [f. pag. 116. edit. Kollarii, cuius conf. notas,] eumque sequutus *Tentzelius* diss. select. p. 227. seq. auctorem putent longe iuniorem, Hermiam [gg]) nempe Sozomenum. Ad Tentzelii argumenta respondit Caueus parte altera Historiae literariae, contra quem licet tueri sententiam suam conatus sit *Tentzelius* in bibliotheca curiosa, siue ephemeridibus litterariis germanice editis A. 1704. pag 232. seq. fateor tamen praeter nominis congruentiam nihil valde esse in illa Lambecii diuinatione, [*] quod eam verisimilem reddat. Quod si sola nominis similitudo sufficit ad hariolandum, non desint alii Hermiae, quibus non minori specie libellus ille tribui possit, vt *Hermias*, martyr sub Antonino imp. cuius acta martyrii graece ex MS. Mediceo dedit *Papebrochius* ad 31. Maii tom. 7. pag. 434. cum versione Hugonis Bolli Carthusiani: nec minus *Hermias*, quem colloquentem inducit Cyrillus Alex. dialogis de diuinitate et incarnatione vnigeniti [hh]). Verum editiones potius haud inuenussi illius libelli, quocum-

gg) Hunc intellige, quando in Labbei bibl. noua MSS. pag. 387. memorari vides *Hermiae Salaminii historiam ecclesiasticam.* Sozomeni nomen integrum fuit *Salamanus Hermias Sozomenus.* Vide *Valesii* notas pag. 98. De *Hermia*, Syriani discipulo, philosopho ethnico Platonico, quemadmodum de Sozomeno quoque dicturus sum infra suo loco.

hh) *Fabricius* in delectu argumentorum — — pro veritate religionis christianae pag 57. (vbi integrum nostrum locum bibl. gr. repetiit,) primum in nota *p* adnotat, ex Cyrilli dialogo de diuinitate petitum esse fragmentum, quod ex Cyrillo πρὸς Ἑρμείαν adfert Macarius Chrysocephalus alphabeto sancto siue Catena MS. in Lucam. Tum addit *Hermiam*, Abydi episcopum, qui interfuit concilio chalcedonensi, a. 451. Hunc etiam enumerat inter eos *Hermias*, quos addidit in bibl. gr. IX. pag. 507. vbi Photii locum ex Helladio reddidit; et Photius, *in eodem codice*, ait, *similis carminis genere*,) (iambico) *continebantur patria instituta Hermiae Hermopolitani.* In nota igitur subiecta adiiciuntur a Fabricio alii: 1) *Hermias eunuchus*, de quo Laertius in Aristotele; et Photius hoc ipso capite ex Helladio. 2) *Her-*

mias

quocumque demum auctore et quocumque tempore scripti referre praestat. Vidit itaque lucem primum ex Io. Iacobi Fuggeri codice cum versione *Raphaëlis Seileri*, Augustani, Basil. 1553. 8. additus Demetrii Cydonii Orationi de morte contemnenda: atque inter veteres aliquot Theologos graecos, quos supra retuli in Athenagora, excusos Tiguri A. 1560. fol. graece et latine curante Gesnero ¹¹). Deinde vt latinas editiones, in bibliothecis Patrum repetitas, omittam, graece et latine iterum cum castigationibus Frontonis Ducaei in Auctario Ducaeano Paris. 1624. fol. tomo I. et ad calcem Iustini, martyris, Paris. 1615. 1636. et Colon. siue Wittebergae potius 1686. Cum Tho. Galei codice collatus, additis eiusdem Galei, qui Theodorito iuniorem Hermiam esse existimat, et *With. Worthi* notis, ad calcem Tatiani Oxon. 1700. 8. *Fabr.* — In *Gallandii* biblioth. graeco-lat. veterum patrum II. pag 68. — *Hermiae* — gr. et lat. ad duos codd. romanos collata, cum notis *Prud. Marani*, cum eiusdem Iustino. Hagae Com. 1742. fol. p. 402. sqq. — cum adnotatt. *Hier. Wolfii*, *Thomae Galei*, *Wilh. Worthii* suisque, graece in vsum praelectionum separatim edidit *Io. Christph. Dommerich* Halae. 1764. 8. Marani editio incognita fuit editori.

De cod. *Vindob.* v. *Lambec.* l. c. — Duo Romanos codd. a Marano fuisse collatos, modo vidimus. — A *Montf* in bibl. bibl. MSSt. nominantur cod. Vatic. tom. I. p. 35. — cod. Ottobon. p. 187. — In *Anglia* inter codd. Th. Gale, nr. MMMMMCMXXXIII. cat. codd. Angliae etc. II. p. 188. — Est quoque libell. in cod. Augustano Vindel. teste *Reisero* in catal. p. 43. — Inter codd. Vossianos, secundum catal. bibl. *Leidensis*, pag. 395. —

mias, pater *Ammonii*, philosophi, de quo Suidas e Damascio. 3) *Hermias*, geometra, de quo Plutarch. IX. 1. sympos. 4) *Hermias*, medicus ophthalmicus, a Galeno laudatus. 5) *Hermias*, Methymnaeus, sicularum rerum scriptor, qui citatur a Diodoro Siculo et Athenaeo. 6) *Hermias* haereticus, a quo Hermiani. 8) *Hermias*, Aegyptius, in concilio Sardicensi a. 347. 8) *Hermias*, Abydi episcopus (supra nominatus,) atque alius, vt videtur, in concilio romano a. 503. 9) *Hermias* Curiensis, ex Curio, Cypri oppido, cuius iambi citantur ab Athenaeo, et cui Philistonis φιλογίλων tributum a nonnullis, ex Suida discimus. Conf. *Reinesii* varr. lection. lib. I. cap. 5. 9) De *Hermia*, Hermopolitano, Aegyptio, qui praeter Photium meminisset, non reperi. Ille addendus Vossii historicis graecis. Add. index ad Fabric. bibl. gr. vocc. *Hermias.* — *Hermaei* cuiusdam epist. ad Abbatem Doulam, qua ipsius consiliis iuuari se postulat, nondum edita, est in cod. Paris. MCLXXXI. nr 18. teste catal. II. pag. 237. et ibid. nr. 19. Doulae responsum ad Hermaeum, ineditum, quo ostendit, homini, etsi peccatorum multorum sibi conscio, de salute tamen non esse desperandum. *Harl.*

11) Reperitur quoque *Hermiae irrisio philosophorum gentilium* in *Guil. Morellii* Tiliani tabula compendiosa de origine, successione, aetate et doctrina veterum philosophorum cum *Hier. Wolfii* annotationibus, Basil. typis Herwag. gr. et cum *Raphael. Seileri* versione lat. 1580. 8. quem librum vberius recensuit *Heumann* in actis philosophor. tom. III. pag. 429-448. et pag. 444. sqq. de hac edit. et libro ipso Hermiae agit. A pag. 189. incipit graecus textus, quem Wolf pro valde deprauato et mutilato habet et in notis, quae versionem lat. a pag. 200. excipiunt, saepius emendat. Quod Wolf. iam adnotauit, nihil certi constare de patria, aetate et editione Hermiae, et *Hermem*, *Hermeam* atque *Hermiam* nomen esse vnum idemque. Heumannus suspicatur, auctorem libelli esse pseudonymum et nomen *Hermiae* fictum ad philosophos eo acrius irridendos sumsisse. Hanc edit. memorat quoque Lambec. in Additamento (l. c. pag. 117. Kollarii,) additque, titulum graecum esse, Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, latine autem ibi verti; *Insectatio dissentientium inter se philosophorum profanorum, qui contemtis sacris literis et diuina patefactione, de rebus diuinis et principiis omnium rerum disputare non dubitant* — Latine inter *Franc. Rous* mella patrum, Lond. 1650. p. 468. sq. *Harl.*

In cod. CXII. *Monac. Bauar.* (v. cat. codd. gr. pag. 43. fin.) — In cod. CXIX. reg. *Matrit.* v. *Iriarte* cat. pag. 479.

De *Hermia* conferri possunt *Stollii* Nachrichten von den Kirchenvätern pag. 102. *Ittig.* sel. capp. H. E. saec. II. pag. 39. seq. *Olear.* de S. E. part. I. pag. 330. *Du P n* nouu. bibl. ecclef. tom. I. pag. 65. seq. *Nath. Lardner* Credibility of the Gospel History, part. II. vol. II. pag. 555. et quos citaui in Introd. II. 2. pag. 208.

INDEX SCRIPTORVM

quorum meminere Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus et Hermias kk), *compositus ad paginas edit. Parisiensis graecolat. quae notatae etiam in marginibus editionum Oxoniensium.*

kk) Worth. ed. accessit quoque index scriptorum, quorum Tatianus et Hermias meminerunt, illius editionis paginis accommodatus. *Harl.*

Titus Flauius [ll]) CLEMENS, patria Athenienſis [mm]) vel, vt alii, *Alexandrinus*: ex

ll) *Euſeb.* VI. 13. hiſt. Photius cod. CXI.

mm) *Epiphan.* XXXII. 6. tom. I. p. 213 *Meurſius* pag. 203. ad Palladii Lauſiacam. *Fabr.* Ortu Athenienſis eſſe potuit: Alexandrinus autem adpellabatur, quia Alexandriae diu commoratus ibique munere docendi functus eſt. Atqui a veteribus quorum teſtimonia citauit Fabric. in nota *d*, plura vero collegit Potterus poſt praefat. ad ſuam edit. ſemper vocatur *Alexandrinae eccleſiae presbyter*; add. locum *Photii* infra ad ſect. 3. adductum. Ab Epiphanio ſolummodo, l. c. ſed incerto rumore, ſic citatur Κλήμης, ὅν φασί τινες Ἀλεξανδρέα, ἕτεροι δὲ Ἀθηναῖον. in chronico autem Paſchali

ex ethnico philosopho Christianus nn), atque inde post peragratas Graeciam, Calabriam, Italiam, Orientem, Palaestinam, et Aegyptum Alexandrinae ecclesiae presbyter oo) et post Pantaenum pp), itidem Atheniensem, magistrum suum qq), quem Demetrius, episcopus Alex. circa A. C. 189. in Indiam misit rr) scholae ibi catecheticae praefectus, siue κατηχήσεων magister: [|] vir sanctus ss) atque eruditissimus. Inter discipulos habuit Origenem tt), qui in

Paschali pag. 251. dicitur quidem *Clem. Alexandrinus*; sed p. 7. *Alexandrinae ecclesiae presbyter*, et bis a Theodoreto *Clem. Stromateus.* Add. *Cauei* antiqq. patrum et eccles. I. pag. 385. vers. germ. *Stollii* Nachrichten von den Kirchenvätern pag. 91. sq. *Walchii* hist. ecclesiast. N. T. pag. 627. qui copiosius disseruerunt de Clemente Alexandrino, vt alios omittam ab illis iam laudatos. *Harl.*

nn) *Euseb.* II. 2. praeparat. euangel. pag. 61. *Clemens* ipse initio Paedagogi.

oo) *Euseb.* VI. 11. *Hieron.* cap. 38. de script. eccles. et epist. 84. ad Magnum. *Niceph.* IV. 33. hist. *Phot.* cod. CXI.

pp) *Euseb.* VI. 6. hist.

qq) *Euseb.* V. 11. VI. 13. et *Hieron.* c. 38. de scriptor. eccles. Phot. cod. CIX. Equidem ab horum sententia recedit Philippus Sidetes, et Pantaenum Clementis successorem fuisse scribit, Clementem vero *Athenagorae* successorem ac discipulum. Pro Philippi Sidetae sententia adserenda contendit etiam *H. Dodwellus*, qui Philippi fragmentum edidit, ad calcem dissert. in Irenaeum pag. 501. seq. Sed malo vtique Eusebio, Hieronymo et Photio accedere. De aliis Clementis praeceptoribus, quos tecte innuit ipse lib. I. Strom. pag. 274. et quorum nomina ex Mysteriorum disciplina, Hierophantas de nomine prodere vetantium, siluisse putat idem *Dodwellus* dissertat. IV. ad Irenaeum pag. 293. vide *Baronium* ad A. C. 185. n. 4. *Valesium* ad Euseb. pag. 95. [v. infra ad not. p sect. 4] *Caueum* in vita Clementis Alex. §. 2. *Steph. le Moyne* ad Varia sacra p. 208. *Io. Clericum* in vita Clementis Alex. tom. 10. Bibl. vniversal. p. 181.

rr) *Pantaeno* mortuo successisse scribit Hieronymus c. 38. de script. eccl. Sed vide *Tillemont.* tom. 3. memor. hist. eccles. in vita Pantaeni pag. 290. et in vita Clementis Alex. pag. 308 et 522. *Fabr.* De *Pantaeno* v. paullo inferius, inter scriptores deperditos saec. II. nr. 18. et supra in vol. III. inter philosophos stoicos, p. 569. sq. In disciplina Pantaeni amorem philosophiae stoicae imbibisse videtur Clemens Alex. neque tamen illi, neque alii sectae vnice adhaesit. sed fuit eclecticus, et stoicos aeque ac reliquos veteres philosophos refutauit. Immo vero Stromat. 1. cap. 7. pag. 338. ed. Potteri, cuius notam conferes, aperte profitetur, se philosophiam non dicere stoicam, nec platonicam, aut epicuream et aristotelicam; sed quaecumque ab his sectis recte dicta sint, hoc totum selectum (τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν) se dicere philosophiam. De *Pantaeno* et reliquis Clementis magistris, ac de controuersia inter Caveum, Clericum Baltumque orta, tum de philosophandi ratione, erroribus etc. Clementis Alex. copiosus est *Brucker*, in hist. crit. philos. tom. III. p. 414. sqq. add. ad sect. 4. — De *Clemente*, qua doctore alexandrino conf. *I. G. Michaelis* progr. de scholae catech. Alexandr. origine Halae Magd. 1739. 4. nouisque accessionibus amplificatum in Symbol. litter. Bremens. fasc. III. atque *I. Augustin. Dietelmair* progr. quo veterum in schola alexandrina doctorum seriem breuiter exponit. Altdor. 1746 4. *Harl.*

ss) Quamquam *Baronius* e Martyrologio rom. Clementis nomen expunxit, (confer acta sanctor. tom. 6. Mart p. 777.) et *sancti* elogium Clementi datum excusat *Combefisius* tom. I. bibl. concionatoriae, Natalisque Alexander ideo censuram incurrisse se testetur virorum religiosorum, quod sanctum Clementem adpellasset; tamen constat apud veteres scriptores, ne de Vsuardi et iuniorum martyrologiis dicam, passim hoc encomio mactari. Ita *Epiphanius* XXVI 1. ὃς καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης etc. ἱερὸν vocat etiam *Alexander episcopus* apud Euseb VI. 14. et VI. 11. μακάριον πρεσβύτερον ἄνδρα ἐνάρετον καὶ δόκιμον. *Nicetae* thesaur. Orthodox. fidei IV. 10. ex Theodoriti lib. 1. de haeretic. fab. c. 1. Clemens dicitur ἱερὸς ἀνήρ, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ὑπερβαλών. Et eidem Theodorito ἱερὸς ἀνήρ, et ob πολυμάθειαν διαβόητος. Auctori chronici Alex. pag. 7. et qui idem est, anonymo scriptori de Paschate, quem graece edidit Petauius pag. 214. Vranolog. Κλήμης ὁ ὁσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεύς, ἀνὴρ ἀρχαιότα-

in Catechetae [uu]) munere etiam Clementi, circa A. C. 202. persequutione Seueri Alexandrina cedere coacto [vv]), successit, et Alexandrum [ww]) Flauiadis in Cappadocia ac postea Hierosolymitanum episcopum, atque, si Baronio [xx]), Combefisio et Bullo credimus, etiam Hippolytum, Origeni haud ignotum. Quo anno obierit, (sub Antonino Caracalla et Alexandriae, vt suspicio est,) nemo veterum tradidit, licet quarta die Decembris memoriam eius consignarit Vsuardi martyrologium.

Tria huius Clementis scripta, Protrepticum, Paedagogum et Stromateon libros, Daniel Heinsius pulcre obseruauit, referre veterum mystagogorum ac philosophorum tres gradus, ἀποκάθαρσιν, μύησιν ac denique ἐποπτείαν: in *Protreptico* enim Clementem primo velle purgare futuros Christianos a sordibus adhaerentium superstitionum atque [?] ethnicismi, in *Paedagogo* factos iam initiare atque instituere, in *Stromateon* denique *libris* ad sacra maxima et supremam DEI contemplationem, (adde *Clementem* pag. 83. edit. Paris. et 443. d.) admittere. Confer, si placet, quae in eamdem sententiam de Paedagogo ac Stromatibus Clementis obseruat D. *Mich. Foertschius*, theologus Ienensis, in decade diss. theologicarum selectarum diss. X. pag. 398. sqq.

1. Προτρεπτικὸς λόγος, ad Gentes liber adhortatorius de Christianismo amplectendo, cuius meminit, (ne de Eusebio, Hieronymo, Cyrillo, Theodorito, Photio, aliisque dicam,) Clemens ipse in limine paedagogi, et disertius etiam VII. Strom. pag. 711. vbi ait, se in illo de gentium superstitionibus abunde disputasse. Ex hoc Clementis protreptico plura in suos ad gentes libros transtulit Arnobius, vt Theodoro Cantero pulcre obseruatum [yy]). Duos codices MSS. graecos, vnum regium A. C. 914. exaratum, et alterum Collegii S. I. Paris. memorat *Nourrius* pag. 634. Adparatus ad bibl. Patrum, variasque lectiones editurum se vel cum alio Clementis futuro editore communicaturum pollicetur, atque ipse deinceps loca quaedam feliciter illustrat.

2. Παι-

χαιότατος, καὶ ὁ μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων. Idem Clemens iudicio *Hieronymi* epist. 84. ad Magnum *omnium eruditissimus*. φιλόσοφον τῶν φιλοσόφων vocat *S. Maximus* diss. cum Pyrrho. pag. 774. Cyrillus vero Alex. ἄνδρα ἐλλόγιμον καὶ φιλομαθῆ, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσαντα βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. VII. in Iulian. pag. 231. Idem alibi σοφώτατον vocat, et πολυΐστορα, et alio loco: τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις ἑπόμενον πανταχῆ, πλείστης τε ὅσης ἑλληνικῆς ἱστορίας εἰς ἀκοὴν ἐλθόντα. [add. *Walch.* l. c. pag. 629. seq.

tt) *Euseb.* VI. 6. hist.

uu) Id. VI. 3. licet *Philippus Sidetes* in fragmento, quod edidit Dodwellus, Origenem Pantaeno, non Clementi, scribat successisse.

vv) *Tillemont.* pag. 392.

ww) *Euseb.* VI. hist. ex quo loco constat, Alexandrum Clementi fuisse superstitem.

xx) *Baron.* ad A. C. 229. 4. *Combefisius* tom. I. bibl. concionatoriae, vbi de S. Hippolyto, et Bullus defensione fidei Nicaenae sect. 3. cap. 8. pag. 371.

yy) Add. *Potteri* not. pag. 1. qui praeter ea syllabum capitum XII. (tot enim capp. constat cohortatio ad gentes,) reddidit, quam, vti etiam tabellam eorum, quae singulis *stromatum* libris continentur, vna cum obseruatt. atque emendationibus haud paucis in tria Clementis opera suisque locis insertis, a *W. Lowthio*, ecclesiae cathedralis Winton. praebendario communicatam accepit. *Harl.*

2. Παιδαγωγὸς *libris tribus* ὑποθετικοῖς ethicam quamdam christianam perpulcram complexus. Huius quoque operis sui mentionem facit ipse Clemens VI. Strom. pag. 6r6. vt Eusebium, Hieronymum ac Photium omittam. Videturque illud fuisse fructus quidam κατηχήσεων Alexandriae ab ipso institutarum [zz]). Ceterum, vt diuisionem operis in tres libros Clemens dicto loco agnoscit; sic diuisionem in capita, capitibusque praefixa lemmata, quamuis in MSS. codicibus obuia alium, quam Clementem, videntur habere auctorem. Vide *Nourrii* Adparatum pag. 657. Clauditur Paedagogus Doxologia, de qua conferendus *Georgius Builus* in defensione fidei Nicaenae pag. 145. Denique subiicitur *Hymnus ad CHRISTVM,* quem *Antigeni* [a]), martyri, Clementis aequali, (nescio qua fide) tribuit *Cangius* in adpendice ad glossarium graecum pag. 123. voce Λυχνικόν. Hymnum istum separatis foliis cum Herueti versione et commentario suo atque germanica metaphrasi edidit Hamburgi A. 1681. fol. *Rudolphus Capellus.* Exstat et graece et latine inter poëtas graecos christianos Paris. 1609. 8. pag. 235. cum *Fed. Morelli* versione. Ibidem graece et latine occurrunt versus ἀδήλου siue incerti in Clementis paedagogum, qui incipiunt σοὶ τόνδε κἀγὼ παιδαγωγὲ προσφέρω, qui in editione Clementis graeca Florentina graece leguntur ad calcem Paedagogi pag 92. sed in graecolatinis sunt praetermissi [b]), atque ideo in supplemento operum Clementis Ittigiano [☞] p. 170. iterum recusi. Tres codices MSS. paedagogi Clementis euoluisse et varias lectiones ex iis notasse se, refert *Nourrius* p. 658. seq. ex quibus regii A. C. 914. exarati, (quo praeter protrepticum paedagogo praemissum etiam Iustini epistola ad Zenam et Serenum, atque admonitio ad Graecos, Eusebii de praeparat. et aduersus Hieroclem atque Athenagorae liber vterque continetur,) specimen vide in *Montfauconi* palaeographia graeca pag. 274. Paedagogum in bibl. Patrum concionatoria graece et latine editum scribit *Nourrius* pag. 904. Sed latine quaedam Clementis Combefisius a se recensita bibliothecae concionatoriae inseruit; graece nihil.

3. Τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν Γνωστικῶν ὑπομνημάτων, στρωματεῖς Ἡ. *libri VIII. Stromatum* [c]), siue Miscellaneorum, Gnosticas secundum verum philosophiam commenta-

zz) Graue iudicium de hoc opere, in quo lucidus ordo desideratur, et multa, haud probanda, leguntur, tulit *Barbeyrac* in: Traité de la Morale des Peres de l'Eglise, pag. 44. seqq. eique adsentitur *Stolle* l. c. pag 94. *Harl.*

a) An *Athenogeni*? Latine eumdem hymnum *Possevinus* excudi curauit in calce tom. I. bibl. selectae. *Fabr.* Hymnus in Christum legitur in cod. regio et Bodl. nec non Veneto D Marci, (quem describit *Villoison.* in anecd. graec. tom. II. pag. 98. s. sed abest cod. quo vsus est Sylburgius, Palat. et Oxon. coll. noui — (*Clem. Alex.* hymni in Christum: gr. ac lat. per *Fed. Morellum.* Lutetiae 1598. 8. (catal. bibl. Leidens. pag. 46) gr. ac lat. in collect. poet. gr. Colon. Allobr. 1614. fol. *Harl.*

b) Sed recepti sunt in edit. Potter. p. 313. — Antea retulerat illum hymnum *Io. Fellus*, Oxoniens. episcopus inter fragmenta Clementis in editione, inscripta: Κλήμεντος — etc. *Clementis Alexandrini* liber, quis diues salutem consequi possit. Acc. nonnulla in editt. Opp. Clementis hactenus desiderata. Oxoniae e theatro Sheldon. 1683. 12. Fellus quoque admonuit, exstare illos sub ἀδήλου titulo in cod. quodam collectaneorum miscellaneorum ex graecis poetis, in bibl. Bodl. adseruato. Praeter ea subiiciunt hymnum illum praecedenti codd. reg. Bodl. et Venet. teste *Villoison* l. c. qui obseruat, hymni illius in paedagogum initium manifesto expressum esse ex illo hymno, quem in Dianae laudes erumpens apud Euripidem canit Hippolytus στέφανος φέρει, e venatione redux. *Harl.*

c) *Clemens* I. Strom. pag. 278. περιέξει δὲ οἱ στρω-

mentationes complectentium: hic enim titulus operis apud *Eusebium*, VI. 13. hist. *Photium* cod. CXI. et Clementem ipsum in extremo libri I. et III. p. 357. 473. et initio libri VI. p. 616. *Alexandro* inscriptum esse hoc opus a Clemente, obseruat *Meursius* ad Palladii Lausiacam pag. 2-4. ex Io. Damasceni libr. 3. de adorand. imaginibus: τῦ ἀρχαιοτάτυ Κλήμεντος πρὸς Ἀλέξανδρον ἐκ τῦ ἑβδόμυ βιβλίυ τῶν ςρωματέων. *Alexandrum* intelligat aliquis illum ex Clementis auditore Cappadociae atque deinde Hierosolymitanum episcopum, cui librum de canonibus eccles. inscripsit, teste *Eusebio* VI. 13. et de quo videnda acta sanctorum ad diem XVIII. [P] Martii. Sed *Reinesius* lib. 1. Var. lect. c. 22. pag. 92. suspicatur, Damascenum non scripsisse πρὸς Ἀλέξ. sed πρεσβ. Ἀλεξ. Scriptum est hoc opus post Commodum (extremo A. C. 192.) defunctum (lib. 1. Strom. pag. 336.) quum Clemens aetatis indeflexa adhuc maturitate gauderet: quare 1. pag. 274. ait, se ὑπομνήματα ἑαυτῷ εἰς γῆρας θησαυρίζειν. Codices illius MSS. praeter *Mediceum*, e quo Florentina editio initio libri primi mutila prodiuxit, vix vsquam exstare, notat *Montfauconus* in Diario Italico pag. 64. [et in bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 480.] vbi excerpta prolixa ex Clementis Stromatis in codice bombycino saeculi XIV. Venetiis apud Antonium Capellum, patricium Venetum reperisse se refert, vna cum nonnullis ex protreptico et paedagogo. *Claromontanus* recens codex, cuius *Nourrius* pag. 896. meminit, e Mediceo descriptus videtur, neque alio, ac Florentino, vsi sunt interpres vterque Strozza et Heruetus. Librum septimum claudit Clemens his verbis: καὶ δὴ μετὰ τὸν ἕβδομον τῦτον ἡμῖν ςρωματέα τῶν ἑξῆς ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον. At loco illius, qui hodie sequitur, *octaui libri*, in quibusdam codicibus *Photio* [d]) cod. CXI. lectis sequutus est liber, de quo mox dicam,

Q 2 quis

ςρωματεῦς ἀναμεμιγμένην τὴν ἀλήθειαν (Christianam puta) τοῖς φιλοσοφίας δόγμασι. Et pag. 279. σιωπῶ γὰρ ὅτι οἱ ςρωματεῖς τῇ πολυμαθίᾳ σωματοποιύμενοι κρύπτειν ἐντέχνως τὰ τῆς γνώσεως βύλονται σπέρματα. Lib. VII. p. 767. ὔτ' ὖν τῆς τάξεως, ὔτε τῆς φράσεως ςοχάζονται οἱ ςρωματεῖς *nec ordinem nec dictionem curant Stromata.* Vide et lib. IV. pag. 476. vbi opus suum confert ἀπηνθισμένῃ προσφορᾷ siue εἰρεσιώνῃ ex omni genere florum atque fructuum quondam Athenis soli aliisque diis dicari solitae, de qua videndus *Tho. Gatakerus* in Aduersariis pag. 473. Stromata veluti a stragulatorum vestium varie contextarum colore multiplici petito nomine (vide Casaubonum pag. 15. in Athenaeum) *Mich. Neander* reddit *varietates*, Io. Vindetus *centones*, Samuel Petitus ad Leges Atticas pag. 145. *florida*. Mottanus Vayerus tom. I. Opp. pag. 552. *tapisseries*. Ab illo opere Clemens Theodorito, Cassiodoro, et aliis dicitur ὁ ςρωματεύς: etsi Clementis exemplo etiam discipulum ipsius Origenem X. libros Stromatum scripsisse constat ex Hieronymo, Rufino etc Atque *Caesellium Vindicem*, grammaticum latinum, in Stromateo laudat *Priscianus* lib. VI. pag. 685. et 696. Plutarchi ςρωματεῖς Eusebius I. praeparat. c. 4. 5. et Lamprias in catalogo eius scriptorum. Videturque Plutarchum ac Caesellium respicere Gellius, ςρωματεῖς memorans in praefat. noctium Atticarum.

d) *Photius*, postquam inscriptionem operis integram in vetere quodam exemplari repertam Τίτυ Φλαβίυ Κλήμεντος, πρεσβυτέρυ Ἀλεξανδρείας τῶν κατὰ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν γνωστικῶν ὑπομνημάτων Στρωματέων α'. β'. γ'. δ'. ε'. ς' ζ'. καὶ η', indicarat, pergit, *primos* quidem *septem* libros eumdem praeferre titulum, eosdemque prorsus esse in omnibus codd. sed *octauum cum inscriptione tum rei subiectae variare* et in quibusdam inscribi, Τίς ὁ σωζόμενος πλύσιος. — in aliis vero, ςρωματεὺς ὄγδοος, vti reliqui septem libri inscribi solent. Add. *Heinsii* not. ad initium libri I. Stromat. et ad init. libri octaui, et *Stolle* l. mem. Doctum hoc Stromatum opus in quo etiam permulta veterum auctorum, in primis poetarum, citantur, in quibus colligendis, aut comparandis emendandisque criticus ingenium ac diligentiam potest exercere, historicorum, chronologicorum et theologicorum esse

quis diues saluetur: alii tamen, quos idem vidit Photius, hunc ipsum octauum librum habuerunt, atque in hoc pag. 785. exstant verba, quae Clementem philosophum laudans profert *Pseudo Dionysius* c. 5. libri de diuinis nominibus, vt Albertinus etiam pag. 266. Operis de Eucharistia obseruauit. Octo Stromatum Clementis libros legerunt etiam Eusebius atque Hieronymus. Porro liber iste octauus, qui exstat, cum prioribus septem nihil habet commune; sed totus de demonstratione, definitione, diuisione et caussis dialectico more disputat. Eumdem tamen nos habere, quem olim legit Photius, non dubito, licet aliud sentire videam *Nourrium* p. 1289. qui in eo etiam fallitur, quod, quae de doctrina parum sana Photius notat, de octauo hoc libro accipit, quum de toto stromatum opere istud ille scripserit. Non integrum vero, sed imperfectum ad nos librum huncce, qui octauus inscribitur, peruenisse, lubentius adsentior *Tillemontio* tom. 3. memor. histor. eccles. pag. 318. 524. Quod vero *Nourrius* p. 1308. ex Catena MS. in Genesin notat, ab Acacio Caesareae in Palaestina episcopo citari verba ex octauo Clementis Stromatum libro deperdito, id ampliore consideratione dignum est. Verba haec sunt: Καὶ ἐν τῷ ὀγδόῳ δὲ ϛρωματεῖ ἀθετεῖ τὴν περὶ τοῦ προεῖναι τὰς ψυχὰς δόξαν (Cassiani puta, quam 3. Strom. p. 466. confutaturum se promiserat,) λέγων αὐταῖς ταῖς λέξεσιν. Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐποίησεν οὐ προόντας. [illegible] ἔδει γὰρ καὶ εἰδέναι ἡμᾶς τὸ ποῦ [illegible] ἦμεν καὶ προῆμεν, καὶ πῶς καὶ διὰ τί δεῦρο ἥκομεν. Εἰ δὲ οὐ προῆμεν, τῆς γενέσεως ἡμῶν μόνος αἴτιος ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ὄντας ἐποίησεν, οὕτως καὶ γενομένους σώζει. Ὁ δὲ τοὺς δερματίνους χιτῶνας τὰ αἰσθητὰ λέγων σώματα, πάντως που καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αἰσθητὸν εἶναι ὁμολογήσει, μετὰ τοὺς χιτῶνας γὰρ εἴρηται, μήποτε λάβῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσηται εἰς αἰῶνα. Haec, (quod Nourrium praeterit.) excerpta sunt ex ἐκλογαῖς προφητικῶν §. 17. edit. Combefisii, [et Potteri.] At idem Nourrius recte obseruat, in MSS. Io. Damasceni parallelorum codicibus laudari tamquam ex octauo Stromatum libro, quae iisdem verbis exstant in ἐκλογαῖς προφητικῶν, quae graece libro Stromatum subiiciuntur, §. 20. edit. graecolat. Combefisii: ἀγάπη ἑκουσίων ἄρχει, ἀκόντων δὲ ὁ φόβος οὗτος ὁ φαῦλος. Ὁ δὲ εἰς ἀγαθὸν παιδαγωγῶν, εἰς Χριστὸν ἄγει, καὶ ἔστι σωτήριος. Laudantur a Damasceno etiam haec, octauo Stromatum libro praenotato: Φοβηθῶμεν οὐχὶ νόσον τὴν ἔξωθεν, ἀλλὰ ἁμαρτήματα, δι' ἃ νόσος. Καὶ νόσον ψυχῆς οὐχὶ σώματος, (quae exstant in eisdem eclogis §. 11) Et: — Νόμος ἐστὶ κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾶν οὐκ ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀκρασίας.

4. Ἐκ τῶν Θεοδότου καὶ τῆς ἀνατολικῆς καλουμένης διδασκαλίας κατὰ τοὺς Οὐαλεντίνου χρόνους ἐπιτομαί. Haec excerpta, graece sine versione ex Florentino exemplari graecolatinis Clementis editionibus subiecta, varias locorum S. scripturae explicationes Gnosticas et Valentinianas continent. In his Theodotus e) plus simplici vice citatur: mentio et Basilidis

esse plenum errorum, *David Blondellus* de Sibyllis lib. I. cap. 6. aliique animaduerterunt. Quae singularia falsaque aut ex nimio allegoriarum studio enata in illis Stromatum reliquisque libris reperiuntur, ea post *Nourrium* et *Ittig.* Fabricio post indic. edd. laudatos, diligenter collegit et diiudicauit, neque tamen, quae bona in illis essent libris, reticuit *Semler* in historia doctrinae christianae, praemissa tomo II. theolog. polemicae Baumgart. §. 61. pag. 133. seq. Epitomen librorum german. confecit *Chr. Frid. Rößler* in bibl. patrum eccles. part. II. pag. 1-73. *Harl.*

e) *Theodotum* intellige Byzantinum coriarium, a Victore, rom. episcopo, excommunicatum, cuius haeresin perstringit etiam S. Hippolytus in homilia

filidis et Valentini ac Valentinianorum, et pag. 799. adferuntur verba, quae CHRISTVS dixerit ad Salomen, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν, quae ex Euangelio secundum Aegyptios petita esse, constat ex *Clementis* III. Strom. pag. 445. 452. 453. *Combefisius* latine transtulit, sed veritus est edere f) ob haereses et errores Gnosticos, qui in illis continentur. Quoniam vero eisdem vix quisquam hodie poterit moueri, nec tamen inutile ad alios [?] scriptores ecclesiasticos illustrandos, neque iniucundum est specimine tam insigni cognoscere, qualis fuerit et quam longe petitis S. scripturae expositionibus subnixa haereticorum istorum doctrina, non dubitaui illam Combefisii versionem, cuius apographum beneficio doctissimi viri, Erici Benzelii, in manus meas incidit, infra cum lectore communicare g). Germanice quidem reddita haec excerpta edidit *Godfridus Arnoldus* in apologia haeresium, Lipsiae 1700. fol. tomo IV. pag. 41. sq. a quo tempore melior et emendatior, itidem germanica, interpretatio auctore H. G. W. E. M. h) lucem vidit Vlmae 1701. 4. cum praefat. *D. Eliae Veielii.*

5. Ἐκ τῶν Προφητικῶν ἐκλογαί. Haec excerpta posteriora saniora sunt prioribus, sed in graecolatinis Clementis editionibus i) itidem tantum graece exstant, atque extrema parte mutila. Ceterum cum notis *Francisci Combefisii* leguntur graece et latine in auctario ipsius nouissimo ad bibliothecam Patrum, Paris. 1672. fol. In his subinde refellit Clemens, (illum enim auctorem non dubito,) errores Heracleonis, Tatiani, Hermogenis: plura

Q 3

lia contra errores Noëti. Cetera veterum de illo loca diligenter excerpsit *Ittigius* diss. de haeresiarchis pag. 259. seq. qui pag. 243. alterum refert *Theodotum, Montanistam*, et p. 261. tertium *Theodotum, trapezitam*, auctorem Melchisedecianorum. Videnda etiam de *Theodoto, coriario*, erudita dissertatio D. *Mich. Waltheri* edita Witebergae 1658 sub titulo: *Iesus ante Mariam* §. 10. sq. *Fabr. Valesius* ad Eusebium H. E. lib. V. c. 11. (quem locum repetiit Potterus ad Clem. Strom. I. p. 322. vbi Clemens de suis praeceptoribus loquitur, duorum illorum, quos in Orientis partibus abs se auditos esse, narrat Clemens, alterum Assyrium genere, Tatianum esse suspicatur; alterum autem *Hebraeum, ex Palaestina* oriundum, quem Theophilum esse, Caesariensem episcopum, opinatus est *Baron.* ad a. Chr. 155. potius esse *Theodotum* crediderit, quod ex eo coniicit, quia epitome hypotyposeon Clementis inscribatur, ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας, Clementem vero ea, quae a magistris in oriente didicisset, vocare ἀνατολικὴν διδασκαλίαν. Quae coniectura num admittenda sit, nec ne, alii iudicent. — De *Theodoto*, cuius meminit Ignatius epist. interpol. ad Trallianos cap. 11. vide quae ibi adnotauit Cotelerius. *Harl.*

f) Vide *Combefis.* tom. I. Auctar. nouiss. p. 194. et *Rich. Simonis* bibliothecam criticam gallice editam tom. I. pag. 66.

g) Fuerunt quidem viri docti, quorum auctoritas apud me multum valet, qui suaderent, vt in noua hac edit. retinerem libellum illum cum versione notisque *Combefisii.* Enimuero quod in edit. Potteri pag. 966. sqq. textui graeco adiuncta est versio lat. Roberti Pearse, et subiunctae sunt notae Sylburgii, Combefisii et paucae Potteri; atque operis redemtor vrguet flagitatque, vt vela contraham; aliorum consilio obsequutus ea omnia in noua hac edit. omittere statui. Si plures velint, vt saltem recudatur Combefisii versio lat. haec forsan in supplementis locum habebit. *Harl.*

h) *Georgio Wachtero*, ecclesiaste Memmingensi. *Fabr.* Inscriptio haud vrbana haec est: „Augenscheinliche Erweisung, dass der vermessene Ketzer-Patron, *Gottfried Arnold*, das valentinianische Ketzer-Fragmentum Theodoti weder verständlich, noch treulich übersezet, und damit seine schlechte Wissenschaft in der griechischen Sprache selbst verrathen habe. *Harl.*

i) In edit. tamen Potter. pag. 989. sqq. leguntur gr. cum versione lat. notisque Sylburgii atque Combefisii et paucis Potteri. *Harl.*

plura etiam refert ex Apocryphis Henochi, et Apocalypsi atque *κηρύγματι* Petri, ex Hermae etiam Pastoris lib. 2. mandato 5. verba desumta et illustrata videre est §. 45. licet de nomine eum non laudet. Dogmatum vero haereticorum expositionem vtilem esse disputat §. 29. *φέρει δὲ καὶ ἄλλην συγγυμνασίαν ψυχῆς ζητητικῆς ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἔκθεσις, καὶ ἀνεξαπάτητον τῆς ἀληθοῦς τηρεῖ τὸν μαθητήν.* Has Eclogas esse partem Hypotyposeon Clementis Alexandrini, non absurde coniic unt viri doctissimi: haud omittendum tamen est, easdem ab Acacio et Damasceno, vt e locis pluribus, supra a me descriptis, patet, habitas fuisse pro octauo Stromatum libro.

Operum Clementis Alex. codd. et editiones.

[Plures codd. iam passim laudauit Fabricius. De codice membr. *Florent.* Medic. Laurent. saec. XI. qui continet Stromata, cuius Fabr. supra in §. 3. meminit, plura scripsit *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 12. qui praeter ea post Fabricium (supra §. 3.) obseruat, cod. Claromontan. rec. a Nourrio memoratum, videri e Mediceo descriptum. Codicem illum praestantissimum olim fuisse apud Basilianos Messanenses monachos, putabat *Montf.* in bibl. bibliothecar. I. pag 234. — In eodem codice sunt *Excerpta ex libris Theodoti et selecta prophetarum.* — *Paedagogi* libri III. Κλημεντος λογοι dicuntur in codice XXIV. plut. V. cum notis incerti auctoris margin. quem *Bandin.* l. c. I. pag. 49. seq. vberius describit. Libri in cod. diuiduntur in capita, et singulis capitibus praemittuntur argumenta. Illos libros excipiunt *hymnus Christi seruatoris*, *S. Clementis* et *versus incerti in Clementis paedagogum.* Illo cod. vsus est quoque Victorius: sed omisit scholia quaedam, charactere ligato et currenti ab eodem scriptore codicis in ora libri hinc inde adiecta, quorum quaedam Bandinius descripsit et promulgauit. Idem calligraphus, ait Bandin. vt ostenderet consensum textus Clementis cum quadam *Arethae*, archiepiscopi Caesariensis interpretatione, desumta forsan ex eius catena in apocalypsin Ioannis, longum scholium in ora libri descripsit, cuius initium ac finem edidit Bandin. — In codd. VIII. nr. 55. plut. IX. sunt inter breues definitiones SS. PP. de substantia, et natura etc. excerpta ex *Clem. Alex. sermone de prouidentia.* (*Band.* I. p. 402.) — Cod. *Alex. Clem.* cui Stephan. multas adscripsit notas, Francofurti ad Moen, memorat *Folard.* in Histoire d' un Voyage literaire, fait en 1733. etc. Hagae Com. 1735. mai. 12. teste *Stollio* in notitia illius bibl. (Kurze Nachricht von den Büchern — in der Stollischen Bibl.) tom. I. p. 563. — Loca Clem. occurrunt in catenis in Psalmos, in Iobum et IV. euangelia, et citatur Clem. in Florilegio sententiarum, in violario compos. et ab Io. Cantacuzeno contra Palamam. (*Bandin.* I. pag. 34. 52. 161. 253. 347. et 549.) — *Paedagogi* tres libri in cod. *Veneto* D. Marci, cum lemmatibus, singulis capp. praefixis, et notis nonnullis ad oram coniectis, vid. *Villoison.* anecd. graec. II. pag. 98. et pag. 249. — In cod. biblioth. *Mutinensis* προτρεπτικὸν παιδαγωγικὸν et hymnus, vt in editis, teste *Montf.* in diario ital. pag. 31.

Neapoli in bibl. regia cod. CLXV. continet 1) *Clem. Alex.* Paedagogum; hymnum ad Christum et anonymi versus in Clem. paedagogum. Excerpta longiora ex VII. libris Stromatum. Inc. τέρατα προγινώσκει καὶ ἐκβάσεις καιρῶν, καὶ χρόνων ὁ τῆς σοφίας μαθητής quae in editis initio libri 1. mutilis desunt. — Teste *Montfauc.* in bibl. bibliothec. MSSt. I. pag. 14. inter codd. *Vatic.* Romae *quis diues saluetur* opusc. et alia

inter Clementis Papae opera nominantur: fragmenta Clem. Alex. in *catenis* in Exodum, Iob. epp. ad Corinth. et Galat. in Matthaeum et Lucam sunt in pluribus codd. Vatic. ibid. (vti in catenis in codd. Coisl. Vindob. August. Vindel. aliisque) — *Romae* in bibl. *Ottobon.* stromatum fragm. in II. codd. recent. nec non stromata bis, et paedagog. (ibid. pag. 183. et 190.) et ibidem in bibl. patrum S. Basilii, (ib. pag. 198. D) — In *Gallus* inter codd. abbatiae S. Petri de Selmcurte, dioec. Ambianensis, admonitio ad gentes et Paedagogus. (ibid. II. pag. 1198) — S. Clementis vita etc. in cod. bibl. *Mediolan.* (ibid. I. p. 495.)

Paris. in bibl. publ. (sec. catal. cod. tom. II.) in cod. CDLI. a. C. 914. manu Baanis, notarii Arethae, Caesareae archiepiscopi, exarato, Clem. adhortatorius liber ad Graecos, cum scholiis marg. et Paedagogus, sed desunt libri I. decem capita prima, et vndecimi initium: in cod. CDLII. et DLXXXVII. (in quo ea quoque desunt, quae in cod. CCCCLI. notauimus,) Paedagogi libri III. cum H. in Christum, et anonymi versibus in paedagogum. — in cod. CDXL. fragmentum, vbi de sancto Ioanne, theologo et euangelista, agitur. — Cod. *Paris.* coll. S. I. qui integrum *Stromatum* opus complectitur, varias lect. Montfauc. enotauit et ad Potterum transmisit.

In bibl. *Coislin.* secundum *Montf.* in cod. LXXXVI. ex libro, *quis diues sit saluus?* historia quaedam, quae est quoque ap. Eusebium III. H. E. cap. 23. — (p. 140.) — Loca Clem. occurrunt in cod. CXII. et CXIII. in collectionibus sententiarum, rerum moralium et interpretationum, e pluribus script. ecclef. excerptarum. (pag. 186. 187. sic quoque codd. *August. Vind.* teste Reisero pag. 22. et 39. catal.) — in cod. CCLIX. in Anastasii responsionibus etc. (pag. 305.) — in cod. CCLXXVI. in Damasceni parallelis. (pag. 390.) — in cod. CCLXXXIV. in Damasceni eclogis. (pag. 412.)

Codices seqq. qui in *Anglia* adseruantur, et a Pottero sunt collati, ab eo nominantur in praefat. *Oxonii* in cod. bibl. noui collegii, *cohortatio ad Graecos*, vna cum duobus *Paedagogi* libris posterioribus eorumdemque nonnullis fragmentis: — in cod. Bodlei. et alio, qui exstat in bibl. regis, *Paedagogi* III. libri. — Ad Clementis periochas, quas Eusebius operi de praepar. euang. inseruit, emendandis, vtilis fuit cod. Eusebii in biblioth. collegii Io. Baptistae. — Praeter ea, secundum catal. in codd. Angl. et Hibern. etc. in cod. *Barocc.* bibl. Bodlei. nr. V. sunt ex Clem. Alex. aliisque excerptae sententiae etc. — in codd. *Bodl.* MCCXXXII. et MMXCIV. Clementis aliorumque glossae ad VII. epp. canon. et epp. catholicas min. N. T. — In bibl. *Iacobaea* nr. MMMMMMMMDLXXV. (tom. II. catal. p. 276.) *Clem.* Paedagogus. — *Dublini* in cod. CCCCXXVIII. collegii S. Trinit. excerpta ex Clem. Protreptico, a Gent. Herueto verso, et ex Paedagogo.

Vindobonae in bibl. caesar. in cod. XXXIX. nr. 3. et cod. L. est fragm. ex Clem. oratione: *quis saluetur diues?* (*Lambec.* comment. III. pag. 190. seq. et 193.) — *Monaci* in bibl. Bauar. cod. chart. CLXX. orat. exhortatoria ad Graecos. (catal. codd. pag. 66.) — *Augustae Vindel.* stromatum epitomes fragment. in cod. ex quo quaedam restituta fuisse in ed. Commel. obseruauit Hoeschel ap. *Reiser.* pag. 27. cat. et Sylburg. in fine suarum not. ad Clement. Alex. vbi quoque memorat codd. *Palat.* in quorum vno recent. fuit Paedagogus, in aliis excerpta: atque cod. Guil. Xylandri. [*Harl.*]

Graec

Graece scripta Clementis, hactenus memorata, prodierunt e bibl. Medicea, collato ad Protrepticum et Paedagogum etiam Rodulphi Pii, antistitis Carpensis, codice, recensente *Petro Victorio*, cuius praefatio ad Marcellum Ceruinum, cardinalem S. Crucis, (postea per 22. dies pontificem Max. Marcellum II.) praefigitur, Florentiae 1550. fol. Haec editio manu Iosephi Scaligeri passim notata fuit in bibliotheca Graeuii. *Fabric.* Exemplar, in membranis impressum, exstat Florent. in bibl. Magliabech. vid. *Bandini* cat. codd. gr. Medic. I. p. 12. et in praef. praemissa edit. epistolarum claror. Italorum et German. etc. Florent. 1759. tom. I. p. XLII. atque *Hamberger* Z. N. II. p. 489. In bibl. *Leidensi* est exemplar, cui nonnulla adscripsit Hadr. Iunius. (catal. bibl. p. 35.) *Harl.*

[?] Ex recensione et cum castigationibus *Frid. Sylburgii.* Heidelbergae ap. Commelin. 1592. fol.

Latine Protrepticus et Paedagogus *Gentiano Herueto*, et libri VIII. Stromatum *Cyriaco Strozza* k) interprete, Florent. 1551. fol. apud Laurentium Torrentinum.

Protrepticus, Paedagogus et Stromata l) *Gentiano Herueto*, Aureliano et ecclesiae Remensis postea canonico, interprete, cum eius scholiis Basil. 1556. fol. ap. Froben. et 15[?]. fol. Paris. 1566. 8. 1572. et 1590. fol. et denique in bibliotheca Patrum Lugdunensi tom. 3. a. 1677. fol. ex Dan. Heinsii recognitione, et scholiis Herueti omissis.

Graece et latine cum Herueti versione per Dan. Heinsium recensita, notisque et castigationibus Frid. Sylburgii et *Danielis Heinsii*, Lugd. Bat. 1616. fol. Haec editio cum pluribus notis MSS. Dauidis Blondelli fuit in bibliotheca Samuelis Gruteri, ecclesiastae Harlemensis.

[*Clem. Alex.* admonitio, paedagog. Stromat. *latine* inter *Franc. Rous* mella patrum. Lond. 1650. 8. p. 149-292. *Harl.*]

Recusa haec editio additis *Frontonis Ducaei* notis, Paris. 1629. fol et minus emendate 1641. ibid. et Coloniae, (siue Witebergae potius) 1688. fol.

Clementem Alex. emendatissimum et auctum se habere, et in notis ad ipsum Clementem emendationes Heinsii diligenter examinaturum se olim testatus est *Io. Croius* cap. 21. Obseruatt. in Nou. Test. pag. 172. Sed illa Clementis editio numquam prodiit.

In bibliotheca Iesuitica leges Clementem Alex. notis illustratum a *Iacobo Dethans*, S. I. verum nec illae notae editae sunt.

[*Plenior* ceteris, cultior et ex codd. emendatior, ed. cum notis Sylburgii, Heinsii, Wilh. Lowthi aliorumque VV. DD. est a Pottero curata: qui Protrepticum de integro vertit, in ceteris castigauit ad graeca interpretationem Herueti, aliaque adiecit multa. Est autem inscripta:

Κλημεν-

k) Papyrius Massonus Strozzae vita tom. 2. elogior. pag. 229. *Stromata item Clementis Alexandrini, adolescens cum esset, primus omnium latinitate donauit.*

l) In Gentiani versione et commentariis plura reprehendit *Nourrius*, quem vide Apparatu ad bibl. Patrum pag. 9[?]. sq. [et Potterus in praef.]

Κλημεντος — *Clementis Alex. Opera, quae exstant: recognita et illustrata, per Io. Potterum*, episcopum, Oxoniensem. Oxonii, e theatro Sheldon. sumt. Ge. Mortlock, bibliop. Londinens. 1715. fol. Addita sunt supplementa, a Fello Ittigioque edita, et fragmenta a Grabio collecta. Adiectus est *Herueti* comment. in Opp. Clementis. v. acta erud. a. 1717. pag. 97. sqq. — Recusa est illa editio *Venetiis*, ex typogr. Ant. Zatta. 1757. II. voll. in fol. cum fragmentis nouis ex Fabricio, ac vita S. Clementis, ex tomo III Adriani Baillet desumta et latine reddita. Fabricius autem fragmenta, quae in exemplo Potteri partim solummodo graece exstant, partim in eo desiderantur, ex codd. msst aut libris editis collegerat, et gr. ac lat. publicarat ad calcem tomi II. Opp. Hippolyti ab ipso ed. pag. 66. sqq. — fragm. sunt quoque in *Gallandii* bibl. vett. patrum II. pag. 153. *Harl.*

De scriptis Clementis Alexandrini diligentissime egit *Nicolaus Nourrius* libro tertio integro Apparatus ad bibliothecam Patrum; nam et Analysin singulorum post Abrahamum Scultetum, Eliamque Du Pinium dedit pleniorem, et de doctrina ipsius atque ad varia Clementis loca obseruationes magno numero, [P] et Chronographicam tabulam addidit qua Clementis supputatio cum Eusebiana et Syncelliana confertur, et de auctoribus, quos laudat Clemens, copiosius disseruit. Paris. 1703. fol. p. 622-1362. Vide etiam quae de Clementis doctrina notauit *Ittigius* in selectis hist. eccles. capitibus sect. II. pag. 230. sq. *Fabr.* Iis, quae cum passim ad hoc caput, tum in Introd. in hist. lat. gr. II. 2. pag. 209. indicaui scripta, addi possunt:

I. G. Walchii exercitat. de Clemente Alex. eiusque erroribus. Ienae. 1737. 4. — rec. in eiusdem Miscell. sacr. pag. 510. libr. III. — *Io. Fabric.* in historia biblioth. Fabricianae I. pag. 78. sq.

Fabricius in delectu argumentorum — pro veritate relig. christ. pag. 58. sqq. vbi de Clemente Alex. agit, quaedam addit, quae hic repetam.

„Aduersus Guil. Whistonum, qui Clementis scripta, tamquam iuuenilia contemnit, *I. Ern. Grabius* in libello postumo *some instances of the defects and omissions in* Mr. *Whistons collection of testimonies*, Londin. 1712. 8. m) pag. 11. ostendit ex libr. I. Strom. pag. 276. iam χρόνȣ μῆκος intercessisse, ex quo magistros suos audiuerat Clemens, quos p. 274. testatur, sancte seruasse beata dogmata, quae a Petro, Iacobo, Ioanne et Paullo acceperunt.

Notas in Clementem adfectas se habuisse, testatus est Aegidius Menagius in Menagianis tom. I. pag. 385.

Inter *Ioannis Mariae Borzini* ord. praedic. adfecta opuscula *Oldoinus* in Athenaeo Ligustico refert Logicam Clementis Alexandrini explanatam."

Io. Tribbechouii diss. de vita et scriptis Clementis Alexandrini, Halae Magdeb. 1706. 4. Haec quidem disp. nihil noui continet: sub finem tamen (§. XXV-XXXI.) bene colliguntur et recensentur naeui Clementis, primum ii, qui ad philologiam, deinde ii, qui

m) Conf. *Brüggemann* View. etc. pag. 373. *H.*

qui ad theologiam pertinent. — Altera eiusdem *Io. Tribbechouii* diss. in Clementem Alexandrinum, eaque de philosophiae definitione, praemissa pleniore analysi libri I. stromatum ex adparatu Nourrii ad bibliothecam P. P. maximam. Halae 1706. 4. est ad meliorem librorum atque iudiciorum quorumdam Clem. intelligentiam interdum efficacior, Num Tribbechouius, quod in vltima paragrapho promisisse videtur, continuauerit laborem, equidem ignoro, et fere dubito.

Io. Iortin scripsit obss. in Clement. Alex. in suis Remarks on ecclesiastical History. Lond. vol. II. 1751. 8. pag. 353. — vol. II. 1752. pag. 378-401.

Io. Chsph. Dommerichi progr. de λογῳ patrum, (praecipue Iustini Martyris et Clementis Alexandr.) Helmstad. 1760. 4. De λόγῳ Clem. acute docteque Semlerus quoque disputat l. supra cit. — atque *Io. Ge. Arn. Oelrichs* in comment. de vera et certa eorum, qui medio secundo atque ineunte tertio saeculo floruerunt, patrum de ratione s. relatione filii, seu verbi cum patre sententia, Gottingae 1787. 4. p. 34. sqq.

Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien und des Tertullian. Ein Beytrag zur Geschichte der christlichen Sittenlehre, von *Wilh. Münscher*, (Prof. theol. Marburg.) in D. *Henke* Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte etc. tom. VI. Helmstad. 1796. 8. nr. VI.

D. D. (h. e. *Iosephi Wassii*) obss. in auctorem Titanomachiae, ap. Clem. Alex. laudatae, in Miscell. obseruatt. vol. IV. tom. I. pag. 72. sqq. et *K.* Obss. seu coniectanea quaedam in Clem. Alex. stromatum librum I. ibid. pag. 103. sqq. *Harl.*

Tho. Holzclau diss. de Clemente et eius morali doctrina Wirceb. 1779. 8. Add. *Rosenmüller*, hist. Interpr. LL. S. tom. I. p. 209. sq. *Flügge* Gesch. d. theol. Wiss. tom. I. p. 177. sq. 343. sq.

Supplementum Operum Clementis Alex.

Hoc cum praefatione erudita et fasciculo miscellanearum ad hist. ecclesiasticam spectantium obseruationum editum Lipsiae 1700. 8. ab eodem praeclaro doctore meo, *Thoma Ittigio*, complectitur [*]):

1. Librum pium et lectione inprimis dignum, qui inscribitur: τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος. *Quis diues saluetur?* Clementi hic diserte tribuitur ab *Eusebio*, III. 23. VI. 13. Hieronymo aliisque et *Photio*, qui codice CXI. testatur, in quibusdam exemplaribus hunc libellum fuisse loco octaui Stromatum libri. Vnde non mirum, quod *Anastasius Sinaita* in Psalmum VI. (ap. *Combefis*. tom. I. auctar. noui pag. 966.) ἐκ τινος τῶν ςρωματικῶν Clementis λόγων adferre se ait narrationem de Iohanne, apostolo, iuuenem perditum persequente et ad frugem reducente, quae capite vltimo huius libri exstat, reperiturque inde ab *Eusebio* III. 23. hist. et aliis, quos laudaui ad Abdiam V. 3. pag. 536. codicis apocryphi Noui Test. meminit iterum *Anastasius*. pag. 934. vbi Clementem τὸν ςρωματέα Ἀλεξανδρείας adpellat. Igitur haud dubie Clementis est, non *Origenis*, licet in MS. Vaticano Origenis in Ieremiam homiliis adiunctus, atque inde sub falso Origenis nomine editus sit a *Mich. Ghislerio* tom. 3. Commentar. in Ieremiam (Lugd. 1633. fol.) p. 262. cum versione *Io. Matthaei Caryophili*. Sed in praefat. c. 7. §. 4. ipse errorem Ghislerius agnouit, et Clementi vindi-

*) Conf. de hoc *Ittigii* supplem. acta erud. Lips. a. 1700. pag. 451. sqq. *Harl.*

vindicandum illum librum statuit, sub cuius nomine cum noua versione et notis edidit *Franciscus Combefisius*, nullo alio MS. codice vsus, in auctario nouiss. bibliothecae Patrum tom. I. pag. 1672. fol. Ex Combefisii editione recusus latine in bibliotheca Patrum Lugd. a. 1677. tomo III. ac graece et latine cum succinctis *Io. Felli*, Oxoniensis episcopi, scholiis Oxon. 1683. 12. e theatro Sheldoniano, sed notis Combefisii omissis, quas suae tamen editioni praeter Felli scholia, et varias e Ghisleriana et Combefisiana lectiones Ittigius adiunxit. *Fabric.* Rec. Oxon. in ed. Potteri Fellique notis subiectis textui, quem excipiunt p. 961. sq. notae Combefisii. *Harl.*

2. *Adumbrationes in aliquot epistolas canonicas*, ex veteri latina versione, de qua Cassiodorus c. 8. Institut. diuinarum literarum: [P] *In epistolis canonicis Clemens Alexandrinus Presbyter, qui et Stromateus vocatur, id est, in epistola S. Petri prima, S. Iohannis prima et secunda et Iacobi* o) *quaedam Attico* p) *sermone declarauit. Vbi multa quidem subtiliter, sed aliqua incaute loquutus est: quae nos ita transferri fecimus in latinum, vt exclusis quibusdam offendiculis purificata doctrina eius securior potuisset hauriri.* Clementem in Hypotyposeon libris etiam epistolas catholicas interpretatum testantur Eusebius IV. 14. hist. et Photius cod. CIX. Verisimile igitur est, ex illo opere q) Cassiodorum adumbrationes hasce, quo ipso forte vocabulo graecum ὑποτυπώσεων exprimere voluit, excerpendas curasse, quas latine Ittigius dedit post editiones in bibliothecis Patrum Paris. 1575. [tom. VI. Par. 1576. fol.] 1589. 1654. et Lugd. 1677. et post editionem Oxoniensem ad calcem libri de diuite saluando 1683. 12. [in ed. Potteri pag. 1006. sqq.]

3. *Fragmenta* Clementis Alex. a Io. Fello collecta ex Nicetae in Iobum et Corderiana in Lucam Catena, quibus alia Ittigius addidit tum ex eadem in Iobum, tum ex Nicetae in Matthaeum Catena, ex Eusebio item atque Oecumenio. His ceterisque, quae in praefatione etiam monet adiungenda esse, addi potest fragmentum Clementis, quod exhibet catena in Pentateuchum, latine edita a Francisco Zephyro p. 146. licet consimilia quodammodo legantur V. Strom. pag. 564. *Nomen illud mysticum quod vocant tetragrammaton, quo tantum muniebantur illi, quibus adytum peruium erat, sonat Iehouah, quod interpretatur: qui est et qui erit; candelabrum vero, quod australem plagam adstabat altaris, septem planetas referebat, qui per meridionam regionem circumagi nobis videntur, cui terni vtrinque rami consurgunt, quoniam sol quasi Candelabrum mundi medius inter alios planetas diuina sapientia libratus sua luce superiores lustrat et inferiores. Ad alteram partem ipsius arae posita erat mensa, in qua panes proponebantur, quod ex ea parte coeli flatus nobis vitales et almi adspirent. Fabr.* Haec et plura alia, a Grabio collecta, etiam id, quod Fabr. h. l. produxerat, reperiuntur in Oxon. Potteri edit. p. 1011. sqq. Editioni Venetae Potter. ea, quae Fabric. calci edit. suae Hippolyti adiecerat, esse addita, supra me iam monere memini. *Harl.*

o) i. e. graeco.

p) In adumbrationibus quae exstant, nullae ad epistolam Iacobi, sed in epistolam Iudae leguntur. Et de epistola Iudae meminit etiam *Eusebius* VI. 14. vbi Clementis ὑποτυπώσεις refert.

q) Leuia sunt, quae coniecturae huic opponit Nourrius pag. 1320.

Scripta Clementis deperdita.

1. *Hypotyposeon* [r]) siue compendiosarum S. scripturae enarrationum *libri VIII.* ex quibus petita videntur, quae hodieque exstant, [s] excerpta Theodoti, et adumbrationes in aliquot epistolas catholicas, vt iam dixi. Meminit Euseb. I. 12. II. 1. 9 et 15. et VI. 13 et 14. hist. Hieron. in catalogo c. 38. Photius cod. CIX. CXI. Fragmenta ex illis praeter Eusebium locis laudatis et Oecumenium in epistolas Pauli, seruauit Chronicon Alex. p. 224. edit. Cangii, S. Maximus ad Dionys. c. 1. de mystica theol. pag. 17. et *Io. Moschus* in prato spirituali cap. 176. [t]) quem locum, quum laudasset *Baronius* ad A. C. 31. n. 40. vt probaret Petrum a CHRISTO baptizatum esse, Richardus Montacutius lib. 2. Originum eccles. pag. 52. *En tibicinem*, inquit, *ruituro alioqui parieti! Clemens ὁ πολυμαθὴς adnotatur in partes ex Hypotyposibus, sed citatus a Sophronio in prato spirituali. Neque enim Baronius Clementis, credo, vidit hypotyposes. Certe magnus auctor Clemens, licet nimis interdum credulus Apocrypticis narrationibus et rumoribus ab incerta traditione. Secundo Criticorum quidam nominatissimi opus illud hypotyposeon non lectum sibi visum, (sed περὶ παντὸς ὄντος καὶ μὴ ὄντος iudicant critici) deuocant in quaestionem. Quod si exstaret, multiplici procul dubio doctrina, vt ille alter λόγος ςρωματεῦς nos recrearet. Sed an ille antiquissimus et eruditissimus Pater tale aliquid retulerit in hypotyposibus, tum tandem intelligemus, cum patres societatis qua summa pollent gratia et auctoritate apud hodiernum patriarcham Alexandrinum, illud opus tessellatum in vsum publicum ecclesiae impetrauerint. Scribebat enim aliquando doctissimus Fronto literis ad clariss. Sauilium missis, apud illum patriarcham librum hunc extare.*

2. Σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν Προφήτην Ἀμὼς memorat *Palladius* in historia Lausiaca pag. 147. edit. Meursii.

3. Περὶ προνοίας, ex quo fragmenta apud *S. Maximum* tom. 2. Opp. p. 144. 152. itemque aliud ex MSS. reg. apud *Nourrium* pag. 1336. seq. Adparatus ad bibl. Patrum. Fragmentum insigne ex Clem. Alexandr. *libro* I. προνοίας exstat apud *Anastas. Sinaitam* quaest. XCVI. *Fabr.* — Fragm. in Pott. edit. p. 1016. sq. — et in adpend. Fabr. in edit. Veneta. In cod. Laurent. Med. esse excerpta ex Clem. sermone *de prouidentia*, ex Bandin. I. pag. 402. supra iam adnotauimus. *Harl.*

4. Περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα. *Euseb.* IV. 26. VI. 13. *Hieron.* de script. eccles. cap. 38. *Phot.* cod. III. Fragmenta in *Chronico Alex.* pag. 7. edit. Cangii. Et in *Petauii* Vranologio pag. 214. In hoc libro testatus, Eusebio teste, fuit Clemens, se a fratribus adactum ad scripto consignandas παραδόσεις, quas ab antiquioribus presbyteris acceperat. Per has nolim Constitutionum apostolicarum opus intelligere cum doctissimo

r) De hoc vocabulo, quod breuem et succinctam, (quae compendio et ὡς ἐν τύπῳ fit,) expositionem significat, dixi ad Sexti Empirici libros Hypotyposeon Pyrrhoniarum.

s) Fragmenta v. in praef. Ittigii ad suum supplement. et edit. Potter. Oxon. pag. 1014. sqq. et pag. 1023. — lacturam hypotyposeon valde dolet *Semler* l. c. pag. 155. conf. *Io. Franc. Buddei* Isagoge ad vniuersam theologiam pag. 345. *Harl.*

ſimo Beueregio; ſed illud ipſum [P] de Paſchate opus, in quo traditiones antiquiorum de hoc argumento expoſuerat. [Fragm. in Potter. edit. p. 1017.]

5. *Διαλέξεις περὶ νηστείας* Hieron. *de ieiunio diſceptatio* quaſi legiſſet *διάλεξις* non *διαλέξεις*. Apud *Photium* tantum eſt *περὶ νηστείας*.

6. Περὶ καταλαλιᾶς, Hieron. *de obtrectatione, liber vnus. Phot.* *περὶ κακολογίας*. [vid. fragm. in Pott. ed. pag. 1020. ſq.]

7. Προτρεπτικὸς εἰς ὑπομονὴν, ἢ πρὸς τοὺς νεωστὶ βεβαπτισμένους. *Euſeb.* VI. 13. hiſt.

8. Κανὼν ἐκκλησιαστικὸς, ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας. *Hieron. de canonibus eccleſiaſticis et adverſus eos, qui Iudaeorum ſequuntur errorem, liber vnus, quem proprie Alexandro, Hieroſolymorum epiſcopo* προσεφώνησε. Canonum apoſtolicorum collectionem, quae hodie exſtat, per hoc opus ab Euſebio et Hieronymo innui, non crediderim. Sane Photius, qui mox lectos a ſe canones apoſtolorum cod. CXII. commemorat Clementis, romani, ſub nomine, inter ea, quae a Clemente Alex. ſcripta non ipſe legit, ſed memorari tantum ab aliis meminit cod. CXI. refert *περὶ κανόνων Ἐκκλησιαστικῶν κατὰ τῶν ἀκολουθέντων τῇ τῶν Ἰουδαίων πλάνῃ*. Atque vnius, non duorum ſcriptorum huic eſſe titulum, Euſebius et Hieron. dubitare nos haud ſinunt. Fragmentum *Clementis* ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαϊζόντων ſeruatum in *Nicephori CPol.* Antirrheticis MSS. graece et latine edidit *Nourrius* pag. 1334. Adparat. [et in Fabr. adpend. in ed. Pott. Veneta circ. fin.]

9. Ὅροι διάφοροι. *Io. Veccus* de proceſſione Spiritus S. apud Allatium in Graecia orthodoxa tom. 1. pag. 248. *ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις ὥστε παντὸς εὐσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ Θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί πνεῦμα, καὶ ὁσαχῶς λέγεται πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀσχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις.* [in adpend. Fabric. in edit. Veneta.]

10. Plura ſcripta ſua ſiue memorat ſiue promittit Clemens ipſe [t]) vt *de Principiis*, III. Strom. pag. 431. *ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους* (Μαρκιωνιστὰς) *ὁπότ' ἂν τὸν περὶ ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν λόγον, ἀκριβέστατα διαλεξόμεθα*. Libro, quis diues ſaluetur §. 26. *ὅπερ ἐν τῇ ἀρχῶν καὶ θεολογίας ἐξηγήσει μυστήριον τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχει μαθεῖν.* Iterum meminit huius tractationis III. Strom. pag. 434. *ἐπειδὰν δὲ περὶ τῶν ἀρχῶν διαλαμβάνωμεν* etc. Hic eſt *ἀρχικὸς λόγος* de vno DEO, qui per legem et prophetas atque euangelium praedicatur, [P] quem promittit IV. Strom. pag. 510. licet iam de hoc argumenta quaedam dixiſſet III. pag. 457. ſeq.

De prophetia. Strom. V. pag. 531. *καὶ ὅτι ποτέ ἐστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἐν τοῖς περὶ προφητείας κἀν τοῖς περὶ ψυχῆς ἐπιδειχθήσεται ἡμῖν.* Adde IV. pag. 511. a.

t) Confer *Nourrium* pag. 1337. ſeq. [et indicem ſcriptorum a Clem. Alex. citatorum, v. *Clemens Alex.*]

De membris et affectibus, quando de DEO dicuntur, allegorice interpretandis. VI. Strom. pag. 580. ἀλληγορεῖσθαι δέ τινα ἐκ τούτων τῶν ὀνομάτων, ὁποῖά τε ἐστιν, ἃ δὴ καὶ προϊόντος τοῦ λόγου κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν διασαφήσομεν.

De Angelis. Strom. VI. p. 631. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τῷ περὶ ἀγγέλων λόγῳ προϊούσης τῆς γραφῆς κατὰ καιρὸν διαλεξόμεθα.

De Diabolo. Strom. IV. pag. 507. ἀλλὰ πρὸς μὲν τὰ δόγματα ἐκεῖνα εἰ μετενσωματοῦται ἡ ψυχή, καὶ περὶ τοῦ διαβόλου κατὰ τοὺς οἰκείους λεχθήσεται καιρούς.

Περὶ γενέσεως κόσμου. VI. Strom. p. 698. περὶ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως. III. Strom. p. 466. Hinc *Eusebius* de Clemente VI. 13. hist. ὑπισχνεῖται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ εἰς τὴν γένεσιν ὑπομνηματιεῖσθαι.

De ecclesiae vnitate et excellentia. VII. Strom. pag. 765. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐξοχὴ τῆς ἐκκλησίας καθάπερ ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως κατὰ τὴν μονάδα ἐστίν, πάντα τὰ ἄλλα ὑπερβάλλουσα καὶ μηδὲν ἔχουσα ὅμοιον ἢ ἴσον ἑαυτῇ. Ταυτὶ μὲν οὖν ὕστερον.

De officiis episcoporum, presbyterorum, diaconorum et viduarum videtur promittere se alio opere acturum III. vlt. paedagogi pag. 265.

De anima ὁπηνίκα ἂν περὶ ψυχῆς διαλαμβάνωμεν. III. Strom. pag. 432. adde IV. p. 591. [fragm. Potter. pag. 1020.]

De resurrectione, II. 20. Paedagog. pag. 199. ὡς ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως διὰ πλειόνων δηλωθήσεται. et lib. 1. c. 6. pag. 104. ἀλλὰ γὰρ αὖθις ἡμῖν σαφέστερον τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἀναστάσεως δηλωθήσεται.

De Nuptiis, ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ III. 8. Paedagog. pag. 237. Nisi forte respicit, quae II 10. paedagogi de illo argumento, aut tertio Stromatum disseruit. [Fragment. Potter. pag. 1022.]

De continentia, καὶ τοῦτο ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται. II. 10. Paedagogi p. 193. In eodem forte λόγῳ disputauerat de eo, quid vere sit turpe et obscoenum, quod II. 6. Paedagogi pag. 169. testatur se fecisse: διειλήφαμεν δὲ βαθυτέρῳ λόγῳ ὡς ἄρα οὔτε ἐν ὀνόμασιν, οὐδὲ μὴν ἐν τοῖς συνουσιαστικοῖς μορίοις καὶ τῇ κατὰ γάμον συμπλοκῇ ἡ τοῦ ὄντως αἰσχροῦ προσηγορία τάττεται. Videtur itidem librum 1 tertium Stromatum innuere in quo pag. 434. diserte: ὁ δὲ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν προβαινέτω λόγος.

Aduersus haereses, Strom. IV. pag. 510. c. vbi se vnum DEVM aduersus illas demonstraturum promittit. Contra philosophorum sententias de summo bono II. Strom. pag. 419. Contra Haereticorum γνῶσιν profanam VII. Strom. pag. 722. d. Sed forte non peculiares hi libri fuerunt, verum vt in Stromatis passim facit, ita et in Hypotyposibus haereticos illos et philosophos oppugnare potuit.

XXII.

XXII. *Index auctorum, qui a Clemente Alexandrino citantur.*

Compositus a CHRISTOPHORO WOLTERECK, Glueckstadiensi *a*).

Anaxi-

a) In hoc indice, quem ad verbum repetiit Potterus in sua editione, turpes esse commissos errores, scribit *Valcken.* in diatribe, Euripidis Hippolyto subiecta, pag. 17. A. At in praesenti non vacat, ad meliorem conficiendum indicem, totum perlegere Clementem Alexandr. quod officium futuro Clem. Alex. editori relinquere cogor. Insuper in actis erudit. Lips. germanice scriptis, tom I. pag. 605. (vbi hoc volumen bibl. gr. I. edit. recensetur,) animaduertitur, in hoc indice varios nominari homines, qui vel auctores non fuissent; vel a Clemente non adducti nomine auctorum, e. g. Nazaratum Assyrium, Ezechielem, Aristotelem Cyrenaeum, Amoebaeum etc. praeterea hinc inde vt quaedam adnotarentur, fuisse necessarium: cuius generis quaedam exempla, a me inserenda, adferuntur. Neque tamen ideo hunc omittere indicem fas erit. *Harl.*

b) Nullus Amphionis loc. exstat; sed versus est ex Euripides Antiope. v. *Valk.* l. cit. *Harl.*

Callinus,

c) *Barnabae* locus exstat in Clem. rom. epist. ad Corinth. Hinc Barnabae nomen per tarditatem Wolter. pro nomine Clementis positum fuisse, iudicat censor in actis erud. germ. l. c. pag. 606. *Harl.*

ἐν

d) *Affeus, Menag.* ad Laërtii VII. 168. [corrigit. v. eius notam pag. 335. ed. Meibom.]

e) Non ex comico *anonymo* effe citatos verfus; fed eos pertinere ad *Ariftophanis* Lyfiftr. v. 43 et 44 obferuatur a cenfore l. cit. pag 605. *Harl.*

[P] E.

f) Hic versus ex p. 584. citatus, legitur in eius Hercule Fur. v. 1345. adnotante censore pag. 626. Harl.

Leander,

g) Vide de hoc Homeri loco, p. 600. d. citato, censorem loco mem. p. 606. *Harl.*

Phano-

Samius

T.

V.

X.

Z.

Zeno,

XXIV. MELITONIS, episcopi Sardensis in Lydia [a]), (non Sardicensis, vt Episcopio dicitur *III. Instit. theol. sect. 5. c. 7.*) fragmenta ex Apologetico pro Christianis, circa A. C. 170. post L. Veri mortem scripto [b]) ad imper. M. Antonium, extant apud Euseb. *IV. 25. hist.* et in *Chronico paschali*, quod Alexandrinum vulgo appellatur, *p* 259. 260 edit. Cangii. Apud Eusebium ibi verba ἐκ τῶν διαταγμάτων rectius forte cum Schurzfleischio τῷ μακαρίτῃ de edictis praefectorum prouincialium, quam cum Valesio de iussis imperialibus intellexeris. [nisi in Dodwelli partes abire malueris, qui *l. c. p.* 275. de *vrbium* potius *decretis cogitandum esse statuit.*] Alia Melitonis fragmenta vide si placet apud Halloixium in Melitonis vita *tom. 2. scriptor. Or. pag.* 835. [itemque Gallandum in *Bibl. PP. tom. I. pag.* 677. *sq.* et Woogium in *dissert. II p.* 31. *sq.* vbi haec fragmenta auctiora exhibentur, quam a Gallando post fuerunt repetita, quanquam et his addi nunc possunt ea, quae in Nicephori *Catena in Octat. tom. I. p.* 283. auctiora, quam apud Woogium, leguntur. Vnum ex maxime memorabilibus inter haec fragmenta illud

 est

g) Post hunc indicem reposuerat Fabric. *Excerpta Theodoti priora, atque ex orientali ita dicta doctrina, temporibus Valentini*, gr. cum versione *latina Franc. Combefis.*, quam, Fabric adnotauerat, nunc demum videre lucem, et descriptam esse ex autographo eius, quod seruatur (olim) Parisiis in bibliotheca PP. Dominicanorum, via ad S. Honoratum. At enim caussam, cur ego h. l. excluserim, iam supra ad nr. 4. declaraui. *Harl.*

a) De hoc Melitone praeter scriptores saepe laudandos, Caueum, Tillemontium, Du Pinium atque Ceillierium, inprimis consulendi sunt Car. Christian Woog in *Dissertat. II. de Melitone Sardium in Asia episcopo, Lipsiae*, 1744. *et* 1751. 4. editis, et Gallandus in *Prolegom. ad Bibl. PP. tom. I. cap. XXIV. p. CXIX. s. Keil.*

b) Post huius enim mortem hunc apologeticum librum scriptum esse, ex eo videtur intelligi posse, quod alioquin ei non minus, quam Antonino fuisset inscribendus, nec potuisset etiam soli Antonino fautum μετὰ τοῦ παιδὸς imperium ominari Melito, nulla plane fratris mentione adiecta. Accedit vero etiam disertum Eusebii in Chron. et Chronici Alexandr. testimonium, in quo quippe hic liber anno CLXX adsignatur. Atque horum testium antiquorum auctoritate tutius profecto videtur cum Io. Clerico in *histor. eccl. duorum primor. seculor pag* 730 itemque Dodwello in *Dissertt. Cyprian Diss. XI.* §. 39. *pag.* 264. *sq.* et Ant. *Pagio* in *Crit. Baron. ad an. CLXX. tom. 1. p* 166 acquiescere, quam recentiorum coniecturas sequi, quos inter Tillemontius quidem in: *Memoir. pour serv. à l'histoir. eccles. tom. II. part. III. pag.* 113. et Ceillier in *hist. des Aut. eccles. tom. II. pag.* 76. anno demum CLXXV. aut serius adhuc scriptum eum fuisse statuerunt, Sam. Basnagius vero in *Annal. polit. eccles.* ad an. *CLXXVII.* §. 3. *tom. II. p.* 163. ad hunc ipsum annum 177. eum referendum esse iudicauit, eaque in re secum consentientes quoque habuit Nath. Lardnerum in: *Glaubwürdigk. der euangel. Geschichte, part. II. vol. I. c. XV. p.* 262. et Orsium in *hist. eccles. tom. II. lib. IV. p.* 286. *Keil.*

est, in quo catalogus librorum V. T. exhibetur, ex prooemio ἐκλογῶν illud desumtum, de quo videnda, quae in illud commentati sunt Woogius *Differt. I.* §. *XV.* *pag.* 44. et *Diss. II. pag.* 38. Schmidius in *histor. Canon. lib. I. sect. I.* §. 56. *pag.* 150. et Eichhornius in *Introd. in libr. V. T. tom. I.* §. 51. *p.* 120. *sq.*]

Ad catalogum scriptorum Melitonis deperditorum qui in laudato Eusebii loco et apud Hieron. *de script. eccles. c.* 24. exstat c), et de quibus Tillemontius et Caueus in Melitonis vita [itemque Woogius in *Differt. II*] differunt, notabis quod librum qui ἡ κλεὶς siue *Clavis* inscribitur, aiunt MStum extare Parisiis in bibl. Collegii Claromontani d), continereque explicationem variarum S. scripturae vocum e) ad eum fere modum, vt notat Labbeus *tom.* 2. *p.* 87. [et part. II. *Nou biblioth. MSS. p.* 21] qualem in formulis spiritalis intelligentiae, quae inter S. Eucherii opera exstant, legere licet f). Deinde liber περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ non fuit de DEO corpore induto siue de incarnatione verbi g), sed Melito conatus est

c) Qui tamen, quanquam sat multos huius viri libros enumerat, non videtur omnia eius scripta complexus fuisse. Certe Anastasius Sinaita in Ὁδηγ. *c. XIII.* librum III. περὶ σαρκώσεως Χριστοῦ et λόγον εἰς τὸ πάθος Χριστοῦ commemorat, qui quanquam ab Eusebio et Hieronymo silentio plane praetereuntur, tamen non videntur nostro abiudicandi esse; qua de re vid. quae disputarunt Ceillier *l. l. p.* 78. Woog. in *Diss. II. p.* 8 *sq.* et Gallandus *l. l.* §. IV. *Keil* Fragmentum Melitonis emendauit *P. Wesseling* Prolebb. c. 10. p. 83. *Beck.*

d) Cui addendus est alius in bibl. Mesmiana Parisiis olim exstans, de quo videndus est Woogius in *Diss. II. sq.* qui apographon huius libri a Michaele Le Quien ex vtroque codice descriptum nactus est, ex quo totum librum cum orbe litterario communicare secum constituerat, postquam Magnus Crusius, Gottingensis quondam theologus, ab eodem consilio in *Differt. epist. ad Chr. Wormium* (*Lips.* 1728.) *p.* 13. viris doctis a se significato, exequendo morte fuerat praepeditus. Verum nec hic promissis suis stetit, sed in vno hoc potius substitit, quod in *Differt.* laud. *p.* 21. singulorum huius scripti Capitum syllabum dedit, et *pag.* 49. Caput I. in quo membra Deo Patri in scriptura S. per ἀνθρωποπάθειαν tributa, quid significent, exponitur, speciminis loco exhibuit. Quantum vero ex hoc ipso specimine iudicare licet, non magnam sane hac in re iacturam fecit orbis litteratus, neque falsum aut iniustum esse videtur, quod, teste quidem Gallando *l. l.* §. *III.* vir quidam doctus de libro isto post ipsius inspectionem tulit iudicium, non magnae eum posse vtilitatis esse. *Keil.*

e) Vt adeo vana iudicanda sit b. Semleri coniectura, qui in *Histor eccles. select. capit. tom. I. pag.* 50. suspicatus est, annon haec clauis vel ad Apocalypsin pertinuerit, vel eadem fuerit cum V. T. Eclogis ab Eusebio inter scripta nostri laudatis. *Keil.*

f) Simili modo et hoc notandum, in bibliotheca etiam academiae Ienensis exstare *Commentarium Apocalypticum* Melitonis nomen prae se ferentem eundemque perantiqua membrana scriptum, quem cum nostri libro περὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου eundem esse suspicatus quondam est Io. Gottfr. Olearius in *Biblioth. scriptor. eccles. p.* 483 Verum hanc suspicionem vanitatis aperte arguunt ea, quae de eodem codice, post: Gottl. Stollium in: *Aufricht. Nachricht von den Leben, Schrift. u. Lehren der Kirchenvät. c. V.* §. 4. *p.* 67. obseruauit Io. Chph. Mylius in *Memorabil. bibl. acad. Ienens. pag* 315. *sq.* qui ex praefat. commentarii in illo codice reperiundi perspicue docuit, non esse eum a Melitone profectum, sed ab Anonymo potius ex 9. diuersis Interpretibus qui ex parte diu post Melitonem vixerant, collectum atque consarcinatum. *Keil.*

g) Quemadmodum haec verba non modo interpretati sunt ex veteribus quidem Rufinus, e recentioribus autem Christophorsonus et Roeslerus in *Bibl. eccles. tom I. pag.* 63. et alii, a quorum sententia nec alienos se professi sunt Io. Gottfr. Koernerus in *diss. de imagine div.* §. 12. *p.* 29. Ill Schroeckh. in *histor. eccl. Vol. III. pag.* 117. et Chr. Franc. Guil. Walchius in *Histor. haeret. vol. I. p.* 600. *Keil.*

est illo libro probare, DEVM esse corporeum [h]). Vide Petauii *dogmata theologica* de DEO *lib. 2. c. 1. §. IV. p. 96.* et Ittigium de *haeresiarchis sect. 2. c. 11.* [itemque Caueum in *Histor. litter. Script. eccles. tom. I. pag. 71.*]

Liber *de transitu B. Virginis* in Gelasiano decreto et a Beda reiectus, qui latine exstat in *bibliothecis patrum* et in *bibl. concionatoria* Combefisii *tom. VIII. pag. 646.* non magis est antiqui illius Melitonis, quam satyra aduersus monachos *A. 1662. 12.* edita gallice sub titulo *l'Apocalypse de Meliton*, de cuius auctore vide P. Baelii *respons. ad quaestiones prouinciales tom. 1. pag. 631.* Pluribus argumentis illum librum de transitu B. Mariae oppugnat Nourrius *sect. 2. diss. V. pag. 558. seq.* vt Natalem [?] Alex. aliosque omittam. Modo suffecerit notasse, gemini plane commatis scriptum cum illo esse *Passionem S. Iohannis, euangelistae*, quam sub nomine *Mellit*i, Laodiceni episcopi, latine edidit Io. Maria Florentinius ad Martyrologium vetus S. Hieronymi *p. 130.* Vide quae notaui in *codice apocrypho Noui Test. tom. II. pag. 789.* At ab illo Melitonis diuersus est, licet non multum diuersi argumenti, atque vt videtur antiquior liber, qui sub S. Iohannis theologi nomine de transitu B. Mariae exstat graece in variis bibliothecis. Vide Lambecium in *Diario sacri itineris Cellensis*, latissime de vtroque differentem, et Combefisium *tom. 1. Auctarii noui bibl. Patrum tom. 1. pag. 821.* et *bibl. Concionatoriae tom. 1. pag. 43. et tom. 7. pag. 643. sq.*

Caeteri deperditi scriptores graeci christiani seculo secundo sunt 1. PAPIAS S. Ioannis [i]) discipulus [k]), Hierapolitanus in Phrygia episcopus, qui eodem fere tempore quo Smyrnae

h) Hanc enim omnino fuisse Melitonis sententiam, vtique videtur Origenis testimonio, quod a Theodoreto *Quaest. XX in Genes.* adfertur, reperiturque etiam in Nicephori *Caten. in Octateuch. tom. I. p. 49* confici posse, cum ipsa haud dubie Melitonis scripta ei ad manus adhuc fuerint. Ille enim hunc virum diserte iis accenset, qui imaginem Dei in corpore consistere adfirmarent, atque ipsum commentarios reliquisse περὶ τῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεὸν, quibus quidem verbis videtur profecto sensus inscriptionis huius libri ab Eusebio et Hieronymo seruatae apertius declarari. Accedit, quod caussam simul exponit Origenes, quae nostrum et alios sententiae ipsius defensores in errorem nunc induxerit, hanc nimirum, quod oculi, nares, brachia et alia membra humana Deo in libris sacris tribuantur, quodque patribus V. T. humana forma dicatur adparuisse, quanquam non video, quomodo haec culpa, in nostrum ab Origene impacta, cum capit. 1. clauis ipsius, a Woogio, vt dixi, in lucem edito, possit consistere, cum ibi membra, Deo in libris sacris tributa, non proprie, sed ἀνθρωποπαθῶς potius ab illo explicentur. Eodem vero modo nec hoc reperio, quo iure hic ipse Woogius *l. l. p. 53.* fuerit suspicatus, annon hoc ipsum clauis illius specimen idem fuerit cum illo, de quo nunc disputatur, περὶ ἐνσωμάτε Θεῦ libro, quam coniecturam alio tempore in peculiari libro se vberius expositurum esse promisit, cui tamen promisso, quantum equidem noui, nunquam stetit. *Keil.*

i) Cum *S. Iohannem* commemoret Fabricius, vix licet dubitare, eum de Iohanne, apostolo, cogitasse. Verum satis constat, hac de re inter antiquiores iam scriptores non vnam eandemque sententiam obtinuisse. Iohannis quidem discipulum eum fuisse, omnes concedunt, sed quinam ille fuerit, de eo diu iam est litigatum, et etiamnum inter viros doctos ambigitur, aliis quidem de Ioanne, apostolo, aliis vero de seriore quodam Ioanne, presbytero, cogitantibus. Ac Irenaeus quidem, qui primus huius rei testis extitit, *l. V. c. 33.* quanquam non diserte declarauit, cuiusnam Ioannis discipulus fuerit Papias ille, tamen haud dubie de Ioanne, euangelista, cogitauit, cum eodem in loco, in quo Ioannis auditorem eum fuisse tradit, addat simul, Polycarpi quoque sodalem eum fuisse, quem alibi diserte Ioannis, apostoli, discipulum fuisse narrat. Hincque etiam hac Irenaei,

Smyrnae Polycarpus, martyrium Pergami obiit [l]), teste auctore Chronici Alex. *p. 258.* Confer Henschenium *22. Febr.* Eius *libri quinque* λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως, siue vt Hieron. *c. 18. de script. eccles.* [m]) *explanationis sermonum DOMINI*, magnam partem constabant dictis, quae ab apostolis vel apostolicis viris foeminisque vtcunque accepta meminerat. Vide Eusebium *III. 39. hist.* qui ex illo ipso tamen opere ait apparere quod fuerit σφόδρα μικρὸς τὸν νοῦν, *valde exili iudicio* [n]). Adde Caue bonum *XVI. 69. ad Baron.* [itemque Lardnerum in: der *Glaubwürdigk. euang. Gesch. part. II. vol. I. p. 183. sq.*] Ex libro primo verba quaedam adfert Maximus ad *Dionysii c. 7. de coelesti Hierarchia tom. I. p. 32.* [Ex quarto

naei, vt videtur, auctoritate moti, id ipsum deinde repetierunt Hieronymus in *Epist. ad Theod.* Anastasius Sinaita, S. Maximus, Andreas Caesariensis atque Oecumenius cum antiquis martyrologis Beda, Vsuardo, Adone, Notkero, et recentiorum scriptorum fere plerisque. Eidem tamen sententiae inter antiquiores iam obstitit Euseb. *Hist. eccles. l. III. c. 39.* vbi negat, ipsum Papiam vllius Apostoli spectatorem se atque auditorem fuisse professum, sed Aristonis potius atque Ioannis, presbyteri, auditorem eum se dixisse monet. Quod, si non ex iis, quae post recitat, Papiae verbis concludendo magis sibi visus est intellexisse, quam ex diserta eius professione hausit, non video equidem, quo iure hoc ipsius, Papiae testimonium in dubium possit vocari, hincque parum abfuerim, quin cum Dodwello in *Dissert. I. in Iren. § 3.* Ioannem, apostolum, cum Ioanne, presbytero, ab Irenaeo commixtum fuisse statuam. Accedit vero, quod et alia sunt, quae, quo minus nostrum cum Ioanne, apostolo, versatum fuisse credamus, impedire videntur, de quibus, meo quidem sensu, omnium optime exposuit Ceillier in *Histoir. gener. des Auteurs eccles. tom. 1. p. 683.* Qui plura de hac re cognoscere cupit, is, praeter scriptores, a Fabricio et nobismet ipsis iam laudatos, adeat Grabium *tom. II Spicileg. PP pag 26. sq.* Du Pinium in *Nouvell. biblioth des Auteurs eccles. tom. I. p. 53.* et Gallandium in *Proleg. ad tom. I. bibl. PP. c. X. § 1. p. LXVI.* Keil.

k) Confer Tillemontium et Caueum in Papiae vita. Hassoxium tom. I. pag. 651.

l) Huius tamen rei cum nulla plane in Graecorum Menaeis atque Menologiis vestigia occurrant, alii quidem de veritate huius narrationis prorsus dubitarunt, alii vero dixerunt, nomen eius antiquioribus quidem temporibus vtique in martyrum tabulis scriptum fuisse, sed postea ob vnam alteramue ipsius opinionem, olim quidem late communem, post vero ecclesiae minus probatam eratum fuisse; quod tamen quo auctore dixerint equidem non video. Certius vero hoc est, Papiam nostrum apud Photium cod. CCXXXII. a Stephano Gobaro etiam martyris nomine insigniri. Cfr. poterit hac de re Sam. Basnagius in *Annal. polit. eccl. ad an. CXLII. tom. II. p. 35.* Keil.

m) Idem Hieron. *epist. 28* ad Lucinium: *sanctorum papiae et polycarpi volumina falsus ad te rumor pertulit a me esse translata, quia nec otii mei nec virium est tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.* Elogium Papiae apud Euseb *III 36* quod fuerit ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος καὶ γραφῆς εἰδήμων, suspectum et Valesio et Antonio Pagi ad *A. C. 116 n. 3.* quia in pluribus codicibus et in Rufini versione desideratur. *Fabr.* Cum Valesio hac in re fecerunt etiam Roeslerus in *Bibl. PP. vol. IV. pag. 85.* et Stolhius in: *Freymüth. Untersuchungen, die Offenbahr. Iohann. betreffend. p. 81.* itemque in ipsa Eusebii editione, in qua verba ista e textu proscribenda iudicauit, atque Frid. Münterus in laud. *Fragm. PP. Graecor. Fasc. 1. p. 13. sq.* Contra vero *Sec. II. tom. 1. p. 28.* et Guil. Caueus in *Histor. litter script. eccles. tom. I. p. 48.* aliique plures. Keil.

n) Quod sane abunde declarauit eo, quod non tantam se ex *libris* aliorum vtilitatem capere posse iudicauit, quantam ex hominum in vita adhuc superstitum, *viua voce*, hincque eiusmodi hominum de Iesu et Apostolorum sermonibus narratiunculis cupide inhiauit. Neque minus tamen aperta exilis iudicii eius documenta sunt, quae teste Irenaeo *adu. haer. l. V. c. 33.* de regni millenarii gaudiis scripsit, quaeque, narrante Apollinario, Oecumenio atque Theodoreto, de Iuda proditore in libris suis tradidit. Keil.

quarto autem libro nonnulla referunt Irenaeus *l. V. aduerſ. haer. c. 30.* et Theophyl. in *Act. apoſt. c. 1.* Neque aliunde profecto, quam ex iisdem libris hauſta eſſe videntur, quae ex hoc ſcriptore proferunt Andreas Caeſar. in *Apoc. c. XXXIV. Serm. XII.* Apollinar. in Caten. biblioth. Coislin. et Oecumenius in *Comment. in Acta apoſt. c. 2.* quaeque ex codice biblioth. Bodlei. in lucem edidit Grabius in *Spicileg. tom. II. pag. 34.*] Alia Papiae fragmenta vide collecta ab Halloixio in Papiae vita *tom. 1. ſcriptor. oriental. pag. 647. ſq.* et a Grabio *tom. 2. ſpicilegii Patrum pag. 30. ſq.* [et ex his repetita a Gallando in *Biblioth. PP. tom. 1. p. 316. ſq.* His vero fragmentis nouum aliquod, e duabus catenis in biblioth. Anglic. et Venet. deſumtum mortemque Iudae Iscariotae exponens, ſibi addidiſſe viſus eſt Frid. Münterus in *Fragment. PP. Graecor Faſc. I. pag. 17. ſq.* Verum non animaduertit Vir doctus, dudum excerptum fuiſſe a Theophylacto in *Commentar. in Act. Apoſt. c. I.* qua de re vid. quae notata ſunt in *Ephem. Goetting. litter. an. 1788. pl. 124. p. 1245.* Contra vero omnino poſſent nouis quibusdam particulis fragmenta haec augeri, ſi probanda eſſet Guil. Cauei ſuſpicio in *Hiſtor. litt. ſcript. eccleſ. l. I. p. 49.* propoſita, qua ſtatuit, non modo illa fragmenta, quae Iren. *l. IV. c. 45.* ex presbyteri cuiusdam ore referat, ſed et celebres illos Iambos, qui apud eundem *lib. 1. c. 12.* leguntur, Papiae noſtro in acceptis eſſe referenda; de quo quid ſtatuendum videatur, doctioribus decernendum relinquimus, de Iambis illis infra adhuc pluribus diſputaturi. Quod verum integrum Papiae librum Nicephori atque Trithemii aetate adhuc extitiſſe, ex huius vtriusque ſcriptoris narratione ſibi intellexiſſe viſi ſunt Halloixius atque Dupinus, id, quanquam magno his viris, nec ſine omni forſitan ratione, vitio verterunt Caueus atque Fabricius in *Nott. ad Trithem.* tamen non videtur ab omni veriſimilitudinis ſpecie abhorrere, ſi fides habenda eſt auctori Inuentarii rerum in Sacriſtia eccleſiae Nemauſienſis reperiundarum circa annum Chr. MCCXVIII. confecti et a Menardo in *Hiſtoir. ciuil. eccleſ. et litter. de la ville de Nismes, (Pariſ. 1750. 4.) tom. I.* editi, in quo *pag. 67. Document.* haec leguntur: *Item inueni in clauſtro — librum Papie, librum de verbis Domini. Keil.*]

Ab hoc Papia regni piorum in terris millenarii adſertores dicti *Papianiſtae* o) *l. 5. cod. de Haereticis*, vt notatum Cotelerio *tom. I. monum. eccleſ. graecae p. 765.* Et Papiam in catalogum haereticorum retulit Bernardus Luzemburgicus *libro III.* A Cerinthi craſſo chiliaſmo longe tamen abfuiſſe Papiam, cumque eo facientes plures antiquos eccleſiae doctores, diſputat D. Peterſenius in *nube teſtium de regno CHRISTI lib. 2. pag. 73. ſeq.* Vide etiam Nourrium [P] *Adparatu ad bibl. Patrum libr. 2. diſſ. I.* [Cferri etiam poterit El. Weihemaieri Diſſ. *Papias Hierapolitanus in Aſia Epiſcopus antiquiſſimus ex hiſtoria eccleſiaſtica repraeſentatur. Witteb. 1694. 4.*] Allegatur Papias ab Anonymo Graeco in Combefiſii *manipulo rerum CPol. p. 22.* Alius Papias cum Oneſimo martyr Romae, de quo Henſchenius

o) Quo tamen nomine non maiori profecto iure adpellati ſunt, quam ipſe Papias propter hanc ſententiam a ſe defenſam in haereticorum numerum relatus eſt, cum, vt ſatis nunc inter viros doctos conſtat, neque primus, neque ſolus fuerit, qui eam defenderet, ſed communis ea plerorumque fere antiquioris aeui doctorum fuerit opinio, qua de re vid. quae nuper diſputauit Celeb. Münſcher in *Handb. der chriſtl. Dogmengeſch. Vol. II. p. 438.* ſq. itemque in peculiari Commentat. inſerta Henkii: *Magazin für Religionsphil. Exeg. und Kirchengeſch. Vol. VI. part. II. pag. 233. Keil.*

ſchenius *16. Febr.* Alius denique Papias gloſſarii latini auctor, clarus circa A. C. 1063. de quo dixi in bibliotheca latina, [*libr.* IV. *c.* 7. itemque in *bibl. lat. med. et infim. aetat.* *vol. V. pag.* 576. De eodem ediſſerit etiam C. I. Oudinus in *Commentar. de Scriptt. eccleſ. tom. II. pag. 621. ſq.* Alius item Papias, Laodicenus, medicus, cum fratre eiusdem nominis, de quibus vid. noſtrum infr. *Vol. XIII. p. 357.* edit. antiq.]

2. QVADRATVS, poſt Publium, martyrem, Athenienſis p) epiſcopus, quem licet apoſtolicis temporibus proximum non minus falſo aliqui per angelum Philadelphienſis eccleſiae q), quam ſub angeli eccleſiae Pergamenae nomine Papiam in S. Iohannis Apocalypſi intelligi ſibi perſuaſerunt: Hadriano imp. circa A. C. 123. r) Athenis hiemem exigenti librum pro religione noſtra obtulit, e quo fragmentum ſeruauit Euſebius *IV. 3. hiſt.* vnde id repetunt Hieronymus *de ſcript. eccleſ. c. 19.* Syncellus *p. 348.* Nicephorus *III. 21. hiſt.* aliique, [inter quos e recentioribus pertinent Grabius *l. l. pag. 125.* et Galland. in *Bibl. PP. tom. I. pag. 330.*] Ex Quadrato etiam nonnulla produxerat Euſebius, ſeculo VI. epiſcopus Theſſalonicenſis, *libris X. contra Andream Monachum*, teſte Photio *cod. CLXII.* s) Confer Halloixium et Caueum in Quadrati vita, Henſchenium ad *26 Maii, tom. 6. p.* [illegible] qui Quadratum, Magneſiae epiſcopum et ſub Decio martyrem, a noſtro t) recte diſtinguit, Ittigium *diſſ. de Patribus apoſtolicis p. 166. ſeq.* et Grabium *tom. 1. ſpicilegii p. 119. ſq.* qui contra Valeſium, Lemonium Tillemontium aliosque probe obſeruat, non eſſe diſtinguendos velut duos Quadratos, vnum Apoſtolorum diſcipulum, prophetico chriſmate ornatum, Euſeb. *H. E. l. III. c. 37. et V. c. 7.*] auctorem Apologiae et illum, de quo Dionyſius, Corinthius, apud Euſeb. *IV.* 23. epiſcopum Athenarum; [quod ipſum praeter Grabium docere etiam ſtuduerunt Caueus *l. l. p. 52.* atque Dallaeus *de ſcript. Dionyſ. Areop. l. l.* Nihilominus tamen res haec nondum ſatis euicta videtur Lardnero in: *Glaubw. d. euang. Geſch. part. II. vol. I. p. 550.* et Roeslero in *Bibl. PP. vol. IV. pag. 94.* Sed putauerim tamen, Hieronymi auctoritatem hac in re multo potiorem iudicandam eſſe omnibus ratiunculis a ſententiae huius defenſoribus in contrarium allatis. *Keil.*]

Alios

p) Dionyſius Corinth. apud Euſeb. IV. 23.

q) Cuius ſententiae prima veſtigia reperiuntur apud Nicolaum Lyranum *in cap. 3. Apocal.* vbi *dicunt*, inquit, *expoſitores communiter, quod iſte fuit Quadratus*, ſed nullum, qui ita ſtatuerit, nominatim commemorat. Poſt tamen idem defendit Halloixius *de ſcriptor. Orient. tom. I. in vit. Quadr. c. 2.* Quam parum vero haec ſententia probabilitatis habeat, inprimis bene demonſtrauit Grabius *tom. II. Spicileg. p. 121. ſq.* *Keil.*

r) Hic igitur in tempore huius rei definiendo Dallaeum ſequitur noſter, qui et ipſe in libr. *de ſcriptis Dion. Areop. l. 1. c. 13. pag. 83.* eidem anno apologiam hanc adſignat. At in *Delect. argum. et Syllab. ſcript. de verit. relig. chriſt. p. 156.* pro anno 123 neſcio quo auctore, commemorat potius an. 131. Sed multo potior eſſe videtur Grabii ſententia, qui *l. l. p. 122.* ſat commodis argumentis euicit, eam anno potius 126. Hadriano traditam fuiſſe, eandemque ſententiam [illegible] tur etiam Pagius in *Crit. Baron. ad an. CXXVI. §. III. IV.* et Gallandus in *Proleg. ad tom. I. bibl. PP. pag. LXXIII.* *Keil.*

s) Praeter hanc vero apologiam alium adhuc librum *Syngrammatis* titulo inſignitum [illegible] tum compoſuiſſe ex Euſebii *Hiſt. eccl. l. IV. 3.* loco leuiter inſpecto ſibi intellexiſſe viſi ſunt Centuriatores Magdeburgenſes, quorum tamen errorem praeter alios iure caſtigauit Caueus in *Hiſtor. litter. ſcript. eccleſ. l. l.* *Keil.*

t) Qui tamen et ipſe dicitur martyrium ſubiiſſe regnante adhuc Hadriano, cuius rei memoriam Graeci quidem d. 21 Septembr. Latini vero d. 26. Maii celebrant. Cfr. quae de hoc martyrio eius notauit Cyprianus ad *Hieron. de ſcriptor. eccleſ. c. 19.* in Fabric. *Biblioth. eccleſ. pag. 86.* *Keil.*

Alios complures Quadratos, in veterum monumentis obuios, refert Lemonius prolegomenis ad Varia ſacra, ° 9. [itemque Halloixius de *ſcriptor. orient. tom. I. pag. 690.*] De noſtro autem adſcribere iuuat locum Hieronymi epiſt. 84. ad Magnum oratorem, quo alii etiam Apologiarum pro Chriſtianis ſcriptores celebrantur: *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus et Athenienſis pontifex eccleſiae, nonne Adriano principi Eleuſinae ſacra inuiſenti librum pro noſtra religione tradidit, et tantae admirationi omnibus fuit, vt perſecutionem grauiſſimam illius excellens ſedaret ingenium.*

3. ARISTIDES, Athenienſis, philoſophus, vir eloquentiſſimus, eodem quo Quadratus tempore Apologeticum pro Chriſtianis Hadriano, imp., Euſebio teſte in *Chron. et IV. 3. hiſtor.* obtulit, magnam partem *contextum ſententiis philoſophorum, quem imitatus poſtea Iuſtinus*, vt ſcribit Hieronymus *epiſt. 84. ad Magnum.* Martyrologium [P] Rom. 31. Auguſt. addit Ariſtidem *quod Chriſtus Ieſus ſolus eſſet Deus, praeſente ipſo imperatore, luculentiſſime peroraſſe.* Confer quae de hoc Ariſtide aliisque eius nominis dixi ſupra *lib. IV. c. 30.* [*Vol. VI. p. 39.* edit. recent.] In praeſenti adſcribam tantum haec Colomeſii in *paralipomenis de ſcriptoribus eccleſiaſticis: Ariſtidis Apologetici fragmentum de Dionyſio, Areopagita, adfert Vſuardus* (et Ado 3. Oct.) *in martyrologio e Menologio Graecorum. Ex quo, iure mihi videor colligere, a vero prorſus non abhorrere, quod refert clariſſ. Guilleterius in Itinerario gallice ſcripto, nempe apud quosdam Calogeros, qui proxime Athenas in monaſterio Midelli habitant, extare Bibliothecam, in qua Ariſtidis Apologiam latitare credebatur.* Cum hoc non confundendus Ariſtides, cui Iulius Africanus ſaeculo tertio dicauit Harmoniam genealogiarum CHRISTI apud Matthaeum et Lucam, teſte Euſebio *VI. 31.* Hieronymo *c. 63.* Photio *cod. XXXV.*

4. AGRIPPA CASTOR, ſub eodem Hadriano clarus, ſcripſerat ἔλεγχον Gnoſtici haeretici, Baſilidis, eiusque filii, Iſidori u). Vide Euſeb. IV. 7. hiſt. Hieron. *c. 21. de ſcript. eccl.* v) et indiculo haereſ. c. 2. Theodoritum lib. 1. de haeret. fab. c. 4. Alius fuit Caſtor, Rhodius

V 2

u) Huius quoque refutationem Agrippam edidiſſe, non ſatis accurate ſcripſit noſter. Etenim Euſebius quidem et Hieronymus ſolum Baſilidem ab eo dicunt fuiſſe refutatum. Theodoretus autem, poſtquam et patrem et filium loco a noſtro allato commemorauerat, in vniuerſum deinde monet, contra vtrumque decertaſſe Agrippam, cognomento Caſtorem, Irenaeum, Clementem et Origenem, quo non videtur ſignificare voluiſſe, ſingulos contra vtrumque calamum ſtrinxiſſe, ideoque, quae noſter habet, parum certa fide nituntur, hincque iure ſuo cautius hac in re verſatus eſt Caueus in *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ. tom. I. p. 57. Keil.*

v) Quem, cum ſcribat nunc: Agrippam *aduerſum viginti quatuor Baſilidis volumina, quae in euangelium confecerat, fortiſſime diſſeruiſſe,* recte monet Fabricius noſter in *not.* huic loco ſubiecta, non ſatis accurate Euſebii veſtigia ſecutum eſſe. Euſebium enim non dicere, Agrippam ἔλεγχον ſuum illis XXIV. Baſilidis libris oppoſuiſſe, et hos ex inſtituto ibi confutaſſe. Nam profecto cuilibet, Euſebii verba accuratius inſpicienti atque examinanti, ſponte in oculos incurrat neceſſe eſt, iſtum Agrippae ἔλεγχον non aduerſus ipſos illos Baſilidis XXIV. Euangelii libros ſcriptum, ſed in eo horum librorum mentionem tantum factam fuiſſe. Poſtquam enim hunc ἱκανώτατον, vt dicit, κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχον, quo τὴν δεινότητα τῆς τ' ἀνδρὸς γοητείας reuelauerit, commemorauerat Euſebius, haec deinde ſubiungit: ἐκφαίνων γοῦν αὐτοῦ, τὰ ἀπόῤῥητα, φησὶν αὐτὸν, εἰς μὲν τὸ εὐαγγέλιον, τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία κ. λ. Quare profecto mirandum eſt, vno Io. Geo. Walchio in *hiſtor. eccleſ. N. T. p. 811. ſeq.* excepto, omnes ſcri-

Rhodius χρονογράφος Apollodoro in bibl. [*l. II. 1. 3.* Iofepho et pluribus fcriptorum ecclefiafticorum] laudatus, de quo Ionfius *lib. 2. de fcriptoribus hiftor. philof. c. 16.* [tumque ii, qui fupra funt laudati, *l. IV. c. XXXIV. vol. VI. pag. 126.*] Alius Caftor, Deiotari gener, de quo P. Baelius in *Lexico hiftorico*, vbi de *Deiotaro*, *nota N.* Alius Antonius Caftor, botanicae rei cultor perititfimus, Plinii maioris aequalis, quem vide *XXV. 2. et XX. 17.* Alius denique Caftor, fub Valentiniano tortus et exuftus, tefte Ammiano *XXIX. 5.*

5. ARISTO ex *Pella*, Palaeftinae opido, Iudaeus atque inde Chriftianifmi aduerfus Iudaeos propugnator [w]), imperantibus Hadriano et Antonino, pio, clarus, fcripfit, tefte S. Maximo ad *Dionyf. c. 1. de myftica theologia tom. 2. p. 17.* διάλεξιν [x]) Παπίσκου καὶ Ἰάσωνος, qua Iudaeum Alexandrinum, *Papifcum*, cum Chriftiano Hebraeo, *Iafone*, (incertum an illo [y]) cuius Act. 17. 5. et Rom. 16. 21. mentio,) difputantem ac denique conuictum et manus

fcriptores recentiores Hieronymi potius, quam Eufebii, cui ipfe Agrippae liber ad manus fuit, veftigia hac in re fecutos, rem hanc fic expofuiffe, vt Agrippae confutationem haec ipfa Bafilidis βιβλία fpectaffe defenderent, quo pertinent v. c. Caueus *l. l.* Gallandus in *Prolegg. ad Biblioth. PP. tom. III. pag. 73.* et, quod vix expectaffes, etiam Chr. Fr. Guil. Walchius in *hiftor. haeref. tom I. pag. 308.* Quae cum ita fint, plane non licet definire, vtrum haec Agrippae confutatio ad certos quosdam Bafilidis libros, an ad ipfa eius dogmata et inftituta fpectauerit, quanquam pofterius Eufebii atque Theodoreti verbis priore multo conuenientius effe videtur. De ipfo vero libro praeter ea, quae Eufeb. *l. l.* ex illo refert, quaeque Gallandus etiam Biblioth. fuae *tom. I. pag. 330.* inferenda putauit, nihil amplius ad nos conftat, cum totus perierit. *Keil.*

w) Qua fide nofter hoc, praeeuntibus fere omnibus reliquis, qui de fcriptoribus ecclefiafticis expofuerunt, tam confidenter defendat, non aufim equidem definire; cum nullus veterum fcriptorum hac de re quicquam ad nos retulerit. Neque enim Eufebius atque Maximus, qui foli eius mentionem iniiciunt, quicquam aliud de eo tradunt, nifi vnum hoc, eum ex Pella fuiffe oriundum. Qua vero conditione vfus et quo munere functus fuerit, de eo prorfus tacent. Cum igitur in *Conftitutt. apoft. l. VIII. c. 64.* inter Smyrnenfis ecclefiae epifcopos duorum Ariftonum, prioris atque pofterioris, nulla tamen patriae ipforum fignificatione addita, mentio fiat, nefcio equidem, annon de horum pofteriore et hic poffit cogitari, vt non male fufpicatus iam eft Auctor Magn. Biblioth. eccl. *vol. I. p. 564.* licet hoc in dubium vocare ftuduerit Grabius in *Spicileg. PP. tom. II. pag. 127.* confentientemque fecum nactus etiam fuerit ipfum Fabricium in *Syllab. fcriptor. de verit. relig. chrift. c. 3. §. 2. pag. 152.* *Keil.*

x) S. Lucae illam διάλεξιν tribuit Clemens *fexto Hypotypofeon*, tefte eodem Maximo. *Fabr.* Qua in re vel erraffe Maximum, vel lectionem eius mutandam effe, nefcio, an fatis recte coniecerit Grabius *l. l. pag. 130.* *Keil.*

y) Quod omnino fibi perfuaferant Sixtus Senenfis *Bibl. fanct. lib. II. p. 71.* edit. Par. Pamelius in *not. ad opufc. de Incred. Iud.* inter Opp. Cyprian. Bartoloccius *Bibl. Rabb. part. I. I p. 2. num. 584.* et alii, fed admitti non poffe, bene demonftrauit Grabius *l. l. pag. 129.* a quo tamen, poft Spencerum in *Annotat. ad Origen. contr. Celf. lib. IV. pag. 57.* Tillemontium in *Mem. eccl[illegible]. tom. II. pag. 239. et X. p. 552.* et Maranum in *Vita Cyprian. Opp.* eius praefixa. *pag. CXXX.* iure fuo diffentit Gallandus *Proleg. ad bibl. PP. vol. I. c. XV. §. 2. pag. LXXV.* in eo, quod fictas has perfonas fuiffe ftatuit. Licet enim hoc in Dialogis non infrequens fit, nefcio tamen, verum femper valeat, poffitque adeo et hic admitti, cum fimilis difputationis, a Chriftiano et Iudaeo vere habitae, apud Tertullianum etiam mentio fiat in initio *libr. contr. Iudaeos*, quam ipfe Grabius in *Nott. ad tom. II. Spicil. pag. 240.* parum abfuit, quin eandem cum hac Papifci et Iafonis difputatione iudicaret. Accedit, quod, vt mea fert opinio, alia adhuc praeter Ariftonis noftri librum extitiffe videtur difputationis alicuius, inter Papifcum et Iafonem habitae, acta. *Keil.*

nus d..ntem introduxit. Laudant hanc διάλεξιν Origenes *contra Celsum IV. p. 199.* Hieronymus in *epist. ad Galatas III. 13.* et *traditt. Hebr. in Genes.* [x]) Opus ex Graeco latine pridem (circa S. Cypriani, vt videtur, tempora,) conuertit *Celsus* quidam (incertum an Iconiensis episcopus [aa]), cuius mentio apud Eusebium *VI. 19. hist. p. 222.*) sed [(?)] nihil nec de opere, nec de versione exstat praeter interpretis praefationem ad Vigilium, quae legitur inter Opuscula S. Cypriano adscripta *pag. 30.* edit. Oxon. [itemque in Append. *p. CCXXXIII.* edit. Marani Paris. 1726. ex qua eam recudendam curauit Gallandus *l. l. vol. IV. pag. 437.*] et paucissima fragmenta, quae collegit Grabius tom. 2. spicilegii Patrum pag. 131. seq. [repetiitque Gallandus *vol. I. pag. 331.*] qui etiam ex hac διαλέξει petita esse putat quae de obsidione Betherae et Iudaeorum post illam expugnatam addictione ex Aristone Pellaeo refert Eusebius *IV. hist.* [bb]) Confer etiam, si placet, quae de hoc scripto Guil. Spencerus ad

V 3

x) Nulla tamen Aristonis, tanquam Auctoris, ab vllo horum scriptorum mentione adiecta. Quare nescio, vtrum haec eadem sit disputatio cum illa, quam ei tribuit Maximus, an vero ab illa diuersa, de quo dubitasse iam videtur Ittigius in loco a nostro infra laud. *pag. 96.* Caeterum, quod Moshemius in *Nott. ad versionem operis Origen. vernac. pag. 430.* obseruauit, autorem huius διαλέξεως, quoniam Dialogi formam libro suo induerit, platonicae philosophiae videri deditum fuisse, id nollem viro doctissimo excidisse. *Keil.*

aa) Multo confidentius hac de re scripsit noster in *Syll. scriptor. de verit. relig. christ. pag. 153.* vbi haec habet: *alius* haud dubie *ab Iconiensi episcopo.* Ita autem recte profecto statuit, licet Grabius *l. l. pag. 130* rem aeque incertam dixerit. Commode enim Gallandus monuit in *Proleg. bibl. PP. vol. IV. c. X. p. XIX.* non debuisse in homine Graeco interpretem Latinum quaeri. *Keil.*

bb) Qua in re secutus eum quoque est Ceillier in *Hist. gener. des Aut. eccl. tom. I. pag. 605.* Verum, vt bene monuit Gallandus in *Proleg. ad vol. I. l. l. pag. LXXVII* admodum infirmo fundamento haec suspicio nititur, cum non modo disputationem plane non commemoret Eusebius, sed hanc praeterea loquendi rationem vsurpet. Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ, quae profecto historicum potius librum, quam dialogum videtur significare. Neque tamen cum Io. Gottfr. Oleario in *Biblioth. scriptor. eccl. pag. 76.* dixerim: *Betherae obsidionem et Iudaeae oppugnationem* nostrum scripsisse. Contra vero multo probabilius est, quod Gallandus *l. l.* asserit, testimonioque ex Mosis Choren. Historia Armeniaca petito praeclare confirmat, desumta haec esse ex Historia orientali, ab Aristone conscripta. Posset tamen illa Grabii suspicio auctoris Chronici Paschalis forsitan consensu stabiliri. Is enim ad an. 2. Olympiad. CCXXVIII. *pag. 255.* diserte dicit, Apologiae, ab Aristone editae, in Eusebii histor. eccles. mentionem iniici, his quippe verbis vsus: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων, ὧν μέμνηται Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ, ἐπιδίδωσιν ἀπολογίας σύνταξιν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ. Verum sponte in oculos incurrit, quam exiguam haec narratio fidem mereatur, cum Eusebius quidem vnum Apellem haereticum, nuspiam vero Apologetam, commemoret, neque Aristonem apologeticum Hadriano libellum exhibuisse, vspiam tradat, talemque nec in illa Papisci et Iasonis disputatione agnoscere potuerit, sed Quadratum tantum et Aristidem eiusmodi libros apologeticos Hadriano obtulisse narret. Quare Caueus quidem in *Hist. litter. scriptt. eccles. tom I. pag. 58.* Chronographum istum Aristidis atque Aristonis nomina, quae apud Eusebium occurrunt, temere confudisse, et duos inde scriptores procudisse statuit; Fabricius autem in *Syllabo scriptt. de verit. rel. christ. l. l. p. 153* locum eius ita sanare studuit, vt pro Ἀπελλῆς καὶ Ἀρίστων ὧν legendum esse diceret: ὁ Πελλαῖος Ἀρίστων, οὗ, qua tamen coniectura, vt bene monuit Gallandus *l. l.* nondum omnis loco macula abstergitur, cum nec hoc, Hadriano apologiam pro religione christiana ab Aristone Pellaeo oblatam fuisse, vllibi tradat Eusebius. Vnde Gallandus *l. l.* multo profecto felicius, coniecit, vel statuendum esse, pro Aristide et Quadrato, quos apologias Hadriano porrexisse Eusebius dixerit, Chro-

ad laudatum Origenis locum et Ittigius in *diſſ. de patribus apoſtolicis pag. 91. ſeq.* [praemiſſa *Biblioth. PP. Apoſtolicor.* itemque ſcriptores ſupra *lib. IV. c. VII. vol. IV. p. 773.* et a nobis in antecedentibus laudati.]

6. ABERCIVS, S. Papiae, vt aiunt, in epiſcopatu Hierapolitano ſucceſſor, in actis eius, quae graece in Menaeis [cc]) et latine exſtant apud Lipomannum [*Vit. SS. tom. VI.*] et Surium ad 22. Octobr. ſcripſiſſe fertur *doctrinae librum* valde vtilem, ſiue *librum de diſciplina* in presbyterorum et diaconorum ſuorum vſum. Etiam *Epiſtolam eius ad M. Aurelium imp.* ſpiritum plane apoſtolicum redolentem, ex graeco Sirleti [dd]) codice dare voluit Baronius ad *A. C. 163. n. 15.* ſed elapſam e manibus reperire iterum non potuit. Epiſtola Antonini ad Abercium legitur in iam memoratis Abercii Actis, Simeonem Metaphraſtem (vt agnoſcit Allatius *p. 130. de Simeonibus*) auctorem agnoſcentibus. Sed illa Acta licet quantiuis pretii videantur Halloixio in Abercii vita *tom. 2. ſcriptor. oriental. p. 1-150.* tamen exiguam fidem mereri, demonſtrauit Tillemontius *nota 3. ad vitam S. Papiae tom. 2. memor. hiſt. eccleſ. pag. 540.* Mentio Abercii Marcelli circa A. C. 230. apud *Euſeb. V. 16. hiſtor.* Sed acta illa de longe antiquioribus leguntur temporibus. Alius Abercius, quem Alphei Apoſtoli F. aiunt fuiſſe. Vide Papebrochium *tom. VI. Maii pag. 368.*

7. HEGESIPPVS ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκὼς ſiue ex Iudaeo Chriſtianus, teſte Euſebio *IV. 23. hiſt.* [ee]) atque vicinus apoſtolicorum temporum, circa eandem, qua Irenaeus, aetatem ſcripſiſſe ſe innuit, defunctus ſub initia imperii Commodi, vt ex auctore Chronici Alex. obſeruarunt viri docti. Eodem Euſebio *IV. 8.* teſte ἐν πέντε συγγράμμασιν ἁπλουστάτῃ παράδοσιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματίσας. Hieron. c. 22. de ſcript. eccleſ. *omnes a paſſione Domini vsque ad ſuam aetatem eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias* [ff]), *multaque ad vtilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans* quinque libros *compoſuit, vt quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Inter ſcriptores hiſt. eccleſiaſticae cum Clemente, Africano [?] et Euſebio hunc Hegeſippum refert Sozomenus *libro et capite primo p. 401* Fragmenta praeclara huius operis, et quod intercidiſſe inprimis dolendum eſt, ex Euſebio et Photio collegit Grabius *tom. 2. ſpicilegii Patrum pag. 205-213.* et Halloixius in *Hegeſippi vita tom. 2.* operis

Chronographum iſtum per memoriae lapſum Apellem atque Ariſtonem commemoraſſe, vel, quod magis probauerim, totum locum eius abiiciendum, cum in codice Holſteniano recte eum deſiderari teſtetur Cangius in *Nott. ad Chron. Paſch. p. 536.* *Keil.*

cc) MSS. eorum extant in Biblioth. Vindobon. Caeſar. teſte Lambecio *l. VIII. pag. 253. 259. 262.* itemque Coisliniana, auctore Montefalconio *pag. 221.* *Keil.*

dd) Baronius, qui Abercium primus latinis inſeruit martyrologiis ad 22. Octobr., ſcribit, Sirletum illam epiſtolam in antiquiſſimo codice vt ingentis pretii margaritam cuſtodiſſe.

ee) Qui tamen hoc non certa hiſtoriae fide tradit, ſed ex eo tantum colligit, quod ex Euangelio ſecundum Hebraeos, nec non ex hebraica lingua quaedam in medium protulerit. *Keil.*

ff) Ad quae Hieronymi verba non incommode obſeruat Fabric. in *bibl. eccleſ.* nusquam tradere Euſebium, Hegeſippum *plenam* hiſtoriam a Chriſti paſſione ad ſua vsque, quibus ſcripſerit, tempora pertexuiſſe, ſed, quantum ex fragmentis, quae ex illo opere producat, colligi poſſit, cum Apoſtolorum potiſſimum res geſtas perſequutum eſſe ac primas eccleſiarum quarundam origines, alia vero parcius attigiſſe. *Keil.*

operis iam saepe laudati *de scriptorum orientalium vitis*, *p. 703-715.* [itemque Gallandus in *Bibl. PP. tom. II. pag. 59-68.* qui et Valesii animaduersiones subiecit, iisque nonnulla, etiam ex aliis desumta, addidit. Singulorum vero fragmentorum argumenta paulo vberius recensuerunt Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der evang. Gesch. Part. II. vol. I. pag. 2,2.* et Lumperus in *Histor. theolog. critic. part. III. pag. 108. sq.* Tum vero fuerunt etiam, qui in nonnulla horum fragmentorum peculiaribus scriptis commentarentur, quo pertinent, quae in primum fragmentum, quod de martyrio Iacobi, fratris Domini, exponit, obseruauit Cl. Io. Melch. Faber in Prol. qua *Euseb:anae de Iacobi fratris Iesu vita et morte enarrationis partes quaedam explicantur et defenduntur.* *Onold. 1793. 4.* Idem fragmentum spectant etiam, quae disputauit Franc. Florius in libro sic inscripto: *De quodam Hegesippi fragmento, et de nonnullis SS. Patrum locis mendose hactenus editis ac nunc primum emendatis opuscula duo posthuma, auctore Franc. Florio, in metropolitana Vtinensium ecclesia Praeposito et Vicario generali. Bonon. 1793. 4.* Quam parum vero in iis, quae de ecclesia suae aetatis adhuc virgine s. haeresibus nondum contaminata, tradidit, fidem mereatur, pluribus demonstrare conatus est Io Ens in libro: *in Hegesippi testimonium de ecclesia virgine. Trai. ad Rhen. 1721. 4. Keil.*] De Hegesippo vide etiam, si placet Henschenium *ad 7. Aprilis.* [itemque Tillemontium in *Mem. eccles. tom. III. part. I. pag. 79.* et 4?0. Du Pinium in *Nou. biblioth. des Aut. eccles. tom. I. pag. 55.* Sam. Basnagium in *Annal. polit. eccles. tom. II. pag. 110. 173.* Ceillier in *Histoir. gen. des Aut. eccles. tom. I. pag. 100. sq.* et Gallandum in *Proleg. ad Bibl. PP. tom. II. pag. VII. sq.*]

Io. Maria Vincentius [in libro: *Il Messia Venuto, historia spiegata e prouata a gli Ebrei in cento discorsi, Venet. 1659. fol.*] incerta fide quaedam de S. Simeone allegat ex Hegesippi *libro de supplemento euangelicae veritatis*, de quo vide Wagenseilii *tela ignea Satanae pag. 420. 424 seq.* et Allatium *de Simeonibus pag. 2.* De liberiore versione latina librorum Iosephi *de bello Iudaico*, quae corrupto Iosippi nomine in Egesippum vulgo refertur, non repetam, quae dixi *lib. IV. c. 6. §. 2.* gg) sed tantum addam, quod Carolus Daubusius *lib. 1. de testimonio Iosephi de CHRISTO. p. 16.* testatur perinde vt in Ambrosianae biblioth. codice, quem inspexit Mabillonius, sic etiam in codice Cantabrigiensi ad extremum libri primi exstare haec verba: *Beatissimi Ambrosii translatio ex Iosepho, liber primus explicit.*

Fuit

gg) Quae tamen in hac noua editione recte sunt omissa, cum non ad graecam, sed latinam potius Bibliothecam pertineant, facileque cuilibet in oculos incurrat, istum Hegesippum, si quidem extiterit aliquis hoc nomine insignitus et a Iosepho diuersus, nullo plane iure eundem cum nostro posse iudicari. Quare nec nos plura nunc de hoc librorum *de bello iudaico* scriptore obseruanda putauimus, sed lectores nostros ablegandos potius censemus ad ea, quae de illo, praeter Fabricium in *Bibl. Lat. vol. III. l. IV. c. 3. p. 449.* et in *Biblioth. Lat. med. et infim. aet. vol. III. p 582. sq.* disputarunt Caueus in *Hist. litter. Script. eccles. vol. I. p. 265.* Tillemontius in *Memor. eccles. tom. I. P. II. not. 49. ad vit. Petri pag. 181. seq.* Du Pinus in *Nouv. Biblioth. des Aut. eccl. tom. I. p. 55. sq.* Oudinus in *Comment. de script. eccl. tom. II. p. 1026 seq.* et Gallandus in *Proleg. ad bibl. PP. tom. VII. c. XX.* vbi exhibetur Alex. Symmachi Mazochii peculiaris *Dissert. qua Egesippi s. verius Exiosippi de excidio Hierosolymitano historia S. Ambrosio restituitur*, ex Ei. *Commentar. in Kalend. eccles. Neap. vol. III. pag. 780. sq.* depromta et in breuius contracta. *Keil.*

Fuit et Hegesippus Tarentinus mediae poeta comoediae, de quo dixi lib. II. c. 28 [vol. IV. p. 477. edit. recent.] et Hegesippus Halicarnassensis, strategus, memoratus Diodoro Sic. lib. XX. p. 786. De Hegesippis tribus 1. Historico, 2. Oratore, cui orationem de Halonesо tribuunt, et 3. Scriptore ὀψαρτυτικῶν, vide Vossium III. de hist. graecis p. 371. sq.

8. CLAVDIVS APOLLINARIS, Hierapolitanus in Phrygia episcopus, nascenti circa A. C. 171. Montanistarum haeresi se opposuit, nec multis annis post diem obiit supremum. De illo videndi praeter Halloixium [tom. II. in vitis script. orient. p. 790. sq.] Tillemontius tomo 2. memor. hist. eccles. parte 3. p. 89. sq. et Bollandus ad diem septimum Februarii, [tom. 2. pag. 4. sqq.] licet Baronius in martyrologio suo Apollinarem hunc ad diem octauum Ianuarii retulerit. [His addi possunt Caueus in hist. liter. scriptt. eccl. tom. I. pag. 67. Lardnerus in: Glaubwürdigk. der evangel. Gesch. part. II. vol. I. pag. 560. seq. Ceillier in Hist. gener. des Aut. eccles. tom. II. p. 83. sq. et Gallandus in Proleg. ad bibl. PP. tom. I. pag. CXX.] Interciderunt eius.

Insigne volumen pro fide Christianorum ad M. Antoninum Verum. Hieron. c. 26. de script. eccl. et Euseb. IV. 27. hist. vbi post vocabulum λόγος videntur excidisse verba ὑπὲρ τῆς πίστεως, ex Hieronymo et Nicephori IV. 11. supplenda. [Nisi dicere malis ea ex capite superiori cogitando esse repetenda. Aperte enim Eusebius, cum inter scripta Apollinaris primo loco commemorat λόγον τὸν πρὸς τὸν προειρημένον βασιλέα, ad ea respicit, quae iam superioris capitis initio dixerat, Melitonem nimirum et Apollinarem edidisse λόγους ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογίας. Ceterum in hoc scripto illud forsitan occurrit, quod Euseb. hist. eccles. l. V. c. 5. de victoria per legionem Melitinam, fulminatricem post dictam, ab Antonino reportatam, ex Apollinari nostro refert, vt non immerito iam suspicati sunt Tillemontius et Ceillier l. l. cc. Keil.

Aduersus gentes libri V. Euseb. Hieron. et Niceph. qui dialogi more scriptos innuit. Legit et Photius cod. XIV.

De veritate libri III. Euseb. Hieron. et Niceph. Incertum num idem opus sub titulo περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit Photius, an diuersum fuerit de pietate περὶ εὐσεβείας, [quod statuerunt Halloixius l. l. p. 796. et Gallandus l. l. p. CXXII.] atque idem forte cum illo ὑπὲρ τῆς πίστεως iam memorato. In his scriptis inter alia catholicam doctrinam de CHRISTO anima humana praedito adseruerat, vt testatur Socrates III. 7. hist. [itemque Niceph. l. X. c. 14.]

Contra Iudaeos libri II. Euseb. et Nicephorus. [In nonnullis tamen Eusebii codicibus horum librorum mentio prorsus desideratur, vnde verba illa: πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον a librario quodam moleste sedulo addita fuisse, se iudicaturum fuisse monet Strothius in Nott. ad h. l. eaque e textu eliminaturum, nisi, vt addit, fieri quoque potuisset, vt errore circa homoeoteleuta admisso omitterentur. Posset tamen ad illorum codicum auctoritatem tuendam et hoc commemorari, quod horum librorum nec ab Hieronymo vlla mentio iniicitur, nisi iam plane in obscuro relinqueretur, vnde tandem horum librorum mentio orta fuisset.]

Contra Montanistarum nascentem haeresin epistolae [hh]. Euseb. IV. 27. et V. 19. hist. Theo-

hh) Miror nostrum has epistolas dixisse, cum aliter videatur statuisse. Ibi nimirum cum Hieronymus verba Serapionis, quae apud Euseb. hist. eccles. tamen ad locum Hier. c. 26. de scriptor. eccles.

Theodorit. *III.* 2. *de haeret. fab.* Hieron. *de S. E. c.* 41. vbi de Serapione et *c.* 26. vbi de hoc ipſo Apollinari. Aduerſus eosdem etiam Concilium Hierapoli celebraſſe traditur. Vide *tom. I. Concilior.* edit. Labbei *pag.* 599. [Adde Baluzium *l. l. pag.* 5. (cuius obſeruata repetiit etiam Manſi in *Collect. concil. tom I. pag.* 601.) Tillemontium *l. l. tom. II p.* 472. Caueum *l. l. tom. I. pag.* 97. et Chr. Franc Guil. Walchium in *Hiſt. Concil. p.* 83.] Caeterum auctor innominatus, cuius fragmenta *contra Montaniſtas ex libris tribus ad Auercium Marcellum* apud Euſeb. *V.* 16. leguntur, non Apollinaris eſt [ii]), vt [poſt Rufinum, Nicephorum, auctoremque libelli ſynodici et inter recentiores Baronium ad *an.* 173. § *LX*] perſuaſum etiam Baluzio *p.* 5. *ſeq. nouae collectionis Conciliorum*, [atque Le Quienio in *Orient. Chriſt. tom. I. p.* 833.] neque Apollonius [kk]), de quo Euſeb. *c.* 18. neque vt Valeſio et pluribus aliis placuit ASTERIVS VRBANVS, qui *pag.* 182. apud Euſebium tantum vt teſtis ab illo ſcriptore adducitur [ll]), vt Dodwellus [mm]) *diſſ. IV. ad Irenaeum* §. 38. recte obſeruauit: [pluribusque demonſtrauit Frid. Andr Strothius in *Nott. ad Euſeb. loc. cit.*] ſed alius, qui ſcripſit non ante A. C. 212. poſt Montanum iam defunctum, ſiue *Rhodon* (quem aduerſum Phrygas inſigne opus edidiſſe Hieronymus *c.* 37. tradit, *et c.* 39. Miltiadis in illo meminiſſe teſtatur [nn]), ſiue alius [oo]).

Contra

eccleſ. l. V. c. 19. graece ita habent: πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου τοῦ γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα, latine ſic expreſſerit: *miſi vobis Apollinaris beatiſſimi, qui fuit in Hierapoli Aſiae epiſcopus, litteras*, in nota diſerte monet, malle ſe voc. γράμματα reddere *ſcripta*, quam *litteras* eademque in re ſecum conſentientes etiam habet Baluzium in *Not. Concil. collect. pag.* 6. et Gallandum *l. l. pag. CCXXI.* fruſtra in contrarias partes abeunte Ceillierio *l. l. p.* 85. qui latina, vt videtur, Euſebii verſione ſeductus, (Valeſius enim aeque ac alii illud vocab. γράμματα per *litteras* reddidit,) ipſum hunc virum, dicit, *epiſtolas* Apollinaris commemorare. *Keil.*

ii) Cuius ſententiae fundamenta in eo potiſſimum poſita ſunt, quod Apollinaris, Euſebio teſte, ſectam iſtam eo tempore ſcripto impugnauit, cum primum enaſci coepiſſet, iſte vero Anoymus librum ſuum, vt ex his ipſis fragmentis ab Euſebio ſeruatis intelligitur, poſt Montani demum, Maximillae et Theodoti mortem, adeoque multo ſerius, compoſuit. *Keil.*

kk) Cuius ſententiae multis, admodum tamen fallaci illis ſuſpicione ductis, fuiſſe viſus eſt Hieronymus de *ſcript. eccleſ. c.* 40. *Keil.*

ll) Quare nullo modo pro auctore huius operis haberi poteſt, niſi verba: ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανόν cum Valeſio *ad Euſeb.* et Gallando in *Proleg. ad Bibl. PP. tom. III. c. II. p. XI.* pro ſcholio vel Euſebii, vel veteris alicuius librarii habere velis, cuius tamen ſuſpicionis ne leuiſſimum quidem adeſt indicium. Imo haec verba, vt bene iam vidit Gottl. Wernsdorfius in *Comment. de Montaniſtis ſec. II. vulgo creditis haereticis, p.* 4 *not.* 8. haud obſcure videntur declarare, iſtum Aſterium Vrbanum ipſum fuiſſe Montaniſtam, inque ſectae ſuae gratiam Apologiam ſcripſiſſe. Omnino enim, quinam fuerit iſte Aſterius, in altiſſimo veterum de eo ſilentio nos totos fugit. *Keil.*

mm) Qui olim ipſum Aſterium horum fragmentorum auctorem iudicauerat *Diſſert. IV. Cyprian.* §. *XI. p.* 44. *Keil.*

nn) Quod ipſum anonymum etiam iſtius libr. auctorem feciſſe diſerte tradit Euſeb. *c. XIII. init.* vnde profecto perquam probabile redditur, Hieronymum hunc ipſum Rhodonem fragmentorum ab Euſebio exhibitorum auctorem habuiſſe; qua in re recte eum videri iudicaſſe, in *Nott. ad cap. XXXIX*, ſtudioſe defendit Erneſt. Salom. Cyprianus], habetque ſane haec ſententia non exiguam veritatis ſpeciem. *Keil.*

oo) Quem neſcio, quo iure in hoc ipſo Miltiade, cuius modo mentio facta eſt, ſibi reperiſſe viſus eſt Clericus in *Hiſtor. eccl duorum ſecul an.* 157. §. 8. *p.* 679. quo quidem viro multo profecto cautius atque ſanius hac in re iudicauit Halloixius *l. l.* dum ipſum Euſebium ſcriptoris huius

Contra Seuerianos Encratitas scripsisse Apollinarem, testatur Theodoritus, an peculiari opere, non addit *lib. 1. c. 21. de haereticis fabulis* [vide festinantius profecto [illegible] Gallandus *l. l.* quod hunc peculiarem librum statuit.] Haec contra Montanistas et Encratitas respiciens Hieronymus *epist. 84.* ad Magnum, *quid*, inquit, *loquar de Melitone, Sardensi episcopo, quid de Apolinario, Hierapolitanae ecclesiae sacerdote, Dionysioque, Corinthiorum episcopo, et Tatiano et Bardesane et Irenaeo Photini, martyris, successore, qui [illegible] singularum venena ex quibus philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt.*

De Paschate liber, e quo fragmenta in chronico paschali, quod vulgo Alexandrinum audit *pag. 6. sq.* Cangii. Eadem leguntur in *Uranologio* Petauii ex eodem loco depromta *pag. 412.* edit. Amstelod. [itemque in Galland: *Bibl. PP. tom. I. pag. 650.* atque Gottfr. Lumperi *histor. theol. critic. de vita — SS Patrum part. III. pag. 30. sq.* Fuerunt tamen etiam, qui propter Eusebii de hoc Apollinaris libro silentium eum ipsi totum abiudicarent, inter quos pertinent v. c. Tillemontius in *Memor. ecclesi. tom. II. pag. 748.* Lardnerus in opere saepius iam laud. *part. II. vol. I. pag. 564 sq.* et Ceillier in *Histoir. gener. des Aut. eccles. tom II pag 84.* Quam exigui vero haec dubitatio ponderis sit, bene demonstrauit Galland. *l. l. pag. CCXXI.*]

9. SOTER, episcopus romanus pp), cuius intercidit *epistola ad Corinthios*, quam perinde vt Clementis, romani, ad ecclesiam Corinthiorum epistolam publice lectam et legendam scribit Dionysius Corinthius apud *Euseb. IV. 23.*

Liber contra Cataphrygas siue Montanistas. Vide auctorem Praedestinati *c. 26. et 86.* [Cum vero huius libri neque Eusebius, neque Hieronymus, neque alius vllus veterum scriptorum vllam mentionem iniecerit, atque praeterea ne attigisse quidem videatur hic Soter Montani aetatem, vix licet dubitare, quin omnis huius auctoris de libro hoc narratio, in qua omnino plura adhuc, quae parum sunt probabilia, occurrunt, falsa atque erronea sit iudicanda: id quod pluribus demonstrauit Coustant in *epist. Pontif. Rom. tom. I. pag. 79. sq.* agnoueruntque etiam Ceillier in *Hist. gener. des Aut. eccl. tom. II. pag. 90.* et Chr. Guil. Franc. Walchius in *Histor. haeres. tom. I. pag. 659.* *Keil.*]

Epistolas duas decretales, quae sub Soteris nomine hodie latine exstant, supposititias esse nemo dubitat. Plura de Sotere suggerent scriptores de Vitis Pontificum, et Bollandus 22. April.

[†] 10. DIONYSIVS, Corinthi ante Bacchyllum episcopus, Sotere romanum episcopatum tenente circa A. C. 170. clarus, scripsit *varias* epistolas qq), quarum titulos et fragmenta

huius nomen ignorasse defendit. Caeterum haec fragmenta ex Eusebio repetierunt idem Halloixius *l. l. p. 798. sq.* Lardnerus *l. l. part II. vol. II. pag. 49 sq.* et Gallandus in *Bibl. PP. tom. III. p. 271. sq.* quorum tamen vterque sub Asterii Vrbani nomine ea ediderunt. *Keil.*

pp) Quo successionis ordine et tempore hanc sedem occupauerit, mire inter se variant cum veteres, tum recentiores, qua de re qui plura cognoscere cupiat, ei, praeter scriptores de vitis Pontificum exponentes, consulendus inprimis est Caueus in *Histor. litter. scriptt. eccles. tom. I. p. 66.* *Keil.*

qq) Quas Eusebius loco in textu laud. *catholicas* dicit; cuius nominis vix potest alia caussa cogitari, nisi haec, quod non singulis hominibus, sed

menta quaedam Eusebius *IV. 23.* seruauit. Ex epistola eius ad Romanos etiam nonnulla leguntur *II 25. hist.* [quae repetiit etiam Geo. Syncellus in *Chronogr. p. 341.*] Confer et Hieron. *c. 27. catalogi.* Martyrium subiit imperante M. Antonino rr). Confer Henschenium *VIII. Aprilis.* Haloixium et Caueum in *Dionysii vita*, Grabium [*tom. 2. spicilegii Patrum pag. 214. sq.* [a quo exhibentur etiam *pag 217 seq.* fragmenta huius scriptoris ab Eusebio seruata, quae ipsa iam ante eum collegerat Halloixius *tom. II. pag. 774.* et post eum repetierunt Coustant in *Epist. pontif. rom. tom. I. pag. 75. seq.* itemque Gallandus in *Bibl. PP. tom. I. pag. 675. seq.* qui de hoc ipso scriptore exposuit etiam in *Proleg. cap. XXIII p. CXVII*] In Liberati breuiario *c. 10.* citatur Dionysius, Areopagita, Corinthiorum episcopus. Sed vocabulum Areopagitae ibi expungendum, vt Warthonus *p. 285. ad Vsserii diss. de Areopagita* obseruauit.

11 APOLLONII tres, vnus, Commodo imperante, Romae passus martyrium, de quo Hieronymus *epistola 84.* ad Magnum: *Scripsit et Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hippolytus quoque et Apollonius, romanae vrbis senator* ss) *propria opuscula condiderunt.* De *Apologia* eius pro Christianis, quam in Senatu pronunciauit, videndus Eusebius *V. 21.* et Hieron. *c. 42. Catalogi* tt). Ceterum hic Apollonius licet inter Graecos in epistola Hieronymi

sed vniuersis Christianorum coetibus fuerint destinatae. Nam ab his catholicis huius viri epistolis sub finem capit. diserte seiungit aliam, Chrysophorae inscriptam. Caeterum has epistolas suas eodem in loco ipse Dionysius a pluribus queritur corruptas fuisse, ita quidem, vt alia omitterentur, alia vero adderentur; qua ex re frequens harum epistolarum vsus neque exigua, in qua fuerunt, auctoritas, satis aperte cognoscitur. *Keil.*

rr) Si quidem fides habenda est Graecorum Menologiis, qui memoriae ipsius destinarunt XXIX. Nouembr. eumque gladio volunt interemtum fuisse. Cum vero hac de re nihil quicquam a veterum aliquo scriptore traditum fuerit, rectius eum alii statuerunt a Latinis Confessoribus tantum fuisse annumeratum, quos inter nominatim pertinent Tillemontius; in *Mem. eccles. tom. II. part. III.* p 88. et Du Pin in *Nouv. Bibl. des Aut. eccl. vol. I. pag. 69.* *Keil.*

ss) Senatorem fuisse hunc Apollonium, non sine causa dubitat Stephanus le Moyne, quem vide *prolegom. ad varia sacra* * *32.* [Eundem hac in re secuti sunt Ios Scaliger in *Animaduers. in Euseb. Chron. pag 225.* Sam. Basnagius *Annal. polit. eccles. tom II. p. 177.* et Io. Clericus in *Hist. eccles. duor. primor. secul. p. 778* Ruinartus vero in *Act. Martyr. pag. 72.* in ambiguo rem reliquit. Dubitarunt autem propterea potissimum ea de re, quoniam Eusebius dignitatis huius viri Senatoriae nullam plane mentionem fecerit; cui tamen difficultati Tillemontius in *Mem. eccles. tom. III. P. I. pag. 436.* non incommode sic occurrit, vt Hieronymum huius rei notitiam vel ex Eusebiana martyrum historia, in qua plura de hoc Apollonio tradita fuerint, dicat hausisse, vel Romae ex aliorum narratione rem hanc cognouisse. *Keil.*

tt) Quem vtrumque scriptorem in eo hic diuersos esse, quod Eusebius quidem istam Apologiam non litteris ab Apollonio dicat consignatam fuisse, sed eam iis vnice tradat absolutam fuisse, quae in sui defensionem coram Senatu a Perenne iudice ob fidem suam interrogatus perorauerit Apollonius, postque a notariis fuerint excepta, Hieronymus vero ex scripto eam ab illo recitatam fuisse narret, plures fuerunt, qui defenderent, atque Hieronymum hac ipsa de causa erroris arguere non dubitarent, ad quos e. c. pertinent Steph le Moyne in *Proleg. ad Var. Sacr.* * *32.* Valesius in *Not. ad Euseb.* Pearsonius in *Vindic. ep. Ignatii part. II. p. 123.* Caueus in *Hist. litter. script. eccles. tom. I. pag. 86.* et Anton. Pagi in *Diss. Hypat. p. 117.* Verum quod pace tantorum virorum dixerim, non videntur mihi Eusebii verba satis accurate examinasse: diserte enim, vt bene iam obseruauit Tillemontius *l. l.* ea, quae coram iudice pronunciauit Apollonius, ab apologia eius

nymi referatur, non graece dixit sed latine, vt idem Hieronymus *c. 53.* docet. At Eusebius graece redditam illius apologiam suae martyrum historiae inseruerat, sed quae hodie non extat. De hoc Apollonio plura Tillemontius *tom. 3. memor. histor. eccles.* [*part. III. pag.* ... et *436.*) et Heuschenius ad XVIII. Aprilis, *tom. 2. p. 539. seq.*

Alter Apollonius, [quem male eundem cum superiore iudicat Niceph. *IV. 26.*] *Ephesi* episcopus **) sub eodem Commodo et Seuero clarus, aduersus Cataphryges et Pepuzianos scripsit, teste auctore Praedestinati *c. 26. 27.* Fragmenta vide apud Euseb. *V. 18.* [ex quibus ea, additis animaduersionibus quibusdam, repetiit Gallandus *tom. II. p. 199. seq.* qui etiam in *Proleg.* huius tom. *c. XII. p. XXV. seq.* de hoc Apollonio pluribus est commentatus.] Aduersus hunc Apollonium et Soterem, episcopum Romae, pro Montani secta pugnauit Tertullianus, vt idem auctor praedestinati *c. 26.* et *68.* Nimirum vt ex Hieronymo *c. 40. catalogi* discimus, librum septimum operis deperditi περὶ ἐκστάσεως proprie aduersus Apollonium elaborauerat.

Tertius denique Apollonius, episcopus *Corinthiorum*, Cerdonis oppugnator, de quo auctor praedestinati *c. 23.*

12. PINYTVS et ipse sub Antoninis clarus, Cnossiae in Creta episcopus, Dionysii Corinthii aequalis, cuius epistolae ad Cnossios de nuptiis et castitate respondit ***). Vide Euseb. *IV. 21. et 23.* et Hieron. *c. 28. catalog.* Niceph. *IV. 8.* et Baronium ad *martyrolog. Rom. 10. Octobr.* Halloixium *tom. 2. p. 786. seq.*

[*] 13. PHILIPPVS, Gortynae, metropolis in Creta, episcopus, eidem Dionysio Corinthio apud Euseb. *IV. 23.* laudatus σπουδαιότατον λόγον scripsit aduersus haereticum Marcionem. *id. IV. 25.* Hieron. *c. 30.* Niceph. *IV. 9.* Laudatur in Martyrologiis et sanctorum actis 13. April. Confer Halloixium in *Oriental. scriptor. vitis tomo II.* De aliis Marcionis oppugnatoribus vide B. Ittigii *diss. de haeresiarchis pag. 154. seq.* et Wetstenium *ad Origenem p. 6.* [itemque Tillemont. *Memor. eccles. tom. II. part. II. p. 263.* Casp. Sagittarium in Introd. in *Histor. eccles. tom. I. p. 1052.* Io. Geo. Walchium in *Hist. eccles. N. T. p. 555.* et Chr. Guil. Franc. Walchium *in Histor. haeres. vol. I. p. 533. sq.*]

14. MVSANVS, inter Philippi et Pinyti aequales ab Eusebio *IV. 21.* memoratus scripsit ἐπιστρεπτικώτατον siue κάλλιστον λόγον ἀποτρεπτικὸν ad fratres quosdam, qui ad Encra-

*) ... distinguit, dum sub finem capit. monet, huius viri τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἃς πρὸς πεῦσιν πεποίηται τοῦ Περεννίου, πάσας τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν, in Martyrum historia a se collecta deprehendi, vt nihil iam dicam de eo, ex hac ipsa collectione Eusebiana certiora ab Hieronymo hac de re potuisse cognosci. *Heil.*

**) Quod cum sola ignoti auctoris Praedestinati fide nitatur, non immerito incertum pronunciat Tillemontius *Memor. Hist. eccl. tom. II. part. II. pag. 68.* *Heil.*

***) De his vero litteris eius nibil ... constat, nisi quod Eusebius et Hieronymus *ll. cc.* de illis narrant, cum Dionysium, qui monuerat ipsum, ne castitatis onus ... fratrum ceruicibus imponeret, ... ratum esse, vt solidiorem populo cibum in ... et, et transmissis iterum perfectioris doctrinae literis ... sibi communicam aleret: vnde facile potest intelligi, cum alteram vitae studio captum fuisse, ... hac ipsa se perfectiorem ... quam in Dionysio desiderabat, disciplinam posuisse. *Heil.*

Encratitarum haeresin defecerant. id. IV. 28. Hieron. c. 31. Niceph. IV. 11. Hinc inter Seuerianorum oppugnatores Musanus laudatur etiam a Theodorito *lib. 1. haeret. fab. c. 21.*

15. MODESTVS Irenaeo apud Eusebium iam praemittitur *IV. 21.* iam postponitur *IV. 25.* vbi prae caeteris eum haeresin Marcionis egregie oppugnasse scribit. Librum illum ad suam aetatem perseuerasse testatur Hieronymus *c. 32* additque ferri sub nomine eius et alia *συγγράμματα*, [aut, vt in quibusdam etiam codicibus sensu eodem legitur, *συντάγματα*.] *sed ab eruditis*, inquit, *quasi ψευδεπίγραφα repudiantur.* Fuere et alii Modesti, vt praeter plurimos martyres hoc nomine et in Hist. Romana atque antiquis inscriptionibus obuios, Iulius Modestus, Hygini libertus, grammaticus, de quo viri docti ad Suetonium et Gellium: Modestus idem an alius, sub cuius nomine libellum de vocabulis rei militaris habemus, item Modestus quem laudat Philargyrius ad Virgilii *2 Georgic. vt 496.* et *lib. 3. v. 53.* [atque Modestus, archiepiscopus Hierosolymitanus, de quo videnda, quae ex Photio refert Fabricius *bibl. gr. vol. IX. pag. 502. sq.*]

16. MILTIADES, *πρὸς τοὺς*[ww]) *κοσμικοὺς ἄρχοντας*, h. e. ad Marcum et Lucium, vel ad Marcum et Commodum[xx]) scripsit *Apologiam pro Christianis.* Vide Dodwellum *diss. IV. ad Irenaeum §. 38.* Ab illa diuersus *λόγος πρὸς Ἕλληνας*, de qua Hieron. c. 84. *Scripsit et Miltiades contra gentes volumen egregium.* Praeterea fuit ipsius liber *aduersus Iudaeos*[yy]), et alius *aduersus Montanistas*, in quo inter alia[zz]) disputauit, non decere prophetam in ecstasi loqui. Ex illo Anonymus aduersus Montanistas scriptor apud Eusebium *V. 17.* quaedam refert fratrem eum adpellans, vbi pro Μιλτιάδȣ male Ἀλκιβιάδȣ habent quidam Eusebii codices. Quemadmodum verba *V. 16. λόγον εἰς τὴν τῶν μετὰ Μιλτιάδην λεγομένων αἵρεσιν* rectius Valesio exponit Dodwellus *p. 371. ad Irenaeum*[a]). Anonymum illum Hieronymus *c. 39. Rhodonem* antique vocat, sed ibidem parum accurate scribit Apologeticum

 Milti-

ww) His opponuntur *ἄρχοντες Ἐκκλησιῶν* siue episcopi. Euseb. *IV. 24. extrem.*

xx) Nisi malueris istos *ἄρχοντας κοσμικοὺς* cum Valesio *ad Euseb.* Du Pinio in *Nouv. Biblioth. des Aut. eccles. tom. I. pag. 89.* et Caueo in *Histor. litter. script. eccles. tom. I. pag. 82.* de prouinciarum potius praesidibus interpretari, quibus et ipsis apologeticos libellos nuncupare interdum in more fuit, quanquam, vt ingenue fatear, nostri explicatio hac multo potior esse videtur. *Keil.*

yy) Hunc cum libro *contra gentes* vnum tantum opus duobus libris constans confecisse, statuit Dodwellus *l. l.* male tamen Eusebii verba, e quibus hoc cognosci posse iudicauit, interpretatus. Is enim hoc potius dicere voluit, vtrumque opus, cum illud *contra gentes*, tum hoc *aduersus Iudaeos*, duobus libris constitisse, vt recte vidit Fabricius ad Hier. *Catal. c. 39. Keil.*

zz) Imo vero hac in re totum illius libri argumentum occupatum fuisse putauerim. Id enim aperte significare voluit ille Eusebii Anonymus, si dicit, librum fuisse a Miltiade scriptum, *ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν.* Euseb. *V. 17. Keil.*

a) Qua tamen explicatione aperte paulo argutiore plane non opus est, si Valesii et Strothii coniectura admittitur, qua, quemadmodum in sequenti Capite pro Μιλτιάδȣ nomine Ἀλκιβιάδȣ vitiose scriptum est, ita hic e contrario Μιλτιάδην pro Ἀλκιβιάδην ex simili librariorum errore commemoratum fuisse statuunt. Quare profecto non erat, quod ex his duobus Eusebii locis duplicem Miltiadem, alterum haereticum, alterum orthodoxum, effingeret Itfigius *de haeres. sect. II. § XX. p. 243.* et in *Select. Capit. hist. eccles. sec. II. p. 333. Keil.*

Miltiadis datum *Principi illius temporis* b), [illegible] cum ex Eusebio debuisset scribere *Principibus*. Ex eo autem, quod Tertullianus Miltiadem *ecclesiarum sophistam* vocat *c. 5. adv. Valentinianos*, non licet concludere eum fuisse Rhetorem, sed sophista potuit adpellari, siue eodem modo, quo Tatianus supra §. 19. atque a christiana quam coluit philosophia ἀφ' ἧς μετῄει φιλοσοφίας, vt verbis Eusebii de Miltiade vtar, siue quod in Apologetico et libro contra gentes veluti in foro caussam christianorum egit c). In Honorii Augustod. codicibus male scribitur *Melciades*. Ceterum fuit quidam rhetor, Miltiades, nostro prior, cuius apud Senecam *controuers. 25. mentio* [de quo vid. supr. *L. IV. c. XXXIV. vol. VI. p. 133.* edit. recent. De M. Catio Miltiade vero, medico epicureo, vid. *L. III. c. XI. vol. III. pag. 601.*]

17. SERAPION, in episcopatu Antiocheno circa A. C. 190. d) Maximini successor, ex cuius *epistola ad Caricum et Ponticum* e) aduersus falsas prophetias Montanistarum, fragmentum

b) Quae tamen nonnullorum tantum codicum vitiosa est lectio, ab ipso Fabricio iure repudiata in *Bibl. eccles.* Keil.

c) Quorum vero, vt ingenue fatear, neutrum mihi probatur. Si enim priori sensu nunc diceretur sophista, non adpareret, cur eum alio nomine adpellasset, quam quo modo vsus fuerat in Iustino *Philosopho* significando si vero posteriori sensu ita dictus fuisset, non intelligi posset, quomodo potuerit hoc nomine ab aliis scriptoribus apologeticis, nominatimque Iustino modo commemorato, distingui. Non magis tamen illa huius nominis explicatio mihi arridet, quae in Indice Latinitatis Tertullianeae, editioni Semlerianae subiecto, proponitur, quaque eum ideo sic vocatum fuisse defenditur, quod disputando de quibuslibet rebus et scripturae locis multum posset, cum non videam, quorsum tum additum *ecclesiarum* nomen sit referendum. Quod vero ex hoc ipso Tertulliani loco nonnulli, inter quos nominatim pertinent v. c. Ceillier in *Hist. gener. des Aut. eccles. tom. I. c. 15. pag. 132.* et Chr. Franc. Guil. Walchius in *Histor. haeres. vol. I. p. 385.* et alii id sibi intellexisse visi sunt, Miltiadem contra Valentinianos etiam peculiarem librum scripsisse, id nescio, an satis tuto inde colligi possit, cum in vniuersum tantum de haeresiarcharum impugnatoribus ibi disputetur, nec doceri possit, Iustinum Martyr atque Irenaeum, qui Miltiadi iunguntur, Valentinianos istos nominatim oppugnasse. Caeterum plura de hoc Miltiade vid. in Christ. Gothofr. Derlingii *Diatribe historica et critica de Miltiade, perantiquo Christianorum Isto et defensore. Brunsuic. 1746. 4.* Keil.

d) Hunc quidem annum episcopatui eius adsignat Euseb. in *Chronic.* Hieronymo contra *c. XII.* proximum annum, h. e. an. XI. imperii Commodi commemorante. Vtrumque tamen ea in re errasse atque Serapionem anno demum 159. episcopatum occupasse, probare contendere studuit Le Quien in *Orient. Christ. tom. II. p. 703.* huncque secuti etiam sunt Auctores operis nobilissimi: *L'art de verifier les dates des faits historiq. col. 242.* Huius vero erroris ipse, vt puto, Eusebius facile se argui patiatur. Quod enim Dodwellus iam suspicatus est *Dissert. IV. in Iren. §. XXXVII. p. 365.* Eusebium annos, quibus sederint episcopi Antiocheni, nullos videri certo cognitos habuisse; id ipse, ni fallor, haud obscure significat, dum de Serapione quidem haec tradit *histor. eccles. l. V. c. 19* ὃς ἐπὶ τῶν δεδηλωμένων χρόνων, μετὰ Μαξιμῖνον ἐπίσκοπον, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, κατέχει λόγος γενέσθαι. Keil.

e) Nisi forsitan scribendum potius sit *Pontium*. Ita enim hoc nomen non modo apud Euseb. *l. VI. c. 12.* in omnibus codicibus scribitur, quanquam in *l. V. c. 19.* omnes contra libri et scripti et editi Ποντικὸν exhibeant; sed eodem modo id efferunt etiam Hieronymus et Nicephorus, hincque idem in priori etiam Eusebii loco l. V. excudendum curauit Strothius, prius illud ex vicino Καρικὸν enatum ratus. Illud ipsum Καρικὸν nomen vero sunt etiam, qui Καρινὸν potius aut Καρπικὸν enunciant. Keil.

entum apud Hieron. c. 41. ex Eusebii V. 19. qui etiam subscriptiones quasdam aliorum piscoporum adiunxit [f]). De aliis eius scriptis; vt libro ad Dominum [g]) qui ad Iudaeos fecerat, variisque epistolis, et libro cuius praefationem ibidem producit, contra euange-um sub Petri nomine falso editum et Docetis probatum, vide Eusebii VI. 12 [ex quo frag-enta haec repetiit Gallandus in Bibl. PP. tom. II p. 163. seq.] Serapioni [de quo agunt iam Socrates in Hist. eccles. l. III. c. 7. et Nicephor. l. IV. c. 20. et 27.] in episcopatu An-ocheno circa A. C. 214. successit [teste Euseb. VI. 11.] Asclepiades. [de quo vid. quae le-untur apud Tillemont. Mem. hist. eccles. tom. III. P. 1. p. 255. sq. et 516. sq.] Confer si bet Halloixium tom. 2. de Orient. scriptorum viris. Quae de antiquiore Serapione, mar-re sub M. Antonino, feruntur in Actis Apocryphis Meletii Ducis tom. IV. Maii pag. 443. nquam parum certa omitto.

18. PANTAENVS, Atheniensis [h]), ex stoico philosopho [i]) Christianus et Scholae atecheticae Alex. praefectus, cui Clemens Alex., discipulus, eius successit, licet Clemen-Pantaenum successorem fuisse, a Philippo [k]) Sidete tradatur: quod forte ita verum esse otest, vt post suum ex India reditum, in quam ad euangelium propagandum missus erat Demetrio, Alexandrino episcopo, in schola Alexandrina iterum docuerit. [quam sen-ntiam praeter alios adornare studuerunt Tillemontius ad vit. Pantaeni, in Memor. eccles. m III. P. I. p. 519. et Dodwellus l. l. pag. 506. quos secutus etiam est Cleric. in Histor. cles. duor. primor. secul. p. 756.] Hic Pantaenus, si a Clemente per apem Siculam intel-gitur l. Strom. p. 274. non sane ita dicitur quod patria esset Siculus, [quod multis tamen fendere studit Mongitor in Bibl. Sicul. tom. II. p. 116.] sed potius, quod instar Siculae is (erat enim in Sicilia et Hyblaeo monte [l]) mel apiarium celebratissimum) ex prophe-cis et apostolicis scriptis dulcissimum mel nosset componere. Plura de Pantaeno Euse-us V. 10. Hieron. c. 36. Photius cod. CXVIII. et e recentioribus Halloisius, [tom. II. 859. sq.] Tillemontius, [tom. III. P. 1. p. 287. sq. et 518. sq.] Caueus [Hist. litt. script. cl. tom. I. pag. 83. quibus addendi sunt Lardnerus in d. Glaubwürdigk. d. euang. Gesch. m. II. p. 1. p. 368. seq. Du Pinus in Nouv. Bibl. des Aut. eccl. tom. I. p. 78. Clericus l. Sam. Basnagius in Annal. eccles. tom. II. pag. 207. sq. Acta sanct. Mens. Iul. tom II. 457. Ceillier in Hist. des Aut. eccles. tom. II. p. 237. Io. Henr. Michaelis in Exercit. de

f) Ex quibus quidem subscriptionibus epistolam anc in Concilio aliquo scriptam fuisse, sibi col-gere posse visi sunt Baronius, Tillemontius, eillier, et alii; quod tamen inde minime sequi, ene iam admonuit Du Pinus in Nouv. Biblioth. es Aut. eccles. vol I. p. 77. praeter quem cfrri tiam poterit Cel. Roeslerus in Bibl. PP. vol. IV. ag. 131. not. Keil.

g) Imo Domninum. Ita enim hoc nomen apud utebium constanter scribitur in omnibus fere libris um scriptis, tum editis, paucis modo Δόμνον ommemorantibus, quam apud Hieronymum con-a non pauci libri Domini nomen exhibeant, uius loco vetustissimi tamen libri Domni potius vocabulum ponunt, in quo haud dubie corruptum Domnini nomen agnoscendum est. Keil.

h) Si quidem fides habenda est Philippo Side-tae in fragmento a Dodwello ad calcem Dissert. in Irenaeum pag. 488. seq. edito, cuius quippe vnius fide hoc nititur. Keil.

i) Qui fiat, quod Philippus Sideta eum Pytha-goreum fuisse dicat, de eo pluribus disputantem vid. Dodwellum in Nott. ad fragmentum eius l. l. p. 507. Keil.

k) Dodwell. ad Irenaeum p. 501. sq.

l) Vide Plin. XI. 13. et 14.

de scholae Alex. sic dictae catech. origine, progressu ac praecipuis doctoribus, inserta S [illegible] *litter. tom. I. part. III. p. 226. sq.* et Mongitor. in *Bibl. sicul. tom. II. pag. 116. sq.* Citatur Pantaenus aliquando in *eclogis Theodoti p. 503.* vbi Clemens: Πανταῖνος δέ, [illegible] ἡμῶν ἔλεγεν. et non minus viua voce quam διὰ συγγραμμάτων, diuinorum [illegible] thesauros exposuisse ab Eusebio traditur. Nullius tamen scripti [illegible] [illegible] Eusebius, forte quia nullum ipse vidit; vti nec Hieronymus, licet *multos eius in scripturam commentarios* extare scribat, Eusebii verba sicuti solet interpretans, non quae ipse legerit recensens. [Interpretem tamen eum egisse, docet etiam Anastasius Sinaita *Anagog. contempl. in Gen. l. 1.* eum primis illis et vetustis interpretibus accensens, qui totum opus sex dierum de Christo et ecclesia intellexerint.]

19. RHODON, Asianus, a Tatiano Romae in scripturis eruditus, male *Corodon* dicitur in indiculo haeresium, qui sub Hieronymi nomine extat, *c. 18.* vbi Apellem, haereticum ab eo reprehensum legas. *Colloquii cum Apelle* [m]), a Rhodone habiti, mentio apud Euseb. *V. 13.* et operis *aduersus Marcionitas*, mire in seiptis dissidentes *ad Collationem* [n]): *commentariorum item in Hexaëmeron*, et voluminis, a Rhodone promissi, quo [illegible] solutiones quaestionum e sacris literis, a Tatiano propositarum, traditurum se recepit. Hieronymus c. 37. addit *aduersum Phrygas* siue Montanistas *insigne opus*, putauit enim Rhodonem illius esse auctorem ex quo fragmenta exhibet Eusebius V. 16. 17. Vide quae supra in Apollinari et Asterio Vrbano.

20. BACCHYLLVS, Corinthiorum episcopus, Dionysii, de quo supra, successor, atque caput episcoporum Achaiae, (vnde Archiepiscopum dici ab auctore Synodici, a Pappo editi, obseruat Caueus) Eusebio *V. 22. et 23.* memoratur, quo posteriore loco *epistolas de Paschate* ab eo scriptae meminit, *elegantem librum* vocat Hieronymus *c. 44.* [o]) Idem forte qui

m) Quod tamen non in peculiari aliquo libro, sed in eodem illo, cuius statim mentio inicitur, opere aduersus Marcionitas ab illo expositum est. *Keil.*

o) Cuius operis nonnulla quoque fragmenta Eusebius *l. l.* seruauit, a Gallando in *Bibl. PP. tom. II. pag. 144. sq.* cum notis Valesii repetita. *Keil.*

o) Hic tamen, cum hunc librum diserte dicat, *ex omnium qui in Achaia erant, episcoporum persona* scriptum fuisse, Eusebius vero hunc Bacchyllum *idiai* scriptisse tradat, fuerunt, qui vtrique scriptori non de vno eodemque, sed diuersis libris sermonem esse defenderent, quorum alter fuerit omnium episcoporum Achaiae nomine, alter vero priuatim scriptus, quorum in numero nominatim fuit Caueus in *hist. litter. script. eccl. tom. I. pag. 94.* Alii vero dubitantes, vtri scriptori maior fides sit habenda, nunc Eusebium, nunc Hieronymum sequi maluerunt, interque hos pro Eusebio quidem pugnauit Valesius, pro Hieronymo autem Cyprianus in *Nott.* Atque hunc quidem nec ego dixerim, hac in re [illegible] erraſſe, cum diserte iudicium aliquod [illegible] Bacchylli libro, quod ipsi ab Eusebio minime fuerit suppeditatum, addat, eumque elegantem librum adpellet, adeoque aperte vel ipse eum inspexerit, vel ex aliorum narratione plura, [illegible] quidem Eusebius, de illo comperta habuerit. Forsitan igitur vtriusque scriptoris narratio [illegible] facillime poterit conciliari, vt solus quidem et suo tantum nomine vsus, sed a reliquis [illegible] Achaiae episcopis iussus et ex eorum, vt Hieronymus [illegible]cit, *persona* has litteras scripsisse statuatur Bacchyllus, quae sententia est S. Ven. Guil. Abrah. Telleri coniectura, quam in libello academico sic inscripto proposuit: *Pars Actorum inter Asiaticas et reliquas ecclesias super controuerso sacrorum Paschatis tempore, ex Eusebii commentariis, graece et latine, cum notis grammaticis et Commentario historico dogmatico,* (*Helmst.* 1767. 4.) *pag. X.* Eodem vero inclinasse iam [illegible]

qui *Bacchylides* apud Euſeb. *IV.* 23. [vbi Dionyſius Corinth. cuius fuit ſane Bacchyllus noſter coaeuus, vna cum Elpiſto incitaſſe eum dicitur, vt Amaſtrenſibus et reliquis coetibus Ponti ſcriberet.]

21. PALMA, epiſcopus Amaſtridis et ceterarum eccleſiarum Ponti, cuius meminit Dionyſius Corinthi epiſc. apud Euſebium *IV.* 23. videtur auctor fuiſſe *epiſtolae de tempore Paſchatis celebrandi*, nomine epiſcoporum Ponti ſcriptae ad Victorem, epiſcopum Romanum, cuius apud eundem Euſebium *V.* 23. mentio. [Ibi enim diſerte dicit Euſebius, hunc Palmam reliquis harum terrarum epiſcopis tanquam ſeniorem praefectum fuiſſe, (ὧν Πάλμας ὡς ἀρχαιότατος προὐτέτακτο.) quo quidem profecto credibile fit, literas, horum nomine ſcriptas, ipſum auctorem habuiſſe.]

22. THEOPHILVS, Caeſareenſis. Vide ſupra in Theophilo, Antiocheno, vbi varios Theophilos recenſui. Meminit Euſebius *V.* 22. 23. *et* 25. Hieron. *c.* 43. Acta Concilii Palaeſtini, quae ſub Theophili nomine extant, ſuſpecta etiam videntur Ittigio *adpendice diſſ. de Haereſiarchis p.* 53. [Contra vero, Bedam ſecutus, Theophilo ea vindicanda eſſe cum Baronio, Bucherio aliisque pluribus ſtatuit Gallandus in *Proleg. ad Bibl. PP. tom. II. c. IX. pag. XX.* vbi etiam haec ipſa Acta ex Bucherii editione, additis in margine Baluzianae editionis variantibus, repetit, quemadmodum *p.* 162. eiusdem tomi exiguum quoque illud fragmentum, quod Euſeb. *V.* 25. ex epiſtola Synodi Caeſareenſis ſeruauit, ſub Theophili nomine recudendum curauit, licet nec Euſebius, nec Hieronymus eam ipſi diſerte tribuerint.] Clementis Alex. praeceptorem fuiſſe, recte contra Baronium negant viri docti.

23. POLYCRATES, Epheſinae eccleſiae antiſtes, atque caput epiſcoporum Aſiae, ex cuius *epiſtola* de controuerſo Paſchatis celebrandi tempore *ad Victorem*, Rom. eccleſiae epiſcopum A. C. 196. defunctum, cum Polycrates annum aetatis 65. ageret, ſcripta, fragmentum occurrit duplex apud Euſebium *V.* 24. [quod ex hoc ipſo ſcriptore repetierunt Petr. Couſtant in *Epiſt. Rom. Pontif. p.* 95. et Gallandus in *Bibl. PP. tom. II. p.* 160. *ſq.* qui et Valeſii atque Couſtantii notas ſubiunxit, ac in *Prolegg. cap. VIII. pag. XIX. ſeq.* de ipſo Polycrate pluribus expoſuit.] Pars prioris fragmenti [p]) etiam extat apud Euſeb. *III.* 31. et latine apud Hieron *c.* 45. *de S. E.* Apud Euſebium ibi male ἀναζητήσει legitur pro ἀναστήσει [q]). De ſuppoſititiis [P] *S. Timothei Actis*, quae ad hunc Polycratem falſo referuntur, dixi in *codice Apocrypho N. T. p.* 812. *ſq.* Excerpta ex hoc ſcripto refert Photius *cod. CCLIV.* nullo laudato nomine auctoris, ſed tantum hoc titulo: Ἐκ τῆς μαρτυρικῆς Τιμοθέου Ἀποστόλου συγγραφῆς. Et Ioh. Bollandus [r]) teſtatur, nullum auctoris nomen in graecis

videtur Tillemontius in *Memor. eccleſ. tom. III. P. I. pag.* 481. *Keil.*

p) Quod tamen Caueus in *Hiſt. litter. ſcript. eccl. tom. I. pag.* 94 male ab illo, quod *l. V. c.* 24. ab Euſebio exhibetur, diuerſum iudicauit. *Keil.*

q) De quo tamen non ſine cauſa contra ſtatuit Tellerus in *Proluſ.* ſupr. laud. qua Partem Actorum ſuper hac controuerſia ex Euſebii commentariis exhibet, *p.* 13. cui prius illud vocabulum praeferendum videtur, *non ſolum ob* ἀναστήσεται, *quod iam adhibuerat, et totum ſcribendi genus in hac epiſtola* ἰδιωτικώτερον, *ſed maxime etiam ob Rufini auctoritatem, qui expreſſe vertit,* requiret. *Keil.*

r) Ad 24. Ianuar. *tom. II. Act. ſanctor. p.* 566.

graecis codicibus esse praefixum, licet habeant illud latina exemplaria iam a Sigeberti Gemblacensis vsque aetate; hic enim *cap. 3. libri de scriptoribus ecclesiasticis Polycratem*, Ephesiorum episcopum, adfirmat historiam de martyrio Timothei conscripsisse. Quod libenter credit Bollandus, atque Polycrati Ephesino, scriptori circa extremum secundi a Christo nato seculi claro, illa Acta vindicat. Verum solidioribus argumentis ductus eadem longe post Polycratis illius tempora, seculo sexto aut fortassis quinto, a quodam Ephesinae ecclesiae homine conscripta esse, contendit Tillemontius *tom. II. mem. ad H. E. p. 265. sq. 475. sq.* Polycrati etiam abiudicant Baronius *ad Martyrolog. Rom. 24. Ian.* Aubertus Miraeus *notis ad Sigebertum*, Vossius *de Hist. Graecis pag. 207.* Guil. Caueus *in vita Timothei pag. 50. seq.* editionis Anglicanae et in *Historia literaria*, [tom. I. p. 94.] Hermannus Witsius in *Exerc. de Timotheo tom. 2. Misc. sacr.* aliique. [inter quos nominatim etiam est Ceillier in *Hist. gener. des Aut. ecclef. tom. II. pag. 205.*] Vide etiam Petrum Halloisium in *vitis Patrum orientalium tom. I. p. 559.* Acta martyrii Timothei scripta a Simeone Metaphraste nihil aliud sunt quam Polycrati tributorum liberior paraphrasis, neque verisimilis est sententia Leonis Allatii [s]) qui etiam altera illa adscribit eidem Simeoni, cum ante Simeonem a Photio lecta fuerint. Edita sunt vtraque a Bollando [t]), priora, Polycrati tributa, plus simplici vice inter vitas sanctorum vulgata, habentur etiam latine in Petri Pithoei *Miscellaneis ecclesiasticis*, editis vna cum Francisci Pithoei *Codice veteris Canonum ecclesiae Romanae Paris. 1687. fol.*

24. ATHENOGENES, martyr; de quo Martyrologia et Acta sanctor. 18. Ianuar. *Hymnum* adstantibus, iam ad ignem festinans reliquisse traditur, in quo Spiritum S. Deum celebrauit teste Basilio *de Spiritu S. c. 29.* Ab hoc Athenogenis hymno diserte eodem loco distinguit Basilius hymnum antiquissimum vespertinum, cuius auctorem ait se ignorare [u]), et qui ille ipse videtur quem hodie adhuc in vsu habet ecclesia graeca, et Athenogeni male tribuunt viri docti, vt Goarus *p. 52. ad Euchol og.* et Graeci in Horologio [et cum his Steph. Le Moyne in *Not. ad Var. facr. p. 1095.*] Alii minus etiam verisimiliter auctorem putarunt *Sophronium*, patriarcham Hierosol. Basilio longe iuniorem [v]). Confer Thomae Smithi *Miscellanea priora Lond. 1686.* edita [recus. an. 1710.] *p. 152.* e quo Hymnum illum vesper-

s) *Lib de Simeonum scriptis p. 126.*

t) Latine tantum, non etiam graece, vt adfirmat Caueus in *Hist. litter. l. l.* de Polycrate

u) Verba Basilii haec sunt: ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς δέχεσθαι etc. *Visum est patribus nostris vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio excipere, sed mox vt adparuit, agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quae dicuntur in gratiarum actione ad lucernas,* ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν, *dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam visi sunt impietatem committere qui dicunt,* αἰνοῦμεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ. *Laudamus Patrem et Filium et Spiritum S. DEI.* Subiungit deinde: εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω etc. *Quod si quis etiam nouit Athenogenis hymnum, quem tanquam aliud amuletum* ἐξιτήριον *valedicturus munus* τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ *iis, qui praesentes aderant reliquit, festinans iam ad consummationem martyrii per ignem, is nouit et martyrum sententiam de Spiritu.*

v) Id quod ipsi Graeci iam improbarunt, in quorum Horologio, obseruante Le Moyne *l. l. p. 1096.* sic inscribitur: ὕμνος τοῦ ἁγίου Ἀθηνογένους, μάρτυρος, οὐχ ὥς φασί τινες ἀμαθῶς Σωφρονίου, Πατριάρχου Ἱεροσολύμων, μάρτυς τούτου, ὁ μέγας Βασίλειος.

vespertinum Graecorum, breuis enim est, vna cum matutino, quem et ipsum sine causa Athenogeni viri docti tribuunt, integrum apponere iuuat, licet vtrumque etiam dederit Vsserius *diss. de symbolo Apostolico Rom. ecclesiae vetere, Oxon. 1660. 4. p. 33.* [praeter quem de vtroque hymno conferendus etiam est Caueus in *Diss. de libr. et offic. eccles. Graecor. p. 27. sq.* subiuncta *vol. II. hist. litter. script. eccl.* Kei. De hymno Clementis Alex. quem Anngeni (Athenogeni, credo, scribere voluit) adscribit Cangius, dixi supra *p. 104.* [ed. vet.] Apud Epiphanium autem *LXIV. 21.* pro Athenogene nomen Athenagorae reponendum esse, multi iam post Leopardum docuerunt et ipse monui supra *p. 85.* [ed. vet.]

Ὕμνος ἑσπερινός.

Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς οὐρανίου, ἁγίου. μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες Φῶς ἑσπερινὸν [w]), ὑμνοῦμεν Πατέρα [x]), Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα [y], Θεόν [z]). Ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι Φωναῖς [aa]) αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδοὺς [bb]), διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Hymnus Vespertinus.

Lumen hilare sanctae gloriae immortalis patris Coelestis, Sancti, Beati, IEsu Christe, quum ad solis occasum peruenerimus, lumen cernentes vespertinum, laudamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Deum. Dignus es tempore quouis sanctis vocibus celebrari, Fili Dei, vitae dator, quapropter mundus Te glorificat.

Alia προσφώνησις et εὐχαριστία ἐπιλύχνιος in *Constitutt. Apostolicis VIII. 36. sq.* [cc]) Praeter quam in iisdem *Constitutt. II. 59.* vesperi dicendus commendatur Psalmus CXL. (Hebr. 141.) ἐπιλύχνιος ideo a Graecis dictus, et cum hymno, siue εὐχαριστίᾳ ἐπιλυχνίῳ perperam confusus a Iacobo Vsserio: mane vero Psalmus LXII. (Hebr. 63.) Confer vtroque in loco Coteleriuum.

Ὕμνος Ἑωθινός.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ [dd]) καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία [ee]). Αἰνοῦμέν σε, Εὐλογοῦμέν σε, Προσκυνοῦμέν σε, Δοξολογοῦμέν σε. Εὐχαριστοῦμέν, σοι διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. Κύριε Βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ Πατὴρ παντοκράτωρ. Κύριε Υἱὲ μονογενὴ, Ἰησοῦ. χριστὲ καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Κύριε ὁ Θεὸς, Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς. ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, προσδέξαι τὴν δέησιν ἡμῶν. Ὁ καθήμενος ἐν

Hymnus Matutinus.

Gloria in excelsis Deo, et in terra Pax, Hominibus bonae voluntatis. Laudamus Te, Benedicimus Te, Adoramus Te, Glorificamus Te, gratias agimus Tibi, propter magnam gloriam Tuam. Domine Deus, Rex coelestis, Deus Pater Omnipotens. Domine Fili vnigenite Iesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, Qui sedes ad dextram Patris, Miserere nobis.

 μόνος

w) αἰνῶμεν. Basilius.

x) καὶ υἱόν. Basil. et ad finem Psalterii in bibl. Bodl.

y) Θεῷ. Basil et Psalter.

z) ἄξιος εἶ, Psalter.

aa) ὁσίαις id

bb) ὃν οὖν ὁ κόσμος ἑορτάζει. id.

cc) Quae vero ibidem *l. VII. 48.* occurrit προσευχὴ ἑσπερινὸς, eadem fere est cum hymno superiori et verbis et sensu. *Keil.*

dd) *Constitutiones Apostolicae VII. 47.*

ee) Propter hoc initium ex angelorum hymno apud Luc. 2, 13. desumtum, hic hymnus, no-

δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐλέησον ἡμᾶς. Ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος· Σὺ εἶ μόνος Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν.

Quoniam Tu folus fanctus, Tu folus Dominus, Tu folus altiffimus Iefu Chrifte, cum Sancto Spiritu, in gloria DEI Patris. Amen.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν [ff]) εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καταξίωσον Κύριε καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἀναμαρτήτους φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με, Ἴασαι τὴν ψυχήν μου ὅτι ἥμαρτόν σοι. Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγα, Δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά Σου, ὅτι Σὺ εἶ ὁ Θεός μου. Ὅτι παρά σοι πηγὴ ζωῆς. Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσίν σε. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς.

25. HERACLITUS cuius εἰς τὸν Ἀπόστολον five *in Pauli epiftolas* commentaria memorat Eufebius *V. 27. hift.* et Hieronymus *c. 46.* ubi *Heraclius* adpellatur, et in graeco interprete Ἡράκλειος, [diciturque fub Commodi et Severi imperio fcripfiffe.] Sed forte ex corrupto Hieronymi codice graecum interpretem aliquis ita interpolavit. Nam ab Hieronymo etiam fcriptum olim fuiffe *Heraclitus*, coniicias ex Freculfo, Honorio Auguftodunenfi et aliis Hieronymi defcriptoribus. Apud Nicephorum quoque *IV. 35. hift.* Ἡράκλειτος, ubi eum θεῖον ἄνδρα vocat, atque ait primum fuiffe qui in Apoftolum fcripferit, ὃς καὶ εἰς Ἀπόστολον πρῶτος σπουδάζειν ἐπέβαλλε. *Heraclium* tamen habent etiam Rufini codices.

26. BARDESANES [gg]) Edeffenus, cum Valentinianis primum fentiens [hh]), fed poftea illius

tante Caueo *l. l. p. 28.* in Benedictino apud Cantabrigienfes codice *Hymnus Angelicus* haud dubie dictus eft. *Keil.*

ff) Haec oda in codice Alexandrino librorum V. T. hymno fuperiori fubiuncta eft eodem modo et manu fcripta, videturque Thom. Smitho *l. l. p. 148.* et olim, aeque ac nunc fit inter Graecos, eodem tempore matutino recitata fuiffe. *Keil.*

gg) Non omnino confentiunt fcriptores veteres in nomine hoc fcribendo. Eufebius quidem et Hieronymus omnino eum adpellant Βαρδησάνην, Bardefanem; verum funt etiam plures Eufebii codices, in quibus potius dicitur Βαρδισάνης, idque ipfum nomen occurrit etiam apud Cedrenum in *Hiftor. p. 205.* Epiphanius vero *haer. LVI.* Βαρδησιάνην vocat, et Ioan Damafcenus *de haer. c. LVI. tom. I. Opp. p. 89.* Βαρδεσιάνην. Quodnam horum rectius fit, nemo facile definire audeat. *Keil.*

hh) Sequitur nofter hic Eufebii *Hiftor. eccl. l. IV. c. 30.* et Hieronymi *Catalog. fcript. eccl. c. 33* narrationem, quorum quippe vterque refert, cum primum a Valentinianorum partibus fteriffe, poft vero his relictis melius fentire coepiffe, ita tamen, vt etiamnum aliquid priftini erroris ei adhaereret, et nouam adeo, vt Hieronymus ait, haerefin conderet. Epiphanius vero *l. l.* nec non Auguftin. *de haer. c. 35.* et Io. Damafcen. *l. l.* rem fic potius tradunt, vt eum primum dicant recte de religionis chriftianae capitibus fenfiffe, poft vero ad Valentinianos tranfiiffe, horumque partes plerique recentiorum funt fecuti. Verum cum plura defendiffe reperiatur, quae Valentinianorum placitis prorfus fint contraria, melius iam ab aliis eft obferuatum, hanc vtriusque narrationis diuerfitatem ita potius videri conciliandam, vt prius cum catholicis feciffe exiftimetur, poft vero ad Valentinianos defeciffe, fed cum multarum fententiarum ab iis defenfarum prauitatem intel-

[illegible] [ii]) et aliarum haereſeon oppugnator [kk]), auctorque variorum *dialogorum*, ſyriaca lingua ſcriptorum, qui graece deinde a diſcipulis Bardeſaniſtis verſi fuerunt [ll]), atque in his dialogi *de fato*, ad Antoninum (M. Antoninum [mm]) imperatorem) ex quo fragmentum inſigne apud Euſe-

intellexiſſet, has quidem abieciſſe, alias vero retinuiſſe iisque nouas et a ſe inuentas addidiſſe; qua de re videndi inprimis ſunt Beauſobre in: *Hiſt. de Manich. tom. II. liv. IV. ch. 9. p. 132. ſq.* Rem. Ceillier in: *Hiſt. gen. des aut. ſacr. tom. II. ch. 6. p. 86.* et inprimis Chr. Guil. Franc. Walchius in: *Hiſtor. haer. vol. I. p. 411. ſq. Keil.*

ii) Id omnino tradit Hieron. qui eum *l. l.* Valentini primum ſectatorem, deinde confutatorem refert. Neque tamen hoc aliter putauerim intelligendum, quam ſic, vt multas eorum ſententias reieciſſe et improbaſſe ſtatuatur, neutiquam vero in hunc ſenſum accipiendum, vt peculiaribus eos ſcriptis confutaſſe exiſtimetur. Id enim nuſpiam traditur, ſed prius diſerte tradit Euſeb. l. l. innuitque etiam Theodoret. *haeret. fab. l. 1. c. 22.* τοῦτο, inquiens, φασὶ πολλὰ τῆς Βαλεντίνου παρακόψαι μυθολογίας. *Keil.*

kk) Quas inter nominatim Marcionis haereſin commemorant Euſebius, Epiphanius et Theodoretus *l. l. cc.* horumque poſterior hunc et alios eius libros ſibi viſos eſſe diſerte monet. *Keil.*

ll) Syriaca lingua eum in ſcribendo vſum eſſe, cum patria viri poſtulat, tum diſerte etiam narrant ſcriptores modo laudati, Euſebius, Hieronymus et Theodoretus. Cum vero Epiphan. *l. l.* eum graecae non minus, quam ſyriacae linguae peritum fuiſſe tradat, plures recentiorum, quoad dialogum ſaltem *de fato*, contrariam ſententiam defenderunt, eumque non ſyriaco, ſed graeco ab ipſo Bardeſane ſermone perſcriptum fuiſſe ſtatuerunt, quam ſententiam praeter Dodwellum in: *diſſert. in Iren. IV. §. 35. p. 361.* et Beauſobrium *l. l. p. 131.* inprimis ſtabilire conati ſunt Caueus in *hiſt. litt. ſcript. eccleſ. tom. I. p. 78.* et Gallandus in *proleg. ad bibl. PP. vol. I. c. XXVI. §. II. p. CXXIII.* hoc inprimis ille argumento vſus, quod non credibile ſit, Bardeſanem dialogum, Auguſto nuncupatum, ſyriaco ſermone conſcripſiſſe. Verum cum id ipſum, Auguſto hunc dialogum a Bardeſane inſcriptum fuiſſe, vt mox docebimus, perquam adhuc incertum ſit, ſponte intelligitur, quae ſit huic argumento vis tribuenda. *Keil.*

mm) Non Helagabalum, vt Dodwell. *IV. 35. ad Irenaeum*, et Grabius *tom. I. ſpicileg. p. 317.* [Neſcio equidem, vtrum ea de re tam confidenter pronunciare liceat. Omnino enim magna inter viros doctos de hoc Antonino lis exorta eſt. Summa vero totius controuerſiae inprimis ad Euſebii teſtimonium redit, qui *hiſt. eccleſ. l. l.* diſerte quidem hunc dialogum dicit πρὸς Ἀντωνῖνον ſcriptum fuiſſe, ſed quisnam fuerit iſte Antoninus, vtrum Imperatorum aliquis, an alius quidam hoc nomine vſus, prorſus tacet. Hinc fuerunt etiam, qui non de Antonino aliquo imperatore, ſed amico quodam Bardeſanis Syro cogitandum eſſe defenderent, quos inter inprimis referendi ſunt Valeſius in *Annot. ad Euſeb.* Tillemont in *Memor. eccleſ. tom. II. p. 676.* et Ern. Sal. Cyprianus in *Nott. ad Hier. p. 103.* edit. Fabr. horumque ſententia non parum ſane confirmari videtur alio ipſius Euſebii teſtimonio *Praep. euangel. VI. 9.* vbi, fragmentum huius dialogi recitans, Bardeſanem dicit ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους διαλόγοις hunc in modum philoſophari. Nihilominus tamen ab hac ſententia ſibi recedendum eſſe iudicarunt Beauſobrius *l. l.* Fontaninus *hiſtor. litter. Aquil. l. V. c. X. §. 7. pag. 333.* et Gallandus *l. l.* qui eam variis argumentis, iis tamen non magni admodum ponderis, impugnarunt, inque eorum potius partes abierunt, qui hunc dialogum cum Fabricio noſtro M. Antonino, imperatori, inſcriptum fuiſſe defendunt. Horum vero anteſignanus eſt Hieronymus, qui in *cat. c. 33.* Bardeſanem hunc dialogum diſerte dicit M. Antonino *tradidiſſe*, huiusque viri auctoritate inprimis videtur effectum fuiſſe, vt tot haec ſententia defenſores nanciſceretur, licet, cum varii fuerint inter imperatores, Antoninorum nomine vſi, in perſona eius definienda non omnes inter ſe conſentirent, ideoque vel de M. Aurelio Antonino Philoſ. vt Hieronymus et recentiorum plures, vel de Helagabalo, vt Dodwellus et Grabius, cogitarent, vel de quonam potiſſimum cogitandum ſit, omnino dubii haererent, ut Gallandus. Similiter vero de eo etiam dubitarunt atque inuicem diſceptarunt, vtrum oblatus tantum, vt Hieronymus dicit, imperatori fuerit iſte dialogus, an vero ei inſcriptus atque conſecratus; cumque aliis abſurdum videretur, librum, ſyriaca lingua, eaque imperatori ignota, conſcriptum,

Eusebium *VI. 10. praeparat.* [Quod cum codice Eusebii Ms. in biblioth. Collegii S. Ioannis Baptist. collatum latinoque textui recognitionum Pseudo-Clementinarum iunctum repetiit Grabius *tom. I. Spicileg. pag. 290. sq.* indeque in suam etiam bibliothecam PP. transtulit Gallandus *tom. I. p. 681. sq.* additis e regione cum versione Vigeri, tum illo etiam recognitionum Clementis textu latino, subiectisque Vigeri, Cotelerii et Grabii notis. Idem nimirum fragmentum, vt supra iam admonuit noster de Clemente Rom. exponens, non modo ex parte excerpsit Caesarius in *Dialog. II. Resp. ad Quaest. CIX. CX.* sed fere totum quoque libro suo inseruit recognitionum Clementinarum auctor ignotus. Neque enim hunc a Bardesane fuisse exscriptum, ulli praeter Whistonum in mentem venit suspicari; nec poterit sane hoc cum maiori ulla probabilitatis specie defendi, quam quod Caveus coniecit, ipsum Bardesanem istos recognitionum libros composuisse. Quin potius argumentis maxime idoneis ab aliis est demonstratum, recognitiones istas vtique Bardesanis dialogo recentiores esse iudicandas, id quod post Grabium *l. l. p. 248.* inprimis Fontaninum luculenter euicisse testatur Gallandus *prol. l. l. p. CXXXIII.* Praeter hos vero dialogos Bardesanes, teste quidem Ephraemo Syro in Assemanni *bibl. orient. tom. I. p. 132.* centum et quinquaginta psalmos ad imitationem psalterii Davidici eleganti carmine composuit, qui insigni plausu excepti sunt. *Keil.* Confer eiusd. Eusebii *hist. IV. vlt.* Epiphan. *haeresi 56.* Phot. *cod. CCXXIII. p. 342. sq. 364.* Hieron. *c. 33.* [Theodor. *haer. fab. l. I. c. 22.* et Sozom. *hist. eccles. l. III. c. 16.*] Wetstenium ad *Originem contra Marcionitas p. 49.* seq. et Frid. Struntzii *hist. Bardesanis et Bardesanistarum, Witeb. 1710. 4.* [Quibus addendi sunt Tillemontius *mem. eccles. tom. II. part III. p. 93.* Caueus *hist. litt. script. eccles. tom. I. pag. 77. sq.* Du Pinus *Bibl. des Aut. eccles. tom. I. pag. 96.* Lardnerus *Glaubwürdigkeit d. evangel. Gesch. part. II. vol. I. pag. 566.* Ceillier *Histoir. des Aut. eccles. tom. II. p. 86.* Beausobre *Hist. de Manich. tom. II l. IV. ch. 9. pag. 129. seq.* et Chr. Guil. Franc. Walch. in *Hist. haer. vol. I. p. 407. sq.*] Ex Bardesane, Babylonio [nn]), nonnulla

scriptum, ei a Bardesane fuisse exhibitum, Du Pinius quidem in *Nouv. Biblioth. des Aut. eccles. tom. I. p. 70.* edit. Par. huic difficultati ita occurrere studuit, vt non ab ipso dialogi auctore, sed eius modo interpretibus eum ipsi oblatum fuisse defenderet. Quorum pleraque fere ut facile adparet, absque idonea auctoritate defendi, ita sponte etiam intelligitur, de uniuersa causa non posse certi aliquid definiri, nisi de aetate, qua floruit Bardesanes, prius fuerit quaesitum. Verum cum et hac de re diversa quodammodo tradidisse reperiantur scriptores veteres, vix licet certi quid de ea nunc constituere, nisi vnum hoc, in quo omnia eorum testimonia conueniunt, in partem seculi secundi posteriorem aetatem huius viri incidisse. Quod qui accuratius velit excutere, ei inprimis consulendi sunt Chr. Guil. Franc. Walchius in: *histor. haeres. vol. I. pag. 407. seq* et Gallandus *l. l. p. CXXIII.* quorum vterque diligentissime hac de re exposuit. *Keil.*

nn) Hunc igitur noster a Syro illo nunc quidem diuersum videtur iudicasse. Verum supra *l. III. c. XXIV. §. 9. not. kk vol. IV. p. 247.* edit. recent diserte contra Strunzium adseruit, vtrumque eundem esse iudicandum, eaque in re alios etiam plures habuit secum consentientes, e. c. Tillemont. *l. l.* Caueum *l. l. p. 78.* Lardnerum *l. l. p. 573. sq.* Ceillier. *l. l. p. 86.* Walchium *l. l. p. 409.* et Gallandum *l. l. pag. CXXII.* At fuerunt etiam, qui ea de re non modo dubitarent, quorum in numerum ex ipsis scriptoribus modo laudatis referendi sunt Lardnerus *p. 579.* et Walchius *p. 414.* sed eam prorsus negarent atque impugnarent, quibus post Wetstenium ad *Origen. contr. Marcion. p. 50.* inprimis accessit cl. Heeren in: *Not. ad Stobaei eclog. phys. et ethic.* ab ill. Harlesio ad locum *vol. IV.* iam laudatus, cuius tamen argumentis ingenue fateor, me in ipsius sententiam nondum fuisse perductum. *Keil.*

nulla de Philosophis Indorum refert Hieron. 2. *in Iouinian. p 206.* [atque in *Comment. in Hos. c. X.*] et Porphyrius *fragm. de styge*, [*p. 282.* itemque in libr. *de abstin. l. IV.* §. 17.] Etiam HARMONIVM, Bardesanis filium, multa syriaco sermone scripsisse, tradit Theodoritus *l. 22. haeret. fab.* erroresque vtriusque confutatos ab Ephraimo Syro, qui etiam Cantica Harmonii sacra ab erroribus liberavit, *id. IV. 29. Hist.* [cf. etiam Sozom. *Hist. eccles. l. III. c. 16.* itemque Syrus auctor Compendii Histor. eccles. cuius locum attulit Assemannus in *Biblioth. orient. tom. I. p. 48. not. 1.*]

[P] 27. MAXIMVS, de quo Nicephorus *IV. 35. Hist.* ex Eusebii *V. 27.* Μάξιμος δὲ τῷ ᾀδομένῳ ζητήματι τοῖς αἱρεσιώταις, πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, λύσεις ἀναντιῤῥήτους παρέχε. *Vnde malum, et quod materia a DEO facta sit.* Hieron. *c. 47.* Vide infra, vbi de Dialog, Origeni tributo, contra Marcionitas oo). Rufinus Eusebii interpres, et Honorius *Maximinum* vocat, quo nomine fuit illa aetate Episcopus Antiochenus. [Nostrum vero episcopum Hierosolymitanum fuisse, chronici Eusebiani potissimum fide nixus asserere studuit Gallandus in *Proleg. ad tom. II. Bibl. PP. cap. VI. pag. XVII.* licet hoc Valesio in *Not. ad Euseb.* perquam dubium adhuc visum fuerit. Atque ipse etiam Fabricius Episcopum Hierosolymitanum adpellat nostrum in *Delectu argum. pro verit. relig. christ. c. III. §. XIX. pag. 162.* qui tamen in eo aperte falsus est, quod eundem videtur iudicasse cum illo, quem Euseb. *Hist. eccl. l. VII. c. 12.* inter episcopos Hierosolymitanos commemorat. Hunc enim cum nostro nullo modo eundem posse iudicari, bene demonstrauit Ceillier. in *Histoir. gener. des Aut. eccles. tom. II. p. 206.* Quare Gallandus *l. l.* multo rectius eum Maximi II. nomine insigniendum esse statuit. *Keil.*

28. CANDIDVS *in Hexaëmeron* scripsit, teste Eusebio *V. 27.* et Hieronymo *c. 48.* [qui pulcherrimos eum in Hexaëmeron tractatus edidisse narrat,] ac primus quidem, si Nicephoro credimus. Sed praeter Philonem, Iudaeum, hoc iam fecerat Iustinus, martyr, vt supra notare me memini. [Quare nec ei magna fides habenda esse videtur, quod idem Nicephorus addit, plura etiam alia Candidum elaborasse, praesertim cum nullius praeterea libri eius nominatim mentionem faciat.]

29. APION, itidem *in Hexaëmeron* pp). Euseb. et Hieron. *c. 49.* Male *Appius* apud Rufin.

30. SEX-

oo) In hoc enim dialogo longum occurrit fragmentum, quod Euseb. *Praep. euang. l. VII. c. 22.* tanquam ex Maximi libro περὶ τῆς ὕλης desumtum recitat, unde de auctore illius dialogi ampla enata est disputandi materia. Et Ioannes Rod. Wetstenius quidem, qui dialogum istum edidit, in praefat. contendit, Origenem fragmentum istud ex Maximi libro sumsisse; at Huetius in *Origen. adpend. p. 276.* putat, Maximum, qui Constantini temporibus floruerit, dialogum istum sub Origenis nomine composuisse, atque operi suo περὶ τῆς ὕλης addidisse, atque ex hoc fragmentum illud ab Eusebio depromtum esse. Hanc tamen sententiam refutauit Caucus *hist. litter. script. eccles. tom. I. pag. 95.* cumque hoc consentit etiam Fabricius loco infra legendo. Caeterum illud fragmentum Maximi repetiit quoque Gallandus in *Bibl. PP. tom. II. p. 142. sq.* *Keil.*

pp) De quo libro Sixtus Senens. in *bibl. sanct. l. IV. p. 203.* edit. Colon. nescio, quo auctore, ita iudicat, eruditos quidem esse tractatus, sed in nonnullis a recta fidei regula aliquantulum recedentes. *Keil.*

30. SEXTVS, quem *de resurrectione* scripsisse Eusebius *V.* 27. et Hieron. *c. 50.* referunt: forte est ille Ecclesiasticus Philosophus Sextus, quem laudat S. Maximus ad *c.* 5. *Dionysii de Mystica theol. tom. 2. p. 55.*

31. ARABIANVS, sub Imp. Seuero inter scriptores Christianos clarus, licet nec Eusebius *V.* 27. nec Hieronymus *c. 31.* argumentum eius monumentorum prodiderint. [Vterque enim in vniuersum modo narrat, eum de aliquo christianae fidei capite scripsisse.] Male *Brabianus* Βραβιανὸς in Hieronymi et Sophronii codicibus.

32. IVDAS, *de LXX. hebdomadibus* Danielis scripsit et χρονογραφίαν perduxit vsque ad annum decimum Seueri h. e. CHRISTI 203. Euseb. *VI.* 7. Hieron. *c.* 52. ubi *superiorum temporum* non est intelligendum de temporibus, LXX. hebdomades praecedentibus, nihil enim tale apud Eusebium.

Scriptoribus deperditis Saec. II. addendus ANONYMVS, cuius iambos aduersus Marcum, haereticum, profert S. Irenaeus *lib. I.* [*c. 15. tom. I. Opp. p. 80.* edit. Pott.] et ex eo Epiphanius *haer. XXXIV.* Emendauit Scaliger ad Euseb. *num.* 2156. Vide et Stephanum le Moyne *not. ad Varia sacra p. 684.* [Haec in Addendis obseruauit Fabricius, quibus nos iam hoc addimus, in isto Anonymo Dodwellum quidem in *Dissert. IV. in Iren. 3. pag. 293.* sibi agnouisse visum esse Pothinum, Irenaei in sede Lugdunensi decessorem, hanc vero sententiam parum probabilem iudicasse Caueum in *Histor. script. litter. eccles. tom. I. pag. 49.* huncque de Papia, Hierapolitano, cogitare maluisse. *Heil.*

De HAERETICIS primi et secundi a CHRISTO nato seculi, eorumque erroribus disserere non est mei instituti, et in omnium manibus sunt, quae de illo argumento commentati sunt Tillemontius, Natalis Alex. et Nourrius in Adparatu ad bibl. patrum, et Ittigius in *dissertatione de Haeresiarchis aevi Apostolici et Apostolico proximi*, Lips. 1690. 4. eiusque *appendice*, *ibid. 1696. 4.* [et nouissime Chr. Guil. Franc. Walchius in opere communi applausu excepto, laudeque dignissimo: *Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereyen*, *Lips.* 1762-85. *XI. voll. 8. mai.*] Quoniam vero iidem Haeresiarchae etiam monumenta quaedam reliquisse traduntur, uniuersa licet hodie deperdita, eorum brevem elenchum hoc loco subiicere iuuat.

SIMONIS, Magi, et CLEOBII, ψευδῆ βιβλία qq) memorantur in Constitutt. Apost. *VI.* 16. Ex Simonianis pauca fragmenta [ ] exstant quae ex Hieronymo in *Matthaei XXIV.* [*tom. IV. Opp. part. I. 114* edit. Martian.] et Mose Barcepha *III. 1. de paradiso* exhibet Grabius, *tom. 1. spicilegii Patrum p. 307. seq.* Simonis *cum Petro Apostolo disceptationem* siue ἀντιῤῥητικοὺς λόγους, vt vocantur Dionysio *lib. de diuinis Nom. c.* 6. [*§.* 2. *p.* 736.] refert praeter Pseudo-Marcellum falsumque Abdiam Pseudo-Clemens in *Recognitionum libro 2. §. 38.* De Simonitarum et aliorum Haereticorum falsis *euangeliis* videat lector, si tanti est, quae collegi pridem in codice apocrypho Noui Test. quemadmodum et de CERINTHI *Apocalypsi*, [de qua cfrri etiam possunt, quae ipse admonui supra *lib. IV. c. 7. §. 8. vol. IV. p. 792. not. 42.* *Heil.*

DOSI-

qq) Quae tamen a Simone quidem vere scripta fuisse, a pluribus olim in dubium est vocatum, qua de re videnda, quae obseruauit Walchius *l. l. vol. I. pag. 149.* *Heil.*

3. DOSITHEI, Samaritani, libros, a Dositheanis sua adhuc aetate iactatos, memorat Origenes, *tomo XIII. in Iohannem p. 219.* Legit etiam Eulogius apud Photium, qui videndus *cod. CCXXX. pag. 466. 467. 468.* [*p. 883.* edit. Hoesch. qui cum dicit, Dositheum hunc τὴν Μωσαϊκὴν Ὀκτάτευχον corrupisse, pro vocabulo: ὀκτάτευχον rescribendum esse πεντάτευχον, recte suspicati sunt Waltonus in *Prolegom. in bibl. Polygl. XI, n. pag 532. edit. Dath.* itemque Io. Christph. Wolfius in *Thesaur. epist. La Croz. tom. II. p. 170.* probauitque etiam Io. Eichhornius in *Introd. in libr. V. T. vol. II. p. 150.* *Keil.*]

NICOLAITARVM βιβλία τινὰ ἐξ ὀνόματος τοῦ Ἰαλδαβαὼθ ποιητευόμενα detestatur Epiphanius *XXV. 3. p. 78.* [de quibus tamen libris dubitat Grabius *tom. I. Spicil. p. 312.* vtrum primo iam saec. in lucem prodierint.]

BASILIDIS, Alexandrini rr), *euangelium* atque *libri 24.* ἐξηγητικῶν *siue commentariorum* in illud euangelium ss), itemque *Prophetae Barcabbas et Barcoph.* tt), atque *Odae* uu) veteribus memorantur, de quibus scriptis vide Valesium *ad Eusebii IV. 7.* Caueum ad *A. 112.* atque

rr) Alius Basilides, Pentapolitanus Episcopus, ad quem scripsit Dionysius Alex. Alius Basilides, Paphlago, de quo Basilius *Epist. 72. 73.* [Alius item Basilides, Emeritanus Episcopus in Hispania, idololatria pollutus, de quo Cyprian. *epist. 67. p. 170 sq.* et alius item Basilides, miles, qui, postquam mortis sententiam in Potamiaena virgine fuerat executus, ipse, vt apud Euseb. *Hist. eccl. lib. VI. c. 5.* narratur, Christo nomen dedit, mortisque supplicium subiit. *Keil.*

ss) Hic igitur vt certum sumit noster, quod post in *cod. apocr. N. T. vol. I. p. 343.* vbi de euangelio Basilidi tributo, disputat, incertum adhuc esse declarauit, istos nimirum XXIV. libr. ἐξηγητικῶν constitisse commentario in Euangelium, ab ipso Basilide editum. De eo vero multum adhuc inter viros doctos ambigitur, cum nesciant, vtrum isti libri ἐξηγητικοὶ ad vnum e quatuor canonicis euangeliis aut ad vniuersam historiam euangelicam, vel euangelium ab ipso Basilide compositum pertinuerint; nec poterit profecto ea res, me quidem iudice, facile definiri, cum nullibi perspicua huius vel illius adsint indicia, licet prior sententia parum habeat probabilitatis, cum in vniuersum dicatur, eum εἰς τὸ εὐαγγέλιον, vt est apud Euseb. *H. E. l. IV. c. 7.* nullo auctoris nomine addito, quatuor et viginti libros conscripsisse, quos Clemens quidem Alex. *Strom. l. IV. p. 506.* ἐξηγητικῶν, Archelaus vero in *disput. cum Manete Tractatuum* nomine laudat, adeoque vtique vero propius sit, hos libros vel ad vniuersam historiam aut doctrinam euangelicam, vel ad euangelium, a Basilide ipso conscriptum, spectasse. In hoc enim eius euangelio commemorando scriptores veteres illos ipsos commentariorum eius in euangelium libros in animo habuisse, quod suspicatus est Fabricius *l. l.* et forsitan Roeslero etiam in *Biblioth. PP. vol. IV. pag. 95. in not.* arrisit, vix probabile esse existimem, cum Origines quidem et Ambrosius diserte tradant, euangelium illud τοῦ κατὰ Βασιλείδην εὐαγγελίου nomine inscriptum fuisse, adeoque liceat dubitare, id ab illis ἐξηγητικῶν libris omnino diversum fuisse. *Keil.*

tt) In his vero non tantum de personis illorum prophetarum, sed libris etiam, eorum nomen prae se ferentibus, cogitandum esse, Grabius quidem *Spicileg. tom. II. p. 38.* recte hinc intelligi posse iudicauit, quod apud Clement. Alex. *Strom. lib. VI. p. 641.* diserte commemoretur Isidori, Basilidis filii, πρώτος τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν liber. Etenim non modo Barcabbam et Barcoph, sed et ἄλλους προφήτας ἀνυπάρκτους commemorasse dicitur apud Euseb. *l. l.* Est tamen vlteriori examine profecto dignissimum, quod Beausobre in *Histoir. de Manich. tom. I. p. 332. sq.* suspicatus est, inter Iudaeos iam librum apocryphum, Barcophi nomine insignitum, extitisse. *Keil.*

uu) Has Odas Grabius quidem *l. l.* Basilidi ex memoriae lapsu a Caueo in *Histor. litter. script. eccles. p. 50.* dicit tributas fuisse; sed ab hac erroris suspicione bene eum liberauit Fabricius *l. l.* *Keil.*

atque inprimis Grabii *ſpicilegium t. 2. p. 37. ſeq.* qui fragmenta etiam a ſe collecta exhibet ex Clemente Alex. Origene atque Archelai diſp. cum Manete. [quae eadem repetiit etiam Maſſuetus in *edit. Opp. Irenaei p. 340.* omiſſo tamen illo, quod apud Epiphan. *haer. XXIV. §. 2. Opp. tom. I. pag. 69.* Petau. legitur, quodque Caueus *l. l.* iam commemorauerat.] Baſilidianorum mira ſigilla ac myſticae figurae paſſim adhuc in veteribus gemmis exſtant, quales exhibent vel illuſtrant Iohannis Chifletii *Abraxas Proteus*, Kircherus *tom. 2. Oedipi part. 2. p. 459. ſeq.* Ioannes Macarius in *disquiſitione poſtuma de gemmis Baſilidianis.* [a Iohanne Chifletio vna cum eius Abraxa Proteo edita *Antverp. 1657. 4.*] Godfridus Wendelinus *epiſtola ad Io. Chifletium*, [eiusdem Chifletii comment. in gemmas abraxeas *p. 112.* inſerta.] Georgius Francus in *diſſ. de Abracadabra Sereni Sammonici*, Montfauconus *p. 180. palaeographiae graecae.* [quibus addendi ſunt Is. Beauſobre *Hiſtoir. du Manicheiſ. vol. II. p. 51.* Io. Bapt. Paſſeri in *diſſert. de gemmis Baſilidianis*, inſerta operi eius *de gemmis ſtelliferis*, (*Florent. 1750. fol.*) *tom. II. p. 221.* itemque Paul. Ern Iablonsky in: *diſſ. de nominis Abraxas vel Abraſax, in plerisque Baſilidianorum et Gnoſticorum gemmis obuii, vera et genuina ſignificatione*, in *Nov. Miſcellan. Lipſienſ. tom. VII. pag. 63. ſeq.* reperiunda, et Frid. Nicolai in libro: *Verſuch über die Beſchuldig. des Tempelherrnordens. vol. I. pag. 130. Keil.*] ISIDORVS, Baſilidis, filius ſcripſerat libros ἐξηγητικῶν in Prophetam Παρχὼρ ſiue Βαρκὼφ vv), a patre ſuo confictum, et librum περὶ προσφυοῦς ψυχῆς, et ἠθικὰ ſiue παραινέσεις, ex quibus fragmenta, a Clemente Alex. et Epiphanio ſeruata, exhibet et illuſtrat Grabius *tom. 2 ſpicilegii p. 65. ſeq.* [Imo vero ex Clemente Alex. tantum fragmenta iſta transſcripſit Grabius, omiſſis iis, quae apud Epiphan. *haer. XXXII. n. 4. p. 211. ſeq.* occurrunt, haecque eadem poſt etiam repetiit Maſſuetus *l. l. p. 315. ſeq.* De ipſo autem Iſidoro eiusque ſcriptis conferendus etiam eſt Caueus in *Hiſt. litter. ſcript. eccleſ. tom. I p. 57. Keil.*]

VALENTINI etiam fragmenta idem *p. 50. ſeq.* emendatiora exhibet, [quae eadem deinde repetiit quoque Maſſuetus in *Append. ad Iren. pag. 352-54.* addito tamen illo quoque, quod apud Epiphan. *haer. XXXI. §. 5. 6* occurrit, quodque Blondellus quidem ipſi Valentino tribuendum ſtatuit, alii vero, inque his nominatim Pearſonius *part. II Vindic. epiſt. Ignat c. 5.* rectius alicui diſcipulorum et ſectatorum eius vindicarunt.] Scripſerat enim ille *pſalmos, epiſtolas, homilias, et euangelium* ww). Num librum etiam, qui *Sophia* inſcriptus fuerit, neſcio an ſatis firmiter probetur xx) ex his Tertulliani *c. 2. adverſus Valentinianos*:

vv) Volunt quidem plerique, priori vocabulo eundem prophetam ſignificari, quem Baſilides Βαρκὼφ dixerit. Verum cum modo monuerimus, Baſilidem plures adhuc alios praeter Barcabbam et Barcoph prophetas in ſcenam produxiſſe, non videtur certi quid ea de re definiri poſſe. *Keil.*

ww) De prioribus quidem horum ſcriptorum certiora conſtant, quam de poſteriori, euangelio, quanquam nec de hoc dubitandum eſſe indicauit Caueus in: *Hiſt litter. ſcript eccleſ tom. I p 51.* At enimuero abunde ab aliis eſt demonſtratum, admodum dubiam eſſe huius euangelii, ab ipſo quidem Valentino confecti, fidem, licet caeteroquin ſatis conſtet, inter diſcipulos eius falſum aliquod euangelium omnino in vſu fuiſſe; qua de re videnda ſunt, quae poſt Grabium *l. l* itemque Fabricium in *cod. apocryph. N. T tom. I. p. 380.* obſeruauit Chr. Franc. Guil Walchius in: *Hiſtor. haereſ. vol. I. p 349. Keil.*

xx) Ita quidem omnes adhuc cum noſtro hac de re ſtatuere. Verum nunc paulo certiora de illa licet pronunciare, cum iam teſte b. Woidio in: *Beyträge zur Beförder. theolog. und anderer wicht. Kenntniſſe*, a Ioh. Andr. Cramero edit. *voll. III. p. 82.*

nianos: [?] *Docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Salomonis.* Notum enim est, inter Valentini aeones fuisse etiam Sophiam, quemadmodum et inter Cabbalistarum Sephiroth Sophia locum nobilem occupat, e qua Iudaeorum Cabbala Valentinianorum aeonum συζυγίας repetitas esse, probe obseruauit Ioh. Franciscus Buddeus, in *diss.* erudita *de haeresi Valentiniana*, quae introductioni eius ad philosophiam hebraeorum subiicitur. [in qua tamen sententia defendenda tantum abfuit, vt omnium applausum ferret, vt multorum potius contraria iudicia fuerit expertus; de quo vt plura nunc moneamus, cum locus hic non patiatur, lectores nostros inprimis ablegandos esse iudicamus ad ea, quae hac de re disputauit Walchius *l. l. p. 374. seq.*]

HERACLEONIS ἐξηγητικὰ *in euangelia* Lucae et Iohannis yy) ab Clemente Alex. et Origene memorantur et impugnantur. Vide Grabium *tom. 2. spicileg. p. 83. seq.* qui EPIPHANIS quoque fragmenta ex *libro de iustitia p. 61. seq.* exhibet, seruata ab eodem Clemente zz). Et *p. 69-80.* fragmentum prolixum PTOLEMAEI, gnostici, ex epistola ad Floram, aduersus legem Mosaicam, quod Epiphanius haeresi *XXXIII. 3. seq.* seruauit. [Praeter hoc vero fragmentum nonnulla quidem Ptolemaei continentur etiam *l. I. c. 1. Iren. adu. haer.* verum de his vid. quae notauit Grabius in animadu. ad illum locum.]

MARCIONIS a), *antithesium volumen*, opus ex contrarietatum oppositionibus Antitheses cognominatum, et ad separationem legis et euangelii coactum, memorat Tertullianus *IV. 1. contra Marcionem*, et toto illo libro confutat. Itaque apud Hieronymum *1. aduersus Rufin.* male legebatur ἀρτιάσεις *Marcionis* pro ἀντιθέσεις, vt a Grauio recte animaduersum et in noua Hieronymi editione, quam curauit Marcianaeus, emendatum. Praeterea Marcion, reiectis caeteris sacris libris, duo συντάγματα suis commendauit, *euangelium Lucae* et *apostolicum*, siue epistolas decem Pauli, [exclusis nimirum epistolis ad Timotheum, Titum et

p. 82. sq. constet, etiamnum librum *Sophia* inscriptum MS. extare, licet hunc Valentino nominatim tribuendum esse, nondum fuerit ex mea quidem sententia, sat validis argumentis a viro illo euictum. *Keil.*

yy) De commentario eius in euangel. Lucae scripto non immerito dubitat Caueus in *Hist. litter. scriptt. eccl. tom. I. p. 53.* cum illa Lucae verba, quae fragmentum ex hoc, vt putant, commentario depromtum, spectant, data etiam occasione potuerit exponere, hincque nondum sequatur, eum in integrum Euangelium istud scripsisse. De eius autem commentario in Iohannis euangelium abunde testantur fragmenta ab Origene ex illo seruata, atque a Grabio *l. l. pag 85 117.* itemque Massueto ad calc. Irenaei, *p. 361-72.* diligenter collecta. Caeterum de hoc Heracleone praeter vniuersos scriptores de haeret. vett. inprimis cfcenda est Io. Vogt *Diss. de Heracleone et Heracleonitis*, inserta eius *Biblioth. Histor. Haeresiolog. tom. I. fasc. II. p. 2-3 sq.* *Keil.*

zz) Et repetita etiam post Grabium a Massueto ad Iren. *tom. I. p. 350. sq.* Praeter haec vero fragmenta Caueus quidem in *Hist. litter. scriptt. eccles. tom. I. p. 60.* Epiphanis quoque verba esse iudicat, quae ex *claro magistro* recitet Iren. *l. I. c. 5. n. 3.* quaeque proinde repetat quoque Epiphan. *haer. XXXII. n. 5.* haecque in re cum illo consentit etiam Dodwellus *Diss. IV. in Iren. §. XXIV. pag. 340.* itemque Grabius cum in *Not. ad Iren.* tum in *Spicileg. tom. II. p. 60.* licet hic sub finem pag. hanc sententiam iterum deserere videatur. *Keil*

a) Alius Marcion Smyrnaeus, qui de simplicium medicamentorum effectibus scripsit, teste Plinio *XXVIII. 4.*

et Hebraeos,] ambo variis modis interpolata [b]), de quibus prolixe Epiphanius *haer. i XLII.* et idem Tertullianus, qui etiam *epistolarum* Marcionis mentionem facit *lib. 1. contra Marcion. c. 1.* et *lib. 4. c. 4.* et *de carne CHRISTI c. 2.*

MONTANI, ALCIBIADIS [c]), THEODOTI, ATTALI, necnon mulierum PRISCAE siue PRISCILLAE et QVINTILLAE atque MAXIMILLAE, *prophetiae visione et reuelationes* [d]), passim memorantur, quibus plurimum tribuit Tertullianus (episcopum etiam romanum [e]) illas agnouisse testatus *c. 1. aduersus Praxeam*) et auctor Actorum

b) Aduersus hanc interpolationis vtriusque scripti consulto atque dolose a Marcione susceptae culpam, a veteribus ecclesiae scriptoribus ei impactam, plures nostrae aetatis viri docti felicissimo cum successu defendere studuerunt, quanquam non vnam eandemque omnes in illa re suscipienda viam inierunt. Ac de eius quidem euangelio Semlerus (in *Praefat. Townsonii Dissertatt. de quatuor euangeliis vol. I.* praefixa aliisque scriptis,) Loefflerus, (in *Disp. qua Marcionem Pauli epp. et Lucae euangel. adulterasse, dubitatur, Traj. ad Viadr. 1788. 4.* recusa in: *Commentatt. theolog. a Veltbusenio, Kuinoelio et Ruperto edit. vol. I. p. 180. sq.*) atque Korrodi (in: *Beyträgen zur Beförderung des vernünftig. Denkens in der Relig. vol. XVI. pag. 28. sq.* itemque in: *Versuch einer Beleuchtung der Gesch. des jüdisch. und christl. Bibelkan. vol. II. p. 158.*) hanc sententiam stabilire studuerunt, Marcionem non Lucae, sed alio euangelio, cui tamen in quibusdam partibus magna cum illo intercederet similitudo, vel alia saltem illius euangelii recensione, vsum esse; Griesbachius vero in *Curar. in histor. text. graec. epistol. Pauli Spec. I. Sect. III. §. 8. pag. 92.* ipsum Marcionem putauit ex euangelistarum, praecipue Lucae, commentariis narrationem de rebus a Iesu gestis in suorum vsum composuisse; Io. Ern. Christ. Schmidius denique in Marcionis euangelio genuinum Lucae euangelium sibi agnouisse visus est in peculiari commentatione super ea re scripta, (*Das ächte Evangelium des Lukas, eine Vermuthung.*) inserta ea Henkii: *Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte. vol. V. part. III. p. 468. seq.* Quod vero Apostolicum eius attinet, eius quidem defectum, in epistolis vel vniuersis, vel singulis conspicuum, iidem, quos modo nominaui, viri ex eo explicare studuerunt, quod vel nonnullae Pauli epistolae ei plane non notae fuerint, vel mutila eorum exemplaria nactus fuerit; diuersitatem autem eius a lectionis potius varietate, quam ab interpolatione, ex industria ab eo facta, repetere maluerunt; Schellingius vero, V. C. et Ienensis Academiae hodie Professor, in doctissimo libello *de Marcione Paulinarum epistolarum emendatore, Tubing. 1795. 4.* rem sic potius expedire studuit, vt catholicae ecclesiae doctores ipsum Marcionis Apostolicum inspexisse [illegible] negaret, cui tamen sententiae plura eaque [illegible] seueriori examine dignissima obiecta sunt in *Ephem. litter. Tubing. an. 1795. p. 473. seq.* itemque *Ephem. vniuers. Salisburgens. eiusd. an. vol. II. p. 937. seq.* Keil.

c) Vid. Euseb. *V. 3.*

d) Quas litteris etiam consignatas fuisse, luculenter adparet, cum ex earum fragmentis, ab Epiphanio, vt ipse Fabricius notauit, seruatis, tum ex eo etiam, quod Theodoretus *haer. fabul. l. III. c. 2.* diserte commemorat Priscillae et Maximillae συγγράμματα, easque a Montano προφητικὰς βίβλους tradit adpellari. Atque etiam Tertullianus, quanquam nuspiam librorum Montanisticorum [illegible], passim tamen sententias vatum, ipsis eorum [illegible] transcriptis, recitat. Caeterum de his prophetiis inprimis lectu digna sunt, quae obseruauit Christ. Franc. Guil. Walchius in *Hist. haer. vol. I. p. 620. sq.* Keil.

e) Quisnam vero ille fuerit, admodum controuersum est, cum ipse quidem Tertullianus nomen eius non expresserit. Plerique tamen eo inclinant, vt Victorem eum fuisse statuant, huiusque opinionis suae hanc etiam non improbabilem [illegible] adiiciunt, vt, quoniam ille ecclesias Asiae in causa paschali sibi aduersantes, ob scandalum non commode potuerit excommunicare, alia eum via [illegible] nem adgressum esse defendant, ideoque cum reliquis Asiae ecclesiis, Montano tum fauentibus, quibuscum ipsi conuenisse, litteras pacis voluisse indulgere, sicque caeteris, vt secum communicarent, iniungere. Alii tamen de Aniceto, alii de [illegible] thero, alii denique de Zephyrino cogitare [illegible] runt, quarum sententiarum defensores cognosci pote-

Actorum SS. Perpetuae ac Felicitatis, quem tamen Montaniſtis adſcribere f) veretur Dodwellus *diſſ. IV. Cyprianicae §. 8. ſq.* et Ruinartus in *actis ſelectis martyrum*, [in quibus, quae de Actis his in vniuerſum diſputauit, ea recudenda nuper curauit Gallandus in: *Proleg. ad bibl. PP. tom. II c. XI. p. XXIII.* qui et ipſa acta illa, ab Holſtenio primum plene edita, ex eiusdem Ruinarti editione *ibid. p. 167. ſeq.* repetiit.] Et Tertulliano illa acta fuiſſe negat g) Conringius in *epiſtolis ad Furſtenbergium* [?] epiſcopum Paderbornenſem, quas ſi placet vide *p. 28. ſeq.* Montani ſcholae deberi partem *Oraculorum*, quae velut *Sibyllina* hodie circumferuntur, virorum quorundam doctiſſimorum, ſed parum veriſimilis eſt, hariolatio, vt notaui ſupra *lib. 1. c. 33. n. 16.* [*Vol. I. p. 282.* edit. recent. vbi tamen inter ſententiae huius defenſores omiſſa eſt mentio Ludou. du Four de Longuerue in: *diſſertt. de variis epochis et anni forma veterum orientalium etc. a Io. Dieter. Winklero, Lipſ. 1750. 4.* editis *p. 255. ſeq.* Sed legenda ſunt, quae huic ſententiae oppoſuit Gallandus in *Proleg. ad bibl. PP. tom. I. cap. XVI. p. LXXVII. Keil.*] Pauca quaedam prophetiarum Montani fragmenta apud Epiphan. haereſi XLVIII. [num. 4. 10. 11. 13 et alibi.]

[His Montaniſticarum partium ſcriptoribus addi quoque debet THEMISON, quem Apollonius apud Euſeb. *H. E. l. V. c. 18.* tantum ſibi tradit ſumſiſſe, vt more apoſtolico *epiſtola catholica* eccleſias ad recipienda Montani vaticinia hortaretur, in dominum, vt addit, apoſtolos et ſacroſanctam eccleſiam impie locutus. cf. Caue in: *hiſtor. litter. ſcript. eccleſ. tom. I. p. 75. Keil.*]

PROCLVS ſiue PROCVLVS h), qui *contra Valentinianos* ſcripſit teſte Tertull. *c. 5. contra Valentinianos, virginis ſenectae i) et Chriſtianae eloquentiae dignitas*, idem Montani aſſecla, in Theodoriti [*haer. fab. lib. III. c. 2.*] codicibus male Patroclus k), quem Caius

 teſte

poterunt ex Io. Geo. Walchii *Hiſtor. eccleſ. N. T. p. 888. ſeq.* Keil.

f) Id quod facere ſuſtinuerant Henr. Valeſius in *Praefat.* ad editionem Holſtenii et Sam. Basnagius in *Annal. ad an. 203 num. V. tom. II. p. 224* itemque in *Hiſtoir. de l'egliſe, tom. II. p. 1062.* Horum tamen poſteriori non ſatis fuit, iſtorum Actorum auctorem Montaniſmi accuſaſſe, ſed ipſas etiam martyres iſtas in eiusdem erroris ſuſpicionem adducere ſtuduit, a qua tamen eas poſt multo cum ſtudio liberare annıſus eſt Ioſeph. Auguſt. Orſi in: *Diſſ. apologetica pro ſanctarum Perpetuae et Felicitatis et ſociorum martyrum orthodoxia, Florent. 1728. 4.* Keil.

g) Quem tamen nonnulli ipſum horum Actorum auctorem fuiſſe ſibi perſuaſerant; de quo vid. quae contra eos monuit Ruinartius apud Gallandum *l. l. p. XXIV. § V. et VI.* Keil.

h) Hunc enim vnum eundemque eſſe, quamquam pluribus de cauſis negare ſuſtinuit Valeſius in: *Annotatt. ad Euſeb. l. VI. c. 20. pag. 123.* argumentis tamen, vt nobis quidem videtur, non incommodis euicerunt, praeter Steph. le Moyne, ab ipſo Fabricio laudatum, Caueus *l. l. tom. I. p. 100* et Tillemont in: *Memor. eccleſ. tom. III. part I. not. 15. ad vit. Tertulliani, p 552. ſeq.* *Keil.*

i) Huius poſterioris vocabuli loco Halloixius *Scriptor. eccleſ. oriental. tom. II. p. 815.* legendum potius eſſe ſtatuit *ſectae*, putatque, coetum Montaniſtarum nullam aliam ob cauſam *virginem ſectam* a Tertulliano dici, niſi ob virginitatem et caſtitatem, cuius ſingularem laudem fuerit ſectatus, ſcripſiſſetque haec Tertullianum, quum Montano iam fuiſſet addictus; cuius coniecturae penes alios ſit iudicium. *Keil.*

k) Eodem modo hac de re etiam iudicauit le Moyne in: *Not. ad Var. ſacr. p. 943* et recte quidem, cum de eodem viro ſermo ſit, qui a Caio fuerit impugnatus, quique Photio et Euſebio conſtante

teste Photio *cod. III.* et Euseb. *II. 25. III. 31. hist.* impugnauit. Confer Stephanum le Moyne *notis ad Varia pag. 939 943.* [De aliis Proclis nonnulla disputat Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der evangel. Gesch. part. II. vol. II. p. 408. seq.*]

IVLII CASSIANI [l]), qui Valentini discipulus et docetarum promachus fuit, ἐξηγητικῶν volumina et librum περὶ ἐγκρατείας ἢ περὶ εὐνουχίας memorat, ex iisque nonnulla producit Clemens Alexandrinus. [imprimis *Strom. l. III. c. 13.* vbi huius posterioris libri fragmentum aliquod exhibet, in quo, quae de Salome narrantur, ex euangelio secundum Aegyptios desumta esse monet.]

De PHILVMENAE *reuelationibus* siue Φανερώσεσι, quas [teste quidem Tertull. *de praescript. cap. 30.* et auctore *append. c. 51.* itemque Theodoreto *haeret. fabul. l. I. c. 25.*] iactauit APELLES [m]), et de Apellis ipsius *libris syllogismorum* aduersus Mosis historiam, quorum quadragesimum allegat Ambrosius *lib. de paradiso c. 5.* vide B. Ittigii *diss. de haeresiarchis p. 158.* Meminit etiam Origenes *Homilia 2. in Genesin: Apelles discipulus Marcionis, sed alterius haereseos magis quam eius, quam a Magistro suscepit, inuentor extitit. Is dum assignare cupit scripta Mosis nihil in se diuinae sapientiae, nihilque Sancti Spiritus continere, exaggerat huiusmodi dicta etc.* [Eosdem libros haud dubie in animo etiam habet Eusebius *Hist. eccles. lib. V. c. 13.* plurima eum narrans aduersus legem mosaicam impie esse locutum, multisque libris maledicentissimis oracula diuina insectatum, dum ea confutare et penitus euertere magno studio fuerit molitus. Praeterea vero conferenda etiam, quae de his libris eius obseruat Tillemont. *l. l. not 4 ad loc. de Marcionit. t. II. part. II. p. 517. sq.*] Omitto de falso Apellis euangelio [n]), quod Hieronymus prooemio in Matth. commemorat, siue de corruptione, sacris euangeliorum libris ab Apelle illata, quam alteri etiam Marcionis discipulo, LVCANO [o]), tribuit Origenes *2. contra Celsum p. 77.* μεταχαράξαντας δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἄλλους ἐκ

stanter dicitur Πρόκλος, hineque id ipsum Πρόκλου nomen iure in suis Theodoreti editionibus exhibuerunt Sirmondus et Io. Ludou. Schulzius. *Keil.* in Benedictinorum etiam editione fuerit omissa; qua de re videnda, quae obseruauit Tillemontius *l. l. tom. II. part. II. pag. 518. seq.* *Keil.*

l) Quem eundem cum Cassiano, a Theodor. *haer. fabul. l. I. c. 8.* inter Valentinianos collocato, suspicantur Tillemontius *Memor. eccles. tom. II, part. II. p. 178.* et Chr. Guil. Franc. Walchius in *hist. haeres. vol. 1. p. 441.* *Keil.*

m) Quem Tertull. *de praescript. c. 6.* et *de carne Chr. c. 6.* Philumenam istam tradit compressisse, cuius tamen narrationis falsitatem multis ostendere studuit Beausobrius in: *Histoir. du Manich. liv. IV. ch. 5. tom 2. p. 78. seq.* Quod autem Augustinus *de haer. c. 24.* ex vulgarium quidem editionum lectione hanc Philumenam non Apelli, sed Seuero vindicat, id plerique ex librariorum errore quodam ortum esse statuunt, cum in pluribus codd. tota haec φάσις desideretur, ideoque

n) De quo plura disputauit noster in: *cod. apocryph. N. T. tom. I. p. 339. seq.* et praeter eum nuper etiam S. V. Kleukerus: *über die Apocryphen des N. T. pag. 89. seq.* quorum vterque tamen in isto Apellis euangelio de corruptis potius et compilatis catholicae ecclesiae euangeliis, quam peculiari libro, ab ipso Apelle effecto, vult cogitari, probabilius sane, vt eo iudicat, quam olim iudicauit Millius, in *Proleg. ad N. T. n. 341.* euangelium istud, collectione quadam istius Philumenae φανερώσεων putat constituisse. *Keil.*

o) Qui idem haud dubie est cum eo, quem Epiphan. *haer. XLIII.* Io. Damascen. *de haer. c. 43.* et Nicetas *thesaur. orthod. fidei IV, 15.* Lucianum adpellant, quanquam non defuerunt, qui vtrumque

κ οἶδα ἢ τὰς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τὰς ἀπὸ Οὐαλεντίνου. οἶμαι δὲ καὶ τὰς ἀπὸ Λευκίου [p]).
Hic verum idem sit [q]) cum LVCIO siue *Leucio Charino*, Apocryphorum *Periodorum Apostolorum* auctore, quas recenset Photius *cod. CXIV.* [et praeter hunc commemorant etiam Augustin. in *Act. c. Fel. c. Manich. l. II. c. 6.* Auct. libr. *de fide contr. Manich. c. 5.* Gelasius in *Decret. de lib. apocryph.* Innocentius I. in: *epist. ad Exup.* Pseudo Hier. in *epist. ad Chromat. et Heliodor.* et alii,] et de quibus in *codice apocrypho Noui Test.* [*tom. II. p. 768. seq.*] a me dictum est [r]), eruditi viderint.

De HERMOGENE, [cuius librorum multa apud veteres indicia habentur, licet nec ipsi libri, nec eorum inscriptiones ad nos peruenerint,] ac THEODOTO nihil habeo quod addam clarissimi Cauei [*l. l pag.* 74. et 87.] obseruatis, iisque quae de Theodotis supra in Clemente Alexandrino dicta sunt [s]). Itaque iam ad tertii a CHRISTO nato saeculi scriptores Christianos progredi iuuat.

[P] XXV. S. HIPPOLYTVS, doctor ecclesiae γλυκύτατος καὶ εὐνέστατος [a]) *dulcissimus et perspicuus maxime*, discipulus S. Irenaei, ut Hippolyto ipso teste *Photius* cod. CXXI. p. 302. scribit: sed quod ibidem Origenis [b]) familiarem et ἐργοδιώκτην facit, licet suffragio *Syncelli* p. 358. confirmetur, error est ex male intellectis *Euseb.* i VI. 23. et *Hieronymi* c. 61. (catalogi, (vbi v. interpr.) verbis haustus, atque ab *Valesio* ab Euseb. et *Huetio* in Origenianis libr. I. c. 2. §. 8. p. 11. confutatus. Similiter parum exploratum, quod recentiores quidam [c]), nescio

...ue diuersum fuisse statuerent: quos inter nominatim pertinet Ludou. de la Cerda *Not. ad Tertull. tom. II. p. 128.* Verum eundem fuisse, docet maxima eorum, quae de vtroque narrantur, conuenientia; atque cum haud dubie maior fides habenda sit scriptoribus antiquioribus, quam recentioribus, vix licet dubitare, eum Lucani nomine fuisse adpellatum, quod quippe nomen eius memoriae prodiderunt Tertullianus *de resurr. carn. c. 11.* et Auct. adpend. *de praescript. c. 51.* Origenes *contr. Cels. l. 11. Opp. tom. II. p. 77.* atque Philastrius *de haer. c. 46.* Contra vero omnino diuersus fuit noster a Luciano, Arianorum martyre, a quo Lucianistae nomen traxerunt, aliisque huius nominis, de quibus plura dixit noster supra *l. IV. c. XVIII. §. 4. vol. V. p 361. seq.* *Keil.*

p) De huius etiam viri euangelio conferenda, quae scripsit noster in *cod. Apocr. N. T. tom. I. p. 353.* et *tom. III. p. 538.* itemque Millius in *Proleg. ad N. T. n. 333. seq.* et Kleukerus *l. l. pag. 181. seq.* *Keil.*

q) Quod ipsum certo quidem affirmare non audet, sed probabile tamen iudicat Caueus in: *Hist. litt. script. eccles. tom. I. p. 83.* Millio contra *l. l.* audacter id defendente. Quid vero de Kleukeri, nomen hoc Lucii pro falso et ad imitationem nominis Lucae, euangelistae, effictum habentis, coniectura *l. l. p. 182.* proposita, statuendum videatur, penes alios sit iudicium. Mihi quidem non videtur firmo satis fundamento niti. *Keil.*

r) Quibus iungenda sunt, quae de eodem libro disputarunt Millius *l. l. n. 337. seq.* Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der evangel. Gesch. part. II. tom. III. p. 725. seq.* et Kleukerus *l. l. p. 318-57.* qui et ea examinauit, quae Beausobrius de eo disseruit in: *Histoir. du Manich. tom. I. p. 377. seq.* *Keil.*

s) Cum quibus tamen conferri adhuc merentur, quae praeter alios de Hermogene quidem disputauit Chr. Guil. Franc. Walchius in *Histor. haer. vol. I. pag. 576. seq.* de Theodoto autem *pag. 547. seq.* *Keil.*

a) *Chrysost.* homil. de Pseudoprophet. tom. VI. pag. 401.

b) Vide supra in Clemente Alex. *Baronium* ad A. C. p. 229.

c) [n. Bullus et Beueregius] *Origene* praesente homiliam de laudibus IESV CHRISTI habuisse Hippolytum, scribit *Nicephorus* IV. 31. tom. I. p. 330.

nescio quo auctore, tradunt, Hippolytum Clementis Alex. fuisse discipulum [d]), [illegible] episcopum [e]) fuisse constet, nomen vrbis Eusebius tacuit, Hieronymus scire se potuisse negauit. Portus Romani, non Ostiensis in Italia, sed celebris in Arabia hoc nomine emporii [hodie *Aden* siue *Adon.*] episcopatum gessisse, doctissimi viri, *Stephani le Moyne*, [illegible] est, qui de Hippolyto eiusque scriptis copiose disseruit in prolegomenis notisque ad Varia Sacra, et praeter Tillemontium ac Caueum de hoc est consulendus [f]). Idem Arabem natione

p. 330. hist. et ante eum *Hieronymus* c. 61. catalogi.

d) Socium eius fuisse, scribit *Semlerus* in selectis capp. histor. eccles. I. p. 73. vbi plura de Hippolyto disputat. *Harl.*

e) *Coteler.* tom. 2 monument p. 639.

f) *S. Hippolytus Arabum Metropolitanus* dicitur in Actis S. Aureae sub Alexandro imper. passae. v. acta sanctor tom. VII. Maii pag 319. *Fabr.* De patria, praeceptoribus et aetate Hippolyti, atque loco, quo episcopi munus gesserit, scriptisque, quod ea, quae a scriptoribus traduntur, inter se discrepant, variae diuersaeque enatae sunt sententiae atque coniecturae. Vide praeter eos, quos laudauit Fabricius, *Cas. Oudini* comment de S. S. eccles. tom. I. p 221. sqq. *Iac. Basnagii* animadu. de vita, morte et scriptis Hippolyti, in *Canisii* lectt. antiq. tom I. pag 3. sqq. ed Basnag Amsterd. 1725. fol. auctores libri Histoire liter. de la France, tom. I pag. 316. *Gottlieb Stolle* Nachricht von den Kirchenvätern pag. 129. seqq *I. G. Walch.* hist. eccles. N. T. pag. 971-976. *Nathan. Lardner* in The Credibility of the Gospel History, part II. vol. III Londin. 1738. p. 78. — *Molleri* homonymoscopiam, pag. 48[illegible]. sqq. — *Hamberger* zuverläss. Nachricht II. pag. 508. sqq *Saxii* Onomast. I. pag 353. sq. et alii, quos Stolle ac reliqui excitant *Roesler* in: Bibliothek der Kirchenväter, t. II p 328. sqq. tantum adtulit, quae Photius in cod. CXXI. et CCII. prodidit de Hippolyto. Saxius nominat eum Portuensem in Arabia episcopum, theologum et chronologum, cumque, scribit, initio principatus Alexandri Seueri, a. C. 222. (vtpote quum ad hunc annum temporum canones perduxisset, teste *Hieronymo* de scriptt. ecclesiast. c. LXI. pag 69.) fuisse illustrem. Add. *Basnage* in Ann. pol eccles tom. II. pag 28[illegible]. Num vero fuerit episcopus Portuensis, res aliis dubia videbatur. Scriptores enim historiae litterar. Gall arbitrantur, eum, quod Irenaei fuisse dicitur discipulus, Galliam habuisse patriam, et episcopi sacri munus administrasse, nulli tamen certae [illegible] adstrictum, sed vt eius condiscipulum [illegible], Caium, ex eo genere fuisse episcoporum, qui postea audirent episcopi in partibus infidelium; eumque modo in Oriente, quoniam Origenem habuerit auditorem, (v. not. *b.*) versatum, modo in occidente, quoniam aeram [illegible] chronologiam sequatur, Latinis suetam, post alios statuit Hamberger. Sed haec atque *Tillemontii* commentum in: Mémoires pour servir à l'histor. eccles. tom III. part II. pag. 341. haud sunt [illegible]. Aeque minus probata est Walchio, [illegible], Baumgartenio, Woogio etc. coniectura, licet ingeniose excogitata, *Christoph. Augusti Heumanni*, qui in *diss.* peculiari, *in* [illegible], *et qualis episcopus fuerit S. Hippolytus, saeculi tertii scriptor ecclesiasticus*, Gottingae a. 1737. habita, (recusa in eiusd. Primitiis Gottingensibus academicis. Hannou 1784 n XVII p g. [illegible] sqq.) demonstrandum sibi sumsit Hippolytum fuisse *episcopum*; neque tamen ecclesiae [illegible], sed *ciuilem*, ii portus romani, hoc est [illegible], praefectum s. vt hodie loquimur, inspectorem portus seu *episcopum nauium publicarum*, adeoque virum illustri dignitate spectatum: hinc docet, episcopum etiam dignitatis ciuilis nomen [illegible]. Contra in nota n ad §. VI seu contra [illegible] *le Moyne*, cui tamen *Oudin* (pag 22 [illegible] recentiores histor eccles. consectiores sub[illegible]bunt,) portum romanum, cuius episcopus fuerit Hippolytus, in Arabia quaerentis, somnium habet, iam a *Basnagio* in hist de l'Eglise l. [illegible] I, cap. 4. § 4 pariter explosam ac testimonium [illegible] *tini* (in lectione III. de sectis pag 430.), et *Anastasii Sinaitae*, (in Hodego p 356.) Hippolytum *romanum* fuisse episcopum. Porto euincere conatur Heumannus, Hippolytum fuisse ciuem Romanum, et, quod statua ei posita sit a propinquis marmorea, virum honoribus pariter ac [illegible] clinica-

...one fuisse contendit, et vltra Alexandri Seueri, (qui a. Ch. 222. regnare coepit,) tempus ad ...hilippi Arabis vsque g), (qui a. Ch. 244. regnare coepit,) imperium aetatem produxisse. ...Martyrium Hippolyti, aquis vt aiunt mersi, celebrant Martyrologia 22. Augusti. *Pruden-...tius* autem hymno XI. περὶ στεφάνων res trium Hippolytorum Martyrum h) inter se confu-...disse arguitur a *Baronio* ad Martyrolog., Chamillardo et Cellario ad Prudentium, Caueo, Sam. ...Basnagio aliisque, licet omnia ad vnum Portuensem referenda contendat *Theodoricus Ruinar-...tius*, qui illum Prudentii hymnum cum notis suis exhibet in actis selectis martyrum pag. 155. ...seq. i). Epistolae Dionysii Alex. Romam διὰ Ἱππολύτου perlatae meminit Eusebius extremo ...libri VI. hist.

[2] 1. A. C. 1551. non procul ab aede Laurentiana ad vrbem Romam effossum anti-...quum marmor, atque Cardinalis Cervini (postea Marcelli II. pontif. max.) studio colloca-...tum in Bibl. Vaticana, in quo statua sedens episcopi, et descriptus ex vtroque latere sedis ...siue cathedrae litteris graecis, praeter catalogum scriptorum Hippolyti *Canon Paschalis*, pe-...riodi XVI. annorum, incipiens ab anno 1. Alex. Seueri, qui est CHRISTI 222. Hic *grae-...ce* primum editus atque illustratus est a *Iosepho Scaligero* k) VII. de emendat. temporum p. 721.

...eminentem, quamquam non, qui error est Til-...lemontii, senatorem romanum; eumque, deserto idolorum cultu, transisse in castra Christianorum: In cod. *Bodleiano* MMDLXVII. qui continet narrationes de vitis sanctorum, priscis versibus anglicis ab antiqua manu scriptas, est nr. 56. *vita Hippolyti*. v. catal. codd. Angl. et Hibern. pag. 136. pariter inter codd. collegii S. Trinit. *Dublini*, nr. DXXIX. in collectione vitarum plurium: num vero in oratione vel ligata vel soluta scripta sit vita, non additur in catal. codd. Angl. et Hibern. II. 2. pag. 35. *Harl.*

g) Admodum aetate prouectum Hippolytum fuisse oportet, S. Irenaei discipulum, si Philippi Arabis aetatem adtigit. Neque martyrium apte conuenit temporibus Philippi, quod alii vel ad A. C. 230. [ex. gr. Oudinus pag. 223.] Alexandri Seueri IX. vel, (vt *Dodwellus* diss. XI. Cyprian. §. 49.) ad a. C. 235. Maximini I. [vt Basnage] vel plane ad 250. sub Decio collocant. Certe Noeti haeresin perstrinxit Hippolytus, quam non multo prius erupisse Epiphanius testatur. Vide *Tillemontium* in Hippolyti vita, et in haeresi Noeti.

h) *Hippolyti* Antiocheni presbyteri, *Hippolyti* militis, quem S. Laurentius baptizauit, et *Hippolyti* Portuensis. Vide *Baron.* ad martyrolog. Rom. 30. Ian. et 13. ac 22. Augusti, *Chamillard* ad Prudentium pag. 278.

i) *Ruinarti* admonitionem in martyr. Hippolyti cum Prudentii hymno recudi fecit Fabr. inter testimonia de illo in sua Hippolyti edit. collecta pag. XIII. sq. Sed Ruinartum errasse, docet *Sam. Basnag.* annal. polit. eccles. tom. II. pag. 288. adstipulante *Heumanno* l. c. §. XII. sq. p. 251. sq. Atque *Walch.* l. c. pag. 974. quamquam Heumanni argumentum, ab silentio Eusebii atque Hieronymi ductum, non adeo validum esse censet; tamen non diffitetur, quae de martyrio Hippolyti narrentur, pleraque esse incerta tenebrisque inuoluta. *Harl.*

k) *Scaligeri* opus de emendat. temporum primum vidit lucem Paris. A. 1583. fol. deinde auctius recusum Lugd. Bat. ap Plantin. 1598. atque inde Geneu. [Colon. Allobrog. typis Rouerianis] 1629. Gruteri inscriptiones lucem viderunt ex Commelini officina A. 1600. et cum insignibus obseruationibus splendide recusae Amstelod. 1707. *Fabr.* *Scaliger* ex opere suo de emendat. temp. ante editionem II. separatim euulgauit *Canonem*, cum accessionibus quibusdam. In edit. Colon. Allobr. exstat canon ille cum Scalig. notis pag. 721. seqq. Inscriptus autem est lib. *Hippolyti episcopi canon paschalis cum Iosephi Scaligeri commentario. Excerpta ex computo graeco Isaaci Arguri de correctione Paschatis. Iosephi Scaligeri elenchus et castigatio anni Gregoriani.* etc. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Franc. Rapheleng.

p. 721. insertus etiam ex *Pighii* apographo, sed sine notis, thesauro inscriptionum *Gruteri* p. CXL. seq. Latine cum commentario *Aegidii Bucherii*, et veterum de Hippolyto testimoniis prodiit in *Bucherii* doctrina temporum, Antwerp. 1634. p. 295. [lat. et gr. in *Canisii* lectt. antiq. ed. Basnagii, vol. I. post nr. 1.] Sed praeter *Petauium* II, 61. doctrinae temporum, inprimis conferenda *Francisci Bianchini* Veronensis doctissima diatriba, qua canonem hunc Paschalem Scaligero et Bucherio minus intellectum illustrat felicissime, Rom. 1703 fol. Titulus libri est: *De Calendario et Cyclo Caesaris, ac de Paschali Canone S. Hippolyti Martyris dissertationes duae, ad Clementem XI. Pontificem Max.* Per vocabula ἐν ἐρήμῳ, Ἔσδρα, Ἔξοδος, Ἰωσίας &c. non lectiones Paschales denotantur, vt viris doctis [l]) persuasum; sed Paschata ipsa in V. T. memorata, et secundum Hippolyti Canonem certis adsignata terminis. Astronomus etiam sagacissimus *Io. Dominicus Cassinus* in academia regia Paris. a. 1696. animaduersiones suas in Hippolyti Canonem e scripto recitauit, de quibus vide *Io. Baptistam du Hamel* in regiae scientiarum academiae historia lib. IV. p. 414. seq. Adeundus etiam *Henricus Noris.* diss. 2. de epochis Syro-macedonum p. 117-119. edit. Lipsiens. *Antonius Pagi* et *Samuel Basnage* ad a. C. 222. Meminere Canonis Paschalis Hippolyti et ἑκκαιδεκαετηρίδος *Anatolius Alex.* in suo Canone Paschali, quem Bucherius edidit. p. 439. *Eusebius* VI. 22. hist. et ex eo alii, vt *Hieron.* c. 61. catalogi, *Niceph.* IV, 31. *Isidorus* VI. 17. Orig. *Syncellus* p. 358. 315. &c. Eusebii verba sunt σύγγραμμα de Paschate memorantis: ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος καί τινα κανόνα [?] ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ πάσχα προθεὶς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Ex quibus adparet, Canonem hunc fuisse clausulam operis de Paschate, in quo demonstrationes temporum Paschatis celebrandi Hippolytus digesserat usque ad primum Alex. Seueri annum, a quo Canon incipit. Λόγον πρῶτον περὶ τοῦ ἁγίου Πάσχα συγγράμματος laudat, et quaedam ex illo adfert Chronicon Alex. p. 6. edit. Cangii. Hippolyti memorata in laterculo marmoreo ἀπόδειξις χρόνων τοῦ πάσχα κατὰ τὰ ἐν τῷ πίνακι est ipse Canon Paschalis. At χρονικὸν desinens in Alexandro Seuero, magnam partem superesse videtur adhuc latine, editumque est a *Labbeo*, nihil tale suspicante, tom. 1. bibl. nouae MSS. Paris. 1657. fol. p. 298-309. atque emendatius a *Cangio* ad calcem Chronici Paschalis p. 413. [m]) Adde collectionem historicam ex Anonymo,

pheleng. 1595. 4. (10 plagg.) Notas, (quas a Scaligero in altera edit. interdum decurtatas fuisse, interdum retractatas, etiam Fabr. in edit. Hippol. singulis locis adnotauit;) hic ex I. edit. retinuit integras. Tum a pag. 18 addidit explicuitque comparationem veterum terminorum et verarum dominicarum cum rationibus Octaeteridis. A pag. 25. sequitur (ex opere de emendat. p. 327. ed. Colon.) *Isaaci Argyri* de correctione pascha, excerptum ex eius computo graeco, post canonion paschale, cum comm. Scaligeri. Denique a p. 34. usque ad finem *Liliani elenchus et castigatio*, contra Clauium et Posseuinum. Namque Scaliger adhuc viuus aduersarios est nactus: nec postea cuncti chronologi adsensum praebuerunt eius iudiciis: inprimis *Bucherius* et *Blanchinius* ostendere studuerunt, quanta esset huiusce canonis consensio cum priscis Latinorum rationibus, quanta etiam iniuria Scaliger tot illi absurda imputauerit. conf. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, vol. II. part II. pag. 1173. Fabric. in praef. et a pag. 4.. edit. *Harl.*

l) Confer *Tentzelii* de ritu lectionum sacrarum. Witteb 1684 §. 15 seq. *le Moyne* not. ad varia sacra p. 547. Ephemerides Paris. A. 1706. p. 919. [add. not. Fabricii in ed. Hippol. I. pag. 77.]

m) Sed ipse Fabr. secus sentit in nota o) p. 88. edit. Hippol. et pag. 42 ad locum Eusebii. Inprimis v. *Blanchin.* ibid pag. 114 sqq. qui, chronicon,

mo, qui ſub Alexandro Seuero vixit, apud *Caniſium* tom. 2. antiqu. lect. et *Schelſtratenum* in tom. 1. antiquitat. eccleſ. illuſtratae p. 521. ſeq. ac quae praeter Cangium in praef. *Thomas Galeus* apud *Caueum* parte 2. hiſt. litterar. et *Dodwellus* diſſ. de ſucceſſ. Pontif. p. 200. ſeq. *Fabr.* Secundum locum obtinet *canon* in ed. Hippolyti Fabriciana, quam quia ſaepius adpellare cogor, hoc ſtatim loco paullo vberius deſcribam. Inſcriptio autem haec eſt:

S. Hippolyti, epiſcopi et martyris opera, non antea collecta, et partem nunc primum e MStis in lucem edita, graece et latine. Acced. virorum doctorum notae et animaduerſiones, ac praeter aliorum commentarios in monumentum paſchale S. Martyris tabula triplici aenea expreſſum; diſſertatt. integrae virr. clariſſ. *Franc. Blanchini* et *Io. Vignolii* et ex *Virginii Vaiſechii* et *Philippi a Turre* ſcriptis excerpta, S. Hippolytum ſpectantia. Subiuncta appendix ſcriptorum dubiorum ſuppoſititiorumque, nec non, quaecunque reperiri potuere ex lucubrationibus *Hippolyti* iunioris Thebani. Curante *Io. Alb. Fabricio.* Hamburgi 1716. fol. — *vol. II. inedita hactenus nonnulla illius complexum*: graece alia cum latina interpretatione: alia arabice litteris deſcripta ſyriacis ex catena in Pentateuchum MS. bibl. Bodlei. cum verſione V. C. Ioan. *Gagnierii.* Acc. *ſpicilegium* patrum quorundam aliorum III. a C. N. ſaeculi, atque in hoc *Leonis Allatii* diatriba de *Methodiis* ac *Methodiorum* ſcriptis, et *Claudii Salmaſii* commentar. inchoatus in Arnobium nunc primum editus; denique adpendicis loco *Chalcidius* in Timaeum Platonis philoſophi emendatus et notis illuſtratus. Hamburg. 1718. fol. conf. de vol. I. acta erudit. lat. 1716. pag. 44. ſq. et acta erudit. germanice ſcripta part. XLII. pag. 400. ſeqq. — de vol. II. acta erud. et latine ſcr. 1718. pag. 442. et german. part. LVIII. pag. 808. ſq. aliaque acta litter. a Reimaro in commentario de vita &c. I. A. Fabricii pag. 159. ſq. citata. Reimarus quoque retulit argumenta binorum voluminum et alia quaedam ad hiſtoriam aut emendationem editionis Fabric. ſubiunxit, epiſtolaſque Fabricii atque Iani publicauit. Nam poſt mortem Millii, edit. Hippolyti molientis, Fabricius de ſua cogitare coepit editione. Sed quum iam primi voluminis operae longius proceſſiſſent, nuntius adfertur, Io. Guil. Ianum, Prof. hiſt. Witteberg. ſchedas accepiſſe Millianas et idem inſtitutum meditari. Rogat igitur per litteras Fabricius Ianum, deſiſtat a propoſito, et, quae habeat, ipſi haud inuideat: at Ianus denegat et ſe excuſat; memorat tamen, quae acceperit Millii collectanea aut quae aliunde conquiſiuerit. Sed poſt mortem Iani cognitum eſſe adfirmauit Reimarus, excepta Milliana interpretatione et paucis ineditis fragmentis exceptis, haud multa deeſſe in ed. Fabriciana. Contra ea Fabricium aliis haud ſpernendum reliquiſſe ſpicilegium, animaduertit *Woogius* in progr infra laudato pag. V. narratque, ſe quondam Oxonii inter ſchedas Io. Ern. Grabii, bibl. Bodleianae inſertas, reperiſſe multo plura fragmenta Hippolyti non edita, partim a Grabio collecta, partim ab aliis ex Vindobon. et Galliae biblioth. ipſi miſſa: add. *Walch.* hiſt. eccl. p. 975. Quae vero ſingula contineantur, poſtea in indice opuſculorum ſuo

nicon, a Caniſio, Labbeo et Car. du Freſne editum, contendit probatumque iuit, non eſſe Hippolyto epiſcopo adſcribendum, ſed auctori ſynchrono, qui vixerit ſub Alexandro Auguſto, conf. *du Freſne* in prolegg ad chronicon paſchale, et rec. in ed. Hipp. Fabriciana pag. 43. ſqq. ibid p. 49. ſqq. recuſum eſt ex ed. Labbeana *chronicon anonymi*, *quod ad Hippol. viri docti referunt*, *certe ſcriptum illa aetate*, *atque ante Caroli M. tempora lat. redditum*, vbi v Fabr. notam. De edd. et codd. adde ſupra, vol. IV. pag. 29. not. *ffff.* *Harl.*

quaeuis loco adnotabimus. Omissa tamen fragm. *La Croze* indicauit Fabricio. v. infra ad nr. 29. — *Hippolyti* opera exstant quoque in *Gallandii* bibl. gr. latina veterum patrum, vol. II. p. 409. seq. qui et in Prolegg. de eo disputauit. — In cod. *Paris.* bibl. publ. CDLIII. sunt Hipp. tabulae paschales, cum lat. interpret. e regione. Praemittuntur Hieronymi de illo testimonium et fragm. cat. eiusd. operum, e marmore diruto sedis illius in Vaticano. — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Fauole Paschali di S. Hippolito vescouo Portughese*, sec. *Montfauc.* Bibl bibliothecar. MSS. I. pag. 546. C. — Quum autem indubia omnia, atque ab Eusebio et Hieronymo adscripta opera, paucis exceptis fragmentis, perierint: *Oudinus* pag. 224. sqq. singula opera Hippolyto adtributa et sub eius nomine typis expressa, examinat, et pro adulterinis habet excepto fragm. infra nr. 6. citato. *Millius* etiam in prolegg. in N. T. ea, quae sub nomine Hippolyti feruntur, spuria fere esse iudicat, excepto forsan tractatu de Antichristo, quem pro genuino vendidat Combefisius. *Clarkii* suspicionem, in genere scripta, quae habemus, Hippolyti esse spuria, *Semler* in historia dogmatum, praefixa tomo II. Baumgartenianae theologiae polemicae pag. 211. sq. comprobat docetque, sub Hippolyti nomine centum forsan ann. post illius mortem scripta esse conficta, aut loca interpolata, aut in catenis ad commendationem collectionum maiorem nomen tantum illius fuisse vsurpatum, variaque adfert ad iudicium de scriptis et doctrina Hippolyti legitime ferendum. — In multis codd de quibus ad singulas sectiones sermo erit, occurrunt opuscula Hippolyto tributa, aut loca ex istis citata. Sic loca sunt excerpta in eclogis, quae differunt a parallelis Io. Damasceni, in cod. *Coislin.* CCXCIV. teste *Montfauc.* in Coisl bibl. pag. 412. et p. 590. cod. CCLXXVI. in catenas in Parabol. Salomonis, *ibid.* pag 66. cod. XV. et bibl. San-Germain, ap. *Montfauc.* in bibl. MSSt. II. pag. 1148. C in *Anastasii* quaestionibus et respons. ibid. in bibl. Coislin. pag. 188. codd. CXV. et CXVI. — inter commentar. in IV. libr. Regum ibid. pag. 45. (vbi dicitur Hippolyt. episc. Romae, i. e. portus-Romani) in cod. VIII. — et bibl. S. German. (v. *Montfauc.* bibl. MSS. II. p. 1048.) in catena in Psalmos et cantica S. S. ibid. p. 138. cod. LXXXI. — in catena in Pentateuch. *Venetiis* in bibl. Iustiniani. v. *Montfauc.* in Bibl. bibliotb. MS. p. 483. A. In bibl. *Vaticana* Romae sunt pluscula Hippolyti opuscula non clare designata, in *Montfauc.* bibl. biblioth MSSt. I. pag. 142. A. — conf. infra libr. V. 17. vol. VII. p. 736. vet. ed. — Quaedam in Hippolyti, *Patauii* in bibl. S Ioannis in Viridario, teste Tomasino. — Quaedam *erotemata Hipp.* cum *chronici* fragm. *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, (*Montfauc.* bibl. MSSt. I. pag. 196. C.) — Alia in cod. IV. bibl. *Mazarin.* Paris. et in cod. eiusdem biblioth. qui continet catenam in XII. prima Lucae capita, teste *Montfauc.* in bibl. MSSt. II. pag. 1308. et 1309. *Harl.*

2. Ἀπόδειξις περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου ad Theophilum quemdam, e codice Rhemensi et Ebroicensi graece typis luculentis edita Paris. 1661. 8. a *Marquardo Gudio* n), Holsato, postea poten-

n) Batauum vocat Combefisii exemplo *Tillemontius* tom. 3. memor. hist eccles. parte II p. 88. At *Caueus* parte 2. hist. literar. Hamburgensem; vterque minus recte. Fallitur etiam in eo doctissimus Caueus, quod Hippolyti expositionem in Susannam a Gudio editam scribit. Quum autem ille de Antichristo liber ab eo vulgatus esset, *Combefisius* A. 1662. in bibl. Concionatoria tom. I. pag 19. *Produxit*, inquit, *anno superiori ingenuus supraque aetatem eruditus ac literarum auidus adolescens Marquardus Gudius* περὶ τοῦ θεοῦ *minus suspectum Hippolyti opus, neque antiquo*

potentiss. Daniae regi a consiliis. Confer *Gudii* epistolas p. 49. seq. vbi variarum lectionum mentio, quas ex Italia adtulit Ewaldus Rulaeus, Harlemensis: et epistolas *Tan. Fabri* libro 2. epist. 70. pag. 323 seq. qui multis locis librum illum emendat atque illustrat; a *Combefisio* etiam cum latina versione et notis suis vulgatum in auctario nouissimo bibliothecae Patrum; Paris. 1672. fol. tom. I. p. 26. et latine recusum in bibl. Patrum, Lugd. 1677. t. XXVII. p. I. *De Antichristo* scriptum Hippolyti memorat *Hieronymus* in catalogo c. 61. et *Photius* cod. CCII. qui λόγον περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου vocat. Quod autem Hippolyti nomine *Io. Picus* graece et latine Paris. 1557. 8. in lucem dederat *de consummatione mundi ac de Antichristo et secundo aduentu Domini* περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου [καὶ] καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, eodem Combefisio iudice, *sequioris Graeciae monumentum est, ac plane stramineum, nihil aeui sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate theologi satisque in scripturis versati.* *Grotius* adpendice de Antichristo p. 60. *norint*, inquit, *lectores*, *esse suppositiтium; nam nomina usurpat quarto demum saeculo recepta.* Recusa Pici versio latina est Colon. 1563. 8. apud Maternum Cholinum, et ad calcem Iustini Mart. Paris. 1575. et in bibliothecis patrum cuiuscunque editionis: etiam graece et latine in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. 2. p. 342. Gallice interpretatus fuit *Nicolaus le Clerc*, Paris. 1566. et 1579. *Fabr.* *Demonstratio de Antichristo* num genuina sit, quaestio esse videtur Oudino. — Exstat emendatior in ed. Fabric. gr. ac lat. pag. 1. sqq. cum testimoniis de illo libro, et notis Fabricii, Combefisii, Gudii, et Tan. Fabri. Seruatur autem in aliquot codicibus. In cod. *Monach.* Bauar. (catal. codd. gr. p. 28.) — de Christo et Antichristo in cod. monast. *Remensis*, (*Montfauc.* bibl. MSSt. II. p. 1289. B.) — In multo pluribus tamen codd. reperitur spurium opusculum *de consummatione mundi* etc. e. g. in bibl. publ. *Paris.* in XIV. codd. secundum catal. codd. tom. II. *Montfaucon* in bibl. MSSt. XV. codd. variarum bibliothecarum refert: in *Vaticana Romae* in cod. DCCC. (Montfauc. I. pag. 14. A. et p. 33. C.) ibid. in bibl. quondam Petauii, (id. ib. pag. 66. B.) — ibid. in bibl. monasterii S. Saluatoris Basilianorum Messanae, (id. ib. p. 198. C.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. (id. ibid. pag. 498.) — In bibl. regia *Taurin.* in cod. CCCXX. (v. cat. codd. gr. pag. 402.) — *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. cod. XXI. nr. 13. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 270.) — In bibl. *Escorial.* de consummatione saeculi et de Antichristo: it. expositio in Danielem, quomodo vidit regna et de secundo aduentu. (*Plüer* in itiner. per Hispan. pag. 173.) — In bibl. *Bodlei. Oxonii* cat. codd. Angl. et Hibern. tom. I. nr. LXXXXIII. inter codd. Barocc. it. nr. CCLXXVII, 16. tum nr. DCCII. inter codd. Laudi, Hippol. *de antichristo et de resurrectione.* — inter codd. *Io. Seldeni* nr. MMMCCCLXXI. et MMMCCCLXXII. (ib. p. 162.) citantur *Hippolyti Thebani* episcopi sermones II. de consummatione mundi, gr. et de *genealogia B. Virginis.* — In bibl. Bauar. *Monach.* in cod. CXIIII. de consummat. mundi, (catal. p. 45.) — *Pici* versio latina etiam separata a graeco textu, Lutet. Paris. 1557. 8. occurrit in bibl. Leidens. (v. catal. pag. 49. vbi edd. Hippol. memorantur.) Oratio in II. aduentum I. Chr. et antichristi, in cod. *Mosquensi* synod. teste cl. *Matthaei* in notit. codd. Mosq. etc. p. 6. — In edit. *Fabriciana* libellus de consummatione &c. gr. ac lat. locum habet in adpendi-

antiquo episcopo dignum et martyre. Ex epistolis Gudii pag. 17. constat, Petrum de Marca et Henricum Valesium ipsi, vt hoc Hippolyti opusculum ederet, auctores fuisse.

adpendice pag. 4. cum lect. variis codicis Barocc. et praemissae sunt quorumdam virorum doctorum de eo censurae. Locum quemdam in frag. de Christo et Antichristo a Gudii et Combefisii suspicionibus vindicat, et ἀποκεκρυμμένα, *quae deus occulte tradiderat*, interpretatur *Francisc. Florius* in lib. de quodam Hegesippi fragmento etc. Bononiae 1793. 4. pag. 63. sq. alia loca *Morcell.* in ep. ad Fabr. in huius vita a Reimaro scripta pag. 300. seq. *Harl.*

3. *De Susanna et Daniele* fragmenta, e catena MSS. edita graece a *Combefisio* cum latina versione tom. I. auctar. nouiss. bibl. patrum p. 50-56. et latine ex Combefisii interpretatione tom. XXVII. bibl. patrum Lugd. pag. 9. [*Fabric.* in sua edit. I. pag. 271. sqq. ampliora de *Daniele ac Susanna* reddidit fragmenta. In catenis in plures V. T. libros atque adeo de Daniele saepius laudantur, e. gr. in cod. *Florent.* Medic. IX. Plut. V. (*Bandin.* I. p. 24. seq. qui aliquot schol. Hipp. excerpsit) in codd. *Marcianis* Venet. secundum catal. gr. codd. pag. 17. bis 20. 21. et 22. in cod. bibl. Cardin. *Sfortiae* (*Montfauc.* bibl. MSS. I. p. 703. E) — in cod. *Escorial* citato. — Fragm. de Susanna in cod. quodam Parif. — *Woog* in progr. pag. V. narrat, se inuenisse in schedis Grabii MSSt. plura ex Hippolyti comm. in Danielem, quae aliquot impleant folia. In vol. II. inter fragm. Fabric. repetiit locum ex Hippolyti sermone II. in Danielem, ab Eustratio cap. 19. adu. Psychopannychitas citatum. *Harl.*] *De Daniele* scripsisse Hippolytum *Hieronymus* c. 61. auctor est. et *Photius* cod. CCII. ἑρμηνείαν εἰς τὸν Δανιὴλ, hoc est εἰς πολλὰ τῦ Δανιὴλ *in plura Danielis loca*, vt *Syncellus* p. 358. qui pag. 218. citat Hippolyti γράμμα τὸ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ. Adde p. 230. Hippolyti breuem commentarium *in somnium Nabuchodonosoris*, MS. in bibl. Chigiana memorat *Mabillonius* tom. I. musei Italici p. 95. Vide fragmentum apud Anastasium Sinaitam quaest. 48. et quae *Hieronymus* adfert in c. IX. Danielis ex Hippolyto de LXX. hebdomadibus. Apud Chaldaeos quoque ferri Hippolyti expositionem in Danielem minorem et Susannam testatur *Hebed Iesu*, num. 16. catalogi.

4. *Demonstrationem aduersus Iudaeos*, Ἀπόδειξιν πρὸς τὺς Ἰυδαίυς, siue eius fragmentum latine ex *Francisci Turriani* versione vulgauit *Possevinus* in adparatu sacro, vbi de Hippolyto differit, Ven. 1603. Colon. fol. 1608. et *Carolus Iosephus Imbonatus* Mediolanensis in bibliotheca latino-hebraica. Rom. 1694. fol. p. 74. *Fabr.* — Fabric. in ed. sua I. pag. 218. seq. fragm. reddidit ex versione *Turriani*, et in nota suspicabatur, illud fragm. quum sit veluti paraphrasis Psalmi LXVIII. siue vt hebraei codd. computant, LXIX. esse particulam commentariorum Hippolyti in psalmos: ibidem et pag. 80. disputatur, num huius demonstrationis mentio fiat in monumento Hippolyti marmoreo. Postea Fabric. ex cod. Vatic. primum in vol. II. pag. 2. graece publicauit *demonstrat. adu. Iudaeos*, cum Fr. Turriani versione iisdemque notis; quae iam in vol. I. insertae repeiuntur. Adde Fabr. praef. ad vol. I. pag. VI. sq. — *Oudino* I. p. 227. opus incertum ac dubium esse videtur. *Harl.*

5. *De Deo trino et vno et de Mysterio incarnationis contra haeresin Noëti* o). Sub homine

o) Epiphanium Haeresi 57. quae est Noëtianorum ex Hippolyto, licet non nominato, multa ad verbum repetiisse notat Tillemontius, quod forte in Marcione et aliis etiam haeresibus appareret, si Hippolyti opus aduersus haereses integrum haberemus.

milrae nomine latine edidit ex sua versione *Gerardus Vossius* Tungrensis, ad calcem Gregorii Thavmaturgi, Mogunt. 1604. 4. p. 58-68. notis etiam subiectis. Atque inde sine notis prodiit in bibl. patrum Colon. 1618. et Lugd. 1677. tom. III. et in supplemento Morelliano Paris. 1639. tom. I. pag. 620. Videndum est, [p] fueritne haec vltima pars operis Hippolyti *aduersus haereses* XXXII. quod teste *Photio* cod. CXXI. multa ex S. Irenaei sermonibus succincte tradidit, et a Dositheanis facto initio, desiit in Noëtianis. Ex Hippolyti *memoria haeresium* duo loca seruauit *Gelasius* lib. de duabus naturis. Aliud auctor chronici paschalis, quod Alexandrinum vulgo vocant, pag. 6. *Contra Nicolaitas* scripsisse innuit Gobarus apud *Phot* cod. CCXXXII. et *Theodoritus* III. 1. de haeret. fab. *Contra Valentinianos Epiphan.* XXXI. 33. *Contra Cainanos*, infra num. 27. *Contra Marcionem*, infra num. 16. [Contra *Simonem, magum*. v. Fabric. I. opp. Hippol. pag. 235.] *Contra Montanistas* Gobarus apud eundem Photium [r]). Hippolytum contra haeresin Noëti graece edere voluit Holstenius. *Fabr.* Fabric. in sua edit. vol. I. pag. 235. sqq. insigne fragment. contra haeresin Noëti reposuit ex vers. lat. Fr. Turriani cum huius suisque notis: add. praef. Fabr. p. VI. sq. deinde *graece* ex cod. Vatic. (Montfauc. bibl. MSSt. I. pag. 14. A.) cum versione notisque Turriani iteratis, in tom. II. pag. 2. Id opus spuriis Hippol. libris adnumerat *Oudinus*. *Harl.*

Ex hoc de haeresibus opere fortassis etiam petita fragmenta octo *de theologia et incarnatione aduersus Beronem* [q]) *et Helicen* haereticos, quae latine ex *Turriani* versione primus vulgauit *Henricus Canisius* Ingolstad. 1604. 4. tomo V. (non I. vt habet Labbeus,) antiquae lect. p. 154. [tom. I. ed. Basnagii nr. 1.] atque inde exhibent bibliothecae patrum, Colon. et et Lugd. tom. III. ac Paris. 1654. tom. IV. part. 2. Eadem fragmenta latine pridem vertit Anastasius Apocrisiarius, inque collectaneis *Anastasii bibliothecarii* edidit Paris. 1620. 8. p. 209. Sirmondus, additis e Turriani codice graecis, atque ita graece et latine leguntur etiam in tomo III. Operum *Sirmondi* Paris. 1696. fol. p. 583. Nihil esse in his fragmentis Hippolyto vel haud congruens vel indignum video, adeoque assentior Bullo, Tillemontio et aliis viris doctis, qui pro genuinis eius habent. — [*Oudinus* tamen I. p. 225. sqq. multis argumentis impugnat superioris iudicii veritatem; contra verisimillimum esse censet, librum illum non esse compositum ante septimum, quo Monothelitae exorti sunt, saeculum. — Excerpta eadem cum illis, quae *Sirmondus* in Anastasii bibliothecarii collectaneis edidit, in cod. bibl. publ. Paris. MC. nr 5. — Graece et cum latina Anastasii presbyteri interpretatione Fabric. recudi fecit in ed. sua tom. I. p. 225. sqq. *Harl.*] — Ex S. Hippolyti *martyris de sermone theologiae* siue *Deitatis* hoc fragmentum adfertur in concilio Lateranensi A. C. 624. Consult. 5. *Velle habet Deus, non enim non velle: quoniam hoc vertilis est et eligentis, sed sempiternam voluntatem DEI sequuntur, quae fiunt, cui et facta manent salua.*

6. Fragmen-

p) V. Fabr. tom. I. Opp. Hippol. pag. 223. sq. *Harl.*

q) De Berone haec *Hippolytus* fragmento V. Βήρως γάρ τις ἔναγχος μεθ' ἑτέρων τινῶν τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες χείρονι κακῷ κατεκαύχησαν, λέγοντος τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι διὰ τὴν πρόσληψιν. Pro Ἥλικος codex regius et Colbertinus Nicephori CPol. MS. contra impugnatores imaginum, a quo et ipso Hippolyti fragmenta teste Sirmondo laudantur, legit Ἡλικίωνος τῶν αἱρετικῶν pro quo suspicor, legendum ἡλικιωτῶν, αἱρετικῶν, vt sensus sit: *aduersus Beronem et Haereticos alios eius aequales.*

6. Fragmentum insigne libri in laterculo marmoreo memorati πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, ἢ καὶ περὶ τοῦ παντός, quem Arsenius pridem editurum se praef. ad Iosephum receperat, *Iosepho* ab aliis, vel *Iustino* martyri, aut *Irenaeo* vel *Caio* presbytero r) tributum, [208 sed Hippolyto a viris doctis adsertum graece s), vt ex Italia acceperat, primus edidit *David Hoeschelius* in notis ad Photium p. 923. Augustae Vindel. 1601. fol. et recusum Genev. 1613. Rothomag. 1653. fol. p. 10. not. Deinde cum sua versione *Stephanus le Moyne*, in variis sacris p. 53. Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. Cum eadem interpretatione etiam recudendum dedi in adpendice ad opera Iosephi, Lips. 1691. fol. Confer de hoc opere *Photium* cod. IIL. *Ittigium* prolegomenis ad Iosephum sub fin. et *le Moyne* not. ad varia sacra pag. 930. seq. *Fabr.* Fabr. in edit. vol. I. pag. 220. sqq. reddidit graece cum lat. versione Stephani le Moyne, notisque. Inscripsit autem libri fragmentum; τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγου, τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πλάτωνα, περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας. Atqui *Semler*. in historiae eccles. selectis capp. tom. I. pag. 73. quod legitur in Photii cod. XLVIII. (pag. 37. ed. Schotti,) περὶ τῆς τοῦ παντὸς, ὃ ἐν ἄλλοις, περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας ἐπιγράφεται, veram esse iudicat inscriptionem, πρὸς Ἕλληνας λόγος κατὰ Πλάτωνα περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, atque sic rectissime intelligi: contra, ineptam esse, declarat, lectionem in laterculo πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα. Adde supra vol. V. pag. 8. et infra in hoc cap. §. 32. de scriptor. christian. gr. saec. III. nr. 1. et lib. V. cap. 36. de scriptoribus in *Photii* bibl. censurae subiectis cod. IIL. vol. IX. pag. 388. vet. edit. vbi obseruauit, in parallelis sacris *Io. Damasceni* tom. II. edit. Mich. le Quien p. 755. locum inde adlatum (p. 221. ed. Fabr.) *Meletio* Antiocheno tribui; pag. autem 789. locum (p. 222. Fabr.) *Iosepho*, et ex Damasceno, vbi nonnulla rectius leguntur, spicilegium lectionum meliorum ad suam edit. Hippolyti opp. collegit: adde *Ieni* epistolam ad Fabr. et adnot. *Reimari* in vita Fabricii p. 149. et 158. sq. et supra sect. XVIII. in hoc vol. de Irenaeo, fin. Hoc vnum op. cum fragm. apud Theodoretum genuinum habet Oudin. *Harl.*

7. Hippolyti *Didascalia*, quae in bibl. Bodleiana inter codices Baroccianos nr. XXVI. et CLXXXV. exstat manu exarata, teste *Pearsonio* Vindic. Ignat. pag. 60. et 63. atque *Grabio* tom. I. spicilegii patrum pag. 285. et διατάξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Ἱππολύτου in bibl. Vindob. de quibus *Lambecius* lib. VIII. pag. 429. [s. Kollar. p. 905.] quasque in lucem edi optat *Dodwellus* diss. ad Irenaeum p. 50. et 463. maximam partem iam vulgatae sunt in octauo constitutionum apostolicarum libro, c. 4. 16. etc. quamuis nonnulla aliter quandoque legantur, ut Grabius monuit, qui pag. 286. illa spicilegio patrum tertii saeculi inserturum se pollicitus est. Hoc respici putant viri docti in laterculo marmoreo scriptorum Hippolyti, vbi περὶ χαρισμάτων Ἀποστολικὴ παράδοσις memorantur. Vide *Stephanum le Moyne* p. 1076. *Fabr.* Item *Pfaff* ad Irenaei anecdota fragm. pag. 14. *Fabric.* in codice apocrypho N. T. tom. I. pag. 811. inprimis in edit. Hippolyti pag. 244. seqq. vbi recudi fecit opusc. *de charismatibus* etc. gr. cum versione lat. Combefisii. et p. 248. seqq. διατάξεις s. constitutiones apostolorum ex codice Vindobon. et Baroec. 26. cum vers. Io. Ern. Grabii notisque. Atque *Semlero*

r) Confer, quae pro hac sententia *Dodwellus* diss. VI. ad Irenaeum p. 463. sq.

s) Non graece et latine, vt legas apud Caveum.

Semlero in felectis hift. eccl. capp. I. pag. 73. quod conftitution. apoftol. libr. VIII. 4. infcribitur περὶ χαρισμάτων καὶ χειροτονιῶν καὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, eadem vero in cod. Vindobon. hiftor. VII. nr. 2. fol. 3 habentur et leguntur διάταξις τῶν ἁγίων ἀποστόλων priora, nimirum in conftitutt. apoftol., impofturae locum habere videntur. — Porro Fabric. in nota ad locum Stephani le Moyne p. 1074. varr. facr. excerptum laudat *Grabium* tom. I. fpicilegii patrum pag. 285. fq. *Robertum Turner* in libro anglice adu. Guil. Whifton. edito, Difcourfe of the pretended Apoftolical Conftitutions. Lond. 1715. 8. edito, pag. 287. feq. et *Georg. Hickefium* in praef. ad Grabii fpecimina, itidem anglice edita, defectuum et omiffionum in Whiftoni collectione teftimoniorum de diuinitate Filii et Spiritus S. obferuatorum, Londini 1712. 8. p. XVIII. feq. *Reimarus* in vita Fabricii pag. 157. animaduertit, conftitutiones apoftolorum per Hippolytum extare MSSt. fyriace in bibl. Vaticana, tefte *Affemanno* tom. II. bibl. orient. p. 498. *Harl.*

8. *Canonum ecclefiafticorum* XXXVIII. quos fub Abulidis fiue Hippolyti nomine habent Aethiopes, capita fiue titulos ex Gallicis Wanslebii latine translatos exhibet *Iobus Ludolfus* commentario ad hift. Aethiopicam pag. 333. 334 [t]) Forte his refpondet ac geminus eft liber *de regimine* [u]), (ecclefiaftico puta,) quem fub Hippolyti epifcopi nomine in catalogo librorum Chaldaeorum fiue Syrorum, num. 16. commemorat Hebed Iefu.

9. Hippolyti epifcopi *in S. Theophania* edere voluit Holftenius, tefte *Lambecio* tom. I. de bibl. Vindob. p. 111. Eamdemque homiliam Chriftiano Daumio ad manus fuiffe, notat *Ittigius* in diff. de fefto natiuitatis CHRISTI p. 395. poft adpendicem diff. de haerefiarchis. Habuit et Tho. Galeus, tefte Caueo. Incipit: πάντα μὲν καλὰ καὶ καλὰ λίαν. *Fabric.* Ex cod. *Galei*, a Wolfio defcriptam hanc homiliam graece cum verf. latina edidit Fabric. tom. I. Opp. Hippol. p. 261. fqq. Eft quoque Homilia ifta in cod. Bodleiano MMD. nr. 27. (catal. &c. I. pag. 129.)

Praeter ea Fabric. in tomo I. p. 244. Opp. euulgauit:

de refurrectione, ex Anaftafio gr. ac lat. v. infra nr. 15. et de cod. fupra ad fect. II. circ. fin.

Pag. 265. fqq. fragmenta ex Hippolyti commentariis in varios S. S. libros, et in praef. pag. VII. addidit fragm. e commentariis Hippolyti in Hexaemeron, petitum et feruatum a *Io. Damafceno* in parallelis facris tom. II. eius Opp. edit. Lequinianae pag. 787. et vide ad nr. 10. 17. fqq.

Pag. 278. *Hippol. de captiuitate babylonica*, ex comment. in Danielem.

Pag. 281. fq. fragmenta ex duabus *homiliis*, a Theodoreto feruata.

Pag. 282. locum *ad Prouerb.* IX. 1. vide paullo poft, nr. 24.

Pag. 283. *narratio de virgine Corinthiaca et de quodam Magifteriano*, v. ad nr. 30.

Scripta

t) *Wanslebius* ediderat in libro de ecclefia alexandrina, Parif. 1677. 12. tum *Guil. Whifton* in volumine III. operis, quod primitiuum chriftianismum renatum infcripfit et anglice edidit, Londin. 1711. 8. pag. 543. atque *Fabric.* in edit. Hippol. tom. I. poft praefat. pag. XXII. *Harl.*

u) Tho. Galeus, Hippolyti librum περὶ ἡγεμονίας, putat effe, qui fub Iofephi nomine legitur de Maccabaeis περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.

[?] *Scripta Hippolyti deperdita, vel certe inedita.*

In laterculo marmoreo scriptorum Hippolyteorum, obseruationibus Scaligeri et Bucheri, sed praecipue Stephani le Moyne, Cauei, et quae apud Caueum leguntur Ed. Bernhardi et Tho. Galei illustrato, praeter ea, quae iam num. 1. 4. 6. 7. memoraui, nominantur:

10. Εἰς τοὺς ψαλμούς. Meminit Hieron. et Niceph. Fragmenta apud Theodoritum dialog. 1. et 2. et auctorem catenae in Psalmos, quae MS. in bibl. medicea, [et II. codd. Paril.] Operis huius hypothesin siue praefationem MS. se habere testatus est *Tho. Galeus* v). Habuit et *Alexander Morus*, qui laudat notis ad nouum foedus, ad Hebr. X, 5. Etiam Hippolyti expositio MS. Psalmi IX. 24. in bibl. Bodleiana.

11. Εἰς τὴν ἐγγαστρίμυθον, *de Saule et Pythonissa*, Hieron. et Niceph.

12. Ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. *De Apocalypsi*, Hieron. et Niceph. Εἰς τὴν ἐν Πάτμῳ τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν. *Syncell.* p. [?] S. *Apologia pro Apocalypsi et euangelio Iohannis.* Hebed Iesu in catalogo libror. chaldaeor. commentarium Hippolyti in Apocalypsin Oporinus principi Palatino, Ottoni Henrico, donauit, teste *Mich. Neandro* in Erotematibus linguae hebraeae pag. 454. Ceterum per commentarios in Apocalypsin, Sixto Senensi etiam memoratos, [?] *Rivetus* II, 11. Crit. S. intelligit librum de Antichristo, de quo supra. *Fabr.* [Quem etiam vide tom. I. opp. p. 280. Idem ibid. et pag 42. ex *Syncello* in chronographia ad a. Chr. 225. pag. 358. obseruat, Hippolytum plerosque vtriusque foederis libros omnis generis, vel selecta ex illis loca illustrasse: de qua re vide ad nr. 14. adde infra, lib. V. 17. pag. 791. seq. vol. VII, ed. vet.

In bibl. *Bodlei.* inter codd. oriental. Rob. Huntingtoni, nr. MMMMMDCCIIIC. tom. I. catal. codd. Angliae explanatio apocalypseos ex Seuero, *Hippolyto* aliisque. — Apocalypsin esse germanam S.S. partem, probatur auctoritate patrum, in his Hippolyti in comment. in Danielem, in cod. Oecumenii in apocalypsin *Coislin.* CCXXIV. fol. 330. seqq. teste *Montfaucon* in bibl. Coisl. pag. 275. et pag. 278. *Harl.*

13. Προτρεπτικὸς πρὸς Σεβήρειναν, ad foeminam aliquam, nomine *Seuerinam*, *Sam. Basnage* ad a. Ch. 222. n. 10. adde vt *Steph. le Moyne* p. 1103. w) Σεβήρειναν, Philippi Arabis coniugem,

v) Vide catal. codd. Angl. et Hibern. II. inter codd. Gale, nr. MMMMMDCCCXCI. Ex illo initio fragmentum, et alia ex Theodoreti dialogis, edita sunt a Fabricio, tom. I. pag. 267. sqq. — Alia fragmenta publicauit ex cod. Flor. *Medic.* XIV. *Bandinius* in cat. codd. gr. I. pag. 36. seq. et alias aliarum bibliothecarum catenas in Psalmos refert. In cod III. plut. 6. s. diuersorum S. S. patrum catena in Psalmos et in cantica prophetarum est nr XXIII *Hippolyti* argumentum enarrationis in Psalmos praemissum, quod *Band.* l. c. pag. 90. iuris fecit publici, qui ex eodem cod. nr. XXV pag. 91. seqq. *Hippolyti* expositionem particulae hymni S. S. trium puerorum, (apud prophetam *Danielem* cap. 3.) [?] excudi fecit: ibid. est oratio Manassae cum scholiis *Hippolyti* et aliorum. Vide infra lib. V. c. 17. de catena in Danielem, vol. VII. pag 764. vet. ed. *Harl.*

w) In edit. Opp Hippol Fabric. I p 87 et p 92, fragm gr ac lat apud Theodoritum ex Hippolyti ep. ad Reginam s. Augustam quamdam. *Harl.*

iugem, πρὸς Βασιλίδα τινὰ *Theodorit.* dialog. 2. et 3. Iuliam Mammeam intelligit *Baronius* ad a. Ch. 229. n. 10.

14. ᾠδαὶ εἰς πάσας τὰς γραφάς. Odae et carmina in omnes S. scripturae libros. εἰς παντοίας παλαιᾶς καὶ νέας γραφάς. *Syncell.* p. 358. *Fabr.* conf. *Fabr.* in ed. opp I. p. 280. et pag. 85. vbi *Stephani le Moyne* et *Scaligeri* coniectanea repetuntur. *Scaliger* in priore edit. marmoris legit ΟΔΟC ΕΙC ΠΑΣΑC ΤΑC ΓΡΑΦΑC, in posteriore autem ed. ΩΔΑΙ ΕΙC ΠΑΣΑC etc. Sed propter litteras in marmore detritas, et quod alias incertum est, Hippolytum eiusmodi scripsisse odas s. carmina, lectio ᾠδαὶ mihi cum *Ed. Bernardo*, qui id voc. omittit legitque εἰς ἁπάσας τὰς γραφὰς, vel, quod quidem durius aut audacius putem, εἰς Δανιὴλ καὶ πάσας τ. γρ. et cum *Stephano le Moyne*, qui opinatur πρὸς πάσας τὰς αἱρέσεις, suspecta mihi videtur. Aut si voc. ᾠδαὶ erit retinendum, id distinguendum et separandum arbitrer, ᾠδαὶ, vt peculiaris labor habeatur et intelligantur carmina in honorem dei et Iesu Christi; tum aliud opus indicetur εἰς πάσας τὰς γραφὰς in omnem S. S. aut potius in *varias* litteras sacras, h. e. in varia aut pleraque vtriusque foederis loca. Hinc Syncellus laudat Hippol. εἰς παντοίας παλαιὰς καὶ νέας γραφάς. Atqui forsan comprehendit id opus, siue genuinum, siue suppostitium, varias illas in varios S. S. libros expositiones, quae deinceps in catenis aut ab aliis scriptoribus tamquam diuersae partes diuersique Hippolyti commentarii in aliquot libros sacros habebantur, aut Hippolyto quidem tribuebantur. Hinc in cod. *Vindobon.* CLXVI. nr. I. Theodoreti interrogationibus et responsionibus de variis S. S. difficultatibus subiunctae aut intermixtae dicuntur quorundam patrum veterum expositiones; in his *Hippolyti*, ἐκ τῶν ἑρμηνειῶν ῥητῶν τινων τῆς θείας γραφῆς. v. *Lambecii* commentar. etc. tom. IV. col. 387. *Harl.*

15. Περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως. *De resurrectione. Hieron.* et *Niceph.* IV. 31. Sed pro Θεοῦ Ed. Bernhardus et Tho. Galeus malint χριστοῦ, quia de laude Domini Saluatoris homiliam Hippolyti memorant *Hieron.* et *Niceph.* IV. 31. hinc Fragmentum ex Hippolyti περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας apud *Anastasium Sinaitam* c. 23. Hodegi. *Fabr.* v. edit. opp. I. p. 244. et ad nr. 2. *Harl.*

16. Περὶ τ' ἀγαθοῦ καὶ πόθεν τὸ κακόν. Fortasse *contra Marcionem*, quod memorat *Euseb.* VI. 22. et Hieron. *Nicephorus* IV. 31. ἀντιρρητικὸν πρὸς Μαρκίωνα vocat. Laudat et *Theodoritus* lib. I. de haeret. fabulis c. 25. *Syncell.* p. 358. *Fabr.* An pars est libri de haeresibus? v. nr. 5 et 27. *Harl.*

Laudantur praeterea

17. Εἰς τὴν ἑξαήμερον *Euseb.* VI. 22. et *Hieronymo* c. 61. catalogi. *Nicephoro* IV. 31. *Syncello* p. 358. Hippolyti et Basilii vestigiis institisse Ambrosium, in iis, quae de eodem argumento scripsit, notat *Hieronymus* epist. 65.

18. Εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον. *Euseb.* VI. 22. *Syncell.* pag. 358. *Niceph.* IV. 31. Vereor, ne ex his Eusebii verbis *Hieronymus* c. 61. commentarium *in exodum* exsculpserit, licet is separatum etiam commentarium in ἑξαήμερον et *in Genesin* commemoret, ex quo vide, quae

quae adfert epiſt 125. ad Damaſum qu. 3. de Iſaaco et Rebecca: et *Leontius* Byz. I contra Eutychem, de Bileami benedictionibus. Exſtant et fragmenta *Hippolyti* in catena MS. in Geneſin in bibl. Caeſarea codice VII. theolog. *Fabr.* in Lambecii comment. vol. III. cod. IV. p. 35. — Varia fragmenta expoſitionis Hippol. in libros ſacros, nr. 17-25 et 28. memoratos aliosque, aut narrationes veterum, collegit *Fabric.* in ed. opp. I. pag. 266. ſqq. et in tom. II. pag. 22. — fragmentum gr. commentarii *in Geneſin* ex catena MS. bibl. Vindobon. — pag. 33. excerpta ex catena arabica in *Geneſin*, litteris ſyriacis exarata inter *Huntingtonianos* (v. nr. 5796. et 5797. codd. Angliae et Hib. tom. I. p. 279. et 280.) et *Bodleianos* codd. et a Io. Gagnierio deſcripta ac lat. verſa: denique fragmentum *de benedictionibus Abrahae* ex bibl. Bodleiana, a *I. Chſtph. Wolfio* excerptum. — *Pentateuchus* et eius commentarius lingua arabica, charactere ſyriaco, ex Ephremo, Io. Chryſoſtomo, *Hippolyto* et aliis eſt quoque inter codd. orientales bibl. Leidenſis. v. catal. pag. 409. nr. 7. — De aliis fragmentis, in catenis variis, harumque fide ſupra, cum primis in notitia codicum, iam quaedam adnotauimus. *Harl.*

19. *In Canticum canticorum.* Euſeb. Hieron. Syncell. Niceph. Theodorit. dial. 2. *Anaſtaſius Sinaita* qu. 41. vbi fragmentum inſigne, quod integrius apud *Lambecium* VIII. pag. 390. [p. 828. ed. Kollar. add. cod. LXXXIX. vol. III. p. 485.]

20. *In capita quaedam Ezechielis.* Euſeb. Syncell. Niceph. Extat MS. in bibl. Bodleiana Hippolyti *de dimenſione templi Salomonis.*

21. *In Zachariam.* Hier. in catalogo et in Zachariam, atque Nicephorus.

22. *In Eſaiam.* Hieron. Niceph. et Theodorit. dialog. 1. *Fabr.* Ex hoc ſeruatum eſt fragm. *de Ezechia* in cod. *Coislin.* CLXXXXIII. in *Montfauc.* biblioth. Coislin. pag. 245. et a *Fabricio* publicatum tom. II. pag. 21. *Hippolyti* et aliorum ſcholia in *Ieſaiam*, in cod. Paris. CLIX. 2. et CLV. ac CLVII. ſcholia in *Ieremiam*, ibid. cod. CLIX. 5.

23. *In Danielem.* Vide ſupra num. 3.

24. *De prouerbiis.* Hieron. et Niceph. Exſtat MS. in bibl. Bodleiana Hippolyti expoſitio in illud: *Sapientia aedificauit ſibi domum. Fabr.* conf. cod Bodlei. CCLXIII. pag. 36. catal. In cod *Coisl.* CLXXXXIII. cit. ſunt *Hippolyti* et aliorum patrum ſcholia in *Prouerbia, Eccleſiaſten, Ieſaiam, Geneſin* etc. v. *Montfauc.* l. mem. Ibid. in cod. CLXXXXIV. *Prouerbia* etc. cum ſcholiis *Hippolyti* et aliorum. *Montfauc.* ib. pag. 247. Mentionem commentarii in Prouerbia Sal. facit *Suidas* voc. Ἱππόλυτος, pag 144. ed. Küſter. — Illud Hippolyti fragm. in Prouerb. IX. 1. *Sapientia aedificauit ſibi domum* ex cod. Taurin. LXXXII. a Chr. Matth. Pfaffio deſcriptum, *Fabricius*, tom. I. opp. pag. 283. graec. ac latin. euulgauit; poſtea ex cod. *Colbertino*, (qui interdum differt a Taurin.) MCCCCL. quaeſtiones Anaſtaſii complectente, reddidit illud gr. ac lat. notisque vberioribus cum criticis, codd. Taur. ac Vatic. collatis, tum inprimis exegeticis illuſtrauit *Carol. Chriſtian. Woog* in progr. *Hippolyti* fragmentum ad Prouerb. VIIII. 1-5. *de ſapientia domum ſibi aedificante* denuo gr. et lat. edit. Lipſ. 1762. 4. In cod. *Vindob.* LIX. nr. 5. eſt quoque anonymi, (Hippolytine an alius?) explicatio Prou. IX. 1. ἡ σοφία ἐκοδό-

ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε (vti contra *Fabricium* malit Woog) στύλους ἑπτα. *Harl.*

25. *De ecclesiaste.* Hieron. Ex hoc fuerit, quod in ecclesiastae II, 24. seruat MS. bibl. Bodleiana. [v. ad nr. 24.]

26. *Contra omnes haereses σύνταγμα βιωφελέστατον.* *Niceph.* IV. 31. *Hieron. Photius* cod. CXXI. Vide, quae supra n. 5.

27. *Capita aduersus Caium,* haereticum puta, de quo *Irenaeus* I. 35. Hebed Iesu in catalogo libror. chaldaeorum.

28. Loca quaedam *euangelii Matthaei* illustrasse Hippolytum, innuit Hieron. prooemio in Matthaeum. Atque epist. 28. ad Lucinium: [?] *De Sabbato vtrum ieiunandum sit, et de Eucharistia, an accipienda quotidie, scripsit et Hippolytus vir disertissimus. Fabr.* Hippol. etiam in *Lucae* euangelium seu quaedam loca esse commentatum, patet ex cod. XLII. *Vind. bon.* (in *Lambecii* comment. vol. III. col. 163. sq.) complectente catenam seu commentar. in euangelium Lucae ex *Hippolyti* multorumque aliorum patrum opp. collectum, et ex simili codice atque collectione a *Niceta*, diacono &c. facta, in cod. Coislin. CCI. teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 251. add. supra ad nr. 1. fin. et infra lib. V. 17. vol. VII. vet. ed. p. 775. de Macarii cat. in Lucam, et ibid. p. 788. Conf. *Eth. Andr. Frommanni* interpretatt. N. T. ex Hippolyto collectae, Coburgi 1765. 4. *Harl.*

29. Λόγοι siue *homiliae*, vt in illud, *Dominus pascit me.* Theodorit. dialog. 1. *In Helcanam et Annam*, siue principium 1. libri Samuelis id. dialog. 2. *De distributione talentorum.* id. dial. 2. *De duobus latronibus*, id. dialog. 3. *Fabr.* Loca dedit exscripta *Fabr.* tom. I. Opp. pag. 267. Parum afuit, quin *Wolf.* in ep. ad la Croze tom. II. pag. 47. Hippolyto adscriberet Φιλοσοφούμενα, quae Origeni inscribi solent. In eod. tomo thesauri epistol. Lacroziani *Wolf.* de Hippol. libris et ed. Fabric. passim differit, et *la Croze* in tomo III. epp ad Fabric. praecipue p. 123. sq. de fragmentis nouis in Renaudoti histor. patriarchar. Alexandr. p. 360. *Harl.*

His adde 30. βιβλιδάριον Hippolyti τοῦ γνωρίμου τῶν Ἀποστόλων, e quo narrationem de virgine Corinthiaca adfert *Palladius* in hist. Lausiaca pag. 152. edit. Meursii. [v. *Fabr.* ed. opp. I. p. 283. sq.] Γνώριμον τῶν Ἀποστόλων, laxius sumto [x]) hoc elogio, vocat etiam Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Euthymii pag. 82. Chronicum Hippolyti laudans, de quo supra num. 1. [*Phot.* cod. CXXI. et Fabr. infra, vol. IX. p. 413.]

Alii Hippolyti.

Hippolytus, Thesei filius, de quo Euripides in Hippolyto coronato. Nam eius Hippolytus καλυπτόμενος et Sophoclis Hippolytus intercidit.

x) Siue potius, quia apostolorum collegerit constitutiones. vid. *Semler* selecta capp. histor. ecclef. I. pag. 73. *Harl.*

Hippolyti duo martyres, Romae sub Valeriano Imp. circa A. C. 261. de quibus acta S. Laurentii et Martyrologia 13. August. et 2. Dec. Et tertius Carthaginiensis in Africa, de quo 3. Febr. *Fabr.* In cod. reginae Christinae *Romae* in bibl. *Vatic.* nr. MCCCCX. inter codd. Abbatiae S. Theodorici prope *Remos* atque bibl. monasterii S. Ebrulphi *Vticensis* secundum *Montfauc.* bibl. MSSt. I. pag. 46. et II. pag. 1234. B. ac pag. 1272. C. exstat *S. Hippolyti* (cuius, nescio) et aliorum *passio. Harl.*

Hippolytus sub Fabio, episcopo, presbyter Antiochenus, Nouatianismi labe pridem infectus, sed qui ecclesiae redditus, quum martyrium, imperante Decio, subiret, a schismate Nouati adstantes dehortatus est. Vide *Prudentium* περὶ στεφ. hymno XI v. 19. seq. et *Baronium* et *Florentinium* ad Martyrolog. ac Bollandum 30. Ianuar. e quibus videbis, res Hippolyti, episcopi, cum hoc Antiocheno passim confundi.

Hippolytus Nonnus, post Ibam episcopus Edessenus, qui Pelagiam de lupanaribus ad ecclesiam et castitatem vitae conuertit, imperante Theodosio iuniore. Vide *Baron.* ad Martyrolog. 22. Aug. et 8. Oct. et 2. Dec. Huius *Nonni* res cum Hippolyto Portuensi confundit *Petrus Damiani* lib. 1. epist. 9. ad Nicolaum II. Confer *Lemonii* prolegom. ad varia sacra * 31.

Hippolytus, senator romanus, si credimus *Hieronymo*, qui eum inter scriptores ecclesiasticos, qui christianam religionem aduersus gentes defenderunt, cum Apollonio commemorat epist. [?] 84. ad Magnum y). Nisi hic vnus e duobus Hippolytis, martyribus romanis, de quibus supra. Aut vero ex Hippolyto, episcopo, vt Tillemontii suspicio est, Hieronymus fecit senatorem.

Hippolytus, Cous, a Suida laudatur in Ἡβὲς.

Hippolytus, Thebanus, saeculo XI. z) clarus, auctor *chronici* a CHRISTO nato ad sua tempora. Citat Eusebium, Eustathium (Antiochen.) Georgium (Syncellum) chronologos. Gregorium item Nicomediensem, et Basilium M. ac patres Nicaenos, Simonemque Metaphrasten aa), quem velut tunc adhuc superstitem Κύριον Συμεῶνα vocat. Laudatur Hippolytus, Thebanus, a *Mich. Glyca* pag. 227. Codino et aliis. Ex eiusdem chronico habet etiam Nicephorus, quae male II. 3. hist. Hippolyto Portuensi tribuit. Fragmenta

y) Sed locum Hieronymi legendum esse e codd. — *Hippolytus quoque et Apollonius romanae vrbis senator*, (non, vt vulgo edebatur, *Senatores*, quum nullus Hippolytus esset senator romanus, qui contra gentes scripsisset,) docuerunt *Fabric.* in praef. ad Hippol. Opp. tom. I. p. VI. et *Heumann* in Poecile, tom. II. lib. 3. p. 374. Posterior tamen in dissert. de Hippolyto laudata §. VIII. pag. 146. not. *t.* culpat Fabric. quod in nostro bibl. gr. loco Hippolytum episcopum diversum faciebat ab illo Hippolyto, quem in epistola ad Magnum laudat Hieronymus. *Harl.*

z) *Hippolytum, Thebanum*, claruisse saeculi post Christum *decimi* posteriore parte dimidia, aliquoties tradit *Lambec.* in comment. de biblioth. Vindob vid. indic. ad vol. III. pag. 626. et IV. pag. 541. etc. *Harl.*

aa) Confer *Allat.* de Simeonum scriptis p. 17. seq. *Steph. le Moyne* notis ad varia sacra pag. 1071 sqq. *Caueum* in parte altera hist. literariae ad a. C. 933. *Combefisii* manipulum rerum CPol. pag. 3 et 4 [*Steph. le Moyne* not. ad varia sacra p. 1080.]

ta illius chronici post Sambucum [bb]), Canisium [cc]), et Lambecium [dd]) ampliora e MSS. Vaticanis graece et latine dedit *Emanuel Schelstratenus* in antiquitatibus ecclesiae illustratis Rom. 1692. fol. p. 510-513. [ee]) Sed et opusculum, quod *de XII. apostolis* sub Hippolyti

bb) Io. Sambucus edidit latine, Patau. 1556. 8. typis Gratiosi Perchacini, sub titulo *libelli de ortu et cognatione Virginis Mariae.*

cc) *Henr. Canisius*, Bauarico codice vsus, graece et latine tom. 3. Antiqu. lect. Ingolstad. 1603. 4. pag. 40. Ex Canisii editione latine cum eius notis legitur in bibl. Patrum Colon. tom. IX. A. 1618. et in supplemento bibl. Patrum Paris. 1639. apud Morell. tomo 2. pag. 806. et tom. 15. bibl. Patrum Lugd. pag 240. [auct. in *Basnagii* ed. Canisii, tom. III. p. 26. sqq.]

dd) *Lambecius* graece e codice Vindob. tom. 3. p. 46. [p. 120. seqq. ed. Kollarii ib. in cod. LIX. nr. 3. p. 261 ex chronico libro expositio, quantum temporis Iesus Christus habitarit in mundo post adsumtionem humanae naturae. Quod in fragment. cod XXIX. et in cod. XXXIV. nr. 5. in fragm. de XII. apost. Mariae baptismate et de genealogia Christi, ex Sophronii hypomnematibus, et a *Lambecio* pag 158. sqq. exhibito, dicitur Iosephus, Christi nutritius ex coniuge priore, Salome, filios filiasque suscepisse, Lambecio mota est controuersia, de qua et de celebri illa quaestione v. Kollar. ad pag. 128. et p. 138. atque *Lambecius* se ipse defendit ibid. pag. 344. sqq. in additamento V. — Tum tom. IV. in cod. CLVII. nr. VI. ex chronico Hippol. testimonium, quod B. Virgo Christum pepererit anno aetatis XVI et post supplicium Christi vixerit annos vndecim. etc. — In tomo V. p. 231. 240. 361. et 488. in cod. CCXXXXII. nr. 3. cod. CCXLVI. nr. 4. cod. CCLVI. nr. 2. et cod. CCLXXXIII nr 21. est fragment. de genealogia Mariae. Idem fragment. est in cod. IX. nr. 1. ex quo *Lambec.* tom. VIII. pag. 133 titulum et principium reposuit, et adnotauit, *Io. Sambucum* ex hoc codice, quondam suo, illum libellum *latine* vertisse et primum edidisse Pataui 1556. 8. *Harl.*] — Add. *Allatium* de aetate et interstitiis in collatione Ordinum apud graecos pag. 50. Etiam Hippolyti, historici, fragmentum, in quo Salome Iosephi βιωτικὴ γυνὴ adpellatur, a Salmasio sibi communicatum refert *Andreas Riuetus* tom 3. Opp. p. 640. Citat et *Turrianus* in apologia pro domo Lauretana aduersus Vergerium, et in scholiis ad l. 2. Constitutionum apostol.

ee) Fragm. recudi fecit Fabricius gr. cum versione lat. *Emanuelis a Schelstrate* in tom. I. opp. Hippol. pag. 46. sqq. cum variis lection. codicum Vaticanorum ac Vindobonens. et ed. Canis. Addidit fragm. *de tempore, quo euangelistae sua condiderunt euangelia*, ex cod. *Taurin.* ac fragmentum, quod *Henr. Canisius* tom. III. lection. antiq. ex cod. msto Bauarico edidit latineque vertit, et praemisit testimonia Mich. Glycae, Nicephori Callisti et Stephani le Moyne. Add. *Fabr.* in cod. apocrypho N. T. I. pag. 47. — Chronicon est quoque in bibl patrum vol. IX. part. I. pag. 1006. Colon. Agrippinae 1618. fol. etc. — In cod. *Taurin.* CCCII. fol. 61. est fragm. chronicorum Hipp. Thebani, *de genealogia deiparae*, quod confector catal. codd. gr. p. 392. obseruat, in multis discrepare ab iis, quae habentur in vltima (Basnagii) editione Canisii tom. III. part. I. Ibi autem legitur pag. 20-40. graece ex cod. Bauar. CLXVIII. cum versione lat. et Basnage in praef. copiosus est de Hippolyto illo et variis fragmentis codd. — Idem fragment. est in cod. *Escorial.* teste *Piñero* in itiner. per Hispan. pag. 173. In *Montfauconii* bibl. MSStor multi codd. in quibus Chronicon Hippolyti inest, designantur; e. gr. *Romae* in bibl. *Vatic.* intra codd. Claudii Etiennot, (tom. I. pag. 134. A.) in bibl. *Cassinensi* fragment. (I. pag. 220. D.) — in bibl. Abbat. S. Petri de Selincurti dioec. *Ambianensis* (II. pag. 1200. B.), vt mittam codd. Vindobon. Bodlei. Paris. et Coislin. ab eo quoque memoratos. In bibl. enim publ. *Paris.* cod. MCVII. de cognatione B. M. virginis et S. Elisabethae disquisitio. Fragmenta in cod. XXXIX. MLXXXIV. et MDLV. In cod. *Galei* nr. MMMMMCMLIII. cat. tom. II. pag. 188. fragmenta ex Hippolyti historia chronica, editis auctiora. — *Romae* in bibl. coenobii S. Basilii, chronici fragm. cum Anastasii quibusdam, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 216. — Excerpta ex chronico Hippol. Theban. de incarnatione Christi, de annis, quos vixit B. Virgo, de Iohanne Baptista, euangelista etc. *Oxon.* inter codd. *Barocc.* cod. CXXXXII. nr. 18. catal. codd. Angliae etc. I. p. 18.) — de genealogia B. Virginis, ib. pag. 162. inter codd. *Selden.* nr. MMMCCCLXXII. *Harl*

lyti nomine e codice regio laudat Cotelerius ad lib. IX. recognitt. Clementis §. 29. atque integrum vulgauit cum versione sua et notis *Franciscus Combefisius* in auctario noue bibl. Patrum tom. 2. Paris. 1648. fol. 831. et quae *de LXXII. discipulis* habet *Baronius* ad Martyrolog. Roman. IX. April. et in Annalibus ad a. C. 44. n. 38. et a. 58. n. 56. citans libellum Hippolyti, quem graece habuit Sirletus, ex Hippolyti, Thebani, chronico petita videntur ff). [*] Ille de duodecim apostolis libellus e Combefisii versione latine recusus est tom. 3. bibl. Patrum Lugd. p. 265. cum quo conferendi indiculi de iisdem apostolis sub Dorothei vel Sophronii vel Epiphanii, vel nullo etiam auctoris nomine exstantes in MSS. editique cum Oecumenio in epistolas Paulli, vel a *Cangio* ad calcem chronici paschalis p. 434. 437. a *Caueo* in parte 1. hist. litterariae ad a. C. 303. et a *Cotelerio* ad constitutt. apostol. lib. 2. c. vlt. Conferendus etiam cum Baronianis illis, libellus Pseudo Dorothei de LXXII. discipulis. Hippolyti chronologiam euangeliorum et χρονογραφικὰς διδασκαλίας memorat *Montfauconus* p. 261. et 511. palaeographiae graecae.

[De oppido S. Hippolyti eiusque reliquiis, v. *Lambec.* commentar. etc. tom. II. pag. 287. sqq. ibique Kollar. et p. 632. *Harl.*]

Hippolytus, Florentinus, Ord. Minor., qui circa a. C. 1249. scripsit de miraculis S. Aemilianae siue Humilianae, Florentinae de Cerchis, quod scriptum exstat in actis sanctor. ad XIX. Maii tom. 4. p. 403.

[Sunt adhuc alii *Hippolyti*. Iis, quos Fabric. in nota *e* ad h. paragr. nominauit, praetermissis: *Petronius Hippolytus*, cuius expositio in artem generalem Raymundi Lulli exstat in cod. Taurin. etc.

Hippolyti et Laurentii S. S. monasterii Fauentinae ciuitatis tabularium etc. in cod. MLXXXIV. bibl. *Venetae* S. Michaelis; et in cod. LI.

Hippolytae Sfortiae, filiae Francisci Sfortiae, ducis Mediolanens. oratio lat. a. 1459. coram pontif. rom. Pio II. habita et excusa in orationum Pii II. quas collegit *Mansius* pag. 192. conf. *Mittarellum* de codd. illius bibl. col. DVIII. et exstiterunt procul dubio alii eiusdem nominis homines nobiles atque ignobiles: sic *Petr. Helyot*, (mort. 1716.) Monach. Francisean. in ordine suo nomen *Hippolyti* accepit: vt mittam nomina ficta *Hippolyti a colle*. *Hippolyti a lapide*, de quo v. *Heumanni* conspect. reipubl. litter. cap. VI. §. 37. vet. edit. aut cap. III. §. 146. pag. 456. sqq. nouae edit. ab Eyring o curatae ornataeque. *Harl.*

XXVI.

ff) Hippolyt. de *duodecim apostolis*, *Venet.* in bibl. Veneta Marc. cod. CCCCXCVIII. (catal. codd. gr. pag. 261.) — in bibl. *Coislin.* cod. CXX. et CCLVIII. de XII. apost. et LXX. discipulis. cod. CCLXXXXVI. de XII. apost. (v. *Montf.* bibl. Coisl. pag. 194. 304. et 413.) — inter codd. *Gale*, nr. MMMMMCMXXXXI. — de XII. apost. et de LXX. discipulis inter codd. *Barocc.* nr. CCVI. et inter aduersaria Ger. Langbaeni, nr. XI. (secund. catal. cit.) — *Romae* in bibl. *Vatic.* (*Montfauc.* bibl. MSStor. I. p. 139. A. — *Florentiae* in cod. Medic. XIII. n. 10. plut. LVI. (*Band.* II. pag. 309.) *Fabric.* in Opp. Hippol. tom. I. pag. 20. seqq. adpend. edidit particulas de XII. apostolis cum versione lat. et notis Fr. Combefisii suisque, et de LXX. apostolis gr. ex cod. Barocc. ac lat. — *Hippol.* euangeliorum chronologia in codd. *Paris.* XLVIII. CLXXVII. et CLXXXVI. — Septuaginta hebdomadum expositio (in Daniele,) ibid. cod. CLIX. adde infra libr. V. cap. 4. de Dorotheo, vol. VI. pag. 145. edit. vet. *Harl.*

XXVI. ORIGENES, Alexandrinus, a philofopho platonico huius nominis, cui Plotinus adfurrexit, diuerfus gg), licet et ipfe philofophiae hh) atque humanioris omnis litteraturae callentiffimus. Natus eft circa a. C. 185. (Commodi VI.) patre Leonida ii), qui martyrium fubiit a. C. 202. (Seueri X.) cumque a duodeuicefimo aetatis anno faeculares et facras litteras in patria multis ad ipfum concurrentibus [†] expofuiffet, grammaticae difciplinae profeffione fe abdicauit, atque Clementi Alex. praeceptori fuo kk) in munere *Catechetae* fiue Magiftri κατηχήσεων *publici* fucceffit, docuitque ibi, donec circa a. C. 231. aetatis 46. per inuidiam epifcopi Demetrii, paulo poft defuncti, Alexandria expulfus, aliquo tempore deinde verfatus eft Caefareae, vbi circa a. C. 228. aetatis 43. ordinatus presbyter ab illius regionis epifcopis Alexandro et Theoctifto ll) fuerat. Antiochiam circa a. C. 218. vocauit Iulia Mammaea Alexandri Seueri mater mm), ab eo edoceri cupiens, a quo tempore Philippo etiam Arabi eiusque coniugi Seuerae per litteras innotuit. Interim fub Maximino et maxime fub Decio urgente perfequutione multis modis vexatus nn), inque varia loca profugere coactus, denique obiit

gg) Vide, quae fupra l. IV. ad vitam Plotini fcriptam a Porphyrio cap. 3. et 14. [pag. 97. et 116. vol. IV. vet. edit. et quae ego notaui ad vol. III. pag. 182. feq. et ad vol. V. pag. 698. not. gg. *Harl.*] Meminit et alterius *Origenis* illius *Longinus* apud Porphyr. in Plotini vita c. 20. Hierocles apud Phot. cod. CCXV. p. 285. et *Proclus* II. 4. Theol. Platon. Fuit et *Origenes*, ad quem S. Nili epiftola III. 280. et *Origenes*, monachus, Antonii difcipulus. Sozom. VI. 30. Palladius Laufiaca (cap, de Pambone,) qui pag. 26. Presbyterum et Oeconomum vocat. At enim commentitii funt 1) Origenes haerefiarcha, quem ab Adamantio diuerfum faciunt Auguftinus et Io. Damafcenus, Epiphanio, (qui dubius faltem fuit,) nimium tribuentes. Vide *Cotelerium* notis ad Damafcen. tom. I. monument. eccl. graec. p. 778. *Huetium* pag. 5. Origenianor. et *Latinum Latinium* in bibl. facra et profana p. 78. 2) *Origenes* epifcopus Manbagenfis, Iuftiniani imp. aetate in Synodo CPol. ob Metempfychofin adfertam negatamque refurrectionem damnatus, de quo *Eutychius* tom. 2. Annal. pag. 171. 175. 3) *Origenes* Syrus, ab auctore Praedeftinati c. 42. confictus, cui c. 43. nouo errore Origenem Origenianorum auctorem fubiungit, ab eoque diftinguit Origenem, Catholicum tractatorem. De *Adamantio* iuniore Marcionitarum aduerfario vide infra, vbi de dialogo Origeni tributo contra Marcionitas. De *Adamantio* Iudaeo Iatrofophifta, cuius Phyfiognomica exftant, dixi lib. 3. c. 5. §. 38. [vol. III. p. 323. fq. *Adamantius*, epifcopus Cynopolites, qui fubfcripfit concilio Nicaeno. vid. acta in tom. I. Conc. p. 310. *Adamantius Martyrius*, ap. Caffiodor. de orthogr. cap. 5. fqq. *Adamantio* cuidam infcripfit Ifidor. Pelufiota ep. 141. lib. I. et IV. epp. 5. et 221. vid. *Heumann* paullo poft a me citatum. *Harl.*

hh) *Eufeb.* VI. 18. hift. *Hieronymus* de S. E. cap. 54. *Vincentius Ler.* c. 23. commonitorii. Suid. in Ὠριγένης. Cedrenus etc.

ii) *Eufeb.* VI. 1. *Epiphan.* LXIV. 1. Confer. martyrologia et Henfchenium 22. April.

kk) *Eufeb.* VI. 6. *Photius* cod. CXVIII.

ll) *Theotecnum* vocat Photius loco laudato.

mm) *Eufeb.* VI. 21. hift. qui Origenis epiftolarum ad Philippum Arabem ac Seueram etiam meminit VI. 36. Confer *Tillemont.* ad vitam Orig. nota 16.

nn) *Eufeb.* VI. 39. Plura de Origenis vita qui defiderat, librum fextum *Eufebii* hift. et primum Origenianorum Huetii adire poterit, ne dicam omnes, qui de rebus ecclefiae tertii faeculi, vel de fcriptoribus ecclefiafticis fcripferunt, *Tillemontium* praecipue tom. 3. memor. hift. ecclef. parte 3. ac Caueum tum in Patrum vitis tum in hift. litteraria. De dogmatibus Origenis fufe difputat praeter *Natalem Alex.* Sec. 3. c. 3. artic 12. et diff. 16. idem *Huetius* libro fecundo, Centuriatores Magd. tom. 3. p. 181. fq. aliique peculiaribus fcriptis infra a me laudandis. *Ego miror*, inquit *Sulpicius Seuerus* dialog. 1. c. 6. *vnum eundemque*

obiit Tyri a. C. 253. oo) aetatis 69. s. 70. paullo ante Galli et Volusiani obitum. Vir, Athanasio etiam iudice pp), θαυμαςὸς καὶ φιλοπονώτατος, vtque quamplurimorum egregiorum operum atque innumerorum scriptorum auctor, vnde et *Adamantium* co[illegible]mento ac *Ponum* vel *Chalcenterum*, vel τὸν συντάκτην aut συνταχτήριον adpellatum fuisse con[illegible] qq).

Or[illegible]

que hominem tam diuersum a se esse potuisse, vt in ea parte, qua probatur, neminem post Apostolos habeat aequalem, in ea vero, quae vere reprehenditur, nemo deformius doceatur errasse. Hinc illud apud *Cassiodor.* c. 1. institut. diuinar. *vbi bene, nemo melius, vbi male, nemo peius. Fabr.* *Petri Dan. Huetii Origeniana* primum praemissa sunt illius editioni Origenis, et quarto tomo de la Rue adiecta. Opus illud amplum eruditumque, (quamquam multi VV. DD. ipse de la Rue in praef. ad tom. I. p. 6. praecipue in notis additis haud pauca Huetii iudicia commentaque reiiciant), constat tribus libris. In primo agitur de vita, factis, moribus obituque Origenis; in altera, de eius eruditione, doctrina, dogmatibusque, et controuersiis super illa motis, magnaque animorum contentione etiam post Origenis mortem agitatis, subiuncto doctrinae examine, et historia fortunae, quam illa habuit: in tertio denique de Origenis scriptis. — Praeter ea consuli possunt *Bayle* in Diction. cum additamento, tom. III. edit. quintae, pag. 538-547. *Stolle* Nachricht von den Kirchenvätern, (qui et placita Origenis recenset, et alios memorat, qui possint conferri,) pag. 138. seqq. — *Oudin.* de scriptoribus eccles. I. col. 231. sqq. Natalem Alexandrum in multis, Semlero animaduertente, secutus. In cap. I enarrat vitam variamque Origenis fortunam: in 2do et 3tio cap. persequitur Origenis scripta: in 4to agit de Hexaplis Origenis; in 5to de eius erroribus: in cap. 6to denique de eius morte et apologistis. — De vita, fatis, et doctrina erroribusque Origenis, et quae viri docti vario tempore modoque de eo iudicarint, addito singularum opinionum ac sententiarum examine, (in tres autem classes dispescuntur iudicia de Origene,) aliisque rebus copiose disseritur, multa ad laudem aut excusationem Origenis adferuntur, inprimis defenditur ille ab iniuria opinionis et fabula condemnationis aeternae atque infamia Lucretiei, neque tamen reticentur eius tam vitae, (quod semet ipse castrauerit,) quam doctrinae naeui; denique breuiter agitur de *Origenianis* aut *Origenistis*, (quos quidem Lamb. Danaeus discernere mali,) in D. *Io. Meisneri*, Prof. Witteberg. disp. seu tractatu theologico de Origene et Origenianis. Editio [illegible], Witteberg. 1712. 4. (primum prodiit et sub Meisneri praesidio ventilata est a *Io. Fechtio*, 1704. 4.) — *Iac. Brucker* in historia critica philosophiae, tom. III. pag. 428-549. et in adpend. seu vol. VI. pag. 67. sqq. *Io. Ge. Walch* in hist. eccles. N. T. pag. 954-971. qui, vti *Hamberger* in zuverl. Nachricht. part. II. p. 574-587. et *Saxius* in Onom. part. I. pag. 358. sq., ad alios quoque prouocat. — Sub eiusdem *I. G. Walchii* praesidio *Christianus Gaupp* tuitus est Vindicias Origenis in doctrina de diuinitate Christi, Ienae 1737. 4. — Historice et critice vitam, praecipue dogmata atque opiniones Origenis persequitur *I. Sal. Semler* in prolegg. ad vol. II. Baumgarteni theologiae polemicae §. 64. sqq. pag. 156-209. add. eiusdem notas (ibid.) quibus studiosius illustrantur potiora capp. historiae et relig. christianae vsque ad Constantin. M. (Halae 1784. 8.) §. 9. 11. Excerpta ex tribus Origenis libris longiora dedit, adspersis animaduersionibus *Christian. Frid. Rössler* in Bibl. der Kirchenväter, tom. II. pag. 76-287. Ex his aliisque, quae in fine huius sectionis citantur, scriptis hauriet, qui plura de nostri vita, itineribus et fatis, item de placitis, methodo interpretandi atque docendi, de eius aduersariis et sectatoribus erroribusque et de controuersiis diuersisque VV. doctorum iudiciis, scire auebit. *Harl.*

oo) Confer *Euseb.* VII. 1. hist. et *Sam. Basnage* ad a. C. 203. n. 12. et 18. [*Stolle* pag. 143. §. VI.]

pp) *Athanas.* apud Socratem. VI. 13. hist.

qq) Cur *Adamantius* dictus fuerit Origenes, scriptores et veteres et recentiores non consentiunt [illegible] ab Huetio, Walchio aliisque satis [illegible] est declaratum. Vulgarem tamen sententiam *Adamantii* cognomen ei eo ipsi impositum esse, quod esset homo dur[illegible] et multi laboris, sequitur *Heumann.* in conspectu reipubl. literar. cap. IV. §. 17. p. [illegible] vel ed. [illegible] ex ed. Eyring. part. III. cap. I. § 2. p. 151. (praemissa quodammodo [illegible]) ac tuetur effatum *Eusebii* H. E. VI. 14. [illegible]

cuius

Origenem post apostolos ecclesiarum Magistrum nemo nisi imperitus negat, inquit Hieronymus praef. ad librum de nominibus hebr. Atque prooemio tradit. hebr. in Genesin; *Vel enim cum multa nomina eius nosse etiam scientiam scripturarum.* Equidem inter sanctos confessores CHRISTI nomen eximium mereri poterat, multa et grauia pro eius nomine libenter passus, et magnis in ecclesiam meritis, praeclarisque in sacras litteras et aduersus ethnicos atque [P] haereticos monumentis vitaque proba et abstinente inclutus, tamen, qui viuus admirationi fuit Christianis omnibus, post mortem tot et tam grauium errorum, tamque atrociter postulatus condemnatusque rr) est, vt tota fortasse ecclesiastica historia nullum praebeat aliud simile exemplum viri, qui διὰ εὐφημίας καὶ δυσφημίας similiter inclaruerit. Neque ideo negauerim in eius scriptis reperiri, quae vel Arianis vel Pelagianis grata esse potuerunt, multa etiam alia mira et parum solida placita ab eo ingeri, ne dicam allegoriis aliquando plus iusto indulgeri: certum tamen esse pariter existimo, alia illius commodam pati interpretationem, si aequus lector accedat, alia, (quod Pamphilo, martyri olim multisque aliis animaduersum fuit,) ab haereticorum fraude esse interpolata, alia denique philosophorum et haereticorum theoriis consentanea tantum proponi ab eo, vt a Clemente in Hypotyposeon libris, magistro Origenis, factum est, non adfirmari ac statui ss). Itaque et Athanasius de Synodi Nicaenae decretis tom. I. pag 277.

distin-

eoque *Hieronymi* catal. cap 54. non cognomen, sed nomen, hoc fuisse Origeni, monetque, illum ab Hieronymo interdum simpliciter vocari *Adamantium*, et alios ex antiquitate adducit *Adamantios*. *R. Simon* in nouorum bibliorum polyglottorum synopsi Vltraiecti 1648. 8. fictum nomen *Origenis Adamantii* sibi sumsit. *Harl.*

rr) In Synodo CPol. secunda anathematismo II. a. C. 553. Confer *Euagrium* IV. 38. et ibi Vales. *Henricum Noris diss.* de Synodo V. cap. 6. vbi Halloixium refellit, acta Synodi V. corrupta nomenque Origenis insertum caussan em, quibus sexta et septima Synodus in errorem tracta fuerit, p. 390. Origenis defensi. Imperatorum rescripta ac Principum responsa aduersus Origenistas memorant *Hieron.* I. aduersus Rufin et *Anastasius Papa* epist. ad Iohannem Hierosol. [Cf. *C. Gu. Fr. Walch.* hist. haeres. t. VII. p. 660. ss.]

ss) De erroribus, qui imputantur Origeni, de eius immodico allegoriarum studio, de interpolationibus, a Rufino aliisque vel viui adhuc Origenis inimicis factis, in vtramque interdum partem, et copiose disputatum est ab Huetio, Oudino, Walchio et reliquis supra laudatis viris doctis, ac de la Rue in praef. ad tom. II. qui contra Huetium de allegorica Orig. interpretatione disserit p. XX. sqq. *Petauius* quidem Origenem arguit, de Filio et Spiritu S. impie absurdeque sensisse, eumque, vt aetate Arium antecessit, sic impietate parem, immo impii dogmatis auctorem illi fuisse; quam adcusationem iniquam falsamque esse, docuit *Simler* l. c. p. 178. not. 182. qui pag. 172. sqq. Origenis doctrinam de Christo vberius exposuit, et, quae cum *Bull.* in defensione fidei nicaenae, sect. 2. de filii τῷ ὁμοουσίῳ cap. 9. et sect. 3. cap. 3. ad doctrinam Origenis vindicandam, tum *Whiston* in: Account of the primitiue Faith pag. 72. 154. etc. contra Bullum, protulerunt, sub examen vocauit. Contra Whistonum aliosque pro Origene huiusque allegorica S. S. interpretatione *Woolston* duas epistolas lepido at barbaro sermone scriptas edidit sub ficto nomine: *Origenis Adamantii Renati epistola* (I. et II.) ad doctores Whithbeium, Waterlandium, Whistonium aliosque litteratos huius saeculi disputatores: circa fidem vere orthodoxam et scripturarum interpretationem, Londini 1720. summa illarum epistolarum et exempla elegantiarum latinarum Woolston. collecta et excerpta leguntur in *Baumgarten*, Nachrichten von einer hallisch. Biblioth. tom. I. pag. 537. seqq. — Ex fontibus Origenis manasse haeresin Pelagianam, et Rufinum Origenistarum caussam iuuisse vertendo fraudulenter Origenis libros περὶ ἀρχῶν, auctore Hieronymo, contendit quoque *G. I. Vossius* in historia de controuersiis, quas Pelagius eiusque reliquiae mouerunt lib. I. cap. 3. pag. 6. sqq. edit. II. Amstel. 1655. 4. et passim Origenis placita profert examinatque: adde *Huetii* Origenianor. libr. I. cap. 4. sect. I. §. 23. De *Rufini* interpretis perfidia

distinguit inter ea, quae Origenes scripserit *ζητῶν καὶ γυμνάζων*, et quae *ὡς αὐτὸς φρονῶν καὶ ὁρίζων*. Vnde inconstans in decretis suis ac *παλίμβολος* quibusdam visus est, vt Timotheo presbytero et S. Maximo. Vide *Cotelerii* monumenta tom. III. pag. 417. 643. et Rufinum inuectiua I. p. 386. edit. Marcianaei. Haec si obserues, multa accusationum capita concident. Allegoriae vero sic ab Origene adferuntur, vt litteralem scripturae sensum tamen nemo fortasse veterum vel inquisiuerit attentius, vel maiore luce perfuderit [tt]): nec obscu-

dia atque interpolationibus iam Hieronymus, et postea permulti sunt conquesti. v. *Huetium* l. c. cap. 3. qui tamen §. 16. demonstrandum iuit, Rufinum immerito fuisse reprehensum ab Hieronymo propter inscriptum Origenis apologiae Pamphili nomen; tum libr. III. sect. 2. et 3. etc. *Meisneri* et *Fechtii* disp. mem. §. 33. sq. 61. etc. Latius disseruit ostenditque *Semler* l. c. §. 63 qui tamen pag. 167. not. 163. Rufinum a crimine oscitantiae vindicauit in vertendo loco quodam, quem *Grabius* in spicilegio patrum saec. I. p. 128. protulit. In primis memorandi sunt *Iustus Fontaninus* et *Io. Fran. Bernard de Rubeis*. Prior in historia litteraria Aquileiensi, (Romae 1742. 4.) in libro quinto de scriptis a Rufino Romae editis, capp. 1-7. copiosus est de libris Origenis a Rufino latine versis et de acerba controuersia ab Hieronymo illi mota: (de qua etiam *Dom Iean Martianay* in: La Vie de St. Ierome, Prêtre solitaire et Docteur de l'Eglise, Paris 1706. 4. libro VIII. est copiosus.) Idem, quoad fieri potuit, defendit Rufinum a criminibus Hieronymi, Desiderii Erasmi aliorumque. A posteriore scriptae sunt *Dissertationes duae* prima de *Turranio* seu *Tyrannio Rufino*, monacho et presbytero: altera, de vetustis liturgicis aliisque sacris ritibus, qui vigebant olim in aliquibus Foroiuliensis prouinciae ecclesiis. Venetiis 1754. 4. In priore dissertat. *Bern. de Rubeis* persequitur vitam itinera, scriptaque Rufini eiusque cum Hieronymo simultates; quando et quibus locis Rufinus libros Origenianos verterit, atque contra Hieronymum acuerit stilum, curatius definire studet; agit quoque (cap. XV.) de *Theophilo Alexandrino*, qui bellum acerrimum in Origenem conflauit ac Nitriae monachos, veluti Origenistas, et Origenis errores damnauit: tum quando synodi, in quibus placita Origenis reiiciebantur, sint habitae, inquirit, multaque alia, ad historiam Origenis ac Rufini illustrandam, ducte refert: a Fontanino autem frequenter facit discessionem. In *definitionibus fidei orthodoxae*, quas gr. ac lat. edidit *Montfaucon* ex cod. in biblioth. Coislin. p. 265. sq. est formula iurisiurandi, quo christianus adigitur ad probandam synodum CPolitanam sub imp. Iustiniano contra Origenem habitam, et ad damnandos Origenis aliorumque, quorum nomina posita sunt, errores. — add. *Lambec.* de B. Vindob. vol. VIII. pag 916. sqq. infra vol. XI. p. 29. — *Roesler* denique l. c. pag. 78 sqq. arbitratur, corruptelas et mutationes, ab aduersariis Origenis, de illis iam conquesti, factas, et numero pauciores et grauitate fuisse leuiores, quam vulgaris esset opinio, atque a Rufino ea potissimum loca fuisse mutata et interpolata, quae Origenem in suspicionem Arianismi adduxissent. Defensio Origenis est in cod. *Vatic.* v. *Montfauc.* bibl. MSst. I pag. 101. nr. 1054. — Vita Origenis, in cod. Lipsiensi bibl. Paullinae, teste Fellero, p. 74. catal. Lips. *Harl.* [Ad omnem illam controuersiam cfrr. *Walch.* fil. in hist. haer. t. VII. p. 362. ss. qui multorum errores correxit, et *Schröckh.* hist. eccl. tom. X. p. 108. ss. XVII p. 41. ss. *Beck.*

tt) Origenem in studio allegoricae interpretationis excessisse modum cum detrimento grammatici sensus, nec sine periculo veritatis diuinae, negari haud poterit, et a viris doctis abunde demonstratum est. v. *Gilberti Cognati* (Cousin) *Nozereni* Opp. multifarii argumenti etc. Basil. 1562. tom. II. pag. 9 sqq. obseruation. in allegorias Origenis lib. vnum, imprimis *Huetium* II. cap. 2. quaest. 13. sed sciendum est, nonnullos fuisse sollertiores et copiosiores in reprehendendo quam laudando Origene. Atque *Ernesti* illius Vindicias suscipiendo ita perfunctus est negotio, in disput. *de Origene, interpretationis librorum S. S. grammaticae auctore*, in Opusculis philolog. et criticis; Lugd. 1764. 8 pag. 288. sqq) vt eius in grammaticam interpretationem librorum sacrorum merita scite pulcreque demonstraret, lateque doceret, Origenem primum ad libros diuinos grammaticorum more tractandos adiecisse animum, et, quidquid vetustas christiana in hoc genere, praesertim, quod ad N. T. libros attinet, boni habeat, id prope omne esse ab Origene prospectum. Il- lius

obſcurum eſt, tot illuſtres Origenis criminatores et condemnatores ſtrenue tamen eius vſos commentationibus, eaque ad verbum in ſua ſcripta transtuliſſe. De aeterna ſalute Origenis perplacet mihi *Io. Dallaei* modeſtia uu) bene de illa ſperantis neque audentis [ſe] eum ſempiternis ſuppliciis adſcribere, licet in prato Spirituali c. 26. quod citatur a VII. Synodo et a Iohanne Diacono lib. 2. c. 45. vitae *B. Gregorii* narratur reuelatio, qua Origenes viſus eſt in Gehenna ignis cum Ario et Neſtorio aliisque haereticis vv): et licet *Io. Picus Mirandulae Comes* a cenſoribus ww) notatus olim fuerit, veluti temerarium aliquid ac haereſin ſapiens ſtatuiſſet, quod ſcripſerat, *rationabilius eſſe credere Origenem eſſe ſaluum, quam credere ipſum eſſe damnatum.*

Codd. et ſcripta Origenis, graece edita.

[Inſignis numerus eſt *codicum MSSt.*, in quibus vel opera quaedam vel particulae fragmentaque Origenis ſunt ſeruata. In *catenis* praecipue frequens fit illius mentio et loca fragmentaque occurrunt permulta, (quae quidem *omnia*, quibus nomen Origenis eſt adpictum, num reuera eum habuerint parentem, iam alii dubitarunt, vti ex indicibus ſcriptorum, in *catenis* citatorum, in vol. VII. vet. edit. cognoſci poteſt. Contra inter alia, in catenis excitata, fragmenta, quorum auctores non indicantur, forſan latent vere Origeniana. *Montfaucon* in bibliotheca biblioth. MSSt. nubem paene excitat librorum Origenianorum in codicibus cuſtoditorum; ſed rarius addit, num codd. ſint graeci, an, quorum plurima eſſe videntur, latini: quare nec ego poſſum definire. Ego vero, vt chartae et tempori parcam, primum nominabo codd. in quibus vel plura Origenis ſcripta continentur, vel quibus nulla certa addita eſt notitia; ſiue latine verſi ſint libri, ſiue graeci. Teſte igitur *Montfauconio*, a quo incipiam, in tom. I. et II. ſunt in biblioth. *Vaticana Origenis* opp. cod. CCIV-CCXIV. (tom. I. pag. 48. B.) — *Romae* in bibl. Ottobon. *Orig.* quaedam, homiliae et *contra Celſum.* (I. p. 185. C. et 186. A. B.) — In bibl. *Caſſinenſi*, *Orig.* in Ieſum Naue, Geneſin et Leuitic. et hom. in Geneſin. (I. p. 217. D. 218. D.) in Gen. Numer. epp. Paulli, bis etc. (ibid. p. 226. C.) — Flor. in bibl. canon. regul. *Fiſulana.* Orig. in S. S. tom. II. (I. p. 4.8. B. et

 p. 431.

lius autem ſtudium allegoricae interpretationis, partim manauit ex eius natura et mentis agitatione, et quod, (aliis iam obſeruantibus, v. *Walch* pag 96; ſq) magis ingenio et vi, multas rerum imagines formandi valuit, quam iudicio. *Harl.* Cfrr. *Koerner. Roſenmuller.* aliique infra laudandi.

uu) *Io. Dallaeus* aduerſus Cottibium, a quo Origenes *ſanctus* vocatus erat: quod quum eccleſiae moribus contrarium eſſe oſtendiſſet, negat tamen, ideo ſe Origenem damnatis ad aeternos ignes adducere: *A Dieu ne plaiſe, qu'une ſi iniuſte preſomtion me ſoit jamais entrée dans l'eſprit. Ie laiſſe au Seigneur ſes ſecrets, et ne ſuis pas ſi hardi que de m'emanciper à definir ce que nul homme ne peut ſçavoir avec une certitude de foy. Mais au reſte s'il nous eſt permit de iuger de ces choſes par les apparences, je croy d'Origene ce que j'en ſouhaite, que Dieu, dont les miſericordes ſont infinies, luy à pardonné ſes erreurs, et n'a pas laiſſé perir avecque les infideles un vaiſſeau qu'il avoit orné de dons admirables, et dont tout ce que nous avons des veritables ouvrages ne reſpire qu'une foy et une pieté ſinguliere, et ou les erreurs meſmes dont ils ſont quelques fois tachez (car on ne le peut nier) ſont toujours accompagnées d'une modeſtie et d'une humilité raviſſante, pour ne point parler de ſes vertus et de la pureté de ſa Vie.* Confer plura in hanc ſententiam apud *Baelium* in dictionario, vbi de Origene.

vv) *Bellarmin.* II. 8. de purgatorio.

ww) Vide *Io. Pici* Apologiam p. 151. ſeq. Operum. [add. *Steph. Binetum* infra, ſub fin. laudatum et *Walch* l. c. p. 962.]

p. 431. A.) — *Florent.* in bibl. Camaldulenf. B. M. in Genefin (I. p. 413. C. et p. 430. D.) — In bibl. S. Marci Dominicanor. funt plures codd. lat. *Orig.* homil. in Leuitic. XV. fuper cantica cantic. interpr. Hieronymo; homiliae IX. in librum Iefu Naue bis; *Orig.* Periarchon, Rufino interprete bis; Rufini defenfio Origenis. *Orig.* fuper Lucam, Hieron. interprete; — *Orig.* tractat. in ep. ad Romanos *Rufino* interpr. (v. infra nr. 17. fcript. latine editor.) bis — in Ezech. interpr. Hieronymo, bis — Expofitio in Genefin, et homil. IX. in Genefin; in Leuiticum, interpr. eodem. — Hieronymi verfio opufc. Orig. in epithalamicis. (I. p. 420 et 421. — *Cefenae* in bibl. fratrum minorum, *Origenis* breuiarium a S. Hieronymo translatum, (fic I. p 433.) — *Mediolani*, in bibl. Ambrof. *Orig.* exercitatt. de perfectione fpirituali. (I. pag. 494. A) — it. homiliae in Gen. Exod. Leuitic. et Ioannem; expofitiones ep. Paulli ad Rom. — rurfus in Pentateuch. in Cantica, de S. Magdal. bis (I. p. 521. E.) — *Mutinae* Orig. opera, cod. faec. X. et commentaria. (I. p. 531. E. 532. A.) — *Lipfiae* in bibl. Paullina, *Orig.* quaedam, et in fcripturae locos. (I. p. 594. E. 595. A.) — *Londini* in bibl. regia, *Orig.* homiliae in multos S. S. locos et Homiliae. (I. p. 627. D 628. A.) — in bibl. *Cotton. Orig.* homiliae. (I. pag. 640. D.) — In bibl. Monafterii S. Germani a Pratis, (*San-German.*) *Orig.* in V. T. tum in Pentateuchum; in Numeros; in Cantica, bis; Periarchon; apologeticum Pamphili pro Origene; epitaphium Origenis; — Opera aliquot; *Origenis*, Auguftini etc. homiliae, quater. (II. pag 1128-1130.) — In Abbatia S. Petri de *Selincurte*, dioec. *Ambianenf. Orig* homiliae in libr. Iudicum, in Cantica, Ifaiam, Ierem. Ezechiel. in Cantica, pars altera. (II. pag. 1197. D.) — In bibl. *Gemmeticenfi*, homil. in V. T. bis. et in Matthaeum. (II. p. 1207. fq.) — In Monaft. S. Albini *Andegauenfis*, cod. LXII. Orig. expofition. in V. T. (II. p. 1223.) — In Abbatia S. Theodorici prope *Remos*, *Orig.* purgatio, praefixa eius homiliis fuper V. T. Homiliae 16. in Genefin; 13. in Exodum; 28. in Numeros; in Iofue hom. 26. cum prologo Hieronymi; in libr. Iudicum, hom. 9. in I. librum Regum, hom. vna; in cantica canticor. hom. 2. cum prologo Hieron. in Ifaiam, hom. 14. in Ezech. hom. 2. cum prol. Hieron. — fermones in vigil. natiuitatis domini etc. in cod. XX. (II. pag. 1231.) — In Monaft. S. Audoeni *Rothomagenf. Orig.* quatuor homil. quae habentur inter opp. Hieron. (II. pag. 1237. C.) — In monaft. S. Martini *Sagienfis*, *Orig.* in Genefin, Exodum, Leuitic. Numeros, Iofue, libr. Iudicum, Ifaiam, Ierem et Ezech. interpr. Hieronymo; in lib. Numer. ex translat. Rufini; in ep. ad romanos ex verf. Hieronymi, codd. VI. VIII. (II. pag. 1248.) — In monaft. B. M. *de Becco Orig.* aliquot homil. in cod. CXVI. et CXVII. (II. pag. 1253.) — In bibl. S. Gatiani *Turonenfis*, in cod. CIIIL. *Orig.* homil. tres. (II. p. 1274.) — — In monaft. S. Remigii *Remenfis*, Orig. quid agendum fit legenti S. S. etc. et de iis, quae in S. S. petram fcandali videntur offerre, graece, et Orig. in S. S. gr. (II. pag. 1289. C. 1290. C. et in ecclef. *Bellouacenfi*, ibid. D.) *Orig.* hom. in Pentateuchum etc. tum homiliae ex verfione Rufini. — in bibl. *Laudunenfi* nr. 172. 174. *Orig.* in lib. Iudicum, et in libros Regum, Ifaiam, Ierem. et Ezechielem. — In monaft. S. Martini *Turonenf. Orig.* in Pentateuchum, (II. p. 1337. A.) — in Abbatia *Sauiniacenfi*, comm. in Ierem. ex *Origene*, Hieronymo, etc. et homil. in V. T. (II. p. 1342. cod. V. et 1343. c. 41.) — In abbat. *Fulcardi montis*, *Orig.* fuper ep. ad romanos, et fuper Ioannem (II. pag. 1344. E. A.) — In bibl. *Vallis Lucenfis*. fuper Cantic. cantic. tum in lib. Mofeos. (II. pag. 1345. B. 1346. A.) — In monaft. *S. Michaelis* in periculo maris, *Orig.* in V. T. libros et Periarchon, in ep. ad Romanos, bis; in Leuiticum; in Pfalm. Iob. et rurfus in plurimos V. T. libr. (II. p. 1360. et 1361.)

1361.) — In monast. S. Petri *Carnutensis*, in ep. ad Rom. ex vers. Rufini, Numer. bis et Leuitic. (II. p. 1362. D.) — In bibl. Franciscan. *Cadoment.* in Leuitic. (II. p. 1364. A.) — In bibl. cathedr. *Ebroicens.* in libr. Numer. Iosuae, Iudicum et Orig. epistola excusatoria. (II. p. 1365. D.) — In bibl. *Clareuallensi*, explanatio et homiliae super V. T. interprete *Hieronymo*, explan. Iobi et S. Ioann. — hom. 16. super Leuitic. et explanatio cantici canticor. (II. p. 1366. B. 1367. B.) — In bibl. S. Victoris, *Paris.* Origenis Opp. (II. p. 1374.) — Versio *gallica* variorum *Orig.* librorum. (II. p. 1196.) — In bibl. *Coislin.* confectore Montfaucon. cod. LXXXI. pag. 137. sq. et cod. CCLXXV. p. 389. Cantica S. S. cum interpretatt. *Origenis* et aliorum. — in cod. CXII. p. 186. in collect. rerum moralium et cod. CXV. p. 188. in Anastasii quaestion. et respons. sunt quoque loca Origenis.

In *Anglia*, secundum catalog. MSSt. Angliae et Hiberniae, Oxon. 1697. fol. in vol. I. in bibl. *Bodlei.* inter codd. Laudi, nr 900. Bedae, *Origenis* et aliorum homiliae per totum annum. — nr. 1031. Chrysostomi, *Origenis* et aliorum homiliae. — nr. 1400. et nr. 2321. *Orig.* in Genesin, Exodum et Leuiticum. — nr. 1220. et 2429. hom. in multos V. T. libros. nr. 3036. collectanea ex variis *Orig.* opp. — *Oxon.* in bibl. collegii *Baliolens.* nr. 312. homiliae 26. in libr. Iosuae, libr. Iudicum et Regum, in Isaiam, Ierem. et Ezechiel. — colleg. Merton nr. 472. 473. 477. 481. 495. 496. in plurimos V. T. libros. — nr. 643. et in coll. *corporis Christi* nr. 1609. et nr. 2175. coll. *S. Mariae Magdal.* homiliae plures — *Cantabrigiae*, in coll. S. Trinitatis, nr. 330. et 341. Orig. opp. in V. T. — nr. 503. aliquot homiliae. in coll. *Caio-Gonuilens.* nr. 1168. hom. in Genesin, Exod. et Leuit. — In coll. S. Ioannis Baptistae, nr. 1903. Orig. in Iosuam, libr. Iudicum, Tobiam, Iudith, Esther et acta. — in aula *Pembroch.* nr. 1932. homiliae; nr. 2117. in V. T. tum nr. 2120. et nr. 2202. in coll. Mar. Magdal. it. 2305. in bibl. publ. — nr. 6406. bibl. Theyeri. in multos V. T. libros. — In vol. II. in bibl. eccl. *Dunelmensis* nr. 359. 485-487. homil. in V. T. et aliae. — In bibl. eccles. *Wigorniensis* nr. 873. *Orig.* in libr. Numeror. XII. prophetas, epist. canonicas, acta apost. Genesin, Exodum. — in bibl. eccl. *Westmonast.* nr. 1220. opusc. *Origenis* et aliorum. — nr. 10008. — bibl. *Iacobaeor.* nr. 7902. homiliae. — In bibl. *Vindobonensi*, cod. CXLVI. excerpta ex *Origenis* aliorumque expositionibus in V. T. gr. *Lambec.* comment. IV. p. 256. vbi Kollar. excerpta diligentius indicauit.) — cod. CLXIV. 6. interpretatio compendiaria variarum V. et N. T. quaestionum ex Theodoreto, *Origene*, aliisque. gr. (*Lambec.* l. c. pag. 854. sq.) — *Fesuli* in Italia, inter codd. coenobii Canonic. regular. *Origenis* in S. S. tomi duo. (teste *Montfaucon* in diario ital. p. 392.) Multos alios codd. qui continent partes aut fragmenta, deinceps laudabimus. — De edit. *Huetii* egit Fabricius nos vero illi statim adiungimus notitiam recentioris et plenioris *de la Rue* editionis, vt ordinem singularum partium postea commodius inseramus, et quae addita sint, indicemus aptius. Inscriptio haec est:

Ὠριγένους. — *Origenis opera omnia*, quae graece vel latine tantum exstant, et eius nomine circumferuntur. Ex variis editt. et codd. manu exaratis, gallicanis, italicis, germanicis et anglicis collecta, recensita, lat. versa atque adnotatt. illustrata, cum copiosis indicibus, vita auctoris et multis dissertatt. opera et studio Domini *Caroli de la Rue*, Presbyteri et Monachi Benedictini e congregat. S. Mauri. tom. I. II. Paris. 1733. — tom. III. ib. 1740. — tom. IV. et vltimus; post eius mortem a fratris filio *Carolo Vincentio de la Rue* ad vmbilicum

ductus

ductus editusque. Parif. 1750. In tom. I. funt Origenis epiftolae et reliqua, quae reftant, nec ad exegetica pertinent; in tomis II. et III. funt *Exegetica Origenis*, atque editor in praefat. de illis et fragmentorum fide in catenis; item de methodo atque interpretatione Origen. allegorica; de eius virtutibus vitiisque etc. varia ratione differuit. Tomus IVtus quod valde doleo, deeft exemplo noftro. At ven. *Oberthür*, theologus Wirzburgenfis, mihi roganti fummam illius perfcripfit. Secundum illum igitur id volumen diuiditur in duas partes, quarum prior continet reliqua Origenis, quae ad noftram peruenerunt aetatem, opera in Ioannem, fragmentum e quarta homilia in acta Apoftolorum; commentarium eiusdem in epiftolam Paulli ad Romanos cum fragmentis in epiftolas ad Galatas, ad Ephefios, ad Coloffens. ad Theffalon., ad Titum, ad Philemona, ad Hebraeos cum duobus confuetis indicibus, altero locorum S. S. altero rerum memorabilium. *Pofterior* pars complectitur opp. ad Origenem fpectantia: editorum comment. de apologiae pro Origene auctore, fatis et orthodoxia; Rufini ad Macharium in apolog. *Pamphili* praefationem et Pamphili apologiam pro Origene, maximam partem latine tantum; ac Rufini libr. de adulteratione librorum Origenis. Editores contulerunt VI. codd. ad quorum et eorum, quibuscum comparati erant libri περὶ ἀρχῶν, fidem emendarunt textum. Sequitur *oratio panegyrica*, (coll. cum codd. II. Vatic. vno Bafil. et vno Wetften. nec non cum edd. Hoefchelii et Gerardi Voffii,) a *S. Gregorio Thaumaturgo* e fchola Origenis in patriam redire parante, compofita, et Caefareae in Palaeftina publice habita gr. ac lat. Tum *Origeniana*, ab *Huetio* fcripta, notisque hiftoricis et criticis illuftrata, cum fumma eiusdem operis librorum, fectionum, capitum et numerorum, et excerptum ex *Georgio Bullo* cap. VIIII. defenfionis fidei Nicaenae de filio τῷ ὁμουσίῳ, vbi catholica Origenis de trinitate fides potiffimum vindicatur. Coronidem imponunt duo indices; alter auctorum, quorum mentio fit in illa parte vltima, alter rerum memorabilium, ibidem contentarum: fubiunguntur, quae addenda fint et corrigenda in fingulis editionis huiusce tomis. — Commentariis in Ioannem et apologiae Pamphili fpeciale monitum eft praefixum: de commentar. in epift. ad Romanos in ipfa praefatione agitur. Reliquis Origenianis, hic recenfitis, operibus fpeciale monitum haud praemiffum eft; fed lectores ad notas Origenianis Huetianis adfperfas remitti potuerunt. Hactenus de edit. Ruaeana.

In *Veterum patrum ecclefiafticorumque fcriptorum analectis nouis*, Venetiis 1781. fol. nr. I. pag. 3-169. leguntur *fcholia Origenis*, quae in catenis MSctis reperta funt, in Pentateuchum, Iofua, librum Iudicum, Samuelis, Regum, Prouerbia et Ecclefiaften Salomonis, Pfalmos, Matthaeum et Lucam.

Origenis Adamantii opera omnia ad edit. Parifin. Caroli de la Rue recenfita, (cura *Oberthür*.) Würzburgi 1785. fqq. 8. XV. tom. fine commentariis.

Franc. Rous inter *mella Patrum*, Londini 1650. 8. ex Origenis homiliis et libris contra Celfum, multa recepit. v. *Fabric.* B. Gr. vol. XIII. p. 758. *Harl.*

α) *EXEGETICA*, fiue quaecunque ex *commentariis* Origenis in S. fcripturam graece reperire potuit, graece et latine cum notis edidit *Petrus Daniel Huetius* xx) Rothomagi 1668. fol. 2. voll. recufa Parif. 1679. et Coloniae (Francofurti) 1685. fol. ex

xx) Laudat *Bochartus* tom. I. Hierozoici pag. 956.

ex officina Christiani Genschii. In illo opere post praeclarissimum Origenianorum opus yy) in libros tres distinctum, haec Origenis siue scripta integra, siue scriptorum laciniae ac fragmenta extant.

1. Fragmenta *commentariorum in Genesin.* c. I. vers. 12. 14. 16. ex *Eusebii* VII. 20. et VI. 11. praeparat. atque ex Philocalia c. 22. cum versione *Francisci Vigeri* et *Io. Tarini.* pag. 1-17. *Fabr.* *De la Rue* dedit cum suis et Huetii notis ab initio tomi II. pag. sqq. fragm. lat. ex apologetico Pamphili martyris pro Origene; tum graece fragm. ex libro I. in Genes. ap. Euseb. I. aduersus Marcellum Ancyranum p. 22. cum interpret. Rufini. 2) fragm. comm. ad cap. I. 12. ap. Euseb. VII. 20. de praep. euang. cum vers. Fr. Vigeri. 3) ex comm. libro III. ad cap. I. 14. ap. Euseb. VI. 11. de praep. eu. et in Philocal. cap. 22. cum interpr. Vigeri. — 4) ex comm. tom. III. ad cap. I. 16. sqq. ex Philocalia cap. 14. cum vers. Io. Tarini. — 5) ex comm. tom. III. ap. Euseb. III. H. E. cap. 1. 6) ex Origene selecta, e catenis MSSt. schedis Combefisianis, et aliis fontibus. Quaedam fragm. in aliis catenis MSStis tribuuntur aliis hominibus; vti ad singula adnotauit editor. — 7) Origenis homiliae, collatae cum III. codd. Turonensibus, vno Sangermanensi, vno Bellouacensi, vno Gemeticensi, Rhemensi, et alio monast. Theodorici prope Rhemos; prima et secunda pars gr. cum Rufini vers. Altera pars homiliae II. et reliquae, vsque ad XVII. e latina illius versione.

Codices praeter eos, quos supra iam memoraui, aut qui infra in catal. scriptorum, latine tantum editorum, enumerantur, sunt secundum *Montfaucon* in bibl. MSS. *Venetiis* in bibl. *Iustinian.* in catena in Pentateuch. libr. Iosue, Iudicum et Ruth. (I. p. 483. A.) — fragmentum de arca, in cod. *Balusii*, bibl. reg. Paris. (I. p. 1305. D.) — In bibl. *Vindobon.* cod. IV. in catena in Genesin. (*Lambec.* III. p. 55.) — *Taurini* in bibl. regia cod. L. s. catena in Pentateuch. libr. Iosue, Iudicum et Ruth: de quo cod. V. auctor. catal. codd. gr. Taur. pag. 154. sq. — *Venetiis* in bibl. Marciana, cod. XV. s. catena variorum in Pentateuchum. (cat. codd. gr. pag. 16. sq.) *Harl.*

2. Fragmenta *commentariorum in Exodum* c. XX. 27. ex eadem Philocalia, cum *Tarini* versione, pag. 17-25. *Fabr.* — Triplex fuit Origenis in Exodum ἐξηγητικῶν genus; tomi nimirum, (e quibus fragmenta tria graece exhibet Philocaliae caput XXVI. et a de la Rue recusa II. pag. 111. sqq. collatis codd. duobus regiis, Coisliniano et e bibl. Foucaud,) tum excerpta s. scholia, quorum vnum superesse videtur in catenis graecis MSStis; denique homiliae, a Rufino latine versae. Selecta in Exodum dedit de la Rue ex schedis Combefisii, pag. 121. sqq. gr. et lat. homilias denique, latine pag. 129. sqq. In homilia tamen octaua duo fragm. gr. cum duplici versione lat. ex schedis Combefisii publicauit. — Homiliae etiam supersunt in cod. bibl. *Murbacensi* (*Montfauc.* bibl. MSSt. II. p. 1177. E.) vt supra memoratos codd. omittam. *Harl.*

3. *Fragmentum Homiliae II. in Leuiticum* (sed diuersae ab illis in Leuiticum Homiliis, quae in latinis Origenis editionibus exstant,) p. 26. ex eadem Philocalia. *Fabr.* Scholia in Leuiticum scripta esse ab Origene, testatur Hieronymus: v. *de la Rue*, qui II. pag. 180. sqq. dedit

yy) [v. ad not. g.]

dedit ex Origene ſelecta in *Leuiticum* gr. ac lat. et p. 184. ſqq. Homilias (quas pag. 179. ſq. vindicat Origeni, et verſionem Rufino,) latine, interprete Rufino, easque contulit cum vetuſtiſſimo cod. ſaec. VI. vel. VII Sangermanenſi, cuius character eſt vncialis, cum cod. Gemeticenſi, Beccenſi, et Franciſcanorum Cadomenſium. Pag. 193. inſeruit fragmentum graec. cum verſ. lat. ex homilia ſecunda in Leuiticum, in cap. I. philocaliae ſeruatum: nec non pag. 228. breue fragm. gr. homiliae VIII. — *Codd. MSS.* ſunt praeter citatos, in quibus reſtant fragm. gr. Origenis cod. V. et VI. Coislin. catena ex multorum ſcriptis concinnata, in Leuiticum, Numeros, Deuteron. Ioſue, Iudices et Ruth — Coislin. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 41. et 42. — In cod. *Ottoboni*, Romae, homil. in Leuiticum, (*Montf.* bibl. MSSt. I. pag. 183. C.) in bibl. regis Angliae *Orig.* in Leuiticum. (id. ibid. pag. 626. A.) — In bibl. Bodleiana inter codd. *Laudi*, Orig. homil. in Leuiticum nr. MLXXV. tom. I. catal. etc. — *Cantabrig.* in bibl. publ. MMCCXXI. ex dictionibus Origenis, oratiunculae 28. in *Numerorum* libros.

Origenes ſcripſit quoque in *Numeros* et ſcholia ſ. excerpta, et Homilias XXX. quarum hodie XXIIX. ſuperſunt ex interpr. Rufini. *De la Rue* II. pag. 270. ſqq. primus edidit fragmenta ſcholiorum, gr. ac lat. e catenis graecis; a pag. autem 275. homilias XXVII. cum prologo Rufini, et VI. collatorum codd. adtulit varias lectiones. Homiliae XIII. p. 321. inſeruit fragm. graecum ex catenis deſumtum. — Codd. iam ſupra excitaui.

Idem *de la Rue* ex catenis graec. pag. 386. ſqq. euulgauit fragmenta quaedam gr. ac lat. quae partes illi fuiſſe videntur deperditarum homiliarum *in Deuteronomium.* vid. paullo ante memoratos codd. *Coislinian.* [illegible] *Harl.*

[P] 4. *Fragmentum commentariorum in Ioſuam.* c. XV. pag. 26. ex eadem Philocalia. *Fabr.* *De la Rue* II. pag. 393. ſqq. primum adnotat, hodie exſtare XXVI. Orig. homilias in Ioſuam; a Caſſiodoro inſtitt. cap. I. memorari triginta, et initium viceſimae repraeſentari philocaliae cap. XII. ex eoque eos, qui has homilias abiudicarunt Origeni, poſſe refutari. Tum fragmenta graeca, homiliarum fronti praefixa, e catenis MSSt. cum praef. latina, euulgauit. Poſtea ſequuntur XXVI. hom. ex Rufini interpr. collatis cod. Sangermanenſi antiquiſſimo, Gemeticenſi et II. eccl. Ebroicenſis. Pag. 442. ſq. eſt locus gr. cum verſ. Tarini, ex hom. XX. in Ioſ. cap. 15.

Praeter hos et alios a me paſſim memoratos codd. indicantur a *Montfaucon* bibl. MSS. I. p. 225. nr. 287. *Origenis* expoſitio in librum Ieſu Naue cum comment. Hieron. in Ioſuam et Daniel. — II. p. 1266. E. cod. monaſterii S. Petri *Pratellenſis*, et p. 1365. D. cod. *Ebroic.* qui continet hom. in *Ioſuam*, Numeros et Iudicum libr. — Idem *Montfaucon* in bibl. Coisl. pag. 43. recenſet cod. VII. qui complectitur catenam gr. ſiue libros Ioſue, Iudicum, Ruth et IV. regnorum, cum ſcholiis ad marginem poſitis ex *Origene* aliisque. — *Oxonii* in bibl. collegii S. Ioann. Bapt. nr. 1904. Orig. Ioſua et Iudic. cum commentario.

In ed. *de la Rue* II. p. 457. ſqq. ſunt primum ſelecta ex *Origene* in *Iudices* ex catenis MSStis collecta, gr. cum verſ. latina. — tum nouem homiliae, ex verſione Rufini, coll. cum cod. Sangermanenſi et II. Ebroicenſ. — Pag. 478 eſt fragm. gr. comm. in *Ruth*, e ſchedis Combefiſii. Codicibus iam deſignatis adde cod. *Gemmeticenſ.* qui, notante *Montfauc.* in bibl.

bibl. MSSt. II. p. 1207. B. continet *Orig.* homilias octauam et nonam in libr. *Iudicum*, non integras. *Harl.*

5. *Homilia in* I. *Regum c.* 28. *de Engastrimytho* pag. 28-37. cum versione *Leonis Allatii*, qui primus ediderat cum Eustathii Antiocheni contra Origenem et suo de Engastrimytho syntagmate, ad calcem Eustathii in Hexaëmeron Lugd. 1629. 4. Recusa etiam in criticis sacris in S. scripturam, curante *Ioh. Pearsonio* editis Lond. 1660. fol. tom. VIII. p. 407-418. atque inde Amstelodami, et Francof. 1696. *Fabr.* In ed. *de la Rue*, II. pag. 479. sqq. exstant 1) fragm. s. selecta ex Origene in IV. libros *Regum*, e catenis gr. Paris. a Combefisio collecta, gr. ac lat. 2) homilia a Rufino versa: illi quidem de la Rue cum Huetio adtribuit, refutatque *Riuetum*, qui crit. sacr. lib. 2. negauit, auctorem esse Origenem. 3) pag. 490. sqq. homiliam, a Fabricio memoratam, edidit cum Allatii versione, notisque suis et Huetii. — In bibl. *Veneta* D. Marci est catena in libros *Regum*, ex *Origene* aliisque multis confecta, in cod. XVI. (cat. codd. gr. p. 17.)

Origenes scripserat commentarios in *Iobum*. Ex eius vero homiliis in Iobum nil hodie superest, nisi forte particula illa homiliae in Iob, quam ex Hilario refert *Augustin.* lib. II. contra Iulian. tom. X. p. 543. v. *de la Rue* II. pag. 499. qui multa fragmenta graece ex catenis MSStis regiis edidit cum latina vers.; praemisso homiliae *Orig.* de libro Iobi, ex interpretat. *Hilarii* Pictauiensis. *De la Rue* tamen certis argumentis adfirmare non audet, num ea, sub Origenis nomine in catenis exhibita, nec non illa catena, quam ex II. codd. Bodleianis in lucem edidit et latine vertit *Patricius Iunius*, ex homiliis in Iob, an ex aliis Origenis opp. excerpta fuerint, immo an ipsummet Origenem, cui in catenis adscribuntur, habeant parentem. Hinc calci tom. II. pag. 850. sqq. adiecit *anonymi* commentariorum in Iobum tres libros, latine, qui in vulgatis edd. tribui solent Origeni; sed ipsius esse negat, idque inuictis argumentis probatum esse scribit ab *Huetio* in adpend. libri tertii Origen. nr. 2. Adde infra nr. 8. inter scripta Origenis lat. edita. — *Iob* cum marginali catena, siue scholiis *Origenis* multorumque aliorum est *Venetiis* in cod. Marciano XXI. qui pari modo continet *Prouerbia* cum catena s. scholiis *Origenis* et aliorum: in cod. XXII. est catena in *Prouerbia* Salomonis, plerumque consona cum ea, quae habetur in cod. XXI. (catal. codd. gr. pag. 19-21.) — In catena patrum, (plurium et interdum aliorum nominibus positis, quam in catena Nicetae in Iob edita a Patricio Iunio, Londini 1637. fol.) in cod. XXVII. Laurent. Medic. plut. V. v. *Bandin.* cat. cod. gr. I. pag. 52. sqq. — in *Nicetae* catena patrum in Iobum in cod. CCXXXI. *Vindobon.* v. *Lambec.* comm. V. pag. 155. sqq. In cod. graeco CDLIV. *Paris.* est, notante confectore catalogi II. p. 64. *Origenis* expositio in *Iobum*, diuersa a tribus libris in Iobum, qui cum Origenis opp. prodiere. Inc. σημαίνει ἡ βίβλος. — In cod. *Coislin.* CXCIV. est liber *Iob* cum commentariis et scholiis *Origenis* aliorumque. (*Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 247.) *Harl.*

6. *Fragmenta commentariorum in Psalmos* ex Epiphanii haeresi LXIV. 6. et 10. Origenis philocalia et *Eusebii* VI. 25. hist. cum versione *Petauii*, *Tarini*, *Henr. Valesii*, p. 37-51. Vtinam similiter *scholia* Origenis *in Psalmos*, quae graece MSS. exstant in bibl. Vindobonensi, et aliud ὑπόμνημα in Psalmos, quod habuit Tho. Galeus, in lucem proferantur. *Fabr.*

De la Rue II. pag. 512. primum obferuat, quando Origenis comment. in Pfalmos fcripferit, et vbi loca ex eius commentariis reflent, aut citentur; tum docet, Origenem praeter commentariorum tomos reliquiffe Enchiridion, i. e. fcholia feu [illegible] breuesque adnotationes, atque homilias in Pfalterium, atque erraffe Erasmum, ab *Huetio* in Origenian. libr. III. fect. III. nr. 6. refutatum, dum in cenfura fuper his Pfalmis, earum homiliarum et auctorem, Origenem, et interpretem, Rufinum, facit dubium. Denique [illegible], fe ex catenis patrum graecorum tum manufcriptis, tum editis, quae innumera paene fragmenta exhibent fub Origenis nomine, non omnia admififfe; ea omififfe, quae vel non vnanimis catenarum confenfus Origeni adfcripfiffet, vel quae Eufebium, Theodoretum, aut alios quoslibet [illegible] ecclefiafticos habere parentes deprehendiffet; cetera vero, etiamfi interdum dubia, partim e catenis a *Balthaf. Corderio* et *Dan. Barbaro* editis, partim e fchedis *Grabii*, qui codices anglicanos, et *Combefifii*, qui codd. Parif. exfcripfit, partim denique ex MSStt. codd. [illegible] et aliis depromta recepiffe, quae pag. 513. vsque ad finem gr. ac lat. pauciora vero fragm. tantum latine olim verfa fequuntur. Atque homiliae in Pfalm. 36-38. lat. ex Rufini interpretatione pag. 654. fq. p. 680. fqq. 691. fqq. funt typis renouatae etc.

Fragmenta reftant in codd. praeter citatos, *Veneto* Marc. XVII. f. Pfalterio, cum ampliffima catena patrum eccl. in his *Origenis*. (cat. codd. gr. p. 18. fq.) De codd. *Coislin* X. et CLXXXVIII. f. catenis eiusmodi in Pfalm. item de cod. CXV. qui continet [illegible] quaeftiones ac refponfiones ex varios S. S. partibus et ex *Origene* aliisque fcriptoribus ecclef. v. [illegible] bibl. Coislin. p. 57. 244. et 188. — *Florentiae* in cod. Medic. XIV. plut. V. eft fimilis [illegible] expofitionum, quae incip. a Pfalmo LXXV. (in hebraico contextu LXVIII.) atque *Bandin.* cat. graec. I. pag. 34. fqq. praeter alia excerpta excudi fecit praemiffa argumenta 1) [illegible], quod abeft a Corderiana edit. et multum differt ab edito inter opp. Athanafii, Parif. 1698. tom. II. p. 1140. 2) *Origenis*, quod item abeft ab edit. *de la Rue*, II. p. 770. tum initium fcholiorum, ad pfalm. 88, 1. quae defunt in catena Corder. et ed. de la Rue. Idem *Bandin.* de [illegible] in Pfalmos catenis MSSt. et huius cod. praeftantia differit. — Alium eiusdem generis cod. III. plut. VI. laudat et recenfet vberius *Bandin.* l. c. pag. 87. fqq. — In cod. [illegible] bibl. reg. VII. eft expofitio Nicetae in pfalterium f. catena ex Origene aliisque coactae. (cat. codd. Taur. gr. pag. 70 fq.) — Alia catena in Pfalmos collecta ex *Origene* aliisque ib. in cod. LXXIX. aliaque in Pfalm. LI — C in cod. CCXXI. (catal. p. 173. fqq. [illegible]) — *Vindobonae* in bibl. caefarea eft in cod. X. pfalterium cum ampliffimo commentario ex operibus *Origenis* aliorumque contexto; qui fuit praecipuus illorum quinque antiquiffimorum codd. gr. e quibus Corderius collegit Expofitionem pfalmorum e patribus gr. III. tom. Antwerp. 1643 et 1646. v. *Lambec.* comm. de bibl. Caef. III. pag. 54. fqq. et *Kollarii* not. B. p. 59 de cod. XI. cuius auctorem non vnicum Theodorum, fed commentarium effe *Origenis* aliorumque multorum oftenditur: codd. XIV. et XV. pariter continent catenam, f. commentarios in pfalterium a Pfalmo I. — LXXVIII. ex *Origenis* aliorumque fcriptorum ecclef. operibus collecto. Ex priore cod. opus Corderii poffe fpicilegio non contemnendo augeri, animaduertit *Lambec.* l. c. pag. 66. et pofteriorem effe eum, adnotauit *Kollarius* pag. 67. fqq. not. A. ex quo, optauerat Fabricius, vt fcholia Origenis proferrentur in lucem. *De la Rue* quidem [illegible] illius cod. apographum, fed, quod totum opus Origeni fuppofitum arbitrabatur, ab edendis illis fcholiis abftinendum effe duxit. (v. eius praef. ad tom. II.) Enimuero Kollario argumentum

tum, quod *de la Rue* a voc. Θεοτόκος petit, nullius prorsus momenti esse videtur aliaque docte explicat. In cod. XIX. notabili, et cuius argumenta *Lambecius* atque *Kollarius* p. 75. sqq. recensent vbertime, sunt, vt in indice pag. 650. diserte indicatur, *Orig.* hypotheses s. argumenta Psalmorum Dauidis. — Catena in L. priores Psalmos ex *Origene* aliisque Oxoniae in cod. *Baroc.* CLIV.

In tomo III. pag. 1. sq. *de la Rue* addidit fragmenta Orig. comment. in *Prouerbia Sal.* n. duo priora latine ex Pamphili apologia pro Origene, vnum gr. ad Prou. I. 6. ex catena MSta bibl. Mazarinianae ad caput VIII. Lucae, reliqua gr. ex epitome Procopii Gazaei, cum vers. Lat. vide supra ad nr. 5. circ. fin. et infra, inter scripta Origenis deperdita. *Harl*

7. *Fragmentum parui tomi in Canticum*, quem iuuenis scripserat: et aliud *ex secundo in Canticum tom.* pag. 51. 52. ex Philocalia, cum Tarini versione. *Fabr.* In tom. III. ed. *de la Rue* primum occurrunt e Philocal. c. I. fragm. e paruo tomo in *canticum* et II. homiliae ex vers. latina Hieronymi, cum huius prologo, collatis codd. I. abbat. S. Petri de Selincurte, I. eccl. Laudunensis, I. maioris monasterii, et I. monast. Beccensis: deinde a pag. 23. quatuor libri maioris commentarii, quem Origenes in decem tomos distribuerat, e versione Rufini lat. cum eiusdem prologo. conf. monitum de la *Rue* ad illos libros, et *Pearsonium*, cuius longiorem contra Erasmum disputat. is repetit, in Vindiciis epistolar. S. Ignatii pag. 110. sq. atque *Huetium*, in Origenian. III. cap. 2. sect. 3. nr. 7. v. infra nr. 11. scriptor. latine editorum. De versionibus Hieronymi v. La Vie de S. Ierom. par *Dom Jean Martianay*. Paris. 1706. 4. libro III. et VI. — *Rufini* autem versio collata est cum codd. vno eccl. S. Petri *Beluacensis*, altero Turonensi et tertio monast. Beccensis. In notis hinc inde sunt inserta loca graeca Origenis, a Procopio Gazaeo citata aut indicata. Pag. 94. sequitur series Procopianorum excerptorum ex Origene in canticum canticorum, graece ac latine. — Sequentes *codd.* seruarunt fragmenta, quae huc pertinent. — *Kollar.* in supplem. ad vol. I. *Lambecii* comm. pag. [illegible] nr. XX. e catal. Neapolitano memorat cod. antiquum qui continet exposit. *Origenis*, *Gregorii* et aliorum script. ecclesiast. in *Cantica*, (num Salomonis, an quae passim in S. S. occurrunt?) Inter codd. tamen Neapolit. in bibl. Augustin. S. Io. ad Carbonar. in cod. X. sunt collectanea *Anastasii Sinaitae*, *Origenis* et aliorum; ad quosnam autem libros S. S. illa pertineant, non significatur. v. supra, vol. V. p. 796. secund. *Montfauc.* bibl. MSSt. I. pag. 233. C. sunt *Origenis* in Cantica, aliorum item, et S. *Bernardi* in Cantica, cod. saec. XII. — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. custoditur in Canticum canticorum epitome (gr. MSta.) expositionum *Procopii*, sophistae christiani, e Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino, *Origene* etc. (teste *Reisero* in cat. pag. 36.) — In bibl. *Bodleiana*, inter codd. *Guil. Laudi* nr. DCCCLXXIII. (cat. tom. I.) Orig. commentarius in Salomonis *prouerbia* et *cantica*. — *Cantabrigiae* inter codd. aulae Pembroch. nr. MMCXXX. (cat. II.) epithalamium *Origenis* super cantica canticorum. — Teste *Montfauc.* in bibl. MSSt. *Basilcae*, item in bibl. *Murbacensi*, in Alsatia; in bibl. *Mediani* monasterii in Vosago; in bibl. *Gatiani Turonensis*, nr. 115. in bibl. *Vallis Lucensis*, *Origenes* in cantica canticorum. (I. p. 608. C. II. pag. 1777. C. 1180. 1274. 1345. B.)

De la Rue II. pag. 104. sqq. addidit fragm. et homilias nouem in *Iesaiam*, latine, collatas cum IV. MSStis aliquoties laudatis. Reliqua, quae Origenes modo vel commentario-

 rum,

rum, vel scholiorum vel homiliarum scripserat in Iesaiam, et multa fuerunt, iam diu perierunt. vid. de *la Rue* monitum. In cod. *Coislin.* CXCII. fol. 13. sunt breues expositiones in *Iesaiam* ex *Origene* aliisque collectae, teste *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 245. *Harl.*

8. *In Ieremiam prophetam Homiliae XIX.* duae primores et 4. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 17. cum *S. Hieronymi* (in latinis editt. sunt 1. 13. 14. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 4.) ad 2. codices regios emendata; ceterae, 3. 5. 6. 7. 15. 18. 19. cum *Balthasaris Corderii* versione p. 53-198. Illas septem [22]) primus ediderat e codice Vaticano, vna cum Catena Patrum graecorum et commentario suo in Ieremiam *Michaël Ghislerius*, romanus, fateturque in versione, quam addidit, elaboranda operam suam contulisse *Leonem Allatium* et *Io. Matthaeum Caryophilum.* Lugd. 1629. fol. Postea vniuersas XIX. e codice Scorialensi, in quo perperam ad *Cyrillum Alex.* referebantur, graece edidit suamque versionem addidit *Balthasar Corderius* S. I. A. 1648. 8. Antwerp. apud Plantin. (non Parisiis, ut calami vel memoriae lapsu scripsit Caueus.) Additum est ab *Huetio* p. 198. 199. *Fragmentum homiliae* 39. *in Ieremiam* ex Origenis Philocalia, cum versione *Tarini.* Sed omisit Origenis fragmenta, quae exstant in Catena *in Threnos*, quam latine Antonius Agellius Rom. 1598. 4. et graece ac latine Ghislerius tomo tertio commentariorum in Ieremiam publicauerat. *Fabr.* — *Rabani Mauri* tempore exstabant adhuc XLV. homiliae Origenis in *Ieremiam*, et tot enumerat *Cassiodor.* institutt. diu. cap. 3. v. *de la Rue*, III. pag. 124. qui excudi fecit 1) homilias XIX. gr. cum versione lat. Hieronymi; 2) huius versionem tantummodo lat. homiliae XX. et XXI. (secundum eumdem tertiae, et secundae:) 3) homiliae XXXVIIIImae fragmentum gr. ex Philocalia, cap. 10. 4) multa fragmenta, seu selecta ex Origene in Ieremiam, gr. ac lat. — Pag. 320. sqq. fragmenta et multa et longiora ex comment. in *Threnos*, quae sub Origenis nomine exhibere catenam *Ghisleri* in lamentationes, iam Fabric. notauit. — *Origenis* fragm. in *Ierem.* sunt in cod. *Coislin.* VIII. teste *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 44. — Teste eodem in bibl. MSSt. custodiuntur *Romae* in bibl. *Chiggia Prophetae omnes* maiores et minores cum comment. *Origenis* atque *Hesychii.* (I. pag. 175. A. et in diario italico pag. 237.) — Inter codd. abbatiae *Sauinianens.* nr. V. commentar. in Ierem. ex Hieronymo, *Origene*, Paschasio et Gregorio. (II. p. 1342.) — In bibl. Cardinal. *Sfortiae* quatuor prophetae maiores, *Iesaias* et *Ieremias* cum catenis commentariorum *Origenis* aliorumque; *Ezechiel* ac *Daniel* cum catena simili ex varr. comment. (II. pag. 708. E. et 709. E.) — In bibl. *Vindobon.* cod. CXX. auctore *Lambec.* in comment. vol. IV. col. 117. sqq. commentarius in prophetiam *Ieremiae*, libr. *Baruch* et *Threnos Ieremiae*, in duodecim tomos s. sectiones diuisus et ex *Origenis*, *Chrysostomi* et *Theodoreti*, episcopi, expositionibus in eumdem prophetam conflatus. — Breues Origenis aliorumque expositiones in *Iesaiam*, in cod. Coislin. CXCII. teste *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 245. *Harl.*

[?] 9. *Fragmentum tomi XX. in Ezechielem.* p. 200. seq. ex eadem Philocalia. Vide et *Mersennum* p. 1321. in Genesin. *Fabr.* Origenis commentarios in *Ezechielem* distinctos fuisse XXV. voluminibus, testatur *Euseb.* VI. hist. eccl. cap. 6. sed hodie vnicum superest tomi

22) Addidit *Ghislerius* tom. 3. p. 262. etiam Alex. librum de diuite saluando, vt supra in Clemente ... sed illam deinde agnouit esse Clementis ... memini dixi.

mi XX. fragm. in Philocalia c. XI. homiliae autem XIV. ex interpretat. lat. Hieronymi; quae omnia recudi fecit *de la Rue* III. p. 353. sqq. et in notis ad homilias passim adtulit fragm. gr. ex catenis MSSt. in Ezech. Pag. 406. sqq. reposuit gr. ac lat. ex Origene selecta in Ezechiel. haud pauca, secundum ordinem capitum. — *Montfaucon* in bibl. *Coisl.* pag. 61. multus est de cod. XVII. s. catena in *Ezech.* ex *Origene* aliisque contexta. Idem in bibl. MSSt. I. pag. 703. A. similem catenam, in bibl. *Sfortiana* seruatam, commemorat. — Scholia *Origenis*, Theodoreti et aliorum in *Ezech.* in cod. Laurent. Florent. IX. nr. 6. plut. V. (*Bandini* cat. codd. gr. I. pag. 20. sqq.) De aliis codd. antea nonnullis locis sermo iam fuit. *Harl.*

10. *Fragmentum ἐξηγητικῶν in Hoseam.* p. 201. 202. ex eadem Philocalia. *Fabr.* Recusum in ed. *de la Rue* III. p. 438. sq. *Harl.*

11. *Fragmentum tomi I. in S. Matthaeum*, (ex *Eusebii* VI. 25. hist.) p. 204. *et tomi II.* (ex Philocalia c. 6.) p. 204. cum *Valesii* et *Tarini* versione. Atque ineditus hactenus in Matthaeum tomus X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. cum *Huetii* versione, qui hos primus e bibl. Reginae Christinae eruit, collato etiam codice regis Christianissimi, et post minus accuratam *incerti*, minusque integram *Erasmi*, (quae iam in Matth. XVI. 12. pag. 273. edit. Huetii desinit,) versionem, de integro reddidit latine p. 205-500. a Matth. XIII. 36. ad XXII. 33. Alia fragmenta habet *Bulengerus* contra Casaub. part. 2. diatriba 3. p. 166. 167. 191. *Fabr.* Repetiit *de la Rue* III. pag. 440. sqq. cum suis et Huetii notis et auxit. Graecis adposuit Huetii vers. latinam, et a cap. Matthaei XVI. 13. veterem subiecit interpretationem. Collata graeca sunt cum cod. Holmiensi, cuius V. L. iam Huetius exhibet, Vaticano nr. DIIIC. Cantabrigiensi, collegii S. Trinitatis, et alio, qui vero a tribus prioribus est diuersus, et quem exscripsit Tarinus. Hic quoque Tarin. adscripsit ad marginem sui apographi varias aliorum codd. lectiones — et pag. 830. est series veteris (latinae) interpretationis commentarior. Origenis in Matthaeum. — In haud paucis codicibus et catenis supersunt fragmenta. Missis iis, qui iam citati sunt, codicibus, *Paris.* in cod. bibl. publ. CDLV. *Origenis* in *Ioannis* euangelium commentariorum tomi IX. et totidem tomi comment. in euang. *Matthaei*; multa tamen desiderantur. — In bibl. *Coislin.* a *Montfaucon.* confecta, cod. XXIII. cod. CXCV. et cod. CCVI. continent quatuor *euangelia* cum commentar. et quidem *Origenis* aliorumque in Matthaeum, Lucam et Ioannem. — In cod. XXIV. membr. saec. circ. XI. catena in Matthaeum ex *Origene* multisque aliis scriptor. ecclef. (pag. bibl. *Coisl.* 66. 75. 247. et 266.) — Add. catenam in IV. euangelia, in cod. XX., de eoque *Montfauc.* bibl. Cois.. pag. 6?. sqq. qui quaedam loca ex eo excerpta dedit graece et vertit lat. — In bibl. *Mar i n?* Veneiis cod. XXVII. saec. X. praebet IV. euangel. cum comment. *Origenis* etc. in Matthaeum, Lucam et Ioannem, et cod. XXVIII. similem catenam in *Lucam* et *Ioannem.* — cod. XXXXIII. insunt *Orig.* exegeticorum in euangel. *Matthaei* tom. VIII. a tom. X-XVII. inclus. et exegeticorum in euangel. *Ioannis* tom. XXXII. huiusque codicis sectiones sequutum esse *Ambrosium Ferrarium* in ed. Veneta 1551. 4. adnotat confector illius cata. pag. 29. — *Florentiae* in monasterio Annunciatae in cod. saec. XI. catena in Matthaeum ex interpretatt. *Origenis* et aliorum, (teste *Montfaucon.* in diar. ital. p. 362.) — In bibl. *Venet.* MSS. S. *Michaelis* (teste *Mittarellio*, catal. p. 830.) in cod. CXX. excerpta ex Origenis comm. in euangel. Matthaei, in catena gr. — De peruetusto magnaque ex parte

aureis

aureis litteris scripto cod. XXIX. bibl. *Vindob.* qui continet IV. euang. cum comment. margin. ex *Origene* aliisque collecto, v. *Lambec.* et *Kollar.* comment. vol. III. p. 110-124. atque Kollar. p. 114. A. obseruat, comment. additum in codd. Parisinis tribui modo Origeni, modo Cyrillo, modo Chrysostomo, aut Victori Antiocheno: nullius vero horum esse, et pro catena, ex diuersis patrum excerptis contexta, habendum esse censet cum *Rich. Simonio* in hist. critica praecipuorum N. T. commentar. tom. III. pag. 80. 82. et 430. add. *Kollar.* ibid. not. B. pag. 157. sqq. de eiusmodi commentariis et cod. XXXVIII. qui pariter continet in IV. euang. commentarios. — De similibus codd. euangeliorum cum vberrima plurimorum patrum catena in bibl. *Laurent. Medic.* n. de cod. XXXIII. plut. VI. copiosus est, nec pauca debuit *Bandin.* codd. gr. Medic. I. pag. 158. sqq. — it. de cod. XVIII. ib. pag. 130. sqq. de cod. XXXIV. ib. p. 161. sqq. — *Monachi* in bibl. *Bauar.* in cod. XXX. *Orig.* in *Matthaeum* tom. II. mutilus, it. tom. 12. 13 14. 15. 16. eiusdem in *Ioannem* tom. 1. 2. 6. 13. 19. 20 32. (cat. codd. gr. pag. 7.) — *Cantabrigiae*, in cod. DLXXIII. collegii S. Trinitat. *Origenes* in *Matthaeum*, graece. (catal. II. 1. pag. 101.) — In bibl. *Gemmeticensi* (*Montfauc.* bibl. II. p. 1208. A.) Origg. tractatus 35. in Matth. absque vlla illorum distinctione. — *Magn. Crusius*, theolog. quondam in progr. Gotting. 1735. 4. edidit primus gr. ac lat. e codd. Parif. regio, Coisliniano et Carnotensi, *Prologos Origenis in euangelium S. Matthaei, Lucae et Ioannis*, notisque doctis illustrauit; praemissa comm. inscripta γέννησις τῦ ἀγεννήτυ. Idem de quibusdam locis (p. 5. et 6.) laudauit *I. A. Fabric.* cod. apocryph. N. T. tom. I. pag. 131. et 339.

In cod. *Parif.* bibl. publ. DCCIII. catenae in *Marcum* auctor *Origenes* esse dicitur; sed forsan illa est ex plurimorum commentariis contexta: et forsan idem iudicandum est de cod. CMXXXIX. qui in catalogo codd. Parif. continere, traditur, Origenis *commentarium* in *Marci* euangelium. v. infra, inter deperdita Orig. scripta. A pag 932. ed. de la Rue tom. III. exhibentur primum XXXVIII. homiliae in Lucam, interprete Hieronymo: notis vero passim et frequenter ab editore inseruntur locorum, ab Hieronymo latine versorum, verba graeca e schedis Combefisii ac Grabii cum vers. latina. Tum pag. 979. sqq. multa sequuntur fragmenta Origenis ex *Macarii Chrysocephali* oratt. in *Lucam*, gr. ac lat. De codd. ad finem nr. 12. quaedam adnotantur. *Harl.* Nonnulla ex *Origene* hausit *Euthym.* Zigab. in comm. in IV. euangg. primum edito a *F. C. Matthaei* V. C. Lipf. 1792. III Partt. IV. voll 8.

12. *In euangelium S. Iohannis tom. I. et II.* cum versione *Ambrosii Ferrarii*, Mediolanensis, Monachi Cassinensis, tom. II. p. 1-85. *Fragmenta quarti et quinti tomi*, ex Philocalia, cum *Tarini* versione, et ex *Eusebii* VI. 25. hist. cum versione *H. Valesii* p. 85-92. tomus VI. X. XIII. XIX. XX. XXVIII. et XXXII. [a]) (desinens in Ioh. XIII. 33.) cum versione *Ambrosii Ferrarii*, ex *Ioach. Perionii* interpretatione subinde suppleta, p. 92-422. Graeca primus *Huetius* e codice Regio edidit. Fallitur *Labbeus*, qui tom. II. p. 144. de script. eccles. ait, in his tomis Arianorum et Manichaeorum mentionem fieri. Hoc enim verum est de homilia secunda, quae in Iohannis euangelii initium latine tantum exstat inter homilias diuersas sub Origenis nomine. [v. inter codd. *Vossian.* n. MMCCCCXIX. in cat. codd. Angl. tom. II. p. 65.] *Ferrarius* [b]) sequutus est codicem Venetum bibl. S. Marci, in quo nouem isti tomi a librario,

a) Rufinus, numerat XXII. Hieron. vero XXXIX. tom. v. Huet. et de la Rue tom. IV. *Harl.*

b) Prodiit *Ferrarii* versio Venet. 1551. 4. et in Genebrardi edit. operum Origenis atque in Basileensi,

librario, vt lectoribus fucum faceret, discerpti sunt in tomos continuos duos et triginta. Ex ... gene *in Lucam* nonnulla profert *Bulengerus* libro laudato p. 158. 222. et *in Iohannis VI.* p. 251. *Fabr.* In tom. IV. ed. de la Rue esse ea, quae supersunt, Origenianorum in *Ioannem*, et *epp. plurimas Paullinas*, supra iam adnotatum est. Is autem in commentario quidem in Ioannem in monito ei praefixo vsum se esse dicit duobus codicibus, Bodleiano et Barberino, ad quorum fidem graeca se profitetur restituisse et lacunas expleuisse. Praeterea vero notis ad commentar. illum saepissime quoque laudat codicem regium, atque rarius, v. c. *p. 93-96.* etiam Thuanum, et semel p. 94. quoque Petauianum Philocaliae codicem. De tempore, quo scriptus est comm. v. infra in tabula chronolog. De codice *Veneto* D. Marci XXVII. Zanetti in cat. codd. gr. pag. 23. tantum obseruat, illum codicem continere *quatuor euangelia* cum commentariis marginalibus: in euangel. autem *Lucae* et *Ioannis* comment. sumtos esse ex *Origene* et aliis ibi memoratis. add. ad nr. 11. de illo aliisque codd. adscripta. — *Leidae* inter codices Vossianos, (catal. p. 376.) occurrit in cod. nr. CVIII. Homilia *Origenis* Presbyteri in *Ioannem*, cui tamen, notat confector catalogi, adscribitur, non esse Origenis illius antiqui, quod in ea nominentur Ariani. — *Oxonii* inter codd. Bodlei. nr. MMCCLXXX-MMCCLXXXII. *Orig.* comment. in Ioannem euangelistam, gr. vol. LIII. — A *Montf.* in bibl. MSSt. notantur, *Romae* cod. Vaticanus, in quo Orig. homiliae in primum cap. euang. Ioann. — in bibl. abbat. *Fulcardi* montis, *Orig.* super Ioannem et *Orig.* et multorum aliorum comm. in catena in XII. prima Lucae, (I. p. 67. D. 1344. A. 1309. C.) — Orig. expositio S. Lucae euang. in monast. *Pomposiano*, (*Montfauc.* diar. ital. p. 85.) — *Cantabrigiae* in bibl. collegii S. Trinitatis nr. 574. et 575. *Orig.* dialexis περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως, et in *Ioannem*, graece. — *Dublini* in coll. S. Trinit. cod. DVII, 8. Excerpta ex *Orig.* tom. 32. in Ioannem. —

Cantabrigiae in coll. S. Benedicti nr. 1390. (catal. II. p. 136.) *Orig.* in *Lucam*, peregrinis litteris et characteribus. Memorabilis est cod. *Vindobon.* XLII. (de quo multi sunt Lambec. et Kollar. tom. III. pag. 163. sqq.) qui continet catenam s. commentarium amplissimum in euang. S. *Lucae*, collectum ex *Origenis* aliorumque scriptorum eccles. graecorum operibus: cuius cod. meminit *Corderius* in praef. ad catenam LXV. graecorum patrum in S. Lucam, e graeco quidem cod. Veneto Cardin. Bessarion. at latine tantum editam 1628. Antwerp. typis Plantin. Dignissima autem, ait Lambecius, profecto haec est catena, quae secundum exemplar hoc MStum caesareum sine vlla interpolatione edatur graece, et cum altera illa eiusdem argumenti *catena latina*, a Corderio edita, accurate conferatur. Atque Kollarius animaduertit, catenam Vindobon. vberiorem in perpaucis similem esse Corderianae, idemque emendat Fabric. B. Gr. V. 17. XIV. s. vol. VII. ed. vet. p. 779. sq. — In cod. CCI. *Coislin.* est *Nicetae* collectio interpretationum ex *Origene*, *Dionysio Alexandrino* in *Origenem* multisque aliis scriptor. eccles. facta. *Harl.*

13. *Fra-*

leensi, a. 1557. 1571. *Perioniana* Paris. fol. Ferrarius inter vertendum quaedam de industria omisit, quibus lectores offendi putauit. Vide, quae post Huetium in illo notat *Sandius* p. 37. nuclei hist. eccles. et in appendice p. 7. *Fabr.* Cod. regius et Marcian. ex vno fonte manarunt: in quibus tamen illi vel conueniunt, vel discrepant, docet de la Rue in monito praefixo: item de version. Ferrarii et Perion. et de Huet. agit. Idem ex cod. *Barber.* et *Bodlei.* multa restituit, et alia addidit fragm. *Harl.*

13. *Fragmentum Homiliae quartae in acta apostolor.* p. 422. seq. ex Origenis Philocalia, cum versione *Io. Tarini* Fabr. — In cod. *Coislin.* XXV. *Acta apostol.* et *epistol. catholicae* cum comment. ex *Origene* aliisque. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 75. sq. pag. autem 82. cod. XXVII. et cod. CCXXIV. fol. 112. pag. 175. catena ex *Origene* etc. in *epp. Paulli.* — pag. 263. recensetur cod. CCII. qui praeter alia continet *Acta apostolorum*, *epist. Iacobi*, primam ep. *Petri*, et ep. I. *S. Iohannis* cum comm. *Origenis* etc. — pag. 264. cod. CCIV. catena similis in *epistolas Paulli.* — *Harl.*

14 Fragmenta tomi I. et IX. ἐξηγητικῶν in epistolam ad Romanos, pag. 423-429. ex eadem Philocalia. c) *Fabr.* — *Cassiodorus* XX. libros Orig. in hanc ep. refert. *Rufin.* tantum XV. (quanquam huius etiam scriptoris lectiones variant, cum, notante quidem *de la Rue* in praefat. tom. IV. duo codices antiquissimi, quibus ille vsus est, vnus *cathedralis ecclesiae Ebroicensis*, alter *monasterii vallis — Carae* habeant, vnus quidem decem, alius autem duodecim,) quot scil. huius aetate adhuc superfuerint; atque hic mire illas contraxit, de qua audacia atque iniuria iam conquestus est Erasmus. In cod. Fesulano *Hieronymi* nomen praescribitur, atque sub illius nomine ex eo cod. libros X. Theop. Salodian. primus edidit Venet. 1506. eumque sequuti sunt *Merlin. Erasm.* et alii, sed perperam. A *Montfaucon.* in bibl. MStor. I. pag. 486. D. inter codd. lat. bibl. *Patau.* S. Ioann. in Viridario, *Origenis* in Paullum. — pag. 226. nr. 346. et 347. bibl. *Cassinensis*, ac sec. diar. ital. pag. 19. *Mediolan.* in bibl. Ambros. *Orig.* expositio in epp. Paulli. — tom. II. pag. 1344. nr. 34. bibl. abbat. *Fulcardi montis*, tum p. 1360. nr. 199 et p. 1361. nr. 235. monast. *Mich. in periculo maris*, *Orig.* in ep. ad Romanos. — *Augustae* Vindel. catena in epist. Paulli ad Romanos *Origenis* et aliorum XXIV. patrum graecor. (v. *Reiseri* catal. pag. 9.) Similis catena in *ep. ad Rom.* in cod. XLVI. bibl. *Vindobon.* teste *Lambec.* comment. III. pag. 174. sq. et a *Kollar.* not. *A.* valde commendatur. add. ad nr. 13. etc. notata. *Harl.*

15. *Fragmenta duo homiliarum in epistolam ad hebraeos*, ex *Eusebii* VI. 25. cum versione Henr. Valesii, p. 430.

[γ) Alia Origenis fragmenta complura ex catenis editis et MSS. collegerat *Franciscus Combefisius*, atque ad Huetium miserat: verum hic, tametsi collectanea haec non indigna luce iudicaret, tamen nec illorum editioni, nec aliis, vt recte operat, Origenis scriptis, quae graece exstant, recensendis iunctimque vulgandis manum admouit d). Quemadmodum etiam *Herberti Thorndicii* Angli, et Gallorum *Io. Tarini*, atque *Io. Auberti* conatus similes in herba perierunt.

β) Opus praeclarum lectuque dignissimum *contra Celsum* e), philosophum Epicureum, pro

c) Aliud fragm. Philocal. 9. et fragm. in apolog. Pamphili cum superstite Rufini interpr. dedit de la *Rue* in tom. IV. *Harl.*

d) Sed dedit fragm. illa *de la Rue*. *Harl.*

e) De hoc *Celso*, qui sub M. Antonino vixit, dixi lib. III. c. 11. [inter philos. Epicur. vol. III. p. 6[illegible]] Is opus suum contra Iudaeos et Christianos falso titulo inscripserat λόγος ἀληθής, nomen mutuatus ab Antiphonte, de cuius λόγοις περὶ ἀληθείας, quibus prouidentiam sustulerat, confer, si placet, lib. II, c. 26. In quibusdam codicibus Origenis quae

pro veritate religionis Christianae, *libris VIII.* quod sexagenario maior [f]) Origenes scripsit ad ἐργοδιώκτην suum [g]), *Ambrosium* Alexandrinum, quo hortante illud circa a. C. 247. susceperat. Hoc *latine* exstat in antiquioribus Origenis editionibus ex versione *Christophori Persinas*, separatim edita Romae a. 1481. fol. [h]) Melior *Sigismundi Gelenii* versio comparet primum in editione Operum Origenis Basileensi a. 1557. atque deinde in caeteris. *Graece* primus e codicibus duobus, Palatino et Boico [i]), cum suis et Casauboni notis edidit vir egregius *David Hoeschelius* Augustae Vindel. 1605. 4. vna cum *Gregorii Thaumaturgi*, Orat. in Origenem, et adiuncta ad calcem libri versione Gelenii. Haec e regione graecis adposita atque a *Gulielmo Spencero*, Cantabrigiensi, hinc inde castigata legitur in editionibus Cantabrigiensibus anno 1658. et 1677. 4. quae *Spenceri* etiam eruditas adnotationes et, Thaumaturgi oratione omissa, *Origenis Philocaliam* adnexam habent. [vid. *Bruggemann* View. pag. 379. sqq.] Denique elaboratissima *Eliae Boherelli* interpretatio *Gallica* lucem vidit Amstelod. 1700 4. in non paucis locis latina Geleniana adcuratior. Additae notae et coniecturae ad graeca Origenis, quibus plurima loca haud infeliciter emendantur et castigantur, ratione ubique habita paginarum editionis Cantabrig. Ceterum errata typorum indicemque in notas et praefationem, pluribus exemplaribus subtractam a typographo, queritur Boherellus apud Basnagium Bellovallium in historia Operum eruditor. [?] A. 1700. p. 419. Locum Origenis lib. VI. pag. 295. seq. περὶ ἑπτὰ ἀρχόντων δαιμόνων, siue de septem Angelis principalibus, celebratis apud Ophianos, illustrandum sumsit *Io. Croius* in specimine coniecturarum et obseruationum ad quaedam Irenaei et Origenis loca [k]), a quo dissentientem videre licet Petauium appendice notarum in Synesii Opera. *Fabr.* Totum hunc locum repetiit Fabric. in delectu argumentorum et syll. scriptorum pro veritate religionis christianae cap. II. §. 14. p. 63. sq. addita tantum nota, falli *Rich. Simon.* tom. I. pag. 14. bibl. select. qui Gelenii versionem ab Hoeschelio primum publicatam scribit. Add. eundem *Fabric.* in salutari luce euangelii &c. cap. VIII. §. 8. p 151. sq. Idem in priore libro p. 450. de quaestione, quid sit λογικῶν ἑνὰς, ex mente Origenis; siue angelos, daemones et animas specie non differre, prouocat ad *Cotelerii* monumenta eccl. graecae III. pag. 658. et *Huetii* Origeniana lib. II. quaest. 6. — *Orig.* contra Celsum, interpr. *Chr. Persona*, Romano: per Lazarum de Soardis, Venet. 1514. fol. (v. *Maittaire* A. T. II. p. 253.) — Excerpta ex *Origenis* Adamantii homiliis: *eiusdem contra Celsum* libri VIII. (latine,) inter *Franc. Rous* mella patrum. Londin. 1650. 8. p. 470-830. — De superioribus editt. et versionibus iudicat *de la Rue* in praef.

quoque opus inscribitur: ὁ κατὰ τοῦ Κέλσου ἀληθὴς λόγος. *Fabr.* Quis ille *Celsus* fuerit, quaerit eumque fuisse neque Epicureum, neque Stoicum, sed potius Platonicum, copiose acuteque docet *Moshem. in praefat.* ad versionem suam Orig. contra Celsum germanic. et oppugnat vulgarem, etiam Fabric. nostri sententiam; ipsum Origenem et *Dodwelli* opinionem ad Sidetae fragm. de catechet. Alexandrin. pag. 500. diss. in Irenaeum. etc. *Harl.*

f) *Euseb.* VI. 36. hist.

g) Hic est nobilis ille Alexandrinus, per Origenem ab haeresi Valentiniana et Marcionitarum ad ecclesiam reductus, qui pro facultatibus, quibus abundabat, Origenis scripta egregie promouit, tachygraphosque ac calligraphos illis excipiendis describendisque aluit. Vide *Eusebium* VI. 18. et 23. hist. *Hieron.* de S. E. cap. 56. et *Syncellum* p. 358.

h) V. *Panzer.* A. T. II. p. 475. nr. 502. catal. de la Valiere I. p. 144. nr. 379. *Harl.*

i) In cat. codd. gr. p. 37. *Harl.*

k) Subiectum est specim. ed. Irenaei Oxoniensi, 1702. fol. *Harl.*

ad tom I. opp. Orig. pag. IX. sqq. et illi tomo pag. 310. sqq. inseruit *Origenis contra Celsum libros octo*, collatis octo codd. MSSt. quorum ope hinc inde textum graec. restituit, cum noua *Vincentii Thuillier* interpretatione et cum suis, multisque *Franc. Gueti* notis et coniecturis, quibus immiscuit multas *Boherelli* ac *Spenceri* [illegible] versiones. In admonitione, illis Origenis libris praefixa, docere sustinuit, quo tempore vixerit, quae [illegible] rit, et cui philosophorum sectae se adiunxerit Celsus, quocum Origeni res est; quo tempore aduersus illum scripti sint octo Origenis libri, et quantis laudibus eximia illa christianae doctrinae apologia, tam a veteribus, quam a recentioribus exornetur. Calci voluminis pag. 930. sqq. subiecit *Hoeschelii* notas, et *Croii* obss. ad librum VI. contra *Celsum*. — [illegible] autem codd. quos contulit, sunt 1. *Paris.* regius, (in quo inscriptum est [illegible] σοφωτάτου κατὰ Κέλσου τοῦ ἀθεωτάτου,) 1. *B.* [illegible], (ex quo posse non pauca [illegible], iam obseruauit Io. Rod. Wetstenius; v. Olearii epist. in *Schel*[illegible] *nii* amoenitt. liter. [illegible] X [illegible]. pag. 66[illegible].) 1. *Iohanno*, postea eccl. cathedr. *Paris.* 2 *Vaticanis et tribus An*[illegible] [illegible] *Moshemius* in praefat. pag. 7. sq. obseruat, plurimas varias octo illorum codicum lectiones, exceptis quinque aut sex, esse partim aperte vitiosas scripturas, librariorum incuria ortas, partim adeo leues, vt, siue admittas illas, siue repudies, idem locorum sensus existat, Boherellum, (Bouhereau) multo plura loca corrupta ingenii beneficio sanasse, quam *de la Rue* ope octo suorum codicum; Guietum more suo vrere et secare loca etiam sana integraque; contra Thuillieri versionem, quae elegantia, perspicuitate fideque superet Gelenii et Spenceri versiones, esse fere praecipuum nouae editionis ornamentum. Illa autem noua editio Moshemium abstraxit a consilio operis Origeniani contra Celsum graece cum noua versione latina, animaduersionibus et nonnullis disputationibus edendi, vt ipse in praefat. pag. 2. seq. pluribus exposuit. Neque vero Origenem suum plane dimisit; sed summo studio vertit libros in linguam germanicam doctisque illustrauit adnotationibus, vltra XVI. annos in illo labore conficiendo versatus. Inscriptio operis haec est: *Origenes — acht Bücher von der Wahrheit der christlichen Religion wider den Weltweisen Celsus. Johann Lorenz Mosheim hat sie aus dem Griechischen übersetzt und durch Anmerkungen aufgekläret.* Hamburg. 1745. 4. — *Moshemii* diss. in Orig. c. Celsum ital. vertit et notis ill. *Gregor. Fontana.* Pat. 1780. [illegible] *Tamburinus* scripsit Ragionamenti [illegible] 1. libro di Origene contro Celso. Pavia, Galeazzi 1780. 8. — In linguam *anglicam* transtulit illos contra Celsum libros *Iam. Bellamy*. Londin. 8. cf. *Brüggemann* View etc. pag. 381. et ab eo citatum catal. libr. in usu Britann. vol. II. voc. *Origenes* — Praeter codd. memoratos exstant adhuc cod. in bibl. *Augustae* Vindel. teste *Reisero* in indice MSSt. illius bibl. pag. 38 [illegible] cod. in bibl. *Leidensi* publica, (v. catal. p. 334. 17. et pag. 61. [illegible] citatur ed. t. *Orig.* contra Celsum lib. VIII. graece, quibus nonnulla adscripsit *Ios. Scaliger. Gregorii Thaumaturgi* oratio in laudem Origenis *Gregor. Nazianz.* [illegible] tio in ieiuniis, gr. Lutetiae. 1587. 4.) — *Montfauc.* in bibl. MSStor. memorat cod. [illegible] (I. p. 12. E.) — romanum *Ottoboni*, (I. p. 186 B.) duo codd. cum quaestionibus et [illegible] bus ex libris Origenis, *Mediolani* bibl. *Ambros.* (I. p. 503 D.) — *Venetiis* in codd. [illegible] nis XLIIII. XLV. et XLVI. (catal. codd. gr. pag. 29. et 30.) Tres [illegible] sunt [illegible] cat. codd. Angliae et Hib. duo *Bodleiani*, nr. MMCCLXXV. et nr. MMMXXXVII. nr. VII. atque *Oxoniensis*, nr. MCX. *Harl.*

γ) Gr

γ) Φιλοκαλία siue *electa* ex Origenis scriptis, de variis quaestionibus, sacras litteras spectantibus, quae in *Theodori, Tyanensis* episcopi [l]), gratiam capitibus XXVII. digessere Gregorius Naz. et Basilius M. *Latine* vertit ediditque *Gilbertus Genebrardus*, in sua Operum Origenis editione tomo II. Paris. 1574 et recusa 1604. 1609. fol. *Graece* e regio codice cum noua versione et notis suis edidit *Io. Tarinus*, Andegauensis, Paris. 1618. 4. [1624. 4 in catal. *Menken*. I. pag. 31. et cat. *Krohnii* p. 68] adiunctis Zacharia Scholastico de mundi Opificio, Anastasio Sinaita de hominis creatione ad Dei similitudinem, et Christiani Philosophi, (incertum an eiusdem Anastasii,) δόξαις siue celebrioribus opinionibus de anima, quas latine e Tarini versione *Barthius* p. 472. Claudiano suo Mamerto subiunxit. Philocaliae codex MS. sed septem capitibus postremis mancus, exstat in bibl. Vindobonensi, quem cum Tarini editione, negligentius curata, conferri operae pretium esset, iudice *Lambecio* III. p. 74. [m]) Cum Tarini versione et notis, notisque paucis, *Guil. Spenc.* Philocalia graece et latine editionibus contra Celsum Cantabrigiensibus a. 1658. et 1677. 4. subiicitur. Recensuit etiam ad MSS. codices et noua versione donauit *Tho. Galeus*, sed fatis prohibitus, quod dolendum, edere non potuit [n]). En tibi scripta Origenis, e quibus Philocalia illa excerpta est, quam a *Io. Leunclauio* etiam et *Bonauentura Vulcanio* latine versam scribit *Abrahamus Scultetus* parte I. Medullae Patrum libro sexto, qui totus est de Origenis scriptis, pag. 152.

In Genesin tomus III. p. 44. et 67-75. edit. Cantabrig.

In Exodum σημειώσεις. p. 101-109.

In Leuiticum Homilia II. p. 21.

In Iosuam Homilia XX. p. 39. seq.

In Psalmum I. tomus pag. 21-24. *In Psalmum IV.* pag. 94-101. *In Psalmum L.* pag. 20.

In Canticum tomus II. pag. 110. *Tomus paruus in Canticum, quem iuuenis composuit.* p. 31.

In Ieremiam Homilia XXXIX. p. 37. seq.

In Ezechielem tomus XX. p. 38.

In Oseam ἐξηγητικά. p. 32-34.

In Matthaeum tomus II. p. 30. sq.

In Iohannem tomus IV. p. 24. seq. *Tomus V.* p. 26-30.

In Acta. Homilia IV. p. 32.

In Epistolam ad Romanos, tomus I. p. 90-93. Tomus IX. p. 34-37.

Tomi contra Celsum p. 46-49. 67. 75-82.

Περὶ ἀρχῶν *lib. III.* p. 50-67. *liber IV.* p. 1-20.

Epist. I. ad Gregorium Thaumaturgum. p. 41-43.

Loca ex *Dialogo contra Marcionitas* sect. IV. p. 92 (sed qui apud Eusebium VII. 22. Praep. et e *Maximi* libro περὶ ὕλης refertur) pag. 82-90. *Fabr.* Fragm. graeca suo quaeuis loco

l) Naz. epist. 88.

m) Secundum edit. Kollarii, col. 198. sq. *Harl.*

n) Inter codd. *Th. Gal.* (in cat. codd. Angl. et H b. tom. II. nr. 5909.) citatur MSt. „*Origenis* Philocalia, vna cum Genebrardi vers. lat. collata cum aliis MSS. et quidem editis melior. Fuit pridem liber Huetii" *Harl.*

loco *de la Rue* in notis ad homilias, latine exstantes, reddidit, laudans interdum codicem Philocaliae Petauianum, quem in notis ad comment. in Ioan. *T. IV. p. 94. not. a.* Holmiae se vidisse dicit. Alii *Philocaliae codd.* sunt in *Anglia*, secundum cat. cit. in bibl. *Bodlei.* inter codd. Th. Roe, (I. n. 254.) Philoc. ex autographo Gregorii Nazianzeni descripta per Georg. Contin. — inter codd. *Sauclii* (nr. MMMMMMMDLVIII.) Philoc. imperf. — *Oxon.* inter codd. coll. noui, (II. nr. IIII.) Philoc. gr. — Catal. codd. bibl. publ. *Paris.* tom. II. indicat *decem* codd. in illa bibl. — In cod. *Coislin.* CCXXVI. recent. Philocal. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 279. — Idem *Montf.* in bibl. MSStor. notat codd. Rom. *Ottobon.* (I. p. 185. D.) alius bibl. Romanae, *Orig. philosophumena* et *Philocal.* (I. p. 201. D.) — *Mediolan.* Ambros. cod. saec. XV. (I. p. 527. D.) — De cod. bibl. *Taurinensis* VI. vid. cat. codd. gr p. 70. et p. 370. de alio c. CCLVI. qui tamen diuersum habet quaestionum ordinem atque ampliorem capitum distributionem. — In bibl. *Leidensis* catal. p. 347, 61. inter codd. ex legato Bonauent. Vulcanii citatur „*Origenis* Philocalia, gr. Bonau. Vulcan. cum alio MSto, cuius ipsi Geneuae Theod. Beza copiam fecerat, contulit 1574" — inter codd. *Vossian.* cat. p. 393. „*Orig.* Philocal. in fine adscribitur: collatus cum alio MSto Bon. Vulcanii Brugensis Geneuae, anno vltimi temporis 1575. m. Sept." nec non inter eosdem, cat. p. 394, 67. Orig. philocaliae ἔλεγχος. tum sequitur ipsa graece, et lat. versio subnexa est vsque ad verba, *hoc autem maxime Tiberiade et Diocaesariae et Sepphurim.* In eadem bibl. Leidensi inter excusos libros pag. 62. exstat, *Orig. tropologiae ex commentariis in Genesin, Exodum, Leuiticum, Numeros, Iosuae et Iudicum.* Salingiaci. 1538 8. — *Venetiis* in bibl. D. Marci Philoc. in cod. XLVII. membran. saec. XI. et cod. XLVIII. chartac. saec. XIV. — et cod. CXXII. saec. XIV. (v. cat. codd. gr. p. 32. et 70.) — *Monachi* in bibl. elect. Bauar. (cat. codd. gr. p. 40.) *Harl.*

δ) Σύνταγμα περὶ εὐχῆς, *de precatione liber* ad *Ambrosium* suum et *Tatianam*, aetate iam prouectam foeminam, Tatiani forte, ad quem Gregorius Thaumaturgus librum de anima misit, sororem. Hunc Pamphilo in Apologia pro Origene laudatum librum primi ediderе Oxonienses a. 1686. 12. [1696. 12. in catal. Leid. p. 62. nisi error est typographic.] e codice reginae Christinae Holmiensi, (e quo Huetius eius editionem pridem receperat, et qui nunc seruatur Cantabrigiae in bibl. Collegii S. Trinitatis,) vna cum latina versione et breuibus notis, subiunctaque *paraphrasi* breui *Orationis Dominicae*, sub Origenis vel alterius doctoris graeci συγχρόνȣ o), nomine edita graece et latine a *Fed. Morello*, Paris. 1601. 8. Addidit Morellus graece et latine eiusdem auctoris, (Petri Laodiceni, vt videtur) *paraphrasin* siue *Scholia in Cantica B. Virginis, Zachariae et Simeonis*; sed haec Oxonienses omiserunt. Omisit etiam *Io. Rodolfus Wetstenius*, filius, qui librum *de precatione paraphrasinque orationis dominicae* secundum Oxoniensem editionem recudi curauit, latina tamen versione p), non vno loco emendata, et B. *Marci Diadochi sermone contra Arianos* vulgato primum e codice insigni Basileensi, quo S. Athanasii scripta continentur,) vna cum latina versione Io. Rodolfi Wetste-

o) Huet. in Origen. eam adiudicat Petro Laodicensi, scriptori saec. VII. sub cuius nomine exstant illa scholia in bibl. Patrum. *Harl.*

p) Versionem illam nec elegantem nec perspicuam, nec graecis satis conformem esse, notauerat *Tillemontius* p. 258. Basileensi editioni in quibusdam exemplis Amstelodami nomen est praefixum. *Fabr.* Neque de la Rue in praef. p. VIII. laudauit versionem lat. et ipsum sermonem gr. vitiis scatere ait *Harl.*

Wetstenii, parentis. Basil. 1694. 4. *Fabr.* — *Reading* primum edidit specimen: — *Origenis de oratione liber*, cuius textus graecus cum antiquo cod. Holmiensi in bibl. coll. S. Trinit. Cantabrig. denuo summa fide collatus est; versio et latina castigatior multo, quam antea, adiicitur, cum notis eruditis cuiusdam [n. Rich. Bentleii;] editore *Guil. Reading*. Londin. typis I. Tonson et I. Watts, sumtibus editoris 1727. 4. pagg. 8. Tum plena comparuit editio: *Orig.* de oratione liber, ex noua collatione cum MSto Holmiensi, in bibl. collegii S. Trinitatis Cantabr. reposito, recognitus et emendatus vna cum anonymi scholiis in orat. dominicam. Quibus subiunctae sunt eruditi cuiusdam viri [Rich. Bentleii] notae partim criticae, partim locorum difficilium exegeticae, ab editore *Guil. Reading*, A. M. Cleri Londin. in collegio Sionensi bibliothecario. Londini typis Tonson et I. Watts sumtib. editoris 1728. 4. Versio lat. addita est noua partim, partim emendata, auctore *Claudio Fleuri*. Ante quam illa edit. in notitiam venerat *de la Rue*, hic o; usc. *de oratione* graecum dedit ex codd. emendatius, cum vers. lat. et notis criticis, in quibus laudauit Bentleianas suspiciones atque correctiones; in tomo I. Opp Orig. pag. 196. seqq. Walker, presbyter Anglus, cod. Cantabr. denuo contulit cum ed. Oxon. et nouas aut meliores enotauit lectiones. *De la Rue* autem a num. XXXI. vsque ad fin. fragm. in cod. Colbert. MMMDCVII. contulit, cuius ope plurima loca editionis Oxon. emendabantur, et Bentleianae in illa coniecturae confirmabantur. Pag. 195. sq. in praefixo monito libell. adserit Origeni; explicatque, quinam fuerint Ambrosius et Tatiana, quorum hortatu conscriptus est lib. et tempus, quo confectus ille sit, inuestigat. — Pag. denique 909 sq. primum posuit anonymi scholia gr. emendatiora quae ex, cod. italico descripta, primus edidit Fed. Morellus. Ea nec ab Origene, nec ab aequali homine scripta esse, in nota prima docuit. Adposuit versionem veteris interpretis latinam e bibl. P. P. tom. XII. ed. Lugdun. et subiecit notas. Postea p. 911. sqq. quum textu gr. iam formulis descripto typograph. ed. Reading. accepisset, eruditi Angli notas in Or. libr. de orat. recudendas curavit, et hinc inde breues adiecit epicrises. — *Vindobonae* in cod. caesareo XXVIIII. fol. 204. est oratio dominica cum breui anonymi cuiusdam expositione, quam *Lambec.* in commentar. III. col. 93. sq. suspicabatur forte eamdem esse atque illam, ab ipso autem non visam, quam Fr. Morellus sub Origenis nomine ediderat. Sed *Kollar.* in not. A. obseruat, illam paraphrasin in cod. Vindob. diuersam esse ab ea, quam Morell. euulgarat; neutram vero dignam, cui nomen Origenis praefigatur. Errat tamen, dum scribit, de la Rue non meminisse Morellianae paraphraseos. — Anonymi scholia in orat. dominicam, in cod. *Guil. Laudi* nr. DCCXXXX. bibl. Bodlei. *Harl.*

ε) Προτρεπτικὸς εἰς μαρτύριον. *Sermo exhortatorius ad Martyrium*, scriptus durante Maximini persequutione, ad *Ambrosium*, et *Protoctetum*, [P] q) et ex MS. Basileensi primum

q) Illos duos adloquitur his verbis p. 200 Νῦν ὥσπερεὶ πομπεύεις αἴρων τὸν σταυρὸν τοῦ Ἰησοῦ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, καὶ ἀκολουθῶν αὐτῷ τῷ προάγοντι ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς, ἵνα αὐτός σοι συμπορευθεὶς αὐτός σοι δῷ καὶ στόμα καὶ σοφίαν, καὶ σοὶ τῷ συναγωνιστῇ αὐτοῦ Πρωτοκτήτῳ. Protoctetus ipse presbyter Caesariensis fuit, vt ex Eusebio VI. 28. hist. constat. Apud Hieron. c. 56. Catalogi male vocatur *Theoctistus*, licet error ille appareat etiam in graeca versione quae Sophronio tribuitur. Sed e Freculfo colligas Hieronymum scripsisse: *cui (Ambrosio) cum Protocteto Presbytero liber Origenis de Martyrio scribitur.*

primum editus a *Io. Rud. Wetſtenio*, filio, cum verſione et notis. Baſil. 1674. 4. pag. 162 - 218. Meminere huius libri Euſebius, Hieronymus atque exinde alii. Trithemius [illegible] ſe vidiſſe innuit, neſcio, quo interprete. *Fabr.* *De la Rue* repoſuit illud *fragm.* [illegible], cum notis ſuis et multis Wetſten. in edit. ſuae tom. I. pag. 273. ſqq. ex ed. Wetſtenii et e codicis Baſileenſis apographo, quod Huetius, fragm. editurus, habuit, et poſtea bibl. Parif. illatum eſt, nr. CMVI., in cat. codd. tom. II. cum noua verſ. latina *Claudii Fleuri*, quam hic parauerat in vſum Huetii. *Harl.*

ϛʹ. *Epiſtola ad Africanum περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας, pro hiſtoria Suſannae,* ſcripta circa a. C. 238. atque a Wetſtenio e codice MS. parentis ſui, vna cum [illegible] ad martyrium, edita primum integra graece et lat. p. 222 - 247. notisque illuſtrata poſt *Iulii Africani* ad Origenem epiſtolam, quam cum initio epiſtolae Origenis reſponſoriae e codice A. Schotti graece ediderat *Hoeſchelius* Auguſtae Vindel. 1602. 4. cum Hadriani Iſagoge ſacrarum litterarum, Heſychii Hieroſol. στιχηρῷ in Eſaiam et 12. minores aliorumque in maiores Prophetas, et fragmento Chryſoſtomi de Suſanna. Aliud epiſtolae Origenis fragmentum, quod p. 225. edit Wetſtenii legitur, publicauerat graece *Patricius Iunius* ante librum στιχηρὸν ſubiunctum Catenae Patrum graecorum in Iobi librum, Lond. 1637. fol. Epiſtolam vtramque integram ex verſione *Gentiani Herueti*, qui Sirleti codice vſus eſt, habes etiam in latinis Origenis editionibus, quas Genebrardo debemus, tom. II. Aliam verſionem ſuam epiſtolae vtriusque Africani et Origenis in praefatione ſuorum ad Eſaiam commentariorum publicauit *Leo a Caſtro*, Salmanticae 1570. fol. pag. 89. ſeq. Laudant has epiſtolas *Euſebius* VI. 31. *Hieron.* c. 63. Catalogi, Photius, Suidas itemque alii. *Fabr.* *De la Rue* in praef. ad tom. I. in Wetſtenii edit. culpat, 1) quod is mendoſum plerumque ſequatur cod. MStum; 2) barbaram interpr. eius latinam; 3) quod omnia fere Origenis argumenta, quibus obiecta ab Africano contra Suſannae hiſtoriam diluuntur, longis inutilique, (vt ſcil. ait,) eruditione refertis notis eleuare conetur. Quare eas tantum Wetſtenii animaduerſiones, quae haud repugnarent opinionibus et diſciplinae Pontificiorum, recudi fecit; quae vero fidem hiſtoriae de Suſanna et placita diſciplinae catholicae oppugnarent, ea in obſeruatt. ad Huetii librum refutandas ſumſit. In admonitione, epiſtolae Africani ad Orig. et Orig. ad Afric. [illegible] (gr. et lat. cum vberioribus notis.) pag. 9. ſqq. praefixa, plura in hanc ſententiam, contra Wetſten. tum de integritate et argomento vtriusque epiſtolae, ac tempore, quo ſit exarata, ſcripſit. add. *Wetſten.* praef. pag. 25. ſqq. et 30. ſqq.

In haud paucis codd. praeter memoratos adhuc reperitur illa epiſtola. *Montfauc.* in bibl. Coisliniana recenſet pag. 65. cod. XXI. in quo tantum ſupereſt pars epiſt. ad Africanum, in bibliotheca autem MSSt. enumerat vtramque epiſt. in bibl. *Sfortiana* (I. p. 703. A.) — retractationem ſec. Origenem b. Hieronymi de Suſannae et Beli fabulis, in cod. XXXV. Abbat. S. Theodorici *prope Remos*, (II. p. 1232. D.) — *Idem* in diario italico pag. 408. citat cod. *Bononienſ.* canonic. regular. S. Saluatoris. — Secundum catal. codd. Angl. et Hibern. I. Oxon. inter codd. *Barocc* nr. IIC. et CVI.. Or. ep. ad Africanum. — vtraque epiſt. inter codd. Guil. *Laudi* nr. DCCXL., — inter aduerſaria *Langbaeni* p. 271. Orig. epiſt. ad Afric. — T. I. part. II. nr. 573. *Cantabrigiae* in colleg. S. Trinit. — Tom. II. nr. 628 inter cod. [illegible] *Comitis Carinoli* — nr. MMMMMMCMLXII. inter codd. *Th. Gale Orig.* et *Iul.* Africani epp. integrae de Suſanna. *Harl.*

ζ. [illegible]

ζ. Διάλογος κατὰ Μαρκιωνιστῶν ἢ περὶ τῆς εἰς Θεὸν ὀρθῆς πίστεως, *Dialogus contra Marcionitas* et Valentinianos, in codice Wetstenii et Bodleiano in quinque r) sectiones diuisus, vnde Trithemius memorat *libros quinque Origenis aduersus haereticos*, quorum initium: *Adamantius* [?] *dixit*. Hunc *latine* e variis codicibus verterunt *Io. Picus*, senator Paris. 1555. 4. *Ioachimus Perionius* tom. I. edit. Operum Origenis Genebrardinae: et, qui sinceriore MS. vsus est, *Laur. Humfredus*, Anglus, cuius versio in Origenis operibus edi coepit Basil. 1557. [rec. in Opp. Orig. Basil. 1571.] *Graece* primus e codice parentis sui edidit *Io. Rudolfus Wetstenius*, cum versione, quam ex illis Humfredi et Pici compegit et multis locis nouam fecit, notasque addidit, Basil. 1674. 4. cum protreptico ad martyrium et iam memorata ad Africanum epistola. Ceterum Origenem auctorem esse huius Dialogi, adfirmare non ausim, propter rationes ab *Huetio* pag. 276. Origenianor. adlatas, licet Origeni tribuatur ab Anastasio Sinaita qv. 48. aliisque s). Inprimis perspicuus est locus p. 30. quo probatur, auctorem vixisse non ante Constantinum M. quem superioribus Imperatoribus opponit his verbis: ἃ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνακοδόμησεν, οὓς ἐκεῖνοι ἐμίσησαν, οὗτος ἠγάπησεν, οὓς ἐκεῖνοι ἐτίμων ναούς τε καὶ εἴδωλα, αὐτὸς καθεῖλε. Neque huic obiectioni satisfecit doctiss. *Wetstenius*, licet in praefat. multus sit in eo, vt hunc dialogum Origeni adiudicet; studeatque Huetii aliorumque argumenta euertere. Sane verisimilis est *Tillemontii* coniectura, qui nota 13. ad vitam Origenis tom. III. Memor. histor. ecclef. auctorem putat iuniorem Adamantium, quem ab Origene *Theodoritus* diserte praef. lib. 1. et c. 25. vbi Marcionitarum aduersarios refert, distinguit: quod facit etiam *Sophronius Hierosol.* apud Photium cod. CCXXXI. Nisi dicere malimus, Adamantio vel Origeni ab aliquibus tributum fuisse ideo, quia Adamantius colloquens in eo haereticosque oppugnans inducitur; verum auctorem autem esse *Maximum* τῆς χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἄσημον ἄνδρα *Eusebio* laudatum VII. 22. praeparat. siquidem, quae ibi ex Maximi libro περὶ ὕλης adfert, iisdem verbis in hoc dialogo p. 92. leguntur, vt iam supra ex Philocaliae scholio adnotaui. At ita Maximum illum Eusebio non valde vetustiorem, sed prope aequalem eius fuisse oporteret, certe scripsisse tunc, quum Constantinus M. iam CHRISTO nomen dedisset idolaque et idolia euertere coepisset. Ab eodem *Eusebio* autem V. 27. hist. ecclef. refertur inter scriptores, qui labente saeculo secundo floruere, vbi idem illius opus πόθεν ἡ κακία contra haereticos, (Marcionitas puta,) commemorat. Verisimilius igitur est, Adamantium ex Maximo verba illa dialogi mutuatum fuisse. *Fabr.* *De la Rue* inseruit illum dial. tom. I. p. 803. sqq. cum versione *Perionii* lat. graecum textum contulit cum cod. Vatic. MLXXXIX. cum II. codd. Paris. regiis et cod. Th. Gale, atque emendauit. Notis suis adiunxit animaduerss. *Wetsthenii*, (sic nomen eius perpetuo scripsit:) demtis modo iis, quae, ait, aut nihil aliud continent, quam quod iam a Spencero ad libros contra Celsum fuerat obseruatum, aut catholicae fidei apertius aduersantur, et in Origenianis Huetii confutatae sunt. Ipsum autem dialogum et in praefatione pag. XII. et in admonit. textui praefixa p. 800.

r) Io. Picus in *duas* sectiones diuidit; de recta in DEVM fide, et 2. de resurrectione. Laurentius Humfredus in *tres*. *Fabric.* Pluribus disputat *Wetsten.* in praef. pag. 4. sq. Pag. 6. sqq. recenset et examinat diuersa variorum VV. DD. de illo dialogo iudicia. Add. *I. G. Walch.* H. E. p. 969. *Harl.*

s) Vid. Reimarus in vita Fabricii pag. 259. et A. E. L. 1737. p. 294. sq. *Heum.*

p. 800 sqq. adnumerat operibus spuriis Origenis, refutatque Wetstenii argumenta, atque distinguendos docet duos Adamantios, Adamantium Origenem, Leonidae, martyris, filium, et alterum simpliciter dictum Adamantium, huius dialogi contra Marcionitas auctorem, qui imperante Constantino M. vixerit, quique huicce dialogo partem inseruerit operis, quod *Maximus* conscripserat de famosa quaestione, *unde sit malum et de eo, quod materia facta sit.*

In bibl. publ. *Paris.* sunt sec. catal. codd. vol. II. *tres* codd. qui continent istum dialogum, n. cod. CDLX. in quo dialog. diuisus est in V. sectiones: praefixus est index propositionum haereticarum, quas Origenes sibi refellendas proponit, in margine vero additae sunt notae et emendatt. quaedam manu recentiore: cod. CDLXI. praemissis argumentis et capitum indice: et cod. DCCCXVII. nr. 3. — In bibl. *Bodlei.* cod. MMXL. dial. 1-3. quo cod. vsus esse videtur Humfredus. — et cod. MMDLXXXIV. — *Cantabrigiae* in coll. S. Trinit. cod. DLXXIII. (catal. II. p. 101.) — Inter codd. *Gale*, cod. MMMMMMDCCCLXXXXII. tres dialogi contra Marcionitas nr. 1. 2. 3. — *Dublin.* inter codd. coll. S. Trinitat. nr. CCCCXXX. (cat. II. part. 2. p. 30.) — *Venetiis*, in bibl. D. Marci cod. CCCCXCVI. (cat. codd. gr. pag. 260.) — Aliorum codd. iam mentio facta est. *Harl.*

η. Hebraicorum Nominum S. Scripturae et mensurarum interpretatio. Hanc cum Hieronymi et noua sua versione, e codicibus regiis et Colbertinis primus *graece* vulgauit *Io. Marcianaeus*, notis etiam suis additis [*] tom. II. Opp. Hieronymi p. 182. 246. Paris. 1699. fol. [et in Hieron. Opp. tom. III. p. 605. Veronae 1735. fol.] Confer, si placet, quae de hoc libro Origenis dixi lib. IV. c. 37. §. 1. [vol. VI. p. 199. sqq.] Hic est, de quo *Iustinus Iunior* qv. 86. ad Orthodox. *εἴρηται τῷ Ὠριγένει ἀνδρὶ ἐπισταμένῳ τὴν τῶν Ἑβραίων διάλεκτον, πάντων τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς φερομένων Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων καὶ μέτρων ἡ ἑρμηνεία.* Laudat etiam qu. 82. Quod vero hebraicae linguae peritum Origenem scribit, hoc *Eusebius* quoque VI. 16. hist. atque inde Suidas et alii testantur, cum *καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν.* Inprimis audiendus Hieronymus qui c. 54. Catalogi ait, cum *contra aetatis* [t]), *gentisque suae naturam, hebraeam linguam edidicisse*, ita quidem vt, quemadmodum epistola 25. ad Paulam idem refert, *Graecia tota in illo mirata sit*, quod *in paucis non dicam mensibus, sed diebus ita hebraeae linguae vicisset difficultates, vt in discendis canendisque Psalmis cum matre contenderet.* *Vincentius Lerinensis* p 301. commonitorii de Origene: *cuius scientiae cum graeca concederent, hebraea quoque elaborata sunt*, siue elaboratum ab eo est, vt hebraea etiam addisceret. Ac Iudaeos ab Origene de intelligentia sacrarum litterarum consultos ex eodem Hieronymo et ipso Origene constat: *Certe etiam Origenes*, inquit i.le 1. contra Rufin. p. 137. *Patriarchen Huillum* (an Hillelem?) *qui temporibus eius fuit, nominat, et tricesimum tomum in Esaiam illius expositione concludit, et cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo id, quod est, verius confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum, qui inscribitur Oratio Moysi hominis DEI, et reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Huilis expositionem*

t) Hoc vniuerse de illis temporibus, quibus raro aliquis Christianorum hebraica adtingebat, non de annis atque aetate Origenis intelligendum. Ceterum ad virorum doctorum argumenta, quibus Origenem hebraice vel prorsus fuisse imperitum, vel vix primas literas hebraismi adtigisse contendunt, non difficulter responderi potest, vt ex parte iam fecit *Tillemontius* nota 3 ad Origenis vitam *Fabr* v. *I. G. Walch* H. E. p 954. et *Ernesti* opusc. laudata p. 295. sqq. *Harl.*

nem eiusdem Moysi putat, nec dedignatur hebraeam scripturam interpretans per singula loca, quae Hebraeis videatur, inserere. Origenes. in Exod. pag. 103. Philocaliae ὡς καὶ ἑβραῖος ἡμῖν ἀπήγγειλε. In Psal. 1. id. p. 22. χαριεστάτην παράδοσιν ὑπὸ τοῦ Ἑβραίου ἡμῖν καθολικῶς περὶ πάσης θείας γραφῆς παραδεδομένην προστάξομεν. Et in epistola ad Africanum pag. 225. narrat, se de vocabulis hebraicis, πρίνῳ et σχίνῳ in historia Susannae respondentibus, non paucos Hebraeos consuluisse: οὐκ ὀλίγοις Ἑβραίοις ἀνεθέμην πυνθανόμενος, et pag. 229. μέμνημαι μέντοιγε φιλομαθεῖ Ἑβραίῳ καὶ χρηματίζοντι παρ' αὐτοῖς σοφοῦ υἱῷ, ἀνατραφέντι ἐπὶ τῷ διαδέξασθαι τὸν πατέρα συμμίξας περὶ πλειόνων. In Ieremiam homil. 19. p. 185. καὶ πρῶτον χρήσομαι παραδόσει Ἑβραϊκῇ, ἐληλυθυίᾳ εἰς ἡμᾶς διά τινος φυγόντος διὰ τὴν Χριστοῦ πίστιν [?] Ἑβραίου δηλονότι. Quod vero homilia 12. in Genesin legitur: *Esau, ut aiunt qui hebraea nomina interpretantur, vel a rubore, vel a terra id est rubrus vel terrenus, vel, ut aliis visum est, factura dictus videtur*, respicit librum *Philonis* Iudaei, qui ante Origenem interpretationem nominum hebraicorum scripserat, de quo dicere me memini lib. IV. c. 6. num 43. [vol. IV. p. 742. sq.] *Fabr.* In catal. codd. Angliae et Hib. tom. II. pag. 60. inter codd. *Vossianos*, nr. MMCCXI. sic citatur, *Origenis* seu *Philonis*, expositio nominum hebraic. et ib. p. 61. nr. MMCCL. *Origenis lexicon*, cum interpretatione vocc. hebraic. *Harl.*

θ'.) Denique sub Origenis nomine prodiit *liber primus* τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου, quem sub titulo *fragmenti Philosophumenon* ex codice Florentino u) primus edidit, versionemque et notas, quibus Origeni illud vindicat, addidit *Iacobus Gronouius* thesauri antiquitatum graecarum tomo X. p. 257. Lugd. Bat. 1701. fol. Minus recte videtur inscribi fragmentum *Philosophumenon:* nam Philosophumena quidem, quibus sententiae philosophorum veterum physicorum, ethicorum, dialecticorum et barbarorum succincte recensetur, integra sunt, sed Philosophumena ista librum primum constituebant, adeoque fragmentum sunt maioris operis, quod aduersus haereses vniuersas scripserat auctor, nescio quis, certe episcopus: neque enim umquam *Origenes*, vel *Didymus* v), vel alius presbyter aut inferioris ordinis

u) V. *Bandin.* codd. gr. Medic. I. pag. 444. *Harl.*

v) *Didymo Alex.* Philosophumena, sub Origenis nomine edita, tribuit *Christoph. Augustus Heumannus*, sub litteris C. A. H. latens, in dissertatione, inserta actis eruditorum A. 1710. p. 166. seq. et in schediasmate de libris anonymis p. 61. seq. vbi eamdem de auctore philosophumen. coniecturam suam produxit. Sed licet sectarum volumen ab eo editum fuisse constet, tamen nec ipse fuit episcopus. *Aëtium* auctorem suspicabatur *Tho. Gaieus.* At de placitis philosophorum scripsisse quidem Aëtium, ex Theodorito nouimus; sed ἔλεγχον haeresium scripsisse, cuius haec philosophumena exordium sunt, nemo veterum scripsit. *Fabric.* Conf. *Walch.* H. E. pag. 968. sq. *Brucker* in hist. critica philos. vol. III. p. 437. sq. qui, examinatis variorum V. D. coniecturis, censet, verum auctoris nomen esse incertum ignotumque. *Wolfius* in pluribus ad de la Croze exaratis litteris, (in Thesauro epistolico Lacroziano. tom. II. de auctore τῶν φιλοσοφουμένων suaque editione et p. 45. et 135. de Heumanniana coniectura differit. Pag. 47. refert opinionem *de la Croze*, illud opusc. habere *Irenaeum* parentem: de qua suspicione verecunde dubitat Wolf. ratus, *Hippolytum*, genuinum Irenaei discipulum, φιλοσοφ. haec praeceptoris exemplo non sine studio eius cogitata scribendi rationem imitandi exarasse. Pag. autem 88. scribit, se nouae φιλοσοφ. editioni additurum esse dissertat. qua euicturum se sperat, *Hippolyto* rectius, quamquam subdubie, quam *Didymo Alexandrino*, opusculum illud tribui posse: de qua re post ea sermo erit. *Harl.*

ordinis Clericus, nedum *Aëtius*, ethnicus, (vt ex Theodorito non ab re colligas,) scriptor de se dixisset, ὧν (Ἀποστόλων) ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φρουροὶ τῆς ἐκκλησίας λελογισμένοι οὐκ ὀφθαλμῷ νυστάζομεν. οὐδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν. Licet vero haec verba non male forte quadrent in *Epiphanium*, qui episcopus fuit. et cui Philosophumena illustris *Huetius* p. 277. Origenianor. tribuit: fateor tamen, hanc viri docti coniecturam parum mihi videri credibilem, quum aliud Epiphanii de haeresibus duplex opus exstet; vnum prolixius et alterum breuius; nec verisimile sit, tertium etiam hoc de eodem argumento scriptum ab eo fuisse compositum, in cuius prooemio mentio quidem fit alterius succinctae dogmatum haereticorum redargutionis, sed quae neutri Epiphanii satis belle conuenire videtur. Adscribam verba, quoniam emendatione ea indigere existimo: ὧν (αἱρετικῶν) καὶ πάλαι μετρίως τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, οὐ κατὰ λεπτὸν ἐπιδείξαντες, ἀλλὰ ἁδρομερῶς ἐλέγξαντες, μὴ ἂν ἄξιον (ita lege pro ἀνάξιον) ἡγησάμενοι [?] τὰ ἄῤῥητα αὐτῶν εἰς φῶς ἄγειν, ὅπως δι' αἰνιγμάτων ἡμῶν ἐκθεμένων τὰ δόξαντα αὐτοῖς αἰσχυνθέντες etc. Post Gronouium cum eius versione et notis, nouisque suis animaduersionibus Philosophumena haec separatim edidit amicus noster *Io. Christophorus Wolfius*, hodie Professor dignissimus in academia Witebergensi, [postea oraculorum diu. interpres apud Hamburgenses.] qui pro suo in me amore librum hunc mihi inscripsit. Hamburg. 1706. 8. w)

Euoluisse

w) Prima illa edit. nacta est aduersarium, de quo conquestus *Wolfius* in epist. 2. anno 1710. scripta, ad de la Croze, p. 2. sq. thesauri epistol. contendit, a Gronouio textum gr. misere corruptum esse, (cuius rei specimen iam dederat in notis ad Casauboniana, Hamburgi, 1710. 8. pag. 312. collatione ad fidem Sancroftiani apographi eiusdem codicis a Ioann. Ern. Grabio accepta.) In epist. a. 1710. Witemb. scripta p. 8. cogitat de *noua edit.* curis posterioribus illustranda. Pag. 45. in ep. 26. a. 1712. narrat, se a Saluinio accepisse collationem τῶν φιλοσοφ. cum ipso cod. Mediceo institutam, quae fidem vel industriam Gronouii suspectam redderet, iis etiam locis, in quibus tam confidenter lectionem, tamquam in MSto inuentam, defendit: sibi, scribit, spem factam esse aliarum collationum, quas Montfauc. ex itineribus suis reportauit. Illis acceptis, promittit et illo loco et p. 87 *spicilegium* quoddam *curarum nouarum*: denique p. 91. cum epistola 49. Hamburgi 1715. mittit exemplum supplementi, curis in Pseudo Origenis philosophumena additi. Hoc ideo latius exposui, vt aliorum excitarem diligentiam et fortunam, mea meliorem. Nam mihi non contigit, vt vel exemplum, vel notitiam *iteratae* editionis et dissertationis, qua fusius demonstraret, Hippolytum videri parentem fuisse opusculi, nanciscerer. Atque *iterata editio* mihi dubia videtur, et forsan Wolf. suam de Hippolyto sententiam post haec mutauit. Equidem in manibus tantum habeo nouarum curarum specimen, sic inscriptum: *Compendium historiae philosoph. antiquae, h. e. Pseudo Origenis philosophumena*, ex ipso MS. Mediceo, denuo collato et alio Taurinensi *repetita* vice emendata et nouis notis illustrata. Acc. diss. qua contra virum doctum ostenditur, *Didymum Alexandrinum* huius scripti auctorem non esse, auctore *I. Chstph. Wolfio*, P.P. et h. a. Gymnasii Rectore. Hamburgi in 8. s. anni nota; sed, vt ex epistolis ad de la Croze colligitur, circ. a. 1715. aut 1716. Textus gr. non additus est notis eruditis. Wolf. vero vsus est collatione apographi cod. Medicei a Sancroftio scripti et a Grabio accepti, quod ex alio cod. Mediceo suspicatur profectum; tum collatione noua cod. Medic. a Saluinio instituta, cum huius animaduerss. porro lectionibus cod. *Taurinensis* variis secum a Pfaffio communicatis. (In illo cod. inscriptio haec est: Ὠριγένους πάντιμα τοῦ σοφωτάτου. Sed in catal. codd. graec. bibl. reg. *Taurinens.* nulla fit illius codicis mentio.) Montfauconi collectio variarum lectionum e cod. *Barberino* aliisque in Italia codd. nescio, quo fato, perierunt. Quia *Gotefr. Richter* in specimine obseruatt. criticarum in varios auctores et gr. et lat. (Ienae 1738. 8.) p. 76. sqq. loca quaedam philosophumenon face critica illustrauit: Wolf.

Euoluisse se eumdem manu exaratum pridem testati sunt, vel fragmenta ex eo produxerunt *Lilius Gyraldus* dialogis de Poëtis et in aliis scriptis suis, Conimbricenses in physica Aristotelis p. 176. *Holstenius*, qui edere etiam voluit, *Io. Mabillonius* in itinere Italico pag. 168. *Allatius* de scriptis Socratis pag. 81. *Alexander Morus* ad nouum foedus pluribus locis et in Esaiae LIII. praecipue, *Menagius* ad Laërtium, Caroli de Montchal Archiep. Tholosani codice vsus, ad lib. I. sect. 34. 116. II. 7. 9. III. 8. 69. VII. 60. 149. 157. VIII. 34. 39. IX. 5. 19. 20. 30. 33. 44. 61. et 18. vbi Pseudorigenem adpellat. [*I. E. Grabius* ad Iren. I. cap. I. p. 22.] *Montfauconus* in Diario Italico p. 210. narrat, se in bibliotheca Barberina euoluisse Origenis Philosophumena in codice recenti, eiusque varias lectiones eruisse et cum aliis codicibus contulisse, vt ea opera purgatiora dare in promtu sit. Noui etiam, laudatum Wolfium in itinere, quod post editum hunc libellum in Belgium et Angliam suscepit, alios codices vel apographa inspexisse, et locis non paucis meliorem illum dare iam posse.

i.) Omitto fragmentum libri περὶ τοῦ παντὸς, Origeni itidem falso a quibusdam tributi, de quo supra in Hippolyto dictum est. *Fabr.*

In edit. *de la Rue*, tom. I. praeterea reperiuntur

x'.) *Origenis*, *quae supersunt epistolae*, *earumue fragmenta*, cum notis. pag. 1. sqq. In admonitione generali praemissa paucis disserit de nonnullis, quae partim supersunt, partim interierunt, epistolis, v. quoque infra in catalogo scriptorum Orig. deperditorum sub finem. Primo autem loco posuit *de la Rue* ex *Cedreno* pag. 253. et *Suida* in voc. Ὠριγένης fragmentum epistolae, quae Ambrosii ardorem erga sacras litteras describit, cum versione lat. Aemilii Porti. — 2) Ex eodem *Suidae* loco et *Eusebio* VI. H. E. cap. 19. fragm. epistolae aduersus eos, qui nimium eius studium erga graec. disciplinas reprehendebant, cum vers. lat. Henr. Valesii. — 3) Duo fragmenta, latine; alterum ex libro II. Hieronymi contra

Wolf. illa reuocauit, et modo probauit, modo notauit obelo: denique inseruit de la Croze obss. In subiuncta dissert. vnice habet rem cum Heumanno, eiusque argumenta docte et operose examinat reiicitque: nihil vero de Hippolyto; contra ornat quouis modo suspicionem, ab Irenaeo profectum esse opusculum; neque tamen probat illam, nec suam facere conatur. In vltima pagina scribit, se in praefat. τοῖς φιλοσοφȣμ. ante *hos septem* annos praemissa laudare plures, qui hoc opuscul. MS. ad partes vocarint: atque id etiam fecit in praef. ad ed a. 1706. Quomodo haec omnia conspirent aut expedienda sint, videant alii, nisi dixeris, curas illas diu ante fuisse chartis mandatas, quam essent prelo subiectae. — *De la Rue* in praef. ad tom I. pag. XII. sqq. Wolfii argumenta, quibus is Gronouii non minus quam Heumanni opinionem de auctore oppugnauit, recensuit et confirmauit. Idem in monito ad philosophum. p. 872. sq. contra Gronouium dimicauit, et pag. 872. sqq. textum ipsum gr. (cum inscriptione Ὠριγένȣς τȣ̃ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχȣ, βιβλίον A.) *) reddidit ex lect. codd. Medicei, Taurinensis, Barberini et Ottoboniani emendatum, cum paucis breuibusque suis et omnibus Wolfii notis, adiuncta versione Gronouii latina: Gronouii autem notas exhibuit p. 941. sq. — In cod. *Monachiensi* CXIX. (secund. catal. codd. gr. p. 51. et *Spizelium* in arcanis bibliothecarum sacris retectis p. 178.) inesse dicitur *Origenis refutatio omnium haeresium:* sed Wolf. in vltima pagina curarum nou. s. compendii historiae phil. antiquae, bene animaduertit, illam ab eo opere, cuius partem opusc. (philosophum.) constituit, distingui non debere. *Harl.*

*) V. quoque *Holsten.* recension. codd. optim. Medic. in *Lilienthali* selectis historicis et litterar. Regiomonti et Lipsiae 1715. 8 p. 96.

Rufinum, alterum ex Rufini apolog. pro Origene, epistolae, quam contra aduersarios suos a. C. 231. vel 232. post suum ex vrbe Alexandria discessum ad amicos suos exarauit Alexandrinos, contra eos, qui ipsius libros adulterauerant. Adiunctum est fragm. epistolae *Alexandri*, Hierosolymorum episcopi, ad Origenem, gr. cum lat. Henr. Valesii interpretatione. — 4) Sequuntur *epistolae Africani et Origenis* de Susannae historia: v. supra, sect. 5. — 5) *Orig.* ep. ad Gregorium Thaumaturgum, scripta circit. a. Chr. 240. graec. et lat. ex Philocalia.

λ'.) Fragmenta librorum II. *de resurrectione*, (v. infra inter scripta deperdita.) duo priora lat. ex apologia Pamphili pro Origene: tertium, quod adfert *Photius* in biblioth. cod. CCXXIV. ex libro *Methodii*, qui contra Origenem scripsit dialogum de resurrectione, gr. ac lat. addito fragm. *Methodii* apud *Epiphan.* haeres. 64. denique *Origenis* sententia de resurrectione ex Hieronymi ep. 38. al. 61. ad Pammachium. Sed *de la Rue* in praef. VII. cum *Huetio* Origenianor. II. quaest. IX. nr. 7. dubitat, verba, quae protulit Hieronymus, reuera Origenis esse.

μ'. Fragmenta tria, ab Hieronymo seruata, ex libris *Stromatum*, (de quibus infra in notitia librorum deperditorum,) latine.

ν') Περὶ ἀρχῶν. (v. infra, catal. librorum, latine tantum editorum, nr. 19. et *de la Rue* admonitionem p. 42. sqq. it. in praef. p. VII. vbi et in notis vitia Merlini, qui orationem graecam exemplaris MSSt. haud commode legendi Sorbon. male intellexit maleque vertit, patefecit.) Rufinianam autem interpretationem ad fidem sex antiquissimorum *MSStorum*, n. Virodunensis, Corbeiensis, Colbertini, Sorbonici, monasterii de monte S. Michaelis in periculo maris et monast. S. Remigii Rhemensis, diligenter emendauit, et, quoties se obtulit sermonis *graeci*, aut *interpretationis Hieronymianae* particula, eam e regione adposuit. Eiusmodi autem *fragmenta* numero sunt circiter XLII. vario modo posita. In admonitione indicatur, 1) quo tempore, (n. antequam ab vrbe Alexandria migraret,) hos libros conscripserit Origenes, et quodnam sit vnius cuiusque libri argumentum; 2) quantam ipsi inuidiam concitarit istud opus; cuius hortatu, quo anno (n. a. Chr. 398.) et qua fide latine illud verterit Rufinus; 3) cur alteram Hieronymus adgressus sit interpretationem. Textus graecus libri quarti, maximam partem e capite I. Philocaliae sumtus, collatus est cum tribus codd. regiis *Paris.* DCCCCLII. MMDCCCCLXXVII. MMCCLXXIV. cum *Coislin.* nr. 226. et cum cod. *Foucaut.* Ex Orig. libris περὶ ἀρχῶν collecti libri duo de incarnatione verbi ad Ianuarium, exstant in adpendice ad tom. VIII. Opp. S. Augustini, ed. Benedictin. p. 48. sq. ed. Amstelod. *Harl.*

Scripta Origenis latine tantum edita *)

1. *In Genesin Homiliae XVII.* Rufino interprete, licet codices quidam Hieronymi nomen habeant praefixum. Confer *Huetii* Origeniana p. 245. *Fabr.* Conf. *Fontanini* histor. litter. Aquil. lib. VI. cap. 7. p. 283. sqq. de interpret. vet. homiliar. in Genesin ceterosque

*) Quae graeca aut latine versa supersunt et a [illegible] tum est. Multorum quoque codd. supra iam facta *de la Rue* edita, iam supra pluribus locis adnota- [illegible] est mentio. *Harl.*

que libros diuinos et *Io. Fr. Bern. de Rubeis* diff. I. cit. p. 127. sq. de iisdem Interpr. antiquis. — Codd. sunt quoque *Florent.* inter codd. monast. Camaldulens. b. Mariae *Orig.* in Genesin, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 354. — Secundum *Montfauc.* bibl. MSSt. tom. II. p. 1286. E. in bibl. *Diuio - Benigniana*, *Orig.* homil. in heptateuchum, interpr. *Hieronymo.* — Inter codd. *latin.* bibl. *Taurin.* pag. 209. catal. *Harl.*

2. *In Exodum Homiliae XIII.* interprete eodem Rufino.

3. *In Leuiticum Homiliae XVI.* Rufino interprete, quas sub falso *Cyrilli Alex.* nomine edidit e Iacobi Fabri codice Iodocus Clichtoueus, et in latinis Cyrilli pariter et Origenis editionibus reperire licet. *Fabr.* *Orig.* Hom. XVI. in Leuit. in cod. L. monast. *B. M. de Becco.* (*Montfauc.* bibl. MSSt. II. p. 1251. A.) nr. 1223. bibl. eccl. *Westmonast.* et n. 6493. in bibl. *Car. Theyeri*, in comitatu Glocestr. (cat. codd. Angl. etc. II.) Alios codd. supra indicauimus. *Harl.*

4. *In Numerorum librum Homiliae XXVIII.* ex eiusdem Rufini versione, qui *scholia* etiam, siue, vt ipse vocat, *excerpta* Origenis admiscuisse se, atque alioqui inter vertendum magna se, vt quidem solet, vsum esse libertate innuit. *Fabr.* Praeter indicatos codd. in bibl eccl. *Herefordens.* nr. MDCCI. *Orig.* in libr. Numerorum et epp. quaedam contra Origenem. (cat. codd. Angl. II.) — In bibl. *Laudunensi* nr. 178.) *Montf.* bibl. MSSt. II. p. 1295.) *Orig.* hom. 28. in libr. Numerorum, translatae in Sicilia. *Harl.*

[T] 5. *In libr. Iosuae, Homiliae XXI.* interprete Rufino.

6. *In librum Iudicum Homiliae IX.* interprete Rufino. Meminit Origenes ipse prologo commentar. in Canticum. *Fabr.* Supra citatis codd. addi possunt, *Cantabrig.* in coll. S. Trinitatis, nr. 176. (catal. codd. II. etc.) *Orig.* VIII. homil. de quibusdam gestis in lib. Iudicum. *Harl.*

7. *In 1. Regum cap. 1. et 2. Homilia I.* interprete Rufino.

8. *Commentariorum in Iobum libri III.* satis licet prolixi, sed qui non vltra dimidium capitis tertii progrediuntur. Origeni, (quicquid disputet p. 30. nuclei hist. eccles. Sandius, in appendice p. 40. ipse sua caedens vineta) suppositi et post Luciani martyrium, h. e. post a. C. 311. scripti sunt ab auctore, qui Homousianis infestum se testatur. Vtrum vero fuerit aliquis e Lucianistarum secta, an Maximinus, Arianus episcopus, contra quem Augustinus scripsit, tamquam parum certum definire non audeo. Latini scriptoris esse, post Erasmum credidit etiam Albertinus p. 353. de Eucharistia, quibus assentiri nolim propter ea quae obseruat Huetius p. 273. Origenianorum. Certe errauit Genebrardus, quando hos commentarios graece scripsit exstare in regis Galliae bibliotheca. [v. supra ad Exeget. n. 5. et notit. general. codd. Super Iob Origenis lib. III. in cod. monast. *Pomposiani* prope litus maris Adriatici, teste *Montfauc.* in diar. ital. p. 85. *Harl.*]

9. *Scholia in librum Iobi integrum*, quae e codice regis Galliae primus vertit *Ioachimus Perionius*, atque suae Origenis operum editioni *Genebrardus* inseruit. Nonnullos Perionii lapsus notauit *Iacobus Billius* lib. I. Obseruatt. sacrar. c. 8. atque longe plures libro 2. vnde repetiit *Possevinus* tom. II. Adparatus S. p. 193 - 201. et licet haec quoque scholia Origeni

Origeni praeter rem tribuantur, tamen, quia antiqui scriptoris et lectu digna sunt, etiam graeca e codice regio proferri in lucem, et nouae quam concinnandam suadet omnium Origenis operum editioni adiungi optat *Rich. Simonius* lib. 1. epist. select. 10. p. 103. In his quoque scholiis Luciani, martyris, et Homousiastarum et Manichaeorum mentio fit, vnde auctorem esse Origene iuniorem constat. Vide *Huetium* p. 274.

10. *In Psalmum XXXVI. XXXVII. XXXVIII. Homiliae IX.* Rufino interprete.

11. *In Canticum Canticor. Homiliae duae*, interprete Hieronymo, cuius epistola ad Damasum praefigitur, et *aliae homiliae quatuor*, siue potius prologo praemunita primorum duorum capitum expositio continua, quali in *tomis* Origenes vti consueuit, Rufino interprete. Hanc Origenis esse negant *Dallaeus* c. 34. de scriptis Ignatii, *Larroquanus* in animaduersionibus ad Pearsonianas Ignatii Vindicias p. 83. seq. et *P. Baltus* S. I. in defensione SS. Patrum, Platonismi accusatorum [*] p. 361. aliique: sed argumentis melioribus Origeni adseritur a *Pearsonio* part. 1. Vindic. Ignatii c. 7. et ab *Huetio* p. 248. *Fabr.* V. supra in notit. codd. generali et nr. 7. Exegeticorum. Add. codd. a *Montfaucon.* in bibl. MSStor. citatos tom. I. p. 49. B. tom. II. pag. 1133. E. pag. 1232. nr. 32. et 34. p. 1245. E. p. 1249. E. p. 1250. D. — In cat. codd. latin. *Taurinens.* p. 9. — Inter codd. *Venet.* S. Mich. v. *Mittarell.* catal. p. 830. — In *Anglia* sec. catal. codd. etc. tom. I. *Oxon.* DCIIL. *Cantabr.* nr. 505. — in tom. II. nr. 1601. et 100041. — In monast. *Pomponos.* Orig. super cantica canticor. lib. III. *Harl.*

12. *In Esaiam Homiliae IX.* Hieronymo interprete. [v. supra ad nr. 7. et 8. Exeget.]

13. *In Ieremiam Homilia secunda et tertia* ex illis quatuordecim, quae exstant ex versione Hieronymi. Nam ceterae duodecim graece etiam habentur, vt dixi supra p. 217. num. 8. *Fabr.* V. supra inter exegetica, nr. 8. add. *Mittarell.* de codd. bibl. Venetae S. Michael. p. 830. et in cat. codd. Angliae etc. II. nr. 2944. inter codd. Norfolkian. *Harl.*

14. *In Ezechielem Homiliae XIV.* Hieronymo interprete. [v. supra nr. 14. Exeget.]

15. *In Matthaeum tractatus vicesimus secundus usque ad tricesimum quintum* ex antiqua versione siue *Bellatoris*, presbyteri, siue *Epiphanii*, scholastici, seu cuiusvis denique alterius a Matth. XXII 34. vsque ad initium capitis XXVIII. Nam praecedentes tractatus viginti et vnus graece ab Huetio editi sunt, vt dixi supra p. 218. num. 11. vnde patet, praeter Origenis mentem fecisse, qui tomos singulos distraxerunt in plures tractatus.

16. *In Lucam Homiliae XXXIX.* a iuuene Origene scriptae, teste Hieronymo atque interprete. Neque tanti sunt rationes, ob quas Origeni abiudicantur a Dallaeo de scriptis Ignatii p. 439. seq. eiusque hyperaspiste, Matthaeo Larroquano, in animaduersionibus ad Pearsonianas Ignatii vindicias p. 94. sq. Vide Tillemontii notam 37. ad Origenis vitam, et Natalem Alex. sec. 3. c. 4. artic. 2. p. 606. sq. edit. in fol. [v. supra, inter exegetica nr. 11.

17. *In*

17. *In Epistolam ad Romanos libri X.* abbreuiati ex viginti tomis, vt Cassiodori codices c. 8. Inst. diuin. legunt, siue, vt Rufinus, quindecim, eodem Rufino (non Hieronymo, cui in edit. tribuitur) interprete, cuius epistola ad Heraclium praefixa est. *Fabr.* Vid. inter exegetica nr. 14. et *de la Rue* in tom. IV. eiusque praefixo monito, vbi commentarios Origeni, versionem vero Rufino vindicat. In ipso autem commentario exarando vsus est tribus codicibus regiis, MDCXXXIX. MDCXL. MDCXLI. itemque codicem Vallis clarae et Ebroicensi. Add. in *Montfauc.* bibl. MSStor. I. p. 217. C. pag. 531. C. p. 1360. B. 1362. B. — inter codd. *Bodlei.* nr. MCLXXV. et MCCXLII. *Oxon.* nr. DCCCCXXXIII. et *Cantabr.* nr. MMXXII. catal. codd. *Harl.*

18. *Homiliae decem in diuersos* Matthaei et Iohannis locos, quarum decima est, de Maria Magdalena. Hae a Iac. *Moerlino* primum collectae et in latinis editionibus Origenis saepius excusae, nomen Adamantii mentiuntur. Vide *Huetium* p. 275. D. *Gerhardi* Patrologiam p. 139. 140. et de Homilia vltima *Baronium* ad Martyrolog. 22. Iul. qui eam latino scriptori tribuit, quemadmodum *Casaubonus* XIV. 11. ad Baron. iuueni et a declamationibus recenti. *Fabr.* Secundum cat. codd. Angliae etc. I. inter codd. bibl. *Bodlei.* nr. MDCCCCLIII. 8. nr. MMCXXVIII. 32. nr. MMMDCCCCV. 6. — Inter *Oxoniens.* codd. nr. DCCCCXV. CMXXXIV. MMCCXXXIV. inter *Cantabrig.* nr. MDCLVII. 6. — nr. MMXXIII. 6. tom. II. nr. DCCXLVI. quaedam homiliae *Orig.* super illud euangel. *quum esset desponsata mater Iesu.* — Inter codd. latinos bibl. *Taurinens.* p. 241. et 300. catal. *Harl.*

19. Περὶ ἀρχῶν [y]), *de principiis libri IV.* cum anacephalaeosi, Rufino interprete, cuius praemittitur prologus ad *Macarium* [z]), (romanum,) in quo se profitetur alia in his libris omisisse, alia mutasse. Quod exemplis etiam docet *Huetius* pag. 266. seq. et notauit iam olim *Hieronymus* 1. contra Rufin. p. 135. qui ideo, Pammachio rogante, fideliorem illius operis versionem elaborauit; sed quae iam pridem temporum iniuria amissa est. Valde male ob hoc opus audiit Origenes, quod graece legit adhuc Photius cod. VIII. Fragmenta occurrunt in Philocalia et in Iustiniani Imp. epistola de Origenis erroribus tom. V. Concil. edit. Labbei p. 672. sq. et apud Photium cod. CCXXXV. Locum etiam ex exemplari MS. adfert graece *Fullerus* IV. 13. Miscell. sacr. Ceterum ex laudato Hieronymi loco constat, etiam Rufinum suae versioni nonnulla ex *Didymi* commentariolis, qui Origenis propugnator fuit, exaggerata et firmiora posuisse. *Fabr.* Vide supra de editis, nr. γ'. *de la Rue* I. p. 42. et not. *a.* p. 45. *Fabr.* in B. Gr. vol. IX. p. 382. sq. de Photii codice; supra ad initium huius paragraphi, praecipue ibi laudatos *Fontanin.* lib. V. cap. 2. p. 213. sqq. et *Io. Fr. Bern. de Rubeis* p. 84. sqq. Contra Photium, qui adfirmat, Origenem in libro I. περὶ ἀρχῶν docuisse, *filium,* (Christum) *a patre factum esse,* Orig. defendunt Halloixius, Bullus, *I. G. Walch.* in diss. s. vindiciis, supra laudatis, et *Magn. Crusius* in progr. memorato p. 12. sqq. et pag. 11. vindicat Rufinum et Origenem a mala interpretatione crimineque Hieronymi. Quod vero Origenes in libris *Periarchon* praeexisten-

y) Libros περὶ ἀρχῶν scripserunt etiam Longinus, Porphyrius, et cuius opus adhuc MS. superest, Damascius.

z) De eo *Fontanini* hist. litter. Aquil. lib. V. cap. 1. et 2. p. 201. sqq. *Harl.*

existentiam animorum cum Platonicis docuisse arguitur, Nyssenum aliosque contra eum disputasse, docet *Fabric.* in delectu argumentor. — pro veritate relig. christianae pag. 445. — Codd. τῶν περὶ ἀρχῶν iam mentio facta est. Add. ... aliorum in *Montfauc.* bibl. MSSt. I. p. 65. C. p. 69. A. p. 158. A. *Harl.*

20. *Lamentum* siue threnus, quo de erroribus suis poenitens inducitur, non magis Origenem auctorem agnoscit, vel Hieronymum interpretem, quam Hieronymus auctor est epistolae, qua deplorat, quod aliquando cum Origene sensisset. *Fabr.* Add. *Montfauc.* l. c. I. p. 55. et 75. *Harl.*

Alia haud dubie fuit epistola ad Fabianum, episcopum Romae, de qua Rufinus in extremo inuectiuae I. in Hieron. *Ais etiam, ipsum Origenem pro his dictis poenituisse, ... poenitentiae ad Fabianum* *), *tunc vrbis Romae episcopum, dato: et tamen post poenitentiam, post centum et quinquaginta annos mortis suae in ius eum trahis et ad damnationem vocas.* Certe in lamento non legitur, quod Hieronymus epist. 65. ad Pammach. testatur, Origenem in epistola ad Fabianum, qua poenitentiam egit, cur talia scripserit, *caussas temeritatis in Ambrosium retulisse, quod secreto edita in publicum protulerit.* Non igitur Hottingerus reprehendendus, sed Labbeus, qui Hottingerum tam acerbe reprehendit, tom. II. pag. 145 quod *libellum de poenitentia Origenis* distinxerat a *lamento*, quod tamen verissimum est. At ... libellus, qui intercidit, (non lamentum, iunioris aetatis foetus,) a Gelasio inter Apocrypha refertur, nec, veluti Origeni suppositus, adscribitur Apocryphis: (nam *Eusebius* quoque VI. 36. testatur, Origenem scripsisse ad Fabianum aliosque plures ἄρχοντας ecclesiarum, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας); sed propter Origenis scilicet in erroribus pertinaciam, fide indignus iudicatur. [De deperditis epp. v. *de la Rue* tom. I. opp. p. 1. sq.]

21. *Epistola S. Barbae ad Origenem et Origenis ad S. Barbam*, quas latine adfert *Halloixius* p. 46. sq. Origenis defensi, ipse videtur ex ingenio [?] suo confinxisse. Vide *Tillemontii* hist. imperatorum tom. III. ad persequutionem Maximini nota 1. p. 809.

22. *Libellus de singularitate Clericorum* Origeni male in quibusdam codd. [e. g. Cantabrig. n. MMCCCXIX. cat. codd. Angl. etc.] adscriptus et inter Cypriani opera est editus. Vide *Huetium* pag. 277. sqq.

Editiones latinae Operum Origenis.

Prima *Iacobi Merlini* quatuor diuisa partibus Paris. 1512. 1519. fol. 2. Vol. cum Apologia pro Origene, super qua, licet priuilegio regis Ludouici XII. munita editio esset, magnae ipsi molestiae creatae sunt a Massaeo, Natali Bedda et aliis theologis facultatis Parisiensis, vnde a. 1522. noua apologia apologiam illam tueri est coactus. Confer *Rich. Simonis* epistolas selectas l. 1 epist. 10. p. 95. sq. et *Morlerii*, doctoris Sorbonici, librum gallice editum. essais de litterature pour la connoissance des livres a. 1703. mense Nouembr. p. 257. Recusa Merlini

*) Romam venisse Origenem, vt sibi persuaserat Baronius, recte negant *Tillemontius* et *Pagi* ad a. C. 246. n. 2.

lini editio Parif. 1522. 1530. Etiam editio Veneta anni 1516. memoratur in bibl. Bigotiana, et opufcula varia Origenis, latine apud *Aldum* excufa in fol. *Fabr.* [In ferie dell' Edizioni Aldine, ed. II. pag. 23. citatur editio Aldina, *Origenis homeliae in Genefim, in Exodum, in Leviticum, in Numeros, in Iefum Naue, in librum Iudicum.* (Venetiis in aedib. Aldi Romani, menf. Februar. 1503. fol. — Eadem fuit in bibl. *Pinell.* v. catal. I. p. 77. vbi additur, *latine*, interprete D. Hieronymo. — Antea f. nota loci et typogr. excufae funt a. 1475. *Homeliae* B. *Gregorii* Papae, et *Origenis* Presbyteri, cum fermonibus S. *Leonis*. v. cl. *Panzer.* A. T. IV. p. 13. nr. 17. in primis p. 462. nr. 71. et copiofe recenfet eam edit. aliaque, quae ad Origenem fpectant, *Freytag.* in adparatu litt. I. p. 94. fqq. — *Origenis Homiliae* in Iob. Cantic. Efai. Ier. Ezech. Matth. Luc. Ioann. Hieronymo et Hilario interpret. Venet. per Lazar. Soard. 1513. fol. *Homiliarius* doctorum, qui Omeliarius dici folet: in euangelia facratiffima dierum dominicalium ac feriatorum: qui pone pilares militantis eccleſ. Hieronym. Auguftin. Ambrofium. Gregorium, *Origenem* — affabre obferuabatur etc. — (cum praef. *Ioann. Thierry.*) Lugdun. per Ioh. Clein. 1516. fol. v. bibl. *Roloffian.* I. p. 281. fqq. — *Homiliae quaedam Origenis* et aliorum patrum ac fcriptor. ecclef. gallice verfae a *I. de Loyac*, (La Bibliotheque facrée &c.] Paris 1634. 4. v. Fabr. B. gr. vol. XIII. p. 796, 4. *Harl.*

Secunda *Erafmi* b), qui illi immortuus; itaque poft eius obitum abfoluta a *Beato Rhenano* Bafil. 1536. fol. et auctior fubinde edita ibidem 1551. et cum Laur. Humfredi praefat. 1557. ac denique cum Simonis Grynaei prolegomenis ad Tho. Eraftum a. 1571. fol. 2. vol.

Tertia plenior *Gilberti Genebrardi*, Parif. 1574. 2. vol. atque iterum 1604. 1619. Hanc editionem diligenter recenfet Labbeus, quem, fi placet, vide. Vide etiam *Huetium* p. 232.

Scripta deperdita Origenis.

Biblia V. T. Hexapla, Octapla, Tetrapla de quibus dixi lib. III. c. 11. *Fabr.* §. 13. p. 708. fqq. vol. III. add. quae fcripfi in Introd. etc. II. 2. p. 44. fqq. *Harl.*

Vniuerfos propemodum S. Scripturae libros illuftrauerat Origenes, quem *longe minorem in Nouo quam Veteri Teftamento effe indicat S. Ambrofius* epift. 73. ad Clementianum: fiue *tomis* et *commentariis* prolixioribus et accuratioribus, fiue breuibus *fcholiis*, fiue denique *Homiliis*, [?] quarum aliae extemporales, ex fenis ore a notariis excerptae, aliae meditatae. Vide *Sixtum Senenfem* lib. IV. bibl. f. *Valefium* ad Eufeb. p. 129. et *Huetium* p. 237.

Commentariorum in Genefin libri XII. Eufeb. VI. 24. vbi ex *nono*, et III. 1. vbi ex *tertio* locum adfert. Meminit et Origenes ipfe lib. de precatione p. 76. Fragmentum ex libro I. feruauit *Chalcidius* ad Timaeum Platonis p. 372. fq. Plura expreffit *Ambrofius* in Hexaëmeron. Porro codices, quos vidit Hieronymus, librum XII. in duos diftinxerunt, vnde is *tredecim libros commentariorum* Origenis in Genefin numerat qu. 1. ad Damafum et epift. 29. ad Paulam apud Rufin. inuectiua 2. Namque ex Eufebio duodecim numerant Suidas in Ὠριγένης et Niceph.

b) Obiit Erasmus V. Id. Iul. Bafileae a. 1536. cuius vitam Rhenanus inferuit praefationi ad Origenem, dicatum Hermanno, archi-epifcopo Colonienfi.

XV. 5. Ceterum fallitur *Tillemontius*, qui nota 30. ad vitam Orig. ex loco libri VI. contra Celsum p. 309 sq. colligit, tomos in Genesin, quatuor tantummodo prima capita exposuisse. Ἐξηγητικὰ vocat Origenes ipse p. 187. 190. c)

Homiliarum Mysticarum in Genesin libri II. Hieron. epist. 29. ad Paulam apud Rufin. inuectiua 2.

Tomi in Exodum, et *scholia*, quae excerpta vocantur ab Hieronymo. Expositionis suae meminit etiam ipse *Origenes* IV. contra Cels. p. 195.

Scholia et Homiliae in Leuiticum ab editis Homiliis diuersae. Vide *Huetium* p. 240.

Oct. Homiliae in Deuteronomium. Cassiodor. c. 1. diuinar. Instit.

Homilia de duabus meretricibus, et aliae quaedam *Homiliae*, Cassiodoro c. 2. memoratae *in 1. et 2 Reg. in 2. Paralip. et Esdrae libros duos* siue Esdram et Nehemiam.

In Iobum Homiliae, quas olim vertit *Hilarius*, Confessor, vt *in Esdram Bellator*, presbyter. Fragmenta in catena ad Iobum a Paulo Comitolo et Patricio Iunio [et a de la Rue] edita.

In Psalmos scholia, Homiliae quaedam et commentarii. Commentarios in primos XXV. Psalmos, Alexandriae elaboratos, notat *Eusebius* VI. 26. sed in totum Psalterium multis voluminibus scripsisse ante Eusebium, Theodorum Heracleotem, Asterium Scythopol. Apollinarem Laodicenum et Didymum Alex. docet *Hieron.* epist. 89. ad Augustin. (edit. nouae 74.) addens, Hilarium Pictauiensem et Ambrosium Origenis vestigiis institisse.

In Prouerbia commentarii. Fragmenta duo apud Pamphilum in apologia et aliud in Catena Mazariniana ad Luc. VIII. 4. *Fabr.* [Vide supra ad Exegetica, nr. 7. et adde *Montfauc.* bibl. *Coislin.* p. 60. de cod. gr. XV. qui complectitur catenam Origenis aliorumque in *parabolas Salomonis*, lat. editam a *Theodoro Peltano*, Antwerp. 1614. Eadem aut similis catena est in cod. *Monach.* Bauar. VIII. (v. catal. codd. gr. p. 2.) et in bibl. *Veneta* D. Marci cod. XXI. XXII. et XXIII. in cod. XXII. est quoque *Procopii Gazaei* epitome commentariorum in Ecclesiasten ex voce *Origenis* et aliorum. v. catal. codd. gr. pag. 19-22. *Harl.*

[†] *In Ecclesiasten explanationes*, si credimus Sixto Senensi et Posseuino, Methodium lib. de resurrect. testem laudantibus. Certe Origenem suis in Ecclesiasten commentariis consuluisse se, testatur Hieronymus epist. 65. ad Pammach. *Fabr.* [Vid. cod. XX. *Marc.* modo memorat. et *de la Rue* p. I. tom. III. opp. Orig.

In Canticum Canticorum tomus unus quem iuuenis composuerat. Vide Philocaliam p. 31. [cod. *Cantabrig.* MDCCXXVIII. et supra notata inter Exeget. n. 7.]

In Canticum Canticorum tomi octo posteriores. Hieron. prologo Homil. in Canticum. [v. cod. in *Montfauc.* bibl. MSSt. p. 1367. B.]

In

c) Quae ex his commentariis et reliquiis, quae deperditis accenset Fabricius, scriptis vel adhuc superfint in codd. vel edita, vel notatu digna videantur, ea passim *de la Rue* in istius opp. Orig. edit. aut a me supra sunt variis locis adnotata. *Harl.*

In Esaiam tomi XXX. (e quibus vicesimus sextus iam Hieronymi aetate desiderabatur, et tomus tricesimus desinebat in cap. 30. 6. vide *Euseb.* VI. 32.) *Homiliae XVI.* et *scholia* siue σημειώσεις. [v. supra ad Exegetica, nr. 7. et 8.]

Libri II. de visione τετραπόδων ad Gratam, Origeni suppositi, teste Hieron. praef. ad Esaiam.

In Ieremiam Homiliae XXIV. ex illis 45. Cassiodoro et Rabano Mauro memoratis. Confer *Tillemontium* in Origenis vita p. 238. seq. [et supra ad Exeget. n. 8. et ibid. de reliquis ad seqq. nr.]

In Threnos tomi V. Euseb. VI. 24. hist. licet in Nicephoro legas tomos IX. Ex his fragmenta quaedam exstant in Catena, ab Agellio et Ghislerio edita.

In Ezechielem tomi XXV. Euseb. VI. 32. Confer *Tillemont.* p. 239. seq.

In Danielem expositio. Origenes ipse tract. 29. in Matth. adde *Huetium* p. 242.

In quosdam ex duodecim Prophetis scripsisse se et in Esaiam atque Ezechielem, testatur *Origenes* VII. contra Celsum p. 339. atque ceteros similiter se expositurum. Tomos XXV. in duodecim Prophetas reperit *Eusebius* VI. 36.

In Matthaeum tomi primi X. atque *vltimus XXV. et Homiliae quaedam* itemque *scholia.*

In Marcum scripsisse se testatur Origenes tractat. 35. in Matth. Ceterum commentarius, qui in quibusdam codicibus Origeni, in aliis Cyrillo Alex. tribuitur, et quem e codice Regio daturum se graece promisit Huetius p. 250. *Victoris, Antiocheni* presbyteri, est. Chrysostomo, cuius meminit, iunioris. Sub Victoris nomine quoque latine *Theodorus Peltanus* [?] edidit Ingolstad. 1580. 8. vna cum Tito Bostrensi in Lucam. Inde latine recusus est in bibliothecis patrum Parisiens. Colon. et Lugd. tom. IV. Denique graece et latine vulgatus a *Petro Possino* Rom. 1673. fol. vna cum catena in Marcum. Vide de hoc commentario Huetium p. 274. Rich. Simonis hist. Crit. N. T. lib. 3. pag. 80. et 426. seq. et Eliam du Pin in bibliotheca script. eccles. tom. IV. p. 74. Victor, presbyter, allegatur etiam in catenis ad Lucam regia, Mazariniana et Corderiana, vt Combefisio in bibl. Concionatoria notatum. *Fabr.* v. supra, Exegetica ad nr. 11. vbi quoque de fragm. a Crusio editis. *Harl.*

In Lucam tomi V. Hieron. prolog. in Homilias ad Lucam, a se versas.

In Iohannem tomi III. IV. V. VII. VIII. IX. XI. XII. XIV. vsque ad XVIII. XXI. vsque ad XXVII. tum XXIX. XXX. XXXI. Libros duos et viginti visos a se testatur Euseb. VI. 24. sed forte legendum duos et triginta, vt apud Hieron.

In acta apostolorum, Homiliae. Vide Philocaliam p. 32.

In 1. ad Corinthios commentarii siue *tomi. Hieron.* epist. 58. ad Pammach. Origenem primo loco ponit inter eos, qui hanc epistolam latissime fuerunt interpretati. Ceterorum nomina sunt: Dionysius, Pierius, Eusebius Caesareensis, Didymus et Apollinaris. Meminit Origenes ipse tractat. 23. in Matth. et homil. 17. in Lucam.

In Epistolam ad Galatas, quinque tomi, tum scholia et tractatus siue *Homiliae* [illegible]. Praeterea decimum stromatum suorum librum commatico super explan[illegible] eius [illegible] compleuit, teste Hieronymo prooemio ad Galatas, vbi Origenis commentarios sequutum se non diffitetur. [Fragmenta quaedam occurrunt in Pamphili apologia, quae edidit *de la Rue* tom. IV. *p. 690. seq.*]

In Epist. ad Ephesios tomi III. Hieron. I. aduersus Rufin. et in Epist. ad Ephes. [Fragmenta libri III. ex Hieron. l. I. Apolog. aduers. Rufin. edidit *de la Rue* l. l. *p. 691.*]

In Epist. ad Colossenses tomi, quorum *tertium* laudat *Pamphilus* Apologia pro Orig. [Vid. *de la Rue l. l. p. 692.*]

In I. ad Thessalonicenses ἐξηγητικά. Meminit praeter Hieron. *d*) *Origenes* ipse lib. 2. contra Celsum p. 101.

In Epist. ad Titum. Fragmenta in Pamphili Apologia. [quae vid. apud *de la Rue l. l. pag. 694.*]

In Epist. ad Hebraeos tomi et Homiliae. Idem Pamphilus et Eusebius VI. 25. [quorum, quae recitant fragmenta, idem *de la Rue* exhibet *l. l. p. 697. sq.*]

[*] *In Apocalypsin expositio,* promissa ab Origene tractat. 30 in Matth.

Homiliae quamplurimae. Mille et eo amplius tractatus in ecclesia locutum scribit Hieron. Epist. 65.

Libri II. de resurrectione Euseb. VI. 24. *alii de resurrectione dialogi duo.* Hieron. Epistola ad Paulam apud Rufin. inuectiua 2. Confer *Huetium* p. 264. 266. De resurrectione scripsisse se Origenes ipse testatur V. contra Celsum p. 244. Meminit et Pamphilus in Apologia. *Fabr.* Vide *de la Rue* animadu. in Huetii Origenian. II. quaest. 9. et *Fabric.* pro veritate relig. christ. p. 162. XX. supra ad Exegetica λ'. *Harl.*

De libero arbitrio, Origenes ipse VII. in Epist. ad Rom. Nisi respicit librum tertium περὶ ἀρχῶν.

Acta concertationis cum Beryllo, siue *dialogus,* quo Berylli Bostrensis in Arabia episcopi, errorem coarguit, qui negabat, Christum aliam, quam Pater, habere personam. Vide *Euseb.* VI. 33. et *Hieron.* c. 61. de S. E. Socratem III. 7.

Dialogus cum Candido Valentiniano, in quo duos andabatas digladiantes se spectasse scribit *Hieron.* aduersus Rufin. p. 150.

Dialogus cum Basso Agnomone, cuius in epistolas Africani et Origenis de Susanna mentio, licet in litteras relatum esse non aeque constet: vti nec quae disputauit *contra Arabas Psychopannychitas,* teste *Euseb.* VI. 37.

Aduersus varios haereticos. vt Apelleitas et Basilidem, Encratitasque et Helcesaitas, tum Hermogenem, Isidorum, Menandrum, Nazarenos, Nicolaitas, Seuerum, Simonem et

d) In epistola ad Mineruium et Alexandrum, recudenda curauit *de la Rue l. l. pag. 692-94.* fragmenta quaedam tertii libri exhibentem, quae *Harl.*

Valentinum. Atque, si *Nicephoro* X. 36. credas, etiam contra Marcellum Galatam ac Porphyrium. Vide *Huetii* Origeniana p. 265. et *Tillemontium* in vita Orig. 12. et 36.

Paruus labyrinthus contra Artemonem et Theodotianos, quam Origeni quidam tribuerunt, sed quae auctorem potius habuit *Caium*, presbyterum romanum, de quo vide Cauei hist. literar. ad a. C. 210.

Concertatio cum haeretico quodam Ephesi, ab haeretico illo conficta et Origeni supposita, ut ipse apud Rufinum de adulteratione libror. Origenis epistola ad charos suos Alexandrinos.

Epistolarum vltra centum συναγωγή, quae ab Eusebio collecta et in libros digesta non sine magno historiae illorum temporum detrimento intercidit. Vide *Euseb.* VI. 2. et 36. hist. In his fuere praeter epistolam ad Iul. Africanum, et alteram ad Greg. Thaumaturgum, quae exstat in Philocalia, epistola ad Philippum Imp. eiusque coniugem Seueram: ad Fabianum romanum aliosque episcopos de fide sua: ad amicos Alexandrinos, ad Beryllum, Bostrorum in Arabia episcopum, ad Tryphonem, discipulum suum. Vide Tillemont. vitam Origenis c. 4. et 36. et *Huetium* p. 267. sq. [ac *de la Rue* tom. I. opp. pag. 1. sq. et supra ad Exeget. κ'.]

Libellus de Pascha, cuius meminit Anatolius Alex. episcopus Laodicensis, praef. ad Canonem paschalem: *Sed et Origenes omnium eruditissimus et calculi componendi perspicacissimus, quippe qui et* χαλκευτής (leg. χαλκέντερος) *vocatus libellum de Pascha luculentissime edidit.* Ibidem nonnulla exinde producit. Omitto, quae de *Astrolabio* et breuiario Origenis, nescio vbi latente, incerta fide quidam tradiderunt.

Stromatum libri X. ad Clementis Alex. imitationem scripti, et philosophorum ethnicorum placita cum sacrorum librorum dogmatis conferentes. Meminit ipse in Ioh. p. 237. et *Eusebius* VI, 34. ac saepius Hieronymus. *Fabr.* Fragm. dedit de la Rue, quem v. p. 37. tom. I.]

Monobiblia. Hieron. apud Rufin. inuectiu. I.

Denique iuuenis etiamnum Alexandriae non modo disciplinas liberales et προπαιδεύματα docuit, atque ad varias philosophorum sectas intelligendas auditores suos introduxit, sed et teste *Eusebio* VI. 18. τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγήσατο, ὑπομνηματιζόμενος τε καὶ θεωρῶν ἕκαστα.

Eusebius idem VI. 32. hist. testatur, se adcuratum scriptorum Origenis indicem texuisse in vita Pamphili martyris: quod se fecisse quoque *Hieronymus* c. 54. Catalogi narrat in epistola ad Paulam, qua Origenis opera contra Varronis ponens contulerit. Sed nec haec epistola praeter fragmentum apud Rufin. I. inuectiua, neque vita Pamphili integra ad nos peruenit. Corruptam bibliothecam Origenis et Pamphili in membranis instaurare conatus est *Euzoius*, Thespesii rhetoris, cum Gregorio Naz. auditor, et postea episcopus Caesarecnsis, vt idem *Hieron* c. 113. de script. eccles. auctor est.

Tabella

[?] *Tabella Chronologica* *), *scriptorum plerorumque Origenis.*

A. C.	aetat. Orig.	
210.	26.	ὑπομνήματα in philoſophos variarum ſectarum. *Euſeb.* VI. 18. (*Alexandriae*)
		tomus in Canticum a iuuene ſcriptus.
217.	33.	inchoata Hexapla, Tetrapla &c.
[219.	35.	comm. in Ioann. auſpicatus: ante a. 231. priores V. tomos ſcripſit et a 232. proſequutus eſt laborem, ac longe poſt Maximini perſequutionem abſoluit. v. de la Rue monitum. etc.]
228. [aut 240.	44.	Epiſtola ad Iulium Africanum de hiſtoria Suſannae. [v. de la Rue admonit. p. 8. tom. I.]
		Hom. in Ieſ. v. de la Rue III. p. 104.]
ante a. 231.	47.	tomi in Pſalmos 25. primores. *Euſeb.* VI. 24.
		Libri duo de reſurrectione.
		Tomi V. in threnos. Primi V. tomi in Iohannem. Primi VIII. in Geneſin. In Exodum. In Iudices.
		Libri IV. de Principiis.
		X. libri Stromatum.
		Liber de precatione.
		Homiliae in Lucam, [comm. in Ioann. continuauit.]
235.	51.	Protrepticum ad Martyrium.
poſt a. 237.	53.	tomi poſteriores in Ioannem et in Geneſin.
238.	54.	tomi XXX. in Eſaiam, (*Caeſareae Palaeſtinae*) Euſeb. VI. 32. [Homil. in libr. Iudicum.]
240.	56.	tomi XXV. in Ezech. et V. in Cantic. (*Athenis*)
		Epiſtola ad Greg. Thaumaturgum, quae legitur in Philocalia.
241.	57.	Homil. IX. in Pſal 36. 37. 38 tomi poſtremi V. in Canticum, (*Caeſareae.*)
poſt a. 244.	60.	Homiliae variae extemporales, quas a notariis excipi permiſit, ſexagenario maior. *Euſeb.* VI. 36.
		tomi XXV. in Matth. et XV. in Epiſt. ad Rom.
		Tetrapla, Hexapla, Octapla perfecta (*Tyri*) *Epiphan.* de ponderibus et menſur. n. 18.
[poſt a. 245.]		XLV. homiliae in Ieremiam. XIV. in Ezechiel.
		Homiliae in Geneſin, Exodum, Leuiticum, Numeros.
		Tomi in I ad Theſſalonicenſes.
[a. 245. aut a. 240.	62.	comm. in Matthaeum et in ep. Rom.]
247.	63.	In Prophetas minores. [Homil. in pſalmos.]
		Epiſtola ad Fabianum et alios epiſcopos de fide ſua.
249.	65.	libri VIII. contra Celſum.
		Homiliae in Ioſuam.
poſt a. 251.	67.	Epiſtolae variae.

Haec

*) Confer *Huetium* p. 269. ſq *Tillemontii* not 41. ad Origenis vitam, et *Sam Basnage* ad a. C. 20. n. 22. ſq et a. 336. nr 3. [Quando ſingula ſcripta ſint exarata, inquirit quoque *de la Rue* in praemiſſis monitis. *Harl.*]

[‡] Haec de scriptis Origenis dixisse sufficiat, *ex quo vno si saluus perdurasset, plus lucis*, Dallaeo [f]) iudice, *nobis quam ex reliquis* (Patribus) *aliis, et a quo forsan potius quam a ceteris omnibus haberemus, in quo acquiesceremus. Sed paucula sunt et maximam partem foede locata et misere immutata, quae sub illius nomine feruntur. Magni enim et mirandi istius viri monumenta, neque temporum neque hominum iniuriam superare potuerunt. Atque haud scio, annon horum unus ia grauius eum adflixerit, quam ipsa tot saeculorum vetustas, quae ab ipsius morte ad nos fluxerunt.* Vtinam scripta Origenis inedita, quae apud graecum episcopum in Chio Insula vidisse adfirmauit vir doctus *Fr. Vernonius* Anglus, in publicos ecclesiae vsus proferantur.

Scripta Varia Origenem spectantia.

Gregorii Thaumaturgi, Panegyricus in Origenem, praeceptorem suum, de quo infra inter Thaumaturgi Opera. [in tom. IV. ed de la Rue.]

Pamphili, martyris, et *Eusebii* Apologia pro Origene libris VI. e quibus primus e Rufini versione in latinis Origenes editionibus atque edit. de la Rue tom. IV. et inter Hieronymi Opera: atque ex ceteris excerpta pauca apud *Photium* cod. CXVIII exstant [g]) Idem cod. CXVII. recenset *Anonymi* opus Eusebio posterioris et in quinque libros distributum pro eodem Origene. Quemadmodum ex *Antipatri Bostrensis* confutatione Apologiae Pamphili quaedam leguntur in Actis Concilii Nicaeni tom. VII. Concil. edit. Labbei p. 368.

Rufinus de deprauatione librorum, praecipue Origenis, liber, in latinis Origenis editionibus, itemque tom IV. edit. de la Rue.

Io. Pici, Mirandulani, diss. de salute Origenis, p. 131. sq. Operum, *Iacobus Moerlinus* in apologia pro Origene, et apologia apologiae, tribus libris constante et adhuc inedita, de qua *Huetius* p. 230. Origenianor. *Erasmus* de Origenis vita, phrasi, docendi ratione et operibus Origenis cum singulorum librorum censuris tom. VIII. opp. p. 362. seq. et ante editiones Origenis Erasmianas: Georgius Wicelius in Hagiologio: Gilberti Genebrardi collectanea editioni Operum Origenis, a se curatae, praemissa.

Petri Halloixii, Origenes defensus, siue Origenis vita, virtutes et documenta libris IV. Leodii 1648. fol.

A letter of resolution concerning Origen and the chief of his Opinions, by *C. L.* Esquire. Lond. 1661. 4. Recusus hic liber, dignus examine accuratiore, in volumine primo collectionis variorum opusculorum, [‡] quae prodiit Londini a. 1708. (1707.) vol. I. p. 1. sqq. in 8. sub titulo *Phoenix, or a revival of scarce and valuable pieces* [h]). Poterat etiam addi libellus, itidem Anglice editus Lond. 1683. 12. sub titulo: *the future state, or a discourse attempting some display of the Souls happiness in regard to that eternally progressive*

f) *Io. Dallaeus* de vsu Patrum c. 1. p. 6.

g) Conf. *Fontanini* hist. liter. Aquil. p. 209. et 252. sqq. *Harl.*

h) Conf. *Fabric.* delect. argumentorum — de verit. relig. christ. p. 719. sq. not. *Harl.*

greſſive knowledge or eternal increaſe of knowledge and the conſequences of it, which is amongſt the bleſſed in heaven. Quo in libello paginarum 159. explicatur doctrina Origenis lib. 2. περὶ ἀρχῶν c. vlt. de beatitate animarum ſempiterna, quam conſiſtere putat in faciendis maioribus ſemper in aeternum incrementis ſcientiae et cognitionis contemplatione primo operum DEI in hac terra, deinde in aëre, atque globorum coeleſtium infinito numero, ac denique DEI ipſius.

Hiſtoire de Tertullien et d'Origene par Mr. *de la Motte.* Pariſ. 1675. 8.

Stephani Bineti, S. I. de ſalute Origenis, et an plerumque illuſtriora ingenia ſint peruerſiora. Pariſ. 1629. 8vo. 1631. 12.

De erroribus Origenis multa e veteribus *Methodius* apud *Epiphanium* et *Photium*: *Hieronymus* in epiſtolis et contra Rufin. *Iuſtinianus Imp.* epiſtola ad Mennam, quae latine ex codice Antonii Auguſtini primum edita a Baronio ad a. C. 538 nr. 34-82. recuſaque graece et lat. tom. V. Concil. p. 635. [*Mansi* Conc. Ampl. Coll. T. IX p. 487. ſq.] vbi et p. 679. [ap. *Maſium* l. l. p. 535. ſq.] altera epiſtola ad ſynodum CPol. aduerſus Originem et eius ſectatores.

Paganinus Gaudentius, de dogmatum Origenis cum dogmatis Platonis comparatione, Florent. 1639. 4. ſubiunctis ſalebris Tertullianeis, et vita Chriſtianorum ante tempora Conſtantini M. Confer, ſi placet, quae de Platonismo, Origeni obiecto, diſſeruit *P. Baltus* S. I. defenſione SS. Patrum Platonismi accuſatorum lib. 2.

Io. Henr. Horbii, (Paſtoris deinde ad S. Nicolai Hamburgenſis,) hiſtoria Origeniana, ſ. de origine et progreſſu haereſeos Origenis. Francof. 1670. 4.

Io. Franciſci Buddei, (theologi Ienenſis) exercitatio de allegoriis Origenis, Witeberg. 1689. 4. et in eius parergis hiſtorico theol. p. 159. *Gu* [illegible] *T m* [illegible] allegoriae in ſacram ſcripturam ex Origene et aliis collectae. Pariſ. 1574. 8 [conf. *Heumann* diſſ. de exegeſi hiſtorica S. S. Gottingae 1742. §. 34 p. 40 *Mosheim.* in inſtitut. H. E. antiquioris, p. 227. et in oratt. de Chriſto, vnice theologo imitando, p. 85.]

[P.] M *Petri Zornii*, Hamburgenſis, de Eunuchismo Origenis Adamantii exercitatio, qua illum in dubium vocat (contra nimis perſpicua repetitaque veterum teſtimonia.) Gieſſae Haſſorum, praeſide D. Io. Henrico Maio theologo Gieſſenſi, 1708. 4. Caeterum evirationem tum temporis non fuiſſe canonicum ordinationis impedimentum diſputat Natalis Alex. ſec. 3. diſſ. 15. qu. 1. Contrarium viſum Samueli Basnagio tom. 2. Annal. pag. 231.

Hiſtoire des mouvemens arrivez dans l'Egliſe au ſujet d'Origene et de ſa Doctrine, par le *P. Louis Doucin*, S. I. Pariſ. 1700 12. [i]) Videndus etiam *Io. Garnerius* ad Marium Mercatorem tom 1. et *Henricus Noris* in hiſt. Pelagiana et diſſ. de quinta Synodo. *Caſp. Sagittarius* introduct. ad hiſtoriam eccleſ. p. 113. ſqq. vbi de Origeniſtis et aduerſariis Origenis.

Io. Vin-

i) Conf. Act. erud. Lipſ. a. 1700. p. 471. ſqq. *Harl.*

Io. Vindetus, Anglus, in libro erudito de vita functorum statu p. 40. promisit Origenis ac Plutarchi vitas et decretorum parallelismum. Idem p. 39. docet, dogma de Metempsychosi per calumniam Origeni impactum fuisse, quod probat etiam *Io. Baptista Crispus* de philosophis caute legendis p. 464. seq. Sic idolis sacrificasse Origenem, vt traditum Epiphanio, LXIV. 2. fabulis adscribunt Baronius, Huetius, Raynaudus, Valesius, Halloixius, Tillemontius, et Sam. Basnagius, quem vide ad a. C. 203. n. 20. Sed verissimum esse contendunt Natalis Alex. sec. III. diss. 15. Antonius Pagi ad a. C. 251. n. 6. seq. Petauius ad Epiphan. et Huetius p. 22. Origenianor.

Scripta de Operibus biblicis Origenis, Tetraplis, Hexaplis atque Octaplis, notisque criticis et asteriscis citaui supra lib. III. cap. 13. § 12. 13. quibus addes, quae *Io. Ernestus Grabius* obseruauit in epistola ad Millium de genuino LXX. Interpretum exemplari et tribus nouae edit. speciminibus Oxon. 1705. 4. tum in prolegomenis ad nouae suae luculentae editionis graecae bibliorum volumen primum et tertium, et denique in diss. a. 1710. 4. vulgata *de variis vitiis LXX. Interpretum versioni ante B. Origenis aeuum illatis*, *et remediis ab ipso in Hexaplari eiusdem Versionis editione adhibitis, deque huius edit. reliquiis tam manuscriptis quam praelo excusis. Fabr.* Add. *J. G. Rosenmüller* Comm. de fatis interpret. LL. SS. in eccl. Christ. Pars XVI-XX. Lips. 1799. sq. 4.

[*Io. Andr. Schmidii* Diss. de lapsu Origenis. Helmstad. 1704. 4.

Eliae Ehingeri, Origenes labilis, s. de naeuis Origenis, quam diss. *Iac. Brucker.* adiecit commentationi de vita et scriptis celeb. quondam viri Eliae Ehingeri, Augustae Vindel. 1724. 8. p. 151. sqq.

Examen d'un Raisonnement que Mr. Bayle attribué a Origenes, dans son Dictionnaire, par Mr. *Merlin*, in Memoir. de Trevoux, 1736. p. 1077. sqq — *Cudworth* in systemate intellectuali et *Moshem.* in obs. ad suam illius operis versionem lat. passim locis permultis dogmata et opiniones Origenis explicant examinantur.

Ioach. Sam. Weickhmanni comm. de schola Origenis ex Gregorio Thaumaturgo informata. Witteb. 1744. 4. Homiliae in loca S. S. de Maria Magdalena et de Abrahamo anglice versae sunt. Londini 1565. 16. v. *Brüggemanni* View etc. p. 381. qui praeter ea curate indicat libros, anglice scriptos, de Origenis hypothesi de praeexistentia animorum, (an Account of the nature and extent of the divine dominion and goodness — — By *Sam. Parker.* Oxon. 1666. 4. — Anonymi *the future State* etc. ibid. 1683. 8. — *Nath. Lardner* historiam et characterem Orig. exponit in: Credibility of the Gospel History. part. II. vol. III. cap. 38. pag. 180-410. Londin. 1750. 8. — *Io. Iortin.* de moribus et dogmatibus Origenis, in: Remarks on eccles. history, vol. II. pag. 234-246. Lond. 1752. 8. — Adde *I. G. Walch.* hist. eccles. N. T. p. 970. sq. et alios, quos ego initio huius paragr. et in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 52. sq. et 212. laudaui. *Harl.* *J. P. Dettmers* Comm. hist. crit. de thelogie Origenis. Sect IV. Trai. ad V. 1785. 4.

[P] XXVII. *Index Scriptorum et Haereticorum*

ab Origene in scriptis, graece editis, memoratorum C. denotat libros contra Celsum, edit. Cantabrig. H. a. b. commentarios, ab Huetio graece ac latine editos, duobus tomis: M. dialogum contra Marcionitas et quae ipsi subiuncta sunt. O librum de Oratione edit. Westmonast. Basil. ac denique P. Philocaliam edit. Cantabrig.

Celsi

Polemon

[T] XXVIII. S. GREGORIVS, alio nomine *Theodorus* [k]), nobilibus et opulentis parentibus ethnicis [l]) natus Neocaesareae Ponti: post illorum obitum quum iuuenis quatuordecim annorum [m]) iam aliquo Christianismi amore tangi coepisset [n]), ac deinde latinae linguae atque eloquentiae graecae studiis imbutus, legum romanarum addiscendarum caussa Berytum [o]) peteret, vna cum Firmiano, patricio Cappadoce [p]), episcopo postea Caesareensi,

k) Huius nominis non facit mentionem Greg. Nyssenus, [v. infra, vol VIII pag 158. vet ed] Sed *Eusebius* VI. 30 hist vbi celeberrimos ex Origenis discipulis ait, fuisse Theodorum, ὃς ἦν αὐτὸς ἔτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος, et fratrem eius Athenodorum. *Hieronymus* c. 65. de S E [ibi v. interpret in Fabr. biblioth. ecclesiast] *Theodorus, qui postea Gregorius adpellatus. Sophron* Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος. Pro quo Suidas: Γρηγόριος ὁ καὶ Θεόδωρος. Notum est, adultos in baptismate nouum nomen frequenter adsciuisse, quo de ritu vide *Iosephum Vicecomitem* lib 2. c. 12. de ritibus baptismi, Edmundum Martene, aliosque. Ex Theodoro et Gregorio male duos diuersos Origenis discipulos facit *Nicephorus* V. 20 reprehensus eo nomine a *Caueo* in vita Thaumaturgi c. 3. *Fabr.* De nostro autem praeter Caueum, cum in antiqu. patrum et eccles. tum in histor. litter. script. eccles. Natalem Alexandrinum et alios scriptores histor. eccles. N. T. copiose egerunt *Oudinus* in comm. d. S S. eccles. tom. I p 290. sqq *R. Ceiller* hist. des Aut eccles. tom. III. p. 307. *Stolle* in: Nachricht von den Kirchenvät. pag. 175. sqq. *I. G. Walch* in hist. eccl N. T. pag 977. sqq. *Hamberger* in: zuv Nachr II. p. 611. sq. Vitam eius persequuti sunt *Nicol. Maria Bailauicinius*, S I. Romae 1649. 8. et *Io. Ludou. Boye* in disp singulari de Gregorio Thaum Ienae 1709. 4. In cod *Oxon* collegii S. Ioan. Baptistae, nr. MDCCCXXXIII (cat. codd. Angliae etc. tom. II. pag. 61.) agitur *de virtutibus Gregorii* episcopi Caesar. *Harl.*

l) *Gregorius* ipse panegyr. in Origenem pag. 183. edit Moguntin. et *Gregorius* alter, *Nyssenus*, in laudatione Gregorii Thaumaturgi tom. II. pag. 969. d. 970. a.

m) Thaumaturgus ipse p. 183.

n) Nam antequam ad Origenem venisset, ad Christianorum sacra accesserit, quod quidem *Baronius* annal. ad an Chr. CCXXXIII. num. 8. et *P. Dan. Huetius* Origen. lib. I. cap. 2. §. 19. pag. 16 tradunt decepti narratione Gregorii Nysseni, testis in historia Gregorii Thaum. haud omnino certi tutique, Thaumaturgum fuisse Alexandriae, alii iure quodam dubitant. Atque ipse Gregorius noster in or. in Origen. haud obscure significat, se minus venisse Alexandriam. v *Walch* H. E. p. 978. et 979. qui etiam Socratis infirmat testimonium, Gregor. nostrum profectum esse Athenas litterarum caussa; contra docet, Gregorium nullum fecisse iter, nisi Caesaream; et conf *Sam. Basnage*, annal. politico-eccles. tom. II. p. 325. b. *Harl.*

o) Id. p. 186. 187. 188. Fallitur itaque *Hieronymus*, scribens, Gregorium Beryto Caesaream transiisse, et *Socrates* IV. 27. qui Gregorium ad Origenem peruenisse tradit, postquam τῇ Βηρύτῳ νόμους ἐμάνθανε. Ceterum Berytum, Phoeniciae vrbem, tum temporis celeberrimam fuisse Iuris scientiae addiscendae palaestram, multis veterum testimoniis constat. *Fabr.* *Berytum* haud venisse Gregorium docet quoque *Walch* l. c. et vberius id demonstrauit *Iac. Hajaeus* in libro, de Berytensi Ictorum academia, rec. in noua librorum rarior. conlectione. fasc. V pag. 87 sqq vbi etiam pag. 90. sq de *Athenodoro* Gregorii fratre et *Firmiano*,

ſareenſi, fratreque ſuo Athenodoro, itidem deinde epiſcopatu Ponti functo [q]), deflexit Caeſaream Palaeſtinae, ibique detentus ab Origene, per octo annos [r]) ab eius ore tum in illa vrbe, tum Alexandriae [s]), tum iterum Caeſareae pependit, et ab illo ad CHRISTVM adductus [t]), philoſophicisque primum diſciplinis imbutus, tum praeſertim ſacram doctrinam edoctus eſt. Caeſarea circa a. C. 239. decedens Origenem praeſentem, conuocata magna frequentia celebrauit, eique gratias egit inſigni ſermone panegyrico, qui etiamnum exſtat, et a Pamphilo [u]), apologiae Origenis pridem inſertus fuit. Origenis ad Gregorium epiſtolam habes c. 13. Philocaliae. Abſens inde a Phaedimo, epiſcopo Amaſeno [v]), conſecratus eſt primus epiſcopus Neocaeſareenſis, licet vix ſeptendecim [w]) tum in illa vrbe eſſent Chriſtiani. In epiſcopatu ſuo inter varias perſequutiones tam felicibus ſucceſſibus vſus eſt, vt vix totidem Neocaeſareae ſupereſſent ethnici [x]), quum vita excederet imperante Aureliano [y]), hoc eſt, non ante a. C. 270. Interfuit vna cum Athenodoro fratre ſuo epiſcopis [z]), Pauli Samoſateni haereſin Antiochiae a. C. 265. redarguere geſtientibus. A virtute et doctrinae praeſtantia Magni,

no, comitibus in eodem itinere et diſcipulis Origenis, breuiter differit. *Harl.*

p) *Nyſſenus* p. 974.

q) *Euſeb.* VI 30. VII. 14. et 28. hiſt. *Theodoritus* II 9. haeret fabularum. Ceterum Suidae in Γρηγόρ. memoratum περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγον, non Athenodoro, (quem Sophiſtam Suidas adpellat,) tribuerim cum *Tillemontio* tom. IV. memor hiſt. eccleſ p. 621. in Thaumaturgi vita c. 2. ſed Gregorio fratri. De *Athenodoro* illo videndus *Baron.* ad Martyrolog. Rom. 18 Octobr. et *Bollandus* ad 9. Febr.

r) Ita Thaumaturgus ipſe p. 170. videtur innuere, licet quinquennium tantum memoret *Hieronymus* ex *Euſebii* VI. 30. hiſt. *Fabr.* Suam *Fabricius* ſententiam de octo annis, per quos ſectatus ſit Gregorius Origenem, magiſtrum, tuetur quoque in not. ad *Hieron.* de viris illuſtr c. 65. p. 147. bibl. eccleſ E verbis tamen Gregorii non poſſe colligi, eum per ſpatium tot annorum fuiſſe auditorem Origenis, cum *Huetio* Origen. I. cap 2 §. 19 pag 16. cenſet et pro quinquennio, (quod ſcil *Caeſareae* apud Origenem transegit Gregorius,) militant *Stolle* p 176 et 179. not. 5 ac *I. G. Walch.* l. c p 979. et alii. Contra *Iac. Haſaeus* de Beryt. Ictor. acad l c p. 54. ſq rationes ita ſubduxit, praeeunte ipſo Gregorio, vt per octo annos diſciplinae Origenianae alumnus eſſet Gregorius. *Harl.*

s) Vide *Tillemont.* p. 669.

t) *Hieron.* de S. E. c. 165. *Suidas* in Γρηγόρ.

u) Vide *Socratem* IV. 27.

v) *Nyſſenus* p 976. ſeq. *Niceph.* VI. 17.

w) *Baſilius* de Spiritu S. c. 29. *Nyſſenus* pag. 977.

x) Id p. 1006. ſeq. *Fabr.* Sed quae Nyſſenus tradit de hoc numero ſeptemdecim hominum pari, quum ſuſciperet munus et quum diem obiret ſupremum, tum de reuelatione quadam diuina et de miraculorum multitudine, ea omnia fabulas ſapiunt. Atque *Scultetus* in medulla theol. patrum pag 288. Gregorii Nyſſeni orat. in Gregor. Thaumaturgum vocat *ſomnium ſomniorum.* add. *Basnage* annal tom II. pag. 326. ſq. et *Stolle* l. c. p. 176. ſq. *Harl.*

y) Apud Suidam pro *Iuliani* nomine *Aurelianum* ex MSS. codicum fide repoſuit Kuſterus. Ita et menologia 17. Nou.

z) *Euſeb* VII. 28. hiſt. et *Theodoritus* II. 9. haereticar. fabular. *Fabr.* Conf. *Fabric.* [illegible] vol. XI p 346 vet ed de tom. I. conciliorum, ed. regiae, Labbei et Harduini. — Num is *Theodorus*, qui alteri ſynodo a. 268. interfuiſſe dicitur, noſter fuerit Gregorius, res minus explorata eſt. *Gregorius* quidam, metropolita Neocaeſareae, ſerioris aetatis, in codice Coislin. XXXVI. quem publici iuris fecit *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag 103. ſqq in decreto Alexii Comneni, imperatoris inter eos nominatur, qui ederant ſynodo, de Leonis, praeſulis Chalcedonenſis ſententia de adoratione imaginum et illius reconciliatione. *Harl.*

Magni [aa]), a miraculis *Thaumaturgi* siue τερατουργοῦ et *alterius M[agni]* [bb]), cognomen tulit: *Martyrem* nemo ante Rufinum dixit; celebrant tamen Martyrologia et Menologia 17. Nouembr. Et late accepto vocabulo martyrem vocari, recte monet *Lenilecius* tom. 2. p. 270. Ex scriptis eius haec ad nos peruenere:

1. Πανηγυρικὸς εὐχαριστίας siue προσφωνητικὸς *ad Origenem*, Caesareae Palaestinae a. C. 239. [cc]), dictus, exstat, graece cum versione et notis, in edit. Gerh. Vossii p. 169 224. Sed latinam versionem *Sirmondi* esse testatur Labbeus tom. I p. 374. idque se ex ipso Sirmondo accepisse iam grandi aetate. Obseruant et alii ceteris a Vossio Tungrensi episcopo translatis videri cultiorem. Editum quoque ab *H[o]eschelio* sub idem tempus hunc panegyricum cum breuibus notis [Hoeschelii, Casaub. (qui dictionem haud omnino graecam esse, init. notarum animaduertit,) et Laur. Rhodomanni,] graece et latine ad calcem [?] librorum Origenis contra Celsum, Augustae Vindel 1605. 4. idem *Labbeus* notauit. [Cum Origene contra Celsum, et Gregorio Nazianzeno de silentio in ieiuniis, graece, Lutetiae 1587. 4. secund. catal. bibl. Leid. pag. 61. et 62. — Edit. Antwerp. 1613. 8. memorat *Oudin.* l. c. pag. 293. — in *Gallandi* bibl. graeco-lat. veterum patrum etc. tom. III. et in ed. opp. Origenis per *de la Rue*, tom. IV. — Panegyricus ad Origenem, gr. et lat. recognitus, notis auctus — opera *Io. Alb. Bengelii*, Stuttgard. 1722. 8. *Harl.*] Meminit huius orationis *Hieronymus* c. 65. de scriptor. eccl. *Fabr.* Per hanc occasionem nominabo alios codd. in quibus vel Gregorii opusc. nulla, quae sint, mentione iniecta, vel fragmenta exstant. Igitur secundum *Montfaucon* in bibl. MSStor. supersunt *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, *Gregorii* Neocaesar. quaedam, (I. p. 198. C.) *Paris.* in bibl. *Mazarin.* cod. LXX. n. 27. cod. LXXVIII. nr. 4. cod. LXXXXIII. nr. 13. *laudatio*, cod. LXIV. nr. 24. (II. p. 1308. C.) et ibid. *Nicetae* in Gregor. Thaumaturg. (pag. 1314. E. nr. 14.) adde de codd. in aliis bibl. p. 539. F. 540. A. 548. A. 540. B. 902. A. 1050. D. et p. 1066. C — Eodem teste in bibl. *Coislin.* p. 198. loca in cod. CXXII. siue in *Niconis* collectan. ex S. S. ex synodis, patribus et scriptorib. ecclef. — pag. 390. in cod. CCLXXVI. loca et parallela in *Ioannis*, *presbyteri et monachi*, eclogis, quae sunt inter parallela Damasceni tom. II. a Mich. Lequien edita, sed Damasceno antiquiora, et in hoc cod. multis diuersa ab editis, obseruante Montfauc. *Vindobonae* in cod. CCLI. bibl. caesar. s. in collectio-

 ne

aa) *Magnum* passim nominant *Basilius* epist. 63. sq. et de Spiritu S. c. 29. *Nyssenus* et alii. Miracula ipsius Nyssenus plura refert, plura etiam p. 1009 quod incredibilia videri possint, praetermittere se testatus. Nonnulla itidem suae Eusebii hist. versioni inseruit Rufinus, vt Basilii, Socratis et aliorum veterum testimonia omittam. Mich. Pselli πρὸς τὸν Πρωτοσύγκελλον περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ nondum vidit lucem. *Fabr.* Vide ad not. *x* *Ant. van Dale* praef. diss. de oraculis, et *Henr. Dodwell* dissertatt. Cyprianicar. IV. §. 16. p. 17. qui iure animaduertit, Nyssenum ea, quae ora aliorum tradidissent, securc consignasse scripto, suisque coniecturis atque additamentis liberalius auxisse. *Harl.*

bb) *Basilius* de Spiritu S. ad Amphiloch. c. 29. tom. II. p. 220. etiam ab ipsis veritatis hostibus haereticis δεύτερον Μωσῆν adpellatum testatur. Idem elogium ei tribuit *Nyssenus* p. 975.

cc) *Saxius* quoque in Onom. I. pag. 365. dictum esse hunc panegyricum, circ. a. 239 praeeuntibus *Eusebio* VI. H. E. cap. 30. et *Hieron.* de scriptor. ecclef. 65. statuit. Contra *Basnage* l. c. p. 372. b eum conditum putat a. 235. paullo ante Maximini persequutionem, quae Origenem Caesarea pepulit. *Codices* huius orationis exstant in bibl. *Veneta* D. Marci nr. XLIV. et XLV. pag. 29 sq. catal. codd. gr. et *Oxon.* in coll. MCX. cod. noui, pag. 34. cat. codd. Angl. et Hibern. *Harl.*

ne locorum communium de charactere veri christianismi etc. ex pluribus scriptor. excerptorum, de quibus copiosus est *Lambec.* commentar. lib. V. p. 324. seqq. adde infra ad sect. 6. *Harl.*

2. *Metaphrasis in Ecclesiasten*, male *Nazianzeno* tributa in variis MSS. vt illis, de quibus *Lambecius* lib. III. p. 162. 187. 190. etc. dd) atque inter orationes Greg. Nazianzeni saepius edita graece et latine ex *Iac. Billii* versione, Orat. LIII. [et ex vers. *Wolfg. Musculi* in ed. Nazianzeni lat. Hagen. 1550. fol. p. 333.] Sed Gregorio Thaumaturgo vindicauit V[illegible] Ingrensis, ex testimoniis *Hier.* de S. E. c. 65. et in c. 4. ecclesiastae, atque *Rufini* VII. 25. hist. eccl. ac Suida, licet latine tantum ex interpretatione iam laudati Billii eam exhibuerit; Graecae et latinae enim tunc Nazianzeni editiones nondum lucem viderant. Eadem in Ecclesiasten Metaphrasis pridem sub vero Gregorii Neocaesareensis titulo prodierat latine ex versione *Io. Oecolampadii*, [cum Olympiodori scholiis in Ecclesiast. lat. et Aristeae lib. de LXX. legis hebr. interpretat. Matth. Palmerio interprete. Basil. ap. Bebelium 1536. 8. v. *Panzer.* A. T. VI. pag. 313. et] in Micropresbytico Basil. 1550. fol. p. 1 9. et in Orthodoxographis vtrisque editionis; vt partium bibliothecas ne memorem. Prodiit itidem graece cum notis, Antwerp. 1618. ee) vna cum Catena graecorum patrum in Prouerbia Salomonis et Pselli paraphrasi in Canticum Canticorum, additaque latina versio, quam Andreas Schottus contexuit ex duabus illis Iacobi Billii et Iohannis, monachi Brigittiani, hoc est Oecolampadii, qui aliquando inter monachos S. Brigittae nomen suum fuit professus. Illam Thaumaturgi metaphrasin notis quibusdam in Parisiensi edit. graecolatina operum Gregorii Thaumaturgi etiam illustrauit *Fronto Ducaeus. Fabr.* In cod. MMDXI. n. 22. *Paris.* publ. biblioth. est illa *metaphrasis*, nomine auctoris haud addito. *Harl.*

3. *Expositio fidei*, quam ff), a S. Iohanne, euangelista, acceptam refert *Gregorius Nyssenus* in laudatione Gregorii Thaumaturgi p. 378. repetitque quinta Synodus tom. II. edit. Binianae Colon. 1618. p. 774. et *Nicetas* lib. I. thesauri orthodoxae fidei c. 32. gg) Eandem, quam etiam

dd) Siue p. 451. 463. et 470. ed Kollarii adde infra de Gregorio Nazianz. in vol. VII. p. 521. vet. edit. *Harl.*

ee) Ab Hambergero l. c. pag. 614. ex cat. bibl. reg. Paris. Theol. tom. I. p. 354. sic citatur: *Greg.* metaphrasis in ecclesiasten Salomonis, gr. et lat. ex interpretatione *Ioannis* (Oecolampadii), monachi Brigittiani, cum notationibus et ex ed. *Andr. Schotti.* Antwerp. Mart. Nutius, 1613. 8. *Harl.*

ff) Narratio illa de reuelatione Gregorio facta parum credibilis, [iure, credo,] videtur *Iworfschio* Heptade diss. VI. Ceterum haec est *Gregorii Thaumaturgi Apocalypsis*, ad quam, Elias Cretensis notat, respicere *Nazianzenum* Orat. 37. p. 609. Eadem laudatur et a S. Germano atque in definitione Apocrisiariorum Gregorii IX. papae: tum a Iohanne Vecco et Georgio Metochita in *Allatii* Graecia orthodoxa tom. II. p. 484. 735. 872. 986. et 1056. *Fabr.* — *Whiston, Sand* alii dubitarunt, num non solum historia huius symboli esset vera, sed etiam, an Gregor. Thaum. illius fuerit auctor. Roesler in libro cit. censet, Gregor. quaedam composuisse forsan symbolum, hoc vero multis locis praecipue circa finem deinceps fuisse auctum et interpolatum: quod probabilius videtur. *Harl.*

gg) In multis codd. restat haec *expositio fidei*. In bibl. Caesarea *Lambeciano* cod. [illegible] nr. 17. in quo, notante *Lambecio* commentar. vol. III. p. 266. sq. is titulus legitur: ἔκθεσις πίστεως, ἣν ὁ θεολόγος καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης ἐκ προσώπου τῆς παναγίας Θεοτόκου κατ' ἐπιτροπὴν αὐτῆς, τῷ ἁγίῳ καὶ θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐν ὀπτασίᾳ ἀπηγγείλατο: quam integram vna cum antiqua aeui semper. Caroli M. versione latina

[illegible] breuis est, hoc loco integram dabo cum versione *Rufini*, qui eam latinae versioni [illegible] hist. VII. 25. ad aedificationem, vt ait, ecclesiae, inseruit.

Εἷς Θεός, Πατὴρ λόγου ζῶντος, Σοφίας ὑφεστώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς [ii] κύριος, μόνος ἐκ μόνου. Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Χαρακτὴρ [illegible] τῆς Θεότητος, λόγος ἐνεργός. Σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός. Ἀόρατος ἀοράτου, καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου, καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου. καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ δι᾽ υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. Εἰκὼν τοῦ υἱοῦ kk), τελείου τελεία. ζωὴ ζώντων αἰτία, [illegible]

Vnus DEVS, *Pater verbi viuentis, sapientiae subsistentis et virtutis suae et figurae, perfectus perfecti genitor, Pater filii unigeniti.* Vnus Dominus, *solus ex solo* ll), *figura et imago Deitatis, verbum perpetrans* ii), *sapientia comprehendens omnia, et virtus, qua tota creatura fieri potuit; Filius verus veri Patris, et inuisibilis ex inuisibili, et incorruptibilis ex incorruptibili, et immortalis ex immortali, et sempiternus ex sempiterno.* Vnus Spiritus Sanctus *ex DEO substantiam habens, et qui per Filium adparuit, imago filii perfecti perfecta: viuentium causa, sanctitas sanctificationis praestatrix, per quem DEVS* ll) *super*

 πηγὴ

[illegible] et necessariis quibusdam adnotatt. cap. V. libri II. comment. de bibl. Caes. p. 270. sqq. (vet. edit.) insertam esse, Lambec. scripserat; sed Kollarius annotat, illam exposit. in altera edit. commentarior. esse loco illo motam, et insertam *Analectorum Vindobonens.* tom. I p. 264. 366. sq. — Tum in eodem commentarior. vol. pag. 488. in cod. LXXXVIII. nr. 18. — in vol. V. p. 22. cod. CCVII. n. 6. — pag. 142. cod. CCXXXII. et pag. 240. cod. CCXLVI. nr. 2. — in suppl. ad Lambec. I. p. 113. memorat *Kollarius* alium cod. XII. nr. 11. — In bibl. publ. *Paris.* codd. DCCCLIV. sine nomine auctoris, DCCCLXXXVII. MLXXXIV. MCCLXXVIII. nr. 5. (in quo tamen sec. catalog. tom. II. pag. 273. dicitur inesse fragm. e Greg Thaum. vbi de sacra mystagogia,) et cod. MDCXXX. nr. 52. — In cod. CCXCVIIII. *Coisl.* teste *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 415. Secundum hunc eumdem in bibliotheca — MSStor. II. pag. 1220. C. nr. 12. bibl. *Mazarin.* — *Florentiae* in cod. Medic. I. nr. 19. plut. 10. et cod. XV. nr. 2 plut. 59 (vbi inscriptio haec est: Θεολογία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ) v. *Bandin.* cat. cod. gr. I. p. 469. et II. p. 5:5. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCXXXVI. vbi quoque est alia fidei professio longior, omni destitut. titulo, cui tamen nonnulla initio deesse, crediderit confector cat. codd. gr. p. 433, deperdito [illegible] medio quopiam folio. — In bibl. reg. a *Neapolitana* cod. LIV. expositio fidei cum scholiis. —

Inter codd. *Bodleian.* nr. CLXXXV. catal. adde infra, vol. X. p. 481. de Eparchi indice MSt. — Edita est praeterea gr. ac lat. ab ipso nostro *Fabricio* iterum cum Hippolyto, vol. II. p. 224. — cum explicatione, in *H. Canisii* Lectt. antiquis per *Basnage*, tom. I. pag. 20-26. — it. sub titulo, Doctrina de S. Trinitate, gr. ac lat. *Nic. Galero* interprete, cum *Leonis M.* epistola ad Flauian., etc. Hamburg 1614. 8. In *Guil. Caue,* (qui quidem narrationibus de Gregorio Thaum., etiam fabulosis atque incredibilibus, nimis facilem praebet adsensum,) antiquitatt. patrum et eccles. etc. graece cum anglica versione, edit. angl II. Lond. 1682. fol. pag. 272. et gr. ac german. in germanica illius operis versione, tom. I. pag. 515. sq. Denique graece et germanice, vna cum latina Rufini versione, atque cum notis, (collatis adnotation. ac notitia in *Walchii*, Theologi Gotting. bibliotheca symbol. vet. p. 16. sq.) in *Roessleri* Bibliothek der Kirchenväter, part II. p. 288. *Harl.*

hh) Antiquum Psalterium MS. latinum aureis scriptum litteris, quod Hadriano I. papae donauit Carolus M. apud *Lambec.* tom. II. p. 270. legit: *ex solo DEO.*

ii) Id. *perficiens*, minus bene.

kk) Alii, vt concilior. editores, distinguunt sic: ἀϊδίου τοῦ υἱοῦ τελείας, τελεία ζωὴ ζώντων, αἰτία, ἁγιότης κ. τ. λ.

ll) Psalterium vetus apud Lambec. *DEus solus.*

πηγὴ ἁγία, ἁγιότης ἁγιασμοῦ χορηγός, ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς ὁ διὰ πάντων. Τριὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτόν τι, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς Πατρὶ, οὔτε υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί.

omnia et in omnibus cognoscitur, et Filius per omnes. Trinitas *perfecta, maiestate et sempiternitate et regno* mm), *minime diuiditur neque abalienatur. Igitur neque* nn) *factum quid aut seruiens in Trinitate, neque superinductum tamquam antehac* oo), *quidem non subsistens, postea vero superingressum. Neque ita defuit umquam Filius Patri, neque Filio Spiritus Sanctus, sed inuertibilis* pp) *et immutabilis eadem Trinitas semper.*

[¶] Hanc fidei confessionem Petauius non negat esse Thaumaturgi (vt scribit *Labbeus* p. 373) cum altera τῇ κατὰ μέρος πίστει eam confundens,) sed agnoscit, *et illustre monumentum traditionis ecclesiasticae ac catholicae de Trinitate professionis* adpellat prolegom. ad dogm. Theol. de Trin. c. 4. n. 5. In quibusdam codd. Hieronymi c. 65. de S. E. inter Thaumaturgi scripta memoratur etiam *de fide*, sed in plerisque et in graeca versione et apud Freculfum desideratum. Apud Honorium Augustod. est: *et alias de fide epistolas*, pro quo *Baronius* ad a. C. 266. n. 20. ex Hieronymo citat: *et alia huius vulgo feruntur epistolae, et de fide.*

Diuersa ab hac fuit Gregorii expositio fidei ad *Aelianum*, quem ab idolis ad CHRISTI fidem reducere conatus est. De illa *Basilius* epist. 64. cuius verba, sicut a Facundo Hermianensi lib. X. tom. II. opp. Sirmondi p. 740. latine transferuntur, adferbam: *Immiserunt quoddam experimentum per epistolam ad vnanimem nostrum, Anthimum Tyanorum, episcopum, quod magnus Gregorius dixerit in expositione fidei* Πατέρα καὶ υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει qq), ἓν, Patris et Filii personas intellectu quidem esse duas, subsistentiam autem esse vnam. *Hoc autem quia non dogmatice dictum est, sed certatiue* (οὐ δογματικῶς, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν διαλέξει) *in sermone ad Aelianum, non potuerunt conspicere, qui in subtilitate sensuum semetipsos beatificant. - - Rursus vero pagano satisfaciens non arbitrabatur, opus esse subtilitatis ratiocinatione circa verba. Est etiam, vbi et consentiendum sit consuetudini contradicentis, vt non ad necessaria reluctetur. Quapropter et multas inuenies* ibi voces, quae nunc haereticis maximam *virtutem praebeant*, *sicut* creaturam *et* facturam, *et*

si

mm) *Gregorius Naz.* Orat. 37. p. 609. Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν υἱὸν, Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, Θεότητα μίαν δόξῃ καὶ τιμῇ καὶ οὐσίᾳ καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. Idem Orat. 40 pag. 658. οὐδὲν τῆς τριάδος δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν οὐδὲ ἐπείσακτον, ἤκουσα τῶν σοφῶν τινος λέγοντος.

nn) Haec et quae sequuntur, male pro Nysseni, non Thaumaturgi, verbis habuere Nysseni editores hosque sequutus *Elias du Pin.* tom. I. bibl. scriptor. eccles. p. 185. itaque et illa omisit *Cauus* in Thaumaturgi vita §. 7. vbi hanc ἔκθεσιν fidei graece et anglice exhibet [*Walch. Golting.* habet ea pro parte symboli: sed *Roesler.* iudicat, ea non profecta esse a Gregorio nostro, sed a Gregor. Nysseno alioue inserta]

oo) Psalter. apud Lambec. *ante hoc*, minus bene.

pp) Id. *inconuertibilis*, et deinde: *semper manet.*

qq) Confer ad hunc locum *Petau.* Dogm. Theol. de SS. Trinitate lib. I. c. 4 § 10. et *Bulli* defens. fidei Nicaenae sect. 2. c. 12.

si quid tale est. Multa autem dicta et de coniunctione, quae ad hominem facta est, ad diuinitatis referunt rationem, qui inerudite audiunt scripturas, quale est et hoc, quod ab his circumfertur.

Diuersa etiam est, at Gregorio Thaumaturgo supposita, expositio fidei altera prolixior, ἡ κατὰ μέρος πίστις, quae latine tantum exstat ex versione *Francisci Turriani*, et cum eius scholiis in edit. *Gerh. Vossii* Moguntina p. 15-26. rr) Hic mihi videtur esse, ὁ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγος, quem memorat Suidas in Γρηγόρ. Locum eius graece ex Anastasio emendatiorem producit *Sirmondus* ad Facundi lib. X. cap. 6. ex eadem πίστει *Leontius* de sectis p. 540. act. 10. adfert verba: τῇ φύσει ἐδίδου, ὅτε ἐβούλετο, ἐνεργεῖν τὰ ἴδια. Ac libro *in eos, qui proferunt quaedam Apollinarii falso inscripta nomine Patrum* tom. IX. bibl. patrum Lugd. p. 707. [?] notauit, multos ex orthodoxis habere hanc κατὰ μέρος πίστιν, quae tamen sit Apollinarii, et p. 712. nonnulla ex eo citat, sub Apollinarii nomine. Neque Leontius tantum, sed *Euagrius* quoque III. 31. auctor est, quosdam ex haeresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, quum vellent suam haeresin confirmare, Apollinarii λόγους Gregorio Thaumaturgo vel Athanasio, et epistolas Iulio episcopo romano supposuisse. In hac certe κατὰ μέρος πίστει, vt Sabellianorum, Arianorum et Nestorianorum, (licet Sabellio tantum nominatim recelo,) errores diserte improbatos videas, sic nonnulla etiam leguntur, quae Apollinaris et Eutychis dogmatibus haud obscure fauent. *Et quia nonnulli*, inquit, *turbas nobis excitarunt nitentes euertere fidem nostram in CHRISTVM Dominum nostrum, non confitentes, DEum esse incarnatum, sed hominem DEO copulatum; idcirco confessionem edimus de fide, quam diximus, reiicientes contradicentium perfidiam. DEVS enim humana carne incarnatus puram habet propriam operationem, quum sit mens passionibus animae et carnis inuicta, et carnem ac carnis motus diuine ac sine peccato moderans. Qui non solum a morte teneri non potuit, sed etiam mortem deleuit. Et est DEVS verus, qui carnis expers in carne adparuit, perfectus vera et diuina perfectione. Non duae personae, neque duae naturae; neque enim quatuor adorari dicimus, DEVM et filium DEI, et hominem et Spiritum Sanctum. Idcirco eos anathematizamus, qui sic impii sunt, qui hominem in diuina laudatione ponunt.* pag. 22. edit. Vossii. [conf. *Oudin.* p. 293. sq.]

Adpendix huius κατὰ μέρος πίστεως videntur viris doctis esse *duodecim de fide capitula* siue *Anathematismi*, cum addita singulis ἑρμηνεία. in quibus et ipsis ad Apollinarii sententiam spectare possit videri, quod τέλειον hominem a CHRISTO adsumtum negat cap. 3. et 8. ss) sed si anathematismi hi omnes sunt ab vna manu, vt quidem videntur, nec Gregorium Thauma-

rr) In cod. *Mediceo* XXIV. plut. 9. est in *Nicetae* collectione omnium fere opinionum et sectarum etc. siue thesauro orthodoxae fidei, teste *Bandinio* cat. codd. gr. tom. I. pag. 435. expositioni fidei, a S. Ioanne, vt fertur acceptae, subiecta τοῦ αὐτοῦ, (Gregorii Thaumat.) ἐκ τῆς κατὰ μέρους πίστεως, ῥήσεις περὶ τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων Tum in cod. bibl. *Taurin.* vti paullo ante adnotauimus. *Harl.*

ss) Ab Apollinario aut Apollinaristis Gregorio Thaumaturgo suppositos esse *duodecim anathematismos*, nec non *expositionem fidei* κατὰ μέρος, statuit *Lequien* in diss. Damascenica II §. 9. et 10. praemissa eius edit Opp Damasceni. v. acta erudit. german. scripta, tom. I. part. 5. pag. 367. conf. infra lib. V. 16. pag. 665. vol. VIII. vet. edit. *Harl.*

Thaumaturgum, nec Apollinarium illum haereticum auctorem habere possunt: nam non modo Nestorii et Eutychis Κυρίας δόξας excluduntur, sed et anathematismo [illegible] diserte Apollinaris haeresis confoditur, et corpus, a λόγῳ assumtum, nec [illegible] τον, sed tale, vt omnino τέλειον ἄνθρωπον constituat, definitur. Itaque in prioribus [illegible] tibus illud tantum negatum est sensu Nestoriano, ne duas nempe in CHRISTO personas agnoscamus. Prodierunt hi Anathematismi primum latine ex *Turriani* versione in apparatu sacro *Antonii Possevini*, deinde graece et latine in lectionibus antiquis *Henrici Canisii*, qui graeca a Possevino accepisse se testatur, tomo III. p. 1. Ingolstad. 1603. 4. [edit. *Basnag.* tom. I. p. 26.] Deinde in editionibus Thaumaturgi cum Vossii editoris versione et [illegible], atque in Moguntina quidem p. 29-40. [et in *Gretseri* opp. tom. XV. p. 434. ed. Ratisbon.]

[*] 4. Ex *epistolis*, quas Gregorium scripsisse Hieronymus ac Suidas testantur, restat vnica *Canonica* ad Πάπαν siue episcopum quendam Ponti, scripta de iis, qui in Barbarorum (Boranorum tt), quae Scythica gens est,) in regionem illam circa a. C. 258. incursione [illegible] comederant, seu, qui in captiuitate idolis sacrificauerant, aut alia peccauerant. Hi sunt *Canones Gregorii Thaumaturgi*, qui probantur in concilii sexti CPol. in Trullo a. C. 680. habiti, can. 2. Atque *primi decem* quidem nemini suspecti de fraude sunt, sed *undecimum* reiiciunt plerique, quoniam nec in graeco Nomocanone illum Vossius reperit, nec in collectione canonum a Gregorio, patriarcha CPol. facta uu) Morinus, licet eum agnouerit et interpretatus sit *Theodorus Balsamon*, et in suo codice repererit auctor versionis latinae, quae in Orthodoxographis legitur, et Antonius Augustinus, qui inter canones poenitentiales vulgauit Tarracone 1584 4. Paris. 1641. fol. et ex Sirleti codice *Vossius* graece ediderit, adiuncta latina versione *Gentiani Herueti* et commentario *Balsamonis*, latine tantum, ex eiusdem [illegible] versione Paris. 1561. fol. edita. [illegible] Balsamonis commentarius graece etiam editus est a *Beueregio* Oxon. anno 1672. tom. II. Pandect. Canonum pag 24 ex Parisiensi Ducaeana Canonum et Balsamonis editione a. 1620. fol. *Zonarae* commentarios etiam addidit *Beueregius* ex edit. graecolatina Paris. a. 1622. ad calcem Thaumaturgi. Pro γνησιότητι canonis vndecimi [illegible] pugnat *Natalis Alex.* dissert. 18. saeculi 3. Sed magis [illegible], gradus poenitentium memoratos in illo canone esse satis antiquos, quam canonem ipsum non esse Gregorianis adsutum. *Fabr.* Epistolae canonicae canon vltimus, cum notis *Ant. Augustini* Venet. 1584. in catal. libr. eccles. in bibl. Bodleiana I. p. 219. — Multi exstant *codices MSSti*, in quibus legitur illa canonica epistola. Secundum *Bandini* cat. codd. gr. in bibl. Laurent. Medic. tom. I. pag. 47. in cod. XXII. nr. 21. plut. V. — p. 74. in cod. XL. nr. 27. (qui continet XII. canones cum interpretatione, vbi tamen extrema codicis non conueniunt cum editis:) p. 199. in cod. VIII nr. 36. plut. IX. — p. 468. in cod. I. nr. 6. plut. X. qui tamen cod. desinit in canone decimo. — p. 99. in cod. IV. plut. VI. f. expositionibus sacrorum praeceptorum etc. citantur loca ἐκ τῶν κανόνων et ἐκ τῶν κανονικῶν ἐπιστολῶν (Greg. Thaumat.) — In bibl. regia *Taurin* cod. CV. (qui continet amplissimam sacrorum canonum conciliorum et epistolarum canonicarum collectionem,) et cod. CC. nr. 22. (qui [illegible] multa continet opuscula, et multum conuenire dicitur cum codd. CCCVI. et CCCVII. [illegible] *Nessel.* in cat. bibl. *Vindo-*

tt) Vide *Zosimum* lib. I. c. 31. sqq. *Tillemont.* p. 695. [*Basnage* Annal. III. p. 328. a]

uu) *Morin.* lib. 6. de sacramento poenitentiae c. 1. §. 9.

Vindobon. part. I. p. 411.) v. cat. Taurin. codd. gr. p. 196. et 299. — In publ. bibl. *Paris.* secundum catal. codd. tom. II. epistola canon. est in nouem codd. n. MCCCXIX. nr. 10. MCCCXX. nr. 18. MCCCXXVI. nr. 9. MCCCXXVII. nr. 12. canones duodecim cum *Zonarae* expositione; MCCCXXVIII. nr. 21. et MCCCXXXI. nr. 23. cum *Balsamonis* scholiis. — MCCCXXXVII. nr. 25. — MCCCLXIX. nr. 9. et MCCCLXX. nr. 5. — Inter codd. *Coislin.* sec. *Montfauc.* bibl. Coislin pag. 191. in cod. CXVII. et pag. 267. in cod. CCIX. s. Io. Patriarchae CPolitani collectione canonum. it. p. 564. cod. CCCLXIV. — Secundum eumdem *Montfaucon.* in bibl. — MSStor. p. 197. A. *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, Gregorii Thaum. canones tredecim. — pag. 896. D. inter codd. *Car. de Montchal,* archiep. Tolosani, cod. VIII. n. 9. — pag. 1331. C. inter codd. monasterii S. trinitatis proxime CPolin. — In *Britannia* sec. cat. codd. Angliae et Hibern. tom. I. inter codd. *Barocc.* nr. XXVI. et nr. 86. nr. 158. nr. 185. et nr. 205. tom. II. nr. 1836. inter codd. collegii *Etonens.* — nr. 5905. inter MSSt. *Thomae Gale.* — nr. 9198. nr. 33. inter codd. *Io. Mori,* episc. Norvicensis. — *Vindobonae* in bibl. Caesarea, cod. XLV. nr. 5. in synodici parte altera, siue sylloge canonum synodalium et epistolarum patrum, cum amplissimis *Zonarae* et *Balsamonis* scholiis, teste *Kollario* in supplem. I. ad Lambecii commentar. pag. 315. sq. — Huc quoque referri potest Greg. Thaum. *de poenitentium stationibus* in MCCCLXX. cod. *Paris.* publ. bibl. nr. XLIII. — A *Maittaire* A. T. II. p. 312. et *Panzero* A. T. VI. p. 207. citatur lib. *De poenitentia canones Petri* archiep. Alexandr. et *Gregorii Neocaes.* de Simonia *Gennadii* — ep. de ligandi et soluendi potestate *Niceph. Chartophylacis* CPol. — epistola, *Io. Oecolampadio* interpr. Basil. ap. Io. Froben. 1518. 4. *Harl.*

5. *Λόγος κεφαλαιώδης περὶ ψυχῆς, de anima* ad Tatianum quemdam, Tatianae fortassis, cuius Origenes libro de precatione meminit, fratrem [vv]). Hunc primus edidit *Vossius* pluribus MSS. codd. visum se testatus, addita latina versione sua scholiisque pag. 135-145. latinam versionem recudi curauit *Caspar. Barthius* ad calcem librorum Claudiani Mamerti de eodem argumento. Cygneae 1655. 8. p. 460. Ex alia versione exstat in bibl. patrum Paris. 1589. tom. 3. [Est quoque in bibl. patrum, Paris. 1575. vol. VIII. p. 45. F.] *Nourrius,* hunc libellum in codice MS. forte offendens sine auctoris nomine, ac de Tatiano, Iustini martyris discipulo, cogitans pro inedito habuit, et in prima editione adparatus sui ad bibl. patrum tom. II. pag. 734. velut primus vulgauit. Sed in altera editione omisit, siue quod ipse in Thaumaturgi scripta incidisset, siue monitus ab *Ittigio* in supplemento operum Clementis Alex. p. 227. cuius cum laude eum meminisse video.

6. *Fragmenta* quaedam Gregorii Thaumaturgi occurrere in catena ad *Ieremiam* Ghislerianа tom. I. p. 788. 796. 831. 839. iam notauit Caueus. Illa non ex commentario in Prophetam

vv) *Codices,* in quibus superest illud opusculum, sunt, auctore *Montfaucon* in bibl. — MSSt. p. 622. D in bibl. regis *Angliae.* — In bibl. publ. *Paris.* codd. CCCCLXII. — MMCCLVII. — MMCCCXXVIII. — *Venetiis* in bibl. D. Marci, cod. CDVIIII. (pag. 273. catal. codd. gr.) — *Oxoniae* inter codd. *Bodlei.* nr. MMMXXXVI. — *Neapoli* in bibl. regia, cod. CLXVIII. *quaestiones VII de anima.* — *Leidae* inter codd. Vossianos, cat. bibl. publ. pag. 392. nr. 30. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. XLV. nr. 2. (v. *Lambecii* comm. vol. III. p. 171.) *Harl.*

tam, sed ex homilia quadam vel epistola videntur esse repetita. *Fabr.* In veterum patrum ecclesiasticorumque scriptorum analectis nouis, Venet. 1781. fol. nr. 2. sunt fragmenta edita, 1) scholia ex ecclesiasticis Greg. Thaum. ab Eusebio memoratis explicationibus, cap 1-3. v. 11. — 2) fragm. in Lucam XXII. 42-48. — 3) fragm. de Homousia filii et patris dei, ex Euthymii Panoplia. — Ad *inedita*, nisi fallor referenda videntur [illegible] opusculorum quae sequuntur, et Gregorio nostro, quo iure? quaue iniuria? adscribuntur: [illegible] quod incipit: ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστι γνῶναι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς etc. est in cod. [illegible] 2. *Vindobon.* bibl. caes. teste *Lambecio* comment. V. col. 240. ad [illegible] supra ad sect. 1. — [illegible] *Medic.* XXVI. plut. 9. in expositione diuinorum praeceptorum e multis scriptoribus collectorum, tum in cod. VIII. nr. 2[illegible] plut. 86. inter excerpta de Spiritu S. theologica, Gregorii Thaum. ἐκ τῆς ἀποκαλύψεως, ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως et ἐκ τοῦ λόγου, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι. — Precatio et exorcismus ad vexatos ab immundis spiritibus, aut malis daemonibus, (προσευχὴ — εἰς ἐνοχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, nr. 71. aut ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν, in alio eiusdem exorcismo, nr. 72.) in codic. regio *Matrit.* CV. (in quo plurium scriptorum eccles. exorcismi sunt collecti,) fol. 73. v. *Iriarte* cat. codd. gr. etc. pag. 432. sq. — *Montfauc.* in bibl. MSSt. II p. 1398. D. memorat cod. gr. bibl. reg. *Taurin.* Greg. Thaum. opusc. de *angelis*, cuius nullam notitiam aut mentionem deprehendi in catal. codd. gr. illius bibliothecae. — In cod. gr. VIII. nr. 22. *Vffenbachiano* inerat Greg. Thaum. *narratio de CCXII. patribus Beryti congregatis;* incipit: Γρηγόριος [illegible] χαίρειν καὶ γράψας ἡμῖν τοῖς διακοσίοις δώδεκα ἁγιωτάτοις ἐπισκόποις. v. [illegible] *H.* [illegible] bibliotb. Vffenbach. MSt. col 432. In cat. codd. Angliae et Hibern. in cod. octauo *Barocc.* citatur *Liturgia Gregorii dialogi:* ὁπόταν ὁ ἱερεὺς, et in indice tribuitur *Gregorio Thaumat.* *Harl.*

7. *Homilias quatuor*, vnam in sancta Theophania et baptismum CHRISTI, et tres in adnunciationem B. Virginis, graece ex MS. e cod. biblioth. Cl. praeferratae cum versione sua *Vossius* edidit. Latine easdem ex Vossii versione exhibet *Combefisius* in bibl. patrum concionatoria. Homiliam in epiphania graece in Chrysostomo suo *Sauilius* tomo VII, p. [illegible]57. Ex alia versione homiliam in Theophania habes in bibl. patrum Paris 1575. Harum homiliarum nulla non videtur nomen ac titulum Gregorii Thaumaturgi mentiri. Secundam quidem in adnunciationem, Procli CPol. esse suspicatur *Vincentius Riccardus* notis ad Orat. VI. Procli: tertiam sub Chrysostomi nomine latine ediderE Lipomannus ac Surius, 25. Mart. vt Labbeo etiam obseruatum. *Fabr.* Quatuor illas homilias etiam *Oudin.* pag. 294. sq. cum Elia du Pin, cuius iudicium repetit, aliisque habet pro spuriis ac suppositiitiis: negat tamen, hom. de adnuntiatione referri posse ad Proclum, quum in primo sermone de adnuntiatione non tantum contra Arianos et Nestorianos agatur; sed etiam contra Eutychianos, saeculi VI. haereticos, duas in Christo naturas confundentes. Contra, quia nomen Gregorii, indefinite his homiliis praefixum, fucum facere et in errorem homines potuit adducere, suspicatur, omnes illos sermones, propter oppugnatum Eutychianismum, cum expositione fidei longiore et capp. XII. de fide cum anathematismis, posse referri vel ad *Gregorium*, *Antiochenum* episcopum, saec. VI. vel, propter maiorem nominis similitudinem, ad *Gregorium*, *Neocaesariensem* pariter *episcopum*, magnum illum iconoclastarum antesignanum, qui a. 754 interfuit concilio CPolitano, aduersus cultum imaginum congregato, et in concilio Nicaeno II. a. 787.

cecinit palinodiam. Sub *Io. Chrysostomi* nomine exstat *sermo in adnuntiat.* in MSto bibl. Coislin. p. 389. et 181. *Lambec.* VIII. p. 384. et 51. ed. pr. — gr. et lat. tom. I. auctarii noui *Combefis.* pag. 602. et in edit. Chrysostomi Montfauconianae inter spuria, tom. II. pag. 797. — Quidquid est, opuscula ista suppostitia, praecipue sermo in adnuntiat. Mariae, frequenter adhuc occurrunt in codicibus, (in quorum nonnullis diserte adscribuntur Gregorio Thaumat.) horumque catalogis. — *Oxoniae* in cod. *Barocciano* CIC. homilia in adnuntiat. — in cod. CCXXXIV. sermo in epiphania, et in adnuntiat. — inter codd. *Bodleian.* nr. MMD. hom. in adnuntiat. — *Paris.* in bibl. publ. est homilia in *Theophania* in tribus, — in adnuntiat. in septem codd. et in praesentationem in vno nr. DCCLXXIII. codice. — *Leidae* in bibl. publ. secundum catal. bibl. p. 403. nr. 30. inter codd. *Vossianos*, bis; or. in adnuntiat. *Florentiae* in bibl. *Medic.* cod. XXVI. nr. 33. plut. VII. hom. in adnuntiat. — cod. IV. nr. 33. plut. IV. sermo in Theophania et nr. 44. sermo II. in adnuntiat. (*Bandini* I. p. 285. p. 522. ac 523.) — *Taurini* in bibl. regia, cod. LXX. fol. 60. sermo in adnuntiat. (cat. codd. gr. pag. 165.) — *Augustae Vindel.* in adnuntiat. (*Reiseri* catal. codd. pag. 8.) — In cod. *Coislin.* CCLXXIV. oratt. in praesentationem et purificationem Mariae, teste *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 388. sq. — Eodem auctore in bibl. — MSS. I. p. 697. et p. 704. A. D. inter codd. bibl. *Sfortianae*, or. in adnuntiat. — eadem ibid. II. p. 1316. D. iterum p. 1317. E. inter codd. *Mazarin.* *Harl.*

Editiones Gregorii Thaumaturgi.

Elias du Pin tom. I. bibl. nouae scriptor. ecclesiasticor. tradit scripta quaedam Gregorii Thaumaturgi ex *Francisci Zini* versione prodiisse Venetiis 1574. et Romae 1594. quas editiones non vidi, [nec ego earum reperi mentionem,] et vereor, ne error sit, quoniam constat Zinum Gregorii Nysseni quaedam vertisse, quae infra suo loco referam.

Pauca *Gregorii Thaumaturgi* cum nonnullis orationibus et epistolis Iustini Mart. Athanasii Basilii M. Nazianzeni et Chrysostomi graece edidit Romae 8. *Hieronymus Brunelius* S. I.

Vniuersa, quae exstant Thaumaturgi scripta, iunctim, pleraque graece ac latine edidit *Gerhardus Vossius*, Tungrensis episcopus, additis aliorum veterum scriptis, quae a *Labbeo* tom. I. pag. 375. sq. et ab *Ittigio* in lib. de bibliothecis et catenis patrum p. 668. recensentur. *Fabr.* *Oudinus* l. c. p. 291. l. c. *Stolle* p. 178. et antea, *Thom. Pope Blount* in censura celebr. authorum p. 205. tradunt, *Opera varia Gregorii Thaumat.* gr. et lat. summa cura comparata, interprete et scholiaste *Gerardo Vossio*, collecta esse, vna cum aliis patrum opusculis, Romae 1594. Haec editio si reuera exstat, aliis ignota esse videtur. Certe notior est *German. Vossio* edit: *S. Gregorii — opp. omnia*, quotquot in insignioribus, praecipue romanis bibliothecis reperiri potuerunt; vna cum eiusdem authoris vita, gr. et lat. interprete et scholiaste — *Ger. Vossio*. Adiecta sunt Miscellanea SS. aliquot patrum graec. et lat. omnia nunc primum in lucem edita, ab eod. Vossio. Moguntiae 1604. 4. quam vberius recenset et omnia, quae insunt, tam Gregorii, quam aliorum, scripta diligenter indicat *Io. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae, part. IV. pag. 108. sqq. idem significat, opp. Greg. Thaum. *latine* prodiisse Venet. 1574. 8. *Harl.*

Latine ex Vossii editione recusa sunt in bibliotheca Patrum edit. Colon. 1618. et Lugd. 1677. tomo III.

Melior graecolatina editio, pleniorque est Parisiensis a. 1621. fol, cui adiuncta [illegible] Macarii Alex. et Basilii Seleuciensis, canonicaeque SS. Patrum epistolae, Io. Zonarae commentariis illustratae. *Fabr.*

Nouissima *Gregorii Thaum. opp. epist. Origenis et vitae Gregorii per Gregor. Nyssenum* editio est in *Gallandi* bibl. graeco-latin. vett. patrum etc. tom. III. p. 385. XIV. pag. 119. in append. *Harl.*

XXVIIII. *de METHODIO,*

[vna cum auctario D. *Io. Andr. Sixt. theologi Altorf.*]

Methodius, disertus et eruditus scriptor [a]), etiam *Eubulius* [b]) dictus fuit, si Epiphanio credimus LXIV. 63. idque confirmat, quod in Conuiuio Virginum Eubulius est, cui Gregorium [Gregorium, nomen mulieri.] exponit sermones de castimonia ac virginitate a decem virginibus habitos. Episcopum fuisse multis veterum testimoniis constat, Olympi Lyciae primum, atque Leontius auctor est, Patarensem, itidem in Lycia, ac denique Tyri [c]) martyrium

a) *Epiphanius* nuncupat *Methodium* in *lib.* II. *adu. haeres.* h. LXIV. c. LXIII. ἄνδρα λόγιον et *Hieronymus de scriptor. eccl.* c. LXXXIII laudat *Methodii* nitidum compositumque sermonem in libris adu. Porphyrium. Conf. etiam *Suidas* in lexico ad vocem Μεθόδιος. Contra ea eiusdem orationis habitum admodum vituperat *Ellies du Pin* in *Nouvelle Biblioth.* des *auteurs eccles.* tom. I. pag. 270. cuius sententiam vertit et repetit *I. G. Pertsch* in: *Versuch einer Kirchenhistorie* part III. p. 115 § 53. Meam de *Methodio*, scriptore, opinionem repeto ex commentatione de illo, Altdorf. 1787. 4. edita: *Argumentis disputans philosophicis, praesertim in iis, quibus mundi aeternitatem et originem mali demonstrare studuit, plurima bene tractauit acumen acumine superans. Oratoris sacri partes explens pretiose et frequenter turgido dictionis genere declamat: dicta S. codicis interpretans* ἀλληγορίαν *saepe argute ludentem adfert; subinde tamen sententias tam veritate quam grauitate insignes proponit: Quod praeterea pertinet ad sermonis habitum, turget ille quidem, suo tamen non caret lepore, quo Hieronymi de illo iudicium videmus confirmatum, ad quem quoque dialogi formam hinc inde bene dispositam iuum conferre omnino debemus.* I. A. *Sixt.*

b) *Ellies du Pin* in libro citato tom. I. p. 200. n. a. *Methodius*, ait, *s'appeloit aussi Eubulius; c'est le nom, qu'il a pris dans son Banquet des Vierges.* Quam sententiam in textu ipsius sic explicatam legimus: *C'est (le Banquet des Vierges) un Dialogue, dans lequel on introduit une femme appelée Gregorium, qui raconte à Eubulius les discours des Vierges, qu'elle avoit appris de Theopatre.* Quae sententia cum dialogo ipso consentit. Addenda sunt ea, quae *Henr. Valesius* adtulit in notis ad conuiuium virginum Methodii de voce Εὐβούλιος, qui praeter alia haec statuit: *Alterum nomen, Eubulius, ab Epiphanio tribui Methodio, vel quia id euenerit ex libri huius ipsius celebritate, a primo, vti saepe fit, eo dialogo denominationem ratis — vel quoniam iam antea binominis Methodius se se hic minus vsitato [illegible] verit nomine.* Interim fateor, me de [illegible] nomine ipsi Methodio tribuendo subdubitare, etiamsi huius adsertionis testis sit Epiphanius; nam in opere Methodii de resurrectione aduersus Origenem, per modum dialogi composito, in promtu sunt colloquentium nomina haec: [illegible], Theophilus, Origenes, *Eubulius*, Auxentius, *Methodius.* Hinc alius est Eubulius, alius Methodius. *Sixt.*

c) *Hieronymus* de *scriptoribus ecclesiasticis* c. 83. Methodium *Olympi Lyciae et postea Tyri episcopum* nuncupat. Eundem etiam praesulem fuisse

tyrium obiit in Diocletiani persequutione circa a. C. 311. in Chalcide Syriae d), celebraturque in Martyrologiis ad 18. Sept. et in Menologiis (ad) 20. Iun., quae capite plexum memorant

 illum

fuisse Patarensem, testes sunt *Leontius Byzantinus* in libro de *sectis* πραξ. γ. *Io. Damascenus* in *orat.* III. *de imaginibus*, *Suidas* in lexico ad vocem Μεθόδιος. *Leo* Allatius in diatriba de *Methodiorum scriptis* adfirmat, Patarensis episcopatus Suidam non meminisse. Quod miror legens apud eundem auctorem: Μεθόδιος Ὀλύμπου, Λυκίας ἤτοι Πατάρων, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος: attamen sibi persuasit, eumdem eodem ipso tempore et Patarorum et aliarum in Lycia vrbium episcopum esse potuisse adlataque huius rei caussa, tunc propter persequutiones in Christianos potissimum sub Maximiniano et Diocletiano exactam diuisionem episcopatuum in minores partes non habuisse firmitatem, addit: Fuerit Methodius hic noster et Patarae et Olympi et Tyri episcopus. Hac de difficultate propter episcopatum Methodii Patarensem copiose disputat *Tillemont.* in *memoires pour servir a l'Histoire ecclesiast.* T. V. part. III. pp. 387. *sq. sq.* Conf. et ea, quae in commentat. mea de Methodio p. 5. in medium protuli. In eadem quoque aduersus *Basnage* opinionem in *Annal. ecclef.* tom. II. p. 464. adfirmare cum *Hieronymo* visum est mihi, Methodium tandem Tyrum concessisse res sacras ibidem administrandi caussa, etiamsi *Socrates* in H. E. Methodium Olympi episcopum tantummodo nominauerit, ex mente aduersus hunc et pro Origene praeoccupata. Repetere liceat adlatum a me *Socratis* testimonium in H. E. lib. VI. c. XII. edit. *Rob. Stephani*, Lut Parif. 1544. Οἱ εὐτελεῖς καὶ ἀφ' ἑαυτῶν μὴ δυνάμενοι φανῆναι ἐκ τοῦ ψέγειν τοὺς ἑαυτῶν κρείττονας δεικνύναι θέλουσι. Τοῦτο πεπόνθε πρῶτος Μεθόδιος τῆς ἐν Λυκίᾳ πόλεως λεγομένης Ὀλύμπου Ἐπίσκοπος. *Sixt.*

d) Difficultatem quamdam obtrudunt verba Hieronymi, quae dissensum opinionum propter tempus, Methodio violenta morte fatale, innuunt: *Ad extremum nouissimae persequutionis, siue, vt alii adfirmant, sub Decio et Valeriano martyrio coronatus est.* De quibus sic sentio: Per nouissimam persequutionem non aliam, quam illam, quam Diocletianus peregit, intellexit Hieronymus, quoniam ipse initio eiusdem saeculi, quippe quarti post C. N. in cuius exitu vixit Stridonensis, saevierat, sed Decius et Valerianus persequuti sunt Christi adseclas sub mediam tertii saeculi aetatem. Itaque Methodius per testimonium Hieronymi vel sub Diocletiano, vel sub Decio et Valeriano, Christianorum persequutoribus, vita, illata ipsi vi, priuatus est. Quid igitur statuendum in hac ambiguitatis difficultate? Iam Decianam Valerianamque persequutionem Methodio exitialem fuisse mihi persuadere nequeo, etiamsi Suidam ad hanc opinionem accessisse pateat, quod ipsius verba testantur: Ὃς (Μεθόδ.) περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ ἐν Χαλκίδι τῆς ἀνατολῆς μαρτυρίῳ ἐστέφθη. *Gerard. Io. Vossius de historicis graecis*, lib. II. c. 16. obseruat: *Methodius iuxta Suidam sub Decio et Valeriano, sed verius (vt apud Hieronymum etiam legitur,) decima persequutione, sub Diocletiano, martyrii coronam accepit.* *Porphyrium* post aetatem *Decii ac Valeriani* demum suos aduersus Christianos edidisse libros vero simillimum est; nam vixit, saltem innotuit nomen eius post modo nominatos imperatores, quod ex *Eunapii* de *vita Porphyrii* relatione patescit, qua contendit ille, hunc eadem, qua *Dexippus* claruit, aetate vixisse; Dexippus vero, quod iam antea *Eunap.* testatus est, imperatorum *Gallieni*, *Claudii*, *Taciti*, *Aureliani* et *Probi* coaeuus fuit. Adeoque vixit vel innotuit *Porphyrius* inde ab anno post C. N. LIII. saeculi tertii, quo *Gallienus* ad dignitatem imperatoris romani fuit euectus. Hinc ille dictos libros scripsit sub aetatem imperatorum memoratorum, quid? quod illi, si fides habenda est *Allatio*, serius, regnante nempe *Diocletiano*, prodiere. Vid. *Lucae Holstenii* differtat. de *vita et scriptis Porphyrii.* Ex quibus consequitur: Si *Methodius* iam persequutione Deciana et Valeriana vitam amisit, potuitne libros *Porphyrii* postero tempore vulgatos refutare? Quamobrem non inanis est opinio, etiam a *Schroeckhio* in libro, *christliche Kirchengeschichte* part. IV. p. 427. et ante illum iam a *Tillemont* in eiusdem *Memoires* etc. tom. V. p. 125. tradita, Methodium martyrem extitisse sub *Diocletiano* circa A. C. CCCXI. *du Pin* l. excit. p. 195. citat A. C. CCCII. vel CCCIII. sic quoque *Schroeckh.* in *histor. relig. et eccles. christ.* edit. alt. p. 55. *Sixt.* *Saxius* in Onomast. I. p. 392. verisimilior, ait, sententia est opinantium, circa

haec

illum [e]). Prae ceteris de Methodio videndi *Tillemontius* tomo V. histor. eccles. parte III. [f]) et *Allatius* diatriba de Methodiis [g]), scripta eius, (deperdita maximam partem,) haec ab Hieronymo memorantur cap. 83. de scriptoribus ecclesiasticis; nam Eusebius [h]) quidem de Methodio vtpote Origenis memoriae iniquiore dicere omisit:

1) *Aduersus Porphyrium* [i]) *libri*, quos alibi [k]) testatur processisse ad decem millia vsque versuum. Veterum testimonia de hoc Methodii opere collegit *Iacobus Godofredus* ad Philostorgium p. 348. [Prodierunt *Godofredi* dissertationes ad *Philostorgii* histor. eccles. Geneuae 1642. Conf. quoque de *Methodio*, auctore libr. adu. *Porphyrium*, *Caue* histor. litterar. scriptor. eccles. edit. Londin. pag. 106. *Tillemont*. Memoires etc. tom. V. part. III. pag. 135. *Gottlieb Stolle* Nachricht von den Kirchenvätern der ersten vierhundert Iahre etc. pp. 190. 191. *Sixt.*] Vtrum κατὰ πόδα responderit Porphyrio, dubitat *Holstenius* lib. de vita et scriptis Porphyrii cap. XI. [*Hieronymus* quidem de opere Methodii adu. Porph. quale sit, tulit sententiam, at vero admodum ancipitem, quod pluribus ita videbatur; modo enim v. c. in epist. 38. ad magnum Oratorem, Methodium hoc adfecit elogio: *hunc fortissime respondisse Porphyrio;* modo autem, nempe in ep. 30. ad Pammachium pro libris aduersus Iouianinum scripsit: Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinaris multis versuum millibus scribunt aduersus Celsum et Porphyrium. Considerate, quibus argumentis *et quam lubricis problematibus*, diaboli spiritu contexta subuertant, quia interdum *coguntur loqui, non quod sentiunt, sed, quod necesse est, dicunt aduersus eos, qui dicuntur esse gentiles.* Postremam huius

haec potissimum tempora, (intra a. C. 300-305.) scriptis Methodium floruisse, et sub Diocletiano martyrio coronatum esse, incertum, quo exantlatum anno." add. *Oudin.* de scriptorib. eccles. I. col. 299. sq. *Harl.*

e) *Allatius* ex Menaeis graecorum — ad 20. Iun. in *diatr. de Method.* refert: οὗτος ὁ μακάριος ἐκ παίδων ἑαυτὸν Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος θεῖον καὶ δοχεῖον θείου πνεύματος γέγονεν, ὅθεν καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος τὴν ἀρχιερωσύνην, ψήφῳ Θεοῦ λαβὼν, καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἐποίμανε τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον, λόγοις προσηχέσι καταφωτίσας τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα — ἡ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀστραπὴ καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξεληλύθει. — In quibus etsi celebrandi defunctum et eius tamquam diui memoriam recolendi studium animaduertimus: tamen laude dignum fuisse laudatum, allato constat testimonio, quo amplius mentio fit eiusdem supplicii his verbis. Ὁ δὲ καὶ πρὸ τῆς μαρτυρίας τεθραμμένον ζωὴν ἐνδυσάμενος ξίφει τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς πρὸς τὴν κρείττονα ζωὴν μετετέθη. Quod genus mortis aliunde non liquet. *Sixt.*

f) pp. 132. 134. amplius pp. 387-391. *Sixt.*

g) Edita primo vna cum *Methodii conuiuio decem virginum*, Romae 1656. 8. deinde adiecta editioni operum S. *Hippolyti* a. *I. Alb. Fabricio* vol. II. pag. 75. sq. sq. Praeter *Allatium* et eos auctores de *Method.* quos in notis antecedentib. laudaui, de hoc episcopo pluribus egit *Caue* in *histor. litterar. scriptor.* eccles. vt taceam eos, qui antiquiori et recentiori aetate hist. eccl. copiose tractarunt, [et quos citat *Hamberg.* in: zuverl. Nachricht. II p. 665.] Meam de Methodio commentationem Venetiis recusam esse memini. *Sixt.*

h) Episcopus Caesariensis Palaestinae, qui stetit a partibus Origenis, quem peculiari libro vna cum amico, Pamphilo, (*du Pin* H. E. tom. II. p. 2.) defendit, aegreque tulit, Methodium ausum esse Origenem scripto adoriri. *Sixt.*

i) De Porphyrii libris XV. aduersus Christianos et aliis eius oppugnatoribus dixi supra lib. IV. [c. 30. p. 706. sq.]

k) *Hieron.* epistola 84. ad Magnum Oratorem. [Idem horum libr. meminit in prooemio commentariorum in Danielem — in Apologia ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum: Vid. *Leon. Allatii* diatriba de Methodio. scriptis §. VIII. *Sixt.*

huius testimonii adsertionem in mea commentat. de Method. ita explicui: „Doctores christiani olim saepe non tam δογματικῶς, quam γυμναστικῶς et οἰκονομικῶς proposuisse quaedam argumenta, ipsis aduersariis huiusmodi artificii exemplo praeeuntibus, quamobrem de hoc, quod *Hieronymus* in *Methodio* contra Porphyrium pugnante, reprehendit, haud dubitauerim." Num vero Hieronymum vacillasse reputemus? Equidem meam de hoc sententiam iam latam hoc loco repetendam esse censeo: Fortissime respondisse Methodium concedam, quippe impauide, audacter, multo magnoque conamine, respondit; quidni vero hoc et ita peregerit, ut omnia moliretur atque argumentorum seriei lubrica quoque problemata immisceret? De genere orationis in iis, quae de hisce Methodii aduersus religionis christianae inimicum disputationibus supersunt, sic habere mihi videor: comtum quidem est, attamen grata breuitas etiam implicata quadam prolixitate vincitur, e. g. sententia: *facilis emendatio, si commisso peccato huius poenitentia haud differtur*, per aucupium ornatus ab illo sic proponitur. Μετανοια τοτε ἁμαρτηματος παντος γινεται ἀπολειπτικη, ὁταν ἐπι τῳ γενομενῳ ψυχης σφαλματι ἀναβολην μη δεξηται; μηδε παραπεμψει το παθος εἰς χρονικον διαστημα· ουτω γαρ ουχ ἑξει καταλειψαι ἰχνος ἐν ἡμιν το κακον ἁτε ἁμα τῳ ἐπιβηναι, ἀποσπασθεν δικην φυτȣ ἀρτιϕυτȣ. *Philostorgium* contendisse, Apolinarium, scribentem aduersus Porphyrium, multo superiorem esse iis, quae Methodius super eodem argumento edidit, hoc quidem inique tulit *Allatius* l. c. ex praedilectione pro Methodio exsuperante. Sed vtrumque auctorem comparare nequimus. Nec coniectura sufficit, qualem *Stolle* l. c. p. 190 §. VII. dedit. *Methodium* haud satis refutasse *Porphyrium* propterea, quod *Eusebius* et *Apollinaris* denuo *Porphyrium* adgredi necessarium duxerint. *Sixt.*] Ceterum iam pridem intercidit exceptis paucissimis fragmentis, quae ex Io. Damasceni parallelis et Nicetae catena in *Iobum Combefisius* [cui debemus: *Sanctorum Patrum Amphilochii Iconiensis, Methodii Patarensis, Andreae Cretensis opera omnia, quae reperiri potuerunt, nunc primum magnam partem tenebris eruta, latine reddita ac recognita notisque illustrata*, Paris. 1644. fol. *Sixt.*] excerpsit pag. 442. sq.

2) *Symposium decem Virginum* περὶ τῆς ἀγγελομιμήτȣ παρθενείας καὶ ἁγνείας, *dialogus de Virginitate* [de angelica virginitate et castitate,] Gregorio Nysseno libello de imagine et similitudine Dei in homine tom. II. p. 26. et Photio etiam cod. CCXXXVII. lectus, [*Photius breuiter sic citat: ἐκ τȣ περι ἁγνειας, ex libro de castitate*] atque integer editus primum ab Allatio, qui versionem et diatribam de Methodiis addidit, Romae typis de propaganda fide 1656. 8. [Symposii Methodiani partem *Allatius* notis ad *Eustathium* de a. 1629. iam inseruerat cum promisso, se totum librum editurum esse. Vid. *Tillemont.* l. c. p. 136. Stetit a promisso in editione memorata libri, cuius titulus integer sic se habet: S. P. N. Methodii episcopi et martyris *conuiuium decem virginum.* Leo Allatius *hactenus non editum primus graece vulgauit, latine vertit, notas et diatribam de Methodiorum scriptis adiecit. Romae typis* S. *Congregat de propaganda fide.* MDCLVI. *superiorum permissu.* Inscriptionem praefert: Τȣ ἐν ἁγιοις πατρος ἡμων Μεθοδιȣ Επισκοπȣ και Μαρτυρος Συμποσιον των δεκα παρθενων, ἡ περι ἁγνειας. Hausit *Allatius* ex duobus codicibus, Vaticano et Barberino, vti adparet ex indice variarum lectionum, quem suo libro adiunxit, in textu impresso lectionem Vaticani sequutus. *Sixt.* — Est quoque in cod. Paris. bibl. publ. CCCCXLVI. in quo tamen non vltra homiliam octauam progreditur. *Harl.*] Deinde a *Petro Possino* S. I. Paris. 1657. fol. vna cum

cum noua verſione additis variis lectionibus e codice Mazariniano, typis regiis Lupareis, [*Lucas Holſtenius*, bibliothecae Vaticanae cuſtos, miſerat *Poſſino* deſcriptionem exemplaris conuiuii Methodiani e codice biblioth. Vaticanae, vt hic latinitate donatum textum graecum ederet. Quod praeſtitit *Poſſinus* et, codice Vaticano cum Pariſienſi bibliothecae Mazarinae collato, operam ſuam 1657. vulgauit. In promtu quoque habuiſſe editorem codicem manuſcr. e monaſterio inſulae Pathmi, traditio eſt. *Andreae Riueti* dubium contra αὐθεντίαν h. l. *de caſtitate* in *critico ſacro lib.* 2. *cap.* 20. leuioris momenti eſt. *Sixt.*] vnde Poſſinum interpretis Luparei nomine innuit Combefiſius, qui et ipſe cum verſione ſua et notis recudi fecit in auctario nouiſſimo bibliothecae patrum [graecorum] tom. I. Pariſ. 1672. fol. [iam antea exierat eiusd. auctoris auctarium nouum bibliothecae patrum graeco-latinorum. tomi II. Pariſ 1648. *S*], cum antea in *Methodio* ſuo a 1644. fragmenta et excerpta tantum dediſſet. Locum etiam produxerat *Allatius* ad Euſtathium Antioch. p. 256. [Vid. pag. praeced. Huius ſympoſii habitus eſt, vt decem virgines inuicem confabulentur. Praeter has aderat alia, Gregorium, quae dicta auſcultauerat, et audita Eubulio narrauerat. Recte igitur nuncupatur dialogus *decem* virginum. *Stollium* l. c. ad exemplum *Sam. Basnage* Annal. tom. II. p. 465. numerum 12. virg. vitio ſcribae tribuiſſe atque 12. nominibus, quae citat, deceptum, errorem tuliſſe *William Caue* his verbis: *er hat nicht recht gezählt*, *wenn er in Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ. p.* 96. *alſo ſchreibet*: *Habitum eſt* (*hoc Sympoſion*) *per modum dialogi inter decem pias ſanctasque mulieres*, *oder er hat ſich den Irrthum der Librariorum beym Hieronymo verführen laſſen*, equidem ſubridens legi. De ſententiis, quas dialogus decem virginum continet meum fuit in commentat. mea excit. atque etiam nunc eſt iudicium: Caſtitatem tamquam virtutem [illegible] oppoſitam *Methodius* laudat, attamen et ita, vt caelibatui admodum faueat continentiamque vltra modum commendat, adiuncta tamen exceptione, ὅτι παρθενείας ἐλθούσης ὁ [illegible] οὐκ ἀνεῖλε πάντη τὴν τεκνογονίαν. Ex multis S. codicis dictis ſenſum nimis allegoricum torquet. Vid. *Tillemont.* l. c. p. 137. 138. et *du Pin* l. c. qui pp. 95. ſq. ſq. potiora contenta huius dialogi refert: nec non *Schröckh.* in part. III. der chriſtl. K. G. p. 430 *Sixt.* Contenta aut excerpta a Photio, ex hoc et reliquis ſcriptis Methodii facta, germanice vertit notisque illuſtravit *Röſsler* in: Bibliothek der Kirchenväter, tom. II. p. 297. ſq. *Harl.*

3) *De reſurrectione opus egregium contra Origenem.* Fuit dialogus in plures libros diſtributus ad Theophilum quemdam, quem κράτιστον adpellat apud *Epiphan.* tom. I. p. 540. 560. 590. In hoc Methodius et Auxentius introducuntur diſputantes cum Proclo et Aglaophonte, Origenis partes tuentibus. Fragmenta ampliſſima exſtant apud *Epiphan.* haereſi LXIV. et *Photium* cod. CCXXXIV. non nulla etiam apud Damaſcenum Orat. 3. de imaginibus et in parallelis. Vide collecta graece et latine a Combefiſio [f]) in bibliotheca concionatoria feria 4. quatuor temporum quadrageſimae. [Ex hoc *Methodii* opere multa ſumſerunt mutua *Leontius Presbyter* et *Ioannes* rerum ſacr. tit. 2. Auctor Eclogae de d[illegible] fidei tit. 19. 21. Auctor catenae, et *Oecumenius* in epiſt. Pauli ad Corinthios. Baſileae a. 1537. apud

f) Seriem editionis operum Methodii Combefiſianae Pariſ. 1644. fol. Amphilochii et Andreae Cretenſis ſcriptis iunctae diligenter recenſet *Labbeus* tom. II. de ſcriptoribus eccleſ. pag. 88 ſeq. Latine recuſa eſt tomo tertio bibl. patrum cit. Lugd. 1677.

apud Robert. Winter excusa sunt collectanea quaedam in epist. ad Romanos, tum ex pluribus aliis, tum ex Methodio de resurrectione desumta. Vid. *Allatii* diatr. Honorificam eiusdem libri Method mentionem ostendimus apud *Basnage* in Annalib. tom. II. p. 465. et in *de la Rue* edit. opp. Origenis tom. I. p. 32. 33. [confer supra inter scripta Origenis edita, gr. nr. λ' in ed. de la Rue.] Per modum dialogi conscriptus fuit, in quo decem loquentes colloquia miscent. *Methodius* contra Origenem resurrectionem corporum humanorum e morte demonstrare ac dubitationes Origenis aduersus hanc doctrinam diluere studet. Vid. *du Pin* l. c. pag. 198. itemque *Schroeckh* l. c. p. 429. Frequenter bene respondit *Methodius*. Laudandae sunt e. g. hae sententiae: „corpus hominum non vituperandum esse ceu vinculum animae; terram hanc minime aliquando in nihilum iri redactum" et al. Resurrectionem mortuorum bene propugnauit, attamen infirma quoque argumenta interdum adtulisse, atque mentem Origenis non omnino intellexisse, ac praeterea dicta libror. S. interpretando valde hallucinatum esse, mihi persuadeo. *Sixt.*]

4) *Aduersus eumdem Origenem, de Pythonissa. Origenis* de hoc argumento et *Eustathii* contra Origenem diatriba exstat, edita ab Allatio [in libro: *Eustathius, episcopus Antiochenus, in hexaemeron.* Eiusdem *de engastrimytho in 1. Reg.* XVIII. *homilia graece et latine. Addidit in Eustathii hexaemeron notas vberiores et collectanea et suum de engastrimytho syntagma. Lugd.* MDCXXIX. 4. *Sixt.*] sed Methodii periit. Confer *Huetii* Origeniana p. 184.

5) De *Autexusio* m) περὶ Αὐτεξουσίου καὶ πόθεν τὰ κακὰ, *de libero arbitrio, et vnde mala*, ac quis eorum auctor, aduersus Valentinianos et Origenem, quod MS. habuit et cum versione sua editurum se, recepit *Allatius* diatriba de Methodiis p. 340. [ea, quae *Fabricius* non apte satis transcripsit ex *Allatii* diatr., in hac ipsa luculentiora sunt. Postquam de *Io. Meursio* commemorauerat, hunc priorem operis (περὶ αὐτεξουσίου) partem ab *Andrea Schotto* acceptam graece edidisse in *variis diuinis*, addit haec: „Illud (opus) nos ex Altempsianae bibliothecae codice graeco exscriptum habemus, et latinum a me iam factum cum Methodii symposio habuisses; sed alicuius codicis opem, qui illud integrum exhibeat, exspecto." Verba et periodos ex eodem Method opere apud *Leontium presbyterum*, et *Ioannem* lib. 2. *de rebus sacris* occurrere, testatur quoque *Allatius*. De caussa peccati et libera hominum facultate *Methodium* rite statuisse, haec ipsi tribuenda laus est. *Sixt.*] et ad Eustathium Antiochenum p. 45. 46 Combefisius ampla eius dedit excerpta et fragmenta ex Photii cod. CCXXXVI. ex *Io. Meursii* variis diuinis p. 91. Lugd. Bat. 1619 4. [inter Meursii opp. edit. Florent. 1746. fol. tom. VIII. pag. 726. sqq. *H.*] et ex MS. quod a Sirmondo acceperat. [Est in cod. Florent. Medic. XXXIV. n. 37 plut. 9. at opusc. in duas diuisum est partes teste *Bandin.* cat. cod. gr. I. p. 430. *H.*

6) *In Genesin commentaria*, ex quibus nonnulla adhuc fragmenta in catenis MSS. (adsunt). Vide *Allatium* de Methodiis p. 340. 357. (edit. Rom. Fabric. edit. pag. 84 §. XVIIII.

[ex

m) apud Honorium Augustodunensem et Trithemium male legas *de animae exitu* Methodii. exstat etiam MS. [haud integrum] in biblioth. *Vindob.* Vide *Lambecium* III. [pag. 201. ibique apospasmation de autexusio quale Meursius edidit, Kollar *H.*]

[ex testimonio *Allatii* (de Method. scriptis, edit. Rom. pag. 357.) sunt in bibliotheca Barberina *Methodii* nonnullae expositiones in catenis (catenarum habitu) in Genesin cod. CLXXXV. Idemque notat l. c. p. 340.: *Leontium* presbyterum et *Ioannem* in opere de rebus sacris recitasse Methodii verba ἐκ των εἰς την γενεσιν ἀπορίων, ex quaestionibus (dubiis) in Genesin, quae Hieronymus fortasse significasset, idem enim videri argumentum, nisi quis contendat, Methodium in Genesin, praeter expositionem continuatam, ἀπορίας in eandem volumine separato concinnasse, saltim hoc certum esse, Methodium in Genesin aliquid esse commentatum, quod etiam Suidas adfirmat. *Sixt.* — Quaestiones super Genesin ex Methodio, multisque aliis sunt in cod. Barocc. LXXVI. *Oxon.* Alii, quibus potestas sit conferendi cat. *Cantabr.* cod. Gaio-Gonuil. DCCCXXIX. nr. 10. iudicent, num pars sit comment. in Genesin libell. in cat. II. p. 112. citatus, *Method.* de expulsione primorum parentum, de paradiso et de morte Adae. *Harl.*]

7) *Commentaria in Canticum Canticorum*, e quibus nil exstat.

[Methodium haec scripsisse, testes sunt *Sophronius, Suidas, Honorius Augustodunensis*. Expositiones nonnullas eiusdem in Psalmos et in Prophetam Habacuc in codice IV. biblioth. Barberinae deprehendi, fides sit penes *Allatium* l. c. p. 357. qui interpretationes plures *Methodii Sidae* (*Sidetae*) nostro tribuere proclivem se profitetur, simul profitens: „Si quis vero alium esse contenderit, [*quod vero simillimum est*,] esto per me.“ *Sixt.* [*Methodio Sidetae* in cod. Veneto Marc. XXI. (teste cat. codd. gr. p. 20.) *Methodio* autem Patarorum etc. episcopo et martyri (sec. indic. quidem p. 730.) tribuuntur scholia in Nicetae catena in Iobum, in cod. Vindobon. CCXXXI. auctore *Lambecio* in comment. V. pag. 135. sqq. in cod. XXVII. plut. 5. Mediceo. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 52. etc. *Harl.*]

Praeter haec ab Hieronymo memorata scripta λόγον περὶ μαρτύρων laudat ex eoque breue fragmentum producit *Theodoretus* dialogo I. [*aduersus Anom. Macedon. Apollinar.*] qui ἄτρεπτος inscribitur p. 66. ed. Lipsiens. *Photius* cod. CCXXXV. exhibet ἐκλογὴν siue excerpta libri περὶ τῶν γενητῶν, *de creatis* n), in quo Methodius contra Origenem disputat, quem centaurum adpellat, quod nempe sacra profanis atque Christiana ethnicis immiscuisset dogmata. Vt in aliis *Methodii* monumentis *Hieronymus* nitidum ac compositum sermonem, ita et in hoc *Photius* elegantiam copiamque celebrat. Sub initium huius ἐκλογῆς mentio fit ξενωνος, quod vocabulum de ecclesia, tanquam communi Christianorum hospitio A. (Andreas) Schottus interpretatur. Μαργαριτας μεν τυ ξενωνος, τα μυστικωτερα της Θεοδοτυ Θ[illegible] (ἐκλαμβανοντας) μαθηματα. (*sunt verba ipsa Methodii apud Photium*). Hinc Methodius postea dialogo, quo palinodiam cecinit suarum in Origenem inuectiuarum, titulum praefixit Ξένων teste *Socrate* VI. 13 hist. (eccl.) Nam Socratem hac in re falsum existimauit *Baronius* ad a. C. 402. n. 17. et *Allatius* de Methodiis p. 331. tamen eius fidem non adeo firmis

n) Conf. edit. Combefis. opp. *Methodii*. Ex fragmento περὶ τῶν γενητῶν patescit, Methodium acute disputare contra Origenem, contendentem. Συναΐδιον εἶναι τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ ἀπροσδεεῖ Θεῷ το παν. Hanc praecipue, sed et alia cum ea connexa ille adgressus est, ita quidem, vt adstipuler sententiae du Pin l. c. p. 199. *Methodius traite cette opinion de badinerie. Sixt.*

firmis argumentis in dubium vocari, notatum ab *Huetio* in Origenianis p. 197. *Valesio* ad Socratem et *Antonio Pagi* in Critica Baroniana tom. II. p. 48. o)

Quae praeterea sub Methodii huius nomine feruntur monumenta, suspecta pleraque sunt eruditis, vel quae ad iuniorem aliquem Methodium referri debeant [*Semlerus* l. c. *brevissime nullo argumento exhibito statuit: aliae scriptiones quaedam Methodii non sunt.*] p)

Ll 2 Non

o) De dialogo, Ξένων, dubitauit *Allatius* num sit a libro περὶ τῶν γενητῶν discernendus, ex his quidem caussis, legi in eodem libro: — μαργαρίτας μεν τα ξενωνος τα μυστικωτερα της Θεοδ.τα θρησκειας ἐκλαμβανεσθαι μαθηματα: adhaec opus περι των γενητων dialogi more fuisse scriptum. Hinc deducit sententiam. „Quare fuerit tractatus hic (περι γενητων) dialogus ille Xeno. At loco τα ξενωνος legendum est τὰς σεμνὰς, quod iam *Semlero* sic videbatur in *selectis capitib.* H. E. p. 77. Hanc lectionem merito adsumendam esse ex iis, quae sequuntur patet: — εἰ μαργαρίτας, τα σεμνοτερα θεια μαθηματα δει ἐξακειν — Argumentum ex dialogi habitu sumtum fere nullum est; etenim eodem habitu indutus est liber *Methodii* de resurrectione. At, in hoc non occurrit nomen, Xeno. Respondeo: nec in libro de creatis occurrit idem nomen. Idcirco existimem: si *Methodio* auctori dialogus, *Xeno*, tribuendus est, quod *Socrates* tradit in H. E. lib. VI. c. XII. edit. Stephan. quique materiam complexus est ab adlatis in libro π. γ. plane diuersam (verba *Socratis* sunt: Μεθόδιος μεν ἐν πολλα καταδραμων τε Ὠριγενης ὕστερον ως εκ παλινῳδιας θαυμαζει του ανδρα ἐν τῳ διαλογῳ ᾧ ἐπιγραφει Ξενωνα) vix ac ne vix quidem dubitandum esse, Xenonem, dialogum, librum fuisse *Methodii* peculiarem. In hoc *Methodium* egregias dotes *Origenis* admiratum esse, testatur Socrates; sed verba: ὡς εκ παλινῳδιας *Allatio* magnae fuerunt offensioni, (v. eius diatrib. multoties excit.) omnemque illius de Methodio sententiam virgula notauit censoria, id quod praeter iam adductos auctores displicuit etiam *Cauio*, qui accusauit *Allatium* in hist. litt. Scriptor. eccles. quod „nitatur Socratis hac in re fidem pluribus eleuare, nullo interim veterum testimonio, nullo idoneo argumento suffultus." Res praecipue redit ad phrasin: ὡς εκ παλινῳδιας, ob quam praeter alios etiam v. c. *Caes. Baronium*, *Dionys. Petauium*, *Nat. Alexandrum*, *Ern. Sal. Cyprian* (*in adnotationib. ad Hieronymi catalog. scriptor. eccles.*) consentit cum *Allatio*, existimans, „falsum prorsus esse Methodium palinodiam cecinisse." Sed *Socrates* tantum comparate scripsit, *quasi* per παλινῳδιαν, Methodium, quia post antegressam vituperationem laudauit *Origenem*, de hoc aliter, quam antea, sentire videri. Num *reuera* de his, quae improbauit in *Origene*, postmodum aliter sensit, admirationis significatione? Hoc quidem indiget adhuc probatione. Hinc recte statuit *Allatius* ipse: „Extulerit (*Methodius* in Xenone dialogo suis laudibus *Origenem*.) Ideone mutata sententia errores, quos antea criminatus fuerat, laudauit? Origenes plane, licet multis deturpetur errorum notis, suis tamen laudibus non caret. Valuit ingenio, valuit eruditione, valuit aliis. Inter paucos doctores suum et ipse locum habuit nec postremum. Gloriam sibi et famam apud suos et exteros nec non apud posteros? consequutus est. Id non nega it Methodius. Falsus est palam, quod erat, sed non propterea palinodiam decantauit et reuocauit sententiam et errores illius admisit." Conf. *Tillemont.* Memoires etc. tom. III. pp. 377. 378. *Sixt.*

p) Praeter commemorata et alia Methodii scripta exiisse, concludimus ex verbis Hieronymi „*et multa alia, quae vulgo lectitantur.*" Vid. *Tillemont* l. c. tom V. pp. 143 144. Mentio fit apud *Allatium* nonnullarum expositionum in Psalmos et Prophetam Habacuc, quae in cod. IV. biblioth. Barberinae et catenis noui et veteris foederis Vaticanis deprehensa, nomen Methodii praeferrent. — *Possevinus* in catalogo bibliothecae Sfortianae n. 19. citat titulum libri; *Methodius episcopus Patarorum et Martyr in Euangelia.* — In bibliotheca Augustana etiam tria, quae Methodii sint, fragmenta MSS. reperta fuisse, testis est *Allatius*, quorum duo, graece et latine, edidit *Iacobus Gretserus in opp. de cruce* tom. II. pp. 1667. et 1671. edit. Ingolstad. a C. 1600. quorum edit. repetita est ibid. 1616. Vid. *Ittig.* l. c. cap. VII. §. 3. quaeque postea latine recepta sunt in tom. XII. *bibliothecae veterum Patrum* edit. *Colon.* Interim de

Non dubitem tamen *Homiliam de Simeone* et *Anna*, siue in festum ὑπαντήσεως Methodio nostro tribuere, quam primus graece et latine vna cum aliis tribus homiliis Athanasii, Amphilochii et Chrysostomi edidit *Petrus Pantinus*, Tiletanus, Decanus Capituli Bruxellensis, Antwerp. q) 1598. 8. Nam sub initium statim Conuiuii Virginum meminit his verbis. πάλαι ἱκανῶς ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας συμποσίοις κατεσπουδακότων ἡμῶν. Eandem homiliam Combefisius graece et latine in Methodio suo edidit et latine inseruit Bibliothecae suae concionatoriae, ex MS. codice castigatiorem. Legitur etiam latine in tom. II. Bibliothecae Patrum Colon. 1618. [v. *Ittigii* tract. de *Biblioth. et Catenis Patrum Cap. IV.*] et in supplemento Bibliothecae Patrum Morelliano Paris. 1639. tom. I. pag. 604. Non ignoro equidem, plures viros doctos cumque his Oudinum pag. 22. sq. supplementi de scriptoribus Ecclesiasticis contendere acriter, Methodio Confessori illam esse tribuendam. (confer. D. *Ittigii* librum de Bibliothecis Patrum p. 619. r) Non video tamen, qui obiectioni de Conuiuio Virginum, quod haud dubie Methodii Tyrii est, satis faciant s). [*Meth.* orat. in B. Virginem, in cod. Barocc. CCXXXIV. *Oxon.* ibid. inter cod. Bodlei. nr. MMD. nr. 31. or. in ὑπαπάντην Christi. *Harl.*]

Homiliam

de nuncupato illorum auctore subdubitauit *Gretserus* et cum eo *Aubertus Miraeus* in *auctario de scriptoribus ecclesiasticis* addito ipsius *bibliothecae eccles.* edit. *Antuerpiae* MDCXXXIX cuius dubitationis caussae monitum haud inane opponit *Allatius* et ipse tertium fragmentum *Method.* ex biblioth. Augustana descriptum omnino exhibet in sua diatriba, elogio praemisso: Fragmentum, tanto viro dignum! *Sixt.*

q) Perperam Beughemius in incunabulis typographiae p. 59. Methodii homilias a. 1498. graece et latine editas a Pantino, retulit inter libros ante a. C. 1500. excusos. Vnam enim tantum a. 1598. Pantinus edidit.

r) Repetere hic liceat ea, quae *Ittigius* l. c. cap. VIII §. 1. omnino habet: „Prima quidem ex istis homiliis (IV.) est Methodii martyris et episcopi Patarensis, de occursu Domini et Simeonis, seu de B. Virginis purificatione, quod festum Methodius graece τὴν τῆς ὑπαντήσεως ἡμέραν adpellat, quum alii ὑπαντὴν vel ὑπαπάντην adpellent. Existimat autem Pantinus, ex hac Methodii homilia probari posse, quod festum purificationis ante Iustiniani tempora institutum fuerit; quum Methodius aliquot saeculis Iustinianum praecesserit. Verum nondum liquet, auctorem huius homiliae esse Methodium seniorem, et non potius iuniorem aliquem Methodium, vel etiam alium quempiam, qui Methodii nomen sibi arrogauit. Equidem praeter Pantinum Leo Allatius in diatriba de scriptis Methodiorum pag. 341. hanc homiliam Methodio iuniori, sed seniori Patareno et postea Tyri episcopo vindicat, quam sententiam etiam fouet Combefisius in notis ad Amphilochii orationem in festum Hypapantes. At diuersam sententiam tenet Gretserus de cruce in duo fragmenta Methodii, vbi hanc homiliam tribuendam censet vel Methodio patriarchae CPolitano, qui sub Theophilo et successore eius Michaele confessionis gloria floruit, vel Methodio, qui successit Germano, et cuius sunt homiliae de cruce. Eidem sententiae adstipulatur *Casimirus Oudinus* in supplemento de scriptoribus ecclesiasticis pag. 22. et 23. Vbi tamen obiter noto, quod Oudinus inter autores, qui hanc Methodii homiliam Methodio seniori tribuerunt, perperam Baronium numeret, quum tamen Baronius in Martyrologio festum Hypapantes sub Iustiniano institutum censeat, ideoque adfirmet, nullum vel latinorum vel graecorum Patrum, qui ante Iustiniani imperium vixerunt, sermonem in festum occursus Domini scriptum reliquisse. Cum quibus conferenda sunt ea, quae monet *Caue* l. c. in *orat.* Method. *de Simeone et Anna* subiuncto epiphonemate: Ego certe Methodio confessori potius tribuendam censeo. *Sixt.*

s) Idemque censui scribens meam commentat. de Methodio, nec adhuc prorsus aliter censeo, nisi forte, (quod sumi potest,) alius quidam auctor allegationis specie ac modo ex scripto Methodii sat celebri suae orationi famam maiorem conciliare voluerit. *Sixt.*

Homiliam εἰς τὰ βάϊα siue *in ramos palmarum*, quam inter Chrysostomi homilias graece edid. *Sauilius* [t]) T. V. p. 822. *incipit*: ἐκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα. Methodio Tyrio, iidem ex MSti codicis fide Allatius adscribit. Combefisio frigidiuscula videtur, qui eam graece et latine in suo Methodio, latine in Biblioth. concionatoria edidit ex codice regio castigatam. *Holstenius* dissert. de scriptis Porphyrii p. 63. vbi de Methodii Tyrii opere deperdito aduersus Porphyrium disserit, addit, disertissimi scriptoris homilias nonnullas non sine publico damno in Biblioth. Vaticana latitare. Idem *Lambecio* teste tom. I. de Biblioth. Vindob. p. 111. prelo destinauit *Methodii* in occursum Christi [u]) et Simeonis, nec non in ramos palmarum et Conuiuium decem virginum atque de libero arbitrio: vnde constat ipsum quoque homiliam in *ramos palmarum* ad Methodium Tyrium [v]) velut auctorem retulisse [w]).

Apocalypsis siue *Reuelationes*. Methodii haud dubie iunioris sunt, ac diserte patriarchae CPolitano huius nominis tribuuntur in codice Hottingeri, videruntque lucem *latine* quidem, Augustae Vindel. 1496. 4. cum *Wolfgangi Aytingeri*, clerici Augustani, commentario, et Basileae 1498. [x]) cum additionibus eiusdem Aytingeri et *Sebastiani Brand* siue *Titionis* Argentinensis, et 1576. 4 et Viennae Austriae 1547. 4. cum prolegomenis et commentario *Wolfgangi Lazii*: et sine commentariis inter Orthodoxographa *Io. Heroldi*, Basil. 1555. fol. p. 387. (vbi Methodius male Episcopus *Cyri* dicitur pro *Tyri*) et in Bibliothecis Patrum, Parif. 1575. 1654. Colon. 1618. et Lugd. 1677. tom. 3. *Graece et latine* prodierunt in editione Orthodoxographorum posteriore Basil. 1569. fol. tom. I. [y]) Itaque perperam pro ἀνεκδότοις habet

 Hottin-

t) Editio operum *Ioannis Chrysostomi*, quam *Henrico Sauilio* debemus, prodiit Etonae 1613. fol. voluminib. VIII Laudatur merito tamquam editio castigatissima, plenissima, eleganter litteris descripta et praecipue rara. *Sixt.*

u) Est in cod. Parif. MDCLXXI. nr. 32. et in catal. *Methodio Myrorum*, (vitiose forsan) pro *Tyrorum episcopo* adtribuitur. *Harl.*

v) cui adscritur in cod. Parif bibl publ. MXIII. Ibid. est *Methodii orat. in occursum Christi* in cod. DLIX; orat. *in praesentationem* in cod. MCLXXXXIV. orat. *in purificationem* in cod. MCLXXVI. *Harl.*

w) *Caue* obseruat: „Oratio εἰς τὰ βάϊα, siue in *ramos palmarum* num *Methodii* sit, an *Chrysostomi*, non satis liquet." [*Chrysostomo* diserte tribuitur in cod. Mosquensi V. in cl. *Matthaei* notitia codd. gr. bibl. Mosquensium, pag. 6. *Harl.*] Sed *Methodii* tam ingenium quam sermonis genus referre illam, equidem non negem. *Sixt.*

x) Conf. cl. *Panzer*. A. T. de *August*. ed. in vol. I p. 125. de *Basileensi*, ib p. 185. et IV. p. 219. Idem I. p. 327. (Colon typis Vlr. Zeli.) f. l. et a. in 4. habet pro principe et rarissima, Idem IV. pag. 161. aliam edit. Reuelat. cum comment. Wolfg. Aytinger. f. l. et a. in 4. adfert et II. pag. 320. ed. Parif. ap. Guid. Mercator 1498. 4 Idem VI. pag. 196. edit. Basil. 1516. 4. citat quidem ex Maitt. II. p. 279. at edit. dubiam esse putat. Laudat tamen illam Lambec. comment. de bibl. Vind. IV. p. 443. *Harl.*

y) Latina editio Basileensis *reuelationum Methodii* a. 1498. per *Mich. Furter* memorata deprehenditur in *catalogo bibliothecae Io. Petri de Ludwig* p. 68. et in *bibliotheca Uffenbachiana*, append. II. p. 68. n. 189. Alia editio harum reuelationum *Basileae* repetita per *Mich. Furter*, opera et vigilantia *Sebastiani Brand* 1504. obuia est in *indice suppellectilis librar. Hesbergchicae* pag. 252. [Conf. cel. *Panzer*. A. tom. VI. p. 178.] Titulus primus vtriusque edit. admodum discrepat nec non differt ab citato titulo graeco. In *priori* sic legitur: *Methodius primum Olympiade, et postea Tyri ciuitatum episcopus. Sub Diocletiano Imperatore in calcide ciuitate, (que Nigropontus appellatur, vt diuus scribit Hieronymus) martyrio coronatur; qui cum eruditissimus esset vir: multa edidit documenta et praesertim de mundi creatione, eidem in carcere reuelata, postius fuit*

quarta

Hottingerus p. 98. Bibliothecarii quadripartiti. Hic est liber *Methodii de n[illegible] diebus* z) Trithemio memoratus. In codice *Vindobonensi* inscribitur: τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων καὶ Μάρτυρος περὶ τῶν Σαρακηνῶν καὶ Ῥωμαίων παρατάξεως καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως καὶ περὶ τῆς παντελοῦς ἐκτρίψεως καὶ ἀφανισμοῦ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συντελείας. Vide *Lambecium* IV. p. 201. [p. 444. Kollar.] VI. p. 41. aa) 167. [378. ibique Kollar.] VII. p. 269. bb) Exinde fortassis fuerunt, qui Methodio, nescio quam, *exegesin in Apocalypsin Iohannis* adscripserunt, quae neque occurrit vsquam neque apud veteres memoratur. Nam quae Andreas Caesareensis in Apocalypsin ex Methodio repetit, ex eius Conuiuio virginum accepit: et quod apud Simlerum aliosque legas, Methodium in Apocalypsin exstare in Bibliothecis, Vindobonensi et Augustana, graece; *de reuelationibus* cc), quas iam dixi, intelligendum, quibus in codice Hottingeri subiicitur. [*Meth. martyris* lib. de regno gentium atque extrem. tempor. in codic. Taurin. 168. cat. p. 754. *de initio et fine saeculi* in cod. *Bodlei.* MMMDCL. nr. 14 et cod. Cotton. pag. 93. catal. it. pag 116. *Oxon.* in coll. Vniuers. cod. IC. Meth. Patar. *de creatione coeli et terrae,* ibid. in bibl. colleg. Merton. nr. 481. hist. *Methodii* Patar. episc. de principio seculi, regnis gentium et fine

quarta decima Kalend. Octobris. Separatim addita sunt haec: *De reuelatione facta ab angelo, beato Methodio in carcere detecto.* Posterior praefert titulum: *Methodius, olympiade primum et postea Tyri ciuitatum episcopus, nitido compositoque sermone multa egregia edidit documenta, et praesertim de mundi creatione: que (quae) in carcere ei existenti ab angelo fuerunt reuelata: in calcide ciuitate que (quae) Nigropontus adpellatur XIIII. Kal. octobris nouissime persecutoris tempore sine vt alii adfirmant sub Decio et Valeriano tyrannis, martyrio coronatus Anno Domini* CCLV. Verba in vtroque titulo: praesertim de *mundi creatione* innuunt, me quidem iudice, *Methodii*, Tyri episcopi, librum περὶ τῶν γεννητῶν, coniungenda cum antegresso elogio: multa egregia edidit documenta; verba autem: *eidem in carcere reuelata*, separatim libri contenta indicant. Hinc corrigendam existimo *Allatii* coniecturam l. c. § XXVIII. „Non alias esse puto (reuelationes quippe) quam librum de creatione mundi —" et Caue adnotationem: περὶ τῶν ἀπὸ ἐστάσεως κόσμου συμβαινόντων, καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἔξης, *Reuelationes.* Ad menus quoque est versio eius *germanica*, editionis Basileens. a. 1504. absque denominatione interpretis et loci, quo excusa est a. 1774. vna cum 61. figuris aeneis. Agitur in his sic dictis reuelationibus de venturis Turcarum fatis, de Antichristo, de iis, quae ecclesiae imminent, rel. Alii *Methodium Patar.* alii alium esse censent. Quisquis sit harum reuelationum (vel potius nugarum(auctor, certe non est Methodius noster. *Sebast. Brand* in praefat. illis praemissa inter alia profert, sibi notum esse, homines quosdam garrulos hasce reuelationes nuncupare vetulae alicuius insaniam et fabulam. Attamen ipse non contemnit illas, et praesagiendi artem horum calculo astronomico tribuit. Interim sensu aliquo veritatis tacitus confitetur „*non omnia praedicta pro euangelio reputanda esse*" Quod constaret, etsi *Methodius* senior ipse harum reuelationum auctor esset. *Sixt.*

z) *Prophetia* Methodii, episc. et martyris, *de vltimis temporibus*, inscribitur cod. bibl. *Cotton.* p. 50. catal. *Harl.*

aa) p. 91. vbi Kollar. notat Fabricium in cod. Pseudep. V. T. p. 430 et 440. tribuere illam [illegible] Methodio CPolit. patriarchae, a 845 mortuo, et p. 377 vbi Kollar in nota reuelationes esse Methodii homologetae, patriarchae, vel forsan alterius Methodii, patriarchae, qui floruit circa a. 1240. *Harl.*

bb) p. 578 ed Kollar. quem vide sed prophetia in illo cod diuersa est a Pseudo-Methodii reuelationibus. *Harl.*

cc) sic citatur in cod. MMCLXXXXIV. colleg. Mariae Magdal. *Oxon.* teste catal.

fine saeculorum ib. in cod. coll. S. Ioan. nr. MDCCIL. et MDCCLXVIII. MDCCCCXXV. opuscula Cantabrig. in coll. S. Bened. nr. MCCLXXX. cat. et nr. MCCCVIII. de chiliadibus saeculi nr. MCCCXXXXVIII. nr. MCCCCLXXXIII. nr. MDCXXXV. nr. MDCCCCXV. catal. ibid. in bibl. publ. nr. MMCCXVI. et MMCCXXIV. et in aliis bibl. in Britannia, Italiaque. Leidae inter codd. Vossian. bibl. *Cotton.* pag. 76. et 128. catal. codd. Angl. etc. Meth. de principio mundi ab Hieronymo vt dicitur, ex hebraeo et graeco in lat. conuersus. *Harl.*

Chronicon. Χρονικὸν βασιλέων τῶν ἀπὸ συστάσεως κόσμου τὰς τοῦ κράτους ἡνίας διακρατησάντων, ὅπως τε ἕκαστος τούτων διῆξε, καὶ μέχρι πόσου ὁ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνος διήρκεσε, καὶ ἐν ποίῳ τέλει τὸν βίον ἠμείψαντο. Sed illud, teste Hottingero pag. 99. 100. desinit in nouissimis Cantacuzeni temporibus, h. e. circa a. C. 1355. quum *Methodii Chronicon*, CPolitani puta patriarchae, quem etiam Confessorem vocant, laudetur non modo a Trithemio, sed et a Mariano Scoto, qui iam medio saeculo vndecimo clarus fuit. [et Chronicon *scripsit inde a mundo condito ad a. C. 1053. diemque supremum obiit 1086.*] dd)

Methodium in Euangelium Matthaei, non vidi, qui memoraret, praeter Posseuinum lib. II. Biblioth. selectae pag. 106. Nam in collectaneis *in epistolam ad Romanos* Basil. 1537. excusis, quae ex Methodio desumta esse dicuntur, sunt ex libro eius de resurrectione et excerptis a Photio seruatis cod. CCXXXIV. ee) [scholia Methodii in ep. Paulli ad Rom. sunt in cod.

dd) *Leo Allatius* de hoc chronico tulit sententiam: „Suspectum est et forte alterius Methodii fuerit, adlata caussa, quum illius non meminerint antiquiores" et *Gerard Io. Vossius* in tom. IV. opp. p. 122. b. habet: Hic (Method.) quoque, si Trithemio credimus, historicis est adcensendus. Nam chronicon scripsisse ait. Quin apud Marianum Scotum fragmenta quaedam habemus ex Methodii Chronicis. Indeque etiam meminit *Martinus Polonus* lib. IV. cap. 4. Sed nec Hieronymus, nec Suidas, qui Methodii scripta recensent, Chronicorum eius meminerunt, vt opus isthoc alterius possit videri." *Sixt.*

ee) Praeterea, ne quid, ad nomen Methodii Patar. spectans, relinquam intactum, tandem commemoro duo MSS. *alterum Allatii* cum inscriptione: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Πατάρων, καὶ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου κυρ... Μοντος τοῦ Φιλοσόφου, in quo narrantur de rebus futuris vaticinia. [Atque in cod. *Paris.* bibl. publ. CMXXXXVII. inscribitur *de gentium regno et nouissimis diebus*, in cat. codd. II. pag. 184. Iam vero forsan pars fuit Methodii Patar. *prophetia de Romanis et Ismaelitis*, in cod. IV. et forsan ex catal. in cod. MMCLXXX de quo in cat. II. p. 45, additur *vaticinium* versibus graeco-barbaris et inter codd. *Thom. Gale* nr. MMMMMMLXXXXV. (cat codd. Angliae etc. II.) Method. de *regno gentium* gr. Vario enim modo citatur lib. in catalogis codd. *H.*] quae vero *Allatius* ceu Methodii [illegible] ipse contemnit; alterum in biblioth. Caesar. Vindob. teste Posseuino, quod sit *exegesis Methodii* monachi et episcopi *in Apocalypsin Ioannis. Andr. Caesariensis* in *commentar. suo in Apocal. ps.* mentionem iniicit praeter alios et *Methodii* nostri, quem ducem sequutus fuerit. Sed vel ex alio libro Methodii, e. g. Conuiuio decem Virg. (in quo tantum ex apocalypsi pericopes separatae interpretationem legimus,) hauserit; vel *Methodius* monachus et episcopus non est Patarensis. Expositio dictorum quorumdam apostolicorum, a Photio suppeditata, ex libro Methodii de resurrectione est depromta. *Tillemont*, Memoires tom. V. part. III. pp. 142. 144. et pp. 393 396. n. VI. VII. *Sixt.* [In cod. *Vindob.* CLXXIV. perperam tribuitur is commentar. *Methodio Monacho*, in cod. CLXXV. male *Origeni*; recte vero *Andr. Caesareensi* in cod. CLXXII. v. *Lamb.* comm. IV. pag. 401 sqq. et *Fabr.* B. Gr. VII. v. 791. ed. vet Inter codd. *Vossianos* sunt excerpta ex *Methodio* et patribus eccl. de Antichristo. *Harl.*

cod. Vindobon. XLVI. teste *Lambec.* comment. III pag. 178. seq.] scholia in epist. I. Pauli ad Corinth. disertis verbis ἐκ τȣ͂ περὶ ἀναςάσεως λόγȣ in cod. Medic. XIX. 3. paut. 8. teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 363. qui etiam pag. 90. eum in expos. sacror. praecept. et pag. 254. in florileg. sententiae. citari notat. *Harl.*]

[Tantum de scriptis *Methodii* Tyri quondam episcopi, qui laudatur ab aliis tamquam eximius veritatis diuinae testis et vindex, culpatur ab aliis tamquam haud leuiorum errorum reus. Sed disquisitio huius caussae ab vtraque parte non est huius loci, cum qua cohaeret diiudicatio adsertionis, scripta *Methodii*, in primis eius συμποσιον, fuisse interpolata. (Vid. *Schroeckh K. G.* P. IV. pag. 431.) Quaedam huius momenti in medium proposui in *mea commentat. de Methodio* etc. Ex iis, qui Methodium culpant, sunt: *Dallaeus* de vero vsu Patrum pag. 265. *Huetius* in Origenianis lib. II. cap. 3. §. 6. *Basnage* annal. tom. II. p. 415. Gottfr. *Arnold* in der Kirchen- und Ketzerhist. P. I. lib 3. c. 3. §. 3. *Schroeckh K. G.* P. IV. pag 430. al. Iis, qui laudant et defendunt *Methodium* praeter *Epiphanium*, *Photium*, *Leonem Allatium*, accensendi sunt *Georgius Bullus* in defensione fidei Nicaenae cap. XIII. §. 9. 10. 11. *du Pin* Biblioth. tom. I. p. 198. 199. *Tillemont* Memoires T. V. P. III. pp. 138. 139. al. Equidem Methodium sua laude non priuandum esse censeo, eiusdem errores autem non excuso. Hac via media iuit etiam *Io. Fr. Cotta* in libro: Versuch einer ausführlichen Kirchenhist. des N. T. P. II. pp. 1100. 1101. 1102. *Methodius* explicationibus Origenis allegoricis opposuit interpretationes aeque allegoricas, quod vere monuit *Henke* in libro: Geschichte d. christl. Kirche period. II. §. 19. sed praeterea pluribus h. . adsertis stab . es quoque opponit ille sententias. *Methodius* fuit vir pius et grauis, quam laudem ei merito tribuit *Moshemius* in institutionib. H. E. maior. saec. III. P. II. c. 2. §. 7. attamen ipsum iure laudatum nonnunquam etiam humani quid passum esse contendo. *Sixt.* [add. *I. G. Walch.* H. Eccles. N. T. p. 1045 et 984. sqq. *Opuscula Methodii* edita sunt in *Gallandii* Bibliotheca graeco-latina veterum patrum etc. vol. III. pag. 670. seq. *Harl.*]

XXX. *Alii Methodii.*

Methodius, *Presbyter Hierosolymitanus*, cuius Homiliam integram in festum Hypapantes editurum se promisit Allatius pag. 34. ad Eustath. in Hexaem.

Methodius. [*Thessalonicensis graecus*] *Archiepiscopus Pannoniensis Ecclesiae* [*antea monachus in coenobio CPolitano secundum regulam Basilii Cyrilli conterraneo. S.*] Apostolus Slauorum siue Morauorum, Bulgarorumque ab a. C. 863. [aut circa 859] et qui Wo. siouium primum Bohemiae ducem ad Christi sacra perduxit circa a. C. 894. [v. *Hottingeri* H. E. saec. IX. sect. III. p. 657. *S.*] De eo: Acta Sanctor. IX. Martii. *Baronius* tom. X. Annal. *Antonius Pagi* in Crit. Baroniana tom. III. et *Io. Georgius Stredowsky* in sacra Morauiae Historia siue vita SS. Cyrilli et Methodii, edita Solisbaci A. 1710. 4. ff) In Epistola 195. Iohannis Papae VIII. scripta A. C. 8 S. Romam

ff) Conf. Historische Untersuchungen der Frage: Ward das Christenthum in Böhmen von Method (ita enim nomen fuit contractum,) nach den Grundsätzen der griechischen oder latein. Kirche eingeführt, von *Chrst. Sam. Schmidt*, Lipsiae 1780. 8. Is vere disputat aduersus Dobnerum, contrariam tuitum sententiam. *Harl.*

Romam citatur hic Methodius rationem redditurus, quod cantaret Missas Slavica lingua. Ioann. SS. literas Methodii et Constantini, siue Cyrilli, [*loco nominis* Constantini, *a Rom. Pontif. nomen* Cyrilli *accepit. S.*] studio in Slavonicam linguam translatas esse plerique tradunt. Vide *Vsserium* de Scripturis & Sacris vernaculis p. 118. 371. seq. et *Iacobi le Long* Bibliothecam sacram parte 2. pag. 342. seq. edit. Lipsiensis. Sane ex eiusdem Ioannis, papae, Epistola 247. constat, illa aetate sacros libros Slavonica lingua exstitisse et in sacris coetibus lectos fuisse. De sacris libris, Slavonica lingua saec. IX. lectis, v. etiam *Papebrochium* in propylaeo ad acta Storum Maii, p. 137. sq. & in paralipomenis pag. 70. [*quod consilium Rom. Pontifex in malam rapuit partem latini sermonis vsui, dum sacra celebrarentur, iniiciens*, Methodium quoque *cum Cyrillo huius caussa Romam arcessivit, vbi de quaestione: utrum inter sacra publica sermonis idiomate, cuique genti proprio, vti liceat nec ne? tam diu disputatum est, vsque dum pro Methodio et Slavis disputatio finita est. S.*]

Idem videtur esse *Methodius Monachus*, quem artis pictoriae peritum et descripta graphice iudicii extremi imagine principem Bulgarorum, Bodorum, (Bogorim) permouisse, vt, superstitione ethnica eierata christianam religionem amplecteretur, narrant *Cedrenus* p. 443. et Theophanis continuatores.

[V. Spittleri *Grundriss der Geschichte der christl. Kirche* period. 3. §. 5. Cyrillus, *Romae mansurus*, Methodio *suo munus Archiepiscopi tradidit. quo hic per aliquod tempus functus quidem est, tandem autem, crescente persequutionis periculo, Romam se contulit ibidemque in fine saeculi 9. uitam cum morte commutauit.* V. *Bollandi vitae* Cyrilli & Methodii. *S.*]

Methodius [e Sicilia oriundus] *Confessor* gg) et patriarcha ab a. C. hh) 842. CPol. a. C. 846. d. 14. Iunii defunctus, imaginum propugnator, ii) cuius vita, ab Anonymo auctore scripta graece cum Allatii versione & Henschenii Analectis, legitur in Actis Sanctor. T. 2. Iunii p. 960. seq. Vide etiam Baronium ad Martyrolog. Roman. 14. Iunii, vbi Methodium, Patarensem, a Tyrio perperam distinguit. Effigiem eius exhibet Goarus p. 126. ad Euchologium. De scriptis eius videndus Caueus, cui spicilegii in vicem addes, quod *Encomium S. Agathae*, virginis, latine ex Leonhardi Ponte versione editum est latine a *Combefisio* in Bibl. Concionatoria et a *Bollando* ad V. Febr. et graecum exstat MS. in bibl. Veneta S. Marci scamno 29. cod. π. λογ. ς. atque incipit: ἐπειδή με τὸ θαῦμα πρὸς τὸ λέγειν ἐξεγείρει. Vitam vxoris S. Theophanis Hegumeni & Confessoris a Methodio scriptam testatur auctor vitae Theo-

gg) Confessoris *nomen accepit, quia nullo modo potuit adduci vt imaginum caussam desereret et potius ab imperatore, Michaele Balbo, in vincula se conici passus est, quam vt a propugnando cultu illarum desisteret. Qui vero postmodum ad eum fortunae gradum peruenit, vt dignitate Patriarchatus Cpolitani ornaretur. Sixt.*

hh) *Anton. Pagi* ad a. C. 847. n. 17. [in cod. *Vindob.* CCXXXXVI. n. 7. sunt tres versus iambici Theodori et Theophanis ad Methodium patriarcham, et totidem vers. huius ad illos, quos publicauit *Lambec.* V. comm. p. 248. *Harl.*]

ii) Atque Methodii Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως (in indice:) in textu vero: ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ ὁμολογητοῦ λόγος περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων legitur in collectione oratt. sacrarum, in cod. *Mosquensi.* v. cl. *Matthaei* notit. codd. gr. bibl. Mosquens. p. 6. Sub imperatore, Michaele, Methodio patriarcha, celebratur synodus CP. vbi confirmatum est syn. Nicaenae II. decretum. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 102. add. p. 86. *Harl.*

Theophanis apud Henschenium in Actis sanctor. ad 12. Martii. *Canon siue constitutio ac διατύπωσις poenitentialis de iis, qui abnegarunt, per diuersos modos et aetates,* [graece in c. *Galei* nr. MMMMMMCCMXLIII. cat. II. p. 185. gr. in cod. *Vindobon.* CCXLVII. 3. v. *Lamb.* V. p. 251. in cod. *Medic.* VIII. nr. XL. plut. IX. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 400. — in codd. *Paris.* bibl. publ. MCCCXXXVI. & MCCCLXXII. fragm. in cod. *Baroc.* CI. *Londini* in bibl. *Sionensi* nr. MMMMLXVIII. ordo de iis recipiendis, qui vario modo & varia aetate abnegarunt et bis oratio pro iis, qui redeunt ad ecclesiam. in codd. *Coislin.* CCLXXI et CXII. *Montfauc.* bibl. *Harl.*] latine ex Herveti versione exstat in adpendice *Balsamonis* p. 88. seqq. & in Bibliothecis Patrum, Paris. 1515. 1589. 1654. & apud *Baron.* ad a. C. 842. nr. XXI. graece vero & latine in Euchologio *Goari* p. 876. qui huic Methodio illam vindicat, notasque addidit. p. 886. seq. In eadem Balsamonis adpendice p. 96. occurrit etiam latine Methodii *Canon,* siue constitutio *de segregationibus Monachorum Studitarum.* — [*Ex Methodii* patriarchae *aphorismis ascetarum Studitarum* est fragm. in collect. quadam locorum communium asceticorum etc. in cod. *Vindob.* CCLI. v. *Lambec.* comm. V. p. 324 seq. 327. sq. fragm. in *Niconis* collectan. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 198. & saepius v. indic. *Harl.*] Homilia *in eos, qui dicunt, quid profuit filius Dei crucifixus? et ad eos, quos pudet crucis Christi,* siue bina potius ex illis fragmenta, quae graece et latine *Gretserus* in Opere de Cruce edidit, exstant etiam latine in bibl. Patrum Coloniensi T. XV. A. 1622 et in supplemento Parisiensi A. 1639. T. I. p. 835. [kk]). Tertium habes apud Allatium pag. 349. de Methodii *Encomium Dionysii Areopagitae.* Codices quidam male tribuunt, nescio cui, *Metrodoro:* nam Methodio vindicat *Anastasius Bibliothecarius* epistola ad Carolum Calvum, quae subiicitur Hilduini Areopagiticis apud Surium ad IX Octobr. et Flodoardus III. 18. vbi inter Hincmari scripta: *de Passione S. Dionysii a Methodio CPol. graece dictata, et ab Anastasio Rom. sedis latine scripta.* Encomium illud non ex antiquioribus monumentis, sed ex Hilduino, vt videtur, maximam partem repetitum. *Petrus Franciscus Chifletius* etiam suae diss. de Dionysio Areopagita inseruit. Paris. 1676. 8. Idem cum Petri Lansselii versione latina primum lucem vidit in editione operum Dionysii Lansseliana Paris. 1615. fol. Apud [illegible] MS. sunt: τῦ ἁγίυ Μεθοδίυ πατριάρχυ περὶ τῶν ἀπὸ συστάσεως κόσμυ συμβάντων καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἑξῆς. [ll]) Falluntur igitur, qui vel *Chronicon* vel *Reuelationes* Methodio Tyrio tribuunt. Confer *Hottingeri* Bibliothecarium quadripartitum p. 98 99 et quae supra in Methodii, Patarensis siue Tyrii, scriptis notaui. *Fabr.* [Sunt, qui hunc Methodium auctorem orat. de Simeonis et Annae occursu et de Deipara et in ramos palmarum esse velint. *Sixt.* — Plura de illo Methodio, Syracusano, eius fatis, saepe tristibus, et scriptis, a Fabricio non memoratis, quam omissis, collegit *Mongitor.* in bibl. Sicula, tom. II. p. 66 — 69. *Harl.*

Methodius iunior, a. C. 1240. per [mm]) trium mensium spatium Patriarcha Cpolitanus, ex [illegible],

qui

kk) In bibl *Augustana* Vindel. sunt, teste *Reisero,* (cat. p. 25) tres codd. Methodii, 1) aduersus eos, qui Christi aduentum in carnem Eliae negant profuisse; 2) de filii dei incarnat. et passione; 3) aduers. eos, quos Christi crucis pudet. *Harl.*

ll) In cat. codd. Angl. et Hib. I. p. 62, citatur inter codd. Laudi Method. de V. primis [illegible] annorum et quid continget in fine [illegible] in cod. Bodl. MMDCCXXXXVI. liber [illegible] propheticus. *Harl.*

mm) Vide *Georgii Acropolitae* chronicon pag. 133.

qui ab Ephraemo, chronologo, apud *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae p. 725. referuntur extra CPolin, patriarchatu functi

> Μεθόδιός τις καὶ μοναχὸς καὶ θύτης,
> Μονῆς πρόεδρος τῆς Ὑακίνθου τότε.

Fabric. Num huius, an sequentis Methodii, patriarchae, duo aenigmata triflichis iambicis in cod. Flor. Medic. X. plut. 5. sint. cum Bandinio in catal. codd. gr. I. p. 39. ignoro. *H.*

Methodius, qui scripsit de *miraculis S. Nicolai*, Myrensis in Lycia episcopi, graece MS. in bibl. Colbertina, incipit: καλὸν ἡμᾶς ὦ θείων ἀσμάτων προασπισάι. [m]) Latine typis excusam testatur *Baronius* ad a. C. 326. n. 86. Vidisse illam se negat *Tillemontius* nota 1. ad vitam Nicolai T. 6. memor. hist. eccles. parte 3. p. 955. Si recte memini, exstant in Bonini Mombritii Actis Sanctor. quae iam mihi non sunt ad manus.

Methodius Monachus, circa a. C. 1270. de quo Acta Sanctor. Februarii T. I. pag. 602. seq. Hic occasione schismatis CPolitani, (quo alii Iosephum, alii Arsenium, patriarcham, sectabantur,) scripsit libellum, adhuc ineditum et *Allatio* de Methodiis p. 383. memoratum, quo exemplis, ex historia ecclesiastica adductis, probauit, populos non debere seiungere se a suis praesulibus, etsi iniuste depositorum successoribus, modo de fide recte sentiant. Incipit: ἴσεον ὡς παραιτησαμένου τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τὸν θρόνον Κωνσαντίνου πόλεως καὶ ἀναχωρήσαντος. Aliud eiusdem argumenti scriptum, nescio quo auctore, graece et latine vulgauit *Humfredus Hody* Oxon. 1691. 4. quod editurum se promiserat *Cotelerius* III. monument. ecclesiae graecae pag. 645. Illud scriptoris, Nicephoro Callisto antiquioris, esse. ipse deinde Hodyus agnouit, vt infra in Nicephoro dixi.

Methodius Grammaticus, frequenter laudatus ab auctore magni Etymologici.

[*Methodii Sidetae* scholia in Iob. v. supra ad. nr. VII. *Harl.*]

Omitto recentiores, vt *Methodium*, quem de ortu et occasu imperii romani eleganti libello sapienter admodum disseruisse scribit *Naudaeus* in Bibliographia politica cap. 7. *Fabr.* In bibl. *Coislin.* vbi plura Methodiorum variorum scripta aut fragmenta occurrunt, sec. *Montfaucon.* bibl. Coisl. p. 201 in fin. cod. CXXIX. legitur, τοῦτο τὸ βιβλίον ἠγόρασα ἐγὼ Μεθόδιος ἱερομόναχος — ἐν ἔτει ζ--ν (a. Chr. 1542.) — ibid. p. 140 et 318. cat. sunt epistolae Theod. Studitae ad *Methodium Abbatem* et p. 325. eiusd. Studitae ep. ad *Methodium Solitarium.* — *Methodii* episc. *Philipp.* et martyris fragm. in Eclogis etc. cod. *Coislin.* CCXCIV. sunt auct. *Montfauc.* p. 412. bibl. *Coislin. Harl.*

XXXI. ARCHELAUS [r]) Carrharum [a]), celeberrimae in Mesopotamia vrbis episcopus, in eadem

m) In cod. *Paris.* MCCCCLXII. exstat; sed in cat. codd. II. p. 326. adscribitur Methodio, patriarchae CPolitano. *Harl.*

r) Quem male Archilochum vocat Ciacon. in *Bibl. p. 246* cum paulo ante *p. 243.* recte eum Archelai nomine laudasset. *Keil.*

a) Ita enim pro corrupto, Κασχάρων. Καλχάρων vel, quod proxime accedit, Καρχάρων legendum

eadem vrbe atque deinde in Diodoride, vico[2]), *disputationem* habuit, imperante Probo, circa [b]) A CHRISTI 278 *cum Manete*, siue *Manichaeo*, qui exinde a regis Persarum, ex cuius vinculis se proripuerat, militibus comprehensus, non quidem propter haeresin, sed quod filii Regis morbo [illegible] cum recepisset, mortem eius accelerare esset visus, crudeli supplicio affectus et viuus excoriatus fuit, de quo Epiphanius *LXVI. 12.* *Acta* illius *disputationis* Archelaus ipse consignauerat *Syro* sermone, [3]) quae translata in Graecum iam Hieronymi aetate ferebantur, vt ipse memorat *c. 72. de S. E.* *Graecae* versionis auctor fuisse videtur *Hegemonius*, ὁ τὰς Ἀρχελάου πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἀντιλογίας γράψας, teste Heracliano, Chalcidensi episcopo, apud Photium *Cod. 85.* [4]) Nisi dicere malimus, hunc in epitomen redegisse Archelai acta, atque illius modo Epitomes *latinam* veterem versionem [5]) ad nos peruenisse, quod exinde colligit Laur. Zaccagnius, quoniam in hac non leguntur, quae ex Archelai disceptatione cum Manete profert Cyrillus Hierosolymitanus *Catechesi VI.* et quod *p. 68. et 100.* auctor horum Actorum ab Archelao

dum apud Epiphanium, Socratem, Petrum Siculum, Photium, cuius libri IV. contra Manichaeos MSS. exstant in bibl. Iohannea Hamburgensi aliosque. [Ita quidem, praeeunte Zacagnio in *Praef. ad Monum. vet. eccles. graec.* statuit noster. At hanc Zacagnii sententiam minime probari posse, omninoque fuisse urbem *Cascar* vel *Carchar* dictam, in qua sedes episcopalis Archelao sit adsignanda, primus ostendere instituit Assemannus in *bibl. Orient. tom. I. p. 555.* quem secuti deinde sunt Le Quien in *Or. Christ. tom. II. p. 1002.* et Beausobrius in *histoir. de Manich. Vol. I p. 138. h* qui, quanquam pluribus adhuc hanc Assemanni sententiam adstruere studuit, tamen ex hac ipsa etiam re primarium aliquod argumentum repetiit, quo αὐθεντίαν Actorum disputationis, ab Archelao cum Manete habitae, impugnaret, quoniam vrbs ista Caschar non in Mesopotamia, in qua disputatio illa habita fuisse dicitur, sed Chaldaea potius sita neque Romanae, sed Persicae ditioni subiecta fuerit. Huic vero iudicio eius, narrante quidem Gallando in *Proleg. ad Bibl. P. P. To. III. c. XVII. p. XLV.* post repugnauit Aug. Ant. Georgius, dum in *Alphab. Tibet* Rom. 1762. 4. edito *p. 363.* vrbem istam Caschar omnino Mesopotamiae vindicare studuit *K.*] Vrbis, sub Valeriano et Gallieno nuper expugnatae, meminit Archelaus p. 4[illegible]. edit. Zaccagnii.

2) E quo vico Auctor *libell. synod. c. XXVIII. p. 193.* ridiculo sane errore sacerdotem quendam Manichaeum Diodoridem confinxit. *Keil.*

b) Vide clariss. Zaccagnii *praefat. ad monumenta Vetera.* [itemque Beausobrium *l. l. p. 119. seq.*]

3) Id quanquam argumentis aliquot non omnino contemnendis adstruere conatus fuerat Zaccagnius in *Praef.* iam laud. tamen, cum solo Hieronymi testimonio nitatur, neque vllus scriptorum syriacorum vel Archelai, vel disputationis, ab illo habitae, mentionem aliquam iniecerit, non absque omni profecto causa in dubium vocauit Beausobrius *l. l. p. 132.* cumque eo Semlerus in *Introduct. ad Polem. Baumgart. To. I. p. 270.* Neque alienum ab eadem opinione se professus est Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der evangel. Geschichte Part. II. Vol. III. pag. 356.* Quidquid fuerit, hoc saltem certo certius constat, [illegible] huius disputationis versionem non ex syriaco, sed graeco textu expressam esse, cuius rei si quis argumenta cognoscere cupiat, sat multa reperiet apud Zaccagnium *l. l.* *Keil.*

4) Haec ipsa tamen verba cum auctorem magis, quam interpretem significare videantur, non temere profecto Hegemonium illum pro auctore horum Actorum habendum esse statuit Beausobrius *l. l. pag. 132.* *Keil.*

5) Quo tempore haec versio, Hieronymo aperte adhuc ignota, facta fuerit, non potest quidem certo definiri; attamen ante sec. 6tum aut sal[illegible] saltem partem postremam eam non exstitisse, [illegible] colligit Beausobrius *l. l. Differt. Prael. p. 6. et p. 130.* quod Augustinus et Leo M. nullam eius notitiam habuisse reperiantur. [illegible] tamen sec. eam iam fuisse [illegible], Zaccagnius quidem *l. l.* inde [illegible] sibi reddi [illegible], quod in laudandis scripturae locis Vulgatam editionem, quae sec. isto per Occidentem passim recepta, non sequatur. *Keil.*

Archelao se distinguit ac diuersum innuit. [His ipsis vero aliisque pluribus de caussis omnem horum Actorum fidem atque auctoritatem infringere studuit Beausobrius *l. l. lib. I. c. XII et XIII. p. 129. sq.* et *Bibl. Germ. t. XLII. p. 34. sq.* qui narrationem istam fabulam esse iudicat, quarto sec. a Graeculo quodam ex veris partim fictisque rumoribus, partim ex ingenio etiam contextam; cuius sententiae vt fautores nactus est Lardnerum, qui *l. l. p. 375. sq.* novis adeo eam argumentis confirmare studuit, Baumgartenium in: *Nachr. von merkw. Büch. Vol. II. p. 444.* atque Semlerum *l. l.* aliosque plures, ita aduersarios etiam habuit Aug. Ant. Georgium *l. l. pag. 342. sq.* et in *Praef. Part. I.* praemissa, *pag. XLI.* atque Travasam in *Stor. crit. delle Vite degli Eres. To. V. pag. 215. seq.* Mediam vero inter vtrosque viam, quam Moshemius ex parte iam praeiuerat in *Comment. de rebus Christ. ante Constant. M. pag. 729.* ingressus est Chr. Guil. Franc. Walchius in: *Histor. der Ketzerey. Vol. I. pag. 718. seq.* dum disputationem quidem aliquam ab Archelao cum Manete habitam fuisse, haec vero acta pro genuinis disputationis illius actis minime habenda esse defendit.] Porro *duos libros contra Manetem*, h. e. Acta disputationis, in duas partes tributa, ab Archelao missos esse ad Tryphonem [c]), Diodoridis (qui in agro Carrhensis vicus erat) presbyterum, testatur Epiphanius *LXVI. 11.* [in quem locum vid. quae scite obseruarunt Caveus in *Histor. litter. scriptt. eccles. Vol. I. pag. 144.* et Zaccagnius in *Praef.* laud.] Insigne fragmentum Actorum disputationis cum integra Archelai ad Diodorum Epistola ex veteri versione latina edidit *Henr. Valesius notis ad Socratem* [d]) *pag. 197-203.* ex Codice MS. monasterii Bobiensis, qui nunc est Mediolani in Bibl. Ambrosiana. Communicaverat hoc cum Valesio Emericus Bigotius, qui sub extremum praefationis ad Palladium de vita Chrysostomi testatur, se comparando Graeca Epiphanii, quae haeresi *LXVI. 25-31.* ex Archelao retulit, [*] nonnullos locos in graeco correxisse, plures in latina versione, voluisseque graece et latine edere, vt ex collatione appareret, quanti faciendae sint antiquae versiones et quantum vtilitatis ex illis redundet, sed postea duxisse satius relinquere ea his, qui nouam Epiphanii vel Socratis editionem adgressuri essent. Interim egregie hanc spartam ornauit doctissimus vir Laur. Alexander Zaccagnius, praefectus dignissimus Bibliothecae Vaticanae, qui *Rom. 1698. 4.* in *collectaneis* [e]) *monumentorum veterum ecclesiae graecae et latinae* primo loco *pag. 1-102.* non modo acta Archelai cum Manete longe integriora latine edidit ex Cod. MS. Casinensi, ad Bobiensem et Casanatensem subinde emendato, sed etiam graeca ex Cyrillo Hierosol. et Epiphanio suis locis, atque eruditas notas suas addidit, locaque Veterum atque praefationem doctam praefixit. [Ex hac autem Zaccagnii editione eadem Acta vna cum notis iis subiectis praemissaque praefatione post ipse Fabricius recudenda curauit in *Spicilegio Patrum tertii seculi*, quod tom. posteriori Operum Hippolyti, *Hamb. 1718. Fol.* edit. subiunxit, inde a *pag. 134-195.* idque ipsum post denuo fecerunt Io. Domin. Mansi cum in *Supplem. Concil. To. I. pag. 13. sq.* tum in *Nov. Collect. Concil. To. I. pag. 1129. sqq.* et Gallandus, qui eadem Acta adiectis, praeter Zaccagnii notas, suis etiam animadversionibus quibusdam repetiit

c) Tryphonem vocat Epiphanius et Photius. Sed in Actis Archelai *p. 68* et *80.* appellatur Diodores.

d) Socrates ex Archelai disceptatione cum Manete affert quaedam *lib. I. hist. c. 22.* Caeterum aliud agentes Benedictini scripserunt in notis ad S. Ambrosium *T. 2. p. 639.* Manichaeum deliramenta sua ab Archelao mutuatum.

e) De aliis S. Ephraemi, Gregorii Nysseni et Euthalii Sulcensis scriptis, in hac collectione comprehensis, infra, suo loco.

tiit in *bibl. PP. tom. III. pag. 569. sqq.* praefationemque a Zaccagnio iis praefixam *Prolegg.* eiusdem tomi *cap. XVII.* inde a *pag. XL.* inseruit.] Quanquam longe, vt dixi, integriora haec Acta sunt, tamen et ipsa in fine mutila et vel librarii vel Epitomatoris fastidio subinde decurtata esse videntur. [Caeterum Archelaus hic laudatur etiam inter Auctores in margine Catenae cuiusdam graecae, s. Epitomes Expositionis SS. Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum in Euangelia Matthaei, Lucae et Iohannis notatos, teste quidem Lambecio in *Commentar. de bibl. Caes. lib. III. cod. XL. pag. 162.* edit. Kollar.]

XXXII. DIONYSIUS. ex ethnico Christianus, Origenisque auditor, atque inde circa a. C. 231. post Heraclam Catechefeon magister ac denique circa a. 248. episcop. Alexandrinus, anno Gallieni duodecimo (CHRISTI 265.) defunctus, de cuius magni viri vita et scriptis non repetam, quae Tillemontius *tom. IV. memor. hist. eccles. part. II. pag. 556. sq.* et Caueus in *Patrum Vitis [p. 280.]* atque in *historia litteraria* [tom. I. pag. 124. sq.] obseruarunt, [itemque Sam. Basnagius in *Annal. polit. eccl. tom. II. pag. 337.* et Iac. Basnagius in *histoir. de l'eglise, l. II. c. 5. tom. I. pag. 68. seq.* Theod. Ruinartus in *Actis prim. Martyr. pag. 151. sq.* Ceillier in *histoir. des Aut. ecclef. tom. III. pag. 241. sq.* Ioach. Henr. Ostermeyer in *Dissert. hist. de Dionysio Alexandr. Episcopo, Rostoch. 1736. 4.* et Nath. Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der euang. Gesch. l. I. cap. XLVII. to. II. part. II. pag. 520. sq.*] Tantum notabo 1) *Commentarios in Dionysium Pseudo Areopagitam* falso tribui huic Dionysio, *f*) de quibus supra §. *6.* dixi. 2) Nec tamen suppositam *g*) illi videri, sed potius genuinam eius esse *Epistolam ad Paulum Samosatensem* et responsionem ad decem eius propositiones, licet eam reiiciant viri doctissimi Valesius *ad Euseb. pag. 155. seq.* Elias du Pin. *t. I. pag. 516.* Guil. Caueus, aliique, 6) etiam Harduinus *ad Epistolam Chrysostomi ad Caesarium pag. 9.* qui Eutychiano alicui tribuit, [itemque Pagius, qui in *Crit. an. CCLXIV. n. III* ab ignoto quodam episcopo, eadem cum Dionysio aetate viuente, eam scriptam esse defendit, quam tamen sententiam refutare studuit Sam Basnagius in *Annal. polit. ecclef. ad an. CCXLVII. n. VII.* post vero iterum confirmauit Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. p. 707.* Ad Fabricii autem, ipsi Dionysio epistolam hanc adscribentis, partes transierunt Garnerius in edit. *Opp. Mar. Mercat. tom. II. p. 309.* et Feuerlin *Dissert. laud. §. XI. pag. 37. sqq.*] Primus eam edidit Franciscus Turrianus vertitque latine et notas addidit, praemisso Catalogo deperditorum Dionysii Operum *Rom. 1608. 8.* unde recusa in *bibl. Patrum* latine *Paris. 1654. t. XI. Colon. 1618.* et *Lugd. 1677. t. III.* 7) graece et lat. in *auctario Ducaeano Paris. 1624. tom. I.* et in *Conciliis Labbei t. I. pag. 849.* [item-

f) Commentitia sunt Dionysii Alex. in Dionysium Corinthium scholia, Halloixio memorata. Vide Pearsonium *part. I. Vindic. Ignatii c. 10.*

g) Vide Tillemontium nota VIII. ad Vitam Dionysii Alex. et Stillingfleeti vindication of the Doctrine of the Trinity p. 35.

6) Quorum nomina recitarunt Iac. Guil. Feuerlin in *Diss. de haeresi Pauli Samos. e solis fragmentis scriptorum ipsius et testimoniis Patrum Antiochenorum,* (Goett. 1741. 4.) §. *XII.* itemque Chr. Franc. Guil. Walchius in: *Histor. der Ketzer. Vol. II. pag. 123.* *Heil.*

7) Latine etiam edita est a Clariss. Montfaucono inter S. Athanasii opera, vt notavi *p. 314.* in Athanasii scriptis, num. 87. *Fabr.* ubi tamen legenda simul sunt, quae de authentia epistolae in Monito ei praemisso monuit idem Montefalconius. *Heil.*

[itemque Mansii *tom. I. pag. 1030. sq.*] 3) *Epistolam de resurrectione Dominica et Paschalis* [ ] *ieiunii termino* editam esse latine a Theodoro Peltano S. I. *Ingolstad. 1582. 8.* vna cum Victore Antiocheno, et a Francisco Combefisio in *bibl. Concionatoria:* perperamque hanc apud Labbeum et Tillemontium distingui ab *Epistola Canonica ad Basilidem*, episcopum Pentapolitanum, quae saepius edita est latine cum Balsamonis commentario ex Herueti versione et in bibl. Patrum, et graece ac latine *tom. I. Concil. Labbei pag. 831.* et inter Epistolas SS. Patrum Canonicas cum Zonarae et Balsamonis commentariis, Paris. et Oxoniae vulgatas, [itemque in Guil. Beveregii *Pandect. Canon. tom. II. pag. 1.* et Gallandi *bibl. PP. Vol. III. pag. 501. seq.* Germanice exhibetur etiam in Roesleri *Biblioth. der Kirchenv. Vol. IV. pag. 258. seq.* Hanc tamen Dionysii epistolam in numerum paschalium minime esse referendam, iure monuit Chr. Franc. Guil. Walchius in *Pr. de epistolis Patriarch. Alexandr. paschalibus* (*Goett. 1776. 4.*) *pag. 6. K.*] 4) *Epistolas duas* quas veluti ineditas sub Dionysii nomine MSS. in bibl. Caesarea exstare testatur Lambecius *III. pag. 18.* [*pag. 38. Koll.*] esse inter epistolas Isidori Pelusiotae editas *I. 39.* et *III. 219.* ut Clariss. Caueo [*Histor. litter. script. eccles. tom. I. pag. 126.* et Kollario in *Not.* subiecta.] notatum. 5) Apud Eusebium *VII. 26. Hist.* vbi librorum quatuor Dionysii Alex. ad Dionysium Rom. aduersus Sabellium mentio, (ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας [8]) vocat Athanasius) Valesium verba: ὁμωνύμῳ Διονυσίῳ, male reddere: *gentili suo*, pro *cognomini suo.* 6) De iisdem libris intelligenda haec Hieronymi *aduersus Rufin. Dionysium, Alexandrinae vrbis episcopum, virum eruditissimum, quatuor voluminibus disputantem aduersus Sabellium in Arianum dogma delabi.* Vnde *fons Arii* dicitur Gennadio *c. 4. dogm. eccles.* Recte tamen de CHRISTO sensisse, docent Bullus in *defensione fidei Nicaenae* [Sect. II. c. XI. p. 231.]; Baronius *Martyrolog. ad 17. Nov.* et Steph. le Moyne *Notis ad Varia Sacra p. 235.* seq. [9]) Atque iam olim eum ab impacto Arianismo defendit S. Athanasius singulari Apologia pro Dionysio scripta, quae adhuc exstat [Opp. *tom. I. pag. 243 -- 262.* edit. Bened. cuiusque epitomen dedit Io. Sal. Semlerus in *Introd. Polem. Baumgart.* praemissa, *Vol. III. §. 74. pag. 7. seq.* itemque Roeslerus in: *Biblioth. der Kirchenv. Vol. II. pag. 375. seq.*] et ex illo Facundus *X. 5.* licet S. Basilius *Epist. 41.* [al. *XI.* Opp. *tom. III. pag. 90.* edit. Bened.] ipsum dum nimis Sabellio inflat incautum contrario errore abreptum esse scripsit. [10]) 7) Ex libris περὶ φύσεως, quorum Eusebius

8) Eodem nomine utitur etiam Basilius *de Spir. S. c. 29.* Hoc autem nomine propterea inscripti fuernnt hi libri, quoniam aduersus illorum criminationes in iis se defendit, qui cum in superioribus epistolis, aduersus Sabellium scriptis, nonnulla cum doctrina publice probata parum conuenientia protulisse apud Dionysium Romanum accusauerant. Quod vero Sandius *de script. eccl. pag. 42.* hanc Apologiam Dionysio suppositam iudicavit, id bene refutauit Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 697.* Extant autem huius apologiae etiamnum fragmenta quaedam ab Eusebio *Praep. euang. l. VII. c. 19.* Athanasio in libr *de sententia Dionysii et de decret. Nicaen. Synod. n. XXVI.* itemque Basilio *l. l.* seruata, quae studiose collegit Petr. Constant in *Epistol. Pontif. pag. 279. sq.* exque illo repetiit Gallandus in *Bibl. PP. tom. III. pag 494. sq.* et *538. sq. Keil.*

9) Quae vero alii inter recentiores de Dionysii, hac in re sententia statuerint, eorum breuem aliquam enarrationem deprehendes in Chr. Franc. Guil. Walchii *Histor. der Kezer. Vol. II. pag. 62.* et Io. Frid. Cotta *Versuch einer ausführlich. Kirchenhist. Vol. II, p. 1058. sq. Keil.*

10) Qui idem tamen in libr. ante laud. *de Spir. S. c. 29.* ad horum librorum Dionysianorum auctoritatem prouocat, eorumque testimonium aliquod commemorat. Quare non omnino incommodum esse

bius *VII. 26. hist.* meminit, insignia fragmenta de prouidentia Numinis aduersus Epicurum, legi *XIV. 23 — 27. de praeparat.* [quae eadem exhibet etiam Gallandus *Bibl. PP. tom. III. pag. 485 — 94.*] Hos Dionysius inscripserat Timotheo τῷ παιδὶ, quod malim vertere *filio*, quam *puero.* [11]) De hoc Timotheo Eusebius VI. 40. 8) *Libros II. ad Nepotem,* [12]) Aegypti episcopum, [de promissionibus] videri intelligi [13]) ab Hieronymo praef. ad lib. 18. in Esaiam, quando scribit mille annorum fabulam a Dionysio Alex. derisam in libro contra Irenaeum. De illo opere videndus Eusebius *VII. 24. seq.* [in quo loco amplum illud et illustre horum librorum de Apocalypsi fragmentum exhibetur, quod et ipsum repetiit Gallandus *l. l. pag. 481 — 84.* et peculiari Commentario illustrauit Cl. Hartwigius in: *Apolog. der Apokalypse wider falsch. Tadel und falsch. Lob. Vol. II. pag. 57. seq.* Ex hoc fragmento simul adparet, librum hunc certo cuidam viro fuisse inscriptum, de quo tamen, qui fuerit, nihil amplius constat.] 9) Commentarii *in primam partem ecclesiastae* ex ipso Dionysio meminit Eusebius *VII. 26.* et allegat Procopius Gazaeus in *Genes. III. pag. 76.* [hincque etiam in Cod. Veneto D. Marci XXII. occurrit Procopii Gazaei Epitome Commentariorum in Ecclesiasten ex voce Gregorii Nyss. *Dionysii Alex.* Origenis et aliorum, de quo codice vid. Theupoli *Biblioth. graec. D. Marc. Codd. Mspt. tom. I. pag. 21.* et Villoisonii *Anecd. gr. tom. II. pag. 27.* Fragmentum vero horum Commentariorum Dionysii inde a Capite I. v. 1. usque ad Cap. III. v. 11. ex hoc ipso Codice Veneto editum extat in Gallandi *Biblioth. PP. tom. XIV. Adpend. pag. 110 — 11.*] Etiam *in priorem ad Corinthios epistolam* scripsisse innuit Hieronymus *epist. LII.* [XXXI. edit. Bened. Praeterea vero in Lucam etiam commentatum esse Dionysium, non modo docent scholia, quae in Catena Thomae Aquin. in IV. Euangelia, itemque Corderii Catena in Lucam passim ex illo laudantur, sed et fragmentum huius Commentarii in Luc. XXII, 42 — 48. ex cod. Veneto CCCCXCIV. primum editum in Gallandi *Bibl. PP. tom. XIV. Adpend. pag. 115 — 118.* Imo in Oecumenii etiam Commentar. in Acta et Epistol. Apost. subinde laudatur Diony-

esse videtur, quod Tillemontius in *Memor. Eccles. To. IV. Part. II. p. 602.* iudicauit, Basilium suam de Dionysio sententiam post mutasse. Quod vero Ruinartus in *Act. select. martyr. pag. 156.* statuit, probauitque etiam Weismannus in *Memorab. histor. eccles. Vol. I. p. 261.* Basilium, dum duriorem illam de Dionysio sententiam ferret, ipsa eius scripta nondum videri inspexisse, id parum probabile esse docuit Lardnerus *l. l. pag. 555. sq.* Multo tamen improbabilius est, quod Rufinus apud Hieron. *lib. 1. adv. Rufin. To. V. Opp. pag. 250 sq.* ed. Ben. defendit, hos Dionysii libros ab Arrianis fuisse corruptos atque deprauatos. *Keil.*

11) De quo cogitandum nunc esse statuit Valesius: at quam parum recte, satis demonstrauit Strothius in *Nott. ad Euseb. l. l.* itemque *versionem germ. Vol. I. p. 580. Keil.*

12) Dixerim potius *contra Nepotem*, vt diserte etiam habet Hieronymus. Nam ad Nepotem non potuit a Dionysio scribi, cum hunc tum temporis mortuum iam fuisse, ex fragmentis huius libri, quae adhuc restant, perspicue adpareat. *Keil.*

13) Non immerito dubitanter ea de re locutus est Fabricius, cum permulta a Dionysio scripta in lucem edita fuisse constet, atque facile fieri potuerit, vt peculiarem quoque contra Irenaeum librum scriberet, cuius nulla neque ab Eusebio, neque ab ipso etiam Hieronymo in *Catal. script. eccles.* mentio fuerit iniecta. Potuit tamen, ut bene admonuit Strothius in *Vers. Euseb.* vernacula, *To. I. pag. 564* etiam hic liber commode contra Irenaeum, Chiliastiui praecipuum defensorem atque patronum, scriptus dici, cum ad vniversam illam de regno Christi millenario sententiam impugnandam fuerit compositus. Aeque vero incertum et hoc est, vtrum, quod nonnulli sunt suspicati, de iisdem contr. Nepotem libris cogitandum etiam sit in illo libro, quem contra Cerinthum a Dionysio scriptum fuisse dicit Theodoret. *haeret. fab. lib. II. c 3. Keil.*

Dionyſius. *K.*] 10) Singulare opus contra Origenem non crediderim a Dionyſio Alex. elucubratum, [14]) Origenis diſcipulo et admiratore, praecipue cum non modo non meminerint veteres etiam Origenis aduerſarii, ſed etiam Socrates [P] teſtetur, Methodium fuiſſe primum, qui adverſus Origenem ſtrinxerit calamum. Videndum itaque num illa, quae apud Anaſtaſium Sinaitam *qu. 23.* afferuntur de paradiſo terreſtri, ſub nomine Dionyſii Alex. ἐκ τῶν κατ' Ὠριγένους, Dionyſii noſtri ſint, an potius alterius, vel certe depromta ex aliquo ſcripto, in quo obiter ſententiam ſuam tradidit, non ex inſtituto oppugnandum magiſtrum ſuum ſibi ſumſit. Sed iam Catalogum Epiſtolarum Dionyſii Alex. quarum apud veteres mentio, literarum ordine [15]) digeſtam ſubiiciemus.

Ad fratres per *Aegyptum* conſtitutos de poenitentia. Euſeb. *VI. 46. et de* peſtilentiali morbo id. *VII. 22.* [vbi eius ſat longum fragmentum recitatur, inſertum illud etiam Gallandi *Bibl. PP. tom. III. pag. 553. ſeq.*] et tertia *Paſchalis.* id. [aliaeque plures, vt diſerte ab Euſebio additur.]

Ἐπιστρεπτικὴ obiurgatoria ad gregem ſuum *Alexandriae.* id. [VI. 46. Praeter hanc vero Hieronymus in *Catal. ſcript. eccleſ. c. 69.* et aliam eius epiſtolam, ad Alexandrinam eccleſiam de exilio ſcriptam, commemorat, quam Fabricius in *Not.* ibi ſubiecta ad Euſeb. *VII. 21.* refert, vbi narratur, Dionyſium, exorta Alexandriae ſeditione, fratres illius urbis, quos ipſe vniuerſos, vtpote in alterutram ſeditionis partem diſtractos, adire non potuiſſet, tanquam extorrem ex ipſa vrbe Alexandrina, per litteras eſſe allocutum, quanquam ibi non vnius tantum epiſtolae, ſed plurium (διὰ γραμμάτων) mentio fieri videtur.] Alia ad compresbyteros Alexandriae. id. *VII. 20.*

Ad *Ammonem* [Ἀμμώνιον Athanaſio dicitur *de ſentent. Dionyſ.*], Berenicenſem epiſcopum, aduerſus Sabellium Euſeb. *VII. 26.* Hieron. *c. 69. Catalogi de S. E.*

Ad *Ammonem* et *Euporum* id.

Ad *Armenios* (quorum epiſcopus *Meruzanes*) de poenitentia. Euſeb. *VI. 46.*

Ad *Baſilidem*, epiſcopum Pentapolitanum, Epiſtolae variae Euſeb. *VII. 26.*

Ad *Cornelium*, epiſcopum Romanum. Euſeb. *VI. 46.* [in cauſa Nouati.]

Ad *Dionyſium*, Rom. presbyterum (et poſtea epiſcopum) Euſeb. *VII. 7. ſeq.* [vbi huius epiſtolae fragmentum aliquod, Nouati haereſin deſcribens, exhibetur, quod vid. apud Galland. *l. l. pag. 523.*] Athanaſ. *de ſententia Dionyſii*, Euthymius in *panoplia.* Et *altera de Luciano* Euſeb. VII. 9. *tertia paſchalis. id.*

Ad

14) Quod nonnulli propter fragmentum, ab Anaſtaſio Sinaita allatum, cuius ſtatim mentio iniicitur, ſuſpicati ſunt, inter quos pertinet v. c. Caveus in *Hiſtor. litter. ſcript. eccleſ. T. I. p. 126* *Ken.*

15) Chronologico vero ordine ſcripta Dionyſii enumerarunt du Pin in *Nouv. Biblioth. des Aut. eccleſ. To. I. pag. 187. ſſ.* et Sam. Basnagius in *Annal. polit. eccleſ. To. II. pag. 339. ſeq.* *Keil.*

Ad *Domitium* ac *Didymum* [Hieronym. male, vt videtur, ad Dionysium et Didymum.] Epistola Paschalis. Euseb. *VII. 20.* [itemque alia de persecutione sub Decio. id. *VII. 11.* vbi eius simul fragmentum aliquod extat, quod repetiit etiam Gallandus *l. l. pag. 511. seq.* De tempore vtriusque epistolae vid. Tillemont. in *Not. II. ad vitam Dionysii*, *tom IV. Part. II. pag. 880.*]

Ad *Euphranorem* id. *VII. 26.* Athanas. *de sententia Dionysii*, [aduers. Sabellium.]

Ad *Fabium*, Antiochiae episcopum, de poenitentia. Euseb. *VI. 41, 42, 44.* [vbi prolixa huius epistolae, (male enim duas hic ad eundem virum epistolas sibi reperisse visus est Ceillier *tom III. pag. 2:3.*) fragmenta seruata sunt, quae vide apud Galland. *l. l. pag. 513 — 519*] Syncell. *pag. 366.* Niceph. *V. 29. seq.* Male in Hieronymi Codicibus et alibi *ad Flavium πρὸς Φλαβιανόν.*

Ad *Flavium* epistola Paschalis cum canone octo annorum, Euseb. *VII. 20.*

Ad *Germanum*, episcopum, qui ei obtrectatus fuerat. Euseb. *VI. 40. VII, 11.* [in quo vtroque loco iterum sat ampla huius epistolae fragmenta recitantur, quae et Gallandus exhibet *l. l. pag. 525 — 529.*] Niceph. *VI. 28.* Syncellus *pag. 365.*

Epistola περὶ γυμνασίας *de exercitatione.* Euseb. VII. 22.

Ad *Hermammonem.* Euseb. *VII. 1. et 10.* Ad eundem et fratres, in Aegypto degentes. *VII. 22.* [16])

Ad *Hieracem* [17]) Episcopum Aegyptium, epistola Paschalis. Euseb. VII. 21. [vbi et fragmentum huius epistolae legitur, quod et apud Gallandum deprehendes *l. l. pag. 532. seq*]

[*] Ad fratres *Laodicensis* ecclesiae, cui praeerat *Thelymidres*, episcopus: id. *VI. 46.* [de poenitentia.]

De mortalitate. Euseb. *VII. 22.* [Hanc epistolae inscriptionem non Eusebius, sed Hieronymus *l. l.* commemorat. Eusebius vero in h. l. de altera epistola ad fratres, in Aegypto viuentes, scripta, de qua supra iam dictum est, agit; atque eum hac vnam eandemque esse illam, quam Hieron. de mortalitate scriptam esse tradit, iure defendit Tillemont. *in Vit. Dionys. a t. XIV. l. l. pag. 593.*]

Ad *Novatianum*, causantem, quod inuitus Romae episcopus ordinatus esset. Euseb. *VI. 45.* et Hieron. *c. 69. Catalog.* qui exordium eius refert his verbis: *Dionysius Novatiano*

fratri

16 Nescio, qui fiat, quod duas nunc ad Hermammonem epistolas commemoret noster, cum tamen in oculos incurrat, vnam eandemque epistolam esse, cuius in his tribus Eusebii locis mentio iniicitur, quod praeter alios bene etiam vidit Gallandus, qui *l. l. pag 529 - 33.* fragmenta, ab Eusebio in locis illis ex hac epistola seruata, tanquam vnius epistolae fragmenta adfert. Atque ipse etiam Fabricius in *Delect. argument. de verit. relig. christ. pag. 165* Hieronymum hoc nomine taxat, quod epistolam de persecutione Decii ab illa ad Hermammonem distinxerit. Caeterum de hac epistola cfr. etiam Tillemontius in *Not. VI. ad vit. Dionysii, l. l. pag. 885 sq.* *Heil.*

17) Cuius nominis loco apud Hieron in codicibus male legitur *Heraclam*, de qua te vid. Fabric. ad illum locum. *Heil.*

fratri salutem: si inuitus, vt dicis, ordinatus es, probabis, cum volens secesseris. Apud Eusebium vero, vbi male *ad Nouatum* exhibent Codices, [18]) Pearsonius *pag. 31. Annal. Cyprian.* pro σχίσαι legit θῦσαι. Sed vocabulum σχίσαι haud dubie rectum est, quod legit Rufinus: *sustinere martyrium ne scindatur ecclesia*; Syncellus quoque *pag. 374.* et Nicephorus *VI. 4.* Verum ex eodem Nicephoro, Syncello et Rufino certissime apparet, verba quaedam excidisse, locumque legendum esse sic: καὶ ἦν ὀυκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρεῦσαι γενομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι, μαρτυρία. [19]) Vocula ἕνεκεν bis repetita librario oscitanti [20]) fraudi fuit, effecitque, vt verba, quae post prius ἕνεκεν sequebantur, omitteret.

Contra *Paulum*, Samosatenum, ad episcopos Antiochiae, a. C. 265. congregatos, quibus interesse propter corporis infirmitatem non potuit, epistola scripta paulo ante mortem. Euseb. *VII. 27.* [et *30.*] Theodorit. *II. 8. haeretic. fab.* Nicetas *lib. 4. thesauri.* Niceph. *VI. 24. 27.*

Ad *Philemonem*, Presbyterum Rom. de baptismo. Euseb. *VII. 7.* [vbi tria quoque ipsius epistolae fragmenta extant, quae repetierunt Petr. Coustant. in *epist. Pontif.* et Gallandus *l. l. pag. 522. seq.*]

Ad *Romanos* διακονικὴ de officio Diaconi per Hippolytum missa. Euseb. *VI. 46.* Altera de pace, et tertia de poenitentia. Alia itidem ad Confessores Romae constitutos qui Nouatiano adhuc fauebant: et binae aliae ad eosdem, ecclesiae vnitati redditos. Euseb. *ibid.*

Ad *Sixtum*, papam, Stephani successorem, de baptismo epistolae tres. Euseb. *VII. 5. 6.* et *9.* [Duarum priorum etiam fragmenta quaedam, ab Eusebio seruata, supersunt, quae iidem, quos modo nominaui, Petr. Coustant. *l. l. pag. 259.* et Gallandus *l. l. pag. 521.* et *524.* repetierunt.]

Epistola de Sabbato. id. VII. 22.

Ad *Stephanum*, episcopum Rom. de rebaptizatione haereticorum. Euseb. *VII. 4. seq.* [vbi *c. 5.* et huius epistolae fragmentum aliquod exhibetur, et ipsum repetitum a Coustantio *l. l. pag. 219.* et Gallando *l. l. pag. 520.*]

Ad *Telesphorum*, aduersus Sabellium, Euseb. VII. 26. Athanas. *de sententia Dionysii Alexandr.*

[Ad *Theotecnum*, Domni in episcopatu Caesareensi successorem, (Euseb. *VII*, *14.*) in laudem Origenis. Steph. Gobarus apud Phot. cod. CCXXXII.]

N n 2 *Libri*

18) Cuius iudicii argumenta deprehendes apud Fabric et Cyprianum ad locum Hieronymi, itemque Valesium ad Eusebium. *Keil.*

19) Atque hoc ipso modo locus etiam exhibetur in editione Stephaniana, e qua hanc illius lectionem restituit Strothius in sua editione, itemque tribus Codd. MSS bibliothecae Venetae, e quibus hanc candem lectionem expressit Gallandus, qui et hanc Dionysii epistolam, ab Eusebio seruatam, biblioth. suae inseruit *l. l. pag. 512. Keil.*

20) Imo typographo oscitanti. Est enim apertus typographi editionis Valesianae error, ex prima editione Parisiensi ad reliquas, Cantabrigiensem et Taurinensem, translatus. Ipsum enim Valesium locum ad eundem modum legisse, versio eius perspicue declarat. *Keil.*

Libri de poenitentia ad Cononem, episcopum Hermopolitanum, meminit Eusebius *VI. 46.* et Syncellus p. 375. vbi male Κόλλωνα legitur, et in editione Catalogi Hieronymiani Lipsiensi cum variorum notis edita, *ad Cononem.*

Libri de tentationibus, ad Euphranorem, mentio in Historia Eusebii *lib. VII. 26.* pro quo nomine apud eundem Hieronymum male *ad Euphram.* legitur, ubi epistola Dionysii, ad eam scripta, refertur.

[*Libellum de martyrio ad Origenem*, Decii persecutione grassante scriptum memorat Eusebius *VI. 46. hist.* Et ad viuum Origenem scripsisse Dionysium Alex. et post fata eum laudasse, testatur Gobarus apud Photium *cod. CCXXXII.*

Caeteri scriptores graeci Christiani saeculo tertio, quorum vel omnia vel pleraque scripta interciderunt, memorantur hi:

1\. CAIUS, S. Irenaei h) discipulus, presbyter Romanus,21) atque inde episcopus Atheniensis; nam apud Photium cod. XLVIII. pro ἐθνῶν Ἐπίσκοπον legendum videtur Ἀθηνῶν 22) Scripta eius tria celebrari in veterum scriptis reperio: *Paruam Labyrinthum* aduersus *Artemonis*

h) In calce epistolae Smyrnensium de S. Polycarpi martyrio: ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Hinc Caium domo Corinthium fuisse et cum Irenaeo Romam profectum suspicatur Stephanus le Moyne *ad Varia sacra pag. 937.* [in quo tamen non videtur cogitasse, nondum euictum esse, in his verbis de eodem Caio sermonem esse, de quo hic dicitur, id quod bene iam obseruauit Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der euangel. Gesch.* tom. II. part. II. p. 18.] Idem Mediolanensium fuisse episcopum contendit *pag. 944.* Sane diuersus fuit a Caio, qui Romae episcopatum tenuit ab a. C. 283. ad 296. [itemque ab aliis hoc nomine insignitis, de quibus vid. ipsum Fabricium ad *Hier. Catal. script. eccles. c. 59.*] Caeterum a Iosepho Medo in *Clavi Apocalyptica* perperam Caium nostrum haereseos Alogorum postulari notauit D. Ittigius *diss. de haeresiarchis pag. 262.* [et ante eum Le Moyne l. l. pag 923.]

21) Hunc eum fuisse, vnice nititur Photii testimonio, qui tamen ne ipse quidem certo sibi id dicit constare, sed ab aliis modo narrari, τοῦτον, inquiens, τὸν Γάϊον πρεσβύτερον φασὶ γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας ἐπὶ Οὐίκτορος καὶ Ζεφυρίνου τῶν Ἀρχιερέων. Atque sub hoc, quem vltimo loco commemorat, Zephyrino, Caium vixisse, diserte etiam tradunt Euseb. *H. E. l. II. 25.* et Hier. *c. 59.* at ecclesiastica cum dignitate aut munere ornatum fuisse, neuter eorum ne verbulo quidem significat. Quare aperte errarunt Pearsonus, qui *Opp. Posth. Diss. II. §. 3. pag. 148.* cum Eusebium, tum Photium dicit, eum Romanae ecclesiae Presbyterum adpellasse, itemque Du Pin, qui in *Bibl. des Aut. eccl. t. I. pag. 111.* Caium hunc ab Eusebio et Hieronymo presbyterum [illegible] dicit adpellari, sed Romanae ecclesiae presbyterum eum fuisse, ab vtroque taceri. Hunc tamen vtriusque viri errorem notarunt iam Tillemontius in *Memor eccles. tom. III. part. I. pag. 294.* et Lardnerus *l. l. pag 19.* *Keil.*

22) Hanc Fabricii coniecturam idoneo fundamento prorsus destitui, non immerito iudicauit Gallandus in *Prolegg. ad Bibl. PP. tom. [illegible] c. XIV § 1. pag. XXVIII.* quoniam [illegible] quens [illegible] erit in veteri ecclesia, episcopos [illegible] tae ecclesiae praepositos, sed doctrinae [illegible] inter Iudaeos vel gentiles vlterius [illegible] stinatos constituere. Certe in eo nimius est noster, quod, huic coniecturae suae vnice fisus, [illegible] pronunciat, Caium Episcopum Atheniensem fuisse. *Keil.*

nis et *Theodoti* haeresin, [23]) quem librum *Origeni* quidam perperam tribuerunt teste Photio et Theodoreto *II. 5. haeretic. fabular.* vide Euseb. *V. 28.* et Niceph. *VI. 21.* Io. Pearsonii *Opera postuma pag. 145.*

Διάλογον siue διάλεξιν [24]) contra *Proclum* siue *Proculum*, Montanistam, [de quo vid. quae notauimus supra *pag. 181. seq.*] Eusebius *II. 25. III. 28. 31. et VI. 20. Hist.* Hieronymus de *S. E. c. 59.* Photius, Niceph. etc. [In hoc autem Dialogo cum hi omnes scriptores diserte tradant, Caium, omissa ad Hebraeos epistola, tredecim tantum Pauli epistolas commemorasse, factum hinc est, vt fragmentum illud *de canone sacrarum scripturarum*, quod ex antiquissimo bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis codice membranaceo olim edidit Muratorius in *Antiquitt. Ital. med. aev. tom. III. pag. 854.* exque eo recudendum deinde curauit Eberh. Henr. Dan. Stoschius in *Comment. de libr. N. T. canone*, §. *LI. pag. 181. seq.* et nuper Gallandus in *Bibl. PP. tom II. pag. 208.* a Muratorio quidem et hoc ipso Gallando in *Prolegg.* illius tom. *pag. XXIX. seq.* eidem Caio vindicaretur, atque ex hoc ipso Dialogo ductum iudicaretur. Verum ab hoc iudicio iure sibi recedendum putauit Stoschius *l. l.* qui fragmentum hoc seculo quidem II. exeunte vel III. ineunte scriptum esse concedit, idque ipse pluribus argumentis confirmare studet, sed Caio id tribuendum esse magnopere negat; in qua sententia cum post secuti etiam sunt Schroeckhius *l. l. pag. 427.* et Corrodi in: *Versuch einer*

 Beleucht.

23) Vnum igitur eundemque librum fuisse iudicat noster, qui et paruae labyrinthi nomine fuerit inscriptus, et aduersus Artemonis atque Theodoti haeresin compositus, Caiumque hunc habuerit auctorem, hacque in re plures etiam alios habet se cum praeeuntes tum vero etiam sequentes, v. c. Pearsonum in *Diss. II. de annis prior. Rom. episc. p. 147. Opp. posth.* Le Moyne *l. l. pag. 943.* Caveum in *Hist. litt. scriptt. eccles. Vol. I. pag. 100.* Wesseling *Probab. c. XXI. pag. 177.* Tillemont. *Mem. eccl. tom. III. part I. pag. 297.* itemque Auctores *Hist. litter. Gall.* (*Histoire litter. de la France*) *tom. I. part. I. pag. 359.* denique etiam Gallandum, qui non modo in *Prolegg. ad Bibl. PP. tom. II. l. l.* hanc sententiam tuetur, sed omnia etiam fragmenta, quae, tanquam ex libro, contra Artemonem scripto, ducta, recitat Eusebius, Caii nomine *ibid. pag. 203. sep.* edidit. Huius vero iudicii sui non contemnendas sane hi viri rationes habuerunt. Quanquam enim Euseb. *H. E. V. 28.* scriptum aliquod contra Artemonem laudans, eiusque tria fragmenta recitans, id inter ea scripta refert, quorum autores sint ignoti, Theodoretus tamen *haeret. fab. l. 2. c. 5.* et ipse vnum aliquod horum fragmentorum commemorans, ex libro, *paruae Labyrinthi* nomine inscripto atque Theodotum oppugnante, id tradit desumtum esse, nulla tamen auctoris eius mentione addita, eodemque modo Nicephorus etiam *Hist. eccl. l. IV. c. 21* librum istum ignoti auctoris contra Artemonem scriptum *paruam Labyrinthum* inscriptam fuisse refert. Iam vero hanc paruam Labyrinthum a Caio conscriptam fuisse, diserte testatur Photius Cod. XLVIII. Quoniam vero idem Photius hanc paruam Labyrinthum a libro, Artemonem et Theodotum impugnante, videtur distinxisse, et pro diverso ab illo habuisse, atque Eusebius istum librum contra Artemonem scriptum nomine auctoris diserte dicit destitutum fuisse, Hieronymus vero vtrumque librum in scriptis Caii silentio prorsus praetermittit, fuerunt etiam, qui cum Caio tribuendum esse dubitarent, quos inter nominatim pertinent Lardnerus *l. l. pag. 35. sq.* Ceillier in *Histoir. gen. des Aut. eccles. tom. II. pag. 208. seqq.* et 241. *seq.* et Strothius ad Euseb. *V. 28.* iisdemque accensendus etiam videtur Cel. Schroeckh. in: *christl. Kirchengesch. tom. III. pag. 425.* edit. 2dae. *Keil.*

24) Quo quidem vocabulo cum Photius certe in scripto hoc significando *l. l.* diserte vtatur, non video equidem, cur vitio verterit Valesio Le Moyne in *Not. ad Var. Sacr. pag. 940.* quod διάλεξιν, non vero διάλογον dixerit, quanquam caeteroquin verissime monet, Eusebium hunc librum in *locc. cit.* constanter dicere διάλογον. Hieronymus *disputationem* adpellat. *Keil.*

Beleucht. der Gesch. des iüdisch. und christl. Bibelkan. Vol. II. p. 219. Neque profecto desunt his, quibus sententiam suam cuilibet idoneo iudici poterunt persuadere. Praeterquam enim, quod Caii de Apocalypsi Iohannea iudicium, de quo ex Euseb. *H. E. III. 28.* satis superque constat, vt bene iam docuit Stoschius *l. l. pag. 195.* non patitur, vt hoc fragmentum ab illo profectum iudicetur, cum in illo quidem inter canonicos libros referatur Apocalypsis, Caius vero eam a Cerintho per fraudem Iohanni Apostolo suppositam fuisse putaverit, nec linguae ratio, qua fragmentum hoc exaratum est, id admittit. Etenim dialogus iste, si vel maxime in latina ecclesia vixerit Caius, graeca haud dubie lingua fuit compositus, cum Eusebius nullibi tradat, fragmenta, quae ex illo ab eo recitantur, in graecum a se sermonem fuisse translata, qua de re vidend. quae post Tillemontium in *Memor. Eccl. l. l. pag. 296.* obseruauit Semlerus in: *Abhandl. von freyer Untersuch. des Can. Vol. III. pag. 53.* Quare profecto non poterit fragmentum latine scriptum ex illo ductum censeri. *Keil.*]

Λόγον περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, quem alii Flauio Iosepho, Iustino martyri alii, alii Irenaeo adscripserunt, vt Photius testatur, [qui simul et hoc tradit, ipsum Caium in extrema Labyrintho professum esse, librum *de vniuersi natura* a se scriptum esse. Quare si conceditur, Caium esse Labyrinthi auctorem, profecto non potest dubitari, eiusmodi quoque librum, qui περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας fuerit inscriptus, ab eodem viro profectum esse. Quod vero tam variis iisque tam diuersis auctoribus hic liber fuerit tributus, eius rei non improbabilem hanc caussam affert Dodwellus in *Diss. VI. in Iren. §. XVIII. pag. 464. seq.* quod e multis auctoribus, quorum nomina ad oras et margines fuerint posita, *et* quidem ipsis eorum verbis seruatis, opus illud consarcinaverit Caius. Horum enim, cum nulla in titulo libri auctoris significatio adpareret, nomina marginalia post in titulum irrepsisse, hincque factum esse, vt totius operis auctores haberentur, qui vnicum modo fragmentum ad id contulissent. *Keil.*] De eodem argumento scripserat etiam Hippolytus, cuius libri forte pars adhuc superest, vt supra dixi, nisi fragmentum illud sit ex libro, quem περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας scripsisse se in calce Labyrinthi Caius testatus est, [quod tamen propter loca ex Apocalypsi Iohannea, cui Caium parum fauisse constet, ibi ducta, non probabile iudicat Lardnerus *l. l. pag. 49.*] In eodem Caius, ut ex Photio constat, de CHRISTO vt DEO vero et inenarrabili eius generatione, catholico more disseruit, unde eum inter vindices ante-Nicaenos fidei Nicaenae non immerito refert Georgius Bullus [in *Defens. fidei Nicaen.*] *pag. 159. seq.* et Gardinerus *pag. 149. Hypotyposeos fidei catholicae circa SS. Trinitatem.*

[Praeter haec vero Caii scripta dubium est, annon alium adhuc librum *contra Cerinthum* scripserit, quod innuere videtur Theodoretus *haer. fab. l. II. c. 5.* Caium quoque atque Dionysium Alexandr. inter scriptores, quos Cerinthum dicit refutasse, commemorans. Certe hoc de peculiari scripto aduersus hunc haereticum edito intelligendum putarunt Tillemontius *l. l. pag. 297.* et Ceillier *l. l. pag. 241.* Lardnerus vero *l. l. pag. 20. et 30.* de iis id mavult intelligi, quae teste Eusebio *H. E. III. 28.* in Dialogo contra Proclum aduersus illum scripserit. Atque haec sententia videtur sane maiori veritatis specie commendari, quoniam, si peculiaris Caii liber Cerintho oppositus extitisset, non credibile est, Eusebium atque Hieronymum silentio eum fuisse omissuros. Caeterum de Eusebii illo, quem diximus, loco, in quo, quae Caius de Cerintho scripserit, enarrat, vid. quae monuimus supr. *l. IV. c. VII. Vol. IV. pag. 792. not. 42. Keil.*]

ALEX.

[V] 2. ALEXANDER, episcopus Cappadociae [25]) atque inde in Episcopatu Hierosolymitano S. Narcisso 116. annorum seni succenturiatus, [26]) martyrium obiit Caesareae, imperante Decio. [27]) Vide Eusebium *VI. 11.* Socratem *VII. 36.* Martyrologia et Acta Sanctor. *XVIII. Martii.* Menologia *15. Maii* vel *12 Dec.* Hieronymus *c. 62. de S. E.* has eius epistolas memorat, plures etiam ab eo scriptas testatus:

Ad Antinoitas ex Eusebii *VI. 11.* vbi verba ἐν ἰδίαις Ἐπιστολαῖς capienda sunt de vnica epistola; [cuius tamen coniecturae, quam ad locum Hieron. *pag. 142.* etiam repetiit noster, nullam equidem iustam causam deprehendo. Quod enim Hieronymus epistolam quandam, ad Antinoitas scriptam, commemorat, id profecto non impedit, quo minus et alias ad eosdem scripsisse existimetur. *Keil.*]

Ad Antiochensem ecclesiam, quam in vinculis scripsit, et per Clementem Alex. [28]) misit Antiochensibus, gratulatus de nouo episcopo suo, Asclepiade. Euseb. *ibid.*

Ad Origenem ex Eusebii *VI. 14.*

Pro Origene contra Demetrium, Alexandriae episcopum, ex Eusebii *VI. 19. pag. 222.* [vbi etiam huius epistolae fragmentum aliquod exhibetur, quod vna cum superiorum fragmentis, apud Eusebium occurrentibus, iunctim edidit Gallandus in *Bibl. PP. tom. II. pag. 201. seq.*] Ex bibliotheca, quam in Aelia ciuitate condidit hic Alexander, egregie profecisse se idem scribit *VI. 20.*

[Quod vero eidem Alexandro *Commentarium in epist. ad Galatas* ab Hieronymo in Prooem. sui in eandem epistolam Commentarii commemoratum tribuit Sixtus Senensis *Biblioth. lib. IV. pag. 195.* eumque secutus Vsserius in *Catal. MS. scriptor. eccles.* in eo, vt recte monuit Caueus in *hist. litterar. scriptt. eccles. tom. I. pag. 101.* aperte errarunt, cum Hieronymus illum quidem Alexandrum, cuius Commentarium in suo concinnando se dicit consuluisse, diserte *veterem haereticum* adpellet, quod de nostro nullo modo potest intelligi. Cfr. *Biblioth. huius Vol. X. p. 474.* *Keil.*]

3. SEXTUS

25) In quanam vrbe hoc munere functus fuerit, quanquam ab Eusebio et Hieronymo nuspiam traditur, Valesius tamen et Tillemontius *Mem. eccl. tom. III. part. II. pag. 314.* Flauiadis eum episcopum fuisse statuerunt, loco quodam Basilicon *tom. I. pag. 295.* nixi. Huius vero loci verba ita corrupta existimauit Wesselingius *Probab. c. XIII. pag. 106. sq.* vt non ambigendum ei videretur, quin pro vitioso sit habendus. *Keil.*

26) Qua de re imprimis videndus Euseb. *H. E. VI. 8.* et in *Chron. ad an. MMCCXXVIII.* *Keil.*

27) Non quidem violenta nece interemtus, sed in carcere tamen, in quem ob religionis professionem fuerat coniectus, mortuus, vt diserte tradunt Dionysius Alex. in epist. ad Cornelium apud Euseb. *H. E. VI. 46.* et Eusebius ipse *ibid. c. 39.* itemque Epiphan. *de mens. et pond. n. 18.* Cfrnda inprimis sunt, quae de hoc martyrio eius obseruauit Ruinartus in *Act. sel. Martyr. pag. 133. seq.* *Keil.*

28) De quo certe cogitauit Hieronymus *l. l.* quanquam in ipsa Alexandri epistola, cuius fragmenta quaedam seruauit Euseb. non nisi Clemens presbyter commemoretur. Neque profecto, vt recte iam obseruarunt Valesius atque Du Pinus in *Nouv. bibl. des Aut. eccles. tom. I. pag. 115.* et alii, a vero vllo modo abhorret, de isto Clemente nunc sermonem esse, cum constet, eum non modo illa aetate vixisse, sed Alexandri etiam familiarem fuisse, eique, teste quidem Eusebio *H. E. VI. 13.* librum *de ecclesiastica regula* dicasse. *Keil.*

3. SEXTUS IULIUS AFRICANUS. [Cum quae de hoc viro hic dixerat Fabricius, supra iam exhibita sint *Vol. IV. pag. 241. seq.* his missis, nonnulla tantum ea, quae ibi a Cel. Editore iam sunt obseruata, spicilegii instar addere nunc iuvat. — Scriptores, qui de huius viri vita et fatis exposuerunt, ibi laudatis, annumerandi adhuc sunt Nath. Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der euangel. Gesch. part. II. Vol. II. l. I. c. XXXVII. p. 135. seq.* Ioh. Geo. Walchius in *Hist. eccles. N. T. p. 932.* Rem. Ceillier in *Hist. des Aut. eccles. tom. III. pag. 535. seq.* Schroeckhius in *Hist. eccl. christ. Vol. IV. pag. 145.* et Gallandus in *Prolegg. ad bibl. PP. tom. III. c. XXVI. pag. XXXVII. seq.* qui et omnia *Chronographiae* eius fragmenta, quae apud Eusebium, Basilium, Syncellum et alios occurrunt, iuxta ordinem librorum siue pro temporum ratione digesta, vna cum *epistola ad Origenem de historia Susannae* atque ad illam responsione, itemque *epistolae ad Aristidem* reliquias ab Eusebio seruata, eidem biblioth. suae tomo inde a *pag. 359 — 376.* inseruit, hisque fragmentis *Proleg. p. XLI.* aliud addidit ex Euseb. *Prop. et. Eclog. de Christo* adhuc inedit. *lib. III. cap. vlt.* depromtum, et a Lambecio in *Comment. de Bibl. Vindob. l. I. pag. 254.* edit. Kollar. in lucem primum protractum. Acta autem martyrii Symphorosae exhibet eiusd. *Bibl. tom. I. pag. 329.*

Africani *Commentar. in Euangel.* laudatur etiam a Dionysio Barsalibaeo, teste Assemanno in *bibl. Orient. tom. II. p. 158.* itemque *Iulii* Commentarius in Euang. Iohannis a Mose Barcepha, teste eodem, *ibid. p. 129.*

Epistolam ad *Origenem* vna cum Origenis responsione, auctore de la Rue in *Praef. ad Opp. Origen. tom. I. pag. VI.* primus latine edidit Leo Castrius Hispanus, praefixitque suis in Isaiam prophetam Commentariis Salmant. 1570 vulgatis. Deinde vtramque etiam Gilbertus Genebrardus, an. 1574. editionis suae Origenianae tomo II. inseruit, Gentiano Herveto, Aurelianensi et Canonico Remensi interprete, ex codice MS. Guilielmi Cardinalis Sirleti. Eaedem exstant quoque in peruetusto codice graeco MS. ab Assemanno *l. l. pag. 513* commemorato.

Epistolae ad *Aristidem* fragmentum aliquod de *genealogia I. C.* occurrit etiam in Theupoli *bibl. gr. D. Marci codd. Mspt. tom. I. pag. 42.* in foliis quae ad compingendum codicem LXI. adhibita sunt. De Traditione, in illa epistola commemorata, nonnulla etiam disputauit Millius in *Prolegg. N. T. §. 667. seqq. pag. 63.*

Scripta, a Trithemio Africano adscripta ab Hieronymo *de Vir. illustr. c. 70.* et Trithemio ipso *cap. 44.* Novatiano tribuuntur; id quod scite iam obseruauit Lardnerus *l. l. pag. 145.* *Harl.*]

[*] 4. AMBROSIUS Alexandrinus [29]), *primum Marcionites* [30]), *deinde ab Origene*

29) Alexandrinum eum fuisse, nullius veterum scriptorum, sed sola Martyrologiorum fide nititur, in quibus Diaconus Alexandrinus adpellatur. At constat potius varius cum in locis versatum fuisse, vt pluribus docuit Io. Rud. Wetstenius in *Not. ad Origen. libr. de martyr. p. 102. Heil.*

30) Ita quidem Hieronymus; verum Eusebius *VI. 18.* cum Valentinianum [illegible] fuisse [illegible] vero

eius [i]) *per Alex. ecclesiae diaconus et confessionis dominicae gloria insignis fuit* [31]). *Huius industria et sumtu et instantia ad hunc infinita Origenes dictauit volumina*, (vt libros ad Celsum, et plures in Scripturam sacram commentarios et adhortationem ad martyrium.) *Sed et esse quippe vt vir non inelegantis ingenii fuit, sicut eius* ad Origenem Epistolae [32]) *indicio sunt. ... ante mortem Origenis, et in hoc a plerisque reprehenditur, quod vir locuples amici senis et pauperis moriens non recordatus sit* [33]). De hoc Ambrosio Eusebius *VI. 23. Hist.* Photius *Cod. 121.* (vbi quae de Ambrosio Eusebius scripserat, Hippolyto [k]) perperam tribuit) Epiphanius *LXIV. 3.* Svidas in Ὠριγένης (vbi ex Cedreno *pag. 208.* locum Epistolae Origenis, de hoc Ambrosio affert) Nicephorus *V. 15.* etc. Vxori huius Ambrosii, *Marcellae* Origenes inscripsit librum de precatione. [Plura de hoc Ambrosio vid. praeter eos, qui de scriptoribus ecclesiasticis consulto exposuerunt, apud Io. Rud. Wetstenium in: *Nott. ad Origen. Exhort. ad martyr. pag. 121. seq.* et Moshemium in *Vers. germ. libr. Origen. contr. Cels. pag. 9. seq.*] Alius iunior Ambrosius Alex. auditor Didymi, cuius *volumen aduersus Apollinarium et commentarios in Iobum* memorat Hieronymus *c. 126.* [Prioris libri exiguum aliquod fragmentum extat in Leontii Byzant. *lib. I. contr. Eutychianos et Nestorian.* apud Iac. Basnagium in: *Thesaur. Monument. eccles. tom. I. pag. 553.*]. De hoc Acta Sanctor. *ad XVII. Martii T. II. 513. seq.*

5. TRYPHON, Origenis discipulus, cuius librum *de vacca rufa*, Numer. XIX. et *de dichotomematibus* Abrahami Genes. XV. [cum aliis eius opusculis] laudat Hieronymus *c. 57.* Fidem Tryphoni, Origenis discipulo, etiam Dialogum cum Tryphone, Iustino Martyri tributum, vindicare studuit C. I. Kochius in libro notissimo: *Iustini Martyr. cum Tryphone Iudaeo Dialogus secundum regulas criticas examinatus. Kil. 1700.* aliisque pluribus scriptis super hoc argumento editis, quam tamen suspicionem Fabricius in *Nott. ad Hieron.* non immerito ab omni verisimilitudine dicit abhorrere. *Keil.*] Apud Thomam Galeum fuit MS. ψυχὴ τῶ ἁγίω Τρύφωνος, huius an iunioris non possum dicere [34]). Videndum aliusne fuerit Diodo-

vero, narrante Epiphanio haer. LXIV. eum Sabellianum olim fuisse dixerunt, quorum quid verius sit, ecquis tandem nunc definiat? Lardnerus quidem Eusebio potissimum fidem vult haberi, *l. l. part. II. tom. II. lib. I. c. 38. pag. 172.* Moshemius contra in loco infr. laudando Hieronymi potius partes amplectitur; Fabricius autem in *Nott. ad Hier.* vtrumque scriptorem hoc modo inuicem studet conciliare, vt Valentinum, Marcionis magistrum, auctore Gennadio, fuisse defendat, haecque sententia eo etiam poterit adiuvari, quod apud Suidam in Ὠριγένης vtrumque ponitur, cum Valentini et Marcionis sectatorem fuisse. Epiphanium tamen in Sabellii haeresi commemoranda aperte errasse, vel librarium eius per calami errorem pro *Valentiniano* scripsisse *Sabellianum*, non incommode monuit Wetstenius *l. l.* *Keil.*

31) Qua de re cfrndus est Euseb. *H. E. VI. 28.* vbi eum sub Maximino Thrace confessorem fuisse tradit. *Keil.*

i) Hieron. *c. 56. de script. eccles.* adde *c. 61.* vbi de Hippolyto.

32) E quarum vna nonnulla profert Origenes in *libr. de orat. c. 18. pag. 19.* edit. Wetst. *Keil*

33) Quam tamen ob rem Tillemontius quidem *Mem. eccles. tom. III. part. III pag. 205.* cum hoc nomine studet excusare, quod probe sciuerit, pecunias ab Origene prorsus contemni, paupertatemque amari. *Keil.*

k) Confer Stephani le Moyne *prolegom. ad Varia sacra, * 26.*

34) In *Nott. ad Hier. l. l.* paulo confidentius ea de re iudicauit noster, alium Tryphonem eam videri auctorem habere. *Keil.*

Diodorus Tryphon, quem iis, qui Manetem confutarunt, accensent Epiphanius ac Photius, et ad quem libros duos contra Manetem misit Archelaus de quo supra: [qua de re plura a nobis infra dicentur. Praeterea fuere et Tryphones, martyres, quorum vnus, praeter ceteros celeber, passus est sub Decio cuiusque memoriam Graeci 1. Febr. Latini 10. Nov. recolunt.]

6) GEMINUS siue GEMINIANUS [35]), presbyter Antiochenus, aequalis Origenis, laudatur Eusebio in *Chronico* et inter scriptores ecclesiasticos refertur ab Hieron. *c.* 64. qui, pauca scripsisse testatus, nullius libri nomen siue titulum apposuit.

7) BERYLLUS, Bostrenus in Arabia episcopus [36]), CHRISTUM, antequam homo ex Maria nasceretur, nullam [l]) subsistentiam propriam habuisse neque postea aliam quam Patris habere diuinitatem inhabitantem docuit, quam eius sententiam confutauit Origenes et [[?]] Beryllum ad Ecclesiae sententiam reduxit. Vide Eusebium *VI. 33.* cuius temporibus scripta Berylli et Origenis aduersus eundem et Synodi aduersus illum congregatae monumenta adhuc exstabant. Dialogum Origenis et Berylli, in quo haeresis eius arguebatur, et Berylli Epistolas, in quibus Origeni gratias agit, memorat Hieronymus *cap. 60. de S. E.* Confer Eusebium *VI 20.* vbi testatur Beryllium reliquisse διαφόρους φιλοκαλίας, σὺν Ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι. quae verba Valesius interpretatur, quod *praeter Epistolas et lucubrationes varia quoque elegantis ingenii monumenta reliquerit*, atque in notis monet, se per φιλοκαλίας intelligere non electa et floridorum libros, qualis exstat Origenis Philocalia [37]), sed Hymnos et poëmata. Verum Nicephorus *V. 15. Hist.* Eusebii verba sic accipit, vt in ipsis illis Epistolis ac συγγράμμασι φιλοκαλίας illas quaerendas esse innuat, dum scribit, Beryllum φιλοκάλου σπουδῆς συγγράμματα post se reliquisse.

8) NEPOS, episcopus Aegypti, composuerat *Psalmos* siue Hymnos sacros, quibus multos ex fratribus siue Christianis suae aetatis vehementer delectatos scribit Dionysius Alex. apud Eusebium *VII. 24* testatus, se ipsum ideo et propter fidem ac diligentiam et studium Scripturarum probare eum atque diligere. Ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα,

35) Prius nomen in Hieronymi Catalogo, posterius in Eusebii Chronico deprehenditur. Eodem vero modo etiam in definiendo tempore, quo floruisse dicitur, diuersitas aliqua, ea tamen non admodum grauis, inter vtrumque scriptorem deprehenditur, de qua videnda, quae disputarunt Tillemontius in *Mem. eccles. tom. III. part. II. pag.* 64. et Lardnerus in: *Glaubwürdigk. der euang. Gesch. part. II. tom. II. p.* 410. *Keil.*

36) Qua in re maior profecto fides habenda est Eusebio et Hieronymo, quam Socrati, qui eum *H. E. l. III. c.* 7 per errorem haud dubie Philadelphensis ecclesiae episcopum adpellat. *Keil.*

l) Vide Stephani le Moyne *Notas ad Varia sacra p. 233. seq.* et 1113 *seq.* et *Nouellas Reip. literariae a. 1700. mense Februario pag. 175. seq.* Verba Eusebii [*VI. 33.*] quibus Berylli haeresin exprimit, sunt: μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν, *secundum propriam essentiae circumscriptionem non praeextitisse*, id est non fuisse ante Mariam, quae postea ipsissima Photini ac Socini haeresis fuit. Nicephorus *V.* 22. ex eiusdem Berylli sententia: μὴ ... ὑπόστασιν ἰδίαν ... κεκτῆσθαι. [Omnium diligentissime et accuratissime sententiam huius viri exposuerunt Io. Sal. Semlerus in *Introduct.* praemissa *Baumgartenii Polem. tom. I pag.* 218 et Christ. Frenc. Guil. Walchius in: *Gesch. der Ketzerey. Vol. II. pag.* 126. *seq.*

37) De quibus cogitauit Christophorsonus, quem hac in re sequendum putat Walchius *l. l. pag.* 128. *Keil.*

... τα. τῆς τε πίςεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς, καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται. Solum hoc in Nepote improbat Dionysius, quod libris duobus, quibus titulum fecerat ἔλεγχον ἀλληγοριςῶν [38]), promissiones diuinas, in sacris literis et Iohannis Apocalypsi factas, non allegorice, sed ad literam, de millenario annorum, in his terris per delicias corporales transigendo, explicauerat [39]). Hanc eius sententiam confutauit Dionysius ἐν τοῖς περὶ ἐπαγγελιῶν, nihilominus illo ipso in opere non dubitat *fratrem* adhuc appellare Nepotem. ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὡς πρὸς παρόντα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν διαλεχθῆναι Νέπωτα. Duorum librorum Dionysii aduersus Nepotem meminit etiam Hieronymus *c. 69.* vt Nicephorum *VI. 21.* caeterosque iuniores omittam. Nec dubium est, a pseudo-Gelasio illum ἔλεγχον ἀλληγοριςῶν proscribi, vbi librum Nepotis in decreto de Apocryphis memorat, per Apocrypha non modo intelligens scripta supposita et commentitia, sed etiam ea, quorum nulla debet esse propter errores auctoritas in ecclesia. Alius fuit Nepos, episcopus Hierosolymitanus post Cyrillum, Niceph. *XIV. 30.*

9. CORNELIUS, episcopus ab a. C. 251. Romanus [40]), atque non diu post [41]) in Galli, imp. persecutione propter CHRISTUM [†] exul [42]) et mox 18. Cal. Octobr. a. 253. [m]), martyrio coronatus, scripserat graece Epistolas complures [43]), e quibus duae, quae solae supersunt latine

38) Quo Allegoristarum nomine Origenistas a Nepote fuisse significatos, admodum probabilis est Moshemii coniectura in *Commentar. de rebus Christ. ante Constant. M. pag. 725. sq.* proposita, quam calculo suo etiam comprobarunt Strothius in *Animadu. ad verſ. Euseb. vernac. pag. 564.* et Roeslerus in *Bibl. PP. pag. 183* *Keil.*

39) De qua viri huius sententia omnique eius historia imprimis conferendus est Walchius *l. l. Vol. II. pag. 152 sq.* *Keil.*

40) De modo, quo fuerit electus, turbisque cum eius electione coniunctis, pluribus exposuerunt Tillemontius *l. l. tom. III part. III. pag. 6. seq.* Pearsonus in *Annal. Cyprian. ad an. CCLI. n. 5. seq.* et *ad an. CCLII. n. 13.* itemque Ceillier in *Histoir. gen. des Aut. eccles. tom. II. pag. 573 seq.* *Keil.*

41) Quo nominatim tempore obierit, quotque adeo annos episcopatu functus fuerit, id cum ab ipsis scriptoribus antiquis varie definiatur, inter recentiores etiam vario modo constituitur, qua de re praeter Pearsonum modo laudatum ad *an. CCLII n. 12. 13.* imprimis consulendi sunt Pagi in *Crit. Bar. ad ann. CCLI. n. 19* et *ad ann. CCLII. n. 13.* Tillemontius *l. l. tom. III. part. III.* in vit. Cornelii *art. 16. pag. 67.* et *Not. 13.* et 12 *pag. 303 seq.* et Petr. Coustant. in *Epist. Pontif. p. 123.* *Keil.*

42) Centumcellas quippe relegatus; atque in hac ipsa vrbe multi eum martyrium quoque dicunt obiisse, quos inter nominatim etiam pertinent Tillemontius et Pagi *ll. ll.* antiquo potissimum pontificum catalogo nixi. At enimuero vix dubitauerim, maiorem hac in re fidem habendam esse Hieronymo, qui duobus in locis diserte tradit, Romae eum martyrio esse defunctum, nimirum *de vir. illustr. cap. 67.* et *de vit. Paul. Erem.* *Keil.*

m) Vide Schelstratenum *Antiq. eccles. tom. I. pag. 197. 429.*

43) Vtrum de omnibus eius epistolis, nominatimque etiam iis, quas ad Cyprianum scripsit, certo possit defendi, graece eas scriptas fuisse, nescio equidem. At de iis, quas ad Fabium scripsit, vtique defendi potest, eas graece fuisse exaratas. Id enim haud obscure docet Eusebius *VI. 43.* vbi, postquam epistolam Cornelii ad Fabium scriptam commemorauerat, addit deinde, alias praeterea epistolas Cypriani aliorumque Africae episcoporum super eadem re exstare, latino sermone scriptas; quo aperte significare voluit; Cornelii epistolam, ante a se commemoratam, alio sermone scriptam fuisse. Accedit praeterea et hoc, quod, cum post harum epistolarum, ad Fabium scriptarum plura fragmenta recitet Eusebius, nuspiam dicit, ea ex latino in graecum a se sermonem fuisse translata, quod tamen semper monere solet, quoties latini scriptoris testimonium exhibet. *Keil.*

latine ad Cyprianum atque inter [n]) Cyprianicas leguntur, a Cypriano videntur e graeco translatae eſſe. [Praeter has vero et alias eum ad eundem Cyprianum litteras ſcripſiſſe, ex epiſtolis Cypriani (45. 48. 55. et 59.) adparet, in quibus recenſendis inprimis diligenter verſati ſunt Pearſonus in *Ann. Cyprian. pag. 30. 36.* et Petr. Couſtant *l. l. pag.* 125 — 206.] Octo Epiſtolae Cypriani, quas ad hunc Cornelium ſcriptas Hieronymus *c. 66.* teſtatur, omnes adhuc ſuperſunt. Euſebius *VI. 43.* memorat eius Cornelii literas ad Fabium (Flauianum plerique alii [44]), epiſcopum illum Antiochenum appellant) vnas *δηλώσας τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας.* Alteras *περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάντων* et tertias *περὶ τῶν κατὰ Νοουάτον* [o]) *πραχθέντων*, ex qua poſtrema epiſtola Euſebius loco illo inſignia fragmenta ſeruauit. [quae vna cum epiſtolis ad Cyprianum et ab hoc ad Cornelium ſcriptis edidit notisque illuſtrauit Petr. Couſtant in *Epiſt. Pontif. pag. 121. ſeq.* et ex illo repetiit Gallandus in *Bibl. PP. tom. III pag. 333. ſeq.*] Quod Hieronymus epiſtolam quartam quoque Cornelii ad Flauianum memorat *valde prolixam, et Nouatianae haereſeos cauſas et anathema continentem*, inde factum puto, quod pro ... diuerſa

n) Edit. Fellianae *49. 50.* Pamel. et Rigalt. *46. 48.* Eraſm. et Manut. *lib. III. Epiſt. 11. 12.*

44) Imo plerique tantum Hieronymi codd. miſcpti, qui tamen nomen hoc aperte vitioſe expreſſerunt. *Keil.*

o) Νοουατιανὸν videtur ſcripſiſſe Euſebius, vti legit etiam Hieron. Fuit certe Nouatianus presbyter ille Romanus, aduerſus quem celebrata Synodus Romana A. C. 251. Nouatus nomen eſt Carthaginienſis presbyteri, cuius et ipſius in illo ſchiſmate fuere partes. Vide Beueregii *notas ad Synodicum magnum p. 69. ſeq.* Pearſonii *Annales Cyprianicos*, Tillemontium etc. [Aliter tamen ſtatuit Nath. Lardnerus, qui *l. l. l. I adp. ad cap. 47. part. II. Vol. III. pag. 101. ſeq.* pluribus argumentis euincere ſtuduit, iſtum virum vtique Nouatum, non Nouatianum dictum fuiſſe; quibus quidem argumentis quid eſſe tum fuerit, bene docuit Chr. Guil Franc. Walchius in *Hiſtor. der Kezer. Vol. II. pag. 189. ſeq*] De Nouatiani, qui latine ſcripſit, monumentis dicere non eſt huius loci, neque habeo, quae ad iam virorum doctorum de illo obſeruatis, niſi quod librum illius de Trinitate tanquam eximium prae caeteris Antiquitatis monumentum noua editione Anglis ſuis commendauit Arianiſmi confeſſor Wilhelmus Whiſton, in Volumine, quod inſcripſit, *ſermons and eſſays upon ſeueral ſubiects*, Lond. 1709. 8. [quod idem poſt etiam fecit Io. Iackſonus in editione *Operum Nouatiani, quae ſuperſunt*, Lond. 1728. 8. cuniſa, quanquam Whiſtono aliam iam huius libri editionem oppoſuerat Edm. Welchmannus, *Lond. 1724. 8.* in qua vera eum de Trinitate et de Chriſto docere, monſtrare voluit] Quanquam Nouatianum Catholici de CHRISTO dogmatis aſſertorem fuiſſe, ex hoc ipſo libro, licet a Macedonianis olim etiam velut in patrocinium erroris ſui laudato, probant Stephanus le Moyne *Notis ad varia ſacra pag. 229 ſeq.* Georgius Calixtus §. 50. *de Myſterio SS. Trin. e Veteri Teſt.* Gregorius Bullus in *defenſione fidei Nicaenae ſect. 2. cap. X. p. 225.* Samuel Gardinerus in *Hypotypoſi doctrinae Patrum ante-Nicaenor. de SS. Trinitate p. 105. ſeq.* Natalis Alex. *diſſ. IX. Sec. 2. artic. 4.* et Petauius *de DEO p. 82. lib. I c. 11. §. 10.* qui tamen *lib. I. de Trinitate c. 5. §. 5.* non diffitetur, parum accurate de Myſterio illo locutum auctorem illius libri, quem Nouatianum eſſe ibi *pag. 81.* et de angelis *p. 91.* negat, eo praecipue argumento ductus, quod *c. 13* haereſeos Sabellianae circa a. C. 255. exortae meminit. Sed ex hoc tantum ſequitur, poſt ſchiſma librum hunc a Nouatiano fuiſſe compoſitum. [Quam tamen ſententiam, quae et aliis iam placuerat, multis impugnare ſtuduit Iackſonus in *Praef. ad Cyp.* eius edit. cuius vero argumenta examinauit iam Lardnerus *l. l. pag. 69. ſeq*] A ſectatoribus eius iactabantur ὑπομνήματα de martyrio ſiue Confeſſione Nouatiani ſub Decio et Valeriano, quae falſitatis arguit Eulogius apud *Photium cod. CLXXXII.* denique cod. *CCVIII et CCX*] Confer Io. Felli *Notas ad Cypriani Epiſtolam LXI.* [atque Walchium in *Hiſtor. der Kezer. l. l. pag. 198.*]

diuersa a iam memoratis epistola praeter rem habuit illam, cuius fragmenta apud Eusebium leguntur. [Tillemontius tamen in *Not. XII. ad vit. Cornel. tom. III. part. III. Mem. Eccles. pag. 302.* Hieronymum cum Eusebio ita potius studuit conciliare, vt, quoniam Eusebius, vbi de prima Cornelii ad Fabium epistola loquitur, vtatur numero plurali, ἦλθον, inquiens, εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου — δηλῶσαι, κ. λ. cum his verbis non vnam dicat, sed ad minimum duas saltem eius epistolas voluisse significare, hincque Hieronymum recte quatuor eius epistolas commemorasse defendat. Verum quam lubricum sit hoc argumentum ex numero plurali ductum, bene demonstrauit Cotelerius ad *cap. III. epist. S. Polycarp.* cuius obseruationem repetiit etiam Gallandus in *Prolegg. ad tom. III. Bibl. PP. cap. VI.* (in quo de Cornelio hoc exponit,) §. *II. pag. XXII.* Contra vero in aprico est, Hieronymum Eusebii locum male intellexisse, et, quam ille Cypriano et reliquis episcopis, in Africa congregatis, tribuit epistolam, latino sermone scriptam, Cornelio adscripsisse. Id enim aperte docet idem vtriusque epistolae argumentum, quod ab vtroque scriptore commemoratur. Eusebius enim ex epistola Cypriani et reliquorum episcoporum intelligi dicit, ipsis etiam placuisse, vt subveniretur iis, qui in tentationem inciderint, vtque Nouatianus simul cum iis, qui ad partes ipsius desciuerant, ab ecclesiae catholicae consortio abdicaretur; Hieronymus autem secundam istam Cornelii ad Fabium epistolam agere tradit *de Nouatiano et de his, qui lapsi sint.* Quibus verbis idem epistolae illius argumentum, in pauciora verba contractum, significari, ecquis tandem est, qui non intelligat? Eodem vero modo de hoc Hieronymi errore statuit etiam ipse Fabricius in *Nott.* ad illius locum, itemque Cotelerius atque Gallandus *ll. ll.* Contra vero quartam adhuc Cornelii epistolam in causa Nouati ad Dionysium Alex. scriptam commemorat Euseb. *H. E. VI. 46.* cuius nullam mentionem fecit Hieronymus. Praeter has vero epistolas et aliae quaedam sub Cornelii nomine circumferuntur, quae tamen ab omnibus peritioribus iudicibus pro spuriis habentur, quo pertinent 1) *epistola ad Lupicinum*, Archiepiscopum Viennensem, quae a Ioh. a Bosco primum edita in *Biblioth. Floriacensi*, a Baronio *ad an. 255. n. 47.* et in Blondelli *Pseudo-Isidoro pag. 320.* atque Coustantii operis laud. *adpend. pag. 26.* exhibetur, de qua vid. Tillemont. *Not. XV. ad vit. Cornelii l. l. pag. 308. seq.* 2) *tres epistolae* ex vetustis codd. euulgatae a Baluzio in *Opp. Cypriani*, *p. 167.* edit. Paris. 1726. 3) duae *epistolae decretales* ad ecclesiae filios et ad Rufum in Blondelli *Pseudo-Isid. p. 308.* et *313.* nec non *decreta,* de quibus Lud. Iac. a S. Carolo in *Bibl. Pontif. pag. 59.* et Coustantius *l. l. p. 206.* Praeterea vero Erasmus quidem etiam librum *de disciplina et bono pudicitiae*, itemque libr. ad *Nouatianum haereticum*, qui vulgo Cypriano tribuuntur, Cornelio adscribendum iudicauit, de quo quid statuendum videatur, vid. apud Tillemontium in *vit. Cornel. art. XVII. l. l. pag. 71. seq.*

Denique et hoc adhuc monendum, quae Gottfr. Arnoldo Cornelium hunc taxandi atque calumniandi ansam praebuerint, ea omnia non incommode remouisse Christ. Eberh. Weismannum in *Introd. ad Memorab. eccles. Vol. I. pag. 242. seq.* *Keil.*]

10. DIONYSIUS, Romanus episcopus ab 24. Iul. a. C. 259. ad 26. Dec. a. 269. [45] de

 cuius

45) Qua tamen de re non inter omnes scriptores conuenit, vt adparet ex Em. Schelstraten *Antiquit. eccles. illustr. tom. I pag. 434.* de quo plura vid. apud Tillemontium in *Mem. eccles. tom. IV. part. II. Not. 1. et 11. ad vit. Dionys. pag. 909. seq.* itemque Coustant in *Epist. Rom. Pontif. pag. 370. seq.* *Keil.*

cuius scriptis nihil constat nisi quod Athanasius *de Synodis Arimin. tom I. p. 9* . meminit Synodi ab illo congregatae, literarumque ad Dionysium Alex. scriptarum super eo, quod hic Alexandrinus CHRISTUM ποίημα dixisset et Patri ὁμοούσιον negasset, quam criminationem ille a se auertit in libello ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, et in alia Epistola [46]), cuius pars ibidem ab Athanasio affertur, et libro *de decretis Synodi Nicaenae tom. I. pag.* 274. vbi deinde pag. 275. subiungit locum Dionysii, episcopi Romani, κατὰ τῶν τὰ Σαβελλίου φρονούντων. [Quem locum ex eodem scriptore exhibuit etiam Coustantius *l. l. pag.* 274. et ex illo vna cum animaduersionibus a Coustantio ei subiectis repetiit Gallandus in *Bibl. PP. tom. III. pag.* 538 *seq.* qui et notitiam huic fragmento ab eodem viro praefixam inseruit eiusd. tom. Biblioth. suae *Proleg. cap. XII. pag. XXXII.* Praeterea vero idem Dionysii fragmentum paucis illustrauit quoque Semlerus in *Introd. Polem. Baumgart.* praemissa, *tom. III. pag. 18. seq.* Caeterum aliam adhuc Dionysii epistolam consolatoriam, ad ecclesiam Caesareensem in Cappadocia scriptam, commemorat Basilius in *Epist.* 70. (al. 220.) *Opp. tom. III. p.* 163. edit. Garner. Quae vero praeterea ei a Lud. Iac. a S. Carolo in *Biblioth. Pontif. p.* 62. tribuuntur *epistolae duae decretales*, itemque *Commentar. aduers. Arianos et Sabellianos haereses*, et *aduers. Paulum Samosatenum* haereticum, atque *de situ orbis* liber, omnia falso et temere ei adscribi, abunde iam demonstrauit Caueus in *Hist. liter. script. eccl. Vol. I. p.* 133. cui hac in re assentitur etiam Io. Georg. Walchius in *Hist. eccl. N. T. pag.* 1001. et ipse etiam Fabricius in *Bibl. lat. med. et infim. aet. lib. IV. Vol. II. p.* 93. *seq.* Plura de hoc Dionysio inter scriptores non laudat. inprimis deprehendes apud Tillemontium *l. l. pag.* 698. et Ceillierium *l. l. pag.* 320. *seq.* Keil.]

11. EUSEBIUS, ex Alexandrinae ecclesiae diacono [p]) episcopus Laodicenus, Dionysii Alexandrini, de quo supra, aequalis, diuersus sane ab Eusebio Alexandrino, cuius *Homilias XVIII.* in Bibl. Cryptae ferratae repertas habuit et ex illis fragmenta attulit Turrianus in *defensione epistolarum Pontificum*, cuiusque fragmenta occurrere etiam in Io. Damasceni parallelis, notatum Colomesio in *paralipom. de scriptoribus ecclesiasticis*, [praeter quem citandus etiam Le Quien in edit. *Opp. Io. Damasc. tom. II. pag.* 275.] Habuit et nonnullas Holstenius teste Lambecio *lib. I. de Bibl. Vindob. p.* 112. et Allatius de Simeonum scriptis: exstantque in Galliae, Italiae, Germaniae et Angliae Bibliothecis, quarum tituli apud Caueum in diss. *de dubiis scriptoribus*, [ad calc. *tom. II. Hist. litter. scriptt. eccles pag.* 8. itemque Le Quienum in *Nott. ad Ioh. Damasc. Opp tom. II. pag.* 666. et Io. Guil. Thilium in *Praef.* ad libr. Eusebii mox commemorandum,] videantur. Caeterum homiliarum istarum, Allatio, Turriano, Holstenio visarum, auctorem non fuisse veterem illum Eusebium, Alexandrinum, tertii scriptorem saeculi, patet vel inde, quod hic nunquam fuit Alexandrinus episcopus; at enim in Codice Caesareo, in quo Oratio περὶ μνείας ἁγίων *de commemoratione Sanctorum* exstat, diserte illa adscribitur Eusebio, episcopo Alexandrino, vt testatur Lambecius *lib. V. pag.* 24. [*pag.* 56. Koll.] qui *p.* 22. [*pag.* 50. Koll. vbi vid. quae Kollar. in *Not.* subiecta de hoc Eusebio

46) Aliam enim et a litteris ante ad Dionysium datis diuersam fuisse hanc epistolam bene contra eos, qui vtramque vnam eandemque fuisse statuerunt, docuit Coustantius *l. l.* quare non erat, quod ea de re dubitaret Ceillier in *Histoir. des Aut. eccles. tom. III. c. XVIII. §. 2. pag. 326. seq.* Keil.

p) Vide Eusebii *Hist. VII. cap. XI. pag.* 261. etc. 32. *pag.* 283.

sebio obseruauit,] etiam Eusebii, episcopi Alexandrini, λόγον περὶ νηϛείας *de ieiunio* [et *pag. 302.* Koll. alium περὶ ἐλεημοσύνης εἰς πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον, *de eleemosyna in diuitem et Lazarum*, quem tamen Kollarius quidem Eusebii partum esse dubitat, aut post saltem multum immutatum fuisse iudicat,] memorat [47]). Illa περὶ μνείας ἁγίων eadem est, quam habuit Turrianus, et Holstenius edere voluit, et quam sub Eusebii, episcopi, nomine pridem latine ex *Caroli Fabiani* interpretatione vulgauit Thomas Galletus, vnde inserta est *Supplemento Bibl. Patrum edit. Marell 1639. tom. I. pag. 826.* et *Bibliothecae Patrum Lugd. tom. XXVII. p. 479.* [itemque, notante quidem Lambecio, *lib. I. p. 56.* Kollar. *Magnae Biblioth. PP. Parisinae, tom. XIV. p. 826. seq.* Praeterea vero Eusebii huius λόγον περὶ τῆς ἡμέρας κυριακῆς, vel encomium diei Dominicae ex collatione cod. Vaticani et Bodleiani primus edidit, latine vertit et animaduersionibus illustrauit Ioh. Guil. Ianus, Vittebergensis quondam Academiae Theologus perdoctus, *Lips. 1720. 4.* ex quo eandem orationem, in sectiones distinctam, versioneque Ianii latina ad textum exacta, omissis tamen animaduersionibus eius repetiit Gallandus in *Bibl. PP. Vol. VIII. pag. 252 — 255.*] Ac quoniam inter Alexandriae Aegypti episcopos siue patriarchas nullus occurrit Eusebius, veritati consentaneum videtur, quod scripsit Turrianus, auctorem harum homiliarum fuisse episcopum alterius cuiusdam Alexandriae in Asia, vixisseque quarto saeculo, si fuerit hic μέγας ille Εὐσέβιος Ἀλεξανδρείας, [P] ad quem Macarius scripserat quaestiones suas, quarum fragmentum in MStis Anonymi locis communibus Asceticis, de quibus Lambecius *lib. V. p. 154. seq.* [*p. 326.* edit. Koll. Nisi malueris Cel. Le Quien coniecturam, probabilitatis specie minime profecto destitutam, sequi, in *Animadu. ad Io. Damasc. Opp. tom. II. pag. 666.* propositam, cuius locum, lectu dignissimum, repetierunt etiam Ianus in *Praefat. ad libr.* modo *laud.* et Gallandus in *Proleg. ad Bibl. PP. Vol. VIII. c. XII. p. XXIII. seq.* vbi de hoc Eusebio Alexandrino pluribus exponit. Statuit nimirum Le Quien, hunc Eusebium nullius certae sedis episcopum fuisse, sed ob egregias virtutes in variorum locorum necessitates episcopum fuisse consecratum; hancque coniecturam praeter alia argumenta eo etiam studet confirmare, quod in codice quodam regio simpliciter dicatur episcopus et Monachus. Quod vero Alexandriae episcopus a plerisque librariis fuerit adpellatus, inde ortum esse existimat, quod sermones suos ad Alexandrum quendam habuisse dicatur. Hinc enim librarios pro eo quod scribere debuissent, Εὐσεβίου ἐπισκόπου πρὸς Ἀλέξανδρον, omissa praepositione πρὸς, posuisse Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Hanc tamen coniecturam, quae Doctiss. etiam Iano in *Praef. laud.* fuit probata, et nouis adeo argumentis ab illo suffulta, ipse quidem Le Quien post iterum retractauit in *Or. Christ. tom. II. p. 905.* vbi Eusebium hunc vel Alexandriae Syriae episcopum, vel Alexandrinae sedis Melchiticae per illud tempus, quo ea vacauit, administratorem fuisse statuit.] Nescio quem *librum doctrinarum sacrarum* Eusebii Alexandrini, Laodiceae episcopi, inter libros aliquot, arabice et syriace scriptos, qui tempore Gregorii XI. dicuntur sub terram defossi, et postea oblati sunt venales episcopo Herbipolensi, memorat Posseuinus in *Apparatu S.* Omitto Eusebium, Alexandrinum rhetorem, de quo Eunapius in *Proaeresio p. 125.* [cuiusque, vt Fabricius quidem suspicatur infr.

47) De duabus vero reliquis Eusebii huius homiliis, quas idem Vir doctus *pag. 50* in *Not. B* commemorat, alteram quidem ὅτι οὐ δεῖ ἐργάζεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς οὐδὲν ἔργον, alteram vero ἐγκώμιον εἰς τὴν κυριακὴν inscriptam, vid. eorundem Commentar. *lib. VIII. cod. XXXIII. n. 14 p. 756.* et *cod. XXXIV. n. 4. pag. 763.* *Keil.* Fragmentum quoddam Eusebii Alex. exhibuit Catal. codd. Bibl. Naniorum (1784) p. 279. et Oratio Eusebii cuiusdam episc. laudatur ib. p. 104. *Becc.*

infr. *lib. V. c. IV. Vol. VI. pag. 105.* et *c. XXXVIII. pag. 416.* mentio etiam fit apud Phot. *cod. CXXXIV.]*

12. MAGNETES, *peruetustus auctor ante mille et trecentos annos Euangelicae Apologiae libros graece scripsit ad Theostenem aduersus gentiles Euangelii calumniatores.* [Hoc Possevinus in *Apparatu S [tom. II. p. 50.]*] *Fragmenta aliquot*, (Colomesii haec obseruatio est in paralipomenis de S. E.) *ex Bibliotheca D. Marci Veneta in scriptis suis affert Codicum ille MSS. helluo, Franciscus Turrianus, sed inprimis in Apologia pro Epistolis Pontificum.* [*Vnum etiam obseruasse mihi videor in Posseuini Moscouia* (qui perinde vt Coccius a Turriano petiisse videtur.) *Auctorem hunc laudant graeci in responsionibus ad Cardinalem de Guise.* Clariss. Caueo [*Histor. litter. script. eccles. tom. I. p. 135.*] hic *Magnes* videtur esse Hierosolymitanus presbyter, quem Germanus, patriarcha CPol. in dogmatico MS. ad Anthimum testatur interfuisse concilio Antiocheno, aduersus Paulum Samosatenum a. C. 265. [Vtinam hos libros aliquis bono ecclesiae in lucem proferat, siue Magnetem illum, Hierosolymitanum presbyterum, siue Macarium Magnetem auctorem habeant, cuius fragmenta exstant in Nicephori CPol. antirrheticis MSS. *Fabric.*

Fuit nimirum praeter Magnetem illum Hierosolymitanum, cuius nullus alius veterum scriptorum, nisi Germanus, patriarcha, mentionem iniecit, alius adhuc MACARIUS MAGNES, quem cum isto Magnete Hierosolymitano perperam confudit Caueus, vtrique opus illud apologeticum tribuens *l. l. pag. 135. et 379. seq.* et de quo pluribus exposuerunt Tillemontius in *Histoir. des Empereurs*, in vita Constantini M. *cap. 93. tom. IV. p. 487. seq.* cuius locum exhibuit quoque Fabricius in *Delectu argum. et syllab. scriptt. de verit. relig. chr. p. 66. seq.* et Magnus Crusius, Goettingensis nuper Theologus, cuius duae de hoc viro extant Dissertt. quarum altera exhibet *Notitiam Macarii Magnetis, Goett. 1737. 4.* in altera autem agitur *de θεολογυμένοις Macarii Magnetis ex Fragmentis operis deperditi* Ἀποκριτικῶν, *pro christiana religione adversus gentiles conscripti, erutis et ad meliorem intelligentiam argumentorum adversae partis perpetuo Parallelismo scriptorum Porphyrii illustratis. ibid. 1745. 4.* hancque, si longior illi vita contigisset, tertia adhuc fuisset exceptura, in qua argumentum illud fuisset persecuturus et absoluturus. [Praeter hos vero de eodem viro nonnulla etiam disputarunt Ceillier in: *Histoir. des Aut. eccles. tom. IV. pag. 276. seq.* et Gallandus in *Bibl. PP. tom. III. Proleg. cap. XIII. pag. XXXIII.* quorum vtrumque tamen Crusii scripta, praecipuo in hac causa loco habenda, latuerunt.

Hunc igitur virum *Macarium* proprio nomine fuisse adpellatum, bene demonstrauit Crusius *Diss. I. §. 3.*; vtrum vero *Magnetis* nomen et ipsum fuerit proprium ei, an vero gentis nomen, de eo ne ipsis quidem saec. IX. antistitibus orthodoxis, qui in huius viri vitam et scripta accuratius inquisiuerunt, certi quid constitisse, luculenter adparet ex inedito Nicephori loco a Crusio *Diss. I. §. 5. p. 13.* in medium allato. Neque enim, vt perperam statuit Caueus *l. l. pag. 379.* cum illo Macario, Magnetum episcopo, cuius apud Photium cod. LIX. *p. 55.* mentio iniicitur, eundem, attamen et ipsum episcopi dignitate ornatum, fuisse, idem Crusius *l. l. §. 6. et 7. pag. 15. seq.* praeclare docuit, eiusque aetatem saec. III. exeunti aut IV. ineunti, argumentis cum externis, tum internis vsus, adsignauit *§. VIII—XIII.* Quod vero

ingenii

ingenii ipsius monumenta attinet, duorum potissimum scriptorum memoria ad nos translata est, quorum primum V. libris constans, ἀποκριτικῶν nomine fuit insignitum, et gentilibus, Euangelii calumniatoribus, oppositum atque Theostheni cuidam inscriptum, minime vero, vt plerorumque sententia tulit, *aduersus* eum scriptum, sed, si vera est Crusii coniectura, *Dissert. laud.* §. *XVI.* proposita, Porphyrii potius impugnandi causa compositum. Huius autem scripti, quod Io. Damasceni temporibus notissimum fuisse monuit Le Quien in *Nott. ad Opp. eius tom. I. pag. 271.* integer olim codex in Bibliotheca Veneta extitit, quod, praeter antiquorum illius Bibliothecae catalogorum fidem, (cf. Montfaucon *B.bl. Biblioth. tom. I. pag. 474.*) inprimis etiam constat ex testimonio Francisci Turriani, qui non modo libros istos Magnetis apologeticos in Bibliotheca ista sua aetate adhuc seruatos fuisse, diserte testatus est in *Tract. pro Canonib. Apostol. lib. IV. pag. 317.* (edit. Lutet. 1570. 8.) et in Opere *de Eucharistia contr. Volanum Polonum, pag. 92. seq.* (Flor. 1575.) sed plura etiam in scriptis suis inde protulit excerpta, partim graece, partim latine edita, quae post ex illo repetierunt Fabricius in *D lect. argum. ac Syllab. scriptt. de ver. relig. christ. pag. 65. et pag. 70. seq.* atque Gallandus in *Bibl. PP. tom. III. p. 541. seq.* Hic vero posterior quanquam fragmentis isto in loco exhibitis *Proleg. cap. laud. pag. XXXIV.* alia quaedam ex eodem Turriano serius, vt dicit, a se detecta, adhuc subiecit, tamen, aeque ac Fabricius, plura adhuc, in Turriani scriptis occurrentia, omisit; id quod facile intelligi potest ex diligentissima omnium fragmentorum, a Turriano editorum, recensione in Crusii *Diss. laud.* §. *XVIII.* reperiunda. Nobilissimum vero eorum fragmentum de praesentia corporis et sanguinis Christi in S. Coena ex alio quodam fonte Bibliothecae Achillis Statii produxit Thomas Bozius Eugubinus, *de signis ecclesiae Dei, tom. II. lib. XIV. p. 71.* eiusdemque fragmenti partem repetierunt etiam Iodoc. Cocius in *Thesaur. cath. tom. II. pag. 607.* Iul. Caes. Bulengerus in *Diatr. III. ad Casaub. Exerc. pag. 164.* Zacharias Cretens. in *Responsionib. ad Claudium Guisium Cardinal. Lotharing.* a Ioach. Lamio ad *Nicetae Enarrat. in Epist. I. ad Corinth. part. I.* editis *pag. 77.* et Leo Allatius in *Exercit. contr. Creyghtonum, p. 563.* Hunc tamen codicem non amplius in Bibliotheca illa exstare, praeter alios plures, qui eius rei fidem fecerunt, cum Boiuinio, tum Crusio, (vid. *Dissert. laud.* §. *XV. pag. 41.*) testatus imprimis est Cl. Abbas Morelli in Dissert. de publica S. Marci biblioth. (cf. Villoisoni *Anecd. gr. tom. II. p. 264.*) itemque in litteris ad Ill. Harlesium datis, e quibus nonnulla hic refert in *Addend. ad Introd. in hist. ling. gr. tom. II. part. II. pag. 358. sq.* Praeter hunc autem codicem Venetum nonnulla ex hoc Magnetis opere exhibentur etiam, teste quidem catalogo MSS. Bibliothacae Vaticanae, qui olim penes episcopum Noruicensem in Anglia fuit, (vid. Crusium *l. l. pag. 41.*) in bibliothecae huius codice quodam, itemque, narrante Villoisono *l. l.* in codice Marciano DIII. Praeterea vero permulta horum librorum fragmenta exstant etiam in Nicephori, patriarchae CP. libris *antirrheticis aduersus Iconomachos*, quae singulatim enarrantur, addito simul cuiusque argumento, in Crusii *Dissert.* saepe iam laud. §. *XVII.* Haec autem fragmenta ineunte hoc saeculo ad finem nunc vergente ex regiis codicibus descripta, vna cum integro Nicephori opere in lucem emittenda in se recepit Anselmus Bandurius, edito iam hanc in rem *Conspectu Operum S. Nicephori. Paris. 1705. 8.* quem post Fabricius *Biblioth.* hui. *graec. Vol. VI. pag. 640. seq.* inseruit. Verum cum hic promissis non stetisset, eorundem fragmentorum ex tribus Codicibus optimae notae, Regio Parisino, Colbertino et Coisliniano, edendorum denuo spem

fecit Magnus Crusius in: *Differt. Epistol. ad, D. Christianum Wormium*, (*Lipf. 1728. 4.*) *pag. 8. feq.* itemque in Differtatt. saepius iam commemoratis. Verum nec hic promissa sua perfecit, sed in vno hoc substitit, quod in duabus illis, quarum mentionem modo inieci, Differationibus nonnulla huius libri ἀποσπασμάτια, ex opere isto Nicephoriano depromta, hic illic exhibuit publicique iuris fecit. Hoc ipso vero alterius etiam operis, a Macario conscripti, quod *Sermones in Genefin* complexum est, neque tamen vltra historiam creationis et lapsus primorum hominum pertinuit, plurium fragmentorum obtinendorum omnis spes euanuit. Nam et huius operis fragmentorum aliquot, ex MS. codice Cardinalis Ottoboni edendorum spes ab vtroque viro fuerat facta, quam tamen et ipsam neutri eorum implere licuit, praeterquam quod a Crusio horum etiam fragmentorum specimina quaedam in Differtt. laud. occasione data exhibita sunt. Praeter haec vero Magnetis scripta nonnulla etiam eius fragmenta occurrunt in collectione MS. rerum moralium apud Montfauconum in *Bibli. Coislin. cod. CXII pag. 186.* et apud eundem habetur etiam in margine *cod. CCV. pag. 265.* annotatio parua Macarii Magnetis in Iudam. *Keil.*

13. DEMETRIVS, quem inter testes pro defendendo Origene laudauit auctor Anonymus apud Photium *Cod. CXVII.* una cum Dionysio, Alex. Clemente, aliisque, fuit episcopus Alexandrinus ex Origenis historia notissimus, de cuius scriptis nihil alioqui mihi compertum, [nisi quod Euseb. *Hist. eccles. VI. 8.* epistolas, Origenis proscindendi caussa ad omnes toto terrarum orbe episcopos ab eo scriptas, commemorat, similiterque Hieronymus etiam eum in *Catol. scriptt. eccles. cap. 54. tanta*, tradit, *in Origenem debacchatum esse insania, vt per totum mundum super nomine eius scriberet. Keil.*]

14. THEOGNOSTVS, Alexandrinus, Origenis discipulus, et post illum 48) Catechefeon in schola Alexandrina magister atque ἐξηγητὴς 49), Athanasio laudatus 50), et Photio Cod.

48) Non quidem proxime, sed post quatuor aut quinque demum alios. Dubia enim est circa haec ipsa tempora doctorum illius scholae successio; qua de re imprimis cernendi sunt Dodwellus in *Differtt. in Irenaeum*, *pag. 508 feq.* et Ioh. Aug. Dietelmair in Pr. quo *veterum in schola Alexandrina doctorum seriem exponit. Altorf. 1746. 4. Keil.*

49) Quid sibi velit hoc vocabulum, quo, Photio teste, in ipso libro Hypotyposeon titulo adpellatur, Theognostus, de eo non consentiunt inuicem viri docti. Dodwellus quidem *l. c. pag 512* hoc vocabulo ipsam illam, qua functus est Theognostus, scholae catecheticae praefecturam et publicum in ea docendi munus significari statuit, in quo consentientes secum habet Io. Georg Michaelem in *Exercit. de scholae Alex. sic dictae catechet. origine, progressu ac praecipuis doctoribus*, inserta *Symb. litter. Brem. tom. I. part III. § 2. pag. 201. et §. 10. pag 274.* atque Gallandum in *Proleg. ad tom. III. Bibl. PP. c. XIX. § 11. pag. L* dubitante contra de coniecturae huius veritate Lardnero *l. l. lib. I, c LII. §. 1. part. II. Vol. III. pag 156 feq.* Semlerus vero in *Introd. Polem Baumg.* praemissa *Vol. III pag. c.* hac voce presbyterum, et quidem episcopo dignitate proximum, indicari defendit. Alii denique omnino de librorum sacrorum interprete explicant. Quarum sententiarum quaenam vero proxima esse videatur, penes alios sit iudicium. *Keil.*

50) Sed ab Eusebio et Hieronymo silentio plane praetermissus, cuius rei e malo, vt putauit, dolo repetendae hanc sibi caussam reperisse visus est Baronius in *Ann ad an. CLX. LIX.* quod τῆς ὁμοουσίας in doctrina de Filio Dei strenuus fuisset assertor; a qua tamen suspicione Eusebium vtique liberandum

Cod. CVI. qui eius *feptem libros Hypotypofeon* recenfet, [in quem Photii locum vid. quae commentati funt Fabricius infr. *Vol. IX. pag. 408. feq.* Semlerus *l. l. pag. 5. feq* et Roeslerus in: *Biblioth. der Kirchenv. Vol. II. pag. 333.* praeter Photium autem, cui hi Theognofti libri multa a vero aliena vifa funt continere, nonnulla in eo taxauit etiam Gregorius Nyffen. *lib. III. contr. Eunom.* Ipfa autem huius operis fragmenta ab Athanafio variis in locis feruata, neque tamen, quod profecto mirandum, omnia, a Gallando inferta funt *Biblioth. PP. tom. III. pag. 662.*] Vide Athanafium *de decretis Synodi Nicaenae tom. I. pag. 274.* et *in illud quicunque dixerit verbum p. 755.* Henr. Dodwellum *ad fragmentum Philippi Sidetae p. 611.* et quae pro vindicanda Theognofti doctrina difputat Georgius Bullus in *Defenfione fidei Nicaenae [Sect. II. c. X. §. 7 feq] p. 227. feq.*, [itemque Prud. Maranus *Diuin. I. C. lib. IV. cap. XXIV. §. 1.* et *11. p. 551* feq. Praeterea vero de eodem etiam confulendi funt Du Pin in: *Nouv. Bibl. des Aut. eccles. tom. I. pag. 191.* Ceillier in: *Hiftoir. gener. des Aut. eccles. tom. III. cap. XIX. pag. 329. feq.* et Gallandus *l. l. pag. XLIX. feq.* *Keil.*]

15. ANATOLIVS, Alexandrinus, in epifcopatu Laodiceno Eufebii, de quo iam memoraui, fucceffor. De illius fcriptis vide, fi placet, quae dicta a me funt *libro III. cap. 11.* vbi et fragmenta quaedam fub illius nomine edidi, [*Vol. III. pag. 461. feq.* edit. rec. vbi, quae ab Ill. Harlefio iam funt obferuata, iis nos vnum hoc nunc addimus, Canonem noftri Pafchalem, ex verfione Rufiniana, graecis Eufebii intertextis, cum latina interpretatione notisque Valefii, additoque Aegidii Bucherii in Canonem iftum Commentario, exhiberi etiam a Gallando *Bibl. PP. tom. III. pag. 145. feq.* qui et in Prolegg. huic Volumini praemiff. *cap. XV. pag. XXXVII.* de ipfo Anatolio pluribus expofuit, verfionemque Canonis eius nouis argumentis Rufino afferere, eoque ipfo αὐθεντίαν eius, in dubium a nonnullis vocatam, denuo confirmare ftuduit. Praeter hunc vero de eodem Anatolio conferri etiam poterit Bruckerus in *Hiftor. crit. Philofoph. tom. III. pag. 459. feq.*] et lib. IV. c. XXIX. §. 15. Nunc iuuat tantum notare quod ipfe apud Eufeb. *VII. 32. p. 287.* mentionem facit Iudaeorum fcriptorum, vt Philonis, Iofephi, et *Mufaei*, atque antiquiorum *Agathobuli* [51]) et *Ariftobuli*, Paneadenfis [52]), vnius ex illis, qui in gratiam

dum effe ftatuunt Caueus in *Hiftor. litt. fcriptt. ecclef. tom. I. pag. 147.* et Tillemontius *l. l. in vit. Origen. art. 37. tom. III. part. III. pag. 2??.* eam contra confirmantibus Huetio in *Origen. lib. I. fect. I. §. 3.* et Gallando *l. l.* Dodwellus autem *l. l. pag. 512.* iftud Eufebii filentium cuidam potius negligentiae huius fcriptoris in rebus fui temporis minus, quam in aliis accurato tribuendum effe ftatuit, huicque fententiae accedere videtur etiam Lardnerus *l. l. pag. 160.* *Keil.*

51) Imo duorum potius Agathobulorum mentionem facit, qui magiftrorum vel doctorum cognomine fuerint adpellati. Hos vero, quod Philone et Iofepho antiquiores dixit Anatolius, in eo nefcio, vtrum recte poffit cum Valefio in *Nott. ad Eufeb. loc.* erroris propterea accufari, quoniam Agathobulus philofophus temporibus Hadriani demum floruerit. Etenim iure profecto fuo iam admonuit Strothius in *Animadv.* verfioni Eufeb. germ. fubiectis, *tom. I. pag. 605.* nondum euictum effe, iftum Agathobulum philofophum ab Eufebio in chronico commemoratum, eundem effe cum Anatolii Agathobulo Iudaeo, potuiffeque plures ifto nomine vti: vt taceam nunc illud, ab ipfo Anatolio non vnum, fed duos Agathobulos commemorari. *Keil.*

52) Paneadenfem fuiffe iftum Ariftobulum, non ab ipfo Anatolio apud Eufebium traditur, fed in Rufini tantum verfione legitur, et haud dubie ex deprauata lectione τε πάνυ, quo Anatolius Ariftobulum iftum infigniuit, ortum eft. Caeterum hunc virum in iis fuiffe, qui libros legis graece fuerint inter-

tiam Ptolemaei Philadelphi libros legis graeci interpretati sunt. [Deinde ab hoc Anatolio diuersum esse 1) Anatolium, ethnicum, Iamblichi magistrum, cui Porphyrius quaestiones Homericas inscripsit [quem Valesius in *Annot. ad Euseb. pag. 158.* perperam eundem iudicat cum episcopo Laodiceno, in quo vero iure iam castigatus est a Bruckero in *H. P. crit. Philos. tom. II. pag. 261.*] tum 2) Anatolium, Berytium ICtum, de quo Eunapius in Proaeresio, et ad quem Libanii exstant Epistolae, 3) Anatolium, qui in Geoponicis frequenter allegatur et in Hippiatricis, et cui fragmentum de Antipathiis et Sympathiis *lib. IV. cap. 29.* supra a me vulgatum, tribuit D. Io. Rendtorfius, [quod Fabricius ipse *l. l.* priori potius Anatolio, Iamblichi magistro, tribuit, in quo tamen ab eo dissentit Ill. Harlesius supr. *Vol. III. pag. 46*. qui locus hic omnino est efrendus, cum et ibi plures *Anatolii* enumerentur. Caeterum integrum huius viri nomen fuisse videtur Vindanius Anatolius Berytius, quoniam sub hoc triplici nomine saepe in Geoponicis citatur, hincque fuerunt, qui eum cum superiori Anatolio Berytio eundem fuisse iudicarent, de quo vid. quae ab Harlesio *ll.* sunt obseruata.] Nec minus 4) Anatolium, CPolitanum, qui interfuit Synodo Chalcedonensi et cuius nonnulla leguntur in Graecorum Octoecho, [de quo plura vid. in Cauei *Histor. litter. script. ecc.* [illegible] *tom. I. pag. 442.* Extat eius Epistola ad Leonem Imp. de concilio Chalcedonensi et rebus a Timotheo Aeluro Alexandriae gestis, sed latine tantum in Mansi *Collect. Concil. tom. VII. pag.* [illegible] graece autem legitur in Cod. LXXI. et CXI. bibl. Bodlei. (vid. *Catalog. libr. MSptor. Angliae et Hiberniae in unum collect. part. I. pag. 8. et 12.*) Alia vero eius epistola ad Leonem, episcopum romanum, graece primum exhibita est in *Leonis M. Opp. tom. I. pag. 1121. edit.* Baller. latine vero extat in Mansi *Collect. Concil. tom. VIII. pag. 766.*] 5) Anatolium, ad quem directa est Hieronymo tributa praefatio, quae Victorini Commentario in [illegible] praemittitur. 6) Anatolium, episcopum Lerinensem circa A. 484. de quo [illegible] *pag. 369. seq.* 7) Anatolium, Timothei Aeluri, patriarchae Alex. fratrem, etc. [His addendi praeterea Anatolium, diaconum, et duos ICtos, supra *Vol. III. pag. 462.* commemoratos, 8) Anatolius, episcopus Adanes, cui inscripta est Io. Chrysostomi epist. 111. itemque 9) Anatolius, Eparchicus, ad quem eiusdem Chrysostomi epist. 205 scripta est. 10) Anatolius, presbyter, ad quem extat Nili epistola, lib. III. epist. 51. edit. Allatii, tresque aliae, eidem inscriptae, occurrunt in Cod. CCCCLXIII. bibl. Coisl. apud Montfaucon. *pag. 562.* quae tamen in edit. Allatii referuntur ad Colobarsium et Berinum, monachum, lib. III. ep. 53 54. 11) Anatolius, episcopus Thessalonicensis, cuius varii commemorantur in Ioannis Baptist. decollationem sermones, infr. *Vol. VI. pag. 537. et Vol. IX. p. 100.* Denique 12) Anatolius, monachus Studita, qui inter Melodos laudatur infr. *Vol. X. pag. 150.* Tandem 13) Anatolius, ad quem tres commemorantur epistolae Theodori Studitae ineditae apud Montfauc. in *bibl. Coisl.* cod. XCIV. *pag. 145. 146. et 149.* atque in cod. CCLXIX. *pag. 314. 316. et 320.* *Keil.*]

16. PIERIVS

interpretati, falso defendi, docuit iam Scaliger in *Animadv. ad Euseb. pag. 130.* et post hunc alii etiam in dubium vocarunt, de quibus vid. quae supra iam *Vol. III. pag. 469.* sunt obseruata. Praeterea vero libros etiam explanationum legis Mosaicae (βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωυσέως νόμου) ab Anatolio in eodem loco scripsisse dicitur. Verum et hos libros aperte suppositos omninoque omnem huius viri causam admodum dubiam esse, [illegible] grauibus argumentis nuper demonstratum est in Ill. Eichhornii *Bibl. Litter. bibl. Vol. V. P. II. pag. 253. seq.* Keil.

16. PIERIVS, presb. et catecheta Alexandrinus [53]), fuit praeceptor Pamphili, martyr, vt Photius testatur, martyr et ipse [54]) cum fratre suo, Isidoro, vnde Martyrologia cum colunt 4. Nov. Inter criticos sacros et emendatores textus graeci noui Testamenti laudatur a Richardo Simone praef. ad lib. 1. Hist. crit. N. T. [quod quo nitatur vid. apud Hodium de Bibl. text. origin. l. IV. c. 2. pag. 622. et Millium in Proleg. ad N. T. n. 727.] Is ob alias etiam causas Origenes iunior dictus est [55]), de quo vide Dodwellum ad fragmentum Philippi Sidetae pag. 508. seq. De scriptis huius Pierii, Photio Cod. CXIX. et Hieronymo Epist. 52. [nunc Ep. 48. ad Pammach. pro libr. suis adv. Iovin. Opp. tom. IV. part. II. p. 243. edit. Martian. et in Catal. script. eccl. cap. 76.] laudatis, nihil habeo, quod addam praestantissimi Cauei industriae. [Habuit tamen quod accuratius certe constitueret Lardnerus l. l. Cum enim Pierium dicit, Hieronymo teste, *commentarios in primam ad Corinthios epistolam* scripsisse, non male monet pag. 171. id quidem non diserte ab Hieronymo doceri, sed vnum hoc ab illo tradi, Pierium aliquo loco sensum Pauli edisseruisse; vtrum hoc in homilia aliqua, aut epistola, aut alio libro, vel in peculiari Commentario factum fuerit, id non diserte ab eo definiri. Quod vero idem Caueus librum in pascha et prophetam Hoseam atque Commentarium in Lucam inter duodecim libros, a Photio lectos atque commemoratos, refert, id, si vel maxime, vt Lardnerus quidem statuit l. l. pag. 176. de posteriori valeat, tamen de priore non videtur recte defendi. Certe Hieronymus Commentarium in Hoseam aliquoties, tanquam peculiarem eumque, vt diserte dicit de vir. illustr. l. l. longissimum tractatum commemorat.] Doctrinae puritatem asserit Georgius Bullus in *defensione fidei Nicaenae* [sect. II. c. 13.] pag. 262.

17. De PAMPHILI, presb. Caesareensis ac martyris, vita tres libros scripserat *Eusebius*, summus eius amicus, a quo et Pamphili nomen adsciuit. Illos memorat Eusebius ipse lib. 6. cap. 32. et lib. 7. Hist. c. 32. pag. 288. et de martyribus Palaestinae p. 336. atque [praeter exiguum aliquod fragmentum, ab Hieronymo in Apolog. adv. Rufin. l. I. tom. IV. pag 357. edit. Bened. seruatum.] intercidisse multi mecum dolebunt. Fragmentum de Martyrio Pamphili, quod a. C. 309. [56]) sub Maximo alacriter subiit, ex tertio vt putat illius operis [deperditi

Eusebiani

53) Hanc cum fuisse, solo Philippi Sidetae testimonio nititur: Photius enim non vt rem certam, sed ex aliorum tantum narratione acceptam tradit, φασὶ, inquiens cod. CXIX. καὶ τῆ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ... γίνεσθαι παιδευτής. Eusebius vero et Hieronymus ea de re prorsus tacent. Neque etiam negari potest, multas et graues circa ordinem doctorum illius scholae constituendum inde oriri difficultates, de quibus e medio tollendis admodum solliciti fuerunt Dodwellus in Nott. ad Sidetae fragm. pag. 508. seqq et Caueus l. l. tom. I. pag. 146. Hinc non immerito omnem hanc rem ... dubium vocasse videtur Lardnerus l. l. lib. I. c. LIV. part. II Vol. III. pag. 173. a cuius sententia nec multum abesse videntur Tillemontius l. l. tom. IV. part. III. pag. 1225. et Ern. Schroeckhius in Hist. eccles. christ. Vol. IV. pag. 425. Keil.

54) Etiam huius martyrii Pieriani admodum dubia est fides, cum Hieronymus eum *post persecutionem* (Diocletianam) *omne vitae tempus Romae fuisse versatum* tradat; quare de hoc etiam dubitarunt Tillemontius et Lardnerus ll. ll. Keil.

55) Ob sermonis nimirum, vt Hier. de script. illustr. c. 76. testatur, tractatuumque elegantiam; vnde etiam Eusebius eum H. E. l. VII. c. 32. inter viros σπανιωτάτους γενομένους refert, eumque dicit τοῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις, καὶ ἐξηγήσεσι καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένον. Keil.

56) Huic enim anno martyrium eius, Hieronymo quidem teste, adsignandum esse, pluribus demonstrauit Tillemontius l. l. tom. V. part. III. in vit. Pamphil. not. III. pag. 361. Keil.

Eusebiani libro seruatum graece e MS. Mediceo, cum latina versione exhibet Papebrochius in *Actis Sanctorum* Calendis Iunii *pag. 64 — 70.* [ex quo id ipsum repetierunt Fabricius in *Spicileg. P. P. S. c. III.* in Hippolyti *Opp. tom. II. pag. 217. seq.* et Gallandus in *Bibl. PP. tom. IV. pag. 41. seq.*] Sed et quae ex Metaphraste de Pamphilo Surius [*d. 1. Iun. pag.* 1. latine] vulgauerat, ex illis Eusebii libris maximam partem petita esse [57]), viri docti sibi persuaserunt. De Bibliotheca et διατριβῇ siue schola, quam Caesareae Palaestinae instituit [58]), de Codicibus scriptorum sacrorum graecae interpretationis, quos cum Eusebio emendauit [59]), deque aliis praeclaris monumentis, quae sua manu descripta reliquit [60]), quemadmodum etiam de aliis rebus ad hunc martyrem pertinentibus, accurate ac diligenter disseruit Tillemontius *tomo V. Memor. Hist. Eccles. parte 3.* [*pag. 54. seqq.* et *357. seqq.*] Scripta ipse reliquit nulla, praeter quasdam *Epistolas* et *Apologiam pro Origene*, quam cum Eusebio composuit, a quo etiam post Pamphili mortem additus est liber sextus [id quod praeter Socratis *H. E. lib. III. c. 7. et lib. VI. c. 27.* atque Photii cod. CXVIII. itemque Anonymi apud eundem cod. CXVII. ipsius etiam Eusebii fide dignissimo testimonio *H. E. VI. 33.* constat]. *Primus* liber [61]) ex Rufini versione inter Origenis et Hieronymi Opera saepius prodiit, [omnium vero optime haud dubie editus est a recentissimo Operum Origenis editore, de la Rue, *Adpend. tom. IV. pag. 17 — 44.* cuius editionem repetiit etiam Gallandus in *Bibl. PP. tom. IV. pag. 3. seqq.* qui et *Proleg. c. 1.* pluribus de Pamphilo hoc exposuit. Caeteri exceptis, quae Photius Cod. CXVIII. [et Hieronymus *lib. I. in Ruf. pag. 359.* atque Socrates *H. E. lib. III. c. 7.*] seruarunt, fragmen-

57) Valesius quidem in *Annott. ad Euseb. pag. 180.* non ex *vita Pamphili*, sed ex libro *de martyr. Palaestin.* ea desumta esse statuit, in quo tamen obstitit ei Papebrochius *l. l.* qui vtique ex Pamphili vita hanc narrationem translatam esse defendit, huncque et alii ea in re secuti sunt. Verum Lardnerus vtramque narrationem, cum illam, quam Papebrochio debemus, tum et hanc, quae ex Simone ducta est, Eusebio prorsus abiudicat, et a fraudatore ad ductum narrationis Eusebianae, in libro de Martyr. Palaest. occurrentis, effictam esse opinatur *l. l. §. X. pag. 325 seq.* *Keil.*

58) De bibliotheca illa, a Pamphilo Caesareae instructa praeter Tillemontium consulendus etiam est Lardnerus *l. l. §. III. pag. 307. seq.* qui idem *§. VI. pag. 314.* de schola etiam, ipsi tributa, disputat, variasque de illa dubitandi caussas commemorat, vocabulumque διατριβῆς, ab Eusebio vsurpatum, de vitae, a Pamphilo actae, ratione mauult intelligere. *Keil.*

59) Huius operae in constituendo textu versionis Alexandrinae, a Pamphilo vna cum Eusebio positae, luculentum monumentum ad nostra vsque tempora translatum est, in Codice, prophetarum libros continente, quem penes Claromontanos patres Soc. Iesu asseruari testantur Huetius *Origen. l. III. c. 2. §. 4. pag. 261. seq.* et Montfauconus in *Proleg. ad Origen. Hexapl. c. I. §. 5. pag. 14. seq.* itemque *c. XI. §. 4. pag. 79.* In eo enim ante Ezechielem adnotatum est, descriptum eum esse ex Origenis Hexaplis et correctum ad Tetraplorum fidem, idque opera Pamphili et Eusebii. De ipso vero Pamphili studio isto, versionem hanc spectante, consulenda etiam sunt, quae scripsit I. G. Eichhornius in *Introd. in libr. V. T. tom. I. pag. 340.* *Keil.*

60) Huius etiam operae, in describendis libris potissimum sacris atque Origenis Commentariis a Pamphilo positae, monumentum aliquod exstare testatur Montefalconus in *Bibl. Coisl. pag. 251. seq.* vbi Codicem quendam, Epistolarum Pauli partem complectentem profert, qui in nota ei subiecta collatus esse dicitur cum codice, ipsius Pamphili manu exarato, et in Bibliotheca Caesareensi asseruato, quemque Wetstenius deinde inter Codices epistolarum Paulinarum a se collatos littera H. significauit. *Keil.*

61) Cuius argumentum vberius enarrauit Ceillier in: *Hist. des Aut. eccles. tom. III. pag. 440.* *Keil.*

fragmentis, perierunt, [quae autem de eorum argumento ex veterum scriptorum narratione constant, studiose collegit, quem modo laudauimus, de la Rue, in *Admon. ad Apol. pag. 13.*] Perierunt etiam Pamphili Epistolae. S. Hieronymum, qui Pamphili nullas in illa Apologia partes fuisse contendit, *[epist. XLI. ad Pamm.* et *adv. Rufin. lib. I. pag. 357. lib. II. pag. 419. lib. III. pag. 447.*] multis refellit in notis ad memorias suas laudatus Tillemontius *pag. 358. seq.* [praeterque hunc idem fecere Huetius *Origen. lib. II. c. III. §. XVI. pag. 190.* Bullus in *Defens. fid. Nic. sect. II. c. 9. pag. 227.* et *cap. 13. pag. 263.* Ceillier *l. l. pag. 438. seq.* Fontanini in *Histor. liter. Aquilei. l. V. c. 1. §. V. et VI.* et *cap. V. §. III. p. 208. 254. seqq.* De la Rue *l. l. pag. 6. seq.* Maranus *de diuin. I. C. lib. IV. c. XXIV. §. V. pag. 554.* et qui de hac Apologia eiusque historia inprimis est conferendus, Chr. Guil. Franc. Walchius in: *Histor. der Kezer. Vol. VII. pag. 430. seq.* Nihilominus tamen in Hieronymi potius sententiam sibi discedendum esse putarunt Barth. Germon in libr. *de veteribus haereticis ecclesiasticor. codicum corruptoribus lib. II. part. I. cap. XI. pag. 305. seq.* Norisius in *Diss. de Synodo quinta, cap. XIII. tom. I. Opp. pag. 802. seqq.* (praeclare tamen is refutatus a Doctiss. Ballerinis *Obseruatt. lib. III. c. 10. pag. 980. tom. IV. Opp.*) et, quod profecto mireris, Ern. Sal. Cyprianus in *Notis ad Hier. de vir. illustr. cap. 75.*

Praeterea vero etiam ἔκθεσιν κεφαλαίων τῶν πράξεων, quam sub Euthalii, episc. Sulcensis, nomine sub finem seculi superioris ediderat Laur. Alex. Zacagnius in *Collect. Monument. Eccl. Gr.* quaeque ante iam sine nomine auctoris exstabat ante commentarios Oecumenii in Acta, indeque in omnes fere meliores N. T. editiones fuerat translata, primus sub Pamphili nomine edidit, eique vindicare studuit Montfauconus in *Bibl. Coisl pag. 78.* ex eoque cum Zacagnii editione collatam, adiunctis aliis quibusdam libri Actorum in capita diuisionibus repetiit Fabricius in Opp. Hippolyti *tom. II. pag. 205. seq.* et post eum Gallandus in *Bibl. PP. tom. IV. pag. 3. seq.* Verum huic sententiae de Pamphilo, istius ἐκθέσεως auctore, restitit post Wetstenius in *Prolegom. N. T. tom. I. pag. 73. seq.* eamque Euthalio iterum vindicare studuit, errorem que librariorum, Pamphilo eam tribuentium, inde ortum iudicauit, quod Euthalium legerint Pamphili codicem, in Bibliotheca Caesareensi adseruatum, consuluisse, suamque editionem cum illo contulisse; qua in re consentientem secum nactus est Lardnerum *l. l. §. VIII. pag. 320. seq.* repugnante contra Gallando in *Prolegg. ad tom. III. c. 1. pag. IV.* qui idem tamen illius *Biblioth. tom. X. pag. 199. seq.* eandem ἔκθεσιν Actuum Apostolicorum, et quidem multo pleniorem, vna cum epistolarum catholicarum atque Paulinarum editione Euthaliana sub Euthalii iterum nomine edidit. Alii vero inter quos e. c. pertinet Io. Aug. Ernesti in *Institut. Interpr. N. T. part. III. c. 1. §. 17. p. 157.* edit. Ammon. rem in dubio reliquerunt. *Keil.*]

18. LVCIANVS, Antiochenus presbyter[62]), de quo, vt de aliis huius nominis, dixi *lib. IV.*

62 Hunc eum fuisse, Hieronymus etiam tradit *de vir. illustr. cap. 77.* vbi additur tamen, teste quidem Cypriano, in cod. Guelpherbytano et hoc: *postmodum Nicomediae pro episcopo*, similiterque, vt Fabricius in *Not.* iam obseruauit, Honorius etiam *de script. eccles. l. I. cap. 78.* dicit, eum postmodum Nicomediae episcopum fuisse; quod tamen haud dubie ex errore quodam ortum est, qui vnde profectus fuerit, bene docuit Lardnerus *l. I. cap. LVIII. §. 1. pag. 270. Keil.*

IV. c. XVI [nov. edit. c. *XVIII. Vol. V. pag. 351.*][63]) neque in praesenti habeo [illegible], nisi quod Stephanus le Moyne *Notis ad Varia sacra p. 541.* ex Hieronymo obiectat, [illegible] *LXX interpretum, a Luciano recensitae*, de qua *lib. III. c. 13. §. XIV.* dictum est, [illegible] obtinuisse olim per totam fere Asiam minorem ab Antiochia Thraciam et Byzantium [illegible][64]), idque probat e Lactantio Nicomediensi: Clarissimus vero Grabius vti Epistola [illegible] [*pag. 47.*] non dubitat in editione Graecorum Bibliorum Romana hodie [illegible] ex interpolatione *Hesychii* Alexandrini, sic in *prolegomenis ad tom. IV. Biblior. Graecorum* Oxoniae a se editorum *cap. 1. §. 7. seq.* confirmat, librum Iobi in Codice MS. Alexandrino ex Luciani recensione exstare. Video etiam Iacobo Duportо *praef. ad Psalmos* felicissime Carmine graeco a se expressos verisimile visum, quod in MS. Vaticano editio Luciani [illegible]. Et If. Vossius *praef. ad appendicem de LXX. Interpretibus* scripsit Lucianeae editionis, quae in multis etiam exstet Orientis ecclesiis, exemplar habere reginam Christinam, a qua illud se impetraturum speret. De eadem videnda Athanasii *synopsis Scripturae*, auctarium Theodoriti *pag. 6.* et Euthymius *praefat. in Psalmos pag. 193.* Suidas in Λουκιανός. Ex recentioribus [I.] Hottingerus *pag. 230. fasciculi dissert. theol. philol.*, et Io. Morinus *Exerc. Bibl. pag.* [illegible] [itemque Tillemontius *l. l. tom. V. part. III. not. III. ad vit. Lucian. pag. 404. seq.* Rich. Simon in *Hist. crit. V. T. lib. II. c. 3. pag. 199. seqq.* Hodius *de bibl. text. origin. lib. III. cap. 3. pag. 626.* et Lardnerus *l. l. §. 11. pag. 272.* Praeter hanc vero editionem τῶν ό Lucianeam Hieronymus in *Praef. in Quat. Euang.* commemorat etiam librorum N. T. editionem a Luciano et Hesychio nuncupatam, in eaque multa falso dicit addita esse, vnde Ierem. Iones in libr. *de canone script. Vol. I. pag. 281. 311* teste quidem Lardnero *l. l. pag. 277.* in hac editione Euangelia apocrypha a Luciano et Hesychio, Gelasio auctore, falsata, de quibus vid. Fabric. in *Cod. apocryph. N. T. part. I. pag. 137.* et *353.* et Kleukerus *über die Apocryphen des N. T. n. 923. pag. 99. seq.* sibi visus est agnoscere.] Ex *Epistola ad Antiochenos*, [illegible] seruauit auctor Chronici Alex. *pag. 648.* [quod dubium tamen videtur Lardnero *l. l. p.* [illegible].] Praeterea *breuis fidei formula* [ex libellis *de fide*, ab Hieronymo commemoratis, vt [illegible] in *Hist. litter. script. eccles. tom. I. pag. 155.* videtur, depromta,] quae incipit [illegible] ἐκθῶς τῇ εὐαγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει, exstat apud Athanasium [illegible] Synodis Ariminensi et Seleuciensi, *tom. I. pag. 892.* [*tom. I part. II pag. 735.* edit. Monfauc.] et Socratem *II. 10.* quam Synodi Antiochenae a. C. 341. patres[65]), Luciani esse affirmarunt, apud Sozomenum *III. 5.* [qui tamen ipse addit, sibi non constare, vtrum verum ea in re dixerint, an suum ipsorum foetum martyris auctoritate voluerint commendare; vnde etiam Lardnerus *l. l. p.* [illegible] haud contemnendis, vt videtur, argumentis efficere studuit, non esse eam a Luciano profectam, licet contrariam potius sententiam tuiti fuerint Geo. Bullus in *Defens. fid. Nic. sect.* *II.*

63) Vbi cum scribit noster, hunc Lucianum et ipsum, aeque ac nobilissimum illum scriptorem graecum, Samosatensem fuisse, non videtur cogitasse, quam infirma id fide nitatur, de quo neminem vidi cogitasse praeter Lardnerum *l. l. pag. 265. sqq.* *Keil.*

64) Quod in dubium tamen vocauit Martianaeus in *Annott. ad Praefat. Hieron. in Paralip. tom. I pag. 1023* ab eiusdemque sententia non multum etiam abesse videtur Lardnerus *l. l. p. 274.* *Keil.*

65) Quo factum est, vt in Conciliorum etiam collectiones reciperetur, in quarum quidem recentissima Mansiana deprehenditur *tom. I. pag. 13 — 40.* vna cum versione latina apud Hilarium reperiunda. *Keil.*

II. c. 13. §. 6. pag. 267. Ceillier in: *Histoir. gener. des Aut. eccles. tom. IV. pag. 49. seq.* et recentissime Chr. Guil. Franc. Walchius in *Biblioth. symb. vet. pag. 34.* vbi hanc ipsam formulam vna cum vetere versione latina recudendam curauit.] *Feruntur*, inquit Hieron. c. 77. Luciani *de fide libelli* [66]), *et breves ad nonnullos Epistolae. Apologiam*, ad praesidem ante martyrium a. C. 311. Nicomediae dictam, cuius meminit Eusebius IX. 6. Rufinus [67]) in latina sua versione, ex Actis, vt videtur, martyrii eius, quae ad Iohannem, presb. Nicomediensem, referunt [68]), excerptam exhibet. Non capite truncatum, sed alio mortis genere extinctum, contendit Combefisius ad S. Maximum *tom. II. pag. 718.* [praeter quem conferenda etiam sunt, quae de eadem re habet Tillemontius *l. l. Not. VII. ad vit. Lucian. pag. 410.*] Ab Eusebio dicitur *ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρατὴς καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένος.* Et a Sozomeno *l. III. c. 5. τά τε ἄλλα εὐδοκιμώτατος καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκώς.* Plura de illo Martyrologiorum scriptores, Surius ac Bollandus 7. Ianuar. [tom. I. pag. 357.] et Ruinartus in *actis selectis pag. 559. seq.* Arii haeresi praelusisse multi arguunt, aliis, cum Baronio, cum vel excusantibus vel defendentibus. Vide Tillemontium *tom. IV. Memor. part. III. [Not. 1. ad vit. Lucian. pag. 396.]* et Valesium ad Theodoritum *p. 6.* [Chr. Wormium in *Hist. Sabelliana c. X. §. VII. seq. pag. 357 — 367.* Lardnerum *l. l. §. V. pag. 285.* Semlerum in *Introd. ad Polem. Baumg. part. III. pag. 27. seq.* et Walchium in: *Histor. der Ketzerey. Vol. II. pag. 603. seq.* Bullus quidem in *defens. fid. Nic. sect. II. c. 13. §. 8. pag. 270. seq.* et Ceillier *l. l. pag. 51. seq.* difficultatem ea in re obuiam parum feliciter ita tollere studuerunt, vt alium dicerent Lucianum martyrem, alium haereticum fuisse. *Keil.*]

19. HESYCHIUS, Aegyptius episcopus, [Euseb. VIII, 13.] patria, vt videtur, Alexandrinus, iisdem, quibus Lucianus, temporibus *Graecam versionem librorum sacrorum recensere* aggressus, [de qua recensione ipsius vid. quae obseruata sunt supra *l. III. c. XIII. §. 14. Vol. II. pag. 715. seq.*] quam eius *ἔκδοσιν* ab Aegypti et vicinarum regionum ecclesiis receptam Hieronymus testatur [69]), iisdem, quibus Lucianus, temporibus martyrium subiit. Eundem suspicor primum esse auctorem *Glossarii* graeci, biblicas voces tam diligenter explicantis, quod sub Hesychii Alexandrini nomine habemus. Vide si placet quae dixi *lib. IV. cap. 35. §. 5.*

66) In quibus libellis Lardnerus *l. l. pag. 283.* parum abest, quin Apologiam Luciani, de qua mox dicitur, agnoscat. *Keil.*

67) Cui totam hanc apologiam in acceptis esse referendam, vix dubitandum videtur Tillemontio *l. l. pag. 145. seq.* et Lardnero *l. l. pag. 281.* atque Ceillierio *l. l. pag. 48.* neque ab eadem sententia multum abfuisse patauerim Caueum cum *l. l. pag. 155.* istam Luciani apologiam viua potius voce pronunciatam, quam scripto ab illo editam fuisse existimat. *Keil.*

68) Est haec quidem Bar. sententia ad *an. CCCXI. §. 3.* proposita, verum Tillemontio *l. l. pag. 145.* ad Simeonem potius Metaphrasten cum Allatio videntur referenda, eidemque diserte etiam tribuuntur in pluribus codicibus apud Lambecium in *Comment. de Bibl. Vindobon. l. VIII. pag. 478. 536. 551. 557.* edit. Kollar. De codice syriaco, Acta martyrii eius continente, in Bibl. Vaticana, itemque alio in bibliotheca coenobii Scetensis S. Mariae vid. Assemanni *Bibl. Orient. tom. III. part. I. pag. 18. seq.* *Keil.*

69) Praefat. in *Paralip. ad Chromat.* et in *IV. Euang.* in quo posteriori loco, vt paulo ante obseruauimus in Luciano, etiam editionis librorum N. T. ab Hesychio nuncupatae, mentionem inicit. *Keil.*

§. 5. [nou. edit. c. 37. §. 5. *Vol. VI. pag. 205.* Non tulit tamen haec noſtri coniectura accuratiſſimi illius Gloſſarii editoris, cl. Alberti, plauſum, de quo vid. eius *Praef. pag. V.*]

20. PHILEAS, epiſcopus Thmuitanus et martyr 70) librum de martyrum laude compoſuit teſte Hieron. *c. 78.* illum nimirum, ex quo fragmenta ſeruauit Euſebius *VIII. 10. Hiſt.* [Quanquam enim fragmenta haec, ab Euſebio ſeruata, ex epiſtola Phileae ad Thmuitanos de martyrum cruciatibus e carcere ſcripta deſumta ſunt, videtur tamen Hieronymus eandem epiſtolam ſignificare voluiſſe, cum librum de martyrum laude eum tradit compoſuiſſe. Huic vero fragmento Gallandus quidem, qui id ipſum repetiit *Bibl. PP. tom. IV. pag. 65. ſeq.* deque ipſo Philea *Proleg. cap. III. pag. VII.* pluribus expoſuit, iunxit ſimul epiſtolam ad Meletium, Lycopolitanum epiſcopum, Heſychii nempe, Pachomii et Theodori nomine a Philea ſcriptam, quam primus ex vetuſto codice MS. Capituli Veronenſis ex antiqua, vt ſibi perſuaſerat, verſione latina, ediderat Scip. Maffeus in: *Oſſeru. Letter. tom. III. pag. 11. ſeq.* quamque genuinam etiam iudicauit Chr. Guil. Franc. Walchius in: *Hiſtor. der Ketzer. Vol. IV. pag. 358. ſeq.* Praeterea vero Hieronym. *l. l.* commemorat etiam *diſputationem actorum*, aduerſus iudicem a Philea habitam, quam ſunt, qui in ipſis actis martyrii eius, poſt Bollandinos a Ruinarto in *Act. Martyr. pag. 434.* editis, ſibi viſi ſunt reperiſſe, inter quos nominatim pertinet Tillemontius in *vit. Paul. l. l. pag. 165.* et *Not. I. pag. 411.* atque Ceillier *Hiſt. des Aut. eccleſ. tom. IV. pag. 12. ſeq.* quorum vtrique Acta illa genuina eſſe videntur, Du Pino contra in: *Nouv. Bibl. des Aut. eccl. tom. I. pag. 201.* et Lardnero *l. l. lib. I. cap. 60. part. II. Vol. III. pag. 332.* corrupta ea iudicantibus. Quae vero Combefiſius in *Triumphis lectis Martyr.* martyrii huius euulgauit Acta, ab omnibus fere minus ſincera exiſtimantur.

His ſubiiciendus adhuc videtur THEONAS, epiſcopus Alexandrinus, Maximi ſucceſſor et per nouemdecim annos Euſebio quidem auctore *H. E. lib. VII. cap. 32.* munere iſto perfunctus, adeoque ipſo Sec. III. exunte e viuis ſublatus. Huius epiſtolam eſſe arbitratur *epiſtolam ad Lucianum, cubiculariorum praefectum*, a Dacherio in *Addit. ad Spicileg. tom. XII. pag. 545.* nou. edit. *tom. III. pag. 297.* ſub Theonae nomine ex vetere verſione latina editam, Tillemontius *Mem. eccleſ. tom. IV. part. III. pag. 1218.* licet Dacherius quidem ipſe eam Theonae, epiſcopo Cyziceno, maluerit vindicare, Caueus autem in *Hiſt. litter. ſcript. eccleſ. tom. I. pag. 72.* incertum eſſe declarauerit, cuiusnam loci epiſcopus Theonas iſte fuerit. Atque eidem Tillemontii ſententiae poſt acceſſit etiam Lardnerus *l. l. part. II. Vol. III. lib. I. cap. 53. pag. 166.* et nuperrime Gallandus, qui non dubitauit, hanc epiſtolam ſub Theonae illius Alexandrini nomine *Bibl. PP. tom. IV. pag. 69.* inſerere. Iſtam vero epiſtolam, quam ex graeco conuerſam eſſe, plane non licet dubitare, Caueus quidem *l. l.* anno CCCV. ſub Conſtantio Chloro ſcriptam eſſe exiſtimat; at repugnat ei Gallandus *Proleg. tom. laud. c. IV. pag. VIII.* eamque ad Diocletiani mauult imperium referre, eiusdemque ſententiae defenſorem laudat etiam nuperum Dacheriani Spicilegii editorem. Si quis plura de hoc Theona deſideret, praeter ſcriptores modo laudd. adeundi etiam ſunt Renaudotius in *Hiſt. Patriarch. Alex. pag. 53.* et Le Quien in *Or. chriſt. tom. III. pag. 396.* Keil.

De

70) De loco et tempore martyrii eius, in quo conſtituendo non conſentiunt inuicem viri docti, videndus inprimis Tillemontius *Not. V. ad vit. Phileae, tom. V. part. III. pag. 418. ſeq.* Keil.

§ 8. De Haereticorum tertii saeculi scriptis ut nonnulla etiam subiungam, PAULUS Samosatenus, episcopus ab a. C. 260. Antiochenus, et propter haeresin [71]) deinde a. C. 270. ab episcopis, quos semel iterumque simulationibus suis [q]) eluserat, depositus, diligenterque distinguendus tum ab altero Paulo Antiocheno eiusdem fere aetatis, de quo Eusebius *VI. 2. Hist. pag.* 263. et a Paulo, Paulicianorum auctore, qui Manichaeorum haeresin saeculo VII. instauravit. Huius vero, de quo iam dicere institui, sectatores dicti sunt Paulianistae [72]), et Samosateniani. In Epistola Synodica [r]) apud Eusebium *VII. 30.* [quam praeter Gallandum *l. l.*

Q q 2 *pag.*

71) De huius viri satis praeter eos, qui peculiaribus scriptis de illo eiusque haeresi exposuerunt, Christ. Wormium in *Histori a Sabelliana, Francof. et Lips. 1696. 8.* et Ioh. Guil. Baierum in *Dissert. historico-theolog. de Paulo Samosateno,* i[illegible] Ei. *Disputat. theolog. Lec. 1.* consulendi [illegible] sunt Tillemontius in: *Memor. eccles. tom.* [illegible] *II. pag. 612. seq.* Caueus in *Hist. litt. script. eccles. tom. I. pag. 134. seq.* Lardnerus *l. l. lib. I cap. XLIII. § 7. part. II. Vol. II. pag. 558. seq.* et, qui primo loco erat commemorandus, Chr. Guil. Franc. Walchius in: *Histor. der Ketzer. Vol. II. pag. 64. seq.* atque Cel. Schroeckhius in *Hist. eccles. Vol. IV. pag. 192. seq.* In [illegible] atque errores eius praeter hos accuratius [illegible] inquisiuerunt Io. Garnerius in *Nott. ad Marii Merc. Opp. tom. II. pag. 307.* Paul. Ern. Iablonskius in *Dissert. Hist. theol. exhib. genuinam Pauli Samosateni, episcopi Antiocheni, doctrinam, Francof. ad Viadr. 1736. 4.* Iac. Guil. Feuerlin in *Dissert. Histor. eccles. de haeresi Pauli Samosateni, e solis fragmentis scriptorum ipsius et testimoniis Patrum Antiochenorum. Gott. 1741. 4.* Io. Gottl. Ehrlich in *Dissert. Hist. eccles. de erroribus Pauli Samosateni, Lips. 1745. 4.* Moshemius in *Comment. de rebus Christianorum ante Constant. M. pag. 707. seq.* Semlerus in *Introd. Po em. Baumgart. praemiss. Vol. I. §. 45. pag. 251. seq.* et nuperrime S. V. Martini in: *Versuch einer pragmat. Gesch. des Dogma von der Gotth. Christi, Vol. I. pag. 211. seq.* Keil.

q) Vide Eusebium *VII. 28. seq. Hist.* et Theodorit. *II. 8. haeretic. fab.* in Synodo a. 270. confictus est ab *MALCHIONE,* [aut, vt Theodoreto *l. l.* dicitur, *MALACHIONE,*] presbytero, qui antea Rhetorum scholae apud Antiochenses praefuerat, vt narrat idem Eusebius *VII. 29.* Ex disp. Malchionis quaedam affert Leontius *lib I. contra Nestor.* [et lib. III. itemque Petrus Diaconus in *libr. de incarnat. ad Fulg. c. 3.* quod vtrumque fragmentum non modo in *Bibl. PP. Paris.* et Baluzii *Collect. Concil.* seu recentioribus etiam temporibus in Mansi *Collect. Concil. tom. I. pag. 1102.* et Gallandi *Bibl. PP. tom. III. pag. 562.* est repetitum. Quemadmodum vero hanc Malchionis disputationem horum duumvirorum aetate adhuc extitisse, ex his illius fragmentis, ab vtroque seruatis, luculenter adparet; ita eandem Bedae atque Freculphi et Trithemii temporibus adhuc superstitem fuisse, perperam ex eorum testimoniis colligi, bene docuit Lardnerus *l. l. pag. 134.* Neque maiori iure Haymonis aetate eam adhuc seruatam fuisse, ex eius *Hist. eccles. l. 7. cap. 10.* sibi intellexisse visus est Casp. Sagittarius in *Introd. in Hist. eccles. tom. I. pag. 1167.* cum et hic non ex sua mente scripserit, sed Rufini tantum verba in suam epitomen transtulerit]. Confer e recentibus inprimis Tillemontium *tomo IV. Memor. parte II.* [*in vit. Paul. Samos. art. V. pag. 628. seq.* itemque Lardnerum *l. l. lib. I. c. L. part. II. Vol. III. pag. 128. seq.* atque Gallandum in *Prolegg. ad Bibl. PP. tom. III. cap. XVI. pag. XXXIX. seq.* et Io. Godofr. Zeiskii, Rect. Luben. *Pr. de Malchione scholastico, diuinae veritatis vindice. Witteb. 1733. 4.*]

72) Etiam Paulistae vel Pauliani. Interdum vero etiam Paulicianorum nomine, quo alias Manichaeorum secta solet significari, eos fuisse adpellatos, obseruauit Beueregius *Pandect. canon. tom. II. part. II. pag. 87.* Keil.

r) Fragmentum illius Epistolae, ab Eusebio praetermissum, exhibet Baluzius in *Noua collect. Concilior. pag. 22.* [et ex illo Mansius *Concil. tom I. pag. 1002.* atque Gallandus *l. l. pag. 561. seq.* Vterque tamen latinum tantum Leontii, cui fragmentum illud debetur, textum imprimendum curauit, quanquam graecus illius textus dudum publici iuris factus fuerit ex Parisinis quidem codicibus a Feuerlino *Dissert. laud. § III. pag. 10.* et Bodleianis ab Ehrlichio *Dissert. laud. §. XV.*

pag.

pag. 558. seq. ex hoc ipso scriptore vna cum Valesii versione repetiit [illegible] *l. l. pag. 1095.* praemissa ei simul versione latina antiquiore,] describitur [illegible] superbus et arrogans, et qui concionanti sibi applaudi diligenter et oraria concuti [5]) [illegible]. Eundem traditur hymnos, CHRISTO cani solitos, abrogasse ὡς δὴ νεωτέρους καὶ [illegible] συγγράμματα, at instituisse mulieres, quae festo Paschatis die *hymnos* in ipsius [illegible] dem in ecclesia canerent [73]), εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα [illegible] ψαλμῳδεῖν παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. Pauli *decem* [illegible] siue *propositiones* cum Dionysii Alexandrini resp[illegible]ne et confutatione editas esse dixi supra *p. 263.* vet. ed. [74]). Sed Epistola, quam sibi a Paulo scriptam Dionysius memorat, vna cum aliis eius scriptis intercidit, et iam Athanasius negat, epistolam Pauli ad episcopos, Antiochiae congre[illegible]tos, se potuisse consequi, *de Synodis Arimin. p. 915. et 922. tom. I. edit. Lips.* [Lau[illegible] in his eius scriptis nominatim οἱ πρὸς Σαβελλιανὸν λόγοι, quorum fragmentum aliquod superest gr. in collectione quadam testimoniorum, quam Damasceno quidam tribuunt, quod e codice bibliothecae Collegii Claromontani descriptum et a Magno Crusio, Goettinge[illegible] Theologo, secum communicatum edidit Feuerlinus *Dissert. laud. §. V. pag. 15. seq.* [illegible] ea vero non paucae eius sententiae exhibentur etiam in *Contestatione pro clericis C[illegible]politanis* inter Acta Concilii Ephesini in Conciliorum Collectionibus reperiunda, apud M[illegible]sium quidem *tom. V. pag. 393.* Omnium vero scriptorum eius Vincentius Lirinensis nullam fere paginam fuisse narrat *Commonit. c. 35. pag. 356.* edit. Baluz. *quae non N. aut V. T. sententiis fucata et colorata* fuerit. *Keil.*

SCYTHIA.

pag. 22. seq.] A Malchione scriptam tradit Hieronymus *cap. 71* [cuius tamen hac in re fidem parum commoda, vt equidem arbitror, de causa in dubium vocarunt Tillemontius *l. l. pag. 629. in not.* Caueus *l. l. pag. 136.* et Fabricius in *Nott. ad Huron.* quanquam hic, mutata dein, vt videtur, sententia, in *Bibl. graec. Vol. XI. pag. 346.* Malchionem epistolae huius auctorem agnouerit. Cum enim ipse Eusebius *H. E. l. VII. c. 29.* diserte tradat, nullum episcoporum, qui in concilio aderant, potuisse Paulum erroris sui conuincere praeter Malchionem: profecto admodum credibile sit, hanc etiam epistolam, Synodi nomine scribendam, ipsi commissam fuisse, si vel maxime id non disertis verbis ab Eusebio fuerit admonitum. *Keil.*] De Malchione hoc Menologia 28. Octobr. *Fabr.*

5) De illo more consules Casaubonum *ad Vopisci Aurelianum c. 45.* Matthaeum Larroquanum *lib. I. Aduersarior sacrorum c. 37.* et Io. Baptistam Ferrarium *de veterum acclamationibus et plausu lib. II cap. 7 et 8.* [et quae de eodem ritu obseruauit Lardnerus *l. l. part. II. Vol. II. pag. 571. seq.* qui et alios plures ea de re scriptores laudauit, praeter quos esri etiam potest ipse Fabricius in *Bibliograph. antiquar. c. XI. p. 542.* edit. Schaffsh.]

73) Quos nescio, qua auctoritate [illegible], ab ipso Paulo compositos fuisse narrat Haymo *l. l. pag. 74.* huiusque ipsius, vt videtur, [illegible]oris fide eidem etiam tribuit Caueus *l. l. p. 135.* *Keil.*

74) Quemadmodum vero, vt ibi dictum est, de Dionysii ad has quaestiones responsionis [illegible] a multis est dubitatum; ita non mirum est, etiam Pauli ipsius quaestiones non minus [illegible]. Inter eos, qui pro suppositis illas habent, vel de earum saltem fide dubitant, inprimis [illegible] lesius in *Annotatt. ad Euseb. pag. 135.* Caueus *l. l. pag. 135.* Sam. Basnagius in *Annal. polit. eccles. tom. II. pag. 241.* Du Pin in *Nouv. Bibl. des Aut. eccles. tom. I. pag. 294.* Le Quien in *Dissert. Damasc.* Opp. Io. Damasc. praemiss. *II.* § 23 Semlerus *l. l. pag. 250.* et Chr. Franc. Guil. Walchius in *Hist. haer. Vol. II.* [illegible] 72. et 85. Contra vero Moshemius in [illegible]ar. *de rebus Christian. ante Constant.* [illegible] quaestiones quidem Pauli ipsius esse minime dubitat, re-

fpe-

SCYTHIANUS [t]), Saracenus [75]), Manichaei anteambulo [76]), discipulum habuit TEREBINTHUM [77]), qui alio nomine deinde [[P] BUDDAM [u]) se vocauit [78]), scripsitque ei [79]) (hoc est ab eo dictatos) quatuor libros, vnum *Mysteriorum*, alium *Capitulorum*, ter-

sponsiones vero non a Dionysio, sed ab alio quodam ex illis, quibuscum Paulus disputauerit, profectas esse statuit; eodemque modo Schroeckhius etiam *l. l. pag. 395.* nondum dicit demonstratum esse, cur quaestiones illae non possint pro genuino Pauli foetu haberi. *Keil.*

t) Hunc Scythianum Manetis adhuc aetate vixisse non dubito, licet aetate ac senio eum praecesserit. Neque obstat quod Apostolorum temporibus propiorem faciunt veteres quidam [nimirum Archelaus *l. l. § 51.* et Epiphanius LXVI, 3. qua de re vid. quae bene obseruarunt Tillemontius *Memor. eccles. tom. IV. part. II. Not. 2. ad art. de Manich. pag. 950.* et Beausobrius *Hist. crit. de Man... tom. I. pag. 25.*] aut cum Manete confundunt, [quod nominatim faciunt Theodoret. *haer. fab. l. I. cap. 26* et Suidas in voc. Μάνης *tom. II. pag. 491.* edit. Küst. neque a vero prorsus abhorrere videtur Lardnero *l. l. part. II. Vol. III. l. I. c. LXIII pag. 493.* praeterque hunc alii quoque defendere ac cum temporum ratione conciliare voluerunt, de quo vid. Basnag. *l. l.* et Io. Chr. Wolfium in *Manichaeismo ante Manich. pag. 219.*] Certe ex Manetis Epistola ad Scythianum [illegible] nostra asseretur. Nec assentior Pearsonio, qui *pag. 116 ad Symbolum* Zaranem Scythiano iuniorem facit, et Manichaeorum familiae inserit. Quin imo fuit Zaranes antiquus legislator Persarum ac Magus, Pythagora antiquior, alias Zarades vel Zaratus. Vide Tollii *Iter Italicum p. 1[illegible].* [et Huetii *Demonstr. Euang. Propos. IV. c. 3. § 2. p. 152.* et *p. 458. seq.*]

75) Hunc fuisse eum, constanter tradunt Cyrillus Hierosl. *Catech. VI. §. 22.* Epiphan. *LXVI, 1.* Photius *contr. Manich. l. I. c. 12.* qui tamen eum genere tantum Saracenum, patria autem Aegyptium fuisse defendit) et Archelaus *in Disp. c. Man. §. 52.* licet hic cum paulo ante § 51 Scythicum adpellet, de quo viri illius errore vid. quae contra Tillemontium monuit Beausobrius *l. l. lib. I. c. 2. §. 1. tom. I. pag. 24.* cuius hac de re statuendi ratio multo profecto potior mihi esse videtur coniectura, a Walchio in *Hist. haer. Vol. I. pag. 705.* proposita, qua praeter omnem historiae fidem duos forsan Scythianos, priorem alterum, alterum posteriorem fuisse existimat. *Keil.*

76) De quo vid. quae Basnagius monuit in *Animadu. Serapionis libr. contr. Manich. tom. I. Thesaur. monum. eccl.* praemiss. *p. 38. seq.* *Keil.*

77) Quod quanquam ab Epiphanio LXVI, 3. traditur, tamen Manetis potius, quam Scythiani discipulum hunc Terebinthum vel Buddam habendum esse, non sine causa statuerunt Lardnerus *l. l. pag. 493.* et Beausobrius *l. l. pag. 63.* Vt enim alia nunc taceam, quae cum Scythiani discipulum fuisse minime patiuntur, constanter etiam a reliquis veterum scriptorum Buddas iste inter Manetis discipulos refertur. *Keil.*

u) Buddae nomine apud Indos notari sapientem, scribit Andreas Mullerus Greifenhagius in *Obseruationibus Sinicis p. 16.* [Et fuit eo nomine in India vir sapiens antiquissimis temporibus, vnde Indorum Philosophos τοῦ Βουττᾶ παραγγέλμασιν obsequentes, eumque vt Deum venerantes memorat Clemens Alex. *I. Strom. pag. 305.* Illum cum Manetis Magistro perperam confundit Vossius *p. 7. libri de sectis Philosophor.* Manetem gente Brachmanem siue Indum fuisse, tradit e Cedreno Suidas. [Quod fortasse ideo suspicati sunt traditionis huius auctores, quod doctrinam eius cum Brachmanum decretis multum similitudinis habere deprehenderent; vnde Ephraem quoque Syrus Manichaeorum haeresin ab Indorum disciplina manasse tradit, de quo vid. Assemanni *Bibl. Orient. tom. I. pag. 122.* At caeteri scriptores antiqui cum constanter dicunt Persam fuisse, quod quomodo intelligendum sit, bene docuit Beausobrius in *Histoir. de Manich. lib. I. c. 6. tom. I. pag. 66.*] *Keil.*

78) Quo tamen nomine sumendo eum non tam aliud sibi nomen tribuisse, quam graecum potius τερέβινθος vocabulum in chaldaicum Butm conuertisse, post Hydium in *Histor. relig. vet. Persar. cap. 21. pag. 280.* et Bochartum in *Geogr. sacr. P. II. cap. 2[illegible] pag. 527.* pluribus demonstrauit Beausobrius *l. l. pag. 54. seq.* eoque ipso omnia, quae veteres de mutationis nominis istius caussis narrarint, vanitatis argui, iure suo monuit. *K.*

79) Sunt haec ipsa Archelai verba, in *Act. Disp. c. Man. §. 52.* haec de Scythiano tradentis:

tium *Euangelium*, et nouissimum omnium *thesaurum*, vt legas in Actis Archelaï cum Manete *pag. 96.* quae et ipsa inscribuntur *thesaurus verus*, veluti quae falso illi opponantur. Eorundem quatuor librorum mentio apud Cyrillum Hierosol. *Catechesi VI. pag. 57.* Epiphanium *LXVI. 2.* Socratem *lib. I. c. 22.* Hist. Suidam in Μάνης, Cedrenum, et Photium *lib. I. c. 12.* contra Manichaeos, cuius verba dedi in *Codice Apocrypho Noui Test. pag. 141.* Magiae, Astrologiae et artis medicae peritum et magicis libris sedulum testatur Epiphanius *tom. I. pag. 620.* adde *629. seq.* [His ipsis vero aliisque pluribus de caussis virum hunc Christianis annumerari posse post Cyrill. Hieros. *l. l.* dubitauit Walchius in *Hist. haer l. l. pag. 707.* At eum vtique Christianum fuisse, bene demonstrauit Beausobrius *l. l. p. 44. seq.* *Keil.*]

MANES siue v) MANICHAEUS, cuius haeresis circa annum Christi 278. erupit

Discipulum autem habuit quendam, nomine Terebinthum, qui scripsit et quatuor libros etc. Id autem Fabricius cum aliis ita voluit intellectum, Scythianum quidem libros istos dictasse, Terebinthum vero litteris eos excepisse; inque ea re non omnino male statuisse videtur, si quidem res ex Archelai mente aestimetur. Etenim paulo post §. 53. eosdem libros diserte Scythiano tribuit, qua in re secum consentientes etiam habet Cyrillum *Catech. VI* §. 22. et Epiphan. *LXVI. 3.* atque Photium contr. Manich. *l. I. c. 12.* Socrates tamen non dubitauit libros istos Terebintho potius adscribere *l. I. c. 22.* eundemque secutus etiam est Suidas in voc Μάνης et Cedrenus in *Comp. Histor. pag. 213.* vnde nonnulli in hanc suspicionem sunt deducti, vt Scythianum quidem libros illos composuisse, Terebinthum autem nouis eos erroribus locupletasse statuerent, quam coniecturam proposuit Thom. Ittigius in *Dissert. de haeresiarch. sect. II. c. 10. § 8. pag 191.* probauitque etiam Io. Geo. Walchius in *Histor. eccles N. T. Sec. II. c. IV. sect. I. §. 26. pag. 879.* Quoniam vero hos ipsos libros Manes etiam suis exhibuisse dicitur, huic eos vindicare maluerunt Beausobrius *l. l. p. 46.* et Lardnerus *l. l. pag. 495.* *Keil.*

v) Manes Chaldaica siue Babylonica lingua [illegible] [illegible] significat, monente Epiphanio *LXVI. 1.* Persica lingua, vt scribit Photius *l. I. c XII.* sonat [illegible]. Sic et Cyrillus Hierosol *Catech. VI. 13* Quam tamen significationem hodie in lingua Persica ignorari notat Thomas Hyde *pag. 284. Historiae rel. veterum Persarum.* Qui *p. 281.* probat significationem vocabuli Persici *Mani*, quo *pictor* denotatur, et Manetem artem pictoriam exercuisse contendit, [quod tamen ab Hydio ibi defensum fuisse negat Walchius in *Hist. haer. Vol. I. pag.* [illegible]] Latinis antiquis *Manum* bonum est, de quo Vossii *Etymologicum* in *Manes*. Sed hoc nihil ad Manetem siue Manichaeum, quod nomen sibi imposuisse illum haeresiarcham ex Hebraico [illegible], vt *paracletum* se iactaret, affirmant Iacobus [illegible] in *Annalibus* ad A. M. 3232. et Gatakerus [illegible] *Miscell. c. 35.* Phrygium etiam nomen [illegible], de quo Casaubonus *XIII. ad Athenaeum.* [illegible] pro Manete siue Manichaeo a discipulis suis [illegible] *Mannicheus*, quasi manna fundens, (non a *manna*..a [illegible] requies, vt eidem Hydeo persuasum.) Vide Augustin *XIX. 22. in Faustum* [item que *adv. haer.* §. *46.*] et Fulleri *II. 18. Miscell.* Neque tamen verisimile est, in Codice Iustinianeo [illegible] *de Haereticis et Manichaeis* pro verbis *Manichaeos seu Manichaeas i. e. Donatistas* [illegible] *seueritate persequimur*, legendum esse [illegible] *seu Manicheos*, vt nuper coniiciebat Nobilissimus et sagacissimus Bynkershoeckius in Obseruatt. Iuris Romani. Nam ne vrgeam, in Basilicis etiam legi [illegible] et in aliis etiam legibus vt *lib. XVI. Cod. Theodos. tit. 5. l. 7. si quis Manichaeus Manichaeave:* non possum mihi persuadere, Imperatorem recepto ac notissimo Manichaeorum nomini aliud affectatum et admiratoribus eius solis probatum addere voluisse. [His iisdem vero de caussis illa Bynckershoeckii coniectura dudum improbata atque reiecta est partim a Christfr. Waechtlero in litteris ad I. B M insertis *Actis Erudit. Lips. a. 1710. m. Febr. pag 73. seq.* et repetitis in Eiusd. *Opusculis*, a *Chr. Henr. Trotzio Tra. ad Rhen. 1733 8* editis *pag. 470. seq* partim ab Hermenegildo Pettonaco in *Animaduers. in priores quatuor libros Obseruationum Iuris Romani Cornelii van Bynckershoeck libro*, (*Neap. 1745. 4.*) *cap. 2. pag. 6. seq.* Et quanquam nuper denuo

persuasum

erupit [80]), vt supra in Archelao notaui, acceptis sibique magnam [P] partem vindicatis [u]) Scythiani libris varia et ipse scripsisse a veteribus traditur, vt sunt:

Λόγος περὶ πίστεως, ex quo fragmentum apud Epiphan. *tom. I. pag. 630. LXVI. 14.* [Hunc

plurimi tulerit Gebaueri in *Nott.* legi illi in edit. Corp. Iur. Gebauero-Spangenbergian. *tom. II.* subiectis, tamen ne nunc quidem probari potuit viro doctissimo, qui Operis illius censuram perdoctam scripsit in *Nov. Biblioth. germ. tom. Vol. L. part. I. pag. 79.* quemque Ictissimum Cramerum, Kiloniensem, fuisse comperimus. Caeterum plura de hoc nomine variisque virorum doctorum de vi eius ac deriuatione sententiis vid. apud Beausobrium *l. l. lib. I. cap. VI. tom. I. pag. 69. seq.* Lardnerum *l. l. lib. I. c. LXIII. sect. II. §. 1. pag. 460. seq. Vol. III. part. II.* et Chr. Guil. Franc. Walchium in *Histor. haer. Vol I pag. 690. seq. Keil.*] Caeterum Diogenis seruus etiam dictus Manes, teste Laertio *VI. 55.* Seneca *cap. 8. de tranquill.* et Aeliano *XIII. 28. Hist.* et frequens hoc nomen in seruis, vt notatum praeclarae eruditionis viro Hadriano Relando *parte II. misc.* pag. *193 seq.* cui adde Menagium *ad Laert. V 55. et VI. 55.* [Ex hoc ipso vero, quod nomen hoc in seruis apud Graecos admodum fuerit vsitatum, factum esse suspicatur Lardnerus *l. l. pag. 469.* quod scriptores christiani haereticum hunc seruum olim fuisse dixerint, id quod scriptores orientales prorsus latuit; eandemque coniecturam nuper etiam repetiit Foucherius in *Tract. de doctrina Manetis.* Vid Kleukeri *Anhang z. Zend-Avesta. Vol. I. part. II. pag. 187.* Qua de re si quis certi quid decernere velit, omnia inde pendebunt, vt prius definiatur, vtrum in hac omni haeretici huius historia Graecis, an vero Orientalibus, qui quidem maximam partem prorsus diuersa de illo narrant, maior fides habenda esse videatur; de quo quid a viris doctis in vtramque partem fuerit disputatum, si quis vno quasi obtutu cognoscere, atque ipsas etiam vtriusque generis scriptorum diuersitates paulo diligentius enarratas videre cupiat, ei inprimis adeundus est Walchius *l. l. pag. 649. seq. Keil.*] Vtrum Manes proprium Haeretici nomen fuerit, video dubitantes Pearsonium *p. 116 ad Symbolum Apost.* et Guil. Beveregium, doctissimum episcopum nuper Asaphensem, *notis ad Canonem 95. Trullanum pag 163. seq.* quoniam in Oriente quilibet Haereticus *Min* siue *Minaeus*, et apud Arabes mendax *Man* appellatur. Et Epiphanius atque Augustinus [itemque Cyrill. *Catech. VI, 13.* et Socrates *H. E. l. I. c. 22.*] aliud etiam nomen Manetis *Cubricum* [vel *Corbicium*, vt Archelao dicitur *Act. c. 53.* aut, vt apud August. *de haeres. cap. 46.* iudice quidem Cotelerio in *Monum. eccles. graec. tom. I. pag. 799.* per scribarum errorem enunciatur, *Vrbicum*, de quo nomine consulendus etiam Petauius *de Incarn. lib. I. cap. 4. n 12*] memorant, (ק-ריקא σκεῦος κενὸν vel רוחא σκεῦος τοῦ πνεύματος, vt *Manichaeus* זיוא חייא σκεῦος τῆς ζωῆς ex sententia Steph. le Moyne pag. 434. ad Varia Sacra) de quo eundem Fullerum, si placet, consules, [itemque Beausobrium, qui *l. l. pag. 67.* eum *Carcubium* potius ab vrbe natali *Carcouk*, dictum fuisse contendit, indeque vocabulum illud *Cubricus* per errorem ortum esse statuit.] Sed nec desunt, qui a Manete demum (quod nomen a *μανία* deriuant scriptores graeci ecclesiastici, et *μανιῶδες ὄνομα* vocat Epiphanius *LXXVIII. 3.*) factum esse putant, vt *Minaeus* pro haeretico et pro mendace *Man* usurpetur. Vide Ioannis Wulferi *theriacam Iudaicam p. 100.* Certe veterum consensus vix videtur pati, vt Manetis nomen siue Manichaei, proprium haeresiarchae fuisse dubitemus. Adde Scaliger. *ad Euseb. num. MMCCLXIII.*

80) Imo vno saltem anno prius, nimirum 277. eam erupisse, plerorumque est sententia, cuius rationes imprimis cognosci possunt ex Pagi *Critic. Baron. ad an. 277. §. 6.* quanquam dubito equidem, eam certo defendi posse, cum non eadem de viri huius natiuitate mortisque eius tempore a scriptoribus antiquis tradantur: hincque recentiorum etiam de tempore eius constituendo admodum variae et diuersae sint sententiae, quas omnium diligentissime enarrarunt Lardnerus *l. l. pag. 478. seq.* et Walchius *l. l. pag. 724. seq. Keil.*

u) Archelaus *Actis cum Manete p. 98.* [c. 53. vbi *tunc*, inquit, *assumit illos libellos et transfert eos; ita, vt multa alia a semetipso insereret eis, — nomen vero libellis proprium adscribit, prioris nomine deleto, tanquam si eos solus ex semetipso conscripserit.*]

[Hunc librum e ſcriptis Manetis eſſe expungendum, fragmentumque illud, quod in Epiphanio cum Cauco *Hiſt. litter. ſcriptt. eccleſ. tom. I. pag. 139.* ſibi reperiſſe [illegible] eſt noſter, non ex hoc, ſed *myſteriorum* potius libro fuiſſe deſumtum, locumque Epiphanii [illegible] interpretum, bene, imo quidem ſenſu, docuit Beauſobrius *l. l. pag. 427.* hincque merito Lardneri [illegible] in re plauſum tulit, *l. l. pag. 496.* Huius igitur ſcripti loco [illegible] potius erat

Τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, quod diſerte ipſi tribuunt Cyrillus *catech. VI. 22.* itemque Photius Cod. LXXXV. et *contr. Manich. l. I. c. 12.* aliique plures, videturque idem eſſe [illegible], quod alii dicunt τὸ ζῶν εὐαγγέλιον. Hunc autem librum, vt Cyrillus quidem et Petrus Siculus diſerte monent, non de rebus a Ieſu geſtis expoſuiſſe, ſed Euangelii tantum nomen prae ſe tuliſſe; ita Beauſobrius falſas Manetis reuelationes id complexum, linguaque Perſica conſcriptum fuiſſe ſtatuit *l. l. pag. 48.* in quo tamen non ſine cauſa repugnauit ei Lardnerus *l. l. pag. 497. ſeq.* et de quo dubitauit etiam Semlerus in *Introd. ad Baumgart. Polem Vol I. pag. 111. not. 61.* Walchius vero in *Hiſtor. haer. Vol. I. pag. 721.* librum hunc eundem iudicat cum libro *Erteng* vel *Arzeng*, a ſcriptoribus orientalibus laudato, pulchrisque ex eorum narratione imaginibus condecorato. (*Keil.*]

Μυστήρια, liber ſectionibus ſiue τμήμασι λόγων XXII. pro numero litterarum Alphabeti Syriaci diuiſus et fortaſſis ſyriace ſcriptus. (Epiphan. *LXVI. 13.* [in quem Epiphanii locum vid. quae commentatus eſt Beauſobrius *tom. I. pag. 221. ſeq.*] In illo inſtituit euertere Legem [81]), ac Prophetas. (Vide formulam receptionis ſiue anathematiſmos Manichaeorum in Iac. Tollii *itinere Italico pag. 142.* et Petrum Siculum *pag. 20.* [At illa legis et [illegible]rum euerſione non totum hunc librum fuiſſe abſolutum, ſed Manetis potius [illegible] duplici rerum omnium principio doctrinam expoſuiſſe, ex Tito Boſtrenſi, qui librum illum refutauit et ſyriaco ſermone ſcriptum fuiſſe tradidit, pluribus demonſtrauit Beauſobrius *l. l. pag. 48. ſeq.* et *pag. 427. ſeq.*] Ab hoc myſteriorum libro diuerſam τὴν τῶν κεφαλαίων βίβλον [82]), vna cum aliis Manichaeorum libris reiicit Timotheus presbyter CPol. *de iis, qui ad eccleſiam accedunt*, vbi etiam memorat librum τῶν εὐχῶν ſiue precum [83]), atque, cuius etiam apud Petrum Sic. et in formula receptionis mentio, τὴν τῶν Γιγάντων πραγματείαν [84]), quam oppugnauerat Heraclianus, teſte Photio, vbi ἡ γιγάντειος βίβλος vocatur Cod. LXXXV.

Θησαυρὸς ζωῆς. Memorat formula receptionis et Epiphan. *ibid.* Ex libro ſeptimo theſauri verba quaedam producit Auguſtinus *libro de natura boni contra Manichaeos cap. 44.* [illegible]

81) Hanc enim vna cum omnibus V. T. libris diſerte reiicit, hosque ex diaboli inſpiratione profectos eſſe ſtatuit: de qua eius et aſſeclarum ſententia omnium diligentiſſime expoſuerunt Beauſobrius *l. l. lib. I. cap. III. tom. I. pag. 269. ſeq.* et Lardnerus *l. l. l. cap. LXIII. part. II. Vol. 3. pag. 637. ſeq.* *Keil.*

82) Quem librum Beauſobrius quidem *l. l. pag. 48.* praecipua doctrinae Manichaeorum capita continuiſſe, eundemque cum *Epiſtola fundamenti*, quae dicitur, fuiſſe ſuſpicatur. *Keil.*

83) De quo vid. eundem Beauſobrium *l. l. pag.* [illegible] *Keil.*

84) De cuius libri argumento varia ſuſpicati ſunt Beauſobrius *l. l. pag. 428.* Semlerus *l. l. pag. 277.* in not. et Moshemius in *Commentar. de rebus Chriſtianor. ante Conſtant. M. pag. 767.* In Anathematiſmis Goarii vitioſe ſic inſcriptus fuiſſe [illegible] [illegible] *K.*

[itemque auctor libr. *de fide contr. Manich. c. 14. 15.* quem tamen locum spurium esse docet Beausobrius *tom. II. pag. 587. seq.*] Meminit etiam *lib. I. Actor. cum Felice cap. 14.* [atque Photius cod. LXXXV. et *contr. Manich. l. I. §. 12.* in quorum locorum priore τοὺς Θησαυροὺς commemorat, ab Heracleano confutatos.]

Μικρὸς Θησαυρός. Epiphan. loco laudato, [quem librum non sine causa superioris epitomen exhibuisse iudicant.]

[?] Περὶ Ἀστρολογίας. *id.* [Hunc tamen in huius libri inscriptione commemoranda Astrologiam cum Astronomia perperam confudisse statuit Beausobrius *l. l. pag. 429.*] Astrologiae iudiciariae studium Manichaeis tribuitur in praefat. Arab. ad Concil. Nicaen. Confer Augustin. *IV. 3. Confess. et V. 7. VII. 6.*

Epistola ad Marcellum, virum illustrem, cum Marcelli responsione apud Epiphanium exstat LXVI. 6. ex *Actis Archelai cum Manete p. 6. edit.* Zaccagnii. [quam epistolam mirum profecto est, Beausobrium, αὐθεντίαν horum Actorum acriter, vt supra diximus, impugnantem, tamen genuinam iudicare, *l. l. pag. 94. seq.* Lardnero contra *l. l. pag. 502. seq.* multa de ea dubia excitante.]

Epistola fundamenti scripta ad aliquem, quem dilectissimum fratrem vocat. Eam singulari libro confutauit S. Augustinus, cui tota passim inserta legitur [84]). Vide et eiusd. Augustini *Acta cum Felice Manichaeo* [qui, cum Augustino certaturus, hanc epistolam ex omnibus, qui magistratus iussu ablati ipsi erant, codicibus, vnam sibi reddi volebat, *ista enim*, inquiens, (*l. II. c. I.*) *epistola fundamenti est, quod et sanctitas tua bene scit, quod et ego dixi, quia ipsa continet initium, medium et finem.*] et lib. *de natura boni c. 42. 46.* etc. Germanice illam Epistolam exhibet Godofredus Arnoldus in *Historia siue Apologia haeresium tom. IV. p. 54. seq.* Incipit his verbis: *Manichaeus Apostolus Iesu Christi* x), *prouidentia DEI Patris. Haec sunt salubria verba ex perenni et viuo fonte, quae qui audierit et eisdem primum crediderit, deinde quae insinuant custodierit, nunquam erit morti obnoxius, verum etiam aeterna et gloriosa vita fruetur. Nam profecto tantus est iudicandus, qui hac diuina instructus cognitione fuerit, per quam liberatus in sempiterna vita permanebit. De eo, dilectissime frater, audisti, de quo mihi significasti, dicens, nosse te cupere* etc. [Lardnerus *l. l. pag. 503.* hanc epistolam eandem iudicat cum epistola ad Patricium a Iuliano in Augustini *Oper. imperf. l. III. c. 186. et l. IV. c. 109.* commemorata.]

Ἐπιστολῶν βιβλίον siue ἐμάς. Vide formulam receptionis apud Tollium *pag. 142.* [itemque Cotelerium Clem. Recogn. *l. IV. c. 27.* et Timotheum in Meursii *Var. Div. pag. 117.*] Petrum Siculum *p. 30.* [Ex his epistolis praeter iam laudatos nominatim etiam saepe a Iu-

84) Imo non totam, sed eius tantum initium Augustinum ibi exhibuisse, non temere iudicat Lardnerus *l. l. pag. 500.* Videtur enim libri magni, quam epistolae spatium impleuisse: quare inde etiam Augustinus eam librum adpellat *cap. 5.* eamque totum paene quod credant Manichaei, dicit continere. *Harl.*

x) Simile et aliarum eius Epistolarum exordium fuisse testis Augustinus *XIII. 4. contra Faustum.*

a Iuliano *l. l.* commemoratur epiſtola ad filium Menoch, quam Auguſtinus, antequam ſibi a Iuliano mentio fuiſſet iniecta, ſe prorſus dicit ignoraſſe.]

Ἡ τῶν Ἀποκρύφων καὶ ὁ τῶν ἀπομνημονευμάτων βίβλος, *i. e.* Priorem librum Caueus in *Hiſt. litt. ſcript. eccleſ. tom. I. pag. 142.* reconditiores Manichaeorum ritus, praeſtigias et religionis myſteria putat continuiſſe; poſteriorem autem dictorum factorumque Manetis commentarios complexum eſſe cum Tollio exiſtimat, conſentiente ipſi ea in re etiam Beauſobrio *l. l. pag. 430.* qui huius atque epiſtolarum libri iacturam magnopere dolet. Lardnerus vero *l. l. pag. 507.* librum hunc pro ſpurio habet, eumque a Manetis inimicis ipſi ſubiectum fuiſſe ſtatuit.

Praeter hos vero libros *Philoſophiam* quoque Manetem ſcripſiſſe, in linguam Perſicam a ſe conuerſam tradit Ibn Shanna apud Th. Hyde *de religione veter. Perſarum pag. 283.* ſimiliterque Photius etiam *contr. Manich. l. I. c. 8.* itemque formulae Coteleriauae, (*pag. 375.*) et Tollianae (*pag. 148.*) auctor, fragmentum aliquod, nulla tamen libri, quo l[illegible], mentione addita, referunt, Manetis ſententiam aliquam exhibens, qua Chriſto magis e miſericordem eſſe profitetur, cum ſe coram hominibus abnegantes ſimulque pro ſalute mentientes non, vt ille, iterum ſit abnegaturus, ſed blande potius et hilare recepturus; quod tamen fragmentum pluribus de cauſis falſitatis arguit Beauſobrius *tom. II. pag. 796. ſeq.* aſſentientem ſibi ea in re nactus quoque Lardnerum *l. l. pag. 506.* Denique Alex. Lycop. *contr. Manich. pag. 29.* mentionem etiam iniicit ſermonis cuiusdam Manetis *de ſupplicio crucis*, de quo tamen non conſtat, vtrum peculiaris fuerit liber, an in alio eius libro obuius ſermo.

Hos autem Manetis libros nonnulli propter Auguſtini locum *libr. XIII. contr. Fauſt. cap. 17.* Perſica lingua putarunt conſcriptos fuiſſe; at ſyriace potius vel chaldaice eos ſcriptos fuiſſe, cum diſerte teſtatur Titus Boſtr. *contr. Manich. lib. I. pag. 99.* tum alia etiam ſuadent, de quibus vid. Walchii *Hiſt. haereſ. Vol. I. pag. 724.* [*Keil.*]

Legis Chriſtianorum libros a Manichaeo corruptos teſtatur Archelaus [*c. 54.*] *p. 99.* [itemque Titus Boſtr. *contr. Manich. l. III. pag. 139.* et Leo M. *Serm. V. in Epiph. cap. 4.*] quanquam, Photio *l. l. pag. 9 ſeq.* teſte, Manichaei in textu ipſo ſacro non multa immutarunt, τοῖς ῥήμασι μὲν καὶ ὀνόμασιν οὐδὲν μέγα παραλλάττοντες οὐδὲ κατακαινοτομοῦντες τοῦ λόγου τὸ σχῆμα (καθάπερ Οὐαλεντῖνος καὶ ἕτεροι.) · τὰ ῥητὰ μηδὲ παρενθήκαις μηδὲ [illegible] λυμαινόμενοι. [Quare quae de corruptis a Manichaeis N. T. libris dixere Archelaus, Titus et Leo *ll. cc.* non de ipſorum librorum corruptione, ſed de argumenti potius eorum deprauatione, in peruerſa eorum interpretatione et iniquo de iis iudicio illa potiſſimum conſpicua, intelligenda eſſe recte monuerunt Fabricius in *Cod. pſeudep. N. T. tom. I. p. 305.* et Lardnerus *l. l. pag. 512. ſeq.* cum quibus conferri etiam poſſunt Beauſobrius *l. l. l. II. c. 3. pag. 311. ſeq.* vbi ſingulorum quorundam locorum deprauationis culpam nominatim ab iis amouere ſtudet, et Walchius in *hiſt. haereſ. Vol. I. pag. 740.* itemque Michaelis in *Introd. in libr. N. T. Vol. I. § 49. pag. 305. ſeq.* edit. 3tiae] Verum corruptos eſſe libros ſacros Noui foederis calumnia-

bantur

bantur, e quibus nonnullos plane repudiabant, vt Acta Apostolorum et quasdam ex illa secta [illegible], etiam catholicas [85]), Petri praesertim, vt qui CHRISTUM abnegasset. Idem Photius l. l. et Augustinus *de vtilitate credendi c. 2. et 3.* adde Rich. Simonis *Hist. Crit. N. T. lib. I. pag. 7. seq.* et Io. Millium in *prolegomenis ad Nouum foedus*, num. *DCCXXVI. pag. 69.*

[P] *Fragmenta quaedam* y) *ex Epistolis Manetis* z) *siue Manichaei.*

Ex cod. Collegii Ludouici Magni Soc. Ief. Parisiis, in quo multa veterum Patrum testimonia congesta sunt aduersus eos, quae vnam duntaxat in Christo naturam confitentur, Cap. vlt.

Μάνου Πέρσου ἐκ τῆς πρὸς Ζεβηνᾶν αὐτοῦ ἐπιστολῆς.

Μία τοῦ Φωτός ἐστιν ἁπλῆ καὶ ἀληθὴς ἡ Φύσις, καὶ μία αὐτοῦ ἡ ἐνέργεια. τὸ Φῶς γὰρ ἐν τῇ σκοτίᾳ Φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐκ ἔλαβεν· οὐ γὰρ οὐσίας ἥψατο σαρκός, ἀλλὰ ὁμοιώματι καὶ σχήματι σαρκὸς ἐσκιάσθη, ἵνα μὴ κρατηθῇ διὰ τῆς οὐσίας τῆς σαρκὸς καὶ πάθῃ καὶ Φθαρῇ, τῆς σκοτίας Φθειρούσης αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν τὴν Φωτεινήν. πῶς οὖν ἔπαθε, μήτε τῆς κακίας κρατουμένης, μήτε τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ σκοτισθείσης;

Manis Persae ex epistola ad Zebunam. Vna lucis est simplex et vera natura, et vna eius operatio. Lux enim in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt. Non enim essentiam carnis attigit, sed similitudine et figura carnis fuit obumbrata, ne comprehenderetur ab essentia carnis et pateretur ac corrumperetur, tenebris operationem lucis corrumpentibus. Quomodo igitur passa esset, cum nec malitia eam comprehenderit, neque operationem eius tenebrae obscurauerint?

85) Dubito equidem, eos vllum aliquem librum N. T. apertius dici posse altero repudiasse. Etenim certo sensu omnes dici possunt recepisse, id quod bene demonstrauit Lardnerus *l. l. cap. LXIII. §. 4. part. II. Vol. III. pag. 652. seq.* sed alio item sensu omnes quoque dici possunt reiecisse, quippe cum de omnibus parum honorifice statuerint. Nam Euangelia quidem neque a Iesu, neque ab Apostolis, sed longo post horum aetatem tempore ab ignoti nominis hominibus, iisque Semi-Iudaeis scripta, Apostolisque falso subiecta fuisse indicarunt: reliquos autem libros multis in locis a fraudatoribus [illegible]xerunt interpolatos fuisse, hincque ea tantum probarunt, quae cum ipsorum placitis conuenirent, reliqua autem fraudatoribus istis tribuenda esse dictitarunt, hincque nullum librum talem dici possunt recepisse, qualem catholica ecclesia habebat: qua de re inprimis legenda sunt, quae [illegible] Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 749. seq.* Ioh. Dan. Heilmannus in *Epist. de auctoritate libror. N. T. apud Manichaeos*, inserta *Opuscul.* eius ab Ern. Iac. Danouio editor. Vol. *I. pag. 75. seq.* et Chr. Franc. Guil. Walchius in *Histor. haeres. Vol. I. pag. 736. seq.* Ex his vero sponte iam iudicari poterit, quo iure a nonnullis fuerit dubitatum, vtrum Manes et asseclae eius inter Christianos sint referendi, nec ne; de quo conferenda sunt, quae scripserunt Beausobrius *l. l. l. I. cap. 7. §. 3. pag. 82. seq.* Lardnerus *l. l. pag. 509. seq.* et Walchius *l. l. pag. 710. seq.* *Heil.*

y) Haec fragmenta ad doctissimum virum Io. Ernestum Grabium cum magna harum litterarum iactura nuper die XIV. Nouembris anno 1711. extinctum missa pridem Parisiis a R. P. Michaële le Quien, beneuole mecum communicauit quondam Collega meus honoratissimus *Io. Fridericus Winklerus*, in Gymnasio Hamb. Orientalium linguarum Professor, pietatis atque eruditionis laude celebratissimus.

z) Vtitur nomen Haeresiarchae in nominandi casu iam Manes est, iam Manichaeus, sic in genitiuo reperio non tantum Manis, Μάνεντος, et Manetis, sed etiam *Manae*, vt in veteri versione Actorum Archelai *p. 23.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Ἁπλῆ φύσις οὐκ ἀποθνήσκει, καὶ σκιὰ σαρκὸς οὐ σταυροῦται· μίαν οὖν ἔχων ἔμεινε τὴν φύσιν καὶ ἐνέργειαν τὸ φῶς μηδὲν παθοῦσαν τῷ ἐπισκιάσματι τῆς σαρκὸς οὐκ ἔχοντι φύσιν κρατουμένην.

Eiusdem ex eadem Epistola. Simplex natura non moritur, et umbra carnis non [illegible]. Perpetuo igitur vnam naturam et vnam operationem lux habere [illegible], [illegible] patientem ab vmbra carnis, [illegible] comprehensam tenet.

Ex cod. Regio Paris. MMCCCLXXVIII. ad calcem operum S. Nicephori CPol.

Μάνου ἐκ τῆς πρὸς Σκυθιανὸν ἐπιστολῆς. ἐν ἑτέροις δὲ Βαλεντίνου τοῦ διδασκάλου Μάνεντος ἐπιγέγραπται.

Ὁ δὲ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν, οὐ δύο ἔχων φύσεις, ἀλλὰ μίαν ἐν τῷ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Κόδαρον Σαρακηνὸν ἐπιστολῆς.

Ἰουδαίων βουλομένων ποτὲ λιθάσαι τὸν Χριστὸν καὶ τῆς παρανομίας αὐτῶν τὴν τόλμαν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, ἔδειξε σαφῶς τὴν αὐτοῦ οὐσίαν ὁ τοῦ ἀνωτάτω φωτὸς υἱός, καὶ μέσος αὐτῶν διελθὼν οὐχ ὡρᾶτο· ἡ γὰρ ἄϋλος μορφὴ συσχηματισαμένη τὸ εἶδος τῆς σαρκός, ὁρατὴ μὲν οὐκ ἦν, ἐψηλαφᾶτο δὲ οὐδαμῶς, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν κοινωνίαν τὴν ὕλην πρὸς τὸ ἄϋλον, εἰ καὶ σαρκὸς ὡρᾶτο μορφή.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ὀδὰν ἐπιστολῆς.

Τῶν Γαλιλαίων δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἔχειν τὸν Χριστόν, πλατὺν καταχεόμεθα γέλωτα, οὐκ εἰδότων, ὅτι ἡ οὐσία τοῦ φωτὸς ἑτέρᾳ οὐ μίγνυται ὕλῃ, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀκραιφνής, ἑνωθῆναι ἑτέρᾳ οὐσίᾳ μὴ δυναμένη, κἂν δοκῇ ταῦτα συνῆφθαι. ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία ὄνομά ἐστι καταχρηστικόν, οὔτε εἴδους, οὔτε οὐσίας ὑπάρχον σημαντικόν, τὸ δὲ ἀνώτατον φῶς τῇ ἑαυτοῦ συνουσιούμενον ἔδειξεν ἑαυτὸ ἐν τοῖς ὑλικοῖς σώμασι σῶμα, μία ὂν αὐτοῖς φύσις τὸ πᾶν.

Manis ex Epistola ad Scythianum (in aliis inscribitur: Valentini, qui Manis magister[aa]) *fuit.)* Sempiternae lucis filius propriam essentiam in monte manifestauit, non duas habens naturas, sed vnam in visibili et in inuisibili.

Eiusdem ex Epistola ad Cudarum[bb]) *Saracenum.* Cum Iudaei aliquando vellent CHRISTUM petere lapidibus, et sceleratam audaciam suam re ipsa exequi, essentiam suam perspicue demonstrauit supremae lucis filius, et medius inter ipsos digressus non conspiciebatur. Immaterialis enim forma quae speciem carnis sibi configurauerat, non erat visibilis et neutiquam tangebatur, quia nullam habet communionem materia cum immateriali, licet carnis forma cernebatur.

Eiusdem ex Epistola ad Odan. (an Addam vel Buddam?) Quando Galilaei duas naturas nominant atque in CHRISTO esse [illegible], effuse rideamus, nesciunt enim naturam lucis materiae alii non misceri, sed sincera est ac simplex neque vniri alteri naturae [illegible], licet illi coniungi videatur. Caeterum CHRISTI appellatio, per abusionem ita dicitur, cum nec speciem nec naturam significet. Suprema vero lux suis essentialiter inhaerens, sibi ipsi inter materialia corpora corpus demonstrauit, cum sit vna vniuersum natura.

Qui

aa) Magister, quod Manes similia cum Valentino docuit, non quod eum audiuit. [Caeterum, eiusdem epistolae mentionem etiam facit Eulogius apud Photium cod. CCLXXX *pag. 540.* Ex eadem vero et duabus sequentibus epistolis nonnulla etiam afferuntur a Nicephoro, patriarcha, in *Adv.* ad *Antirrh. contr. Epiphanidem*, vt adparet ex Anselmi Bandurii *Conspectu Opp. S. Nicephori*, in Fabricii *Bibl. gr. Vol. VI. pag.* 6[illegible]0. edit. antiq. reperiundo.]

bb) *Condarum* Κόνδαρον Labbeus in *Conspectu Operum Io. Damasceni p. 53.*

[Qui] cum Manichaeo faciebant, distinguebantur in *Electos* et *Auditores.* Ex Electis fuere *duodecim magistri*, quibus praeerat *tertius decimus, magistrorum princeps.* Augustin. *haeresi 46.* His succedebant LXXII. episcopi, qui presbyteros creabant et diaconos. id. De Electis vide Epiphan. *LXVI. 53.* [itemque Phot. *contr. Manich. l. I. c. 14.* et Petr. Sic. *Hist. Manich. pag. 30.*] Hi velut de genere sacerdotum habebantur. Augustin. *XXX. 5. contra Faustum.* Signaculo sinus, oris et manus firmati, coniugio et carnibus abstinebant et nefas ducebant fruges manibus demetere [86]). Augustin. *haeresi 46. Epist. 74.* [*Epist. 236. tom. II. Opp. p. 848.* edit. Bened. Venet.] et *c. 10. sq. de moribus Manichaeor.* Dicti et *Illuminati* siue *Macarii* [87]) et *Catharistae* [88]), *Agonistae* siue *Agonistici.* Longe inferioris conditionis erant *Auditores*, [quos catechumenos etiam adpellat Epiphan. *l. l.* itemque Augustin. *l. III. contr. lit. Petilian. c. 17. Opp. tom. IX. p. 307. et de moribus eccl. cathol. l. I. c. 35. Opp. t. I. p. 716.* atque Tyrbo in *Act. Archel. §. 9. p. 150.* edit. Fabr.] e quibus per nouem annos fuit Augustinus [89]). Nonnulli ex Manichaeis dicti *Mattarii*, quod in mattis dormirent. Augustin. *V. 5. contra Faustum.* Fuerunt etiam in illis *Solitarii* Cod. Theodos. *XVI 5. lege 9.* siue *Monachi*, a Victore Vitensi *lib. 2.* memorati. Vocantur etiam Manichaei *Encratitae, Apotactitae, Hydroparastatae, Saccophori.* Cod. Theodos. *XVI. 5. lege 7. et 9.* [90]) *Acuanitae* ab *Acua* quodam Mesopotamio Epiph. *LXVI. 1.* et Nicetas *IV. 33.* Damasceno ἀκουῖται, *haeres. 66. Phantasmatici.* Prudent *Apotheos. v. 953 seq.* *Atingani.* Scal. *ad Euseb. pag. 241.* ex Hist. Miscella, Cedreno, Zonara et Balsamone. Adde Nouellam Manuelis Comneni de Melchisedecianis, Theodotianis et Atinganis, memoratam Labbeo *Bibl. nov. MSS. pag. 190.* *Pauliciani* [91]) sub extremum saeculi VII. a Paulo

 Samo-

86) Vnde Theodoret *haer. fabul. I. c. 26* etiam τέλειοι s. *perfecti* dicuntur. Keil.

87) Horum mentio quidem fit apud August. *de haeres. cap. 46.* ex lectione illius libri vulgari. Verum editores Benedictini propter Codicum auctoritatem pro *Macariis* ibi posuerunt: *Mattarios*, de quo nomine mox dicitur. Keil.

88) Quorum obscoenos et maxime abominandos ritus quosdam commemorat Augustin. *de haer. c. 46.* de quibus videnda imprimis, quae obseruarunt Beausobr. *lib. IX. c. 7. tom. II. pag. 725. sqq.* Lardnerus *l. l. part. II. Vol. III. pag. 441. seq.* et Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 894 seq.* Keil.

89) Quem sunt, qui hac ipsa de causa, quod auditor solum, non electus fuerit, in rebus ad hanc sectam pertinentibus pro teste minus idoneo habeant: in quo profecto non omnino male statuisse videntur, cum in *Disp. I. contr. Fortun. §. 3. Opp. tom. VIII pag. 94* ipse declaret, se quid Electi faciant, scire non posse, cum non ex ipsorum numero, sed auditor tantum fuerit. Ceterum de hoc vtroque Electorum et Auditorum genere consulendi sunt, qui pluribus de eo exposuerunt Beausobrius *l. IX. c. 10 pag. 762. tom. II.* Lardnerus *l. l. pag. 430. seq.* et Moshemius *l. l. §. 55. pag. 896. seq.* Keil.

90) Ex quarum legum priore simul adparet, eos ista omnia Encratitarum, Apotacticorum, Saccophororum, Hydroparastatarum et Solitariorum nomina ideo sibi adsciuisse, vt sub his nominibus latentes vim legum sibi aduersarum effugerent. Multae enim, eaeque admodum durae leges adversus eos ab Imperatoribus latae sunt, de quibus videndi Tillemontius *l. l. de Manich. art. XIII. tom. IV. part. II. pag. 813. seq.* Lardnerus *l. l. pag. 425. seq.* Walchius in *hist. haer. Vol. I. pag. 408. seq.* et Schroeckhius in *Hist. eccl. christ. tom. XI. pag. 256. seq.* et *tom. XVIII pag. 64. seqq.* De Diocletiani autem et Maximiniani contra eos edicto nominatim vid. quae obseruauit Io. Geo. Walchius in *Hist. eccles. N. T. pag. 1209.* Keil.

91) Si modo hi Manichaeis fuerint annumerandi, qua de re vid. quae obseruarunt Moshemius in *Institut. hist. eccles. Sec. IX. part. II cap. V. §. 5 pag. 351. seq.* et Schroeckhius in *Hist. eccles. christ. Vol. XX. pag. 369. seq.* Keil.

Samosateno (non prisco illo saeculi III. haeretico, sed) Ioannis fratre et Callinices, Manichaeae mulieris, filio. [quanquam alii potius a Paulo quodam, Armeno, qui sub Iustiniano II. floruit, eos sic adpellatos esse defendunt.] Ab illo Ioanne et Paulo dicti etiam Παυλοιωαννῖται. De his Photius et Euthymius *part. II panopliae tit. 21.* [itemque Petr. Sic. in *Hist. Manich.* cuius narrationem in epitomen redactam exhibet Weismannus in *Introd. in Memorab. eccles. Vol. I. pag. 704. seq.*] Idem Photius sectatores huius haereseos nominat Baanem, a quo Βααννῖται, Basilium, Armenium Counum qui se vocauit Timotheum, Canacarem, Carbeam, Chrysocherem, Constantinum, qui sibi imposuit nomen Siluani, Pauli Apost. discipuli 92), Genesium, Pauli filium, qui et ipse se Timotheum nominauit, Iosephum, qui se vocabat Epaphroditum, Michaelem, Sergium, qui se Tychicum vocauit, a quo Σεργιῶται, et ex cuius Epistolis quaedam Photius recitat, [*contr. Manich. l. I. c. 21.* apud Wolf. *Anecdot. tom. I. pag. 112*] quemque interemtum refert an. M. 6343. h. e. a. C. 835. Simeonem, qui se appellauit Titum, Theodotum, Zachariam, Zosimum. [Quibus Graecorum nonnulli adiiciunt etiam Nicephorum et Michaelem Balbum, Impp. At quam exiguam illi ea in re fidem mereantur, bene demonstrauit Weismannus in *Introd. in Memorab. eccles. Vol. I. pag. 813. seq.* Caeterum de his Paulicianis inter recentiores scriptores inprimis conferendi sunt Moshemius *l. l.* et Schroeckhius *l. l. Vol. XX. pag. 364. seq.* et *Vol. XXIII. pag. 318 seq.* *Keil.*]

[β] *Manichaei nonnulli, quorum apud Veteres mentio* 93).

Acuas, Mesopotamius, a quo Manichaei dicti Acuanitae Epiphan. LXVI. 1.

Adamantus, Manichaei discipulus, Photio [*lib. I §. 14. pag. 54.* edit. Wolfii in *Anecd. graec. tom. I.* vbi in Nota obseruat Wolfius, Petrum Sic. *pag. 30.* eum Adantum vocare.] et aliis praeter Addam et Adimantum memoratus.

Addas siue *Buddas* 94), auctor pseudo Euangelii 95), quod e Marci IV. 21. μόδιον inscripsit, confutati a Diodoro, Cilice, *libris XXV.* [et Tito Bostrensi,] de quibus Photius *Cod. LXXXV.* Fuit itidem vnus e duodecim Manetis discipulis 96); caeterorum undecim haec

92) Obtinuit enim, vt obseruatum iam est a Wolfio in *Anecd. graec. tom. I pag. 15.* hic inter Paulicianos istos mos, fraudis suspicionem aperte mouens, vt, suis ipsorum nominibus neglectis, virorum Apostolicorum nomina sibi adoptarent, eoque ipso illorum simul personam sibi imponerent. *K.*

93) Similem eorum Catalogum contexuit etiam Chr. Guil. Franc. Walchius in *Hist. haer. Vol. I. pag. 800.* Fabriciano partim auctiorem, partim vero etiam contractiorem, hocque nos ita vsi sumus, vt seruatis quidem, asterisco tamen notatis iis, quos Walchius tanquam dubios omisit, non modo ab illo insertum Alypium et ipsi susciperemus, sed et alios quosdam adderemus, quos hic illic commemorari vidissemus. Nonnullorum, qui inter primarios essent referendi, mentionem etiam fecit Lardnerus *l. l. c. 63. sect. I. §. 4. part. II. Vol. III. pag. 403. seq.* De iis vero, qui scripta quaedam ediderunt, nominatim disputauit Beausobrius *l. l. cap. VI. pag. 430 sqq.* *Keil.*

94) Hoc enim nomine adpellat eum Petrus Sic. in *Hist. Manich. pag. 30.* *Keil.*

95) Non accurate satis hunc Adae librum Euangelii nomine significari, obseruauit Kleukerus *über die Apocryph. des N. T. pag. 76.* *Keil.*

96) Ab aliis tribus potissimum prae reliquis Manetis discipulis adnumeratur, Archelao nimirum in *Disp. c. Man. cap. 53.* Cyrillo *Catech. VI. c. 31.* qui Baddan eum adpellat, Epiphanio *haer. LXVI. 5.* atque Theodoreto *haer. fab. l. I. c. 26.* vbi per librarii haud dubie errorem Aldas pro Addas dicitur, denique etiam Auctore *Hypor. haeres. Manichaeor.* a Christph. Matth. Pfaffio cum Lactantii epit. Institutt. diuin. edit. *pag. 153.* vbi Abdas dicitur. *K.*

haec sunt nomina apud Petrum Siculum et Photium lib. I. contra Manichaeos [*pag.* 54. edit. Wolf. in *Anecd gr. tom. I.*]: *Adimantus*, *Adimantus*, *Agapius* (male *Alogius* apud Timotheum, presbyter. *pag.* 452. edit. Combefisii) auctor Heptalogi, vide Petrum Siculum *pag.* 30. *Aphthonius*, *Gourinbius*, *Hermas*, *Heraclides*, *Hierax*, *Sisinius*, *Thomas*, *Zaruas*. Apud Epiphanium *LXVI.* 5. videtur male pro ιβ esse scriptum κβ ac si XXII. habuisset discipulos. In Anathematismis a Iac. Tollio editis *p.* 142. *Adamantus* ille (Petro Siculo Ἀδαντος) bis dicitur *Adas* [97]), qui vna cum Adimanto scripserit contra Moysen ac Prophetas. Praeterea caeteris additur *Aristocritus*, auctor libri, cui titulum fecit Θεοσοφίαν, *Baraeas*, *Hilarius*, *Innaeus*, *Olympius*, *Paapis et Salmaeus*.

Adimantus, Manetis discipulus, contra quem scripsit B. Augustinus, quem vide etiam in libris *de aduersario legis ac Prophetarum* [itemque in *Psalm. Serm.* 12. §. 1.] qui proprio nomine *Addam* dictum testatur *lib.* 2. *extremo* [qua in re eum sequuntur etiam Tillemontius *l. l. de Manich. art. XIV. tom. IV. part. II. p.* 801. *sq.* Touttaeus in *Nott. ad Cyrill l. l.* et Lardnerus *l. l. pag.* 407. *sqq.* qui hanc Augustini sententiam pluribus argumentis studet confirmare, parumque abest, quin librum, contra Moysen et Prophetas ab Adamanto scriptum, eundem cum Addae μοδίῳ iudicet. Contra vero erroris ea in re Augustinum accusat Beausobrius *l. II. c.* 7. §. 5 *tom. I. pag.* 433.] Ille Adimantus solus post Manichaeum stupendus dicitur Fausto [98], eiusdem sectae homini, de quo infra.

Agapius, cuius scripta ad *Vraniam*, vxorem, refert Photius *Cod. CLXXIX.* [in cuius locum vid. quae obseruauit Fabricius infr. *Vol. IX. pag.* 436.] Vide et supra in Adda [et quae de eo commentati sunt Caueus in *Dissert. de script. eccles. incert. aet. pag.* 3. Beausobrius *l. l. pag.* 434. *sq.* et Lardnerus *l. l. pag.* 412. *sq.*]

Alexander, Lycopolita, ex Lyco Thebaidis, Aegyptius, qui postea Manichaeos oppugnauit, [quare plura de eo dicentur infra vbi de aduersariis Manichaeorum agetur.]

[*Alypius*, quem ad Manichaeorum partes abripuit Augustinus, vt ipse testatur, *Confess. l. VI. c.* 7. §. 12.]

Aphthonium, *Hieracem et Heraclidem* ἐξηγητὰς τῶν Μάνεντος συγγραμμάτων vocant Anathematismi Manichaeorum, a Tollio et Cotelerio editi [Philostorgius autem *H. E. l.* 3. *c.* 15. *pag.* 487. priorem tradit in disputatione, cum Aëtio instituta, victum, eaque ipsa de caussa ex animi aegritudine intra triduum mortuum fuisse.]

Aristocritus, auctor libri quem inscripsit Θεοσοφίαν, in quo conatus est ostendere, Ethnicismum, Iudaismum et Christianismum esse vnum idemque dogma. *id.* [cf. Cav. *Hist. litter. scriptt. eccles. tom. I. pag.* 143.]

[†] *S. Augustinus*, qui nouem annos [99]) inter auditores Manichaeorum fuit, at diruptis et derelictis

97) Nescio equidem, vnde hoc habeat Fabricius, auctorem horum Anathematismorum, vbi Adam commemoret, non eundem virum, quem Addam alii dicunt, sed Adamantum potius voluisse significare. *Keil.*

97) Cuius auctoritatis, ipsi tributae, haud obscurum documentum hoc est, quod Beausobrius *l. l. pag.* 433. obseruauit, cum in Anathem. Prosperi X. et XX. eodem cum Manete loco poni, et num Spir. S. in hoc aut illo venisse dicendus sit, dubitari. *Keil.*

99) De isto nouem annorum numero, in quo commemorando ipse Augustinus non semper sibi constat, quemque hinc viri etiam docti varie constituerunt, inprimis videnda, quae ex scriptis eius obseruauit Lardnerus *l. l. pag.* 408. *sq.* *Keil.*

lictis illorum laqueis catholicae ecclesiae gremio se restitutum gaudet *c.* 1. *libri de duabus animabus* et in aliis contra Manichaeos scriptis. [De ipsa vero conuersione eius cfr. quae ex ipsis scriptis eius collegit Io. Geo. Walchius in *Hist. eccles. N. T. pag.* 1459. *sq.* quaeque de eadem disputauit Schroeckhius in *Hist. eccles. christ. Vol. XV. pag.* 233. *sqq.* quibus vnum hoc nunc addere liceat, eandem Augustini a Manichaeismo ad fidem christianam conuersionem Reformatis olim in exemplum, quod ad Pontificios redituri imitarentur, propositum fuisse ab anonymo quodam in libro sic inscripto: *Motifs de la Conversion de St. Augustin à la foi catholique pour servir de models aux Protestans Par.* 1685. 12. de quo vid. *Iourn. des Scav. eiusd. an. tom II. pag.* 382. *Keil.*

[*Baraeas*, vid supra in Addas.]

Buddas, Vide supra in Addas. Caeterum Buddae nomine apud Indos notari sapientem, iam supra notaui ex Andreae Mülleri *Obseru. Sinic. pag.* 16.

[*Bundus*, quem Io. Mal. *Chronogr. pag.* 410. sub Diocletiano Romae prodiisse narrat, et, neglectis Manichaeorum placitis, sua dogmata dicit inuexisse.]

**Caius*, patriarcha Alexandrinus. Eutych. *tom. II. Annal. pag.* 148.

**Callinice*, mater Ioannis et Pauli, auctoris Paulicianorum. Cedren. *pag.* 356.

[*Cerdo*, quem Io. Mal. *l. l. pag.* 399. commemorat, et sub Tacito August. factis conciliabulis sua dogmata in vulgus sparsisse narrat, Hodius vero in *Not. ad h. l.* ipsum Manetem fuisse suspicatur.]

**Clementianus*, qui Manichaei nomen femori suo inscriptum gessit, teste Victore Vitensi *lib. II de persecut. Vandalica.*

Constantius, qui deinde ad ecclesiam rediit et Pelagianis fortiter restitit. Augustin. *de moribus Manichaeor. c.* 20. Prosper in *Chronico* [ad cuius locum vid. quae obseruauit Basnagius in *Thesaur. Monum. eccles. tom. I. pag.* 299.] et martyrolog. Rom. 30. *Nouembr.*

Faustus, Mileuitanus Afer, cuius Volumen [legem et prophetas maxime impugnans,] libris XXXIII. confutauit Augustinus, [neque tamen totum, vt Caueus *Histor. litter. scriptor. eccl. tom. I. pag.* 344. et Beausobrius *l. l. tom. I. p.* 224. statuerunt, sed ex parte tantum, vt fert multo probabilior Lardneri sententia *l. l. pag.* 415. proposita, eaque Walchio etiam *l. l. pag.* 802. probata, iis inseruit: vnde ex his ipsis Augustini libris breuem operis Faustini epitomen exhibuit Cel. Schroeckhius in *Hist. eccles. christ. Vol. XI. pag.* 290 — 305. praeter quem de eodem opere consulendus etiam est Roeslerus in: *Bibl. der Kirchenv. tom. IX. pag.* 325. *seq.*] Episcopum Manichaeorum vocat *V.* 3. *Confess.* et nouem annos a se auditum testatur *c.* 6. [Id vero cum in hoc Augustini loco minime tradatur, iure profecto suo oscitationis cuiusdam in eo perlegendo nostrum accusauit Lardnerus *l. l. pag.* 419. qui omnino hic est conferendus, cum et alia nonnulla, a Caueo et Beausobrio *ll. cc.* de hoc Fausto parum recte scripta, diligentius enucleauerit. *Keil.*]

Felix, cum quo disceptauit, quemque ad ecclesiam reduxit Augustinus, Honorio septimum Consule, h. e. a. C. 407. Vide libros duos Augustini *de Actis cum Felice*, [et *Retr. L. II. c.* 8.

Fortunatus, Manichaeorum presbyter, contra quem scripsit siue cum quo [de natura et origine mali] disceptauit per biduum, praesente notario, idem Augustinus Arcadio Augusto secundum et Rufino Viro Clarissimo Coss. hoc est a. C. 392. [cuius disputationis Acta a notario excepta et ab ipso Augustino publici deinde iuris facta, extant inter Opera eius

tom.

tom. VIII. p. 93. sq. edit. Ben. Venet. cf. *Retract. l. 1. c. 15. seq.*] Adde Possidium in *vita Augustini c. 6.*

Gaurïabius, Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Heraclides, Hermas et Hierax, Hilarius, Innaeus, Manetis discipuli. Vide in Adda et Aphthonio. Hermeam a Manete missum in Aegyptum, Thomam in Iudaeam, et Addam εἰς τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ex Archelao *p. 22.* scribit Epiphanius *LXVI. 12.* [Quare si Thomas ille apud Theodoret. *haeret. fab. l. 1. c. 26.* in Indiam abiisse dicitur, pro India *Iudaeam* iuxta Epiphanium legendam esse statuit Assemannus in *Bibl. Orient. tom. III. part. II. pag. XXVIII.*] Addam contulisse se in Scythiam, Thomam cum Manete mansisse, narrat idem Archelaus *p. 98.* Thomae Syriam, Addae Orientem obtigisse, legas apud Epiphan. *LXVI. 31.* [Hieracem vero, praeeuntibus Photio, Petro Siculo et Anathematismorum in Manichaeos auctoribus, falso a Fabricio, quem hac in re secutus etiam est Beausobrius *l. l. l. II. c. 6. §. 2. tom. I. pag. 430. seq.* Manichaeis annumeratum fuisse, pluribus docuerunt Lardnerus *l. l. pag. 420. seq.* Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Constant. M. pag. 903. sq.* et Walchius in *Hist. haer. Vol. I. pag. 821.*; nec est sane, quod horum virorum argumentis opponas, nisi alium esse dixeris Hieracem, Manichaeum, et alium item Hieracam, haereticum. Hieracitarum antesignanum, ab Epiphanio, Augustino et aliis commemoratum. De hoc autem, qui ortu fuit Leontopolitanus, plura Fabricius monuit infr. *lib. V. c. 23. Vol. VIII. pag. 333.* ed. vet. *Keil.*

**Iohannes*, patriarcha Alexandrinus, Eutych. *tom. II. Annal. p. 157.*

[*Iulia*, mulier Manichaea, quae cum in disputatione cum S. Porphyrio, episcopo Gazensi, habita, blaspheme fuisset locuta, subita morte obiit, vt tradit Marcus Diaconus in vita S. Porphyrii; vid. *Acta SS. Bolland. ad d. 26. Febr. tom. III. Febr. pag. 658. seq.*]

Iustus siue *Iustinus*, contra quem exstat Victorini liber a Sirmondo editus.

Leucius Charinus, siue *Seleucus*, Apocryphorum Actuum Apostolicorum scriptor, de quibus dixi in *Codice Apocrypho N. T.* [*tom. II. pag. 768. seq.* et nos nonnulla etiam obseruauimus supr. *p. 183.* quibus nunc hoc potissimum addendum, argumentis minime contemnendis a Beausobrio *l. II. c. 2. §. 2. tom. I. p. 349. seq.* fuisse demonstratum, Leucium hunc nullo modo Manichaeis posse annumerari, eandemque sententiam probatam etiam fuisse Lardnero *l. l. pag. 729.* atque Kleukero *über die Apocryph. d. N. T. pag. 183.* Walchio vero non videtur certi quid ea de re persuaderi potuisse. Etenim *Hist. haer. Vol. I. pag. 653.* inter Montanistas eum commemorat, quanquam ipse talem eum fuisse dubitat, post vero *p. 802.* in Manichaeorum numero locum ei adsignat. *Keil.*

Olympius. Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Pappus, Πάππος, cuius apud Alexandrum Lycopolitam mentio. In Anathematismis Manichaeor. videtur dici Παάπις. [Cfr. quae de hoc Pappo obseruauit Iac. Basnagius in *Thes. monum. eccles. tom. I. pag. 39.*]

Philo, presbyter, quem Manichaeorum fabulas populo DEI proposuisse indignatur S. Nilus *lib. II. Epist. 321.*

[*Romanianus*, cui Augustinus *libr. contr. Academic.* inscripsit, quemque se primo statim Capit. illius libri, *Opp. tom. I. pag. 251.* edit. Ben. Venet. in Manichaeorum superstitionem praecipitem dicit dedisse.]

Salmaeus, Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Sebastianus, Athanas. *tom. I. p. 704.* [Praeter quem et alii scriptores mentionem eius iniiciunt, de quibus vid. Lardnerum *l. l. pag. 427. sq.* et, quem ille laudat, Valesium ad Ammian. Marcelli. *pag. 385. not. h.*]

Secundinus, contra quem scripsit Augustinus. Secundini ad Augustinum epistola praemittitur, quam germanice etiam exhibet Godfridus Arnoldus in *Apologia haeresium tom. IV. pag. 158.* vna cum Manichaei epistola et Fortunati confessione, quas vtrasque confutat Augustinus. [De hoc etiam Secundino praeter Tillemontium *Mem. eccles. tom. XIII. pag. 450.* inprimis conferendus est Lardnerus *l. l. pag. 428.* qui et nonnulla Cauei vitia in huius viri mentione in *Hist. lit. scriptt. eccles. tom. I. pag. 286.* commissa corrigit.]

Sisinius, Manetis discipulus et Petro Siculo teste διάδοχος, [cui tamen repugnare videtur, quod in Archelai *Actis cap. 51.* Archelao multa de Manete dicitur significasse, qua de re vid. quae obseruauit Lardnerus *l. l. pag. 382.*] Vide supra in Adda.

Thomas, cuius meminit Alexander Lycopolita *p. 4.* Euangelium Apocryphum sub Thomae, apostoli, nomine composuisse legitur in Anathematismis Manichaeorum, et apud Petrum Siculum, [atque Cyrillum cat. *IV. §. 36. et VI. 51.*] Licet Euangelii Thomae iam apud Origenem mentio, qui ante Manetis haeresin diem obiit, [de quo vid. quae pluribus disputauit Beausobrius *lib. II. c. I. §. 7. pag. 344.* praeter quem de eodem Euangelio cfrendus etiam Kleukerus *über die Apocryph. des N. T. p. 72. sq.* Omnino autem Manichaeos libros apocryphos, quibus vtebantur, non ipsos primum composuisse, sed aliunde potius suscepisse, bene monuit Lardnerus *l. l. pag. 730. sq.*] Vide et supra in Adda et Heraclide. De Euangelio Philippi et infantiae CHRISTI, de Actis Andreae, apostoli, et aliis libris Apocryphis, vt epistola[cc]) ad Laodicenses per Manichaeos temere iactatis, dixi in *Codice Apocrypho Noui Test.* [Quibus addenda sunt, quae de iisdem Manichaeorum libris apocryphis disputarunt Millius in *Proleg. N. T. n. 721. sq. pag. 68. sqq.* Beausobrius *lib. II. c. I. et sqq. Vol. I. pag. 357. sq.* Lardnerus *l. l. cap. 63. sect. VI. §. 9. part. II. Vol. III. pag. 717. seq.* et Walchius in *Histor. haeres. Vol. I. pag. 741. seq.*]

Tyrbo, Manichaei discipulus. Epiphan. *T. I. pag. 623. 624. 625. 625. 627.* et *642.* ex Archelai Actis cum Manete *pag. 8. 9. etc.* ad ecclesiam reductus et diaconus ordinatus ab Archelao. *id. pag. 68.* [Quod quam incerto ac tam infirma istorum Actorum fide fundamento nitatur, sponte apparet, estque a Lardnero *l. l. pag. 381.* internis etiam argumentis quibusdam declaratum.]

Zaruas, Manetis discipulus. Supra in Adda.

Au[illegible]res

cc) Epistolam Pauli ad Laodicenses inter scripta, a Manichaeis iactata, refert Timotheus, sic bytec CPol. libello *de iis qui ad eccl. siam ab haereticis veniunt*, [*pag. 117.* edit. Meurs. quod tamen viri illius testimonium de Paulicianis intelligendum, inque exiguo pretio habendum esse monet Lardnerus *l. l. pag. 667.*]

Auctores veteres, qui de Manichaeis, vel aduersus illorum haeresin, scripserunt [100]. *Deperditis praefixus est asteriscus.*

Anathematismi haereseos Manichaeorum, iis proponi soliti qui ab illa ad ecclesiam redeunt, ex MS. Regio graece et latine apud Cotelerium ad *lib. IV. recognitionum Clementis c. 24.* et ex Caesareo MS. [de quo vid. etiam Lambecius in *Comment. Bibl. Vindob. lib. V. pag. 253. sq. Koll.*] [*] in Iacobi Tollii *insignibus itiner. s Italici Traiect. 1696 4. p. 126.* [et Gallandi *Bibl. PP. tom. XIV. pag. 87. seq*] Vide et Iac. Goarum *ad Euchologium Graecorum pag. 885. 890. seq.* [et quae in hos Anathematismos commentatus est Caueus in *Hist. litt. scriptt. eccles. tom. I. pag. 143. seq.* Walchio quidem in *Hist. haer. l. l. p. 813.* omnes hi anathematismi post Paulicianorum demum ortum compositi esse videntur.

Praeter hos vero *Graecorum* anathematismos extant etiam alii *Latinorum*, iique illis, vt videtur, antiquiores: quo pertinent: 1) *Commonitorium de modo admittendi Manichaeos*, quod inter Opp. Augustini exhibetur, *tom. VIII. Adp. p. 37. sq.* 2) Prosperi Anathematismi, Capitulorum Augustini nomine etiam inscripti, quos primus edidit Sirmondus in *tom. II. Concil. Galliae*, atque vna cum illo Commonitorio inseruit etiam Labbeus *Concil. tom. IV. p. 1658 sq.* 3) Fragmentum Anathematismorum, quod ex cod. bibl. Ambros. subiuncta in eos disquisitione edidit Lud. Ant. Muratorius in *Anecd. tom. II. pag. 112.* quodque vna cum illa Muratorii Disquisitione et duabus superioribus Anathematismorum formulis repetiit Fabricius ad calc. *Opp. Hippolyti, tom. II. pag. 196. seq.* et Gallandus quoque Archelai Actis cum Manete subiecit *Bibl. PP. tom. III. p. 611-617.* De fide autem et auctoritate horum Anathematismorum, inprimis Latinorum, conferenda, quae obseruauit Beausobrius *l. l. in Dissert. prael. part. II. tom. I. pag. 231 seq. Keil.*]

Alexandri, Lycopolitae [1]); ex ethnico Manichaei [2]) atque inde ad ecclesiam reducti [3]) liber

100) Horum etiam scriptorum Catalogos nunc ampliores, nunc contractiores, contexuerunt Tillemontius *l. l. Manich. art. XVI. tom. IV. part. II. pag. 810. sq* Lardnerus *l. l. c. 63 sect. 1. §. 2. part. II. Vol. III. pag. 384. sq.* Io. Geo. Walchius in *Hist. eccles. N. T. pag. 1208. sq.* et Chr. Guil. Franc. Walchius in *Histor. haer. Vol. I. pag. 808. sq.* horumque postremus scriptores istos in classes quasdam redegit, earumque quatuor constituit, eorum nimirum, qui vel in historicis aut polemicis scriptis horum haereticorum mentionem iniecerunt, vel in aliis scriptis contra illos disputarunt, vel denique in peculiaribus eos scriptis refutarunt, quorumque scripta vel perierunt, vel ad nos quoque peruenerunt. Nos vero cum noluerimus, nec potuerimus etiam commode, ordinem alphabeticum, a Fabricio delectum, relinquere; id potissimum in hoc Catalogo illustrando muneris nobis esse existimabimus, vt cum scriptoribus iis, quorum Fabricius mentionem iniecit, quae obseruatu sint necessaria, adiiciamus, tum vero etiam illos inseramus, quos vel ab iis, quorum nomina modo posuimus, commemorari vidimus, vel ipsi ab iis praetermissos obseruauimus. *Keil.*]

1) Vtrum hoc nomine propterea fuerit adpellatus, quod patriam habuerit Lycopolin, vel, quod auctore Photio *contr. Manich. l. I. § 11. pag. 56. tom. I. Anecd. Wolf.* Lycopoleos episcopatum tenuerit, deficientibus pluribus testimoniis historicis, vix poterit certo amplius definiri. *Keil.*

2) Gentilem eum fuisse, ex inscriptione operis ipsius constat, in qua quippe diserte dicitur ἐπιστρέψας ἐξ ἐθνῶν. Verum post eum Manichaeum primum fuisse, nescio, qua auctoritate possit defendi. Certe in ipso eius libro nuspiam hoc dicitur, sed contrarium potius inde intelligitur, cum doctrinae Manetis notitiam *cap. II.* accepisse se dicat ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς, non vero eius ipsum peritum fuisse tradat. *Keil.*

3) Christianum eum fuisse, magnopere dubitat Tillemontius *l. l. tom. IV. part. II. pag. 813.* eumque

πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας aduerſus Manichaeorum placita. Graece et latine e Regii Apographo ed dit Combefiſius *tom. II. auctar. nouiſſ. Pariſ. 1672. fol.* [ex cuius editione librum hunc emendatiorem, vt dicit, atque nitidiorem, inque ſectiones partitum repetiit Gallandus *Bibl. PP. tom. IV. pag. 73 — 88.* Latine etiam habetur in *Bibl. PP. maxima*, tom. XXVII.] Extſtat et MS. in Bibl. Caeſarea teſte Lambecio *tom. IV. p. 210.* [*pag. 462.* edit. Koll.] Habuit et Allatius *pag. 30. et 36.* ad Hexaëmeron. [atque Cel. La Croze, qui ex ſchedis Spanhemianis libri huius codicem mittere promiſerat Io. Chriſtoph. Wolfio, vt adparet ex *Theſaur. epiſt. La Croz. tom. II. pag. 229.* Laudatur etiam codex huius libri graec. inter Codd. Selleri in *Catalog. libr Mſc. Angliae et Hibern. Vol. II. pag. 96.*] Videtur ſcripſiſſe ſeculo quarto [quod parum quidem certum eſſe dicit Beauſobrius *l. l. pag. 236.* contra vero certiſſime conſtaret, ſi verum haberi poſſet, quod Gallandus *tom. IV. Protegg. cap. V. pag. LX.* defendit, Alexandrum hunc Meletium in ſede Lycopolitana proxime anteceſſiſſe; quem eundem locum inter Praeſules illius ciuitatis, Photii auctoritate permotus, ei adſignauit etiam Le Quien in *Or. Chr. tom. II. pag. 597.* Atqui quarto ſaltem ſeculo librum hunc ſcriptum fuiſſe, inde etiam videtur adparere, quod illius auctor, vt dixi iam, de Manetis doctrina ab iis ſe edoctum fuiſſe tradit, qui eius familiaritate vſi fuiſſent.] Meminit Photius lib I. contra Manichaeos, c. 12. [E recentioribus praeter ſcriptores iam laudd. de illo videndus etiam eſt Caueus in *Diſſert. de ſcript. eccleſ. incert. aet. pag. 2.*]

Cedrenus, [ad an. Conſtant. Herael. XIII. *tom. I. pag. 432.* edit. Fabrott.] *Michael Glycas* [Ann. part. III.] *Auctor Chronici Alex.* [Olymp. CCLX. *pag. 592.* edit. Rader. et *p. 251.* edit. Du Freſn.] et *Georgius Syncellus*, [ad an. M. 5770. Incarn. 270. *p. 286.* edit. Goar.] *Io Malala*, *[Chronogr. part. II. pag. 148. et 212.] Eutychius*, *Annal. tom. I. pag. 387.*] *Gregorius Abulpharaius*, [*Dynaſt. VII. pag. 130. ſq.* itemque *Chronicon Edeſſenum* apud Aſſemann. in *Bibl. Orient. tom. I. pag. 393.* quod natiuitatem Manetis ad an. Graec. 551. Chr. 240. refert,] et alii *Annalium* ſcriptores.

**Apollinaris*, Laodicenus. Epiphan. LXVI. 21.

Archelai Acta cum Manete latine verſa exſtant, de quibus ſupra 4). Ad haec acta B. Ittigius recte referebat, quod auctor libelli Synodici, a Pappo editi, [*cap. XXVIII. pag. ...*] memorat *Concilium Meſopotamicum*, quo Manes damnatus fuerit, [quod tamen minus recte Concilium adpellari, bene monuit Walchius in: *Entwurf einer vollſtaend. Hiſtor. der Kirchenverſamml. pag. 116. ſq.*]

Arium

eumque gentilem potius philoſophum fuiſſe adfirmat; hancque eius ſententiam multo pluribus adhuc argumentis, ex ipſo libro eius depromtis, confirmare ſtuduit Beauſobrius *l. l. pag. 236. ſq.* At propter Photii teſtimonium, diſerte eum epiſcopum adpellantis, hanc ſententiam minime probari poſſe iudicauit Semlerus in *Introd. ad Polem Baumg. tom I. pag. 272 not. 284* ſimiliterque nec Lardnerus *l. l. pag. 380.* certi aliquid ea de re pronunciare auſus eſt *Heil.*

4) Vbi quae nos obſeruauimus, iis iam hoc addimus, Beauſobrii ſententiam de horum Actorum ... multis refellere ſtuduiſſe Petr. Thom. Cacciari in *Exercitationibus in vniu. S. Leonis M. Opera*, de haer. *Manich. lib. I. c. XIII. pag. 99. ſq.* quem librum dolemus ſerius demum ad manus noſtras perueniſſe, quam vt eo in ſupplementibus vti potuiſſemus. *Heil.*

[*Arium* Manichaeorum aduersariis, exiguo tamen, vt equidem arbitror, iure, propterea annumerat Lardnerus *l. l. pag. 400.* quoniam apud Epiphan. LXIX. 7. Manetis de filio doctrinam, μέρος ὁμοούσιον τῷ πατρὸς eum dicentis, improbasse deprehendatur.]

Athanasius, Alexandrinus, lib. *contra omnes Haereses tom. I. pag. 1052. seq.* [*tom. III. pag. 230. sq. edit. Ben.*] Inter Manichaeorum oppugnatores Athanasium laudat Epiphanius LXVI. 21. [quem forsitan illum ipsum *libr. contr. haeres.* locum in animo habuisse suspicatur Walchius in *Histor. haer. Vol. I. pag. 809.* de quo tamen magnopere dubitauerim, cum librum illum Athanasio falso tribui, a plerisque fere concedatur, ideoque in Benedictinorum etiam editione inter supposita eius scripta fuerit relatus.] Vide et infra in Serapione.

Auctor Praedestinati, haeresi XLVI. [quem librum exhibuit etiam Gallandus *Bibl. PP. tom. X. pag. 355.*

Auctor historiae haereseos Manichaeorum a Christph. Matth. Pfaffio cum Lactantii Epitom. Institutt. diu. editae *Paris. 1712 8.* quam historiam Pfaffius quidem *Proleg. §. 38.* ex Actis Archelai cum Manete excerptam esse statuit, assentiente ipsi etiam Heumanno in *Act. Erudit. Lipsiens. an. 1713. pag. 72.*]

Augustinus de haeresibus c. 46. et in pentateucho [dd]) *tom. I.* variisque scriptis in tomo VI. antiquiorum, et octauo nouae editionis, a monachis Benedictinis curatae, [vbi tamen *lib. de fide*, Euodio vindicandus, et *Commonitorium de modo admittendi Manichaeos*, recte inter supposita scripta referuntur. Horum omnium vero scriptorum contra Manichaeos summam et argumentum breuiter quidem, sed accurate tamen atque diligenter enarrauit Schroeckhius in *Hist. eccles. christ. Vol. XI. pag. 265. — 310.* et *pag. 311.* illorum etiam scriptorum eius mentionem iniecit, quae non quidem consulto Manichaeis sunt opposita, sed in quibus multa tamen contra eos disputantur. De pretio autem et fide horum scriptorum Augustini praeter ea, quae a Schroeckhio l. l. sunt obseruata, consulenda etiam sunt, quae scripsit Beausobrius *l. l. tom. I. pag. 227. sqq.*]

[*Auicenna*, vel *Abu Ali-Ebn-Sina* inter eos, qui Manetis doctrinam impugnarunt, commemoratur, vt notatum Beausobrio *l. l. pag. 238.* ab Abulpharagio in *Hist. Dyn st. p. 53*]

Basilii librum contra Manichaeos laudat Augustinus *lib. I. contra Iulianum* Pelagianum, [*cap. 5. §. 16.*] *tom. VII. pag. 944.* [*tom. X. pag. 505.* edit. Ben. Ven.]

[*Bud.* Periodeuta, quem librum aduersus Manichaeos scripsisse tradit Ebediesu, episcopus Sobensis, in *Catal. script. Syriac.* apud Assemannum in *Biblioth. Orient. tom. III. part. I. pag. 219*]

[*Chrysostomus*, qui saepe in scriptis suis in Manichaeos inuehitur, de quo vid. Montfaucon. in *Praef. ad Opp. tom. VII. n. 3.*]

Cyrillus, Hierosolymitanus, *Catechesi VI.* [quem tamen in iis, quae de detestando quodam Manichaeo-

dd) Pentateuchum Augustini Paulinus vocat epistola 4. hos eius quinque libros aduersus Manichaeos, de libero arbitrio, de Genesi, de moribus Manichaeorum et de vera religione.

nichaeorum in S. Eucharistia celebranda ritu narrat, nullam fidem mereri, non sine causa monuit Beausobrius *lib. IX. c. 9. tom. II. pag. 748.*]

Io. Damascenus haeresi LXVI et dialogo contra Manichaeos, quem post Emanuelis Margunii Graecolatinam edit. *Patau.* 1572. Io. Leunclauius etiam vtraque lingua edidit *Basil.* 1578. 8. cum Manuelis Comneni legatione ad Armenios, aliisque scriptis. [Hunc vero Dialogum Iac. Billius et Combefisius Damasceno tribuendum esse, propterea negarunt, quoniam metaphoricus tantum, non proprius inferni ignis in eo defendatur, qua in re iis accessit quidem Oudinus in *Comment. de script. eccles. tom. I. pag.* 1724. contra vero restitit Mich. Le Quien in *Admonit. in hunc Dial. Opp. tom. I. pag.* 407. huiusque sententiam probarunt etiam Beausobrius *tom. I. pag.* 252. qui tamen de pretio huius Dialogi non admodum honorifice statuit, et Schroeckhius in *hist. eccl. chrift. Vol. XX. p.* 372.]

[*Daniel* Rhesinae, quem orationes aduersus Manichaeos edidisse, testatur idem, cuius modo mentionem iniecimus, Ebediesu in *catal. scr. eccles.* vid. Assemann. *l. l. p.* 223.]

[†] *Didymus*, Alexandrinus, contra Manichaeos, cuius fragmentum latine ex Turriani versione vulgauit Possevinus in apparatu S. ad calcem literae D. et Canisius tom. V. Antiq. lect. [*pag.* 17. *seq.* hincque in Bibliothecas quoque PP. Col. et Lugd. *tom. IV.* translatum est:] item graece et latine ex Emerici Bigotii, quod ex Italia attulerat, apographo Combefisius in *auctario* nouissimo *bibl. patrum Paris.* 1672. *fol. part. II. pag.* 21-32. [itemque Iac. Basnagius in *Nov. edit. Antiq. lect.* Canisii *tom. I. pag.* 204 *seq.* Recentissime autem Combefisii editionem Basnagiana, vt dicit, accuratiorem, repetiit Gallandus in *bibl. PP. tom. VI. pag.* 309. *seq.*] Integrum hunc librum ad nos haud peruenisse, argumento est, quod in Damasceni parallelis ex Didymo contra Manichaeos quaedam allegantur, quae in editis non extant. [Qua ipsa de causa Combefisius quidem *l. l.* parum abfuit, quin scriptum hoc Didymi, Alexandrini, esse negaret. Verum bene eum refutauit Basnagius in *Admonit.* scripto huic praemissa *l. l.* praef. §. 13. *p.* 203. qui omnibus id potius partibus suis constans esse iudicat. Summam vniuersi operis paucis enarrauit Schroeckhius in *hist. eccles. christ. Vol. VII. pag.* 85. *seq.* et *Vol. XI. pag.* 263. *seq.*] Graece locum produxerat etiam Petrus Possinus ad Nili *epistolas pag.* 342. [MS. etiam extat in biblioth. Vindobonensi, teste Lambecio *Commentar. l. IV. pag.* 50. edit. Kollar. qui in *Not.* subiecta contra, quam Gallandus, editionem huius scripti Basnagianam Combefisiana multo emendatiorem iudicat.]

**Diodori*, Tarsensis, Cilicis, libri XXV. contra Manichaeos et Addae μόδιον Phot. *cod. LXXXV.* [Theodoret. *haer. fab. l. I. c.* 26. et Ebediesu *l. l.* qui librum hunc Diodori, aduersus Manichaeos scriptum, inter eos refert, qui non fuerint, vt alia eius scripta, ab Arianis combusti, sed adhuc remanserint, eumque adeo haud dubie syriace versum habuit. Vid. Assemann. *l. l. pag.* 29.]

Ecbertus, Schonaugiensis coenobii monachus et presbyter medio seculo XII. clarus in *sermonibus XIII. aduersus Catharos* et *excerptis ex Augustino contra Manichaeos. Colon.* 1530. 8. et in *bibl. patrum Lugd. tom. XXIII.* [*pag.* 000. et 631. itemque apud Gallandum in *bibl. PP. tom. XIV. p.* 447. *seq.*]

[*Ephraem*

[*Ephraem*, Syrus, qui in scriptis suis variis in locis in Manichaeos inuehitur, quorum hos nominatim laudat Walchius *l. l. pag. 809. Serm. I. pag. 438. tom. II. Opp.* syriac. *Serm. III. p. 443. Serm. VII. pag. 449. Serm. XIV. pag. 468. Serm. XXII. pag. 485. 487. 488. Serm. XXIV. pag. 494. Serm. LI. pag. 550. Serm. LVI. pag. 560.* Clr. etiam Asseman. in *bibl. Orient. tom. I. pag. 118. seq.* et *pag. 145.* itemque *tom. III. part. I. pag. 63.*]

[*Epiphanius*, loco saepius laud. *haer. LXVI.* de cuius narrationis pretio et auctoritate vid. Beausobrius *tom. I. pag. 225.*]

Euodii, Vzalensis, liber *de fide* contra Manichaeos exstat inter Augustini Opera *tom. VIII.* edit. Benedictin. *Adpendice pag. 26.* edit. Amst. Confer Sirmondum *c. 1. hist. Praedestinatianae.* [vbi hunc librum propter codicum auctoritatem Euodio tribuendum esse docetur. Attamen Tillemontius *Memor. eccles. tom. XIII. in vit. August. pag. 451. seq.* parum abfuit, quin Augustino eum vindicaret.]

Eusebius, Caesareensis, *VII. 31. hist.* et forte in singulari opere deperdito, quia ab Epiphanio *LXVI. 21.* inter Manichaeorum oppugnatores refertur. [Hunc enim parum probabile esse iudicat Walchius *l. l. pag. 808* | vnum illum hist. eccles. locum in animo ibi habuisse. Contra vero Basnagius in *Praef. ad Canisii lect. antiq. cap. I § 16. tom. I. pag.* 7. per errorem Eusebium hic ab Epiphanio commemoratum fuisse defendit.]

**Eusebius*, Phoenix Emisenus. Epiphan. *tom. I. pag. 638.* Theodorit. *lib. I. c. 26. haeretic. fabul.* [Niceph. *VI.* 32. Huius autem libri iacturam propterea potissimum dolet Beausobrius *tom. I. pag. 213.* quod hic vir, vtpote linguae syriacae peritus, libros Manetis eadem lingua scriptos, ipse adire potuerit.]

Euthymius, *panopliae aduersus omnes haereses*, quae latine exstat *tom. XIX. bibl. patrum Lugd. part. I. tit. 9.* ex Athanasio, Basilio, Gregorio Nysseno et Chrysostomo, et *part. II. tit. 21.* ex *Photio*; [graece vero edita est *Tergouisti*, *1710. fol.* vid. Fabric. inst. *lib. V. c. 11. §. 7. Vol. VII. pag. 461.* ed. vet.]

[*Gabriel*, episcopus Hormuzi, quem inter scriptores contra Manichaeos commemorat Ebedieſu in *Catal. script. syriac. cap.* 77. apud Assemannum in *bibl. Orient. tom. III. part. I. pag. 147.*]

**Georgius Laodicenus.* Meminit Epiphan. Theodoritus *lib. I. c. 26. haeret. fab.* et Photius *cod. LXXXV.* adde Allatium *pag. 306. de Georgiis.* [Huius quoque libri iacturam luget Beausob. *l. l.*]

Gregorii Nysseni, contra Manichaeos Syllogismi X. *tom. III. Opp.* [*pag. 180.* edit. *Par. 1638. tom. II. pag. 612.* edit. Morell. quos Syllogismos ex Didymo forsitan fluxisse suspicatur Schroeckhius in *hist. eccles. christ. Vol. XI. pag. 264.* Praeterea vero Manichaeos etiam perstrinxit in *Orat. magn. catech. cap. VII.*]

**Hegemonius.* ὁ τὰς Ἀρχελάου πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἀντιλογίας γράψας. Phot. cod. LXXXV. [de quo vid. quae supra in Archelao a nobis sunt obseruata]

Heliodorus, presbyter, libro *de natura rerum exordialium.* Gennad. *c. 6. de S. E.*

**Helpidii*

* *Helpidii* et *Nebridii* aduerſus Manichaeos certamina, Auguſtino memorata. *Conf. l. V. u. VII. 2.*

* *Heracliani*, epiſcopi Chalcedonis, libri XX. contra Manichaeos eorumque ζῶν εὐαγγέλιον Phot. cod. LXXXV. [et *contr. Manich. l. I.* § *11. p. 57. tom. I. Anecd. gr.* Wolfii. Fragmentum horum librorum extat in *Collectaneis incerti auctoris contr. Seuerianos et Acephalos apud* Baſnagium in *Theſaur. Monum. eccleſ. tom. II. pag. 254.* itemque aliud in S. Maximi *Oper. theol. tom. II. pag. 65.* edit. Combef. Caeterum de hoc Heracliano cfr. Tillemont. *l. l. tom. IV. part. II. pag. 812.* et Caueum in *hiſt. litter. ſcript. eccleſ. tom. I. pag. 551.*

[*Hieronymus*, in pluribus ſcriptorum ſuorum locis, in cuiusque editionis indice facile reperiundis, contra Manichaeos diſputat: vnde non immerito inter eorum aduerſarios illum retulerunt Lardnerus *l. l. pag. 400.* et Walchius *l. l. pag. 809.*]

[*Leo*, *M.* quem, vt Fabricius in *Not.* ad Auguſtinum iam obſeruauerat, Manichaeos ſubuertiſſe, teſtatur Proſper *de promiſſionibus*, *pag. CXI. edid. Lugd. 1639. Fol.* [itemque in *Chron. ad an. 443. pag. 304. tom. I. Theſaur. Monum. eccleſ. Basnag.* De eius in Manichaeos animo videnda etiam, quae obſeruarunt Beauſobrius *tom. I. pag. 226.* et Schroeckhius in *hiſt. eccleſ. chriſt. Vol. XVIII. pag. 62. ſeq.*]

Leontius, *lib. de ſectis pag. 433.* [qui liber extat etiam in Gallandi *bibl. PP. tom. XII. pag. 623. ſq.*]

Libanius, epiſt. ad Priſcianum apud Valeſ. *pag. 13. ad Socratem.* [Quanquam enim in hac epiſtola non diſerta Manichaeorum mentio iniicitur, Valeſius tamen minime dubitauit, quin de Manichaeis in hominibus iis ſit cogitandum, quos Libanius ſolem dicit adorare, idemque nec Lardnero *l. l. pag. 383. ſq.* a vero videtur alienum eſſe.]

[*Metrophanis*, archiepiſcopi Smyrnenſis, tres libros contra Manichaeos MSS. graece in bibliotheca Heidelbergenſi, nunc Vaticana, extare, ſic inſcriptos: *de recens exorta Manichaeorum haereſi breuis et luculenta narratio*; *ex diuerſis contra eosdem Manichaeos [illegible] liis excerpta*; et *contra Manichaeorum recens prognatum errorem ſecunda editio ad Antonium metropolitam Cyzicenum*, teſtatur Poſſeuinus in *Adpend. Appar. S. pag. 81.* ex quo [illegible] repetiit Caueus in *hiſt. litt. ſcriptt. eccl. tom. II. pag. 51.* Verum hos libros non a Metrophane profectos, ſed Photio potius tribuendos, neque contra Manichaeos vet[illegible], ſed Latinos, Spiritum S. a patre et filio ſimul procedere defendentes, et nugaci prorſus nominis impoſitione *nouos Manichaeos* a Photio adpellatos, ſcriptos eſſe, bene docuit Oudinus in *Comment. de ſcript. eccleſ. tom. II. pag. 231. ſq.*]

Moſes Bar Cepha, lib. *de Paradiſo p. 423. ſeqq.*

Muhamed ben Iſaac, MS. de quo Hottingerus *tom. I. hiſt. eccleſ. p. 149.* [cf. etiam Beauſobrius *l. l. tom. I. pag. 238.*]

* *Nebridius*. Supra in Helpidio.

[*Natanaël*, cuius diſputationem contra Manichaeos laudat Ebediesu in *catal. libr. ſyr. cap. 154.* apud Aſſemannum in *bibl. Orient. tom. III. part. I. pag. 224.*]

Nicetas,

Nicetas, Choniates, *IV. 33. Thesauri orthodoxae fidei*, [de quo opere cf. Fabric. infr. *lib. V. c. 5. §. 9. Vol. VI. pag. 418. seq. ed. vet.*]

**Origenes*, licet Manete antiquior, in Valentinianis et Marcionitis etiam Manichaeorum haeresin, antequam nasceretur, oppugnauerat. Atque ita capiendus Epiphanius LXVI. 21. [Eodem modo hac de re statuit etiam Tillemontius *l. l. tom. IV part. II. pag. 810.* neque ab eadem sententia multum abesse etiam videtur Basnagius in *Praef. Thesaur. Monum. eccles. tom. I.* praemiss. *cap. 1. §. 16. seqq. pag. 8.* licet Epiphanium erroris malit ea in re commissi accusare; quod ipsum fecit etiam Caueus in *hist. litt. script. eccles. tom. I. pag. 143.* qui tamen ad eum excusandum hoc simul monet, quod ex *auditu* tantum id retulerit, similiterque etiam de loco *Caten. graec. in Ioh. c. 2, 1. pag. 64.* vbi Origenis locus adducitur, in quo Manichaeos arguendos esse docet, quod Mariam Christi matrem esse negent, ita iudicat, vel integrum locum, vel extremam saltem eius clausulam Origenis nomini falso supponi. De iis autem, qui Origenem non aduersarium Manichaeorum, sed parentem potius dixerunt, videnda quae obseruauit Basnagius *l. l. §. 15.*]

[*Pelagium* propter varia loca Comment. in epistol. Pauli, in quibus Manichaeos erroris arguit, illorum aduersariis annumerat Lardnerus *l. l. pag. 400.*]

Petri, Siculi, (qui Baronio et Posseuino male *Lucas*) Historia Manichaeorum et Paulicianorum ad archi-episcopum Bulgariae circa a. C. 870. scripta et e MS. Vaticano graece et latine edita a Matthaeo Radero S. I. *Ingolstad. 1604. 4.* et latine in *supplemento bibl. patrum Paris. 1639.* et *tom. IX. Colon. 1618. et tom. XVI. Lugd. 1677.* [*pag. 753. seq.* Nouam eius editionem virum quendam doctum moliri, quae exhibitura etiam sit illa, quae Noltenius et Beausobrius suis exemplaribus alleuerant, Reiskio quidem in litteris quondam significauerat Bernardus, ad calcem Vitae Reiskianae *pag. 276.* reperiundis; sed, quantum equidem noui, nuspiam illa prodiit. Cum autem haec Petri historia multum similitudinis habeat cum Photii libris contra Manichaeos, alterutrum scriptorem alterius opera vsum fuisse statuerunt, iamque vter alterum fuerit secutus, quaesiuerunt. Et Montfauconus quidem in *bibl. Coisl. pag. 349.* libri Photiani maximam partem ex Petri historia desumtam esse statuit; contra vero Wolfius, cui olim nondum constiterat, quid de hac quaestione decerni debeat, (vid. *Thesaur. epist. La Croz. tom. II. pag. 171*) post tamen in has potissimum partes inclinauit, vt Siculum post Photium suam historiam litteris consignasse, eumque in veterum saltem Manichaeorum historia exponenda secutum esse defenderet, vt adparet ex eius *Praef. ad tom. I. Anecd. gr.* et *Not. ad pag. 37.* At nescio, annon probanda potius sit Cel. Schroeckhii sententia, qui in *hist. eccles. christ. Vol. XX. pag. 365.* vtrumque ex communi fonte hausisse suspicatur. Caeterum si quidem fides habenda est iis, quae Raderus §. 4. *Praemonit.* ad hunc Siculi libellum ex Iac. Sirmondi fide refert, eiusdem quoque refutatio duorum doctrinae Manichaeae capitum exstat in bibliotheca Vaticana MS. ex meris prope diuinarum litterarum testimoniis contexta. Cf. Mongitor *bibl. Sic. tom. II. pag. 129.*]

Philastrius, haeresi LXI. LXXXIV. LXXXVIII. C. CXXVI.

Photii, patriarchae CPol. libri IV. contra Manichaeos et Paulicianos MSS. graece in bibl. Io-

hannea Hamburgensi. Eorum Epitome in Euthymii Panoplia *part. II. tit. 21.* Integros editurum se recepit Clariss. Zacagnius post D. Abrah. Hinckelmannum τὸν μακαρίτην, cuius vide *detectionem fundam. Bohemiani. p. 52 et 123* [At neuter eorum, fato interceptus, his promissis satisfecit. Primus vero partem saltem huius operis, librum nimirum primum, ex cod. Coisliniano cum Colbert. 444. collato, graec. et lat. edidit Bern. de Montfaucon in *bibl. Coislin. pag. 349 — 375.* Non diu post autem integrum opus in publicam lucem protraxit Io. Christph. Wolfius in *Anecd. graec. tom. I. p. 1 — 216. et tom. II pag. 1 — 283.* emendata simul aliquantulum primi libri versione Montefalconiana, reliquorumque noua adornata, adiectisque etiam annotationibus quibusdam. Huius vero editionem, noua tamen versione in Wolfianae locum substituta, recentissime repetiit Gallandus, vel Operis ipsius potius Continuator, in *bibl. PP. tom. XIII. pag 602. 694.* additis simul Notarum Wolfii praecipuis, iis tamen in compendium plerumque contractis. De alio quodam horum librorum codice cfr. *Annal. liter. Helmstad. an. 1782 mens. Mai. pag. 387.* De argumento vero eorum vid. quae disputauit Fabricius infr. *lib. V. c 38. Vol. IX. pag. 555.* et Schroeckhius in *histor. eccl. christ. Vol. XXIII pag. 322. seq.* Caeterum cfr. etiam, quae supra in Metrophane obseruauimus]

[*Prudentius* in Hamartigenia, qua Manichaeorum de principio mali sententiam erroris arguit, de cuius carminis argumento vid. quae obseruauit Schroeckhius in *hist eccles. christ. Vol. VII. pag. 124.*]

Mich. Psellus, libro *de operatione Daemonum* contra Manetem et Euchitas, [in quo tamen libro, vt monuit iam Buddeus in *Isagog. histor. theol. ad theol. vniu. lib. poster. c. VII. § 3. pag 896.* nihil minus agit, quam vt Manichaeos refutet, quin potius de variis daemonum generibus ex mente veterum, Chaldaeorum inprimis et Platonicorum, differit.]

[*Rufinus* in *Expositione symboli* nominatim etiam Manichaeos reprehendit, ideoque a Lardnero *l. l. pag. 401.* non immerito ipsorum adversariis annumeratur.]

Serapionis, Thmuitani episcopi, liber contra Manichaeos laudatus Photio cod. LXXXV. [et *contr. Manich lib. I. §. 11. pag. 36. tom I. An ed. gr.* Wolf. itemque Epiphanio *LXXVI. 21* atque Hieronymo *de script. illustr. cap. 99.*] etiamnum extat, [quem primus ineunte sec. XVI. ex versione Franc. Turriani latine vulgauit Henr. Canisius *Antiq. lect. tom. V. pag 1. seq* vnde translatus deinde est in *biblioth. PP. Max. tom. IV. pag. 160.* Post graecum quoque textum eius ex cod. Holsteniano bibliothecae Iohanneae Hamburgensis, cuius apographum a D. Io. Frid. Wincklero, Pastore quondam Hamburgensi, acceperat, edidit Iac. Basnagius in *Nou. Thesauri Canisiani edit. tom. I pag. 43. seqq.* huiusque editionem, denuo recognitam, nonnullisque obseruationibus instructam et capitum distinctione atque argumentis adauctam, repetendam nuper curauit Gallandus in *bibl. PP. tom. V. pag. 52 — 62.*] Principium eius libri, sed sub *Athanasii* nomine, adducit Facundus *XI, 2.* [ad quem locum vid. quae obseruauit Sirmondus, repetita etiam a Gallando *Proleg. tom. laud. cap. V. §. 4. pag. X.*] Quae vero ex Serapione profert Sixtus Senensis, [*bibl. Sanct. lib. II. pag. 86.* et *115.* atque *lib. V. pag. 381.* edit. Paris.] in edita Turriani versione et graeco codice Holsteniano haud extant, vt iam notaui in *Codice*

Apocry-

Apocrypha Noui Test. pag. 3. [*tom. I.* et *tom. II. p. 965. seq.* vbi Sixtum longe auctius huius libri exemplar habuisse existimat; quam eandem sententiam sequitur etiam Gallandus *l. l.* Contra vero Basnagius in *Animaduers.* huic libro *l. l. pag. 17. § IV.* praemissis, Sixtum in locis illis referendis errasse et ab alio scriptore ea mutuatum esse censet, haecque ipsius coniectura non parum profecto confirmatur eo, quod, quae Sixtus *lib. V. l. l.* ex Serapione refert, ea Binetum in libr. de salute Origenis, Serapionem in *Comment. in Ps. XVIII.* scripsisse, tradere testatur Huetius *Origen. lib. II. quaest. III. §. XXVII. pag. 62.*] Neque forte Elias Du Pin *tom. II. bibl. eccles. pag. 73.* si legisset graece, accusasset scribendi genus tanquam simplex nimis ac neglectum, *fort simple et fort peu etudié.* [Caeterum argumenti huius libri summam paucis enarrauit Ceillier in *histoir. gen. des Aut. eccl. Vol. VI. cap. V. pag. 38 sqq.*]

Simplicius, quem propter *Comment. in Epict. cap. 34.* iure inter Manichaeorum aduersarios refert Beausobrius *l. l. pag. 235.* Schweighaeusero in *Epictetae philos.* Monumentis T. IV. p. 264. sq. est cap. 27. qui ipse in Not. *T. V. p. 35. sq.* cfr. dus.]

Socrates, lib. I. hist. eccl. c. 22.

Suidas in Lexico [sub voc. Μάνης, apud quem tamen nihil amplius de eo traditur, quam quod ad verbum etiam legitur apud Cedrenum *pag. 259. seq.*]

Theodoritus haeret. fab. lib. I. c. 26. V. c. 9. [quem nimiae in iis, quae de Manichaeis tradit, credulitatis accusat Beausobrius *l. l. pag. 226. seq.*]

Timotheus, presbyter, *de different. haeret. pag. 114. seq.* edit Meursii [in *Var. Diuin. Lugd. 1619.* — Praeter hunc vero Timotheum alius etiam Timothei, gente Persae, meminit Io. Malala *lib. XVIII. p. 178.* ex eoque plura refert de Manichaeis eorumque episcopo, Indarazaro, de quo vid. Caueum in *Dissert. de script. incert. aet. pag. 9.*]

Titi, Bostrensis, libri IV. contra Manichaeos, [ab Hieronymo *de script. illustr. c. 102.* Epiphanio *LXXVI, 21.* Theodoreto *haer. fab. l. I. c. 26.* Heracliano apud Photium cod. *LXXXV.* et Steph. Gobaro, qui et fragmentum lib. I. recitat, apud eundem cod. *CCXXXII.* itemque Photio ipso *contr. Manich. l. I. §. 11. pag. 35. tom. I. Anecd. gr.* Wolfii atque Ebediesu in *catal. script. syr. cap. 29.* apud Assemann. in *bibl. Orient. tom. III. part. I. pag. 41.* commemorati,] e quibus primi duo integri cum tertii initio [imo, Basnagio in loco mox laudando iudice, tres priores integri,] et Serapionis libro contra Manichaeos, extant graece MSti in bibl. Iohannea Hamburgensi, [eosdemque vtriusque scriptoris libros, graece descriptos, habuit etiam Sebast. Gottfr. Starkius, vt ex Mart. Dieterichi Progr. funebri refert Wolfius *Anecd. gr. l. l. pag. 36.*] Latine ex Turriani versione pridem in Canisii *Lect. Antiqu. tomo V.* [*p. 36.*] prodierunt, et recusi sunt in bibliotheca patrum Lugd. *tom. IV.* [Graece vero tres priores libros, cum quarti, qui totus intercidit, argumento, codicis illius Hamburgensis ab eodem, cuius in Serapione mentionem fecimus, Io. Frid. Wincklero, apographum nactus, addita simul Turriani versione, primus in lucem protulit Iac. Basnagius in Noua *Operis Canisiani edit. tom. I. pag. 59 — 162.* postquam omnium quatuor librorum argumenta ex eodem codice ad hunc ipsum locum nostrum vulgauerat Fabricius, quae tamen nunc merito a nobis omitti poterant. Quanquam vero Basnagius summam in hoc scripto edendo diligentiam adhibere

studuit, atque non modo tertium librum, quem primo librarius inseruerat, suo loco restituit, sed in primo etiam multa discerpta resarcire et in genuinum ordinem redigere conatus est; non immerito tamen plura in eius editione desiderauit Petr. Wesselingius *Probab. cap. XX. pag. 166. seq.* Praeterquam enim, quod locum quendam, ad primum librum pertinentem, tertio inseruit, neque fragmenta huius operis, ab aliis scriptoribus seruata, in consilium adhibuit, quorum in numero praeter illa, quae apud Photium occurrunt, inprimis ponenda sunt ea, quae exscripsit auctor Parallelorum sacrorum, Ioanni Damasceno vulgo tributorum, suntque a Mich. Le Quien e Rupefucaldino codice vulgata. His vero Wesselingii monitis satisfacere studuit Gallandus in noua operis huius editione, quam in *Bibl. PP. tom. V. pag. 269 — 350.* exhibuit. Et primum quidem, (vtimur maximam partem ipsis eius verbis, quibus hanc operam suam *Prolog. cap. XVI. § 5. pag. XXVII.* declarauit,) omnia exscripsit, quae in Parallelis Rupefucaldinis occurrunt, ad textum huius operis editum siue castigandum, siue supplendum, eaque ad calcem reiecit; deinde hinc illinc notulas etiam textui subiecit, quibus tum Parallelorum loca indicantur, tum etiam locis vexatis aut corruptis lux affunditur, aut integritas restituitur; atque nonnulla etiam ex Photio mutuatus est. Denique lemmata etiam horum trium librorum contexuit, quibus totius operis conspectus exhibetur. Ceterum idem opus, sola tamen versione Turriani latina, parum interdum accurata, vsus in epitomen redegit Roeslerus in *Biblioth. der Kirchenväter. Vol. VI. pag. 357 — 383.* Breuius vero argumenti eius summam enarrarunt Du Pin in *Nouv. Biblioth. des Aut. eccles. tom. II. p. 128. sq.* Ceillier *l. l. cap. VI. §. 3. sqq. p. 44. sq.* et Schroeckhius in *hist. eccles. christ. Vol. XI pag. 248. seq.* Iudiciis autem de pretio huius operis parum honorificis, quae Lardnerus *l. l. pag. 394. sq.* collegit, opponi possunt, quae de eo benignius iudicarunt Moshemius in *Comment. de rebus Christian. ante Const. M. pag. 731.* qui accurate atque diligenter scriptum statuit, et Beausobrius *l. l. pag. 222.* qui et ipse multas ei laudes tribuit. *Keil.*]

* *Tryphon*, Origenis discipulus. Epiphan. *tom. II. pag. 176.* Photius *lib. I. contra Manichaeos.* [§ *15. pag. 59. tom. I. Anecd. gr.* Wolfii. In Actis Archelai, vt supra iam a Fabricio est obseruatum in Archelao, Diodorus potius adpellatur.]

Fabii Marii Victorini liber aduersus *Iustinum*, siue, vt Labbeus *pag. 24. bibl. nov. MSS. Iustinum* Manichaeum [5]), *Paris. 1630. 8.* [a Sirmondo editus] et *tomo I. Opp. Sirmondi pag. 479.* [ex quo eum repetiit Gallandus *Biblioth. PP. tom. VIII. pag. 138. seq.* qui et *Proleg. cap. IV. §. III. pag. VIII.* Launoii dubitationi de Victorino, huius libri auctore, occurrit.]

Zacharias, scholastici ac deinde metropolitae Mitylenaei, circa a. C. 530. clari, breuis disputatio de duobus principiis aduersus Manichaeos, latine Turriano interprete in Canisii *lect. Antiquis tom. V. pag. 143.* [Nov. edit. a Basnagio curat. *tom. I pag. 428.*] et in *bibliotheca patrum Lugd. tom. IX. pag. 794.* [atque Gallandi *tom. XI. pag. 293.*]

Scripto-

5) At in *Dissert. de script. eccles. tom. II. p. 467.* idem Labbeus et ipse Iustinum eum adpellat. *K.*

[?] *Scriptores recentiores, qui ad idem argumentum faciunt.*

Praeter historiae ecclesiasticae conditores, Centurias Magdeburgenses eiusque epitomatorem. Luc. Osiandrum, tum Hottingerum, Tillemontium, [in: *Memoires pour servir à l'histoire eccles. tom IV part. II. p. 744—816.* et *p. 948 — 957.*] Natalem Alex. [*hist. eccles. sec. III. c. 3. pag. 592. sqq.* et *Dissertt. XXVI. p. 785. seqq* Moshemium in *Comment. de rebus Christianorum ante Constant. M. sec. III. §. XXXIX. sqq. p. 728. sqq.* Schroeckhium in *hist. eccles christ. Vol. IV pag. 400. sqq.* et *Vol. XI. pag. 245. seq.*] et auctores Annalium ad a. C. 277. Baronium, Spondanum, Pagium, Sam. Basnage, eosque qui de haeresibus tractandum in se susceperunt, vt Gabrielem Prateolum, Conradum Schlüsselburgium aliosque, [inprimis Chr. Guil. Franc. Walchium in *hist. haeres. Vol. I. pag. 685. sq.*] quibus addere licet B. D. Thomae Ittigii praelectiones MSS. de rebus Seculi III. propediem vt spero typis excudendas, [imo nunquam excusas,] et Guil. Caveum parte praecipue prima historiae literariae scriptorum ecclesiasticorum:

Petrus Baelius in Dictionario historico critico, et responsione ad quaestiones hominis e Provincia: idem oppugnatus a Io. Clerico in Parrhasianis, et bibl. selecta, Iac. Bernardo, Isaaco Iaqueloto, aliisque et nouissime ab illustri Leibnitio in acutissimo opere, cui titulus: *Essais de Theodicée sur la bonté de Dieu, la liberte de l'homme et l'origine du mal.* Amst 1710. 8.

[*Iac. Basnagius* in *praefat. generali Canisii Lect. Ant. tom. I.* praemissa *c. I.* quod continet Obseruationes ad haeresin Manichaeorum ex Serapione, Didymo, Tito Bostrensi et Zacharia.

Isaac. de Beausobre histoire critique de Manichée et du Manicheisme, Amstel. tom. I. 1734. tom. II. 1739. 4. Opus omnium, quae hic commemorantur, haud dubie princeps atque insigni doctrinae adparatu refertum, idem tamen vel tum iam, cum primum prodiret, iniquiora nonnullorum iudicia expertum, quibus Cel. Auctor occurrere studuit in, *Defense de l'histoire critique de Manichée et du Manicheisme par Mr. de Beausobre*, inserta *Bibliotheq. Germaniq. tom. XXXVII. p. 1. XXXVIII, p. 24. XXXIX. p. 34. XL. p. 20. XLI, p. 97. XLII, XLIII, p. 81.* Nos quidem vix putamus, verius atque iustius de hoc opere iudicium ferri posse, quam de eo tulerunt Lardnerus *l. l. p. 738.* Moshemius *l. l. pag. 731. sq.* et Walchius *l. l. pag. 688.* quorum iudicia dignissima profecto sunt, quae legantur.]

D. Balthasar Bebelius Antiquitatt. eccles. Seculi III. pag. 929 — 942. et Sec. IV. tom. II, p. 1321 — 1331.

[*Petr. Thom. Cacciari* Exercitationes in uniuersa Leonis M. Opera, pertinentes ad historias haeresium Manichaeorum, Priscillianistarum, Pelagianorum atque Eutychianorum, quas summo studio et labore SS. Pontifex euertit atque damnauit, in sex libros distributae, (*Romae, 1751. fol.*) in quibus pag. 1 — 200. de haeresi Manichaeorum duobus libris exponitur, et multae Beausobrii coniecturae reiiciuntur atque refutantur.

Iac. Georg. de Chaufepié in: *Nouveau Dictionaire historique et critique*, tom. III. ſub voc. *Manich.*

Auguſtin. Antonius Georgi in Alphabeto Tibetano, Miſſionum Apoſtolicarum commodo edito *Rom. 1762. 4.* in quo opere, quod nobis quidem nondum inſpicere licuit, teſte Cel. Schroeckhio in *hiſt. eccleſ. Vol. IV. p. 405.* multa, ad Manichaeorum hiſtoriam pertinentia occurrunt et plura etiam contra Beauſobrium diſputantur.]

Thom. Hyde in praeclaro opere de religione veterum Perſarum *Oxon. 1700. 4.* capite in primis XXI.

[*Nathanael Lardnerus* in opere notiſſimo: *the Credibility of the Gospel hiſtory*, part. II. lib. I. cap. LXIII. verſionis germanicae, qua nos vſi ſumus, part. II. Vol. III. pag. 364. — 753.]

D. Io. Adamus Scherzerus in programmatis p. 43. ſq. vbi diſſerit de dogmate Manichaeorum, animas poſt mortem per ſcapham lunae vel per ſolem deduci ad DEum opinantium, de quo vide ſis etiam D. *Chriſtianii Thomaſii* hiſtoriam ſapientiae et ſtultitiae *part. I. p. 56. ſeq.* Hinc ſolem et lunam venerabantur Manichaei οὐ θεοὺς, ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἔστιν πρὸς θεὸν ἀφικέσθαι, vt docet Alexander, Lycopolita.

[*Io. Sam. Semlerus* in: *Geſchichte der chriſtlichen Glaubenslehre*, Polemicae Baumgartenianae Vol. I. praemiſſa, §. 46. ſeqq. pag. 266—311.]

Cyriaci Spangenbergii hiſtoria Manichaeorum libri III. *Urſellis 1578. 4.*

Aegidii Strauchii Manichaiſmi recenſio hiſtorica *Witeberg. 1661. 4.*

Iohannes de Turrecremata iuſſu Pii II. collegit tractatum 50. veritatum contra quinquaginta errores Manichaeorum, teſte Gabriele Prateolo in *elencho haereſium p. 311.*

[*] Fragmentum hiſtoriae Manichaeorum a *Gerhardo Iohannis F. Voſſio*, Hugonis Grotii [dd]) ſuaſu ſcribi coeptae, prodiit in *tomo ſexto* ſiue vltimo eius Viri *operum*, iunctim excuſorum, *Amſtelod. 1702. fol. [p. 831.]*

Io. Wigandi ſcripta de Manichaiſmo renouato, vtpote magis comparata ad inuidiam Flacianis conflandam, quam illuſtrandam Manichaeorum veterum hiſtoriam, ac ſimilia aliorum praetereo.

Io. Chriſtophori Wolfii, Manichaeiſmus ante Manichaeos, et in Chriſtianiſmo rediuiuus. Hamb. 1707. 8.

[*Laur. Zacagnium* hiſtoriam haereſeos Manichaicae, cui Photii libr. IV. aduerſus Manichaeos, aliaque plura inedita veterum auctorum ſcripta adpendicis loco ſubiungere conſtituerit, paratam ſecum habuiſſe, teſtatur Caueus in *hiſt. litt. ſcript. eccleſ. tom. I. p. 144.*]

CAPUT

dd) Vide Grotii epiſt. 45. 46.

CAPUT IV.

De Eusebio Caesareensi, et aliis Historiae ecclesiasticae atque Chronicorum Scriptoribus graecis.

I. *De Eusebii vita et doctrina.* II. *Eius scripta graece edita. Chronicon. id. Praeparatio euangelica.* III. *Index plenior scriptorum, in illo opere laudatorum. id. Demonstratio euangelica.* IV. *Historia ecclesiastica.* V. *Index scriptorum et virorum illustrium, in illa memoratorum. accuratus id. De martyribus Palaestinae.* VI. *Contra Hieroclem.* VII. *Contra Marcellum.* VIII *de ecclesiastica theologia.* IX. *Epistola de fide Nicaena* X. *De locis Hebraicis.* XI. *Commentarii in Psalmos.* XII. *In Canticum canticor.* XIII. *De vitis Prophetarum.* XIV. *In Esaiam commentarii.* XV. *Canones euangeliorum cum praemissa ad Carpianum epistola, quae graece et latine exhibetur.* XVI. *De dissonantia euangeliorum ad Marinum.* XVII. *Oratio de Constantini M. laudibus.* XVIII. *Libri IV. de vita eiusdem Constantini.* XIX. *Fragmenta ex libris de vita Pamphili, martyris.* XX. *Ex collectione veterum martyriorum.* XXI. *Epistola ad Constantiam Augustam* XXII. *Quae latine tantum exstant, liber primus Apologiae pro Origene.* XXIII. *Opuscula XIV. a Sirmondo publicata.* XXIV. *Acta spuria Siluestri I. Papae.* XXV. *Scripta inedita.* XXVI. *Deperdita.* XXVII. *Alii Eusebii amplius quinquaginta.* XXVIII. *Alii scriptores graeci Hist. ecclesiasticae deperditi.* XXIX. *Alii, qui integri vel ex parte exstant, Philostorgius.* XXX. *Socrates.* XXXI. *Sozomenus.* XXXII. *Theodoritus* XXXIII. *Euagrius.* XXXIV *Theodorus Lector.* XXXV. *Nicephorus Callisti.* XXXVI. *Chronicorum scriptores graeci deperditi.* XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. *Alii, qui exstant.*

[*Cum auctario G. C. Harles.*]

I.

Eusebius, *Pamphili*, presbyteri Caesareensis ac martyris, non filius vel sororis filius, nec seruus, sed amicus [a]) singularis, (vt ab eo nomen tulerit,) natus circa a. C. 264. [b]), frater vel consobrinus Eusebii, Nicomediensis [c]), [*] [natus, vt verosimile est, atque educatus in Palaestina.] Dorothei fortasse Evnuchi, presbyteri Antiocheni, discipulus, *Caesareae* Palaestinae, quae

a) *Hieron.* epist. 65. et c. 81. de S. E. *Photius* Cod. XIII. *Hanckius* de script. hist. Byz. pag. 4 Sic C. Auianum Philoxenum Auiani nomen ab amico suo, Flacco Auiano, consequutum scribit Cicero XIII. epist. 35. Etiam Iudas Iacobi et Petrus Damiani dictus, vterque a fratre. In iure graeco-romano pag. 295. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ab interprete male redditur; *Eusebius Pamphilides. Fabric* — *Pamphili* expositionem capitum Act. apostol. edidit *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 78. sqq. ex cod. *Harl.*

b) Probabile esse videtur *I. G. Walchio* in Hist. eccles. N. T. saec. IV. cap. I. (vbi de Eusebio is est copiosus,) Eusebium vita humana frui coepisse sub extrema Gallieni tempora anno fere CCLXVIII. et fortasse Caesareae. Add. *Chausepie* nouv. Dict. hist. et crit. vol. II. voc. *Eusebius*, p. 68. not. *C.* Secundum *Caueum* in hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 175. natus est Euseb. circ. a. 270. Walchius quoque post Valesium aliosque et *Chausepie* not. *D.* defendunt Eusebium a crimine, cum tempore vexationis, coeptae a Diocletiano contra Christianos, captum atque in carcerem ductum, idolis, vt pristinam recuperaret libertatem, sacra fecisse. add. quae scripsi et quos laudaui viros doctos in Introd. II. 2. p. 216 sqq. *Harl.*

c) *H. Valesius* de vita et scriptis Eusebii ex epistola Arii apud Epiphan. LXIX. 6. Ceterum Dorotheum illum, (de quo *Euseb.* VII. 32. Hist.) *Baronius* ad Martyrolog. V. Iun. male confundit cum Dorotheo, Tyri episcopo. Vide Acta Sanctor. tom. I. Iunii pag. 435.

quae prius Turris Stratonis adpellabatur, episcopus ab a. C. 315. ad 339. vel 340. quo diem obiit maior septuagenario. Vi Constantino Imp. carus, quem genere etiam longius d), contingebat, et sua aetate eruditissimus fuit, ac *Basilii* de Spiritu S. cap. 29. iudicio διὰ πολυπειρίας ἀξιόπιστος, atque, vt a *Nicephora Gregora*, lib. XIX. hist. pag. 592. vero elogio adpellatur, τῶν τότε λογίων πρῶτος. De illius vita, de qua liber *Acacii* e), post Eusebium episcopi Caesareensis, et librorum eius heredis intercidit, [P] nolo repetere, quae multis erudite tradi-

d) Hoc inde colligo, quia Eusebius, Nicomediensis, nostri Eusebii frater, Iulianum, imp. genere contingebat, teste *Ammiano* XXII. 9.

e) *Acacius*, *Caesareensis* episcopus, vitam magistri ac decessoris sui, Eusebii, scripserat, teste *Socrate* II. 4. Male *Agapius* legitur pro *Acacio* in hist. tripartita IV. 3. licet claruisset etiam *Agapius*, Caesareensis episcopus; sed is ante Eusebium fuit, eumque in clerum adsciuit et deinde successorem habuit. Inter alia Acacii huius scripta fuerunt *libri XVII in Ecclesiasten.* Hieron. catalog. cap. 98. συμμίκτων ζητημάτων, siue, vt idem Hieron. epist. 152. ad Minerium et Alex. tom. III. p. 125. librum quartum laudans, adpellat, συλλεκτῶν ζητημάτων libri VI. id. *epistolae et scripta nomine Synodi CPol.* a. 360. concepta. *Philostorg.* IV. 12. *Fidei formula* in Synodo Seleuciensi a. 359. edita, quam seruauit *Epiphanius* LXXIII. 25. et *Socrates* II. 40. Ἀντιλογία *aduersus Marcellum Ancyranum.* Epiph. LXXII. 5—9. vbi insigne ex illo libro fragmentum. [De *Marcello* et *Acacii* libro contra illum v. *Walch.* l. c. p 1514. qui etiam p. 1317. de eius et atroci cum *Cyrillo*, Hierosolymitano, contentione de principatu copiose differit. Acacius enim, episcopus Caesariensis, inter Palaestinae praesules vi vsus diuturni, a synodo Nicaena confirmati, fuerat metropolitanus. Hunc honorem ac principatum quoniam Cyrillus ecclesiae Hierosolymitanae, tamquam matri omnium ecclesiarum vindicare adnisus erat: magna controuersia inter vtrumque et reliquos ecclesiae orientalis episcopos exorta est; siquidem ii, qui cum Arianis sentiebant, cum Acacio fecerunt; qui autem veriorem profitebantur doctrinam, steterunt a Cyrilli partibus. Illorum vero factione et crimine factum est, vt Cyrillus munere suo deiiceretur, variaque experiretur fata. Conf. infra, vol. VIII. vet. edit. pag. 337 sq. *Harl.*] Acacio etiam tribuit Tillemontius, quod *de fide aduersus Sabellium* sub Eusebii nomine edidit Sirmondus. Vide *Tillemont* tom. VI. memor. hist. eccles. part. II. p. 111. edit. Bruxell. *Acacii* huius fragmenta quaedam occurrunt in catenis editis et MSS. [v. vol. VII. p. 736. etc. ed. vet.] Alius fuit, licet eiusdem aetatis, *Acacius*, *Tarsi* episcopus, de quo Philostorg. V. 1. Alius presbyter et archimandrita *Beroensis*, cuius et Pauli Presb. *Epistola ad Epiphanium*, qua eum a. C. 375. ad scribendum contra haereses inuitauit, cum Epiphanii responsione, huius panario praemittitur. Nescio idemne *Acacius* Beroënsis episcopus circa a. C. 431. annos 110. natus, cuius *epistolae binae ad Alex. Hierapolitanum* leguntur in variar. epistolarum volumine ad Concil. Ephesinum spectantium in editione Christiani Lupi (a. 1682.) et Steph. Baluzii (noua collect. Concilior. a. 1683) cap. 41. et 55. sed in Io. Garnerii (auctar. Opp. Theodoriti a. 1684) cap. 30. et 44. et *Confessio fidei*, edit. Lupi ac Baluz. cap. 221. Garneri cap. 178. *Epistola ad Cyrillum Alex.* tom. V. Opp. Cyrilli parte II et in Actis Concilii Ephesini tom. III. edit. Labbei pag. 382. De *Acacio*, *Militenes* in Armenia episcopo et Nestorii oppugnatore, videndus *Caueus* ad a. 431. Huius *homiliam* in Synodo habitam et Nestorii haeresi oppositam, Combefisius latine exhibet in Bibl. sua Concionatoria ad festum Annunciationis. Ad illum *Acacium* epistolas Firmi, episcopi, edidit doctissimus Muratorius Patav. 1709. 4. in Analectis Graecis, qui pag. 370. obseruat, plures huius nominis episcopos illo tempore claruisse, episcopum *Cotenorum*, episcopum *Seleuciae*, episcopum *Scopenorum*. Plures etiam circa a. C. 450. vt episcopum *Antiochiae minoris*, episcopum *Ariarathiae*, episcopum *Cynnensem*, episcopum *Proconnesi*. Fuit et *Acacius*, *Armeniae praefectus*, cuius in Iustiniani Nouella 31. mentio. De *Acacio*, patriarcha CPol. cuius vita alteraque epistola extat, idem *Caueus* ad a. C. 471. Vide et *Photium* Cod 42. *Fabr.* Acacii, Caesareensis, tempore fuit quoque *Acacius*, Caesareens. sophista ethnicus, Libanii amicus, eloquentia illum etiam superaturus, nisi iuuenis obiisset, de quo *Eunapius* p. 135. sq. et *Suidas* in Ἀκάκιος: obseruante Fabricio in vol. VIII. vet. ed. p. 338. *Harl.*

tradiderunt praestantes viri, *Abraham Scultetus* [f]), *Henr. Valesius* [g]), *Martinus Hankius* [h]), *Guil. Caueus* [i]), *Tillemontius* [k]), et *Io. Clericus* [l]), ne de aliis [m]) in praesenti memorem. Tantum profiteor, me adsentiri viris doctis, qui agnoscunt, varia quidem in Eusebii scriptis esse de dogmatibus quibusdam, quae durius et parum commode dicta videntur: tamen mysterium SS. Triadis et συναΐδιον filium ex patris essentia Deum de Deo genitum αὐτόθεον agnouisse, atque adeo ab haeresi propria Arii fuisse alienum, diserteque reiicere eos, qui CHRISTUM κτίσμα vel ἐξ ὀυκ ὄντων dicere ausi sunt, lib. I. de ecclesiast. theolog. cap. 9. lib. III. c. 2. pag. 150. sq. quae loca iam laudat *Socrates* II. 21. et quamquam homousii [ ] vocabulo [n]) primum

f) Parte III. medullae patrum. p. 820. sqq. qui, Baronium aliosque sequutus, Eusebium Arianis fauisse iudicauit, et varios recensuit Eusebii errores. Idem tamen p. 855. sqq. docet dissensum inter doctrinam Eusebii eamque, quam pontificis romani adseclae amplecti solent. Adde *Stolle* von dem Leben etc. der Kirchenvat. etc. pag. 228. sq. qui ex Sculteto plura Eusebii singularia placita recenset. *Hülsemann*. Patrol. cap. IV. pag. 1014. et alios historiae eccles. conditores. *Harl.*

g) *H. Valesius* histor. ecclesf. Eusebianae non modo praemisit commentationem suam de Eusebii vita et scriptis, sed etiam testimonia veterum pro Eusebio et contra Eusebium magno numero adiunxit.

h) *Martinus Hanckius* de scriptoribus hist. Byz. cap. 1.

i) *Guil. Caveus* in Chartophylace et hist. literaria, atque vitis patrum, anglice editis latineque et belgice germaniceque translatis, tom. II. et in epistola apologetica aduersus Io. Clericum Lond. 1700. 8.

k) *Tillemontius* tom. VI. et VII. memor. hist. eccles.

l) *Io. Clericus* in vita Eusebii tom. X. Bibl. Univers. pag. 380. seq. et in epistolis criticis, epist. 2. Cum quo Eusebium Arianismi arguunt, (ne veteres Valesio et ad Zonaram p. 30. Cangio laudatos memorem) *Petauius* lib. I. de Trinitate c. 11. et 12. *Rich. Montacutius* ad Euseb. contra Marcellum, Ancyranum, *H. Noris* diss. de V. Synodo c. vlt. p. 105. vt Sandium aliosque omittam. Defendunt vel excusant *Valesius*, *Bullus*, defens. fidei Nicaenae pag. 392. seq. 442. seq. 478. seq. 517. seq. *Cauius* confessione martyrum tom. II. Opp. anti - Socin. p. 519. *Florentinius* ad Hieronymi martyrolog. p. 71. seq. *Caueus* diss. et epistola contra Io. Clericum, *Petrus Molinaeus* contra Perronum III. 2. etc.

m) Vt *Christophori Ernesti*, Keulâ Schwarzburgici, in duabus de Eusebio dissertationibus, Witeberg. 1688. recus. ibid. 1703. 4. *Fabr.* Praeter *Chaufepié*, *Stollium* et *Walchium* citatos, (qui alios quoque VV. DD. laudant,) addantur *L. E. du Pin* nouvell. bibl. des Aut. eccl. tom. II. pag. 1. sqq. aut secundum vers. lat. pag. 3. sqq. *Sam. Basnage* annal. polit. eccl. tom. II. pag. 733. *Cas. Oudin.* (qui potissimum in recensendis, quae Eusebio tribui solent, scriptis versatur,) comm. de scriptor. eccl. tom. I. p. 312. sqq. *R. Ceillier* hist. gen. des Aut. eccles. tom. IIII. p. 102. *Io. Fabric.* in hist. bibl. suae part. I. p. 89. sqq. et 198. *Hamberger* zuverlässige Nachr. tom. II. p. 705. sqq. *Iac. Bruckeri* hist. crit. philos. tom. III. p. 470. *Saxii* Onomast. tom. I. p. 392. sq. qui praeterea laudauit *G. I. Voss.* de scient. mathem. cap. 40. §. 5. et de histor. graec. cap. XVII. it. *Pagii* criticam Baron. ad a. Chr. 318. 325. et 326. *Harl.*

n) Hinc Athanasio dicitur prius fuisse συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ, γράψαι τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωκεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Θεότητος τῷ τοῦ ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι, epist. ad Africanos tom. I p. 721. Confer Eusebii Epist. ad Caesareenses, apud Socratem lib. I. cap. 8. *Fabr.* Eusebius fuisse videtur homo cautus et callidus, atque, licet damnationi Arii in synodo Nicaena subscripsisset, et post longam contentionem admisisset voc. ὁμοούσιος: tamen ii a vero prope abesse videntur, qui illum iudicent a subtilioris Arianismi, s. vt dicere solent, Semiarianismi suspicione haud plane liberum fuisse. *Photius* in quaestione, cuius haeresis erat Eusebius Pamphili? edita a *Montfaucon*, in bibl. Coislin. p. 348 clare arguit Eusebium

mum vti veritus est, tamen, re maturius perpensa, deinde id probasse, et damnationi Arii in Synodo Nicaena, bona fide subscripsisse. Neque adeo negasse Spiritus S. diuinitatem, sed modo eum a patre et filio distinctum et a filio proficiscentem docuisse. Vide lib. II. de eccl. theol. c. 5. seq. Ceterum cum magno fructu vsus bibliotheca Pamphili, cuius indicem °) etiam vitae Pamphili inseruit, et altera, quam in Aelia vrbe, siue Hierosolymis, ab Alexandro, episcopo, conditam testatur lib. VI. hist. cap. 20. Veteris historiae omnis, ecclesiasticae maxime, et aliarum rerum, scitu dignissimarum, tam praeclara seruauit monumenta, licet non semper fortasse accurate satis exposita, vt scripta eius, quae iam referam, pleraque ad nos peruenisse, et in tanto bonorum ineptorumque librorum naufragio non simul perisse, singularis felicitatis esse arbitrer.

1. *Chronicon*, siue Παντοδαπὴ ἱστορία, *de cunctis temporibus historia*, vt titulus operis ᵖ), latine transfertur in epistola Augustini 35. ex quo loco etiam constat, non vbique obuios iam tum fuisse Chronici Eusebiani codices. In libros duos diuisum fuit ab auctore ᵠ), qui in priorem inscripsit χρονογραφίαν, posteriorem χρονικὸν κανόνα. Atque [illegible] *Eusebium* [illegible] Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Phlegonte, Iosepho, Africano [illegible]que origines et successiones resque memorabiles variarum gentium ab orbe condito per varia capita persequutus est: in posteriore omnia serie vna ad annos suos relata digessit ab anno ʳ) vocationis Abrahami, h. e. ante [P.] CHRISTUM 2017. ad vicennalia vsque Constantini M. a C. 325. Laudat praeter alios Eustathius Antiochenus in Hexaëmero sub init. cui Eusebius vocatur ἁγίων τις, vt ab ecclesia gallicana diu illum cultum pro martyre, notat *Iamingus* in Apologia pro Papebrochio, praefixa Actis Sanctor. Iunii tom. I. pag. XVII. seq.

Grae-

sebium et Arianismi et Origenianismi: nec dissentit Monfaucon, qui etiam in animaduerss. in vitam et scripta Athanasii, in fronte collectionis nouae S. S. P P. copiose disputat de Eusebii Arianismo. Add *Elia di Amato* lettera, che Eusebio di Cesarea, anco dopo il Concilio Niceno, fu imbrattato dal errore Ariano, in lettere erudite di *Amato*, part II. Genoua 1715 4. [illegible] XVI. p. 291. sqq *Latini Latinii* biblioth. sacr. et profan. (Romae 1667 fol.) pag. 105. [illegible] grauius iudicat add. D. *Martini* Prof. Theol. Diss Eusebii Caesar. de diuinitate Christi sententia, eiusque cum in pacitis Arianis, tum cum fide Nicaeno - Athanasiana comparatio Praemissa est historiae antiquioris dogmatis istius breuis expositio. Partic I. Rostoch 1795. 4 — [illegible] Eusebius et Pamphilus Origenis labores cum ecclesia communicarunt. [illegible]

o) Vide lib VI. hist. cap. 32.

p) χρονικὰ συγγράμματα sua memorat *Eusebius* in Esaiae XLII. 17. Χρονικοὺς κανόνας X. [illegible] praeparat. p 484. et lib. I. hist Eccles. cap. I Ἀρχαιολογίαν atque ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν vocat *Anastasius Sinaita* qu. 41. et 66. *temporum historiam*, *Augustinus* II. 19. de D. Ciuitate [illegible] *Digestionem temporum*, *Hieron.* [illegible] χρονογραφίας *Epiphanius* sub extremum libri de ponder. et mensur. *Chronicorum historiam* [illegible] MS. ecclesiae Lemouicensis, Valesio laudatum. Alia veterum loca, titulos chronici Eusebiani varie referentia, notauit *Scaliger* ante [illegible] Eusebii, Chroniconique Hieronymianum. [illegible] pag 87. seq. de scriptoribus rerum [illegible] et [illegible] tius ad Eustathii Hexaem. pag. 13. [*Vallars.* p. 405. ad tom VIII. opp. Hieron. pag XVIII. sq *Pontaci* adparat. ad notas [illegible] de hoc et reliquis Eus. libris l. c. [illegible].]

q) Hoc negat *Vallars.* l. c. pag. XIX. imprimis p. XXII. sq. de epitome. [illegible]

r) Eusebiani chronici [illegible] a Cal Sept. siue autumno anni ante CHRISTVM natum 2017. Periodi Iul. 2697 disputat *Petauius* lib. IX de doctrina temporum cap. I.

Graecum opus Euſebii intercidit, praeter fragmenta et lacinias, quas recentiores Chronologi ſeruarunt, Syncellus inprimis, et Cedrenus, chronicique Alexandrini, ſiue Paſchalis, ſcriptor, ne de aliis iam dicam: nam, vt vere Ioſephus Scaliger, *qui poſt Euſebium ſcripſerunt: omne ſcriptum de temporibus a'idem eſſe cenſuerunt, quod non huius fontibus irrigatum eſſet.* Ex illis graeca, vt potuit, collegit edidítque et illuſtrauit doctiſſimis notis idem *Scaliger*, ſed non modo Syncelli et Chronici Alex., tum temporis nondum editorum, apographis parum emendatis *s*) vſus eſt; ſed etiam varia ad Euſebium retulit, quae parum credibile *t*) eſt ab illo ſcripta fuiſſe. *Latine* vertit et Vincentio cuidam ac Gallieno inſcripſit *Hieronymus*, ita, vt hinc inde ex latinis praecipue ſcriptoribus quaedam adderet *u*), alia omitteret, ac deinde Chronicon ad a. C. 378. (Valente ſextum et Valentiniano ſecundum Coſſ.) continuaret. Codices latini Chronici Euſebiani oſcitantia librariorum mire inter ſe variant, et ſaepius nec inter ſe, nec cum hiſtoria facile poſſunt conciliari. Confer *Henrici Dodwelli* diſſ. 3. ad Irenaeum §. 3. *Henr. Valeſius* p. 10 ad Euſebii hiſt. vetuſtiſſimos codices laudat Acutianum, Lipſii et Ortelii. Laudat quoque vetuſtiſſimam editionem Mediolanenſem, quam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Conſuluit tamen *Arnoldus Pontacus*, epiſcopus Vaſatenſis [P] praeter codices MSS. duodetriginta, editiones octo, atque ex illis praeclaram ſuam concinnauit, in qua mirum ſtudium atque induſtriam non dubitauit etiam Scaliger epiſt. 104. pag. 372. ſeq. atque alibi

 omnibus

s) Iſ. Voſſius in auctario caſtigatt. Georgii Horni pag. 370. *Quia apographum Syncelli, quod Scaligero tranſmiſſum fuit, raptim et vitioſe admodum deſcripſerat Caſaubonus neſcio an alius, ideo plurimi paſſim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commiſſi.* Multis hoc docet *Iacobus Goarus* notis ad Syncellum pag. 504. — 528.

t) Vide *Conringium* de medicina Hermet. pag. 21. et 30. *Steph. le Moyne* prolegom. ad Varia S. * 32. 2. b. *Hanckium* de ſcriptoribus Byz. p. 92. ſeq. *Fabr.* Chronicon Euſebii a Scaligero confictum fuiſſe, cenſet *Schuckford.* in Harmonia hiſtoriae ſacrae et profanae P. I. pag. 14. add. *Chauſepié* l. c. not. I. *Harl.*

u) *Hanckius* p. 93. ſeq. 96. ſeq. *Io. Andreas Boſius* diſſ. ad periocham Ioſephi de CHRISTO. cap. 2. § 5. ſeq. *Fabr.* Enimuero *Hieronymus de Prato* in diſſ. de chronicis libris duobus ab Euſebio Caeſar. ſcriptis et editis, Veronae 1750. 8 demonſtratum iuit, verſionem prioris partis non eſſe concinnatam ab Hieronymo; idem contra Scaligeri animadu. in Euſebii Chron. et contra *Vallarſii* praefat. ad tom. VIII. Opp. Hieronymi multa diſputauit erudite, nouamque promiſit reliquorum genuinorum fragmentorum graecorum editionem v. quae adnotaui in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 2. pag. 216. not. Atque *Hieronymus* in praefat. in verſionem ſuam libri Euſebiani de ſitu et nominibus locorum hebraicorum ait, ſe Euſebianos *temporum canones latina lingua edidiſſe.* *Vallarſius* quoque Scaligeri opinionem, Euſebium Iulii Africani chronicum fere totum tranſtuliſſe in ſuum, et Euſebiani vniuerſi operis titulum fuiſſe παντοδαπῆς ἱστορίας, prioris libri χρονολογίας, poſterioris Κανόνος, qui ideo editionem ſuam in duo diuiſit libros, copioſe refutat, pronuntiatque, priorem illum Euſebianum librum eſſe omnino commentitium. Hinc etiam Fabricii noſtri et Schurzfleiſchii iudicia improbat; tum p. XXV. exiſtimat, non aliam eſſe *Epitomen*, quam quae in *praeuia* chronici *ordinatione* contineatur, et ab Hieronymo dicatur *quaedam futuri operis materia.* Sed plura vide apud Vallarſium, praecipue apud Pontacum, aliter de quibusdam rebus ſentientem, in Adparatu etc. init. et de vi ac poteſtate voc. Κανών et de controuerſia de ipſo Euſebii atque Hieronymi chronico atque epitome etc. diſputantem, atque concludentem, titulum *Chronicon Euſebii* complecti et hiſtoriam canonum chronicorum, et epitomen eorumdem, id eſt, compendium tam hiſtoriae, quam ipſorum canonum. In primis conferenda eſt *L. T. Spittleri* hiſtoria critica Chronici Euſebiani, in comm. societ. reg. doctrinar. Gotting. vol. VIII. Gottingae 1787. nr. 3. claſſ. hiſtor. Pratonis ſententiam tuetur, et recenſet auctores, quos Euſeb. ſequutus eſt. *Harl.*

omnibus laudibus prosequi, editorisque doctrinam, candorem, modestiam et diligentiam celebrare. Et omnium correctissima vocatur Io. Morino pag. 277. Exerc. bibl. Prodiitque notis Pontaci et castigationibus illustrata vna cum Prosperi Chronico, Burdigalae 1604. fol. sed raro hodie reperitur. Neque vbiuis obuia altera *Auberti Miraei*, posteriorem tantum partem a CHRISTO nato exhibens, additaque habens Chronica Sigeberti et Anselmi Gemblacensis, Antwerp. 1608. 4. *) confer *Ittigium* de bibliothecis patrum pag. 743. *Fabr.*

Fabric. in nota quasdam nominauit edd. sed pleniorem substituere iuuat illarum catalogum. Pontacus quoque sub finem adparatus recensuit *codd.* quibus vsus est, plurimasque editiones. *Princeps* editio, quae etiam custoditur in bibl. academ. Erlangensi, est sine titulo, nota anni locique, sine virgis et lineolis transuersis in 4. Ab altera primi folii parte sunt tria editoris *Boninii Mombritii* epigrammata, ex quorum primo adparet, opus, quod continet *Chronicon Eusebii a S. Hieronymo latine versum*, ab eodem et *Prospero Britannico Matthaeoque Palmerio* continuatum, esse excusum per Philippum Lauanium, (*Mediolani* circa ann. 1475.) Plura de hac edit. v. apud *Hamberger* zuverl. Nachr. II. p. 70. *Clement.* Biblioth. VIII. pag. 170. seq et quos laudaui in Introd. l. c. pag. 218. add. *Panzer* A. T. II. pag. 94.

Eusebii Chronicon, ab Hieronymo latine versum, ab eodem et a Prospero et Matthaeo Palmerio, continuatum, ex editione I. cum Matthiae Palmerii supplemento. In fine rubro C. *Ioannes Lucilius Hippodamus* (siue, Santritter.) *Heilbronnensis lectori salutem.* (sequitur epigramma tribus constans distichis.) *Erhardus Ratdolt*, Augustensis — plurimis vndique comparatis exemplaribus Eusebii libros chronicos ac reliquas in hoc volumine de temporibus additiones — impressit *Venetiis* a. salutis 1483. Idibus Septembr. 4. E primis est libris, qui verbis et numeris rubris, vt hodie calendaria nostra solent, fuerunt impressi. Plura de hac ed. dederunt *Freytag* in Analectis litter. pag. 321. sqq. et in adparatu litter. III. p. 731. *Clement.* l. c. pag. 171 sq. *Fossius* de hac et superiore edd. in catal. codd. saec. XV. in bibl. Magliabecch. tom. I. pag. 6 sqq. *Theoph. Sincer* in bibl. histor. crit. librorum — rarior. part. III. Norib. 1736. 8. pag. 196. sqq vbi copiose agitur de illa edit. de chronico Eusebii et an sit genuinum, et de Eusebio ipso; aliique a *Zapfio* in Augsburgs Buchdruckergeschichte, part. I. pag 164. et a cel. *Panzero* III. pag. 168. citati.

Eusebii — chronicon, quod *Hieronymus* — latinum facere curauit et vsque in Valentem Caesarem Romano adiecit eloquio. Ad quem et *Prosper* et *Matthaeus Palmerius*, demum et *Ioann. Multiuallis* complura, quae ad haec vsque tempora subsecuta sunt, adiecere. *Henr. Stephanus.* In fine: Absolutum est in alma Parisiorum — — per *Henr. Stephanum* — illius maxima

*) *Clement* Bibl. curieuse hist et crit. tom. VIII. p. 178. sqq. multus est de hac *Miraei* editione, cuius inscriptio est: „*Rerum toto orbe gestarum Chronica* a Christo nato ad nostra vsque tempora, Auctoribus *Eusebio* — *Hieronymo* —, *Sigeberto*, Gemblacensi monacho, *Anselmo*, Gemblac. Abbate, *Auberto Miraeo*, Bruxell. aliisque. Omnia ad antiquos codd. msst. partim comparata, partim nunc primum in lucem edita. Opera et studio eiusdem *Aub. Miraei*, Canonici et scholarchae Antuerp. Antuerpiae, ap. Hieron. Verdussi in 1608. 4. Miraeus [illegible] est in Eusebio codicem initialibus f. vncialibus litteris ante annos [illegible] mille plus minus integre descriptum, et ex Amandino sodalium Benedictinorum apud Neruios coenobio. — De vtraque Scaligeriani thesauri edit. v. eundem *Clement* p. 176. sqq.

maxima cura et diligentia nec non eiusdem et Iodoci Badii — expensis 1512. 4 de qua rara editione plura scripsi in Introduct. l. c. pag. 218. seq. et *Clement.* l. c. pag. 172. not. qui praeter ea ibidem multis recenset repetitam et in paucis tantum diuersam *Stephani* edit. Paris. 1518. 4. Idem et *Freytag* in adpar. litt. III. pag. 575. referunt edit. *Basileensem*, (quae etiam penes me est,) ex edd. Stephan. ductam, auctamque, atque inscriptam:

En damus Chronicon diuinum plane opus eruditiss. auctorum, repetitum ab ipso mundi initio, ad annum vsque salutis M. D. XI. v) *Eusebii Pamphili Caesar.* D. Hieronymo interprete. *Hieronymi* Presbyteri. *Prosperi* Aquitanici. *M. Aurelii Cassiodori* Patricii rom. *Hermanni Contracti* Comitis Veringen. *Matthaei Palmerii* Florentini, *Matthiae Palmerii* Pisani. partim nunc a nobis inuentum et editum, partim a mendis, quibus laborabat, plusquam cuiquam creditu facile est, summo studio et diligentia repurgatum. *Basileae* excud. Henr. Petrus, m. Martio M. D. XXIX. (1529.) fol. curante et praefato *Io. Sichardo.*

Alias editiones cum aliis *Eusebii* scriptis et cum *Prosperi* ac *Matthaei Palmerii* chronico enumerant *Pontacus*, (qui ed. Basil. 1529. basin suae fecit,) in adparatu sub finem, *Iustus Fontaninus* in histor. iae literar. Aquileiensis libr. (Romae 1742. 4.) pag. 3. et *Clement* l. c. nemp. *Basileae* rec. est anteced. ed. apud Henr. Petr. 1536. 1542. 1549. w) 1559. 1570. fol. — Paris. ap. Mich. Sonnium 1587 x) fol. cum ceteris Eusebii opp. de qua vltima edit. v. Pontac. *Harl.*

Ceterum ob praeclaras accessiones atque doctissimas notas frequentissime in manibus eruditorum versatur editio *Scaligeri*, y) altera praecipue ac postuma Amstelodamensis a. 1658. fol.

v) Hic annus diserte expressus est in exemplo, quod habeo: Clement contra, (nescio an per errorem,) scripsit M. D. XII.

w) *Fabric.* olim in nota ad h. l. et *Fontanin.* scripserant notam a. 1548. sed dubitat *Clement.* qui exemplum ad manus habuit, nota quidem anni destitutum, in cuius vero fronte diserte dicitur *opus ad annum vsque hunc Christi — M. D. XLIX.* (1549.) *continuatum. Et Pontac.* dedit a. 1549.

x) Hunc annum notauit *Fontanin.* Nota a. 1581. ap. Fabric. forsan erat corrupta.

y) Recensetur à *Labbeo* tom. I. de script. eccles. pag. 302. et *Tho. Ittigio* lib. de bibliothecis patrum p. 745. seq. Emendationes *Salmasii* ex codd Palatinis IV. cum *Conr. Sam. Schurtzfleischii* ad Eusebii Chron. obseruationibus edidit frater *D. Henr. Leonhardus Schurtzfleischius*, Witteb. 1712. 4. [ed. II. correctior et accesf. supplementi auctior Ienae 1715. 4.] in notitia Principalis Bibliothecae Vinariensis, in quam editio Lugd. Bat. 1606. manu Salmasii notata peruenit ex bibliotheca Gudiana. Inter Codices Is. Vossii cum MSS. collatos *Colomesius* n. 1. memorat chronicon Eusebianum editionis Scaligerianae, quod cum MSS. commisit Cornelius Tollius. *Bochelii* obseruatt. msst. chronicas ad Eusebium laudat *Berneggerus* ad Iustini libr. XVIII. cap 6. *Fabr.* — — Prior operis Scaligeriani editio inscripta est: *Thesaurus temporum. Eusebii* Pamphili — chronicorum canonum omnimodae historiae libri duo, interprete *Hieronymo*, ex fide vetustissimorum codicum castigati. Item auctores omnes derelicta ab *Eusebio* et *Hieronymo* continuantes. Eiusdem *Eusebii* vtriusque partis chronicorum canonum reliquiae graecae, quae colligi potuerunt, antehac non editae. Opera ac studio *Iosephi Iusti Scaligeri.* — Eiusdem *Scaligeri* notae et castigationes in latinam *Hieronymi* interpretationem et graeca *Eusebii.* Eiusdem *Iosephi Scaligeri* Isagogicorum chronologiae canonum libri tres, ad *Eusebii* chronica et doctrinam de temporibus admodum necessarii. Lugd. Bat. exc. Thom. Basson, sumt.

fol. quae Alexandri Mori praefationem et Scaligeri commentarios ad latinam Hieronymi interpretationem et graeca Eusebii emendatos et tertia parte auctiores, (quam prior editio Lugd. Bat. 1606. fol. exhibet, et libros tres Isagogicorum chronologiae canonum eiusdem Scaligeri subiunctos habet. Chronico Eusebiano subiecta sunt Hieronymi, de quo dixi, supplementum et *Prosperi Tironis* [z]) ab a. C. 379. vbi desiit Hieronymus, ad a. 444. *Victoris* Tunnunensis Chronicon ab a. 445. ad a. 565. *Ioannis* Abbatis *Biclariensis* ab a. 565. vsque ad annum Mauritii octauum a. C. 593. *Idatii* ab a. C. 379. vbi Hieronymus definit ad 428. *Marcellini Comitis* ab a. C. 379. [?] ad a. 534. et veteris scriptoris siue interpretis incerti excerpta latina chronologica ex Africano, Eusebio et aliis, vulgata e codice bibl. Puteanae. Post haec sequuntur graece, quae Scaliger velut Eusebiana collegit ac digessit. Anonymi ἐπιτομὴ χρόνων [aa]), (Chronici Alex. vel Fastorum Siculor. nomine vulgo venit,) ab Adamo ad annum Heraclii vicesimum, a. C. 629. ex codice If. Casauboni. Nicephori, patriarchae, χρονογραφία. Denique sequitur ἱστοριῶν συναγωγὴ et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή, non veteris scriptoris, sed, vt recte viri docti notarunt, ipsius Scaligeri, qui illam ex scriptoribus editis et ineditis collegit ac digessit, etiam latinis, quorum loca graece transtulit et hisce collectaneis inseruit. *Fabr.*

Vallarsius nouis curis recensitum suisque et aliorum obseruationibus illustratum Chronicon Eusebii etc. repetiit in sua *D. Hieronymi* Operum editione, tomo VIII. Veronae 1740. fol. (quae editio recusa est, curis Vallarsii posterioribus aucta, Venet. 1766 — 1782. 4. m.)

Eusebii - Chronicon latine a S. Hieronymo redditum et ad sua vsque tempora perductum, adiecta etiam continuatione *Prosperi* Aquitani. Nunc primum collectioni Hieronymian. operum

sumt. Commelinor. 1606. fol. Hanc ed. minus frequentem vberius recensuit et vitam scriptaque eorum, quorum libri, in hac collectione comprehenduntur, exceptis Eusebio atque Hieronymo, persequutus est *Io. Fabricius* in historia bibl. Fabric. tom. II. p. 375. sqq. Idem quasdam partim Conringii, ad quem olim pertinuit exemplum Fabricianum et qui passim aliqua adscripserat, partim suas aliorumque obseruationes reddidit. Praeter ea animaduertit, opus quidem a multis VV. DD. recte esse laudatum; Rupertum tamen in Obss. in synops. minor. Besoldi p. 378. adnotasse, Scaligerum in senectute, memoria sua fretum, non consultis diutius libris, calamo vsum esse, atque sic etiam in opere Eusebiano multas commisisse hallucinationes. Multo acrius indicauit *Hieronymus de Prato* in diss. de chronicis libris, supra memorata p. 359. de hoc opere et iactantia Scaligeri, quem, pronunciat, pessime de Eusebio esse meritum, eique multos alienos et adulterinos supposuisse foetus. Longam et grauem censuram excerpsit *Clement* l. c. pag. 180. sq. vbi a pag. 176. et priorem et posteriorem operis Scaligeriani edit. copiose recensuit, notauitque errorem *Io. Henr. Hottingeri*, qui in Bibliothecario quadripartito p. 315. confudit *Scaligeri* opus de emendatione temporum, (Paris 1583. Leidae 1598. et ex auctoris ipsius mento emendatius magnaque accessione auctius etc. Coloniae Allobrog. 1629. fol.) cum eiusdem *Thesauro temporum*, cuius altera editio est inscripta:

Thesaurus temporum. — — *Editio altera*, in qua eiusdem *Iosephi Scaligeri* tertia fere parte auctiores notae et castigationes in latinam *Hieronymi* interpretationem, et graeca *Eusebii*, suprema autoris cura emendatae. etc. Amstelod. ap. Ioan. Ianssonium 1658. fol. *Clement* p. 179. nota ex Alex. Mori praefat. quaedam, quae ad historiam huius editionis auctioris pertinent, delibauit. *Harl.*

z) Conf. *Vallars.* l. c. p. XXVIII. sqq. et *Pontaci* adparat. p. 12. sqq. *Harl.*

aa) Alia breuior ἐπιτομὴ χρόνων ab Adamo vsque ad Alexium Comnenum, quam ad calcem *Zonarae* edidit *Cangius*, et in cuius titulo legitur: ταῦτ' ἱστορεῖ ὁ Καισαρείας Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ, ὃν ἐκλήθη βασιλικόν.

operum adcersitum, genuinis graecis fragmentis ex *Georgio Syncello*, Chronico paschali, *Cedreno*, aliisque auctoribus restitutus et post *Arnoldi Pontaci*, *Iosephi Scaligeri*, et *Cl. Salmasii*, atque aliorum recensiones et curas, denuo ad msst. codices castigatum, notisque luculentioribus continenter illustratum, opera et studio *Dominici Vallarsii*. [Tomo II. addidit integros Pontaci Comment. et in Prolegg. tom. I. de edd. diligenter disseruit.]

Hic et in praefat. et in notis saepe contra Scaligerum disputat. At quamquam praeclare meruit de Eusebio-Hieronymiano chronico: tamen, quod in tali opere negotioque nec mirandum est, nec culpandum, non omnia perfecit. Hinc *Hieronymus de Prato* lib. cit. pag. 423. dedit *Eusebii* graeca quaedam fragmenta ex eius de temporibus libro primo, (excerpta olim a Georgio Syncello,) noua interpretatione, notis et obseruatt. illustrata, et ex parte nunc primum auctori suo vindicata — *Bern. Montfaucon* in Bibl. bibliothecar. MSS. vol. I. pag. 146 — 155. varias dedit lectiones ad chronicon *Eusebii*, S. Hieronymo interprete, ex quatuor MSStis bibl. Vaticanae notatis 241. 242. 245. qui sunt XIII. et XIV. saeculi, et collati cum edit. Scaligeri Lugduni Batau. a Claudio Stephanotio, congregationis S. Mauri Procuratore generali. Contra Scaliger. et Baron. locum de Pilato et Caesaris imaginibus vberius illustrat *Lambec.* comm. de bibl. Caes. tom. VIII. p. 37. sqq. et p. 397. sqq. locum de Maria. Denique memoranda est editio huius sententiae:

Vetustiora latinorum scriptorum Chronica, ad MSS. codd. emendata et cum castigationibus editt. collata, notisque illustrata, in vnum corpus collecta, praemisso *Eusebii Chronico a D. Hieronymo e graeco verso et multis aucto.* Collegit D. *Thomas Roncallius*, Monachus Cassinens. Patauii 1787. 4. II. voll. Contulit R. cum ed. Ratdolt. 1483. et cum Gennadii Cod. MS. Vatic. Alex. n. 2077.

Codd. MSStos *Pontac s*, quibus vsus est, bene multos recenset in adparatu suo: Vaticanos aliosque enumerat *Montfaucon* in bibl. mem. Sed hi et reliqui pertinent potius ad Hieronymum. *Florent.* in bibl. Laur. Med. cod XXXVII. n. 25. plut. 31. est *Eusebii* epitome chronica, vbi et de S. paschate. — in cod. XIII. nr. 6 — 8. pl. 56. exstant tria excerpta ex Eusebii chronicis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 119. et 308. — *P. I. Bruns* ex cod. Bodlei. dedit versionem *syriacae* epitomes Eusebiani chronici, in Repertor. für biblische v. morgenländische Litteratur. part. XI. Lipsiae 1783. mai. 8. *Harl.*

Reprehendit Eusebius hinc inde Africanum, ipse vicissim reprehensus est ab Aniano, Panodoro, Georgio Syncello et aliis, interdum etiam vbi ipsi erant reprehendendi: Diodoro etiam Tarsensi, de quo Suidas, praecipue a Scaligero [ab aliis vero vicissim notato,] et aliis chronologis recentioribus.

2. Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευή bb), *Praeparationis euangelicae* ad Theodotum

bb) Eusebius ipse VI. 10. praeparat. pag. 280. ταῦτα δὴ καὶ μάλιστα ἡμῖν δεῖ εἰς τὴν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως προπαρασκευήν. Adde lib XV. cap. 1. vbi post expositam horum librorum anacephalaeosin ait, iam ad demonstrationem euangelicam tamquam in altius argumentum se progredi: Τῦτο δὴ ὁ σὺν Θεῷ διὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν ἐπιτετραμμένον, τὰ μὲν τῆς προπαρασκευῆς ἐνταῦθά μοι περιγεγράφθω. Μεταβὰς δὲ ἐπὶ τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, etc. libros XV. προπαρασκευῆς euangelicae memorat etiam Hieron. et ex libro VIII. locum profert in nonum *Danielis*. *Fabric.* conf *Du Pin.* eccles. auctorum bibl. nov. II. p. 10. et *Fabricium* nostrum in delectu argumentor. et syllabo scriptor. pro veritate relig. christianae, pag. 72. sqq. vbi locum hunc B. Gr. repetiit et pleniore praesertim cdd. notitia amplificauit. *Harl.*

dotum, episcopum Laodicenum, *libri XV.* siue collectio pulcherrima argumentorum variorumque, notatu dignissimorum, monumentorum ac testimoniorum ex scriptoribus externis, (magnam partem hodie deperditis,) qua animus lectoris praeparetur ad demonstrationes de veritate euangelii CHRISTI ex sacris literis tanto facilius imbibendas, admittendasque. *Latine* vertit et Nicolao V. Pontifici inscripsit *Georgius Trapezuntius;* sed cuius interpretationem valde mancam ac confusam esse, merito queritur *Allatius* de Georgiis p. 375. et *Petauius* XIV. 11. de incarnatione §. 2. *Trapezuntius latina sua versione non tam Eusebio lucem attulit, quam eo foede laniando, addendo ac deprauando iustam de se querelam posteris reliquit* [cc]). Confer *Vossium* de hist. graecis pag. 70. *Huetium* de claris interpretibus pag. 292. et *Io. Rainoldi* Censuram Apocryphorum librorum tom. I. pag. 803. Prodiit latina Trapezuntii versio Taruisii 1480. fol. [Curatius vberiusque enumerarunt et recensuerunt edd. ipse *Fabricius* in *Delectu* etc. l. c. *Maittaire* et in primis edd. saec. XV. cel. *Panzer* (qui alios citare solet bibliographos,) in A. T. add. quae obseruaui in Introd. in hist. L. Gr. l. c. pag. 219. sq. not. Paucis igitur versionis, a *Trapezuntio* factae, edd. indicabo. Venetiis typis Nicol. Ienson. 1470. fol. (Antonii Cornazzani praemissum octostichon emendatius iterauit Fabricius in *Delectu* etc. quam Maittaire A. T. I. p. 67. exscripserat.) — (ibid.) per Leon. Aurl. (quem correctorem aut editorem fuisse, characterem autem romanum esse eumdem, quo Adam de Ambergau 1472. Ciceronis orationes impressit, opinatur cl. *Panzer.* III. p. 98.) s. l. 1473. fol. add. cl. *Morell.* ad cat. bibl. Pinell. I. pag. 61. — Venetiis per Nicol. Ienson. 1476. fol. — Taruisii 1480. fol. typis Mich. Manzolini, Parmensis, (de quo typographo v. *Iren. Affo* saggio di Memorie sur la tipogr. Parmense del sec. XV. pag. XXXVIII. sqq.) — Venet. 1487. fol. hanc quidem edit. citat Maittaire III. pag. 487. ex catal. quodam; sed dubitat cl. *Panzer.* III. pag. 248. de vera anni nota, et suspicatur, esse eam a. 1497. pag. autem 417. nr. 2230, istam ed. a. 1487. prodiisse, diserte negat. — Venetiis 1491. fol. (*Denis* in supplem. pag. 307. — *Euseb. de praepar. euangel. et demonstr.* Patauii 1497. fol. (*Maittaire* IV. pag. 639 not. 1. ex Loeschero, teste non semper certo fidoque. Neque Georg. Trapezuntius, sed *Donat. Veron.* latine vertit Eus. *demonstrationem euangelic.* v. *Nicer.* memor. VV. DD. tom. XI. pag. 26. ex versione Baumgarten.) — Venetiis, diligentia Benardini Benalii, 1497. fol. (v. *Fossi* cat. cit. tom. I. pag. 650.) — Venet. 1500. fol. (v. *Foss.* l. c. pag. 651. *Goetzii* memor. bibl. Dresdens. II. pag. 283. in primis *Freytag.* adpar. litter. I. p. 632. sqq. qui multus est de Trapezuntii versione et ipso Eusebio eiusque doctrina.) — s. loc. et anno, in fol. (Coloniae, charact. gothico Vlr. Zellii, quo 1473. Rob. de Licio sermones vulgauit, test. *Denis* suppl. I. p. 5[?]. et *Lairio* in indice librorum ab inuenta typograph. I. pag. 129 seq.) Hagenoae 1522. 4. — Paris. ap. Sim. Colin. 1534. 4 — *Harl.*] Colon. 1539. fol. et inter Eusebii opera Basil. 1542. [*] 1549. 1559. 1570. fol. et Paris. 1587. fol. [dd]) sed in libris quatuordecim suppleuit *Io. Thomas Freigius*

cc) Trapezuntius tamen in epistola ad Nicolaum V profitetur, se illius iussu, *sentibus amputatis,* (h. e. in omnilis, quae sibi scilicet haeresin olere viderentur) *rosas solummodo latinis hominibus hac traductione obtulisse. Harl*

dd) Hoc quoque loco a Fabr. perperam scriptus fuisse a. 1581. et corrigendus esse videtur a. 1587. cum ceteris Euseb. opp ap. Mich. Sonnium, opera *Io. Darrei*, Parisiens. theologi, qui Pontaco, interrogant, an, quum praefixus titulus praeferret libros Eusebii restitutos, restituti vere essent respondit, se quidem commentarios Grynaei in lib. de praepar. euangel. purgasse ac praecidisse nonnulla, quae catholicorum aures possent offendere; cetera vero non attigisse.

Freigius et, qui scholia etiam addidit, *Io. Iacobus Grynaeus*; librum decimum quintum vertit *Marcus Hopperus*.

Graece primus vulgauit Rob. Stephanus Paris. 1544. fol. typis regiis. Denique *Franciscus Vigerus* Rothomagensis S. I. presbyter ex duobus codicibus bibl. regiae, quorum altero Stephanus vsus fuerat, laudatisque ab ipso Eusebio scriptoribus, et variis lect. codicis Montacutiani graeca recensuit, nouamque meliorem versionem suam et notas indicesque addidit Paris. 1628. fol. **) quae editio *graecolatina* recusa est Lipsiae, (licet titulus Coloniam praeferat,) 1688. fol. Exstant etiam hi libri MSS. in bibl. Florentina, et Veneta S. Marci, (vbi tres codices huius operis, teste Montfaucono pag. 42. Diarii Italici,) aliisque. In codice bibl. regiae in fine trium priorum librorum numerus στίχων adscriptus est, vt notauit idem *Montfauconus* in palaeographia graeca pag. 276. In Catalogo MSS. If. Vossii num. 197. adnotat Colomesius, exstare librum praeparationis nonum, ex quo multa restitui possint in editis deprauata. Habuit et *Th. Gale* libros hos emendatos ex membranis antiquis †). Dispositionem operis, librorumque singulorum quindecim argumentum breuiter exponit *Eusebius* libri XV. capite 1. testatus, vt dixi, se inde ad τὴν ἐντελεςέραν ὑπόθεσιν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως *ad augustius argumentum, Demonstrationem euangelicam*, progressurum.

Add. *Fabric.* in delectu etc. pag. 74. quo teste *Rich. Simon* tom. I. bibl. selectae pag. 36. notat, MS codicem, (sed quinque tantum librorum) exstare in bibl. reg. Paris. differentem passim ab editis, dignumque, qui conferatur. — In bibl. publ. *Paris.* sunt, secundum catal. codd. tom. II., *quinque* codd. gr. cod. CDLI quem Rich. Simon in manibus habuisse videtur. Is continet libros V. priores — In codd. CDLXV — CDLXVIII. exstant XV. libri. — Codices bibl. *Florent.* cod. VI. et IX. plut. 6. praecipue priorem copiose describit *Bandinius* in cat. codd. gr. I. pag. 102 — 105. et p. 114. Continent vero illi libros XV. — *Venetiis* in bibl. D. Marci codd. tres CCCXLI — CCCXLIII. v. catal. codd. gr. p. 157. — *Neapoli* in bibl. S. Ioan. de Carbonaria Augustinian. cod. XXI. — Ibid in bibl. regia, cod. CCXX. — *Fesuli* in bibl. coenobii canonic. Eus. praep. euang. interprete Ge. Trapezuntio. (*Montfauc.* diar. ital. pag. 392.) — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. XI. nr. 6. et cod. XIV. nr. 4. excerpta plura ex Eusebio de praep. euang. quae singula recenset *Lambec.* cat. codd. vol. VIII. p. 73. seq. et pag. 80. seq. Idem ibid. p. 50. emendat illustratque locum praeparat. euangel. lib. V. cap. 27. et 28. — *Eusebii* testimonium de discrimine legis et praeceptorum in cod. *August.* Vindel. teste Reisero in cat. p. 39. — *Oxonii* in colleg. corporis Christi, c. MDCCXX. fragmm. Eusebii de praepar. euang. latine. — ib. in coll. Ioann. baptistae cod. MDCCLXXXII de praep. euang. graece. — Inter codd. *Vossii* c. nr. MMCCLII. (cat. codd. Angliae, tom. II. p. 61. et cat. bibl. Leid. p. 398. nr. 55.) excerpta ex Eusebii praeparat. euang. — *Romae* in bibl. Ottobon. bis de praep.

adtigisse, sed typographo esse tribuenda. Pontacus vero in Adparatu etc. pag. 22. se, adfirmat, cognouisse, mutationes, quae reperiuntur in edit. Sennana, ex cod. monasterii S. Victoris. in suburbiis Paris. et plurimum desumtas esse, licet non satis feliciter vbique. Idem Pontac. p. 21. obseruat. ed. Basil. 1549. in omnibus fere respondere edit. a. 1529. *H.*

**) In bibl. Leidensi est exemplar, ad cuius marginem quaedam adscripsit If. Voss. *Harl.*

†) De Vossii et Galei codd. v. cat. codd. Angliae II Pag. 62 n. MMCCCVIII. et pag. 191. nr. MMMMM.MCXXV *H.*

praep. euangel. (*Montfaucon* bibl. bibliothecar. MSSt. I. p. 184. A.) — *Neapoli* in bibl. Domini Valettae (id. ib. p. 231. A.) — Ibid. in bibl. monast. S. Seuerini, bis. (id. ib. p. 235. A. D. — *Florentiae* in bibl. Dominican. versio lat. Ge. Trapezuntii. (id. ib. p. 421. C.) — *Bononiae* in bibl. canon. regular. (id. ib. p. 432. A. — *Cesenae* in bibl. fratrum min. (id. ib. p. 433. C.) — *Mediolani* in bibl. Ambros (id. ib. p. 497. B.) — *Basileae* Eusebii quaedam (id. ib. p. 610. E.) In bibl cathedr. Lexouiens. (id. II. p. 1363. A) etc. De versione *italica* Venet. 1550. 8. v. *Paitoni* bibliotheca etc. II. p. 60. — De *Sanchoniath.* hist. Phoenic. fragm. in libro I. et Cumberlandi etc. versione v. supra in vol. I. p. 224. sq. not. — De historia Abgari, in Eusebii praep. euang. *Io. Iortin* in Remarks on ecclesiast. History, vol. I. p. 88 vol. II. p. 71. sq. vol. III. p. 451 — 469. — S. S. B. B. coniecturae in locum *Eusebii* praep. euang. libr. I. ex Zoroastre laudatum, in misc. obs. belg. vol. III. tom. II. p. 233 — 235. *Harl.*]

Index [locupletior] Scriptorum in Eusebii praeparationis euangelicae libris laudatorum, concinnatus a me ad paginas edit. graecolatinae Paris. et Lips. ff).

Alexan-

ff) Ex indice, subiecto edit. Paris. et Lips. suppleri et augeri potest, et ille saepius ex hoc Fabriciano. *Harl.*

Arse-

Hella-

Ionica

gg) v. Sturz. fragmenta Hellanici pag. 13. fin. *Harl.*

Mελ...

hh) Lege, *Laetus*.

ii) Vigerus explicat, *Chronica*, ab [illegible]: Montacutii Codex ἐθωῶν.

Theo-

[Ⴒ] 3. *Εὐαγγελικὴ ἀπόδειξις Demonftrationis Euangelicae* ex viginti libris, decem: primus kk) nimirum (initio mutilus) vsque ad decimum iidem extrema parte [illegible] ll) Huius operis, quo veritatem chriftianae religionis ex facris litteris et Vet. Teft. maxime adftruit, et vaticinia de CHRISTO colligit atque interpretatur, codices MSS. [illegible]fimi funt, *Montfauconi*que iudicio mmm) videntur omnes defcripti ex [illegible]aceo codice antiquo, qui exftat in bibl. regis Galliae: nn) nam omnes funt perinde in fronte mutili, et ab eadem voce incipiunt, atque in eadem definunt. [Libros vi[illegible] [illegible]rat *Hieronymus* c. 81. Catalogi, et *Photius* Cod. 10. Librum XVIII. [illegible] praef. in Hofeam, teftatus, illo libro Eufebium de Hofea quaedam difputaffe. A[illegible] Eufebii opus fuit *τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς*, pluribus conftans libris, [illegible] fextus, feptimus, octauus et nonus, exftant adhuc MSS. fub titulo *[illegible]arum [illegible]pheticarum* de *CHRISTO* libris IV. Hos enim libros in bibl. Vindobonenfi [illegible] teftatur *Lambecius* lib. I. p. 139. fq. libr. III. p. 75. oo) Ex eodem *Lambecio* [illegible]
[illegible] haec

kk) Primi libri argumentum perfpicue exponit *Eufebius* XV. 1. praeparat. p. 790. et cap. vlt. p. 856. quod cum eo, qui in hodiernis codicibus primus eft, congruit. Atque ceteros nouem confinenter ita ab auctore fuiffe fubiunctos atque connexos, ex ipfis librorum exordiis, in quibus numerus etiam fubinde libri cuiusque exprimitur, patet.

ll) *Fabricius* nofter ex codice integriore bibl. Maurocordati, principis Walachiae, defectum ingentem libri primi fuppleuit, decimique finem, vbi perpauca defiderabantur, fubnexuit in fronte D[illegible] argument. et fyllabi fcriptorum de verit. relig. chrift. pag. 1 — 22. pag. autem 74. fqq. repetiit ea, quae in B. Gr. h. l. fcripferat ac praeterea adnotauit, iudice *Tillemontio* tom. VII. memor. H. E. p. 53. fq. coeptum id opus ante finitam a. C. 312. Diocletiani perfequutionem, continuatumque poft illud tempus, pace coetui Chriftianorum (a. 325.) reddita: (conf. *Kollar.* ad Lambecii comment. I. pag. 261. fq.) loca autem, quae Arianis fauere videantur, notaffe *Iac. Billium* lib. I. Obff. S. c. 27. et plura emendaffe atque illuftraffe c. 28. *Harl.*

mmm) *Montfauconus* Diar. Italic. pag. 1[illegible]4: [et in Bibl. bibliothecar. MSS. tom. I. p. [illegible] vbi meminit cod. [illegible], faec. XV. [illegible] euangel. demonftrat. in [illegible] Ambros. [illegible]. Eft quoque cod. gr. Oxoniae in bibl. coll. S. Ioan. Baptiftae v. cat. codd. Angl. et [illegible] II. p. [illegible] nr. 1781. *Harl.*]

nn) In bibl. publ. *Parif.* [illegible], ([illegible] cat. II. pag. 6[illegible]. fqq.) *quinque* [illegible] demonftrat. euang. quorum primus exaratus eft faec. XII, tres faec. XVI et quintus manu Valeriani, [illegible], Venetiis a. 1543. *Harl.*

oo) Pag. 252. fqq. libri I. ed. [illegible], vbi Lambecius, poftquam fummam [illegible] excerpferatque [illegible], pag. 256 fq. [illegible], illas *eclogas* E[illegible] habuiffe [illegible] iudicium corroborat tum [illegible] mento, a Kollario p. 257. fqq. in [illegible], et in libr. ac vol. III p. 222. vbi [illegible] *quatuor eclog.* in cod. LV. iterum exftant, [illegible] Kollarius p. 203 fqq. de cod. quem non adeo [illegible] ab initio effe docet, et Eufebio, illorum librorum auctori

... libri quarti Eclogarum Propheticarum: *ἀλλὰ γὰρ ἐν τέταρσι καὶ τὴν τῶν ἐκλογῶν ὑπόθεσιν ἐν τῷ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΔΟΥΣ ΕΙΣΑΓΩΓΗΣ ΕΝΝΑΤΩΙ τούτω συγγράμματι περιγράψαντες ἐν τῷ ΔΕΚΑΤΩΙ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὸν λογισμὸν ἀποβ... μένοις ἑτέραν ἁρμόττουσαν ἔφοδον παρασχεῖν πειρασόμεθα.* Mentio huius operis in Eusebii hist. eccles. lib. I. cap. 2. pp) vbi opus illud a Demonstratione Euangelica distinguit: *ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ΠΡΟΦΗΤΙΚΑΣ ΕΚΛΟΓΑΣ συναγαγόντες, ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΩΤΕΡΟΝ τε τὰ περὶ αὐτοῦ δηλούμενα ἐν ΕΤΕΡΟΙΣ συστήσαντες, τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθησόμεθα.* *Blondelius* lib. de episcopis p. 47 ait, Eusebium in demonstratione citare historiam suam, sed lib. VI. cap. 13. pag. 273. ad *ἱστορίαν* quidem suam, hoc est, ad notitiam et experientiam, prouocat, historiae autem ecclesiasticae, a se scriptae, neutiquam meminit. Verba sunt: *εἰ γοῦν τι δύναται καὶ ἡ ἡμετέρα ἱστορία, καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν πάλαι βοωμένην Σιὼν ζεύγεσι βοῶν ὑπὸ [P] Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἀρουμένην ὀφθαλμοῖς παρειλήφαμεν.* Vberiorem *ἐξέτασιν locorum propheticorum de vocatione gentium* facturum se promittit lib. II. Demonstrat. pag. 53. quae in praesenti *οὔτε ἀναλέγειν οὔτε ἑρμηνεύειν καιρός.* pag. 48. Illa *ἐξέτασις* perinde, vt decem vltimi Demonstrationis libri intercidere. Et dubito, an diuersi ab editis exstent in bibl. Vaticana, licet in Scaligeranis legas: *il y a au Vatican les dix derniers livres ἀποδείξεων d'Eusebe, mais les Italiens sont si jaloux, qu'ils ne les voudroint pas prester.*

Latine vertit *Bernardinus Donatus Veronensis*, dicauitque interpretationem suam Paulo tertio, pontifici. Prodiit eius versio Venetiis qq) primum, hinc Colon. 1542. fol. et cum aliis Eusebii Operibus Basil. 1542. 1549. 1559. et 1570. fol. additis Scholiis *Io. Iac. Grynaei*: et Paris. 1587. fol. rr) Nonnulla in eius versione castigat *Iacobus Billius* in obseruationibus suis sacris; et *Georgius Calixtus* §. 54. diss. quod filius DEI patribus V. T. in propria hypostasi non apparuerit, notat, Donatum pleraque de CHRISTO durius et licentius ab

auctori, pluribus et firmioribus vsus argumentis, adserit, copiose docteque disputans. Idem Kollar. ad vol. I. p. 257. adnotat, se in epistola ad eruditos de altera Commentariorum editione, exarata Vindob. 1762. iam grauioribus rationum momentis Eusebio adtribuisse illas eclogas, et ad vol. III. p. 203. refutat *Oudinum* (commentar. suorum tom. I. col. 314.) et alios recentiores, (v. *Io. Christoph. Mylii* Biblioth. anonymorum et pseudonymorum, part. I. pag. 30. et 58.) quibus opus illud suspectum, et ab aliis Eusebio substitutum videbatur. Illae Lambecii atque Kollarii obseruationes et vero disputationes futuro illarum Eclogarum editori inprimis sunt legendae ac ponderandae. Idem *Lambec.* vol. VIII. pag 12. sq. duo loca Eusebii H. E. lib. I. cap. 11. et Demonstrat. euangel. pag. 124. sq. in quibus hic Iosephi de Christo testimonium commemorat, fusius recenset, cum aliis comparat scriptoribus atque emendat, vindicatque Eusebium ab omni fraude, denique illud testimonium historiamque temporis late vsque ad pag. 86. (vbi Kollarii nota non est negligenda,) persequitur. *Harl.* De *eclogis* Eus. *propheticis* inprimis vid. *Munterus* fragm. Patr. graec P. I. p. 56. sq.

pp) De quo loco v. Lambec. et Kollar. tom. I. comment. de bibl. Caesar. p. 257.

qq) Fabric. in syllabo script. pro V. Christ. p. 76. primam edit. *Venetiis* 1498. fol. prodiisse scribit; contra Maittaire A. T. indic. p. 386. notat *Romae* 1498. Penes igitur auctorem sit fides: illius quidem editionis meminit nec cel. *Panzer* in A. T. nec *Audiffredus* in II. suis speciminibus *Harl.*

rr) Vide supra ad §. 2. de edd. notata. *Harl.*

ab Eusebio dicta, sic esse interpretatum, vt emolliret. Atque ob similem caussam omisisse quaedam, monet Posseuinus in apparatu sacro.

Graece typis nitidis regiis e codice regio edidit primus Rob. Stephanus. Paris. 1545. fol.

Graece et latine cum *Donati* versione, et variis lectionibus et castigationibus breuibus, Paris. 1628. fol. additis libro Eusebii contra Hieroclem, duobus contra Marcellum Ancyranum, et tribus de ecclesiastica theologia. Haec editio repetita est Coloniae (siue Lipsiae potius) 1688. fol. De graecis demonstr. euangel. edit. v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. II pag. 284. sqq. (vbi quoque de *Donato Veronensi* agitur,) *Clement* l. c. pag. 191. sq. not. et *Io. Fabric.* in histor. bibl. Fabricianae I. p. 91. sqq. *Harl.* Ex Praep. euang. et ex Dem. euang. excepta vernaculo sermone edidit et notis illustrauit *Roesslerus* Bibl. PP. T. V. p. 203. sq.

4. Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία, *historiae ecclesiasticae libri X.* ss) e quibus vltimum dicauit Paulino tt) qui Tyri atque inde per sex menses Antiochiae post depositum Eustathium episcopus fuit. Absolutum opus Crispo uu) adhuc superstite, quem X. 9. βασιλέα φιλαιθεώτατον, et mox θεοφιλέστατον καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοιον adpellat. Quamquam vero Hegesippus, et Africanus, quodam modo Eusebio praeiuerant, Papias quoque et Iustinus atque Clemens Alexandrinus, Irenaeus aliique varia in scriptis suis annotauerant, quae ad historiam ecclesiae et haeresium facerent: iustum tamen ecclesiasticae historiae corpus nemo ante Eusebium condidit, vnde merito ait, se πρῶτον τῆς ὑποθέσεως ἐπιβῆναι *primum aggressum esse hoc argumentum.* Deduxit autem illud a Christianismi primordiis vsque ad Licinium, a Constantino M. superatum extinctumque, et pacem ecclesiae redditam a. C. 324. Indices capitum ab ipso Eusebio praefixos docet Valesius. Τὴν καθόλου ἱστορίαν, *historiam vniuersalem* ecclesiasticam vocat opus suum *Eusebius* lib. VIII. cap. 2. pag. 294.

Latine vertere voluit Hieronymus vv), scripturus historiam ecclesiasticam, qui etiam libro de Scriptoribus ecclesiasticis pleraque omnia repetiit ex Eusebio, licet translata liberius nec semper satis accurate. Vertit Eusebii historiam *Rufinus*, sed ita, vt varia passim, librumque

ss) Apud Theophanem p. 5. pro τὴν ὀκτάβιβλον, legendum τὴν ὀγδόην βίβλον, vt Combefisius etiam in notis animaduertit. Adde Hanckium p. 100. de scriptoribus Byz. Fallitur enim Iacobus Goarus, qui putat, Theophanem ad opus Eusebii, quo veterum martyrum acta collegerat, respicere idque octo libris constitisse.

tt) Hunc Paulinum ἱερώτατον vocat Eusebius lib. X. cap. 1 Senem iam fuisse, patet ex p. 317. d. De illo multis Hanckius p. 106 — 113 contendens, ante Eustathium sedisse Antiochiae et paulo ante Concilium Nicaenum diem obiisse. Sed veriora videntur, quae habet Antonius Pagi ad a. C. 340. num. 21.

uu) Idem *Hanckius* p. 103. seq. et *Papebrochius* tom. III. Act. Sanctor. April. p. 108. Pagi ad a. C. 326. n. 18 19.

vv) Hieron. in vita S. Malchi: *Prius exerceri cupio in paruo opere, et veluti quandam rubiginem linguae abstergere, vt venire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui, (si tamen vitam Deus dederit, et si vituperatores mei saltem fugientem me et clausum persequi desierint,) ab aduentu Saluatoris vsque ad nostram aetatem, id est, ab Apostolis vsque ad nostri temporis faeciem, quomodo et per quos Christi ecclesia nata sit et adulta, persecutionibus creuerit, martyriis coronata sit, et postquam ad christianos principes venerit, potentia quidem et diuitiis maior, virtutibus minor facta sit.*

que decimum ww) integrum propemodum omitteret, alia adderet atque interpolaret, et ipse libros duos nouos subiungeret xx), producentes historiae telam ad Theodosii M. obitum vsque, sed incertis, quibus scatent, et parum credibilibus narrationibus iudicio et fidei Eusebii neutiquam respondentes. Rufini versio dicata Chromatio, Aquileiensi episcopo, et iam Augustino lib. de cura pro mortuis c. 6. laudata, quae lucem vidit Rom. 1474. 1476. yy), fol. Mantuae 1479. fol. Paris. sine temporis nota, litteris Longobardicis, ex emendatione *Goffredi Boussardi* 8. zz) Lugd. 1523. 8. Paris. 1541. fol. et Basil. 1523. 1528. [*] ex recensione Beati Rhenani, cum hist.

ww) *Rufinus* Epist. ad Chromat. *Sciendum est, quod decimus liber huius operis in Graeco, quoniam perparum habet in rebus gestis, per reliqua omnia in episcoporum panegyricis tractatibus nihil ad scientiam rerum occupatus, omissis quae videbantur superflua, historiae, si quid habuit, nono coniunximus libro, et in ipso Eusebii narrationis dedimus finem. Decimum vero et undecimum librum nos conscripsimus. etc.*

xx) De horum duorum Ruffini librorum graeca versione dixi infra in Socrate.

yy) Editiones enumerat Cl. *Schoenemann* in biblioth. histor. litter. patrum latin. I. p. 593. sqq. Editio a. 1474. sine nota loci, et typographi est; neque vero *Romae*, vt *Fabricius* h. l. et *Bünemann* apud *Clement* VIII. (vbi haec editio pag. 181. sqq. copiosius describitur, et adnotatur, ed. 1470. a Stolho memoratam, et ed. 1473. ab Osmont in catal. citatam, esse fictas falsasque,) perperam tradunt: sed, teste *Panzero* A. T. III. p. 546. *Vltraiecti* char. Nycolai Ketelaer et Gerhardi de Leinpt. — Altera, a 1476. *Romae* per Io. Phil. de Lignamine: de qua rara edit. v. *Fontanini* histor. litterar. Aquileiens. p. 356. tum *Fossii* catal. codd. saec. XV. bibl. Magliab. I. p. 647. *Audiffr.* catal. roman. edd. saec. XV. p. 212. *Clement.* l. c. pag. 184. sqq. aliosque a cl. *Panzero* II. pag. 455. citatos. — De edit. *Mantuae* 1479 fol. typis Io. Schallii, Germani, v. *Mattaire* A. T. IV. p. 398. *Fontanin.* l c. pag. 358. *Panzer.* II. p. 6. sq. aliosque, quos ille excitat. — *Eusebii* H. E. s. l. et a. (Argentorati typis Henr. Eggenstein. v. *Panzer.* I p. 83. qui etiam Denis. supplem. I. p. 560. et *Braun* l. de libris in bibl. monast. ad SS. Vdalr. et Afram p. 27. male arbitrantem, hanc ed. fuisse primam et circa a. 1472. typis expressam, iam laudat, atque animaduertit, a *Lairio* in indice etc. I. pag. 129. male adseri Conr. Fynero.) An haec ed. est ea, quam Stroth. nescio quo auctore, incerto quidem, prodiisse scribit Argentorati 1483. cum Bedae H. E. Anglorum? — — *Euseb.* cum Beda. Spirae 1490. fol. Maittair. IV. p. 525. — ex emendatione *Goffr. Boussardi* Paris. diligentia Petri Levet. 1497. 4 (*Panzer.* II. p. 315. fin.) — *Eusebii* H. E. et *Bedae* ecclesiast. historia gentis anglorum. Argentor. 1500. fol. min. (*Clement.* VIII. p. 185. sq. *Strauss* opp. rar. pag. 191. *Panzer* I. p. 66.) — Hagenoae 1500. apud *Maittaire* p. 729. nisi error in nota anni commissus fuerit. *Bünemann* quidem apud Clement. p. 186. not. habuit et descripsit pluribus edit. Eusebii cum Bedae H. E. *Hagenoensem* per Henr. Gran. 1506. fol. quam etiam *Panzer* A. T. vol. VII. p. 71. ex catal. Thott refert. — *Eusebii* et *Bedae* H. E. libri, diligenter reuisi atque emendati. Argentorati 1514. min fol. de qua ed. v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. III. p. 531. sq. cui etiam ed. Hagen. 1500. suspecta est, et Meuselii Histor. litter. Magazin II. p. 153. *Harl.*

zz) Haec editio *Parisiis* circa a. 1514. prodiisse videtur Schoenemanno p. 595. Boussardus quidem, quum Argentoratensem edit. immensis erroribus scatere deprehendisset, hist. eccl. a se recognitam denuo vulgandam curauit, adnotante *Fontanino* l. c. pag. 358. vbi plures recenset editt. — Eadem repetita est, eodem ac Fabricio in textu et Schoenemanno testibus, (vt ea, quae Fabric. paucis adtigit, paullo latius explanem,) Lugduni apud Benedict. Bonnyn, 1523. 8. (cuius quidem anni nota est suspecta cl. *Panzero* VII. p. 325.) — Paris. ap. Franc. Regnault 1525. 8. — Lugduni 1533. 8. — Tum ex recognitione *Beati Rhenani* prodierunt *Autores hist. eccles. Eusebii Pamphili Caesariensis* libri IX. *Rufino interprete. Rufini presbyteri Aquileiensis libri duo recogniti ad antiqua exemplaria latina per Beat. Rhenanum. Idem ex Theodorito episcopo Cyrensi, Sozomeno et Socrate CPolitano libri XII. versi ab Epiphanio schola-*

hist. Tripartita, cui in edit. 1535 fol. accedunt liber Nicephori XVII. incerto interprete, Victoris Vitensis de persequutione Vandalica, et graece primum tunc editi libri V. hist. ecclesiasticae Theodoriti. Prodiit iterum Rufini versio cum hist. tripartita Basil. 1539. 1568. Francof. 1588. Itidem Basil. 1542. [a]) 1548. 1559. 1570. fol. cum *Io. Iac. Grynaei* scholiis, inter alia Eusebii opera. Nouam versionem composuit et Eduardo VI. Angliae regi, dicauit *Wolfgangus Musculus*, editam cum versione librorum de vita Constantini, historiaeque Socratis, Sozomeni, Euagrii ac Theodori, lectoris, et Dorothei, Tyrii, et, quem Camerarius transtulit, Theodoriti, Basil. 1549. 1554. 1557. 1562. 1611. fol. Omisit Rufino etiam praeteritum librum de martyribus Palaestinae, quamobrem perinde vt ob alios naeuos a Valesio reprehenditur. Tertia versio historiae eccles. Eusebii, item Socratis, Theodoriti, Sozomeni et Evagrii, auctore *Io. Christophorsono*, Cicestriensi episcopo, prodiit Lovanii 1570. [b]) et Coloniae 1570. et 1581. cum *Sufridi Petri* adnotationibus, fol. et Paris. 1571. fol. [c]) quam licet *latinissimam* vocet *Montacutius* tom. I. Orig. p. 264. tamen multis in locis infeliciter reddere Eusebium et Baronio errandi ansam passim dedisse, multi iam obseruarunt, quorum iudicia collegit *Martinus Kempius* in bibl. theologica p. 509. sq. et *Tho. Ittigius* praef. ad hist. eccles. seculi 2. pag. 3. seq. Vide et D. *Dorschei* diatyposin Concilii Nicaeni p. 4. Librum de martyribus Palaestinae, *Christophorsonus* in octauum historiae librum transfudit. Quartam versionem *Meredithi Hanmeri*, illius, qui Chronicon Hiberniae edidit, haud vidi, neque editam puto. Quinta *Henr. Valesii* prodiit, graecis Eusebii omissis, Paris. 1678. fol. *Fabr.* Ecclesiasticae historiae *Eusebii* Pamphili libri IX. *Ruffino* Aquileiensi interprete ac duo ipsius *Ruffini* libri. Opus in duas partes distributum, quarum altera *Eusebii*, altera *Ruffini* libros continet, ad Vaticanos msst. codd. exactos notisque illustratos, studio *F. Petri Thomae Cacciari* — Acc. postremae parti eiusdem diss. de vita, fide ac Eusebiana ipsa Ruffini translatione. Romae Pars. I. 1740. — P. II. 1741. 4. de quo opere copiose disserit *Schoenemann*. l. c. pag. 594. sqq. Cacciar. textum ad quinque codd. Vaticanos, (quos idem Schoenem. vberius recenset,) contulit atque emendauit,

scholastico, abbreuiati per Cassiodorum senatorem, vnde illis Tripartitae historiae vocabulum: emendati et hi multis locis, additis passim graecis epistolis plerisque synodorum ac imperatorum e tomis Theodoriti, cum vt latinae versioni ex his succurratur, tum vt velut monimenta quaedam christianae antiquitatis conseruentur etc. *Basil.* 1523. fol. — ibid. 1528. fol. (in exemplo, quod in manibus habeo, praefationes Rhenani non sunt reiectae, vti Fontaninus scripserat.) — ib. 1535. fol. (v. *Panzer* VI. p. 304. et huius quoque meminit Fabric. noster in textu:) — ibid. 1539. — Paris. 1541. per Galeotum a Prato. fol. atque Antwerp. ap. Io. Steelsium. 1548. II. tom. 8. addita vita Constantini interprete *Io. Portesio*, et *Theodoriti* historia. *Harl.*

a) Basil. 1542. apud Henric. Petri. fol. in tomo III. Opp. Eusebii, latine editorum, et ibid. 1544. fol. ex ed. B. Rhenani, inter auctores hist. eccl. teste Schoenemanno. Francof. 1588. fol. *Harl.*

b) Secundum Fontanin. l. c. Louan. apud Seruat. Sassenum 1569. II. tom. 8. *Harl.*

c) Edit. *Colon.* a. 1581. ignorant Fontanin. et Schoenemann. Contra prior obseruat, *Io. Tiadraeum* Eusebii opera, reiectis II. libris historiae Rufini, latine edidisse *Paris.* 1581. fol. [illegible] versione Christophorsoni et scholiis Curterii: *Renatum* vero *Barreum* Rufini librum X. et XI. a ceteris auulsum interuisse eius opusculis Paris. apud Sonnium, 1580. fol. Prima Christ[illegible] editio post eius mortem, *Eduardo* [illegible] curante, produisse videtur Strothio a. 1559. qui [illegible]nus in fine dedicationis Godsalsi subie[illegible] Idem Strothius ex alia Godsalsi [illegible] cau. edit. etiam Antwerpiae 1608. [illegible] atque Colon. Agripp. 1612. fol. *Harl.*

dauit, de superioribus iudicauit versionibus, et graecos Eusebii codd. ad vnum omnes pro interpolatis atque corruptis habet; contra putat, Rufinum, Eusebii temporibus tam propinquum, ex fontibus hausisse limpidioribus. — Cacciar. quod Rufini versionem longe praestare Valesianae contenderat, *Tartarottus* in singulari disp. Tridenti 1748. de versione Rufiniana H. E. Eusebii, dignitatem et praestantiam Valesianae interpretationis vindicauit. — Atque *Valesii* versio *Eusebii* H. E. et de vita imperatoris Constantini libr. IV. cum oratione Constantini ad sanctos et cum panegyrico *Eusebii*, cum notis Valesii et variorum ex Readingii edit. recusa est sine textu graeco, Venetiis typis Antonii Zatta 1763. tomi duo, in tribus voll. 4. de qua edit. vide cl. *Morelli* epist. ad me datam, et euulgatam a me in Introd. in hist. L. gr. II. 2. pag. 359. sq. — De editionibus latinis atque interpretibus lat. v. quoque *Stroth.* in praef. ad suam Eusebii H. E. edit. pag. XXVIII. sqq. *Harl.*

Graece Eusebii, Socratis, Theodoriti, Sozomeni et Euagrii Historiam ecclesiasticam elegantissimis typis ex codd. regiis edidit Rob. Stephanus Paris. 1544. fol. Confer laudati *Ittigii* librum de patrum bibliothecis p. 727. sq. *Fabr.* add. Literarisches Wochenblatt tom. I. Noriberg. 1770. 8. part. 10. pag. 137. sq. — De Stephani, Valesii et Reading edd. gr. multus est *Clement* VIII. pag. 187. sqq. In bibl. *Leidensi* est exemplar, manu Scaligeri infinitis locis conscriptum et emendatum ex V. cod. v. catal. pag. 19. et ibid. aliud cum adnotatt. viri docti. *Harl.*

Graece et latine eosdem scriptores vulgarunt Geneuenses, addita Io. Christophorsoni versione et Suffridi Petri adnotationibus, anno 1612. fol. quae editio, quia parum emendata est, ideo nihil ea flagitiosius prodiisse ait Montacutius p. 187. adparatus ad Origines ecclesiasticas. [Sed in marg. sunt V. L. e codd.]

Ab eo tempore *Eusebii* historia, liber de martyribus Palaestinae, libri IV. de vita Constantini, cum Constantini oratione ad Sanctos [*], et Eusebii in Constantinum Panegyrico insignem accepit lucem a praeclara industria eruditissimi viri, *Henrici Valesii*, qui graeca recensuit ad MSS. binos regiae bibl. quibus Rob. Stephanus vsus fuerat, tertiumque optimum Mazarinianum, scholiis etiam graecis hinc inde illustratum, quae notis suis pleraque Valesius inseruit, et quartum Nic. Fucketii, tum varias lect. e Turnebi, Vulcobii et Sauilii codicibus: tum nouam et adcuratiorem d) versionem notasque doctas atque omnibus historiae eccles. studiosis legendas addidit: denique praeter diss. de vita Eusebii et scriptis, et veterum de Eusebio in vtramque partem testimonia, praemisit *Petri de Marca* epistolam ad se scriptam de originibus Christianismi in Gallia, quo de argumento conferri etiam possunt *Andreas Saussaeus* de mysticis Galliae scriptoribus p. 279. sq. et 300. sq. et auctor nouae dissertationis de tempore introductae in Galliam christianae religionis, (de qua Ephemerides Parisienses A. 1703. p. 1071.) praecipue *Ioannes Launoius* in epistolae Petri de Marca dispunctione. Dissertationes Valesius

d) Non desunt quidem in hac etiam versione sui hinc inde naeui, a viris doctis partem ab eo tempore notati, sed propter plurima, quae rectissime atque eruditissime vir summus vidit et expressit, laudem semper maximam feret ab aequis et cordatis lectoribus, nedum veniam ob quantulascumque hallucinationes.

Valeſius notis ſuis ſubiunxit has quatuor 1) de ſchiſmate Donatiſtarum vsque ad a. C. 325. 2) de vno tantum, non duobus templis a Conſtantino Hieroſolymae conditis. 3) Ad Iac. Vſſerium, aduerſus illius ſententiam de perdita verſione LXX. Interpretum et Hexaplis Origenis. 4) De martyrologio, quod Roſvveidus edidit, et perperam pro veteri genuino Romano martyrologio iactauit. Prodiit *Euſebius Valeſii* graece et latine Pariſ. perquam nitide A. 1659. fol. apud Antonium Vitré, et ex Valeſii chirographo paucis quibusdam in verſione mutatis atque pluribus additis, quae vncinis incluſa ſunt in animaduerſionibus ex ſecundis Valeſii curis, apud Petrum le Petit, Pariſ. 1677. fol. Exinde ad priorem edit. recuſus Moguntiae, vt habet titulus, ſiue Francofurti potius 1672. fol. et ad poſteriorem editionem Pariſienſem, Amſterd. 1695. fol. typis Francofurtenſibus Wuſtianis. Paginae Euſebii, quod vehementer dolendum, in hac poſtrema haud reſpondent *). Obiit Valeſius Pariſiis, nonis Maii A. 1676. vitaque eius, a fratre, Hadriano, ſcripta, ad Ludouicum Nublaeum, poſt Pariſienſem editionem recuſa Lipſiae 1680. 8. cura nobiliſſimi viri Frid. Ben Carpzouii, atque in vitis ſelectorum [?] aliquot virorum, a Guil. Bateſio collectis et Londini A. 1681. et 1704. 4. editis p. 719. et ante Euſebium Valeſii edit. Amſt. 1695. fol. *Fabr.*

Integra Valeſii editio Cantabrigiae tanta cura et fide recuſa eſt, vt etiam peccata typothetarum praeter illa, quae ipſa Valeſius indicarat, retinerentur. En inſcriptionem!

Euſebii Pamphili, Socratis ſcholaſtici, Hermiae Sozomeni, Theodoriti et Euagrii, item Philoſtorgii et Theodori Lectoris quae exſtant, Hiſtoriae eccleſiaſticae graece et lat. in tres tomos diſtributae. *Henr. Valeſius* graecum textum ex MSS. codd. emendauit, latine vertit, et annotatt. illuſtrauit. *Gulielm. Reading* nouas elucidationes praeſertim chronologicas in hac editione adiecit. Cantabrigiae, typis academ. 1720. fol. III. tom. In primo tomo, qui peculiarem habet inſcriptionem, continentur Euſebii — *E. H. — libri decem. Quibus ſubiungitur oratio Conſtantini ad Sanctos et Panegyricus Euſebii. H. Valeſ. gr. textum collatis IV. MSSt. codd. emendauit lat. vertit et adnotatt. illuſtrauit. Hanc edit. criticis plurium eruditorum* (n. Wilh. Lowthii emendatt. notisque hiſt. et V. L. a Merico Caſaub. margini exempl. Steph. adſcriptis) *obſeruationibus locupletauit G. Reading*, Cleri Londinenſ. bibliothecar. Cantabr. 1720. Reading quoque, quidquid ex *Pagi* critica, *Pearſonii* annalibus Cyprianicis, *Caui* hiſt. litt. *Dodwello* aliisque huc pertineret, diligenter congeſſit, et notas Valeſii aliorumque et ſuas textui ſubiecit commodius. Sub finem p. 795. ſq. poſuit V. L. codicis Caſtellani et eas, quas Mer. Caſaubon. exempl. Steph. manu adſcripſerat. conf. *Clerici* Bibl. ancienne et mod. tom. XVI. p. 75 — 156. Acta erudit. Lipſ. 1724. p. 97. et *Baumgarten*. Nachricht. von merkwürdigen Büchern. tom. X. p. 310 — 318.

Haec *Readingii* ed. recuſa eſt Turini 1748. fol. III. voll.

Readin-

* Conf. vberiorem recenſionem *Io. Fabric.* in bibl. Fabric. tom. II. p. 396. ſqq. qui animaduertit, edit. illam non eſſe recuſam Amſtel. 1695. ſed per fraudem factum eſſe illum titulum, quum ſit ipſiſſima ed. Francofurtana, idemque aliorum de Euſebio eiusque ſcriptis Valeſiique editione adtert iudicia. Recuſa eſt, aut nouum titulum accepit Pariſ. 1746. *Harl.*

Readingii merita, quae in critica quidem parte haud adeo insignia fuerunt, *Strothius* superare sustinuit in noua edit. ac recensione, cuius tamen primum tantum volumen lucem adspexit:

Eusebii Pamphili historiae ecclesiasticae libri X. Eiusdem de vita Constantini libri IV. Textum ad fidem codd. MSS. et edd. recensuit, notasque maximam partem criticas adiecit *Frid. Andr. Stroth.* — vol. I. Halae ad Salam. 1779. 8. graece. Varias editt. tam gr. quam lat. contulit, atque ea, quae antea fuerunt dispersa, collegit, in subsidiumque vocauit Rufinum ac Nicephorum aliosque. Qua diligentia effecit, vt meliorem contextus formam atque constitutionem effingeret. In longa praefatione historiam criticam tam codicum et Eusebii et Rufini plurimorum, aliorumque subsidiorum scriptorum, quam editionum confecit. Quare de codd. msst. praecipue Rufini latinis, licebit nobis esse eo breuioribus. — In bibl. publica *Paris.* est in cod. CDXIV. liber I. — in octo codd. MCDXXX. — MCDXXXVII. decem libri sunt, interdum haud integri: confector vero catalogi tom. II. pag. 317. animaduertit, codicis MCDXXXI ope, nec a Valesio, nec a ceteris visi, operis illius editionem posse multo emendationem prodire; libri autem septimi capp. XV. et XVI. desiderari. adde *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 46. et 65. — In cod. *Coislin.* 305. fol. 149. est locus *Eusebii de Therapeutis*, septem octoue paginarum. (*Montfauc.* bibl. Coisl. p. 421.) — In *M. Britannia* secundum catal. codd. in cod. Barroc. n. CIIIC. fragm. ex H. E. et Eusebii sententiae, inter cod. bibl. *Bodleian.* DCCLXIII. et MCCCXIX. inter codd. Laud. H. E. ex versione Rufini. — nr. MMCCLXXVIII. H. E. gr. — nr. MMCDVIII. synopsis H. E. — nr. MMMMMMCDXV. libri XI. (sic.) H. E. sedlatine, credo. — *Oxon.* in bibl. coll. Baliolens. nr. CCVC. lat. — in bibl. coll. Merton nr. DXCIV. H. E. lib. XI. lat. — in bibl. coll. Orielens. H. E. lat. cum additamentis Rufini et cum translatione eiusdem. — in bibl. coll. Mariae Magd. MMCCCLI. lat. — *Cantabr.* n. MCCLXXIX. H. E. *Pr. Peritorum dicunt.* — in coll. S. Benedicti, n. MDCXXVIII. libri XI. Euseb. H. E. Tit. in vet. scripto, Ecclesiastica hist. per Ric. Monachum. — nr. MMCDXXXI. H. E. lat. — In tom. II. catal. in bibl. eccl. Wigorniensis, Eusebii H. E. libri IX. a Rufino versi, vna cum II. libris per eumdem additis. — in bibl. eccles. Sarisburiens. nr. MI. H. E. versio Rufini. eadem forsan nr. MXXII. — in bibl. Norfolk. nr. MMMCDVL. H. E. graece. — inter codd. Car. Theyeri, n. MMMMMMMDLXXXIX. Hist. lib. XI. lat. — in bibl. Iacobaea. nr. MMMMMMMMDCDXVII lat. — In bibl. regia *Matritensi* est cod. a Vincentio Mariner. Valentino, ex cod. Escorial. antiquiss. qui incendio forsan absumtus, non amplius exstat, descriptus, in quo sunt duo insignia fragmenta ex *Eusebii* H. E. prius περὶ τῶν μαρτύρων τῶν ἐν Καισαρείᾳ, ὑπὸ τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμίνου μαρτυρησάντων· quod iam est excusum in ea. Eusebii: posterius περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν διαφόροις πόλεσι ἀθλησάντων ἁγίων μαρτύρων, quod, quia nondum editum est, *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. p. 548 — 552. primus euulgauit graece. — In bibl. *Leidensi* H. E. latine v. Catal. p. 339 nr. 1. — *Taurini* in bibl. regia inter codd. lat. Rufini versio in codd. DLIX. DLX. et DLXXV. — *Florentiae* in bibl. Laur. Medicea cod. vetust. VII. plut. 70. de quo nondum excusso multus est *Bandin.* in cat. codd. gr. II. p. 666 sq. — Ibid. cod. XXI. n. 4. plut. 70. de quo cod. memorabili, qui partem libri de martyribus in Palaestina passis libro VIII. E. H. partem autem libro X. subiectam et alia habet v. *Bandin.* l. c. p. 681. — *Venetiis* in bibl. D. Marci H. E. lib. X. gr. in tribus codd. CCCXXXVII — CCCXXXIX. v. cat. codd. gr. p. 156. sq. et in tribus codd. lat. CCCXLV — CCCXLVII. H. E. a Ru-

 fino

versa; v. cat. codd. lat. pag. 146. sq. — ibid in cod. Macarii Pachomiæ sunt excerpta ex Eusebii H. E. teste *Villoison.* in anecd. gr. tom. II. pag. 71. — *Vindobonae* in bibl. Caesar. cod. XLII. in catena in S. Lucam est longus locus de natiuitate Christi ex Eusebii H. E. libr. I. cap. 6. et 7. cuius codicis lectionem valde differre ab editis, obseruauit *Lambecius* commen. III. p. 165. seq. — Excerpta quaedam ex H. E. in cod. CCCXXXII. nr. 12. *Lambec.* V. p. 614. sq. — *Mosquae* sunt II. codd. — *Montfaucon.* in bibl. bibliothecar. MSS. infinitam paene copiam MSSr. cum gr. tum maxime latinorum, in bibl. Vatic. aliisque obuiorum, producit: quod quidem indicasse, ne nimis verbosus fiam, sufficiat. *Harl.*

Germanice, Eusebii et Rufini atque tripartitam historiam cum continuatione vsque ad a. C. 1545. edidit D. *Caspar Hedion*, Argentorati apud Io. Hervvagium 1545. fol. *Fabr.* it. Franc. of. ad Moenum. 1582. fol. — auctior parte IV. cum continuatione ab a. 1545. vsque ad a. 1607. Basil. ap. Sebast. Henricpetri fol. — *Eusebii* Kirchengeschichte, aus dem Griech. — vnd mit Anmerkungen erläutert von *Frid. Andr. Stroth.* Quedlinb. 1777. 8. II. tom. *Harl.* Excerpta in *Roesleri* bibl. PP. tom. IV. p. 1. sqq.

Belgice prodiit Dordraci 1613 fol. Fabr. E graeco sermone in belgicum transtulit et adnotatt. illustrauit. *Abr. Arent van de Meersch*, Amstel. 1749. 4. v. *Krohn* catal. bibl. suae p. 90. *Harl.*

Anglice, per Samuelem *Parkerum* versos et in epitomen redactos Eusebii libros X. historiae ecclesiasticae, didici ex Nouellis Reip. litterariis A. 1703. mense Augusto. pag. 229. *Fabr. Eusebii, Socratis* et *Euagrii* H. E. cum *Dorotheo* de vitis prophetarum, apostolorum et LXX. discipulorum in linguam anglicam conuertit *Meredith Hanmer*, Londini 1577 — 1585 — 1607 — 1636. — et, addita vita Constantini M. ex graeco Eusebii anglice versa, per *Wye Saltonstall.* Lond. 1650. F. — rec. cum Valesii adnotatt. Cantabr. 1683 — 1692 — 1696 — 1709. fol. — *Eusebii* H. E. libros X. *anglice* vertit et compendifecit *Sam. Parker*, praefixa diss. de vsu atque auctoritate H. E. et vita Eusebii etc. Londini. 1703. 8. — et, addito tomo II. f. epitome H. E. Socratis, Sozomeni et Theodoriti, per eundem Parker. Lond. 1729. 4. — Loca quaedam Eusebii et Socratis versa in *Whiston* Collection af ancient Monument. relating to the Trinity and Incarnation etc. Londin. 1713. 8. passim — Epitome: An Abridgement of Eusebius Pamphilus Ecclesiastical History, in two Parts. Part I. a compendious Commemoration of the remarkablest Chronologies which are contained in that famous History. Part. II. a summary or brief hint of the twelwe persecutions sustained by the ancient Christians. — — by *William Caton.* — Londini 1736. 8. — Versio *Dav. Dalrymple de Hailes* anglica H. E. VI. 41. et de epistole Dionysii, episcopi Alexandrini ad Fabium, episc. Antiochen. de persequutione Christianorum in Aegypto an. primo Decii imper. et explicat. huius martyrum in Palaestina sub Dioclet. ad I. VIII. in Remains of christian Antiquity, with explanatory Notes. Edinburg. 1778. 1780 8. II. tom. — The History of ancient Paganism, as delivered by *Eusebius* etc. with critical and historical Notes. — — And secondly, a Phoenician and Egyptian Chronology, from the first Man, down to the first Olympiad etc. Londini 1643. 8. v. *Brüggemann* View etc. p. 395. sqq. — Epistolam

ecclesiae Smyrnaeensis de martyrio Polycarpi, (cuius magna pars est in Eusebii H. E. IV. 15. et ab Vsserio separatim edita,) atque epistolam Christianorum Lugdunensium ac Viennensium *anglice* vertit atque explicuit D *Dalrymple de Hailes* in: Account of the Martyrs at Smyrna and Lyon in the second Century. With explanatory notes. Edinburg. 1776. 8. v. quae notaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 222.

In linguam *italicam* ex lat. versione est translata H. E. Venet. 1547. 8. v. *Paitoni* bibl. degli Autori-volgarizzati, tom. II p. 50. — De *canone* librorum N. T. secundum Eusebium vide supra in vol. IV. pag. 831. sq. quibus addes vindicias Eusebii a *Io. Ern. Christiano Schmidt* scriptas *ueber den Kanon des Eusebius* in Henckii Magazin für Religionsphilosophie, Exegese und Kirchengeschichte tom. V. part. III. nr. 16. 1796. 8. Eusebium defendit contra M. *Weber* in: Beyträgen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons p. 142. sqq. et ostendit, Eusebium distinguere IV. classes librorum. *Harl.*

Gallice, Claudio Seyssellio, archi-episcopo Taurinensi interprete, quae versio laudatur in Morlerii speciminibus literariis (essais de litterature tom. I. pag. 35.) Nouissime ex interpretatione *Lud. Cousini*. Paris. 1675. sq. 4. IV. tom. Hunc Eusebii, Socratis, Sozomeni ac Theodoreti locos aliquot sublesta fide vertisse, arguit Paulus Colomesius in Obseruatt. sacris. p. 61.

Eusebii historiam integram propemodum in suum opus transscripsit Nicephorus Callistus; vnde Valesius ad singula Eusebii capita numeros Nicephorianos in margine adnotauit. Totum quoque, vt iam dixi, Catalogum suum scriptorum ecclesiasticorum, paucis exceptis, ex Eusebii historia concinnauit transtulitque Hieronymus; neque enim alioqui puto ab illo historiam ipsam Eusebii integram latine translatam, licet hoc aliquis suspicari possit ex his eius verbis lib. I. in Rufin. *Laudaui Eusebium in ecclesiastica historia, in digestione temporum, in descriptione sanctae terrae, et haec ipsa opuscula in latinum vertens meae linguae hominibus dedi.* Etiam Hieronymo versionem Eusebianae historiae tribuit *Bridefertus Ramesiensis* in glossis ad Bedam de temporum ratione cap. 28. Sed illam Rufini esse constat. Quo sensu autem Apocryphis accenseatur historia Eusebii in Gelasiano decreto, disputant *Io. Pearsonius* 1. Vindic. Ignatii p. 48. et *Matthaeus Larroquanus* in Obseruationibus ad Pearsonianas Vindicias pag. 35. seq. Vide et *Baluzium* ad Antonium Augustinum de emendatione Gratiani pag. 446. (717. seq. edit. Mastrichtianae,) vbi confutat Carolum Molinaeum, qui de altero Eusebio Pamphili et altera historia eccles. cogitauit. Sane ex multis exemplis patet, in illo decreto Apocrypha vocari non modo scripta supposita auctoribus [?] per haereticos et falsa, sed etiam vera et certissima non haereticorum modo manifestariorum, sed eorum quoque scriptorum, quorum doctrina non per omnia ecclesiae probata erat, vti Eusebius Arianismi suspectus fuit apud multos, et Colluthianorum atque Meletianorum f) familiaritate male audiuit.

f) Confer *Tillemont.* tom. V. memor. hist. eccles. part. I. p. 156.

Index accuratus Scriptorum, episcoporum et aliorum Virorum illustrium, haereticorum quoque, memoratorum in Eusebii historia eccles. et libris de vita Constantini,

Adornatus a me ad paginas editionis graecolatinae Valesianae Parisiensis et Moguntinae g).

Albinus

g) In edit. *Reading.* primus index refert auctores, quorum testimonio vtitur Eusebius in his libris. Tum sequitur index epistolarum imperatorum roman. ab Eusebio citatarum; dein ordo episcoporum vrbis Romae, Alexandriae, Antiochiae et Hierosolymorum, secundum Eusebium; denique rerum [illegible] in H. E. Eusebii: ex quibus indicibus pauca [illegible] nota paginarum ed. Reading. adposita. *Harl.*

 Apelles.

Atheno-

Constantinus

Ephesus

Gaianus

Isidorus,

Lusius

Maximus,

Papias,

Proto-

Tatianus

Timo-

h) v. *Montfaucon* bibl. Coislin. p. 140. fin. bis p. 421. cod. fol. 149. *Harl.*

5. Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, *De martyribus Palaestinae*, in persequutione Diocletiani et Maximini ab a. C. 303. ad 310. passis ⁱ) [¶] liber, in editione graeca *Rob. Stephani* et graecolatina *H. Valesii* cum eius versione libro octauo historiae ecclesiasticae subiicitur ᵏ): a Rufino et Musculo praetermissus, a *Christophorsono* pro parte libri octaui editus, et a *Suffrido Petri* scholiis illustratus. Hunc latine ex Valesii versione cum notis suis *Theodoricus Ruinartus* inseruit Actis martyrum ˡ) selectis, pag. 330 — 352 Paris. 1689. 4. A *Vincentio Marinerio* translatus, fuit apud Io. Bollandum, vt ipse testatur praef. ad T. I. Act. Sanctorum Ianuarii pag. 45. b. Librum illum, tamquam ab opere hist. eccles. diuersum, promittit *Eusebius* VIII. 13. pag. 308. οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς.

6) Liber *contra Hieroclem*, Bithyniae ex vicario praesidem et postea Alexandriae ᵐ) ἔπαρχον, πρὸς τὰ ὑπὸ Φιλοστράτου εἰς Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα διὰ τὴν Ἱεροκλεῖ παραληφθεῖσαν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Χριστοῦ σύγκρισιν. Auctor et consiliarius Diocletiano ad faciendam persequutionem fuit ille Hierocles, teste *Lactantio* c. 16. de mortibus persecutorum, et *libros duos ad Christianos* scripsit, vt idem refert lib. 5. cap. 2. Institutt. diuinar. (λόγους φιλαλήθεις πρὸς τοὺς χριστιανοὺς inscripsisse, colligas ex eodem atque Eusebio,) quibus inter alia ostendere voluit, Apollonium vel paria cum CHRISTO, vel etiam maiora fecisse ⁿ). Primus Eusebii librum, quem *Photius* Cod. XXXIX. ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους vocat, graece edidit Aldus

i) Vide *Hanckium* de scriptoribus Byz. pag 118. et D. *Christianum Kortholtum* de persequutionibus vet. ecclesiae pag 468. δεκαετῆ χρόνον durasse illam persequutionem notat *Eusebius* VIII. 15. hist. quum post octauum annum aliquantisper remisisset. id. 16.

k) Item in Readingii edit. cum notis Valesii et variorum, tom. I. pag 406. sqq vbi quoque Valesius ex cod. antiquiss. narrationem s. *Passionem S. Procopii martyris*; (de quo, primo in illa persequutione martyre, egit Eusebius in cap. I.) *qui passus est sub Fabiano iudice, 4. Non. Aug.* euulgauit. Idem Valesius, quod in omnibus codd. deprehendit inscriptionem: Καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ εὕρομεν, colligit, omnes illos codd. ex vno eodemque exemplari descriptos fuisse. A[illegible] de cod. Medic. H. E. obseruata: et Fabr. B. Gr. vol. IX. p. 33. sq *Harl.*

l) Acta illa martyrum selecta recudit emendatius, nec [illegible] insigni ab ipso Ruinarto accessione et cum auctoris vita, *H. Wetstenius.* Amstel. 1712. fol. viderunt etiam lucem gallice, Droueto et Malpertuio interpretibus, Paris. 1708. 8.

m) *Vales.* pag. 177. ad Euseb. *Epiphan.* LXVIII. 1. De *Hierocle* iuniore, cuius commentarius in aurea carmina exstat, aliisque eius nominis dixi lib. 2. cap. 12. §. 7. et de Philostrati opere lib. 4. cap. 24. §. 2. *Fabr.* supra vol. V. p. 541. et de editt. p. 545. *Harl.*

n) Conf. *Fabric.* nostrum in Delectu argumentor. — pro verit christ. relig. p. 77. sq. — Codd. sunt in bibl. *Veneta* Marciana. v. cat codd gr. p. 157. cod. CCCXLIII. — — in bibl. Medic. plut. 6. cod. XXII. 1. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 142.) — *Neapol.* in bibl S. Seueriani. (*Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS. I. p. 235. C.) — — In bibl. *Leidensi*, cod. manu Bonauenturae Vulcanii descriptus. (cat. bibl. illius p. 344. nr. 4.) — *Paris.* in bibl publ. codd. CLXXIV. nr. 14. et CDLI. nr. 9. *Harl.*

dus cum Philoſtrati Apollonio Venet. 1502. fol. et 1535. 8. *latine* vertit *Zenobius* ..., Florentinus, Ord. Praedicatorum, praemiſſa ad Laurentium Medicem epiſtola, Venet. ap. Ald. 1502. et Pariſ. 1511. 8. Colon. 1532. 8. cum Philoſtrato de vita Apollonii, atque ſaepius inter Euſebii opera, iunctim latine edita, ad calcem librorum de euangelica demonſtratione. Peſſime a Florentino interprete verſum eſſe hunc librum, notauit *Pearſonius* praef. ad Hieroclem. *Graece et latine* cum Acciaioli verſione, et variis lect. e codice regis Galliae a *Federico Morello* [?] adſcriptis, prodiit inter Philoſtrati opera p. 433. Pariſ. 1608. fol. Deinde cum caſtigationibus, ex eodem regio codice ab *Luca Holſtenio* adnotatis, qui etiam verſionem locis quibusdam interpolauit, ad calcem librorum Euſebii de demonſtratione, (non vt Caueus memoriae lapſu ſcripſit, cum libris de praeparatione) euangelica, Pariſ. 1628. fol. Lipſ. 1688. fol. Denique cum noua verſione notisque D. *Godfridi Olearii*, qui etiam librum in capita diſtinxit, et collatis Philoſtrati locis paſſim emendauit, Lipſ. 1709. fol. in luculenta illa Operum Philoſtrati editione.

Gallice vertit Ludovicus *Couſinus* Pariſ. 1684. 4. *diſcours touchant les miracles attribuez à Apollonius de Tyane* etc.

7. Κατὰ Μαρκέλλȣ, *Libri duo contra Marcellum*, Ancyrae epiſcopum, eiusque σύγγραμμα o) longum decies mille prope verſuum, quo Sabellianiſmum incautus propugnauerat, filiumque et patrem docuerat ὀνόμασι μὲν διαφόρȣς Πατρὸς καὶ υἱȣ̃ χρηματίζοντας, ȣ̓σίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντας, oppugnaueratque Aſterium maxime Cappadocem, tum Euſebium τὸν μέγαν, (Nicomedienſem,) Paulinum, Tyri ac deinde Antiochiae epiſcopum, Origenem, Narciſſum, Neroniadis epiſcopum et alterum Euſebium, Caeſareae Palaeſtinae. Damnauit Marcellum Synodus ex Ponto, Cappadocia, Aſia, Phrygia, Bithynia, Thracia et vlterioribus regionibus congregata CPoli a. C. 336. et Euſebio, vt illum confutaret, in mandatis dedit, vt ipſe narrat extremo libri poſterioris. Hos libros, antequam ederentur, lectos Turriano, primus e MS. codice recenſuit et latina verſione ac notis illuſtrauit *Rich. Montacutius*, editos ad calcem librorum de demonſtratione euangel. Pariſ. 1628. fol. Lipſ. 1688. fol. MStum codicem habuit Thomas Galeus. *Fabr.* v. Catal. codd. Angl. et Hibern. II. pag. 186. nr. MMMMMMDCCCLXXXVIII. et in codd. Bodlei. MMXL bis et MMCCLXXVI. — in cod. *Veneto* D. Marci, CCCCXCVI. vterque liber contra Marcellum — in cod. CMXLIX. nr. 1. bibl. publ. *Pariſ.*, duo libri. — cl. *Rettberg*, rector ſcholae Clausthal. edidit: in *Euſebii* contra Marcellum libros obſeru. ſelectas, in Annal. liter. Helmſt. m. Maio et Iun 1787. et ſeparatim Lipſ. 1787. 8. — tum *Marcelliana*. Accedit *Eunomii* ἔκθεσις πίστεως emendatior. Edidit et animaduerſ. inſtruxit *Chriſtian Henr. Georg. Rettberg*. Gottingae 1794. 8.

o) De hoc *Marcelli* libro, quo Aſterium, ſophiſtam, et Arianos impugnans in alterum extremum prolapſus et cum Sabellio vel Paulo Samoſateno facere viſus eſt, confer *Socratem* lib. I. cap. 36. *Sozomenum* II. 33. *Tripartitam* III. 9. et *Nicephorum* VIII. 53. Hiſt. Marcellus in Synodo CPol. depoſitus poſtea in Sardicenſi a. C. 347. epiſcopatum recuperauit, profeſſus ſe non ita ſentire, vt ab Euſebio adcuſatus fuerit. *Socrates* lib. I. cap. 36. et lib. II. cap. 20. et ex eo *Nicephorus* ..., Marcellum ab Euſebio confutatum *libris tribus*. Idem numerus occurrit in ... Socrates tantum libros tres ..., eidem Marcello oppoſitos; ... profert lib. II. cap. 21. Marcelli ... lus fuit Photinus. [Conf. ſupra, vol. V. p. 747.]

Marcelli vero fragm. apud Eusebium confuse posita, nec diligenter conseruata, collegit, ordinauit, emendauit et explicuit, laudemque diligentiae tulit in ephemer. litterar. Gotting. 1794 nr. 203. *Harl.*

8. Περὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θεολογίας, τῶν πρὸς Μάρκελλον ἐλέγχων βιβλία γ'. *De ecclesiastica theologia* aduersus eumdem Marcellum [*] confutationum *libri III.* inscripti Flaccillo, Antiochiae ad Daphnen episcopo, et ab eodem Montacutio cum superioribus duobus libris latina versione ac notis illustrati, et ad calcem Demonstrationis editi. Hos quinque libros aduersus Marcellum Labbeus putat innui ab Hieronymo in Catalogo cap. 81. et Suida, quando inter Eusebii scripta memorat libros quinque περὶ Θεοφανείας p). Videtur enim hoc idem illi esse quod Θεολογίας. Sed id tamquam incertum omitto, quum Hebed Iesu quoque in catalogo librorum chaldaicorum memoret Eusebii librum *de ortu diuino.* Libros tres ecclesiasticae theologiae MSS. habuit Galeus, adscriptis etiam ex alio codice emendationibus. [Excerpta ex iis in *Roesleri* Bibl. PP. T. V. p. 282. sq.]

9 *Epistola de Fide Nicaena ad Caesarienses*, quam seruarunt *Gelasius Cyzicenus* in Actis concilii Nicaeni II. 35. sq. p. 50. q). epistolam encyclicam adpellans, et *Socrates* lib. I. cap. 8. pag. 23. seq. atque *Theodoritus* lib. I. hist. cap. 12. vnde repetunt *Tripartita* lib. II. cap. 11. et *Nicephorus* VIII, 22. Hoc est ἀπολογητικὸν, eidem Gelasio memoratum lib. II. cap. 1. quod ad episcoporum orthodoxorum κοινὸν missum adfirmat. Ex hac epistola nonnihil producit *S. Athanasius* epist. ad Africanos episcopos Tom. I. p. 937. et ad calcem epist. de Synodi Nicaenae decretis. MStum occurrere in bibl. Vindobonensi, notat Lambecius III. p. 86. r). Verba, quae *Theodoritus* pag. 40. aliique habent, et *Socrates* pag. 27. atque Tripartita omittit, illa *Caueus* in Apologia aduersus Io. Clericum pag. 89. contendit, cum Eusebii doctrina de aeterna filii hypostasi e diametro pugnare, adeoque non esse Eusebii, sed Ariani cuiusdam fraude inserta, quod etiam adfirmauerat in dus. pro Eusebio pag. 47. edit. Geneu.

10. Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, *de locis hebraicis*, de quo libro non repetam, quae dixi lib. IV. cap. 2. §. 13. [vol. IV. pag. 620. sq.] et cap. 37 §. 1. [vol. VI. pag. 200.] tantum addam, in catalogo MSS. Isaaci Vossii num. 10. memorari Eusebium de locis sacris cum expositione Hieronymi, et copiosis Petri Bertii commentariis, hactenus ineditis. Inscripsit hunc libellum Eusebius *Paulino*, Tyri episcopo, quem ἱερὸν Θεοῦ ἄνθρωπον vocat, eidem nempe, cui decimum historiae ecclesiasticae librum consecrauit. Ceterum et *Hieronymus*, cuius adhuc exstat latina interpretatio, saepius etiam in Operibus eius edita, meminit alterius versionis, sed imperitae et parum latinae, quam ante ipsum [*] nescio quis componere ausus fuerat. MS. habuit Eusebii libellum et Hieronymi versionem *Tho. Galeus* s). Memoratur etiam in catalogo MSS. Angliae tom. II. pag. 247. in aedibus

p) Conf ad sect. 26. init. *Harl.*

q) s. pag 179. prouti Lambec. citauit, loco mox memorando. *Harl.*

r) Siue pag. 232. sec. edit Kollarii Exstat quoque illa epistola in cod. XLV. Coislin. qui continet opera Athanasii. teste *Montfauc.* Bibl. Coisl. pag. 116. et in cod. CDLXXIV. nr. 10. bibl publ. *Paris. Harl.*

s) Nr. MMMMMDCCCLXXXVIII. vol. II. cat. codd. Angliae p. 186. — Est quoque in cod. CDLXIV. bibl.

aedibus Iacobaeis n. 850. Eusebius de locis hebraicis cum multis emendationibus. Et Io. Pearsonius praefat. erudita in LXX. Interpretes laudat codicem Bonfreriano meliorem. Praemiserat Eusebius huic libello *topographiam terrae Iudaeae et distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Hierusalem, templique in ea cum breuissima expositione picturam*, vt ex Hieronymi praefatione constat, sed illa iam pridem interciderunt. Nescio, topographiamne illam intelligat Hebed Iesu, quando in catalogo librorum chaldaicorum pag. 18. memorat Eusebii librum *de figura mundi.*

11. Commentarios eruditissimos in Psalmos 150. scripsisse Eusebium nostrum, testatur Hieronymus in Catalogo cap. 81. et Suidas. Illos *latine* interpretatus fuit *Eusebius Vercellensis* vt idem Hieron. auctor est epistola 89. ad Augustin. et cap. 96. Catalogi, atque contra Vigilantium, vbi docet haeretica, hoc est quae Arianam t) haeresin sapere videbantur ab interprete praetermissa. Citatur Eusebius in Psalmos a Gelasio de duabus naturis, Theodorito apud Anton. Agellium in Psalm. 88. et in Catenis editis ac MSS. in Psalmos. Primus Eusebii ὑπεμνήματα siue *Commentaria in Psalmos* CXVIIII., ex tribus codicibus, Feroniano, Seguieriano et Colbertino, collatis etiam Catenis MSS. atque editis in Psalmos eruit et cum latina versione sua atque erudita praeliminari dissertatione edidit *Bernardus de Montfaucon* in noua collectione patrum, tomo I. Paris. 1706. fol. Latina versio Eusebii Vercellensis, et graeca ipsa in Psalmos posteriores 31. interciderunt. Multa in hoc opere fragmenta occurrunt interpretum, Aquilae, Symmachi et Theodotionis. †) Citatur etiam *Origenes* in Psal. 119. pag. 723. et in Psal. 4. *Asterius* pag. 28. Eusebii περιοχαὶ siue ὑποθέσεις *argumenta breuia in Psalmos* ex codice vetusto Barberiniano edita fuerant in tomo VI. Bibliorum polyglotton Londinens. pag 137. seq. Argumenta in Psalmos edita etiam a *Grabio* in praef. ad tomum tertium versionis graecae LXX. interpretum. Lond. 1709. Fragmentum in Psalmum 86. fuit apud Tho. Galeum. Etiam in catalogo MSS. bibl. mediceae video memorari Eusebium in Psalmos. Praefatiunculas duas, alteram περὶ τῦ διαψάλματος, alteram ὑπόθεσιν εἰς τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ψαλμῶν memorat *Lambecius* [P] III. pag. 24. et 29. u) Commentarios illos scriptos ab Eusebio circa a. C. 337. notat Montfauconus in epistola de Therapeutis p. 151.

12. Ex

bibl. publ. *Paris.* de quo v. Vallarsii praef. *Bonfrerius* graecum textum cum noua versione primum praefixit commentariis suis in Iosuam Iudices et Ruth. Paris. 1631. (apud Hamberger. 1659.) fol. in catal. bibl. Leid. pag. 41. — De edd. *Clerici, Onomasticon vrbium et locorum S. S. seu liber de locis hebraicis graece primum ab Eusebio Caesar. deinde lat. scriptus ab Hieronymo etc.* Amstelaed. 1707. fol. et meliore *Vallarsii* edit. Opp. Hieronymi, tom. III. part. I. cum notis eruditis, maximam partem criticis, v. ad Vol. IV. p 621. Clerici edit. cum illius et Bonfrerii notis repetita est in *Io. Steph. Menochii* comment. S. Script. tom. II. Append. p. 151. Venet. 1722. fol. et in *Blasii Vgolini* thesaur. antiqq. sacrarum. tom V. Venet. 1746. fol. — Conf. de illo Eusebii libro *Reland.* Palaest. lib. II cap. 11. 12. et 14. *Harl.*

†) Add. Lambec. III. de bibl. Caes. p. 74. *H.*

t) Tale est, quod in verba Psalmi CX. 1. *Dixit dominus domino meo*, affertur in Synodi septimae siue Nicaenae Act. 6. sect. 5. tom. III Binii pag. 662. quod in Montfauconi editione haud legitur.

u) In edit. *Kollarii* pag. 58. sqq. in cod. ... continet commentarium amplissimum in totum Psalterium et II. cantica Mosis Exod. c. 15. et Deuteron. cap. 32. et alia cantica vbi; Kollar. p. 59. in nota

12) Ex Commentariis *in Canticum Canticorum* fragmenta graece edidit *Io. Meursius*, cum Polychronii, diaconi, ἐξηγήσει et Mich. Pselli ἑρμηνείᾳ versibus scripta politicis. Lugd.

nota obseruat, bina illa Eusebiana excerpta esse ex hoc codice a *Corderio* tom. I. expositionis patrum graecorum in Psalmos; plenius vero et diligentius ex cod. Alexandrino a *Grabio* in prolegom. tomi IV. V. T. ex versione τῶν LXX. et a *Nic. Antonello* in opere Athanasii de interpretat. siue de titulis Psalmorum, Romae 1746. — In eadem bibl. caesarea p. 64. et 67. in cod. XIV. et XV. sunt Eusebiana in catena in Psalmos. — Ibid. in cod. XIX. secundum *Lambec.* III. p. 91. sq. post canonem Paschalem sequuntur a fol. 203. hypotheses siue argumenta omnium Psalmorum totius Psalterii secundum Symmachum, Origenem, *Eusebium Pamphili* etc. et a fol. 203. p. 2. narrante Lambecio, *Eusebii Pamphili* et alterius cuiusdam anonymi praefatiuncula in Canticum Moysis in Exodo. sed Kollarius in nota B. et C. refutat tam Oudinum quam Lambecium. *Oudinus* in comm. de scriptor. ecclesiast. I p. 314. hypotheses in hoc cod. XIX. easdem cum iis esse scripserat, quae in aliis codd. caesareis, videlicet inter theologicos CLXVII. CLXVIII. et CCCXXI. sub nomine Eusebii habentur. Sed Koll. animaduertit, Psalmorum hypotheses, quas cod. XIX. habet, e diuersis reipsa collectas, vberiores, et longe diuersas ab illis esse, quas Eusebii nomine inscriptas in collectione noua patrum, tom. I. p. 2. edidit Montfaucon, eas vero, quae in cod. CLXVII. anepigraphae, et cod. CCCXXI. sub Eusebii nomine habentur, conuenire cum editis a Montfauconio, ac proinde diuersas omnino ab hypothesibus, cod. XIX. contentis: porro cod. CLXVIII. non hypotheses in Psalmos, vt Oudin. opinatus est; sed in varia tam V. quam N. T. cantica commentarium, ex Eusebio et aliorum scriptorum operibus depromtum conseruare. Contra Lambecium adnotat, praefatiunculam, quam anonymo tribuit Lamb. esse eius tam in V. quam N. T. cantica initium commentarii, qui integer exstat in cod. caesareo inter theologicos CLXVIII. fol. 392. pag. 2. Hic cod. describitur in tom. IV. p. 395. cuius quidem inscriptio est ἑρμηνεία τῶν ᾠδῶν ἐκ διαφόρων συλλεγεῖσα παρὰ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας. Enimvero Lambec. monet, id non de toto commentario esse intelligendum; sed tantum de iis expositionibus, quae cum ex ipsius Eusebii, tum ex scriptorum ecclesiasticor. ipso antiquiorum operibus desumta sunt; ea, quae in eodem commentario ad auctores Eusebio recentiores pertinent, post primam collectionem Eusebianam ab aliis pro lubitu esse adiecta. Kollarius tamen nullam adiecit animaduersionem, quam in tom III. l. c. promisit. — Ibid. p. 393. in cod. CLXVII. exstant: *Eusebii* interpretatio diapsalmatis, et argumenta generalia atque specialia in omnes et singulos psalmos, et a fol. 265. p. 2. fragmenta *Eusebii* aliorumque scriptorum eccles. in commentario in varia V. et N. T. cantica sacra. — Ibid. p. 458. in cod. CLXXXVIII. nr. 22. reperitur anonymi expositio Psalmi 103. ex *Eusebio*, Athanasio aliisque collecta — ib. p. 259. et 261. in cod. CXLVI. nr. 10. et 21. sunt in expositionibus in V. T. excerpta ex *Eusebio*, Cyrillo, aliisque. — In tom. V. pag. 247. in cod. CCXLVI. nr. 15. Eusebii hypothesis in diapsalma. — Pag. 595. in cod. CCCXXI. nr. 2. Psalterium Dauidis cum *Eusebii* prolegomenis de diapsalmate et eiusdem argumentis singulorum Psalmorum. — *Paris.* in bibl. publ. in cod. CDLXIII. Eusebii commentar. in Psalmos. - in cod. CXLVI. in catena in Psalmos, nr. 8. excerpta de Psalmis ex *Eusebio* Caesar. — in alia catena in Psalmos, in cod. CLXIII. nr. 1. Eusebii argumenta duo, et nr. 3. quaedam de Psalmis ex Eusebio excerpta. — — In cod. *Mediceo*, cuius meminit Fabricius, vel potius in duobus, n. cod. XV. plut. 5. praesertim in cod. III. plut. 6. cuius quidem exhibetur Εὐσεβίου ὑπόμνημα εἰς τοὺς ψαλμοὺς, est potius catena patrum eccl. in his *Eusebii*, in Psalmos: in posteriore est nr. IV. *Eusebii* in inscriptiones interpretatio quarumdam, compendii more descripta; nr. V. VI. eiusdem hypotheses et argumenta in Psalmos: nr. XII. Eusebii in Psalmos: nr. XIV. oratio Manassis cum scholiis Eusebii et aliorum. v. *Bandini* I. pag. 37. sqq. et 87. sqq. qui obseruat, *Corderii* expositionem patrum graec. in Psalmos ex vtroque codice posse emendari et vberrimo spicilegio augeri. — In bibl. *Veneta* D. Marci cod. XVII. Psalterium cum amplissima marginali *Eusebii* aliorumque patrum catena, (catal. codd. gr. p. 19.) — Diuisio Psalmorum in cod. XIX. regio *Neapolit.* -- *Eusebii* hypothesis in catena patrum in Psalmos in cod. *Coisliniano* XII. v. *Montfauc.* biblioth. Coislin. p. 58. — *Eusebii* comment. in

Lugd. Bat. 1617. 4. Totum quidem illum Commentarium, sub Eusebii nomine, ex codice bibl. Palatinae editum, Eusebii non esse, perspicuum est, in quo occurrunt fragmenta *Athanasii* p. 18. 32. 39. 51. *Didymi* pag. 19. *Gregorii Nysseni* pag. 11. 14. *Philonis Carpathii* pag. 13 seq. 32. 34. 39. 44. 52. seq. et *Theophili* (an *Theophylacti*) pag. 37. Confer *Lambecium* III. pag. 71. [p. 212. Kollar.] et Raynaudum de bonis ac malis libris pag. 138. *Fabr.* In cod. Barocc. CXXXII. *Eusebii* fragm. expositionis in cantica V. T. — — in cod. Bodlei. nr. MMMMXXIV. item in codd. CLXXIII. et CMXLVIII. bibl. publ. *Paris.* *Eusebii* comment. seu expositio in canticum canticorum. — *Leidae* inter codd. Bonau. Vulcanii, *Eusebii* in canticum canticorum commentarius, collectus ex Philone, Gregorio Nysseno, Athanasio, Didymo, Theophilo, graece, v. Catal. bibl. Leid. p. 346. nr. 50. *Harl.*

13. Περὶ τῆς τοῦ βιβλίου τῶν προφητῶν ὀνομασίας, *de vitis Prophetarum*, Eusebii ἀποσπασμάτιον ex antiquissimo codice Rupefucaldino (quem hodie seruat bibliotheca Collegii Iesuitar. Paris.) graece edidit, latinamque versionem addidit *Io. Curterius*, ante Procopii Gazaei Commentarios in Esaiam. Paris. 1580. fol.

14. *Commentarios in Esaiam* libris decem scripsisse Eusebium, *Hieronymus* testatur cap. 81. Catalogi, et Suidas: igitur emendandum, quod libri quindecim memorantur in Hieronymi praefat. ad Esaiam. Illos magnam partem ex codice Perroniano et Catenis MSS. regiis restituit, graeceque cum versione et praefatione sua primus edidit supra iam mihi laudatus *Bernhardus de Montfaucon* in noua collectione patrum tomo II. Paris. 1706. fol. Ex hoc Eusebii opere multa ad verbum transtulere Hieronymus, (qui etiam, vbi Eusebius ab Hebraeo doctore aliquid edidisse se scripsit, idem veluti de se testatur,) Procopius Gazaeus et Catenarum graecarum in Esaiam auctores, *Ioannes Drungarius*, *Andreas presbyter*, aliique. Fallitur enim *Lambecius*, qui III. pag. 41. [p. 107. ed. Kollar cod. XXVII.] Catenam MS. in Esaiam memorans, vbi Eusebius laudatur, ait, sine dubio intelligi eius libros eclogarum propheticarum de CHRISTO. Etiam in his Eusebii commentariis frequenter laudantur fragmenta veterum interpretum Aquilae, Symmachi ac Theodotionis. Ceterum non diffitendum, ad pleraque prophetae capita non tam Eusebii commentarios integros, quam longiora ex illis excerpta tantum seruata esse. Distinctio etiam in libros et commentarius in caput totum 61. periit. Neque ab Eusebio videtur esse clausula: ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Ceterum monendus est lector, Commentarios in [?] Esaiam, qui feruntur sub nomine Basilii Caesareensis, etiam Eusebio perperam tribui in nonnullis codicibus, vt Thuano, qui hodie est Colbertinus MMDIVC. *Fabr.* *Eusebii* comment. in primam Isaiae visionem. (cetera enim desiderantur,) in cod. MMCDLXIII. bibl. publ. *Paris.* — scholia ex opp. Eusebii in Esaiam ad marginem cod. LXXII. Venio.

in Psalmos a LI. — XCV. (Montf. l. c. pag. 115.) ex quo cod. illos edidit Montfauc. in noua sua collectione. — Sic in aliis in Psalmos catenis, in codd. *M. Britann* secundum catal. codd. Angliae reperiuntur Eusebiana, ex gr. bibl Bodlei. nr. CLIV. CLX. CCXXIII CC XXXIX. DCCX. MCMLXXXII. — in codd. *Galei* numero MMMMMCMLXI (cat. tom II. pag. 1[illegible].) *Eusebii* fragm. ex interpret. Psalmi 86. — *Romae* in bibl. Ottobon. (Montfauc. bibl. bibliothecar MSS. Vol. I. p. 187 A.) — In cod. [illegible] litano, a *Mart.* *Rufio* in T[illegible]rco-Graec. [illegible] VII. memorato, et catenam in Psalmos commentarios infra v. Vol. VI. p. 656. vet. edit. etc. *Harl.*

Vindoben. qui continet Basilii expositionem capp. XVI. les. *Lambec.* tom. III. p. 345. — Praeterea occurrunt fragm. atque interpretationes Eusebii in catenis in Leuiticum Moyseos, in Prouerbia, Ierem. in Ezechielem, in Matthaeum, Lucam, Ioannem, ep. ad Roman. etc. in codd. pluribus *Coislinianis*, (vid. ex gr. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 41. 42. 43. 61. 64. 65. 66 67. 75. 76. 82. 247. 248. 251. 273. 275.) in codd. *Vindobon.* XL. XLII. XLVI. XLVII. tom. III. comm. *Lambec.* et in aliis codd. ac bibliothecis. Excerpta miscellanea ex Philonis hebraei, *Eusebii Pamphili*, et aliorum expositionibus in V. T. in cod. *Vindob.* CXLVI. nr. 13. et 21. (*Lambec.* IV. p. 259. seq. — Inter codd. *Syriacos* bibl. publ. *Paris.* liber IV. regum et Daniel, cum obss. nonnullis, quarum Eusebius Pamphili et Epiphanius auctores esse feruntur, (cat. codd. Paris. I. p. 51. cod. V.) — Fragm. Eusebii de cognatione b. Mariae et Elisabethae, (ad euangel. Lucae,) in cod. *Vindob.* CLXIV. (*Lambec.* IV. p. 364. nr. 3.) conf. ad sect. 16. *Harl.*

15. *Canones* siue indices decem harmoniae *euangeliorum* cum praemissa *ad Carpianum epistola.* De his dixi libri IV. cap. 7. §. 20. [Vol. IV. p. 881.] Videndus etiam *Rich. Simon* lib. III. Hist. criticae N. T. pag. 427. seq. et lib. 3. pag. 90. *Io. Millius* prolegom. ad N. T. pag. LXX. qui et ipse Canones vna cum epistola ad Carpianum graece Nouo Testamento a se edito, Erasmi et Rob. Stephani exemplo praefixit. [v]) Latine veteribus quibusdam bibliorum codicibus praemittitur, atque inde vulgata est in Orthodoxographis et a Iosepho Maria Thomasio, vnde a Marcianaeo in diuina, quam vocat, bibliotheca praetermissam miror, licet Canones ipsos Nouo Test. recte praemiserit, ex testimonio ipsius Hieronymi praef. ad Damasum in quatuor evangelia: *Canones quoque, quos Eusebius, Caesareensis episcopus, Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in graeco habentur, expressimus.* Idem *Hieronymus* cap. 55. Catalogi, et ex eo *Isidorus Hisp.* VI. 15.

v) In bibl. publ. *Paris.* sunt canones isti, vt plurimum cum epist. ad Carpianum in XXVI. gr. codicibus [quos indicabit index, tom. II. catal. codd.]. — Ibid. in catal. I. p. 450. inter codd. *Armenos*, cod. X. Euangeliis IV. praemittuntur *Eusebii* canones cum epistola ad Carpianum. — In bibl. *Coislin.* *Eusebii* canones cum epistola, in cod. euangeliorum, n. in cod. XX. integri in cod. XXI. XXII. CXCV. (in quo euangelium Matthaei adiunctos habet commentarios Eusebii et aliorum) — CXCVI. (qui continet euangelistarium;) v. *Montfaucon.* bibl. Coisl. p. 63 sq. 65. 66. 247. 24[illegible]. — *Florentiae* in bibl. Medicea, in codd. XIV. XV. XVIII. nr. 3. et 4. cod. XXIII. et XXXII. de quibus late disputat *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 125. 128. 135. 147. et 158. — In *M. Britannia* secundum catal. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* nr. XXIX. quatuor euangelia cum epist. *Eusebii* ad Carpianum. — In cod. bibl. Huntington nr. MMMMMDCCC. (cat. I. p. 280.) quatuor evangelia, *arabice*, cum canonibus *Eusebii* et capitulis. — in bibl. Norfolciana, nr. MMMCCCVIIIC. (cat. II. p. 83.) euangelia IV. cum calendario et canonibus *Eusebii*, *arabice*; ibid. nr. MMMCDXXXI. euangel. IV. cum canone *Eusebii* et typico, *graece*; — *Vindobonae* in bibl. caesar. Euangelia IV. cum commentariis variorum excerptis et cum *Eusebii* canonibus atque epistola, in codd. XXIX. XXX. XXXI. de quibus v. *Lambec.* comment. III. pag. 111 — 126. et de alio cod. v. eumdem Vol. V. p. 240. nr. 4. — tum in codd. IV. V. et VI. de quibus multus est *Kollarius* in supplem. I. ad Lambecii commentar. de bibl. Vindob. pag. 10. 26. et 47 sq — In bibl. *Leidensi*, (v. catal. p. 410. nr. CCXXIII.) IV. euangel. et decalog. *arabice*, cum *Eusebii* concordantiis euangelicis. In *Gallandi* bibl. patrum II. 591. sunt Eusebii canones cum Ammonii Alex. harmonia IV. euangel. et in Vol. IV. p. 641. sunt quaedam Eusebii scripta. *Harl.*

15. Origg. ait, Ammonium euangelicos canones excogitaſſe, quos poſtea ſequutus ſit Euſebius Caeſareenſis. Verum Canones illos neutiquam excogitauit Ammonius; ſed tantummodo harmoniae euangelicae auctor fuit, ita compoſitae, vt fundamenti loco Matthaeus ſubſterneretur, eique deinde adnotarentur capita parallela ex ceteris euangeliſtis, intexerenturque aliorum euangeliſtarum narrationes ab Matthaeo omiſſae. Hinc, vt aliorum etiam trium euangeliſtarum ſeries et cum ceteris euangeliſtis comparatio conſtaret, Euſebius teſtatur, ſe decem hoſce Canones excogitaſſe et compoſuiſſe. Sed quid vetat, ipſam Euſebii epiſtolam, cum breuis admodum ſit, et in pluribus editionibus bibliorum et Hieronymi, in quibus canones *) ipſi tamen leguntur, praetermiſſa, hic infra ponere vna cum veteri latina verſione? Graece MS. haberi Neapoli in bibl. Auguſtinianorum, notauit *Mabillonius*, tom. I. Muſei italici pag. 110. [in duobus quidem codd. euangeliorum ſaec. XI. notante *Montfaucon* in diario ital. p. 208.] Laudat hoſce canones Euſebianos *Caſſiodorus*, cap. 7. Inſtitutt. diuinar. Et frequens illorum vſus fuit in eccleſiis Orientis pariter et Occidentis, vt ex codicibus MSS. bibliorum in variis verſionibus notarunt viri docti.

Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, το διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς, καθ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους· ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς. Ὁ τρίτος,

Euſebius Carpiano Fr. in Domino S.

AMMONIUS quidam Alexandrinus, magno ſtudio atque induſtria vnum nobis pro quatuor euangeliis dereliquit. Namque trium euangeliorum ſenſus exceptos, omnes ſimiles contextus Matthaei euangelio quaſi ad vnum congeſtos, adnexuit: ita vt eorumdem, quantum ad tenorem pertinet lectionis, ſequens iam ſtilus interruptus eſſe videatur. Verum, vt ſaluo corpore, ſiue textu ceterorum hic euangeliorum propria et familiaria loca, in quibus eadem ſimiliterque dixerunt, ſcire poſſis, ac vere diſſerere, accepta occaſione ex praedicti viri ſtudio, alia ratione decem numerorum tibi titulos deſignaui. Quorum primus, quatuor in ſe continet numeros, in quibus ſimilia ab vniuerſis dicta ſunt, Matthaeo, Marco, Luca, Ioanne. Secundus, in quibus tres, Matthaeus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthaeus, Lucas, Ioannes. Quartus in quibus tres, Mat-

*) In codice *Vindobonenſi* hoc adiectum legitur ſcholion: Κανόνες δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ εὐθὺ αὐτῶν καὶ ἀκριβές. ὥσπερ γὰρ ἰθυντηρίοις τισὶ γράμμασι ταῖς ἰδίαις εὐθύνησι χρώμενοι ... τὸν τῶν ... ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ ... πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν ... αὐτὸν τῶν ἱερῶν θεσπεσίων φωνῶν τοῖς Εὐαγγελισταῖς. [v. *Lambec.* comment. tom. III. p. 113.]

ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Ἰωάννης. Ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Λουκᾶς. Ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Μάρκος. Ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Ἰωάννης. Ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Μάρκος, Λουκᾶς. Ὁ ἔνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ὁ δέκατος, ἐν ᾧ περὶ τινῶν ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑπο[P]τεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις· ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἔστιν ἥδε. Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται κατὰ μέρος, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου, καὶ καθεξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. Καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις διὰ κινναβάρεως πρόκειται, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει· οἷον εἰ μὲν α, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ β, ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτω καθεξῆς μέχρι τῶν δέκα. Εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποιονδήποτε, βουληθείης ἐπιστῆναι τινὶ ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι ὃν ἡ διὰ τοῦ κινναβάρεως ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνος προγραφῶν, ὁπόσοι καὶ τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν· ἐπιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ παρακειμένοις, ἐπιζητήσας τε αὐτοὺς ἔνδον ἐν τοῖς οἰκείοις εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις.

Matthaeus, Marcus, Ioannes. Quintus in quibus duo, Matthaeus, Marcus. Septimus in quibus duo, Matthaeus, Ioannes. Octauus in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus in quibus duo, Lucas, Ioannes. Decimus, in quibus singuli de quibusdam proprie scripserunt. Et quidem subiectorum titulorum id est argumentum: clara vero eorum narratio haec est: Etenim per singula loca euangeliorum quidam numerus videtur adpositus, paulatim incipiens a primo, deinde secundo, postremo tertio, et per ordinem librorum ad finem vsque progrediens. Itaque per singulos numeros supputatio, per lineae distinctionem inuenitur inserta, significans, cui de decem titulis adpositus numerus adsignetur. Veluti siquidem primum, certum est in primo. Si vero in secundo, et eodem modo vsque ad decem. Si igitur euoluto vno qualicumque cum quatuor euangeliis, cuilibet capitulo velis insistere et rescire, qui similia dixerint, et loca propria agnoscere singulorum, in quibus eadem sunt proloquuti eiusdem sensus, quem tenes, relegens propositum numerum quaesitumque eum in titulo, quem demonstrat tituli subnotatio, continuo scire potes ex suprascriptionibus, quas in fronte notatas inuenies: qui aut quot de his, quae inquiris, similia dixerint. Veniens etiam ad reliqua euangelia per eumdem numerum, quem continent, videbis adpositos per singulos numeros, atque eos in suis propriisque locis similia dixisse reperies.

[P] Περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων διαφωνίας, *de euangeliorum diaphonia* scripsisse Eusebium, testatur *Hieronymus* in Catalogo cap. 81. et ex eo Suidas. *Librum resolutionum contrariorum, quae sunt in euangeliis*, vocat Hebed Iesu in Catalogo librorum Chaldaico-

rum. Atque in Sicilia inuentos libros Eusebii tres de diaphonia euangeliorum, scribit *Latinus Latinius*, T. II. epistolar. pag. 116. Sed nemo fuit adhuc, qui in lucem illos proferret. Graeca Catena MS. in Marcum, de qua *Rich. Simon* lib. III. hist. crit. pag. 89. laudat Eusebium ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας. Huius scripti fragmentum seruauit *Anastasius Sinaita* qu. CLIII. Alia fragmenta duo graece et latine edidit *Combefisius* in Auctario Nouo Paris. 1648. fol. T. I. pag. 781. 783. vnum, quod ex Ambrosii Mediolanensis, monachi Cassinatis, versione etiam teste Sixto Senensi exstat in illud: ὀψὲ σαββάτων, *sero sabbatorum*. Alterum περὶ τῶν ἐν μνημείῳ ἀγγέλων, *de angelis, ad monumentum visis*. Voluerat haec quoque edere Holstenius, teste *Lambecio* lib. I. de bibl. Vindob. pag. 112. sed morte praeuentus omisit. Eusebii *de triduo sepulturae Domini* memorat *Labbeus* bibl. noua MSS. pag. 184. w). Exstant et illius nonnulla in Catenis ad euangelistas editis et ineditis, quorum pleraque ex eodem, vt videtur, opere repetita. Ex Catenis in Lucam plura Eusebii latine exhibet idem *Combefisius* in Bibl. concionatoria. Ex Eusebio Pamphili *ad Marinum* occurrunt fragmenta in Anastasii Sinaitae quaest. IX. et CXLVIII. sed illa alterius sunt argumenti x). Caueus memorat Eusebium *de euangeliorum dissonantia ad Stephanum*. Quae vero *de symphonia* siue *concordia euangeliorum in genealogia CHRISTI* Eusebius, Africanum sequutus, scripsit, exstant lib I. hist. eccles. cap. 7. iisque vsus Ambrosius in 3. Lucae.

17. Λόγος τριακονταετηρικὸς, *Oratio de Constantini M. laudibus*, in eius tricennalibus dicta a. C. 335. CPoli, vt Eusebius ipse testatur IV. 33. et 46. de vita Constantini. Meminit et in Prooemio libri I. vbi addit, se etiam in vicennalibus Constantini laudes eius in Nicaena synodo, vt lib III. c. 11. etiam docet, celebrasse. Sed ille quidem εἰκοσαετηρικὸς ὕμνος siue Panegyricus intercidit. In codice MS. collegii Trin. Cantabrig. oratio illa, Caueo teste, in duas partes dispescitur, quarum posterior incipit a capite IX. Hanc orationem cum descriptione martyrii, siue templi Hierosolymitani, a Constantino conditi, donariorumque [?] eius, sed quae temporum iniuria intercidit, et Constantini oratione ad sanctorum coetum, ex latino graece translata, Eusebius, vt lib. IV. cap. 46. testatur, libris de vita Constantini subiunxit. Primus Rob. Stephanus cum illis edidit graece, latine vertit *Christo-*

w) De sepultura Christi, in cod. *Galei*, nr. MMMMMCMII. cat. Angliae etc II p. 488. — περὶ τῆς δοκούσης διαφωνίας τῶν εὐαγγελιστῶν ἐν τῇ ἀναστάσει τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, in cod. *Veneto* D. Marci CCCCXCV. (catal. codd. gr p. 259.) — In cod. Laurent. *Florent.* V (qui continet catenam in Matthaeum, Ioannem, et Lucam et in VII. epp. catholicas,) et cod. XXXIII. (complectitur IV. euangelia cum catena patrum,) commentario in Matthaeum subnectuntur duo Eusebii fragmenta: a) disquisitio de tempore dominicae resurrectionis inter Matthaeum et Marcum ad illa euangelii cap. 28. *Vespere autem sabbati*, quod quidem fragm. in priore cod. longius est, quam in posteriore; b) de angelis ad monumentum visis v. *Bandin* cat. codd. gr. I pag. 20. 101. et 159. — *Paris* in bibl. publica sunt aliquoties in catenis, interdum ab illis seiuncta, cum aliis opusculis, eadem fragmenta in cod. CLXXXXVI. CXCIX. CC. CCI CCVI. (siue catena,) DLXXII. n. 9. excerptum ex *Eusebio* de hora, qua Christus cruci adfixus est, et de dissensu euangelistarum: — fragm. II in cod DCCI. nr. 1. DCCII. et DCCIV. — v. ad sect. 14. *Harl.*

x) *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. CLXVI. nr. 1. fragm. Eusebii ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον, teste *Lambecio* commentar. tom. IV. p. 287 et in cod *Barocc.* nr. CIII. in quo etiam sunt Eusebii sententiae βιωφελεῖς, secundum cat. codd. Angl. I. p. 27. *Harl.*

Christophorsonus et Musculus atque inde Valesius, qui notis etiam illustrauit, [is laudat codd. Fuketii, Turnebi ac Sauilii et schedas bibl. regiae etc. denique Reading cum notis Valesii et variorum] Fabr. In bibl. Veneta D. Marci, codd. CCCXXXIX et CCCXL. Euseb. de laudibus Constantini, et de vita Constantini libri V. pro libro V. numeratur oratio Constantini ad Sanctorum coetum. (v. cat. codd. gr. pag. 156. et 157.) — Leidae in bibl. acad. inter codd. Bonauent. Vulcanii, τριακονταετηρικὸς in Constantinum imp. gr. (catal. bibl. p. 345. nr. XXXV.) — Paris. in bibl. publ. or. de laudibus Constantini M. in codd. MCDXXXI. MCDXXXII. (qui cod. nondum collatus esse dicitur in catal. cod. II. pag. 318.) In codd. MCDXXXVII. MCDXXXVIII. et MCDXXXIX. Eusebii libris de vita Constantini M. subiungitur Constantini ad Sanctorum coetum oratio — in cod. MCDXXXVIII. orat. de laudibus Constantini M. praefixus est prologus. Ex cap. XI. Eusebii de laudibus Constantini pag. 747. ed. Reading. (collato cap. 7.) Eusebium ab errore Semiarianorum vindicare studuit Bullus in def. fid. Nic. pag. 231. et refutauit Valesium ad c. XI. contendentem, illas Eusebii de diuina quidem filii potentia, sed media, opiniones optime refutari ab Athanasio or. tertia contra Arianos pag. 397. Reading l. c. quoque laudat Pearson. vindic. epist. Ignat. part. II. pag. 36. Harl.

18. De Vita Constantini M. iam a. C. 337. defuncti, libri IV. [y]), in quibus, ait, se de industria omittere conflictus et praelia, res fortiter gestas, tropaea ac triumphos, leges et praeclara instituta, et tantum tradere μόνα τὰ πρὸς τὸν θεοφιλῆ συντείνοντα βίον, quaeque ad DEI cultum pertinent, lib. I. cap. 11. vnde titulum operis fecit περὶ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, vt notat Valesius p. 256. [z]). Ceterum falli Iac. Gothofredum [aa]), qui hos libros ab Eusebio scriptos esse negauit pag. 273. ad Philostorg. et in epist. ad Andream Riuetum sub nomine Iacobi Pacidii edita, facile ex ipso opere et Socratis, Sozomeni, Photii, Gelasii aliorumque veterum testimoniis demonstrarunt Martinus Hanckius de scriptoribus Byz. pag. 81 seq. Io. Andreas Bosius de Pontificatu maximo Imperatorum Rom. pag. 63. seq. et Valesius pag. 216. Omni etiam destituta est verisimilitudine Sandii coniectura, qui in nucleo historiae eccles. pag. 48. Macarii Hierosolymitani esse hariolatur. Πανηγυρικῇ ὑφηγήσει vsum Eusebium, multi adnotarunt; neque tamen fides historica illi propterea in rerum summa deneganda. Primus hos libros graece cum historia eccles. edidit Rob. Stephanus, Paris. 1544. fol. pro quinto libro numerans orationem ad Sanctorum coetum [bb]), quae Constantini M. est, non Eusebii. Latine primus quatuor libros, (non tres primores tantum, vt scribit Hanckius pag. 86. de scriptoribus Byz.) Ioannes Portesius vertit. Hinc Wolfgangus Musculus, nec minus Io. Christophorsonus, qui Portesii versionem non viderat, notante Valesio pag. 216. sq. Huius Christophorsonianae versionis quum liber quartus casu quodam amissus esset, quartum Nicolaus Carius suppleuit. Denique idem Henricus Valesius graeca ad Codices MSS. castigauit, versionem meliorem notas-

y) Male libri VI. excusum in Io. Molleri Homonymoscopia, pag. 451.

z) Nimius est Constantini laudator. v. Thomasium, Du Pin, aliosque a Stollio, p. 227. excitatos. Harl.

aa) Iac. Godofredo adsensus B. Dorscheus in diatyposi Concilii Nicaeni de S. Coena p. 3.

bb) Vbi in codd. Venet. ad §. 17. memoratis. Harl.

notasque doctiſſimas adiunxit [cc]). Editiones latinas et graecolatinas, quia hiſtoriae eccleſiaſticae hi libri ſubiungi ſolent, ſupra num. 4. adnotatas videre licet. Tantum notato, in editionibus quibusdam latinis breuia *Io. Iac. Grynaei* et *Suffridi Petri* [illegible]. Gallicae quoque [P] interpretationis inſtar eſt, quod auctore *Ioanne Morino* prodiit opus: Hiſtoire de la delivrance de l'Egliſe Chrestienne par l'Empereur Conſtantin, Pariſ. 1630. fol.

19. *De Vita S. Pamphili, martyris,* ſcripſiſſe ſe teſtatur lib. VI. [dd] cap. 32. Euſebius, et lib. VII. hiſt. eccleſ. cap. 32. pag. 288. et de martyribus Palaeſtinae cap. 11. vbi *tribus libris* diſtinctum a ſe opus illud fuiſſe refert, quod confirmat etiam *Hieronymus* in Catalogo cap. 81. et aduerſus Rufin. pag. 135. vbi libros elegantiſſimos adpellat. Huius, vt putat, operis genuinum ἀποσπασμάτιον de Pamphili martyrio graece ex MS. codice Mediceo regis Chriſtianiſſimi deſcriptum exhibet *Papebrochius* T. I. Act. Sanctorum Iunii pag. 64 — 74. cum latina verſione. [Fabr. in ſua Hippolyti Opp. edit. tom. II. pag. 217.] Latina illa ex Euſebio an Metaphraſte dederant Lipomannus et Surius 1. Iunii, et Valeſius pag. 178. ad Euſeb.

20. Τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγὴν, *antiquorum martyriorum collectionem,* ſcripſiſſe ſe Euſebius teſtatur in hiſt. eccleſ. lib. IV. cap. 15. pag. 136. et lib. 5. prooem. pag. 153. et cap. 21. pag. 189. Ex hoc opere praeclaro, et quod integrum ad nos haud perueniſſe dolendum eſt, multa ſupereſſe videntur, in vitis patrum latine ſub Hieronymi nomine editis, et in Simeone Metaphraſte, qui graeco ſtilo Sanctorum vitas et martyria condidit. Fragmentum ex hoc opere Euſebiano dare ſe credidit Papebrochius *narrationem de decem Martyribus Aegypti*, graece e MS. Vaticano cum Guil. Suleti verſione T. I. Act. Sanctor. Iunii pag. 420. ſeq. Sic *Acta martyrii S. Luciani* apud Surium et Bollandum ad 7. Ianuar. latine edita, Vſſerius apud Caueum, ſuſpicatus eſt Metaphraſtem petiiſſe ex Euſebio. Integram eius μαρτυρίων ἀναγραφὴν in bibl. *Scorialenſi* ſuperfuiſſe adfirmat *Franciſcus Bivarius* ad Pſeudo Dextri Chronicon, ad a. C. 308. Atque *libros tres* martyrum Euſebii nondum de graeco verſos ibi exſtitiſſe, ex indice eiusdem bibliothecae a. 1579. didicit et ad Baronium ſcripſit

cc) Valeſius laudat cod. Fuketi, lectt. ad oram libri Sauiliani, Turnebiani et cod. Moraei, codicem ſchedasque bibl. Pariſ. Rec. eſt ed Valeſii cum huius variorumque adnotatt. in ed. *Reading.* — In *ſex* codd. bibl. *Pariſ.* publ. continetur Euſebius de vita Conſtantini. — In cod. *Eſcorial.* teſte *Pliiero* in itin. per Hiſpan. p. 168. — in cod. *Moſquenſi*, teſte Strothio in praef. ad Euſ. H. E. pag. XXII. — In cod. *Mediceo Florent.* XX. nr. 4. qui continet H. E. ſub finem inſertum eſt ex Euſebii vita Conſtantini a cap. 24 vsque ad totum cap. 42. libri II. incluſiue excerptum, continens illius imperatoris conſtitutionem, quam, deſtructis tyrannis, graeca lingua conſcriptam, gentibus ſubditis miſit: v. *Bandini* cat. codd. gr. II. pag. 681. — Huc pertinent commentatt. D. *Ern. Frid. Wernsdorfii* de Conſtantini M. religione paſchali ad Euſeb. de vita Conſt. M. libr IV. cap. 22. Witteb. 1758. 4. et D. *Everard. Anton. Frommanni* de codd. ſacris, iuſſu Conſtantini ab Euſebio curatis, ad *Euſeb.* vitam Conſt. libr. IV. c. 36. Coburg. 1761. 4. recuſ. in eius opuſculis philologici atque hiſtorici argumenti, Coburgi 177[illegible]. 8. pag. 303. ſqq. — *Euſebius's* Life of Conſtantin, with an Oraiſon in his Praiſe, and his Oration to the Clergy. Lond. 1637. — *Saltonſtall* verſio anglica, addita eſt verſioni H. E. de qua ſupra iam egimus. *Harl.*

dd) Docet ibi Euſebius, illo ſe in opere exhibuiſſe πίνακας ſiue [illegible] librorum tum Origenis, tum aliorum ſcriptorum eccleſiaſticorum, quos Pamphilus ſummo ſtudio bibliothecae ſuae adornandae collegerat.

scripsit Lindanus, vt narrat *Baronius* ad martyrolog. 23. Sept. Duabus librorum decadibus siue *viginti libris* constitisse illud opus, tradit scriptor Actorum S. Siluestri apud *Lambecium* T. VIII. pag. 321. [pag. 683. sq. ed. Kollar.] Verba scriptoris illius sunt: Ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος, ἡνίκα τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἔγραφεν ἱστορίαν, παραλέλοιπεν ἐκεῖνα, ὧν μνήμην ἐποιήσατο ἐν ἑτέροις αὐτοῦ ποιήμασι. Καὶ γὰρ ἐν εἴκοσι λόγοις, τουτέστιν ἐν δυοδεκάσι, σχεδὸν τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις Μαρτύρων, Ἐπισκόπων, Ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθένων, παρεσκεύασε τὰ πάθη φέρεσθαι. Miror, Caueum huic operi tribuere libros non *viginti*, sed *undecim*, eiusque rei auctorem laudare acta Siluestri, a Combefisio edita. [Forsan illud de martyribus Palaestinae, quod in editt. H. E. adhaeret libro VIII. et de quo v. Fabr. B. Gr. vol. IX. pag. 33. sq. ed. vet. pars fuit huius collectionis martyrior. antiquiorum.] Confer de eodem opere Eusebiano *Bollandum* praef. ad T. I. Act. Sanctor. Ianuar. pag. XVI. et XLV. et *Henschenium* [[P]] T. II. Aprilis. pag. 539. *Baronium* diss. martyrologio romano praemissa cap. 5. 6. et 7. et *Matthiam Frid. Beckium* ad martyrologium ecclesiae germanicae pag. 5. seq. *Fabr.* In cod. MCDLII. bibl. publ. *Paris.* est nr. XXI. Onesimi, qui Paulli discipulus fuit, martyrium, et nr. XXII. Pamphili, Valentis, Paulli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli et Iuliani martyrium, auctore Eusebio. *Harl.*

21. *Epistola ad Constantiam Augustam*, Licinii vxorem, laudata ab Iconomachis in Actis Synodi Nicaenae secundae Act. V. pag. 608. et VI. pag. 661. T. III. Binii (Labbei T. VII.) et a Nicephoro, Constantinopol. patriarcha, impugnata. Ex eadem *Nicephorus Gregoras* XIX. 3. hist. vbi Eusebium τῶν τότε λογίων τὸν πρῶτον adpellat, pag. 591. Eam pleniorem graece e MS. regio edidit *Io. Boiuinus* in notis eruditis ad Niceph. Gregoram pag. 795. Spuriam et Eusebio suppositam esse non dubitat *Petauius* XIV. 9. dogm. theol. de incarnatione Sed Eusebio recte a laudato Boiuino vindicatur. In iisdem Actis Nicaenae Synodi affertur etiam aliquid pag. 608. et 662. ex epistola Eusebii ad Euphrationem siue Euphrasionem et ad Alexandrum Alexandrinum.

Latine tantum exstant:

22. *Apologiae pro Origene liber primus*, ex Rufini versione, inter Origenis atque Hieronymi Opera saepius sub Pamphili nomine editus. Et sane ex voluminibus sex, (tot enim Apologia illa libros complexa est.) Pamphilum vna cum Eusebio priora quinque composuisse, sextum ab Eusebio additum esse, testatur *Photius* Cod. CXVIII. [ee]). Confer *Eusebium* ipsum VI. 33. hist. et quae de hoc opere *Tillemontius* T. V. Memor. eccles. parte III. pag. 60. seq. et 357. seq. Non adsentior *Bartholomaeo Germonio*, qui libro de haereticis, codicum ecclesiasticorum corruptoribus, pag. 305. seq. contendit, nullas Pamphili partes in apologia pro Origene fuisse, sed meram hanc fuisse fraudem, qui Eusebii opus sub Pamphili nomine venditauerit. Hebed Iesu autem in catalogo librorum Chaldaicorum p. 19. memorat Eusebii *librum Apologeticum pro homine quodam Origenista*, *qui exponebat Scripturas per* allego-

ee) Est inter codd. latinos bibl. *Venetae* D. Marci, cod. XXXVIII. v. cat. codd. lat. p. 17. conf. supra in cap. de Origene, de scriptis Origenem spectantibus, *Harl.*

allegorias, *et coarguebatur hoc nomine a Theodoro.* De Antipatri, Bostrensis, ἀντιῤῥήσει τῆς Εὐσεβίȣ ὑπὲρ τȣ̃ Ὠριγένȣς ἀπολογίας, dicam infra in Antipatro.

23 *Opuscula XIV.* a *Iacobo Sirmondo* edita ex duobus MSS. monasterii Heriuallensis et S. Cornelii Compendiensis, T. II. Var. Opusc. Paris. 1643 8. vnde recusa sunt in bibl. patrum edit. Lugd. 1675. tomo IV. et inter Sirmondi Opera T. I. Paris. 1696. fol.

Aduersus Sabellium liber, siue potius Homilia *I. et II.* In harum priore Marcellus Ancyranus perstringitur his verbis pag. 10: *Pater*, *qui genuit*, *non poenitetur de bona progenie*, *non deuorat suum filium.* [*Irridemus fabulas gentium*, *et iterum easdem inducimus*, *non nos sed qui auctus est Galata. Deus enim non vocem genuit*, *sed filium*, *non sermonem sed Vitam*, *non dictum sed Deum.* In posteriore saepius laudatur *memoria beati viri*, per quem Valesius intelligit Pamphilum, editores operum Sirmondi verisimilius Agapetum, Eusebii decessorem.

De resurrectione et ascensione, Homilia I. et II. in quarum posteriore copiose celebratur S. Romanus, de quo Eusebius cap. 2. de martyribus Palaestinae, et Homilia Eusebii Gallicani T. VI. bibl. patrum edit Lugd. pag. 671. Prudentius peristeph. hymno X. martyrologia 18. Nou. etc. *Fabr.* *Eusebii homilia* de Christi resurrectione, gr. ac lat. per *Fr. Combefis.* Paris. 1648. fol. in bibl. graec. lat. patr. auct. nou. col. 779. — — *Eusebii* episc. orat. de commemoratione Sctorum, interpr. *Car. Fabiano*, edita in parte II. *Thomae Galeti* libri, *Religiosus* inscripti, Lugd. 1615. 8. rec. in bibl. PP. Colon. 1622. tom. XV. — in Lugdun. tom. XXVII. et in supplem. bibl. PP. Paris. 1639. tom. I pag. 826. (v. Fabr. B. Gr. XIII. pag. 814.) sed quod in ea refertur, quid Eusebius, episcopus, responderit Alexandro, interroganti, quem fructum ferant, qui sanctos et beate defunctos colant, illa, quae si est genuina: Eusebio *Alexandrino* tribui possit. — Praeterea adnotare iuuat, in cod. *Bodleiano*, nr. MMCCXXIII. (cat. codd. Angliae I. pag. 116.) exstare, *Eusebii*, (cuius sint, non additur.) homilias octo, quarum prima est ad Monachos: sed in eodem cod. reperiri dicitur *Eusebii Emeseni* ad Monachos homilia nona. v. infra de Eusebio Emeseno. — In cod. eccles. cathedr. Dunelmensis nr. CCLXXXXII. *Eusebii*, (nullo addito indicio, cuius sit? forsan *Emeseni*, in catal. mem. II. pag. 9) sermo de natiuitate Domini. — In indice ad vol. II. catal. codd. *Paris.* bibl. publ. citatur Eusebii Caesar. oratio in ingressum ieiuniorum. — In bibl. *Bodlei.* inter cod. Laudi nr. DCCXIV. fragmenta quaedam gr. *de poenitentia* ex *Eusebio*, Chrysostomo, Basilio, etc. *Harl.*

De incorporali et inuisibili Deo, atque incorporali anima et spirituali cogitatu hominis Homiliae VI.

De eo, *quod ait Dominus* Matth. X. 34. *non veni pacem mittere in terram.*

De mandato domini Matth. X. 37. *quod dico vobis in aure*, *supra tecta praedicate.*

De operibus bonis et malis, Homilia I. et II. ad 2. Cor. VIII, 9. seq.

Haec opuscula ex graeco versa esse, variis argumentis colligitur, neque Eusebio Caesareensi indigna sunt, eique tribuuntur a Sirmondo, Valesio, du Pinio aliisque, [codd. qui nominantur, et Hieronymi auctoritate fultis.] Neque placet opinio Cauei, qui incerta coniectura mauult referre ad Eusebium Emesenum. [Nec placet *Oudino* l. c. p. 313.]

24. *Alio*

24. *Acta Syluestri, papae*, ad Eusebium, auctorem, referuntur in quibusdam codd. ff) et a Ratramo libro 4. contra errores Graecorum. *Sed error ex multis manifestus arguitur*, inquit Baronius ad martyrolog. 31 Dec. *cum et Gelasio teste acta Syluestri incerto auctore fuit scripta.* Confer. *Wilh. Ernesti Tenzelii* diss. selectas pag. 304. seq. Exstant latine apud Mombritium Tom. II. Et alia ex Metaphraste apud *Lipomannum* Tom. V. et Surium ad 31. Dec. Edidit et *Combefisius* Acta Siluestri et Constantini, e quibus disputationem adversus Iudaeos praesente Constantino a Siluestro et Zambre habitam repetit in bibl. concionatoria T. II. ad Dom I. Quadragesimae. Ex illis hausere Zonaras ac Cedrenus, et in Chronicis MSS. Georgius Hamartolus et Simeon Logotheta. Vide *Cangium* ad Zonaram pag. 28.

[P] 25. *Inedita.*

Libri IV. Eclogarum Propheticarum, de quibus supra n. 3.

Fragmentum de mensuris ac ponderibus. MSS. If. Vossii n. 179. *Fabr.* Est in cod. *Veneto* D. Marci (vid. catal. codd. gr. pag. 261.) — Inter codd. *Vossianos* nr. MMCCXC. (cat. codd. Angliae II. pag. 62.) *Eusebii* fragm. de mensuris et ponderibus. *Harl.*

De Morte Herodis, MS. in bibl. Basil.

Praefatio ad Canticum Mosis in Exodo. Lambec. III. pag. 35.

26. *Scripta Eusebii deperdita.*

Praeter multas partes operum, de quibus iam dictum est, *ecclesiasticae praeparationis libri*, in quibus *Eclogae. Phot.* Cod. XI. vbi numerus librorum excidit.

Εὐαγγε-

ff) In catal. codd. Angliae etc. I. inter codd. *Bodl.* nr. 2432, 44 inesse dicuntur, „*Actus Sylvestri*, vrbis Romae episcopi, qui vixit in episcopatu annos XXIII. menses X. dies XIX. ex *Eusebii* graecis, vt auctor in praefatione ait, translati" — *Paris.* in bibl publ. *Eusebii Caesar.* homilia in memoriam Constantini, imper. et *Sylvestri, papae:* incipit ὁ ἡμέτερος ἱεροσυγγράφος Εὐσέβιος. in codd. DCCXXXXVIIII. — MCDXLIIX. et MDVIII. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. XXXI. nr. II. (cuius initium v. supra ad sect. 20. redditum:) de quo multus est *Lambec.* comment. tom. VIII. pag. 683. seq. qui ex narrationis prooemio patefacit, Eusebium in magno aliquo opere XX librorum de omnium fere prouinciarum martyribus, episcopis, confessoribus etc. scripsisse primum graece *Syluestri, papae*, vitam, eamque postea anonymum incertum in linguam transtulisse latinam, et ex antiqua illa latina versione prodiisse denuo hanc eiusdem vitae *nouam editionem graecam;* vetusta illa vitae translatio *latina*, in duo libros diuisa, est in antiquo cod. membran. bibl. caesariens. inter codd. latinos historicos, ex quo Lambec. adposuit longum prooemii locum. Idem in Additamento III (libr. IV. pag. 482.) docet, quantum ea, quae in hoc codice et hac narratione de sacro lauacro Constantini M. referuntur, a relatione Eusebii Pamphili in libro IV. de vita eiusdem imperatoris discrepent. — *Eusebii Pamphili de theolog. ambiguitatibus* est in libro, inscripto: *Georgio Valla interprete. Nicephori Blemmidae logica: Ge. Vallae* libelli de argumentis: *Euclidis* elementorum XIVus etc Venet per Anton. de Strata 1488. — ibid. per Simon. Papiensem, dictum Beuilaquam. 1498. fol. v. Fabr. B. L. med. et infim. aet. edit. Mansi, tom. VI. pag. 281. *Harl.*

[Εὐαγγελικὴ Θεοφάνεια bis citatur in catena in Lucam in cod. *Vindobon.* caesareo XLII. teste *Lambecio* commentar. tom. III. pag. 166. not. 4. conf. supra nr. 8. *Harl.* Fragmentum ex Eusebii Opere deperd. Theophania Euang. e cod. Coislin. Gött. 1740. 4.]

Caueus ait, in bibl. Bodleiana cod. Barocc. CXLVIII. exstare *nouem homilias* sub *Eusebii* nomine, in memoriam Sanctorum, sed spurias. Exstat vero ibi vnica tantum modo, quae *nona* inscribitur. *Fabr.* vid. supra, ad nr 23. de homilia de resurrectione adnotata.

Opus aduersus haereses atheas promisit Eusebius in fine libri IV. eclogarum, teste *Lambec.* comm. de bibl. caesarea pag. 202.

Prophetia Eusebii Caesar. et fratris *Columbini* de quibusdam euenturis in christiano orbe, latine, vt videtur, in bibl. *Bodlei.* inter codd. Kenelmi Digbaei, nr. MDCCIIIC catal codd.

In Anastasii quaestionibus et responsionibus, ex variis S. S. patribus, in Niconis etc. collectionibus rerum moralium aliisque vett. gr. florilegiis passim in codd. Coislin. Mediceis etc. fragmenta occurrunt *Eusebiana. Harl.*

Ἡ καθόλε στοιχειώδης εἰσαγωγή. supra nr. 3.

Ecclesiasticae Demonstrationis libri. Phot. cod. XII. Colomesius quatuor libros fuisse putat, quia quatuor libri *eclogarum propheticarum* exstant MSti in bibl. Vindobonensi: sed in calce libri quarti illarum eclogarum diserte tradit Eusebius, hunc esse librum operis nonum. Et Eclogas propheticas verisimilius habeat aliquis pro parte τῆς καθόλε στοιχειώδες εἰσαγωγῆς, vt notaui supra num. 3. Laudatur Eusebii Ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις in iure graeco-romano, libr. IV. pag. 295.

Contra Porphyrium pro christiana religione libri XXX. Suid. de quibus tantum viginti ad se peruenisse, ait *Hieronymus* cap. 81. catalogi. Horum tribus postremis confutasse, quae contra Danielis prophetias argutatus idem Prophyrius fuerat, testatur idem Hieronymus ad Danielem. Alibi libros XXV. numerat, Epist. ad magnum oratorem. Laudat et *Socrates* III. 23. pag 200. Hoc opus Romae adhuc seruari, nimis temere multi credunt, inquit *Holstenius* de Porphyrii scriptis pag. 63. Apollinarem iis, quae Eusebius et Methodius contra Porphyrium scripsit, praefert *Philostorgius* VIII. 14. [v. Vol. V. pag. 747.]

Ἐλέγχε καὶ Ἀπολογίας *Confutationis et Apologiae* pro christiana religione aduersus ethnicorum obiectiones, *libri duo*, atque alii libri duo eiusdem argumenti et sententiis verbisque propemodum iidem, (forte altera priorum ἔκδοσις.) *Phot.* cod. XIII. Fallitur Valesius, qui libros contra Porphyrium cum his libris confundit. Nec minus fallitur Caueus, qui cum his confundit Apologeticum Eusebii pro fide sua, de quo supra num. 9.

Oratio de basilica Hierosolymitana Seruatoris Sepulcro, ac de *donariis* ibi dedicatis, quam, licet longiorem, stans imperator, Constantinus, auscultauit. *Euseb.* IV. 33. de vita Constantini.

[*] *De Festo Paschali* liber eidem Constantino dicatus, complexusque μυστικὴν ἀνακάλυψιν τε τῆς ἑορτῆς λόγε, siue rationes Cycli nouendecim annorum et historiam controversiae de Paschate. *Euseb.* IV. de vita Const. cap. 34. et 35. vbi Imperatoris ad Eusebium epistola, qua ipsi gratias agit, et meminit latini interpretis, qui scripta eius in latinam linguam transferat. Eusebio ad componendam ἐννεακαιδεκαετηρίδα occasionem dederat S. Hippolytus sua ἑκκαιδεκαετηρίδι, teste *Hieronymo* cap. 61. Catalogi. Atque ita capitulus *Isidorus* Hisp. VI. 17. *Orig. et Beda* de temporum ratione, cap. 42. [In bibl. *Cotton.* XIII. 12. pag. 93. cat. codd. Angl. Eusebii Caesar. de Pascha Homiliae XII.]

Περὶ

Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πολυπαιδείας scripsisse se testatur *Eusebius* VI. 8. praeparat. euangel. pag. 310 Idem opus, in quo Basilius de Spiritu S. cap. 29. legisse se significat, ἐπαπορήματα περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας.

Epistolae quamplurimae, praeter illas, de quibus supra num. 21. in quibus omnibus Arianorum se fautorem prodere arguunt Acta Concilii Nicaeni Act. VI. T. III. edit. Binianae pag. 663. vertuntque ipsi vitio, quod licet Synodo Nicaenae subscripserit, et ποτὲ μὲν τὴν ἀλήθειαν ὑποκρινόμενος ἀποδείκνυται, *nonnumquam veritatem simulare deprehenditur*, tamen non veniam publice petierit de scriptis suis eaque retractauerit, et pro epistolis speciatim suis λόγον Ἀπολογίας non composuerit, vulgaueritque.

Sermonem de defectu pluuiae memorat Hebed Iesu in catalogo librorum Chaldaeorum. n. 20.

[Fragmentum Eusebii τοῦ ἄσματος τῶν ἀσμάτων edidit *Münterus* Fr. PP. gr. I, p. 60. sq., alia fragm. eiusd. *Matthaei* in Anecdotis, Mosqu. 1775. In *Galland.* bibl. PP. tom. IV. p. 4.. sq. sunt Eusebii Pamph. Opuscul. XIV. primum in lucem edita a *Iac. Sirmondo* — Praemittuntur eiusdem Eusebii Prooemiam et cap. III. priore Dem. Eu. vna cum operis epilaie cu..ata a *I. A Fabricio.* In Prolegg. de his p. XXII. sq. breuiter Gallandus egit.]

XXVII. *Alii Eusebii, amplius sexaginta* [gg]).

Eusebius ex *Alexandrino* diacono episcopus Laodicenus, tertio saeculo clarus, de quo supra cap. 1. pag. 275.

Eusebius, episcopus Alexandriae cuiusdam in Asia, quarto saeculo, cuius Homilias quasdam ineditas viri docti laudant, vt iam dicto loco retuli. *Fabr.* [V. supra inter christian. scriptor. gr. sec. III. nr. 11. vbi discernitur ab Eusebio, episcopo Laodiceno, antea diacono ecclesiae Alexandrinae, et paullo ante ad nr. 23. Lambecius et Kollarius in comm. de bibl. caesar. passim plura de eo Eusebio adnotant. In cod. CCX. nr. XV. est Εὐσεβίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας oratio *de ieiunio quadragesimali*, ad cuius notitiam Lambecianam *Kollar.* tom. V. pag. 49. sqq. obseruat, hunc quidem Eusebium vulgo Alexandrinum adpellari; at ab Alexandrino diuersum esse, idque docuisse, post Turrianum (inprimis post *Lequien* ad Damascenum tom. II. opp. pag. 666.), *Io. Guil. Ianum*, qui homiliam eius *de die dominico* gr. et lat. (e cod. Bodlei. coll. cum cod. Vaticano,) in lucem protulit Lipsiae 1720. 4. (Ianus docet, orat. scriptam esse ante exitum saeculi IV conf. longam censuram in actis erudit. germanice scriptis, tom. VI. part. LXVIII. Lips. 1720. 8. pag. 587. sqq. — Eusebii, *Alexandrini*, orat. de die domin. in *Gallandi* bibl. patr. VI I. pag. 252. vbi in Prolegg. pag. XXIII. plura de hoc Eusebio. Tum notat Kollar. tres alios eiusdem *Eusebii* persimiles sermones in codd. Vindob. caesar. seruari, 1) ὅτι οὐ δεῖ ἐργάζεσθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς οἱονὲν ἔργον. 2) Ἐγκώμιον εἰς τὴν

gg) Interdum homines finxerunt sibi et, vt laterent, adsumserunt *Eusebii* nomen, vt *Eusebius Philadelphus*, sub cuius veluti scuto, nescio, quis? edidit dialogos, in gratiam Gallorum compositos, Edimburgi 1574. 8. — *Eusebii Romani* animadu. in *librum Praeadamitarum*, (qui prodiit a 1655. in 4. et 12.) anno 1656. 8. v. *Pinelli* cat. I. p. 36. et 37. sed haec conficta nomina h. l. in censum non veniunt. *Harl.*

τὴν κυριακήν 3) *λόγον περὶ ἐλεημοσύνης κατὰ πλουσίων καὶ εἰς τὸν Λάζαρον.* Porro monet, scriptas esse homilias illas ad modum fere dialogi: vbique enim Eusebium ad quaestiones, ab Alexandro quodam propositas, respondere et dignas esse illas homilias ob veterem et catholicam disciplinam, quae edantur. Atque in cod. caesareo XXXIII. nr. 14. inscribitur homilia *S. Eusebii*, archiepiscopi Alexandrini, *responsum ad cuiusdam Alexandri,* qui, alias ignotus, in graeca inscriptione dicitur ad deum nostrum Eusebii opera conuersus,) *interrogationem de caussa colendi diem dominicum a laboribus eo die prohibitis* v. *Lambec.* comment. libr. VIII. pag. 756. seq. Dein Kollar. ad priorem cit. loc. animaduertit, *Montfaucon* in bibl. Coislin. errare, homiliam illam esse *Alexandri* epistolam ad *Eusebium.* (nim. in cod. CXVII. in libro, dei praecepta eorumque interpretationes, etc. continente, citantur, secundum Montfauconii indicium pag. 191. bibl. Coislin. loca ex interrogatione vel quaestione B. Alexandri ad S. Eusebium, Alexandr. — pag. 198. in cod CXXII. siue Niconis collectaneis, ex Alexandro ad *magnum* Eusebium; — pag. 414. in cod. CCXCVII. siue collectaneis, ex Alexandri quaestione ad Eusebium.) — Ad libr. et tom. V. pag. 286. not. C. vbi ex cod. CCXXXXVIII. nr. 4. tres homiliae *Eusebii, Emeseni*, recensentur, Kollarius arguit erroris cuiusdam Fabricium nostrum; v. ad Euseb. Emesenum. — In cod. CCXLIX. nr. 8. est *Eusebii, Alexandr.* in diuitem et Lazarum oratio de eleemosyna. Quam tamen illius esse partum dubitat, saltem sequiori aeuo ad populi captum valde immutatam fuisse, docet *Kollar.* not. A. ad tom. V. pag. 302. — *Venetiis* inter codd. *Nanianos* in cod. CXXVI. nr. 8. est catena, ex qua auctor catalogi pag. 278. publicauit Eusebii fragmentum. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DXX. et MXXXIV. orat. de ieiunio — in cod. DCCLXX. (vbi sec. catal. codd. II. pag. 144. Eusebius dicitur Alexandrinus *patriarcha*,) or. de eleemosyna. — In cod. *Bentl.* biblioth. n. MMCCXXIII. — in c. *Oxon.* nr. MMCIIIL. hom. ad Religiosos — in cod. *Cantabrig.* nr. DCCXIII. in indice numeratur et Eusebio Caesar. adscribitur, et MMCCCLXXV. homiliae ad Monachos, etiam sub nomine Eusebii, Caesariens. episcopi: ego autem vereor, ne, nisi plures Eusebii homilias ad monachos scripserunt, vel spuriae sint, vel Eusebium, Emesenum, habuerint parentem. — Eusebii, episcopi, (nescio cuius) *λόγος θ'* in memoria SS. apostolorum, martyrum et omnium Sanctorum, vna pagina: in cod. *Vossiano*, (v. catal. bibl. Leidensis pag. 401. nr. 4. fin.) *Harl.*

Eusebius, Alexandrinus rhetor, de quo *Eunapius* in Proaeresio p. 125. nescio, idemne Eusebius, sophista, cuius *μελέτας* siue declamationes memorat *Photius* codice CXXXIV.

[P.] Eusebius, *Ancyranus* episcopus, ad quem Theodoriti epist. et qui interfuit concilio Chalcedonensi.

Eusebius, Andegauensis. vide infra, Bruno.

Eusebius, *Apolloniae* in noua Epiro episcopus, qui interfuit eidem concilio Chalcedonensi.

Eusebius, *Arabius* Sophista, Vlpiani, rhetoris, aemulus, de quo Suidas [et Eudocia pag. 166.]

Eusebius, *Asiaticus*, infra, Nouatianus.

Eusebius, episcopus *Aspunorum*, qui concilio Ephesino subscripsit.

Eusebius, *Beryti* episcopus. infra in Nicomediensi.

Eusebius, episcopus *Bononiensis*, qui S. Ambrosium Mediolani audiuit verba facientem de

virgini-

virginitate. De eo *Baronius* ad martyrologium Rom. 26. Sept. *Fabr.* Conf. *Fabric.* B. L. med. et infimae aetatis tom. II. pag. 125. sqq. vbi, (vt omnia breuitatis studio paucis comprehendam,) nunc breuius, nunc copiosius exponuntur vita scriptaque variorum Eusebiorum. Hic inseram eos, quos Fabric. h. l. omisit. Sunt vero:

Eusebius, *Carthaginiensis*.

Eusebius *Conradus Mediolanensis* canonicus regularis.

Eusebius ab *Emissa*, siue *Emesenus*, cognomento Pittacas, *concitatus orator* vocatus est ab *Ammiano Marcellino* XIV. 7. et iussu Galli, imp. interfectus a. 354. Ab hoc diuersus est, docente *Tillemontio*, tom. VI. pag. 757. Eusebius, *Emesenus* episcopus, de quo Fabric. et paullo post, et in B. lat. cit. late disputat.

Eusebius, *Nanneticae* ciuitatis episcopus, subscripsit concilio Turonensi a. 461.

Eusebius, graeci medici filius, episcopus romanus a. Chr. 310. Huius nomine tres commentitias epistolas Isidorus Mercator collectioni suae inseruit; de quibus et de *quinque decretis*, illi tributis, v. Fabric. et *Eusebius*, *medicus*, ab Octauio Horatiano, siue Theodoro Prisciano citatus, lib. IV. de physica scientia ad Eusebium, filium, nominatur in Elencho medicorum vett. a Fabricio, vol. XIII. B. Gr. pag. 158. *Harl.*

Eusebius *Bruno*, episcopus *Andegauensis*, ab a. 1047 — 1081., in dogmate de S. Eucharistia Berengarii ex amico et suffragatore aduersarius. [conf. vol. XI. pag 584.]

Eusebius, *Caesareensis* in Cappadocia episcopus, cui Magnus Basilius successit. De eo *Sozomenus* VI. 12. 15. 16. et e recentioribus *Franciscus Maria Florentinus* ad Martyrologium Hieronymianum pag. 607. seqq.

Eusebius, Basilii Caesareensis aequalis, et cum eo eadem domo et paedagogo eodem vsus, ad quem exstant eiusdem Basilii, Gregorii Nysseni et Nazianzeni epistolae. vide *Laur. Alexandri Zaccagnii* monumenta vetera pag. 354.

Eusebium, *Cappadocem* rhetorem, pro *Eustathio*, ex memoriae lapsu nominat *Vossius* de rhetoricae natura cap. 12. pag. 88. Eustathium enim Cappadocem vocat *Eunapius* in Aedesio pag. 45 seq. quem iactat propemodum persuasisse Sapori, Persarum regi, vt tiaram priuata vita permutaret.

Eusebius, quem ab Eusebio, Samosateno, *Chalcidis* episcopum constitutum scribit *Theodoritus* V. 4. hist. tripartita IX. 3. et *Nicephorus* XII. 5.

Eusebius, episcopus *Clazomenitanus*, qui subscripsit concilio Ephesino a. C. 431. atque Chalcedonensi etiam interfuit a. 451.

Eusebius. *Comes* sub Constantino, idemque *Consul* a. C. 359. Gruter. Inscript. p. MLXXXVII. 5. MCLXII. 1. Alius *Eusebius*, *Comes* sub Honorio. Vide *Iac. Godofredi* prosopographiam codicis Theodosiani pag. 359.

Eusebius, *CPolitanus* episcopus. Vide infra in Nicomediensi. Alius [†] Eusebius diaconus *CPolitanus*, Chrysostomi defensor. Idem fortasse, ad quem S. Nili epist.

Eusebius, *Cremonensis*, in cuius gratiam S. Hieronymus de optimo genere interpretandi testatur, se epistolam Epiphanii ad Ioannem, episcopum Hierosolymitanum, e graeco in latinum vertisse. De hoc Eusebio *Bollandus* V. Martii T. I. pag. 369. seq. vbi vitam a Francisco Ferrario a. 1612. editam exhibet cum notis. *Fabr.* Vid. *A. Pagius* ad a. C. 417. §. 9. 10. *Heum.* Plura dedit de eo Fabr. in B. L. med. et inf. aet. l. c. vbi Fabric.

 vitam,

vitam, a Franc. Ferrario editam, dubiae esse fidei pronuntiat, et Mans. adnotat, *vitam S. Hieronymi, per Eusebium, Cremonensem, editam,* ex antiquo Ambrosiano codice misto vulgatam esse a *Vallarsio* in edit. opp. Hieronymi Veronensi, in Mantissa pag. 297. inter testimonia veterum. | *Eusebius Cremon. de morte S. Hieronymi* est in cod. *latin.* LIV. LV. et LVI. bibl. *Venetae* Marcian. (catal. codd. lat. pag. 36. et 37.) — *Venetiis* in bibl. Taruisiana est in cod. non antiquo *epistola Eusebii* ad Damasum, Portuensem, *de transitu* s. obitu B. Hieronymi, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 75. quam vero longe recentioris esse scriptoris, Erasmus et alii V. D. monuerunt. In manibus habeo vetustum exemplar, sine titulo: statim incipit *Epistola B. Eusebii* Reuerendissimo patri Damaso Portuensi et christianissimo Theodonio Romano senatori *Eusebius olim Sti§§mi hieronimi discipulus:* In lineis primis singularum paginarum legitur *epistola beati Eusebii de morte gloriosi Hieronimi.* Enarrantur eius virtutes, iniuriae aliorum et quae ante mortem ad Eusebium aliosque dixerit, quae miracula post mortem ediderit etc. Tum sequitur fol. *t Augustini* epistola de miraculis S. Hieronymi: fol. *x. Cyrilli* Hierosol. ep. ad Augustinum de miraculis b. Hieronymi. In calce: *Explicit epistola b. Cyrilli — Per E. Stahel et Benedicti sociorum. Patauie Impressum Olimpiadibus dominicis* M. CCCC. LXXXII. (1482.) *septimo Kalendas Augustas:* min. 4. *Harl.*

Eusebius, *Cyzici* episcopus, qui subscripsit Synodo CPolitanae sub Menna, a. C. 536.

Eusebius, *diaconus*, ad quem *S. Nili* epistola 235. lib. I. edit Allatii, vide supra in CPolitano. Alius Eusebius *diaconus* sub Eutyche tom. II. Concil. edit. Binianae pag. 130. 131.

Eusebius, *Doberorum* (Δοβήρων tom. II. Binii pag. 40. 158. Δεβήρε pag. 124. Topiritanus pag. 151.) in Macedonia prima episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonensi.

Eusebius, *Dorylaeensis*, in Phrygia Salutari episcopus, Nestorii aduersarius et Eutychis, contra quem Synodo CPolitanae a. C. 448 libellum accusationis exhibuit. Vide *Caueum* ad illum annum et *Paschasium Quesnellum* ad Leonem M. pag. 830. *Epistola* huius Eusebii *ad Imperatores, Valentinianum et Marcianum,* legitur in Actis concilii Chalcedonensis actione I. tom. II. edit Binianae, Colon. 1618. pag. 42. *Oratio ad Synodum.* pag. 175. *Fabric.* Eusebii *Dorulensis Fides* est in cod. graeco Norfolciano DXXXVI. s. nr. MMMCDXXXV. catal. codd. Angl. tom. II. pag. 84. *Harl.*

Eusebius, *Emesenus* in Phoenicia episcopus, semi-Arianis fauens, et a C. 360. defunctus, de quo *Tillemontius* tom. VI. memor. hist. eccles. parte II. pag. 124. seq. Genuina eius scripta Hieronymo cap. 91. de S. E. memorata interciderunt, praeter κατασυλλογισμὸν πρὸς τὰς Ἰουδαίους, qui MS. exstat in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio* lib. IV. pag. 184. [hh]). Alias tres homilias, 1. de Ioanne, baptista, Christi aduentum apud inferos prae-

hh) Pag. 409. sq. ed. Kollarii, qui in nota, „haec Eusebii, ait, Emeseni oratio diuersa non est ab illa, quae habetur commentariorum nostrorum lib. V. cod. CCXLVIII. nr. 4. [tom. V. p. 286.] titulo *in diabolum et infernum* inscripta: igitur emendandi sunt, qui diuersam esse arbitrabantur, *Caueus* hist. litt. script. eccles. tom. I. p. 207. *Oudinus* tom. I. pag. 424. et *Fabricius* B. Gr. [qui est noster locus,]; videtur adhuc esse inedita.“ Kollar. ad tom. V. p. 286. praeter ea obseruat, tres illas homilias haud omnino γνησίας, et adhuc ineditas videri, et Fabricium nostrum errare, dum tres illas homilias B. Gr. Vol. IX. [p. 90. 101.] in eclogis et vitis Sanctorum aduer-

sus

praedicante, 2. de proditione Iudae et 3. in diabolum et infernum post proditum a Iuda Christum, in eadem bibliotheca graece exstare, testatur lib. V. pag. 135. sq. [p. 286.] Hic est *Eusebius Phoenix*, qui contra Manichaeos scripsit, sed quod opus itidem intercidit. Homiliae 50. autem ad populum et Monachos, sub eius nomine editae latine a *Io. Gagneio* latine. Paris. 1547. ii), atque ibidem 1561. 8. et Antwerp. 1555. recusae, atque sub nomine Eusebii *Gallicani* recensitae ab *Andrea Schotto* in bibl. Patrum Coloniensi tom. V. a. 1618. atque inde tomo VI. Lugd. farrago sunt variorum scriptorum latinorum, Hilarii Arelatensis, Eucherii Lugd. Fausti Rhegiensis, qui et ipse *Eusebius* dictus kk), Caesarii, Maximi Regiensis vel Taurinensis, Gregorii M. Isidori, Bedae. [it. in *Dormii* collectione diu. patrum — homiliarum — in festum natiuitatis I. C. selectarum. Cygneae. 1670. 8. v. Fabric. B. gr. tom. XIII. pag. 799. sq.] Vide *Tillemontium* pag. 128. *Eund. Albertinum* de Eucharistia pag. 877. *Combefisium* in bibl. Concionatoria tom. I. in recensione auctorum pag. 12 et 18. *Labbeum* tom. I. de Script. eccles. pag. 297. 310. *Etiam du Pin* bibl. ecclesiastic. tom. IV. pag. 175. et *Latini Latinii* bibliothecam sacro-profanam tom. I. pag. 114. seq. vbi castigationes quaedam ad illas homilias exhibentur. Aliae sunt homiliae CXLV. in euangelia festosque dies, in bibliotheca Concionatoria Lugd. 1588. et Combefisiana, atque vna cum prioribus editae Paris. 1575. 8. et tom. VI. bibl. patrum Lugd. quae Schottus potius pro Bedae vel Rabani collectaneis ex B. Augustino, Gregorio aliisque patribus habere se adfirmat, inter Brunonis Astensis, a. 1151. defuncti, opera prodierunt Venet. 1651. f. Nonnullas, quae *Eucherium Lugd.* auctorem habent, edidit Io. Liuineius Antwerp. 1602. 8. De vita huius Eusebii Emeseni, a Georgio, Laodiceno episcopo, scripta, vide *Socratem* II. 9. et *Sozomenum* III. 6. *Nicephorum* IX. 5.

Sub Eusebii, *episcopi*, nomine exstat latine a Carolo Fabiano versa oratio *de commemoratione sanctorum* ex edit. Thomae Galleti, in supplemento bibliothecae patrum Parisiensi anno 1639.

sus epigraphes cod. Vindob. fidem Eusebio, Alexandrino, tribuit. — In cod. *Naniano*, LXIII. nr. 22. Εὐσεβίȣ τινὸς ἐπισκόπȣ λόγος εἰς τὴν τȣ͂ διαβόλȣ καὶ τȣ͂ ᾅδου συμβȣλὴν πρὸς τȣ̀ς Ἰȣδαίȣς κατὰ συλλογισμόν. vid. catal. codd. Nanian. p. 104. — In *Britannia* secundum cat. codd. Angl. in cod. Bodlei. MMCCXXIII. *Eusebii Emeseni* homilia nona ad Monachos. — inter codd. Car. Theyeri nr. MMMMMMDXXIV. *Eusebii* ad Monachos, et codd. MMMMMMDCXVI. *Eusebii* homiliae XVII. ad Monachos. — In bibl. Iacobaea nr. MMMMMMMDCCCCXIX. *Eusebii Emeseni* homiliae. — *Dublini* in cod. XCI. f. nr. CCXXXI. coll. S. Trinitatis *Eusebii Emeseni* hom. in 8. Pasch. sermo de eodem et sermo in Petri epistolas. — *Leidae* inter codd. Vossianos, (catal. p. 389. nr. LXXXVIII.) *Eusebii Emeseni* de corpore et sanguine domini in Pascha: qui sermo, sed non addito cognomine Emeseni, etiam exstat *Cantabrig.* in cod. nr. MDLXX. IX. catal. codd. Angliae etc. pag. 142. — *Paris.* in bibl. publ. inter codd. *Armenos* in cod. XLVI. sunt *Eusebii Emeseni* homiliae: (cat. codd. I. pag. 80.) — In bibl. *Coislin.* sunt in variis catenis graecis fragmenta *Eusebii Emeseni.* v. *Montfauc.* B. Coisl. pag. 41. 42. 44. (vbi occurrunt eius commentarii in librum Numerorum,) 76. et 264. tum in catena in Esaiam in cod. Laurent. teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 18. Oratt. quaedam *gallice* versae sunt in *I. de Loyac* Bibliotheque sacrée, ou Recueil des plus beaux sermons et homelies des saints Peres etc. Paris. 1634. 4. *Harl.*

ii) Exemplo in bibl. *Leidensi* (catal. p. 41.) in quibusdam locis a I. Fr. Gronou. et Is. Vossio adscriptae sunt V. L. cod. *Harl.*

kk) V. ad Eus. Gallicanum: de cod. Veneto. *Harl.*

1639. tom. I. pag. 826. In hac refertur, quid Eusebius, episcopus, nescio quis, respondeŕit Alexandro, roganti, quem fructum ferant, qui sanctos ac beate defunctos colunt. [v. supra de Eusebio Alexandr. et ad nr. 23.]

Eusebius, episcopus, in Synodo CPolitana a. C. 360. depositus cum Eustathio et Eleusio. *Philostorg.* V. 3.

Eusebius, episcopus, ad quem plures exstant epistolae Isidori, Pelusiotae.

Eusebius episcopus, cuius Opus aduersus Andream ἐγκλειστὸν siue inclusum, memorat *Photius* cod. CLXII. Vide infra, Eusebius, Thessalonicensis.

Eusebius, *Eunuchus*, sub Constantio, imp. Vide *Godofredum* pag. 199. ad Philostorgii IV. 1. et in Prosopographia codicis Theodos. pag. 359.

Eusebius, *Gallicanus*. Vide supra in Emeseno. *Plaustra sermonum* ab eo composita, ait *Honoratus, Massiliensis*, siue quisquis auctor vitae Hilarii Arelatensis, apud Henschenium ad V. Maii tomo II. Atque hunc Baronius atque Schottus putant, notari ab Hartmanno, Rabani Mauri discipulo, cuius in poëmate quodam apud *Canisium* tom. V. antiqu. lect. laudantur episcopi *Martinus, Proclus, Caesarius, Eusebiusque. Fabr.* In bibl. *Veneta* D. Marci, cod. lat. LXXX. sunt tres homiliae, auctore non laudato, 1) incip. *instruit nos atque hortatur sermo diuinus*, quae est homilia III. ad Monachos Eusebii, ep. *Gallicani*, tom. VIII. bibl. P. P. Lugdun. pag. 657. atque in eadem B. tom. VIII. pag. 545. exstat quoque sub nomine *Fausti*, Rhegiensis episc. 2) inc. *Fidelium* exhortatores etc. quae Eusebio, Gallicano, tribuitur tom. V. pag. 647. laudatae bibl. 3) inc. *Ecce quam bonum et quam iucundum etc.* quae est exhortatio de deo vno et trino, Eusebio, Gallicano, tributa in ead. bibl. tom. VIII. pag. 668. adnotante confectore catal. codd. latin. pag. 58. et 59. *Harl.*

Eusebius, Gennadio cap. 35. memoratus ante Vigilantium; quem oppugnauit Hieronymus. *Eusebius*, inquit, *scripsit de crucis Domini mysterio, et apostolorum, praecipueque Petri constantiam virtute crucis indeptam.*

Eusebius, episcopus *Heracleensis*, qui subscripsit concilio Ephesino.

Eusebius, pater S. *Hieronymi*, Stridonensis, qui et ipse integro nomine Eusebius Hieronymus adpellatur.

[Eusebius, Cappadociae, dein *Hierosolymitanus* episcopus: de quo supra inter scriptor. gr. christian saec. III.]

Eusebius, *Historicus*, quem ab Octauiani, Traiani, et Marci Antonini rebus gestis vsque ad obitum Cari, telam historiae suae produxisse scribit *Euagrius* lib. V. cap. vlt. *Harl.*

Eusebius, *inclusus* a Constantio, imp. Ariano, vide Martyrologia 14. August. Romae eius nomine ecclesia dedicata est.

Eusebius, *Laodicensis* episcopus, supra in Eusebio Alexandrino. Alius Eusebius, Laodicensis presbyter, qui in Concilio Chalcedonensi vices Macarii episcopi Laodic. gessit.

Eusebius, episcopus *Larissenus*, qvi interfuit Synodo CPolitanae sub Menna, A. C. 536.

Eusebius, *Lyciae* & Pamphyliae praeses, sub Constantino M. Cod. Theodos. lib. 13. tit. 10. de censu lege 2.

Eusebii *martyres* complures in Martyrologiis memorantur, quos singillatim referre nihil attinet, vti nec eos, qui in Gruteri inscriptionibus sunt obuii.

Eusebius,

Eusebius *Magursae* episcopus, qui subscripsit concilio Ephesino.

[*Eusebius Manensis*, episcopus Iacobita, cuius notae, additae Excerptis ex historia religiosa monachorum Aegypti, leguntur in cod. *syriaco* CXXVI. bibl. publ. Paris. tom. I. cat. codd. p. 64. *Harl.*]

Eusebius, *Mediolanensis* praefectus. Vide infra, Eusebius, praefectus.

Eusebius, *Mediolanensis* episcopus, a. 449 — 464. Ennodio celebratus, qui, synodo Chalcedonensi suffragatus, synodicas litteras scripsit ad Leonem, papam. De eo *Baronius* ad martyrolog. Rom. 12. August. *Fabr.* Plura de eo scripsit *Fabric.* in B. L. med. et inf. aet. II. p. 128. *Harl.*

Eusebius *Monachus*, cognomine *μακρὸς* siue *Longus*, cuius meminit *Nicephorus* XI. 37. et XIII. 10. hist. Nescio idemne, quem apud Carras philosophatum scribit XI. 40. vel ad quem scribit S. Nilus lib. I. epist. 156. edit. Allatii. Certe alius, de quo mentio in Theodori Studitae lib. II. epist. 24. Vitam S. Philippi, presbyteri Argiriensis, ab *Eusebio Monacho* gr. scriptam edidit Papebrochius tom. III. Maii, sub initium statim voluminis, et *latine* ex Iac. Sirmondi *versione* ad 12. Maii p. 28. [Est inter codd. *Nanianos* pag. 66. catal. illorum sed hic alius esse videtur: vide ad finem huius paragraphi. *Harl.*]

Eusebius *Myndius*, siue Myndo, Cariae oppido, oriundus, Aedesii discipulus. *Eunapius* in Maximo. pag. 69.

Eusebius, *Nicomediensis*, Eusebii Pamphili frater vel consobrinus, Beryti primum, tum Nicomediae episcopus, denique circa a. C. 340. in locum detrusi Pauli confessoris euectus ad sedem Constantinopolitanam [†] a Constantino, imp. Nicomediae, teste *Zonara*, Iulianum educauit (postea imperatorem), *quem genere longius contingebat*, vt narrat *Ammianus* XXII. 9. Luciani, martyris, discipulus, atque inde Collucianista Ario apud *Theodoritum* pag. 21. hist. Cuius Arii magnus licet fautor, pacem tamen cum Iulio Rom. vrbis episcopo et communionem cum ecclesia catholica ad obitum vsque retinuit, vt obseruat *Valesius* ad Socratem pag, 181. Confer *Bulli* defensionem fidei Nicaenae. pag. 515. Nihil eius hodie exstat praeter epistolam ad Paulinum, Tyri episcopum, apud *Theodoritum* lib. I. cap. 6. et quae de altero libello siue epistola coram Synodi Nicaenae patribus producta *Ambrosius* lib. III. de fide cap. 15. ac *Theodoritus* lib. I. hist. cap. 8. Tum libellus poenitentiae ll), siue satisfactionis, quo ad episcopus misso a. C. 328. sedi suae Nicomediensi restitutus est, apud *Socratem* I. 14. *Sozom.* II. 16. Tripartit. II. 17. et *Niceph.* VIII. 43. licet illam Palinodiam suppostitiam esse contendat auctor Apologiae portus regii, gallice editae a. 1669. parte IV. pag. 32. seq. neque habet, quae obiectionibus eius respondeat *Tillemontius* in Memoriis histor. eccles. tom. VI. parte III. pag. 926. sq.

Eusebius, episcopus *Nicopoleos*, qui concilio Ephesino subscripsit.

Eusebius, *Nouatianus*, quem de partibus Asiae ad se venisse scribit *Cassiodorus* cap. 5. diuin. lect. vbi mira de eius eruditione, licet sub quintum aetatis annum oculorum vsu penitus priuati.

Eusebius, *Officiorum magister*, sub Anastasio, imp. memoratus *Theodoro, lectori*, lib. II. hist. p. 559.

Eusebius,

ll) An ex hoc libello petita sunt fragmenta ex Eusebio de poenitentia, quae supra ad nr. XXIII. ex cod. Bodlei. memoraui? *Harl.* De hoc et *Emisino* vid etiam *Walch.* hist. haer. I. p. 666. sq.

Eusebius, *Palatinus*, nullus est, sed duo martyrum Afrorum nomina sunt Eusebius et Palatinus. Vide *Bollandum* tom. I. Martii pag. 366.

Eusebius, episcopus *Pelusii*, qui concilio Ephesino subscripsit.

Eusebius, *Phoenix*, qui scripsit contra Manichaeos. Vide supra, Eusebius, Emesenus. Meminit *Epiphanius*, tom. I. pag. 638. *Theodoritus* lib. I. de haeret. fabulis cap. 28. et *Nicephorus* VI. 31. hist.

Eusebius, Mediolanensis *praefectus*, sub Honorio, imp. Paulinus in vita S. Ambrosii. Vide supra, Eusebius Comes. Ad hunc Eusebium *Symmachi* epistolae, VIII. 34. IX. 52.

Eusebius, *presbyter* Alexandrinus, qui interfuit concilio Nicaeno. Gelas. II. 3. de actis concilii Nicaeni.

Eusebius, *presbyter*, ad quem scribit Isidorus, Pelusiota lib. I. epist. 10.

[Eusebius, *presbyter* et monachus, scripsit opusculum aduersus astronomos, quod graece exstat in cod. bibl publ. *Paris.* MXCVIII. nr. 8. *Harl.*]

[*] Eusebius, presbyter *Nicaenus* qui vna cum Constantino, presb, interfuit concilio Chalcedonensi, et episcopi Nicaeni, Anastasii, vices gessit.

Eusebius, episcopus *Romanus*, a. C. 310. de quo martyrologia XXVI. Sept. Iactitas sub eius nomine ab Isidoro mercatore epistolas explodit *Dauid Blondellus* in Pseudo — Isidoro p. 403. seq. *Fabr.* v. Fabr. B. L. I. cit. Num sub illius, an alius *Eusebii, papae*, nomine sermo sit commentitius *de sacra coena* in cod. bibl. publ. *Paris.* CMXLV. ignoro. *Harl.*

Eusebius, lector romanus, infra in Vercellensi.

[Eusebius, *presbyter romanus* et martyr, a. 357. In cod. Clarendon. (cat. codd. Angliae II. 2. pag. 14. nr. LXXXIX.) Passio *Eusebii, presbyteri.* Narratio de caussa martyrii est in *vita S. Eusebii, presbyteri romani*, a *Baluzio* tom. II. Miscellan. pag. 141. 142. edita. v. *Fabricii* B. L. m. et inf. aet. II. pag. 128. *Harl.*]

Eusebius, episcopus *Samosatenus*, fidei catholicae aduersus Arianos strenuus propugnator, et a Valente, imp. missus in exilium, post cuius mortem ab Ariana muliere, quae e tecto in transeuntis caput tegulam immisit, fuit occisus a. C. 379. De eo multa *Theodoritus* in hist. eccles. et *Baronius* ad martyrolog. 21. Iunii. *Tillemontius* tomo VIII. memor.

Eusebius, *Sardus*. Vide infra, *Vercellensis*.

Eusebius, *scholasticus*, Troili sophistae, discipulus, qui heroico versu libris IV. graece scripsit Γαϊανίδα, siue de bello Arcadii contra Gainam, Gothum. Vide *Socratem* VI. 6. et *Nicephorum* XIII. hist. eccles. cap. 6. pag 362.

Eusebius, episcopus *Sebastiae* Palaestinae. Vide *Godofredum* ad Philostorgium pag. 244. *Fabr.* Eusebii, *monachi Sebasteni*, martyrium Eustratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii et Orestae, graece in cod. Laurent. Medic. XXXV. nr. 11. plut. 60. vbi quidem est anonymi; sed *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 459. obseruat, *Allatium* in libro de Simeonibus p. 83. notare, *martyrium hoc non esse Simeonis. Metaphrastae, cui illud tribuit pag. 125. sed Eusebii, monachi Sebasteni, qui sub finem horum actorum sibi illa a iuuene quodam extorta esse scribat. Atque in cod. VIII. nr. 45. plut. IV. vbi idem martyrium exstat, in fine Eusebius diserte se auctorem illius esse declarat, et nominat se *monachum* in vrbe *Sebaste. v Bandin.* l. c. pag. 528. — In cod. *Coislin.* CCCLXVIII. (*Montfauc.* cat. bibl. Coisl. p. 505.) est martyrium S. Eustratii, sine nomine auctoris; sed initium illius idem, quod

quod Bandin. e codice priore Medic. enotauit. — *Latine* legitur apud Surium XIII. Decembris, et apud Lipomannum. *Harl.*]

Eusebius, sophista. Vide supra Alexandrinus et Arabius.

Eusebius, *Seleucoboli* in Syria episcopus, qui interfuit synodo Chalcedonensi.

Eusebius, *Seleuciae* Syriae episcopus, qui subscripsit conciliabulo Seleuciensi. *Epiphan.* LXXIII. 26. tom. I. pag. 874.

Eusebius, episcopus *Thessaliae*, qui Andream Monachum, Aphthartodocetarum haeresi addictum, breuiore primum paraenesi, deinde duobus libris confutauit, de quibus videndus *Photius* cod. CLXII. [v. Fabr. B. gr. vol. IX. pag. 425. sq.] Ad hunc Eusebium exstat epistola *Gregorii M.* lib. IX. 69. de peruersitate eiusdem Andreae Monachi, ex qua episcopum Thessaliae fuisse constat, quod Photius tacuit, episcopum modo fuisse testatus. Alii pro *Thessaliae* episcopo legunt *Thessalonicensem*, quod probatur Caueo ad a. C. 601.

Eusebius, Tyri episcopus, qui synodo quintae interfuit. a. C. 553.

Eusebius, episcopus *Valentianopolis*, defensor Ioannis Chrysostomi.

Eusebius, Sardus, ex romanae ecclesiae lectore *Vercellensis* episcopus, ab a. 340. qui Calendis Augusti colitur. De eo nolo repetere, quae [P] ad a. C. 354. praeclare idem Caueus: tantum addo, vitam eius ab antiquo auctore scriptam, legi apud *Ughellum* Italiae sacrae tomo IV. et commentariorum Eusebii, Caesareensis, in Psalmos ab Vercellensi latine translatorum. meminisse Hieronymum aduersus Vigilantium his verbis: *Sit in culpa eiusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium Psalmorum Commentarios haeretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet haeretica praetermittens, optima quaeque transtulerit.* Denique epistolas, in exsilio scriptas, ad presbyteros et plebes Italiae, et ad Patrophilum, legi etiam in supplemento bibliothecae patrum Parisiensi tom. I. pag. [485.] 627. et in editione bibliothecae Lugdunensi tom. V. pag. 1227. *Fabr.* Martyrium subiit a. 371. aetatis 88. conf. supra in cap. de Athanasio, Montfauc. edit. tom. III. nr. 88. Plura de hoc *Eusebio* eiusque epistolis tradidit *Fabric.* noster in B. L. laudata p. 128. sq. vbi Mansius adnotat, codicem euangeliorum, ipsius Eusebii manu descriptum, qui seruari fertur Vercellis, primum lucem publicam adspexisse, curante *Io. Andr. Irico*, (adiectis praefatione, notis et concordantiis aliorum codicum.) tom. I. in 4. Mediolani 1748 dein recusum esse a *Bianchinio* in Euangeliario quadruplici, Romae 1749. fol tom. IV. adde *Montfauconii* diarium ital. pag. 444. sq. — *Eusebii Vercell.* epistolae in *Galland.* bibl. patrum V. 78.

Eusebii denique cuiusdam mentionem faciam, de quo plura incerta narrat *Mongitor.* in bibl. sicula tom. I. pag. 191. et nos supra ad *Eusebium Monachum* quaedam notauimus. Is vero num siculus scriptor fuerit, quod quidem *Pirrus* in notitia eccl. Panorm. p. 51. (qui eum in monasterio quodam in vrbe Argyrensi regularem D. Basilii disciplinam professum esse testatur,) et *Hieron. Ragusa* in Elogiis Siculorum p. 119. et in Siciliae bibl. veter. p. 117. autumarunt; an Syrus genere, aut num diuo Philippo Argyrensi, ab apostolo Petro in Siciliam misso, datus sit comes, dubium est incertumque. Haec quidem esse incomperta, iudicat *Octau. Caietanus* tom. I. SS. siculor. pag. 33. qui pag. 28. edidit *Narrationem Eusebii monachi de vita et miraculis S. Patris nostri Philippi aposto-*

lici presbyt. daemonum expulsoris: add. Fabr. B. Gr. IX. p. 136. Attamen Mongitori incertum videtur quis vitae illius auctor sit, aut, an alius *Eusebius* recentior, non socius Philippi, scripserit illam. *Harl.*

XXVIII. *Scriptores graeci histor. ecclesiasticae deperditi.*

Hegesippus [mm]), libris V. de successione apostolicae praedicationis, de quo opere dixi supra cap. I. pag. 188. seq.

Iudas et *Iulius Africanus*, in suis chronographiis, de quibus itidem dixi [vol. IV. p. 241. sqq. add. *Lambec.* comm. de B. caesar. tom. I. p. 203. 1.] Apud *Eusebium* vero VI. 13. et Hieronymum in catalogo cap. 38. legas. *Cassiani* χρονογραφίας mentionem fieri in Clementis Stromatis, quam in opere illo Clementis non reperio, nisi intelligantur ἐξηγητικὰ Cassiani, haeretici, qui laudatur a Clemente teste, vbi de antiquitate philosophiae Hebraeorum differit.

Philippi Sidetae, presbyteri, qui post saeculi V. initia [nn]) claruit, χριστιανικῆς ἱστορίας siue historiae christianae ab Orbe condito ad suam aetatem libri XXXVI., sed longe pluribus ad mille propemodum tomis, singulis enim libris argumentum, tomi integri magnitudine praemiserat, et librum vnumquemque λόγοις siue τόμοις XXIV. iterum diuiserat, quod voluminosum opus auctori historiae Tripartitae XII. 3. *multam* visum est *habere confusionem, nec satis prodesse legentibus*, vti magis etiam constat ex *Socratis* VII. histi. cap. 27. *Nicephoro* XIV. 29. et *Photio* cod. XXXV. [oo]). Fragmentum [ ] huius Philippi insigne de scholae Alexandrinae successione vulgauit illustrauitque *Henr. Dodwellus* ad calcem dissertationum in Irenaeum, Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum, Actis disputationis de Christo, in Perside Christianos inter gentiles ac Iudaeos habitae, cui ipse Philippus interfuit, complexum, habetur MS. in bibl. Caesarea teste *Lambecio* lib. V. pag. 137. [pp]) qui tamen fallitur lib. VI. p. 179. vbi ad hunc Philippum refert fragmentum de tinctura aeris Persici et ferri Indici. Nam verba βαφὴ τοῦ παρὰ Πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ

mm) Ante Hegesippum, a Sozomeno in praef. laudatur inter scriptores hist. ecclesiasticae *Clemens*, neque improbabile est, quod Valesio placere video, respici ab eo opus recognitionum Clementi Rom. tributum, licet Clemens etiam Alexandrinus in Stromatis et deperdito Hypotyposeon opere plura, ad historiam ecclesiasticam primorum temporum facientia, obseruauerit. Non obstantibus autem Clementis, Hegesippi, Iudae et Iulii Africani scriptis, vere tamen Eusebius pag. 4. Hist. ait πρῶτον se τῆς ὑποθέσεως ἐπιβῆναι, primum argumento huic explicando et historiae ecclesiasticae scribendae animum applicuisse.

nn) A. XXII. Theodosii iunioris scripsit teste *Theophane* p. 75. *H.*

oo) *Photius* XXIV. tantum libros nouit. v. Fabr. B. G. IX. pag. 386. de citato Photii codice, vbi praeter ea „vixit, ait, Philippus iste Sisinnii temporibus et Procli, patriarcharum CPolitanorum, quorum ille fuit ab a. Chr. 425. ad 428. hic ab a. 434 — 446." *Harl.*

pp) Siue pag. 289. sq. ed. Kollar. et alter locus de fragmento memoratus est tom. VI. part. II pag. 406. vbi Kollar. in nota *A* Cotelerii et Fabricii iudicio subscripsit. — Is Philippus quoque refutauit Iuliani imp. libros (v. Vol. VI. p. 709.) — add. *Vossium* de histor. gr. lib. II. cap. 20. p. 208. *Harl.*

χαλκῦ γραφῆσα ἀπὸ ἀρχῆς Φιλίππυ, tincturam, iam tempore principatus regis Macedonum Philippi descriptam significant, vt recte notauit *Cotelerius* tom. III. monument. pag. 598.

Hesychius, presbyter Hierosolymitanus, e cuius historia ecclesiastica locus de Theodoro Mopsuesteno, circa a. C. 428. defuncto, adfertur in collatione V. Synodi habitae CPoli a. C. 553. tom. II. Binii parte II. pag. 71. *Fabr.* — *Hesychii*, presb. Hier. 1) de virtute modestiae, ad Theocritum sermo, 2) de resurrectione Christi sermo, 3) quod nulla sit contradictio de his, quae de ea Euangelistae scripserunt, codd. *Escurial.* teste *Plüero* in itiner. per Hisp. pag. 173. — Ex *Hesychii* homilia in natalem Christi ex codd. fragm. dederunt Humfred. Hody, Caueus et Du Fresne ad chronicon paschale p. 924. v. infra de adpendice ad illud chron. paschale nr. 6. — Sed plura vide de eo infra libr. V. c. 5. vol. VI. p. 244. vet. edit. — vol. IX. pag. 24. sq. et de edit. eius sententiarum asceticarum vol. XIII. pag. 753. Non miscendus est, (quod fecit Caueus vol. I. p. 570. sqq.) cum alio *Hesychio*, serioris aeui, itidem presbytero, mox episcopo Hierosolymitano. v. *Fabr.* B. L. med. et inf. aet. tom. III. pag. 244. ed. Mansi, et Saxii Onom. I. pag. 482. *Harl.*

Ioannes [qq]), presbyter Aegeates, scripserat a depositione Nestorii et Theodosii iunioris temporibus historiam ecclesiasticam libris decem. Ex his quintus, (solos enim priores quinque legisse se testatur *Photius* cod. XLI.) desinebat in depositione Petri Fullonis a. C. 483. Idem est ὁ Διακρινόμενος in Originibus CPol. Combefisii pag. 24. 28. 33. cum Eusebio citatus, et *Ioannes Diacrinomenus*, ex cuius historia ecclesiastica adfertur nonnihil a Theodoro, lectore, lib. II. hist. eccles. pag. 563. et ex eodem, vt videtur, Theodoro in Synodo VII. Act. 5. tom. III. Binii pag. 629. seq. Vocabant enim se *Diacrinomenos* [rr]), qui a Chalcedonensis Synodi decretis recedebant, et Dioscorum sectabantur. Hic vero Iohannes non in ista tantummodo historia sua, sed etiam alio peculiari opere Synodum Chalcedonensem oppugnauit, vt refert idem [?] *Photius* cod. XLI. et LV. [ss]), vbi haereticum Nestorianum [tt]) adpellat, calami lapsu credo, quem Eutychianum volebat dicere.

Basilius, Cilix, vna cum Theodoro, lectore, citatur in graeco scholio ad *Euagrii* III. 21. is nempe, a quo historiam ecclesiasticam, libris tribus scriptam, testatur *Photius* cod. XLII. [uu]) a Marciano imp. vsque ad tempora Iustini, Thracis, quae libro tertio persequutus fuit.

qq) Hunc Ioannem diuersum puto a *Ioanne, rhetore*, cuius historiam laudat Euagrius, licet cum eo eundem faciat *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. pag 369. nec minus diuersus est haud dubie a *Ioanne Antiocheno Malala*, cum quo confundit *Combefisius* in Origg. CPolitanis p. 59.

rr) *Nicetas* lib. IX. thesauri: Διακρινομένυς ὠνόμασαν ἑαυτὺς ἐκ τῦ μὴ συντίθεσθαι τοῖς δογματισθεῖσι παρὰ τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων πατέρων. Adde *Coteleriuum* tomo III. monument. eccles. graec. pag. 641. et *Cangium* p. 51. ad Zonaram.

ss) Sed *Fabric.* retractauit sententiam suam ad Photii cod. LV. in B. Gr. Vol. IX. p. 394. *Harl.*

tt) Fuit et Chronographus, cui *Nestorianus* nomen, qui historiam suam ad Leonem iuniorem perduxit. Chronicon Paschale pag. 324. καθὼς Νεϛοριανὸς ὁ σοφώτατος χρονογράφος ἕως Λέοντος, συνεγράψατο. Eadem habet *Io. Malala* II. p. 85. qui Nestoriani etiam meminit. pag. 11.

uu) Conf. *Fabr.* infra, Vol. IX. pag. 387. et pag. 409. de Photio, cod. XXXXII. et CVII. *Harl.*

fuit. Eumdem Ciliciem Basilium, presbyterum Antiochenum, Anastasio imperante clarum et fautorem Nestorianismi, libros XVI. dialogi in morem scripsisse aduersus Io. Scythopolitanum Μανιχαϊσμῦ, (quo nomine tum temporis haeresin Eutychis perstringebant,) defensorem refert idem *Photius* cod. CVII. et CV. ex quo discimus, opus illud inscriptum Leontio cuidam ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ, colloquentesque inductos Lampadium, Tarasium et Ioannem propugnatorem Manichaeorum. Quod si idem est Basilius, cuius Suidas in Ἀρχέλαος et Βασίλειος meminit, vt sane aetas, qua vixit, suadet, factus deinde Irenopoleos in Cilicia episcopus: scripsit etiam, eodem Suida teste, aduersus Archelaum, presbyterum κολωνείας.

Ex *Philonis*. philosophi, historia ecclesiastica profert nonnulla *Mich. Glycas*, Annal. pag. 282. seq. *Fabr.* Ex *Philonis*, philosophi et historici, *historia ecclesiastica* sunt in cod. reg. *Matrit.* XIV. duae narrationes excerptae. Is vero cod. continet varios SS. patrum sermones asceticos variorumque auctorum sententias. v. *Iriarti* cat. codd. gr. Matrit. pag. 42. *Harl.*

Nescio, cuius *Amorionis* historia ecclesiastica inter codices graecos MSS. bibl. Scoriacensis memoratur apud Possevinum in adpendice ad adparatum sacrum, qui etiam *Zachariae*, rhetoris, historiam ecclesiasticam MS CPpoli, ex Verderio adnotat. Sunt et, qui *Theodori Metochitae* citent historiam ecclesiasticam, inquit Labbeus in protreptico de scriptoribus hist. Byz. pag 51. quam mihi nondum vidisse fas fuit. Per *Theodori Metochitae* histor. ecclesiasticam forte intelligenda pars annalium Michaelis Glycae, quam sub Theodori Metochitae nomine edidit Io. Meursius Lugd. Batau. 1618. 4. In *Kollarii* supplem. ad Lambec. p. 761. citantur VIII. catal. variorum codd. calamo scriptorum, qui saec. XVI. CPoli sparsim a diuersis doctis hominibus possidebantur. Inter codd. *Constantini Vereni* erat, (vt me per litteras docuit cel. *Alter*,) Ζαχαρίου ῥήτορος ἱστορία ἐκκλησιαστική. inter codd. *Iac. Marmoroti* ἱστορικὸν Κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ, ἤγουν ἱστορία ἐκκλησιαστική inter codd. *Io. Sutzu* Ζαχαρίου ῥήτορος ἱστορία ἐκκλησιαστική. *H.*

XXIX. PHILOSTORGIUS, ex Borissi pago Cappadox, Carterii Eunomiani vv), et Eulampiae, (cuius pater Anysius presbyter [?] erat,) filius, Eunomianus et ipse, atque tum, cum Eunomius Caesarea a. C. 388. pelleretur, viginti annos ww) natus. Hic semi-Arianos non minus quam catholicos grauiter passim perstringit, Arianos vero et Eunomianos defendit, celebratque libenter, et effert laudibus; vnde diu est, quod historiam eius non historiam, sed *encomium haereticorum et criminationem atque vituperationem orthodoxorum* inscri-

vv) *Philostorgius* ipse IX. 9. qui testatur, Eulampiam matrem persuasionibus suis patrem Anysium fratresque et alios propinquos ab homousii professione ad Eunomii sectam deduxisse. Alius *Philostorgius* ἄριστος ἰατρῶν sub Valentiniano et Valente, de quo noster VIII 10. Alius, cuius meminit *Arrianus* III 17. Epictetearum dissertationum. *Fabr.* De *Philostorgio* v. *Caues* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 410. *Du Pin* nouv. Biblioth. tom. IV. p. 76. *Oudin*, comment. de SS. eccl. I. pag. 995. sq. *R. Ceillier* hist. gen. des A. E. tom. XIII. p. 659. *Hamberger* zuverl. Nachr. III. p. 92. qui diem eius natalem refert ad a. 364. sed *Iac. Gothofred.* in prolegom. docte eruditeque scriptis, pag. 5. sq. rationibus ex ipsius Philostorgii narratione subductis, docet, eum natum fuisse circ. a. Chr. 368. a. autem 425. historiae suae coronidem imposuisse, quinquagesimum septimum ferme annum aetatis agentem. *Harl.*

ww) Idem X. 6.

inscribendam esse monuit *Photius* [xx]), cod. XL. Atheum vero dictum fuisse Philostorgium, male colligunt viri docti ex hoc epigrammate, perperam accepto, quo Eunomianus quidam laudare vtique, non proscindere opus Eunomiani hominis voluit:

> ἱστορίην ἐτέλεσσα, Θεῦ [yy]) χαρίτεσσι σοφῇσι,
> Πρᾶγματ' ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος.
> *Historiae seriam bene Numine dante peregi,*
> *Contexens opere plurima vera meo.*

Scripsit *historiae ecclesiasticae* [zz]) ab controuersiae Arianae initiis siue ab a. C. 300. vsque ad a. 425. quo Valentinianus iunior Honorio successit, volumina duo, quorum singula in τόμους, λόγους siue libros sex distincti erant, vt adeo in vniuersum *libri* essent *duodecim.* Horum primae litterae si coniungerentur, nomen auctoris referebant, cuiusmodi ἀκροστιχίδας [a]) operibus suis intexuere olim Epicharmus et Heraclides, Ponticus, atque Philostorgii exemplo Nicephorus [?] Callistus, e latinis Ennius, Commodianus, Damasus aliique. Opus ipsum Philostorgii, diu est, quod intercidit: sed praeter breuem de eo notitiam iudiciumque ac censuram, in *Photii* Bibliotheca cod. XL. obuiam, eiusdem Photii ampla ex singulis duodecim libris excerpta seruata sunt, quae habuit Venetiis Diegus Hurtadus, Gesnero teste, et primus ex codice Bongarsiano graece edidit, et capitibus distincta cum versione sua et vberrimis doctisque adnotationibus et prolegomenis indiceque locupletissimo in lucem protulit *Iacobus Godofredus*, Geneu. [b]) 1643. 4. Eadem excerpta MSS. editis longe emendatiora habere se testatus est *Bocharttus* tom. I. lib. 2. Hierozoici cap. 55. Atque Bocharti codicem Valesio a se communicatum refert *Stephanus le Moyne* notis ad Varia sacra pag. 379. Itaque ad eum et Scoriacensis codicis lectiones passim prouocat *Henr. Valesius*, nec minus ad emendationes, quas codici suo Lucas Holstenius adscripserat. Edidit laudatus *Valesius* Philostorgii excerpta emendatiora cum meliore versione sua notisque ad calcem historiae Theodoriti,

 Euagrii

xx) *Photius:* ἡ δὲ ἱστορία, τῶν αἱρετιζόντων ἐστὶν ἐγκώμιον αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβολὴ καὶ ψόγος μᾶλλον ἢ ἱστορία. Atque iterum. ἱστορεῖ δὲ τἀναντία σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς. Ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας, λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ μὴ ἱστορίαν μᾶλλον ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων.

yy) *Iacobus Godofredus*, qui in prolegomenis ad Philostorgium fuse atque erudite de illo scriptore, et de eius eruditione in omni genere litterarum differit, legit ἐτέλεσσ' ἀθέῃ putatque, esse epigramma hominis catholici, cui Eunomiano proprium nomen. Sed Godofredum refellit *Io. Pearsonius* notis ad symbolum apostolicum pag. 309. edit. latinae.

zz) Hinc *Nicephoro* audit ὁ Ἐκκλησιαστικὸς lib. XII. 29. Hist. quem alioqui tamquam haereticum solet vocare θεομισῆ inuisum Deo lib. I. pag. 35. et lib. VII. cap. 19.

a) Vide *Mureti* Variar lect. IX. vlt. *Menagium* ad Laert. p. 227. *Vossium* hist. graec. II. 20. Vetus epigramma apud Iac. Godofredum, pag. 17.

> Γράμματα δώδεκ' ἔχει Φιλοστόργιος, οὔνομα καλὸν,
> Τοὔνεκα δὴ κατὰ γράμμα λόγους ἀνεγράψατο τούτους,
> Ἀρξάμενος πρώτου ἀπὸ γράμματος, εἶτ' ἐν ἐφεξῆς
> Καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς ἑὸν οὔνομα γράψας.

b) Male 1634. excusum in Elise du Pin. bibl. scriptorum eccles. tom. IV. pag. 77. Godofredi Dissertationes in Philostorgium thesaurum sincerae totius historiae ecclesiasticae vocat *Claudius Sarrauius* epist. 45.

Euagrii et Theodori, lectoris, Parif. 1673. fol. quae editio recusa est Moguntiae, vt habet titulus, siue potius Francofurti 1679. nam quae Amstelodamum a. 1695. in fronte praefert, illa ipsa Moguntina est, nouo titulo ornata, [et Reading cum Valesii et variorum notis, in tom. III. SS. eccl. cum Theodorito et Euagrio, pag. 475. sqq. Cantabr. 1720. fol. vide supra ad Eusebii histor. eccl. — *Florentiae* in cod. Mediceo V. nr. 9. plut. 70. sunt duo excerpta ex *Philost.* H. E. epitome; prius est pars cap. 10. libri XII. posterius est cap. nonum libri III. (v. *Band.n.* cat. codd. gr. II. p. 661.) — *Venetiis* in cod. CCCXXXVII. Marciano epitome ex XII. libris H. E. *Philostorgii*, ex Photio. — *Oxon.* in cod. Bodlei. CXLII. nr. 7. *Philostorgii* H. E. epitome ἀπὸ φωνῆς Photii CCXLIII. quae (secundum auctorem codd. Angliae etc. I. pag. 18.) ab ea, quae exstat apud Photium, multum diuersa est, et amplior mu... ibid. p. 271. inter aduersaria *Gerardi Langbaeni*, Philostorgii hist. ab ore Photii ... — inter codd. Mendozae etc. apud *Iriart.* cat. codd. gr. Matrir. p. 277. *Harl.* —] Praeter *fragmenta* Philostorgii ex Nicetae lib. V. thesauri, ex Iohanne Antiocheno, (cuius locum primus adtulit *Salmasius* p. 407. ad Solin.) Suida et Photio a Iac. Godofredo producta, noua etiam ex Suida a se obseruata Valesius editioni suae subiunxit. In notis Valesii Godofredus frequentissime reprehenditur, interdum etiam satis acerbe, vt pag. 130. vbi imperitiam eius in legendis graecis exemplaribus et pag. 136. vbi graecae linguae in illo imperitiam castigat. Verum audiendus sane erat Godofredus, vir bene doctus et multis nominibus praeclare de litteris meritus, qui in prolegomenis pag. 57. seq. veniam a lectore aequo sibi pollicetur his verbis: *Noui ipse, quam in multis contextus ipse inemendatus exeat, quam multa quoque desiderari possint in prima hac interpretatione, quot denique mendae* [?] *vbique irrepserint. Verum et mihi et typographo veniam sperare licet, non vna ratione: Ipsa primum scripti huiusce ratio id sperare iubet. Notum iis, qui in manuscriptis versantur, quam inemendatis his uti plerumque contingat, cuiusmodi certe fuit is, quo nos vsi sumus ex illustrissima Bernatum-Bongarsiana bibliotheca, humanitate Viri Doctissimi Clarissimique* D. Luithardi *mihi concesso: Nec m deinde, quantus labor in huiuscemodi eclogis, fragmentis,* ἀποσπασματίοις, *quorum fines interrupta, probe statim in capita dissecandis, inque Latinum vertendis versetur: quando multa saepe aliunde adsumi oportet ad eorum sensum probe adsequendum, multum certe manu animoque versanda illa, priusquam de fine et scopo cuiusque, sensuue liquido constare possit. Adde, quod Photii censuram iudiciumque a Philostorgianis distinguere saepe operosum erat. Altera excusationis ratio est, ipsa editionis festinatio, quam impatiens rei litterariae iuuandae studium nobis extorsit. Nam vt in studiis illud volupe, cum ex abdito quid eruere primum datur, ita illud ipsum ilico in publicum sine vlla comperendinatione depromere in summa voluptatis meae parte ipse ponere soleo. Hinc igitur festinatio illa, non sine vitio aliquo: sed quam, opinor, praetulerit optimus quisque tam lentis nominibus hominibusque, qui longa exspectatione ... torquere solent, adque scientiae suae auctoritatem pertinere putant, si re... a se ... diutissime incubent. Quare pro scuto mihi illud:*

Da veniam subitis; non displicuisse meretur,
Festinat, Caesar, qui placuisse tibi.

Postrema excusationis nostrae ratio est, quod Philostorgii sine manus Photii contextus ... versione, a me subito effusa, absente me legationibusque assidue fungente, vel c... ... abeunte,

obeunte, *typis mandata sunt: quae alioquin sub oculis meis constituta praelo saltem currente emendare accuratius, subque limam reuocare attentius potuissem.* Etiam a *Stephano Clerico* Philostorgium recensitum, et in eo non pauca, quae et Godofredum et Valesium praeterierunt obseruata, notat filius, Ioannes Clericus, praefat. ad parentis sui patruique, Dauidis Clerici, quaestiones sacras Amst. 1685. 8.

XXX. SOCRATES CPoli c) circ. a. Chr. 380. natus atque educatus, grammaticos ibi audiuit, Ammonium atque Helladium d), ambos a Christi nomine alienos, et ob templa idolorum, a. C. 389. Timasio [?] et Promoto COSS. destructa e) profugos Alexandria, atque CPoli commorantes. Postea Troilo, sophistae, in Rhetoricis operam dedisse non sine caussa Valesius f) coniicit. *Scholastici* g) cognomen facit, vt caussas eum in foro egisse noscimus. Nouatianis fauisse se, non vno prodit loco, h) quod et Iacobus *Basius* animaduertit lib. I. Obseruatt. sacr. cap. 26. etsi propterea ipsum fuisse καθαρὸν siue Nouatianum, parum esse credibile, contra Nicephorum i) aliosque, qui illud adfirmant, pluribus disputat laudatus Valesius, praecipue illo pugnans argumento, quod *Socrates* VI. 20. et 23. Nouatianos haereticis adnumerare non dubitauit, et perpetuo ecclesiae et catholicis solet eos opponere. [Conf. *Walchii* H. E. noui Test. pag. 1225.]

Scripsit *Historiae ecclesiasticae* ad Theodorum, k) quem ἱερὸν Θεοῦ ἄνθρωπον vocat, *libros VII.* ab anno I. Olympiadis CCLXXI. CHRISTI 306. quo Constantinus imperator est renunciatus, ad annum II. Olympiadis CCCV. consulatum Theodosii iunioris XVII l) annum

c) *Socrates* ipse V. 16. *Fabr.* Conf. de Socrate *G. Caueum* hist. litt. SS. E. tom. I. p. 427. *Du Pin* nouv. Bibl. tom. IV p. 78. *R. Ceillier* hist. gener. des AA. E. tom. III. p. 669. *Hamberg.* zuverl. Nachr. III. p. 140. sqq. et *Saxii* Onom. I. p. 509. *Harl.*

d) Idem ibid. ac *Photius* codice XXVIII.

e) Socrates loco laudato, *Sozomenus* VII. 15. *Theodoritus* V. 21. seq. Tripartita IX. 27. *Nicephorus* XII. 25. *Marcellinus* in Chron. etc.

f) Valesius in Socratis vita.

g) *Scholastici*, rhetores dicti sunt, tum etiam aduocati ac legisperiti. Vide *Vales.* ad Socratem, pag. 77. *Cangii* glossaria, et quae viri docti ad Petronium, *Hanckius* de romanarum rerum scriptoribus pag 178. seq. *Fabr.* Sed eum fuisse *scholasticum*, h. e. caussarum patronum, quum nec Photius eum vocasset scholasticum, nec alii veteres scriptores id tradidissent, dubitat Hamberger l. c. *Harl.*

h) Vt, quando Nouatum s. Nouatianum martyrio functum sub Valeriano scribit IV. 28. quod diserte negant *Eulogius* apud Photium cod. CLXXXII. et Pacianus lib. de poenitent. Confer *Io. Felli*, episcopi Oxoniensis, notas ad Cypriani epist. 61. p. 145.

i) *Nicephorus* lib. I. cap. 1. lib XI. cap. 14.

k) *Gregorius* M. VI. 31. Epist. ait, Sozomeni historiam ecclesiasticam ab apostolica sede non recipi, quod *Theodorum* Mopsuestiae laudat. Hinc *Io. Iacobus Hofmannus* in Lexico vniuersali putat, a Gregorio per memoriae lapsum, Sozomenum nominatum esse pro Socrate. Videtur itaque Hofmannus existimasse, Theodorum hunc, cui opus suum Socrates inscripsit, et quem laudat II. 1. et IV. 48 esse Theodorum Mopsuestenum. Sed is iam a. C. 430. obierat, et Socrates Theodorum suum post a. C. 439. adloquitur.

l) *Socrates* ipse VII. vlt. Ait autem historiam suam complecti annos 140. numerum rotundum ita praeferens accurato, qui est 133.

annum Christi 439. *Rufini* m) primo fidem sequutus, postea [P] ex melioribus, in quae incidit, monumentis emendauit, quae perperam ille tradiderat, et librum primum ac secundum, quibus pleraque Rufini expresserat, de integro nouos fecit. Passim quoque ostendit, multum se tribuere *Sabino*, Macedoniano n), a quo et ipso subinde deceptum, viri docti arguunt. Merito tamen iudicii et industriae laus ei relinquitur, quam pro ceteris argumenti illius scriptoribus Socrati Valesius vindicat. Socratem libenter sequitur Sozomenus; ne de Nicephoro dicam, qui integrum prope in historiam suam transtulit.

[De *codd. msst.* quaedam praemittere iuuat. *Florentiae* in cod. Mediceo V. nr. 1. plut. 69. Σωκράτους σχολαστικοῦ H. E. libri septem cum scholiis ad marginem positis, — — tom. I. vsque ad cap. 27. cum scholiis, in cod. VII. eiusd. plutei. — in cod. VII. nr. 2. plut. 70. libri VII. cum scholiis, de quibus notata digna adtulit *Bandin.* cat. codd. gr. II. pag. 625. 627. et

m) *Rufini* libros duos historiae ecclesiasticae, quos ab Arii initio ad Theodosii M. obitum productos non accurato valde studio, atque, vt Valesio in vita Socratis videtur, memoriter composuit, inscripsitque Chromatio, Aquileiensi episcopo, e latino *graece* verterunt *Gelasius*, Caesareensis, et *Cyrillus*, Hierosolymitanus, si credimus *Photio* cod. LXXXIX. Rufini historia vsum se fuisse testatur *Socrates* lib. II. cap 1. nec diffitetur in libro primo et secundo historiae suae, vestigiis ipsius prius institisse. Sed postea Athanasii scripta et clarorum illa aetate virorum epistolas nactus, intellexit, pleraque a Rufino tradi perperam et falso; itaque totum suum librum primum et secundum non dubitauit ἄνωθεν ὑπαγορεῦσαι *nouos ex integro dictare*, atque locupletare libello depositionis Arii, et imperatoris Constantini epistolis. Socratem vsum fuisse graeca Rufini versione contendit *Henr. Dodwellus* de iure Laicorum sacerdotali, pag. 278. Theodoritum *Petauius* in diatriba de potestate consecrandi p 83. atqui ambo vnum locum Rufini diuersimode interpretantur, itaque saltim alteruter ipsorum functus ipse loco interpretis fuerit. In actis septimae synodi siue secundae Nicaenae, actione prima tom. III. edit. Binianae p. 494. adferuntur quaedam graece ex Rufini historia ecclesiastica; verum quae non apud Rufinum, sed Socratem lib. II. cap 27. et 38. iisdem verbis leguntur, vt etiam Valesius obseruauit. At enim, quod ab illo viro doctissimo est omissum, in iisdem Actis pag. 491. producitur graece locus longior ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης ad verbum translatus ex *Rufini* lib. I. hist. cap. 28. seq. *Fabr.* Conf. *Fontaninum* in historia litterar. Aquileiensi p. 350. sq. qui praeterea notat, Valesium et Fabricium nostro loco quaedam plus aequo exaggerasse. *Harl.*

n) *Godfridus Hermantius* praef. ad vitam S. Athanasii: *Plusieurs celebres auteurs de nostre siecle avoient déja remarqué un tres grand nombre de fautes dans l'histoire de* Socrate, *dont* Sozomene *n'a presque esté que le copiste. Et en effet cet Historien aiant suivi en plusieurs rancontres un ancien auteur nommé* Sabin, *de la secte des Macedoniens, il ne faut pas s'etonner, qu'il se soit égaré sous la conduite de ce guide, que l'on peut presumer raisonnablement, n'avoir pas esté fort fidelle.* De *Sabino* illo, Macedonianorum Heracleae in Thracia episcopo, cuius συναγωγὴν τῶν συνοδικῶν siue *actorum synodicorum collectionem*, a concilio Nicaeno vsque ad Valentis tempora, sub quo vel sub Gratiano scripsisse videtur,) laudat *Socrates* pag. 22. 31. 92. 95. 146. 181. 204. 224. 231. Illam MStam CPoli ante hos centum et quinquaginta adhuc annos latuisse, ex Verderio notat *Possevinus* in adpendice ad apparatum sacrum. Plura de *Sabino* vide apud *Tillemontium* memor. hist. ecclef. tom. VI. parte 2. p. 504. seq. *Stephanum le Moyne* ad varia sacra p 783. et *Ittigium* historiam concilii Nicaeni p. 18. seq. vbi refellit Sandium, qui in nucleo hist. eccles. p. 166. Sabino illi tribuit συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πατέρων συνόδων, quam *Rauius* ex oriente secum adtulit, atque Vsserius refert ad Photium, Tyri episcopum, qui interfuit concilio Chalcedonensi. Anonymum vocat *Seldenus* pag. 68. 89. ad Eutychii Origines Alexandrinas. *Fabr.* Adde infra, Vol. XI, p. 25. ed, vet. *Harl.*

627. et 668. — libri VII. in cod. Marc. *Venet.* CCCXXXIX. (v. cat. codd. gr. p. 156.) — secundum *Montfauc.* bibl. bibliothecar. msst. I. p. 703. *Socratis*, *Euagrii*, *Sozomeni* et *Eusebii* H. E. — II. p. 1131. C. in bibl. *San. Germanensi*, *H. E.* tripartita et in vnum collecta ex *Socrate*, *Sozomeno* et *Theodoreto*, in latinum translata a *Cassiodoro*, senatore, et *Epiphanio*. — pag. 1246. B. in bibl. S. Petri *Carnutensi*, *Socratis*, *Sozomeni* et *Theodoreti* H. E. — p. 1287. E. iidem in bibl. *Diuio-Benigniana*. — p. 1360. iidem et Eusebius, in bibl. monast. *S. Michaelis*. p. 1368. in bibl. *Clareuallensi* H. E. tripartita, a Theodorito, vna cum *Socrate* et *Sozomeno*, graece scripta, a Cassiodoro, senatore, collecta et in compendium redacta. — *Paris.* in bibl. publica *Socr.* H. E. in cod. MCDXLIII. — *Socratis* fragm. de Acacio, Amidae episcopo, in cod. CML. nr. 9. — *Socr.* H. E. libri VII. *eiusd.* de adparentibus differentiis quarumdam obseruationum, in cod. *Escorial.* teste *Pluëro* in itiner. per Hisp. p. 189. — H. E. ex *Socrate*, *Sozomeno* et *Theodorito* in vnum collectae, ab Epiphanio, scholastico, translatae, inter codd. Vossianos, *Leidae*. (catal. p. 373. nr. 62.) — In *M. Britannia* sec. catal. codd. Angliae etc. in cod. *Bodlei.* CXLII. e Sozomeno excerpta: his adiunxit *Theodorus* ea, in quibus Theodoretus et *Socrates* ab eo discedunt. — inter codd. *Guil. Laudi*, nr. DCCCLVIII. *Socratis* H. E. libri XII. latine. — In cod. *Vindobon.* caesareo XVII. est vita Chrysostomi, cui index praefixus est vetustorum auctorum de vita Chrysostomi, ex quibus anonymus suam excerpsit narrationem atque primo loco nominatur *Socrates*, *historiographus ecclesiasticus*. conf. *Lambec.* comment. VIII. p. 635. sqq. ibique Kollar. et *Montfaucon* praefat. tom. XIII. Opp. Chrysostomi pag. IV. et V. *Harl.*]

[†] *Graece* primus hos libros vna cum Eusebio, Sozomeno, Theodorito, eclogis Theodori, lectoris, atque Euagrio in lucem edidit Rob. Stephanus. Paris. 1544. fol. typis regiis. *Fabr.* In bibl. *Leidensi* est exemplar ed. Stephan. manu Scaligeri infinitis in locis conscriptum et emendatum ex V. C. et aliud exemplar, cuius margini multa sunt adscripta. *Harl.*

Latine primus quodammodo vertit Socratem, Sozomenum et Theodoritum, in vnum corpus *historiae tripartitae*, libris XII. distinctum, contrahendo, *Epiphanius Scholasticus*, sub sexti saeculi initia, auspiciis Cassiodori, qui hoc testatur in praef. ad illam historiam, et cap. 17. libri de diuinis lectionibus. Historia illa tripartita vsus iam medio sexto saeculo fuit *Liberatus*, Carthag. archidiaconus, in breuiario hist. Nestorianae cap. 2. At Rufinum ex historia tripartita suam Eusebii continuationem hausisse, error est B. Rhenani, ab Ittigio pag. 732. de bibliothecis patrum recte notatus, quum Socrate ipso, Theodorito ac Sozomeno antiquior Rufinus fuerit. Prodiit historia tripartita Parisiis sine anni nota in octauo apud Franciscum Regnault, et postea ex *Beati Rhenani* recognitione Basil. 1523. 1528. 1533. 1539. 1568. atque Francof. 1588. fol. vna cum historia ecclesiastica Eusebiana, quam Rufinus vertit et duobus libris continuauit. Denique *Io. Garetius*, monachus Benedictinus, in noua Operum Cassiodori editione historiam tripartitam ad MSS. codd. recensuit, et locorum Socratis, Sozomeni et Theodoriti, quae Epiphanius interpretatur, paginas, ex Valesiana editione, vtili instituto adnotauit, Rothomag. 1679. fol. *Gallicam* versionem Ludouici Cyanei, Paris. 1568. fol. apud Aegidium Gourlinum excusam, memorat Franciscus a Cruce in bibl. gallica pag. 293. *Germanice* cum Eusebio et Rufino, Casp. Hedione interprete, prodiit Tripartita Argentorat. 1545. fol.

Versio latina *Wolfgangi Musculi* prodiit Basil. 1549. 1557. 1594. fol. cum Eusebio, Sozomeno, Theodoro, lectore, Euagrio atque Dorothei Tyrii vitis Prophetarum et Apostolorum ex eiusdem Musculi interpretatione, et Theodoriti hist. eccles. ex versione Ioach. Camerarii.

Iohannis Christophorsoni, Cicestriensis episcopi, qui Eusebium, Socratem, Theodoritum, Euagrium, et exceptis tribus postremis libris, a *Suffrido Petri* suppletis, Sozomenum vertit, sed ad Socratem interpretandum nullos, vt obseruat Valesius, codices MSS. adhibuit, Paris. 1571. Colon. 1570. 1581. fol. et ex *Io. Iacobi Grynaei* recognitione [?] atque cum eius notis Basil. 1570. fol. et apud °) Sebast. Henricum Petri 1611. fol. Socrates et Sozomenus ex Christophorsoni versione, cum Suffridi Petri supplementis scholiisque, in bibliothecis patrum tom. V. Colon. et tom. VII. Lugd.

Graece et latine Socrates cum Christophorsoni versione, iunctus Eusebio, Sozomeno, Theodoreto atque Euagrio vidit lucem Colon. Agripp. siue Geneu. 1612. fol. Inde *Henricus Valesius* ex regio MS. quo Rob. Stephanus vsus fuerat, et variis lectionibus codicum Florentini bibl. S. Laurentii, et Sfortiani bibl. Vaticanae, nec non ex Leonis Allatii MS. Theodoro, lectore, qui in historiam suam tripartitam plura libri I. et II. Socratis transtulit, hunc scriptorem castigauit, et cum Sozomeno, latina versione noua atque eruditis notis illustratum vulgauit Paris. 1668. f. quae editio recusa Moguntiae 1677. f. Eo ipso anno Parisiis scriptores hist. ecclesiasticae ex Valesii versione, latine, graeco textu notisque interpretis omissis, prodierunt. Editioni graecolatinae, quam dixi, lucem vidisse Moguntiae, nouus a. 1695. titulus praefixus est, Amstelodamum prae se ferens. *Fabric.* De editt. latinis, germanicis aliisque, plura, eaque emendatiora, scripsi supra, ad Eusebii H. E. — Notatu digna est sequens editio huius sententiae: *In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate, Sozomeno et Theodorito in vnum collecte et nuper de graeco in latinum translate libri numero duodecim.* In calce: — Per *Ioh. Schufsler regie* vrbis *Augustensis ciuē.* etc. 1472. med. fol. de qua edit. vide longam *Schwarzii* notam in catal. bibl. Schwarz. part. II. p. 97. sqq. et *Ge. Matth. Schnizer* Kirchenbiblioth. zu Neustadt an der Aisch. part. III. p. 30. — — Tom. II. ed. Readingii scriptorum H. E. hanc peculiarem habet inscriptionem: *Socratis Scholastici et Hermiae Sozomeni historia eccles. Henric. Valesius gr. textum collatis mss. codd. emendauit, latine vertit*, et *adnotatt. illustrauit.* Adiecta est ad calcem *disputatio Archelai episcopi aduersus Manichaeum.* Hanc editionem criticis plurimorum eruditorum obss. locupletauit *Gulielmus Reading.* Cantabrigiae 1720. fol. Ad calcem additae sunt *Henr. Valesii* obseruationum ecclesiast. libri tres, ad Socratem et Sozomenum, dein variae lectt. quas exhibet liber quondam Merici Casauboni, postea Io. Iones. *Harl.*

Gallice Socrates et Sozomenus, *Ludouico Cousino* interprete, Paris. 1676. 4. Confer Ephemerides Parisienses illius anni p. 101. sq. vbi hallucinationes quaedam Socratis notantur, quem-

°) Vide hanc editionem recensitam in B. D. [illegible] libro de bibliothecis patrum p. [illegible]

quemadmodum et ab *Elia du Pin* tom. IV. bibl. scriptorum eccles. p. 79. [*Anglice* Socrates, Sozom. et Theodoret. per *Sam. Parker*. Lond. 1712. 8. rec. 1729. 4.

Haec de Socrate, *scriptore*, (vt non ab re iudicat *Stephanus le Moyne* prolegomenis ad varia sacra) *satis accurato*. Ex eius historia ecclesiastica affertur aliquid in synodo septima (Nicaena II.) Act. 1. tom. III. Binii pag. 492. *Fabr.* De *Zaccaria* in diss. latinis, ad historiam et antiqq. ecclesiasticas pertinentibus, tom. II. Fuligui 1781. vbi nr. IX. ad Socratem VI. 9. disputat contra Baronium, vide, quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 989. sq. — De *Socrate*, *Sozomeno* et *Theodoreto* v. *Nath. Lardner* in Credibility of the Gospel History, part. II. Vol. XI. Lond. 1754. 8. pag. 448 — 455. *Harl.*

XXXI. *Salamanes* p) *Hermias* SOZOMENUS narrat, auum suum, patre ethnico natum, Betheliae, Gazaeorum vico, primum [?] cum toto domo sua christianam fidem amplexum esse, postea ingenio et doctrina, atque interpretandis sacris litteris q) valuisse. Ipse vero, scholasticus siue caussidicum agens CPoli, r) molestias fori dispunxit commentando aliquid ac componendo, et non diu, vt videtur, post Socratem s) scripsit, ac Theodosio Iuniori, imp. dedicauit *libros IX. historiae ecclesiasticae* ab a. C. 323. ad 439. t) siue a tertio consulatu Crispi et Constantini, Caesarum, vsque ad consulatum XVII. iam dicti Theodosii. Haec quum ipse Sozomenus perspicue u) testetur: certum est, libros plures ab eo scriptos non esse, quam hodie exstant, neque postremum librum vlterius ab auctore productum, quam nos hodie habemus. Nam inuentio reliquiarum Zachariae, prophetae, quae capite vltimo libri IX. narratur, contigit consulatu Theodosii Iunioris decimo septimo, v) vt Marcellinus in chronico testatum reliquit. Quod porro Gregorius M. lib. VI. epist. 31. *In historia*, inquit, *Sozomeni, de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanae ecclesiae episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur, et Theodorum Mopsuestiae nimium laudat, atque vsque ad diem obitus sui magnum Doctorem ecclesiae fuisse perhibet*: non dubium est, Theodoritum w)

 pro

p) Ita nomen huius scriptoris efferunt *Theodorus*, lector, et *Photius* cod. XXX. Ac Salamanis quidem nomen, quo Monachus adpellatur apud *Sozomen.* VI. 32. VIII. 15. potest ei haesisse ab vno e maioribus, quos e Palaestina ortos scribit V. 15. Vide *Valesium* in Sozomeni vita et in notis pag. 98. Alii vocant *Hermiam Sozomenum*, Salaminium; vt codices duo MSS. eodem Valesio teste, et Nicephorus Callistus in πίνακι siue indice capitum: vel *Hermiam Sozomeni*, vt in iure graeco Romano pag. 293 et 295. ὁ Σωζομενοῦ ἑρμείας. quod interpres vertit: *Hermias Sozomeni filius.*

q) Sozomenus lib. V. cap. 15. p. 617. διέπρεπε δὲ ὁ ἐμὸς πάππος ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν ἱερῶν γραφῶν εὐξυνεῖν τι ὢν καὶ οἷος γνῶναι ἃ δεῖ, καὶ κατὰ λόγον μετρίως ἠγμένος, ὡς καὶ ἀριθμητικῆς μὴ ἄναι ἄμοιρος.

r) Idem libr. II. cap. 3. pag. 446. οἷα τε Ἀκυλίνῳ ὑπῆρξεν ἀνδρὶ ἀστεῖ νῦν ὑμῖν συνδιατρίβοντι καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις δίκας ἀγορεύοντι etc.

s) *Valesius* Sozomeni vita, *Caueus* in hist. literaria, *Elias du Pin* tom. IV. bibl. scriptor. eccles. pag. 80. vbi hallucinationes quasdam Sozomeni notat. *Fabr.* Sozomenus noluit propter arcani disciplinam recitare symbolum Nicaenum. v. *Walchii* H. E. nou. Test. p. 1642. *Harl.*

t) Male in *Koenigii* bibl. vsque ad a. 1423.

u) *Sozomenus* in praefat. pag. 397.

v) Confer *Combefisii* bibliothecam concionatoriam tom. I. p. 16. 17. et tom. VII. p. 582.

w) *Melch. Canus* XI. 6. Locor. theolog. pag. 544. *Combefisius* tom. I. bibl. Concionatoriae pag.

pro Sozomeno dicere voluisse, quum in Theodorito ista legantur V. 39. Sic Suidas in Ἀγαπητὸς pro Philostorgio citat Eusebium: in Actione 1. Synodi septimae pro Socrate citatur historia ecclesiastica Rufini, et in iure Graeco Romano pag. 295. pro eodem Socrate Sozomenus. [¶] Quid itaque incredibile, hallucinatam similiter Gregorii memoriam, *cuius auctoritas tamen tanta non est* x), *vt ad ipsius nutum vel Sozomenum vel Theodoritum manibus excutere debeamus. Certe haec de Sozomeno Gregorii M. censura non impediuit, quin in Concilio Florentino sess. II. et hucusque magnus illius historiae vsus inter eruditos fuerit, vt Petrus Gussanuillaeus in notis ad illam Gregorii epistolam obseruat.* Nouatianis persuadere vt Socratem fauisse, multi notarunt; vnde eiusdem cum illo fuisse sectae scribit *Lucius* tom. II. de script. eccles. p. 372.

De historia Tripartita *Epiphanii*, scholastici, qui tamen ex libro Sozomeni vltimo nihil in illam retulit, et de codd., de versionibus latinis *Wolfg. Musculi*, et qui morte praeventus tres postremos libros *Suffrido Petri* transferendos reliquit, *Iohannis Christophorsoni*, atque accuratissima *Henrici Valesii*, [et *Readingii*,] nec non de graecis et graecolatinis Sozomeni editionibus versioneque gallica et anglica, iam dictum est in Socrate, cui semper iungi solet, et cuius vestigiis libenter videtur insistere, licet nusquam nominet, et non raro recedat ab eius sententia, plura etiam ab eo omissa suppleat, et de Monachis atque Eremitis vtpote inter monachos versatus et ab eis institutus y), velut in grati animi documentum haud pauca adtexat Socrati praeterita. Socratem iudicio, Sozomenum stili elegantia, qua Xenophontem referre voluit, praestare viri docti obseruant. Valesius ad graeca emendanda praeter codicem regium, quem expresserat Rob. Stephanus, consuluit etiam meliorem Fuketianum, atque varias lectiones, ex codice Allatiano, Theodori lectoris, qui Socratis, Sozomeni, quem τὸν μακάριον Σωζόμενον vocat, et Theodoriti historiam in compendium misit. [Inter codd. Mendoz. fuerunt Sozomeni H. E. libri IX. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 277. *Harl.*

Scripserat Sozomenus etiam *libros duos de rebus ab adscensu Christi vsque ad Licinii exauctorationem*, vt ipse in praefat. historiae suae pag. 401. testatur, ex Clemente, Hegesippo, Africano et Eusebio maxime compendium illud composuisse se testatus. Sed illud non amplius exstat.

Petrus Lambecius ab eoque persuasus *W. E. Tenzelius* Sozomeno tribuunt etiam *irrisionem Gentilium*, quam sub *Hermiae* nomine habemus. Sed de illa parum vel simili doctorum virorum coniectura, vide, si placet, quae notaui [supra in hoc volumine] cap. 1. pag. [114. sq.]

Fuit

pag. 16. 41. *Valesius* ad veterum testimonia de Sozomeno, *Garnerius* in auctario Theodoriti p. 192. Licet aliud visum *Baronio* ad a. 431. num. 4. et ad martyrolog. Rom. 23 Dec. *Vossio* de hist. graecis, *Miraeo* in bibl. scriptorum eccles. *Raynaudo* in lib. contra Cyriacos siue dominicanos et *Paschasio Quesnello* diss. 2. ad Leonem M. p. 258. Agnoscit etiam Gregorii de Sozomeno censuram Anastasius bibl. in praefat hist. ecclesiasticae.

x) B. *Ittigius* praef. ad selecta capita historiae eccles. saeculi secundi §. VI.

y) *Valesius* in notis pag. 99.

[P] Fuit et alius Sozomenus, praefecti domesticus ad quem Isidori Pelusiotae epistola 300. libri I. Alius item iunior, presbyter Pistoriensis, et Florentiae educatus, qui latino sermone scripsit chronicon ab orbe condito vsque ad a. C. 1292. testatus, se adiutum beneuolentia Vespasiani, librarii, vrbis Florentinae ciuis, quem laudat in fine Voluminis prioris. Vide Mabillonii iter Italicum pag. 174. qui hoc chronicon MS. duobus magnis Voluminibus euoluit in Abbatia Fesulana.

XXXII. THEODORITUS, Cyri, ciuitatis in Syria, episcopus, circa a. C. 458. defunctus, praeter alia scripta, (de quibus alibi z) composuit aa), a. C. 450. ineunte, *libros quinque historiae ecclesiasticae*, in quibus veluti suppleturus omissa a Socrate ac Sozomeno, eam similiter perducit ab haeresi Arii vsque ad principatum Theodosii iunioris. Neque plures libros, nec longius productam Theodoriti historiam legerunt Euagrius, Epiphanius, scholasticus, *Photius* cod. XXXI. Nicephorus etc. quamquam *Gennadius* de script. ecclesiast. cap. 89. libros decem memorat, quos produxerit a fine historiae Eusebii et vicennalibus Constantini M. ad suum vsque tempus, vsque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus sit. Sed siue falsus fuit Gennadius, vt Valesio videtur bb), siue quinque libros posteriores alius, nescio quis, Theodorito subiunxit vel supposuit, quae est sententia *Io. Garnerii* in Auctario, vbi de Theodoriti scriptis, pag. 249. seq. sane ipse sub extremum libri quinti testatur, se in morte Theodori Mopsuesteni a. C. 429. Historiam suam claudere. Equidem, quae Theodorus, lector, et Iohannes Damascenus lib. III. de imaginibus ex Theodorito referunt, iuniora sapiunt tempora et in quinque illis haud leguntur, vt Garnerius etiam de iuniore aliquo Theodorito, historico, cogitauerit, quem suspicatur episcopum Cariae Alindensem, qui interfuit synodo CPol. sub Menna a. C. 536. sed illius scripta, si quae fuere, non potuere Gennadio, Massiliensi, cognita fuisse. cc) Meminit historiae suae ecclesiasticae Theodoritus

 ipse

z) In libro V. cap. 11. sect. VII. (vbi plura de Theodorito sumus dicturi,) pag. 430. sqq. Vol. VII. vet. edit. Ibi *Fabric.* adsentitur Tillemontio, Theodoritum non vltra annum 457. vitam produxisse. *Oudin* de scriptor. eccles. I. vbi a pag. 1051. late persequitur vitam scriptaque Theodoreti, colligit, illum a. 457. vel potius, a. 458. diem obiisse supremum. *Harl.*

aa) Confer *Eliam du Pin* tom. IV. bibl. scriptorum eccles. pag. 94.

bb) v. *Ant. Pagius* ad a. Chr. 427. §. 9. 10. 11. 14. 15. 16. 18. 19. *Heum*, conf. *Oudin.* l. c. pag. 1090. sqq. *Harl.*

cc) Conf. *Nath. Lardner* Credibility of the Gospel history, part. II. Vol. XI. cap. 131. p. 79. sqq. — Fabric. in Addendis haec, quae sequuntur, adiecit; „De *Theodoriti* historia ecclesiastica, quae ab a. Chr. 325. res annorum centum et quinque vsque ad mortem Theodori Mopsuesteni et Theodoti Antiocheni a. C. 429. complectitur, videndus *Antonius Pagi* prolegomenis ad diss. Hypaticam §. 33. sq. et in critica Baroniana ad a. Chr. 427. nr. 6. sqq. qui nr. 16. obseruat, admodum incertum esse, an Theodoritus post Socratem et Sozomenum scripserit, eosque supplere, vt putabat Valesius, et emendare voluerit: potius omnes tres circa idem tempus scripsisse videri, postremis Theodosii iunioris annis, et Socratem ac Sozomenum, quum CPoli degerent, scriptis prodidisse potissimum, quae in ecclesia CPolitana contigerunt, Theodoritum autem, vtroque longe doctiorem et in oriente versantem, errores plurimos, in quos vterque incidit, vitasse, et in rebus orientis fusiorem ac diligentiorem fuisse, licet de Socrate et Sozomeno ne cogitaret quidem.“ Hactenus Fabric. *Harl.*

ipſe libri IV. haereticarum fabularum cap. 1. et 2. Conſilium autem, quo *[illegible]* p. [illegible] putat a Theodorito ſcriptam hiſtoriam et haereticarum fabularum libros, vt ſub veteribus nominibus aduerſarios ſuae aetatis perſtringeret, merito parum veriſimile videtur *Ittig.* [illegible] ad hiſt. eccleſiaſticae ſaeculi ſecundi capita pag. VIII. ſeq. Claudit opus Index epiſcoporum [?] in patriarchalibus ſedibus Romae, Antiochiae, Alexandriae, Hieroſolymorum et CPolis, quem Sirmondus, ſed minus emendatum, edidit, et Io. Heſſels apud Robertum Cocum multo poſterioris ſcriptoris eſſe ſcribit.

Primus Theodoreti hiſt. eccleſiaſticam edidit *graece* dd) ex codice bonae notae *Beatus Rhenanus* ad calcem hiſtoriae Euſebio-Ruſinianae et Tripartitae, adiunctis Victoris V[illegible]ſis libris III. de perſequutione Vandalica et Anonymi excerptis ex Nicephori Call[illegible], incerto interprete. Baſil. apud Hieron. Frobenium 1535. fol. Inde cum Euſebio et aliis lucem vidit graece Pariſ. 1544. fol. typis Rob. Stephani, regiis duobus codd. MSS. vſi.

Latine poſt *Epiphanii*, ſcholaſtici, abbreuiationem ee) vertit *Ioachimus Camerarius*, cuius interpretatio Iuſto Ionae dicata prodiit primum a. 1536. ab eo tempore ſaepius, ff) etiam inter

dd) A *Beato Rhenano* integram Theodoreti H. E. a. 1535. graece editam eſſe ad calcem hiſtoriae eccleſiaſticae Rufini et tripartitae, iure dubitat cel. *Noeſſelt*, et *Erneſti* in cenſura edit. Noeſſeltianae Theodoreti, in nouiſſima Bibl. theolog. tom. I. faſc. VI. p. 595. iudicat, Fabricium (h. l.) vel ab aliis fuiſſe deceptum, vel *graecam* edit. a. 1535. (a Beato Rhenano minime curatam, nec ex codice, quem adhibuit Rhenanus, ſed ex alio bonae notae, et cuius lectionis interdum diuerſae ſint a lectionibus codicis Rhenani, ductam,) a bibliopego adiunctam fuiſſe exemplo hiſtoriae tripartitae, et a Fabricio duas illas editiones pro vna habitas easque vni B. Rhenano adſcriptas. Beatus quidem Rhenanus in edit. *Autores* H. E. etc. Baſil. 1523. et 1528. ex cod. graeco Theodoreti epiſtolas ſynodicas et imperatorum inſeruit graece: id, quod is non ſolum in inſcriptione, ſed etiam in praefat. a. 1523. ſcripta, diſerte declarauit. Nam exemplum ed. 1528. quod in manibus habeo, eſt inſcriptum: *Autores hiſt. eccleſiaſticae. Euſebii Pamphili* Caeſ. libri IX. Ruffino interprete. — — Recogniti ad antiqua exemplaria latina, per *Beat. Rhenanum.* Item ex *Theodorito* —, Sozomeno et Socrate CPolitano libri XII. verſi ab *Epiphanio,* ſcholaſtico, abbreuiati per Caſſiodorum Sen. vnde illis Tripartitae hiſtoriae vocabulum. Emendati et hii multis locis. *Additis paſſim graecis epiſtolis pleriſque ſynodorum ac impp. e tomis Theodoriti, cum et latinae verſioni ex hiis ſuccurratur, tum vt [illegible] monimenta quaedam chriſtianae antiquitatis [illegible]* etc. Atque in epiſtola nuncupatoria, in qua praeterea miſeram Epiphanii verſionem et Caſſiodori operam valde carpit, ſe, ſcribit, accepiſſe ex bibl. Ioannis Raguſini, cardinalis, codicem, nec vero ſufficientem ad textus emendationem, ex eo tamen ſe multa paſſim farciſſe, adiecliſſeque epiſtolas *graecas ſynodales et quasdam imperatorum,* vt doctus lector videre poſſet, quam indigne eſſet hoc opus tractatum. — De [illegible] edd. earumque hiſtoria critice [illegible] cat cel. Noeſſeltius, idemque [illegible] dum vſum fuiſſe iisdem II. [illegible] a Stephano iam collatis: contra [illegible], Sirm. adhibuiſſe exemplar, quod habuit Io. [illegible], atque Chriſtophorſoni ac Scaligeri coniecturas ſaepe recepiſſe in textum. *Harl.*

ee) Eſt in cod. *Veneto* bibl. S. Michaelis, de quo v. *Mittarell.* bibl. codd. [illegible] p. 242. et in cod. Voſſiano. v. cat. bibl. *Lugd.* p. 373. *Harl.*

ff) Camerarii editio ſic eſt inſcripta; *Theodoriti* epiſcopi Cyrenſis rerum eccleſiaſticarum libri quinque in linguam latinam conuerſi a *Ioach. Camerario.* Acceſſit eodem *Camerario* [illegible] catalogus imperatorum aliquot, vt et epiſ[illegible] in praecipuis eccleſiis, nec non haereſeon et catholicorum

inter alia Theodoreti opera, vulgata latine: perinde vt cum aliorum hist. ecclesiasticae scriptorum versionibus *Io. Christophorsoni* interpretatio recusa est, vt supra in Socrate dixi, vbi etiam de editionibus, versionibusque, germanica et gallica, *Historiae Tripartitae*, et de *Henr. Valesii* versione latina scriptorum hist. ecclesiasticae, quae sine graeco textu et notis praela euasit. Paris. 1677. fol.

Graece et Latine cum *Io. Christophorsoni* versione inter scriptores historiae ecclesiasticae vulgata est iterum Geneu. 1612. fol. Inde cum interpretatione noua *Iac. Sirmondi*, siue ex Camerarii potius et Christophorsoni conflata, qui ad eosdem binos codices bibl. regiae, quibus vsus Stephanus fuerat, graeca recensuit, legitur in luculenta editione operum Theodoriti Paris. 1642. fol. Tomo tertio. Denique *Henr. Valesius* graeca castigauit ad varias lectiones codicis Sauiliani, quas Vsserius, atque ad Historiam Tripartitam Theodori, lectoris, cuius διττογραφίας Allatius ad eum misit. Addidit etiam versionem nouam, cum Sirmondianam ferri quibusdam in locis non posse obseruasset, et cum eruditis notis suis Theodoritum ita vulgauit praemissum historiis Euagrii, Philostorgii et Theodori, lectoris. Paris. 1673. fol. recusum Mogunt. 1679. Amst. 1695. fol. *Fabr.* In tom. III. ed. *Reading.* cum notis Valesii et variorum. — vitiose rec. Turini. — In *Theodoreti* Opp. omnibus, gr. et lat. ex recensione *Iac. Sirmondi* denuo editis, recognitis et locupletatis, varietate lectionis adiecta, tom. III. nr. 2. opera D. *I. Aug. Noesselt*, (reliquos quatuor tomos curauit *I. Lud. Schulz.*) Halae Sax. 1771. 8. Praeter fragmentum ad libr. IV. cap. 10. e cod. *Augustano* a Cotelerio eccl. graec. monum. editum, adhibitae sunt edd. omnes et antiquiores et recentiores, de quibus cel. *Noesselt* in praefat. diligenter exponit. Conf. noua acta erudit. m. Nou. a. 1770. p. 511. sqq. vbi 515. sq. censor in paucis aliter sentit, Ernesti bibl. theol. nouiss. loco supra laudato, et nouam bibl. philolog. a Volborthio curatam, Vol. II. (Lips. 1777. 8.) p. 220. sqq. vbi censor p. 227. sq. de Theodoreti H. E. quaedam praeclare monet. — In *Theod.* Opp. graece editis ab *Eugenio*, diacono Bulgar. Halae Sax. 1768—1774. — Add. *Io. Fabric.* in histor. bibl. Fabricianae part. II. p. 406. de edit. Vales. vbi p. 407. sq. quaedam adnotatt. inseruntur: tum incerti cuiusdam auctoris censura quarumdam obseruationum Henr. Valesii in lib. I. H. E. Theodoreti, suppeditante *Ios. de Bimard de la Bastie* in miscell. Obss. Vol. IX. tom. I. pag. 1—49. cuius tamen animaduersiones a cel. Noesseltio in huius edit. examinantur.

Florentiae in cod. Medic. Laurent. XII. nr. 27. plut. 6. est ex *Theodor.* H. E. sermo I. et in cod. XX. nr. 2. plut. 10. sunt eiusdem H. E. libri V. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 12.. et 486. — *Paris.* in bibl. publ. H. E. est in V. codicibus. — In bibl. *Escurial.* teste *Plüero* itiner. per Hisp. p. 191. — Secundum *Montfauc.* bibl. bibliothec. MSS. *Romae* in bibl. Ottobon. *Theodoreti* H. E. versio per Monachum Iustinaeum ab annis 200. — *Londini* in

eorum aliquot, quorum in Theodoriti scripto mentio fit, index: interpretatio denique vocabulorum οὐσία *essentia* et ὑπόστασις *substantia*; et de discrimine inter ista duo, *Basilii Magni* epistola. Basileae, ap. Io. Heruag. 1536. fol. — Postea cum aliis scriptoribus ecclesiasticis ap. Froben. 1544. — apud Sebast. Henric. Petri 1611. cum praefat. D. *Io. Iac. Grynaei* ad D. Barthol. Schachmann. a. 1587. scripta. *Harl.*

in bibl. regia, H. E. graece. — Secundum cat. codd. *Angliae*, in cod. *Barocc.* bibl. Bodlei. nr. CXLII. breuiarium H. E. *Theodoreti* ἀπὸ φωνῆς Nicephori Callistae — in cod. CLXXXV. excerpta ex Theod. historia. — In cod. Bodl. nr. MMCDVIII. et MMCDX. it. MMMXCIV. H. E. libri V. gr. — in tomo II. inter codd. *Norfolcian.* nr. MMMCDLII. H. E. graece. — Inter codd. *Th. Gale*, nr. MMMMMMDCCCXXXVI. (et inter codd. *Coisl.* teste *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 88.) haereseos Massalianae capitula ex historia Theodoreti, lib. IV. cap. 10. — *Anglice* versa est *Theod.* H. E. Lond. 1612. 4. — et cum Socrate ac Sozomeno, a *Sam. Parker*, Lond. 1712. — rec. cum versione Eusebii H. E. ibid. 1729. 4. *Harl.*

Gallice post antiquiorem *Martini Matthaei*, Prioris in Monasterio nouo apud Pictavos interpretationem, vertit *Ludouicus Cousinus*, Valesii fere vestigiis insistens, Paris. 1576. 4. vna cum Euagrio.

[*] XXXIII. EVAGRIUS, Epiphaniensis, [gg]) Syrus, scholasticus [hh]) et ipse, siue, (perinde vt Socrates et Sozomenus,) caussarum in foro patronus [ii]), Antiochiae vixit, atque Gregorio episcopo Antiocheno [kk]), clarus fuit, a Tiberio Constantino, imp. etiam auctus quaestura, et a Mauricio Tiberio codicillos honorariae praefecturae [ll]) consequutus. Scripsit in eadem, vt credibile est, Antiochensi vrbe, et sexagenario propior absoluit [mm]) *Historiae*

gg) *Euagrius* III. 34. τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπῶν Ἐπιφάνειαν, ἣ τὸν Ὀρόντην σύνοικον ἔχει. Hinc apud Nicephorum pro Εὐάγριος ὁ ἐπιφανὴς, Valesius legit ὁ Ἐπιφανεύς. *Fabr.* Conf. *Hamberger* zuverläss. Nachricht. tom. III. p. 439. sq. *Saxii* Onom. III. p. 63. sq. et quos illi duumuiri laudant viros doctos; atque *Henr. Vales.* in praefat. ad scriptor. H. E. de patria, vita, scriptis, stilo fideque Euagrii, quem, in adnotat. ad illius historiam lib. IV. cap. 29. ex ipsius testimonio demonstrauit, natum esse a. Chr. 536. vel 537. idemque *G. I. Vossium* de historicis gr. p. 498. de Euagrio corrigit. *Harl.*

hh) *Photius* cod. XXIX. ἀνεγνώσθη Εὐαγρίου σχολαστικοῦ, ἀπὸ Ἐπάρχων, πόλεως δὲ Ἐπιφανείας τῆς κατὰ τὴν κοίλην Συρίαν, ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις ἕξ.

ii) Antiochiae vixisse ex pluribus Euagrii locis recte Valesius obseruat; quod vero ex primariis Antiochiae ciuibus hunc scriptorem fuisse colligunt viri docti ex eo, quod libr. VI cap 8. refert, totam ciuitatem diem nuptiarum eius feriatum habuisse, eique fausta adprecatam esse, hoc in Valesii quidem versione reperio, sed graeca alium puto habere sensum. Ait nempe Euagrius, nuptias se celebrasse cum virgine sponsa die nouilunii, quo tota ciuitas feriabatur, non certe propter Euagrii nuptias, sed ob sollemne nouilunii tempus. Ἐμοῦ κατὰ τὴν ἕνην καὶ νέαν ἡμέραν τοῦ ὑπερβερεταίου μηνὸς κόρην παρθένον νυμφεύσαντος, καὶ τῆς πόλεως ἑορταζούσης καὶ δημοτελῆ πανήγυριν ἀγούσης περί τε τὴν πομπὴν καὶ παστάδα. Igitur παστὰς non de thalamo nuptiali neque πομπὴ de nuptiali pompa intelligi debet, sed de epulis et pompa, quibus nouilunium celebrare mos erat.

kk) *Euagr.* lib. VI. cap. 7. et vlt. vbi propter relationes, nomine Gregorii, episcopi Antiocheni, scriptas, ab imperatoribus duplici dignitate auctum se testatur.

ll) Idem lib. VI. cap. vlt.

mm) Lib. IV. cap. 29. ait Euagrius, se ista scribere anno aetatis suae 58. Idem libro III. cap. 33. refert, se scribere anno Antiochenorum 641. His si detrahas annos 48. quibus aera Antiochena Christianam praeuertit, habes a. C. 593. Coepit enim aera Antiochena a confirmata illis a Iulio Caesare autonomia mense Octobri anno V. C. 704. Vide *Henr. Noris* de epochis Syro Macedonum pag. 159.

Historiae ecclesiasticae libros sex a temporibus, in quibus Socrates et Theodoritus desierant, siue ab Ephesina synodo, qua damnatus est a. C. 431. Nestorius, ad annum vsque Mauricii, imp. duodecimum nn), qui annus coepit a. C 593. die XIII. Augusti. Citat subinde historias, quibus vsus est, rhetorum, *Prisci*, *Eustathii*, Epiphaniensis, *Zachariae*, *Procopii et Iohannis*, qui in Iustini senioris anno septimo historiam suam [ ] clausit, (vide IV. 5.) nec non *Zosimi*. oo) A fabulosis narrationibus non nimis alienum esse Euagrium, scribit *Casaubonus* Exerc. XIII. 31. ad Baron. pag. 258.

De editionibus et latinis interpretibus, *Musculo*, *Christophorsono* et *Valesio*, [et Reading] gallicoque *Cousino*, videri possunt, quae iam in Theodorito dixi, cuius historiae Euagrius subiungitur. Tantum addam, quod Valesius ad graeca emendanda praeter regium codicem, quem Rob. Stephanus expressit, vsus est variis lect. codicis MS. optimi *Florentini* in bibl. Laurentiana, in quo Socrates etiam continetur: et codice altero, non valde vetusto quidem, sed minime tamen contemnendo Dionysii Telleri, archiepiscopi Rhemensis. *Fabr.* *Florentiae* in bibl. Medic. sunt *Euagrii* H. E. libri VI. in cod. V. nr. 2. plut. 69. cum scholiis, ad marginem positis, et in cod. XXIII. nr. 1. plut. 70. — tria, ex H. E. excerpta, n. cap. 24. libri V. et cap. 36. libri IV. et descriptio templi Sophiae, libr. IV. cap. 31. in cod. V. nr. 8. et 17. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 625. 628. 661. et 662. qui etiam tom. I. p. 52. 291. 99. et 254. notat, Euagrium citari in catena in Iobum, in parabolas Salomonis, in exposition. sacrorum praecept. et in florileg. sentent. nisi is alius censendus sit Euagrius, n. Ponticus. — *Venetiis* in bibl. Marciana, cod. CCCXXXVII. Euagrii H. E. libri sex. (cat. codd. gr. pag. 156) — In bibl. *Leidensi* sunt *Bonauent. Vulcanii* emendatt. msst. in Eusebium, Euagrium, Sozomenum, Theodoretum etc. (cat. bibl. Leid. p. 345. nr. XX.) — In bibl. *Escorial.* duo codd. in quorum altero sunt VI. libri H. E. in altero capita varia: (teste Plüero in itiner. etc. pag. 167.) — Inter *Mendozae* codd. auctore *Iriarto* in cat. codd. gr. Matrit. p. 277. — *Paris.* in biblioth. publ. codd. MCDXLIV. et MCDXLVI. — Secundum catal. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* CXLII. *Euagrii* H. E. — In *Christi. Frid. Roesleri* Biblioth. der Kirchenväter, part. VII. pag 311. — 478. libri VI. *Euagrii* in compendium veluti redacti, germanice versi doctisque illustrati sunt animaduersionibus. *Harl.*

Scripsisse praeterea se Euagrius lib. VI. cap. vlt. testatur *alterum volumen*, ἕτερον τεῦχος, in quo ἀναφοραὶ, ἐπιστολαὶ, ψηφίσματα, λόγοι τε καὶ διαλέξεις: *relationes*, (Gregorii, episcopi Antiocheni, nomine scriptae) *epistolae*, *decreta*, *orationes et disputationes*, aliaque. In hoc opere puto etiam exstitisse *gratulationem*, (eiusdem forsan Gregorii scriptam nomine,) ad Mauricium Tiberium *de nato Theodosio filio.*

Philippus Labbeus in bibl. noua MSS. pag. 92. refert, se vidisse tractatum, Euagrio, scholastico, adscriptum, περὶ διαφόρων λογισμῶν, distributum in capitula quinquaginta. Sed verisi-

nn) Confer Valesium in Euagrii vita, et *Henricum Noris* diss. de quinta synodo, paragr. 3.

oo) Alios historicos complures laudat V. c. vlt. *Characem*, *Theopompum*, *Ephorum*, *Dionysium* Halic. *Polybium* Megapolitanum, *Appianum*, *Diodorum* Sic. *Dionem* Cassium, *Herodianum*, *Nicostratum* Trapezuntium, sophistam, *Dexippum*, *Eusebium*, qui, ab Octauiano, Traiani et Marci rebus exorsus, historiam ad imp Cari obitum produxit, *Arrianum*, *Asinium Quadratum*, *Ioannem* ciuem, ac cognatum suum, et *Agathiam*.

verisimillimum est, alterius esse *Euagrii*, *Pontici*, cui etiam recte vindicat *Combefisius* in bibl. concionatoria, quae in catena ad Lucae X. de eo, qui incidit in latrones, et ad Lucae XIX. de minarum distributione, Euagrio, scholastico, perperam Corderius tribuit. *Ponticus* etiam intelligendus, qui in aliis catenis Euagrius citatur, vt in Iobum, in prouerbia, in catena MS. in Acta, [aliosque libros in codd. Coislin. Venetis Marci, Vindob. etc.] De illius *Euagrii*, *Pontici*, scriptis vide *Casimiri Oudini* supplementum de scriptoribus eccles. pag. 48 seq. et *Caueum* ad a. C. 380. atque adde *Suidam* in μακάριος. pp) Eius μοναχικὸν respicit etiam *Socrates* VII. 17. [¶] Huic Euagrio scripta nonnulla, quae sub S. Nili Ascetae nomine leguntur, tribuenda esse, non diffitetur *Iosephus Maria Suaresius* pag. 613. ad Nili opuscula, a se edita, testatus, in MSS. codicibus scripta amborum ita misceri confundique, vt aegre discerni queant. [add. *Lambec.* comm. V. cod. XXXVII. nr. 6 — 9. et 13.] Idem confirmat *Cotelerius* notis ad tom. III. monumentor. ecclesiae graecae pag. 544. seq. Euagrii scripta ab discipulo eius, *Rufino*, versa latine plerosque in Occidente lectitare, vti graeca eos, qui in Oriente habitant, scripsit Hieronymus ad Ctesiphontem. Plura etiam versa a se testatur *Gennadius* de script. eccles. cap. 11. Idem est *Euagrius*, monachus *Scithensis*, cuius Ascetica et Ethica, gnomas de passionibus animae rationalis, et ad Anatolium de peccatis principalibus et περὶ ὀκτὼ λογισμῶν memorat *Labbeus* loco laudato. Alius fuit *Euagrius*, episcopus *Antiochenus*, a quo vitam Antonii de graeco Athanasii versam, quae etiamnum exstat, (vide supra cap. 1. p. 303. ed. vet.) memorat *Hieronymus* epist. ad Florentium et cap. 125. de scriptoribus eccles. Alius, cuius *altercationem Simonis Iudaei et Theophili Christiani* laudat *Gennadius* cap. 50. et ex eo *Honorius*, Augustod. p. 427. Alius episcopus *CPolitanus* a Valente, imp. actus in exsilium. At apud Marcianum Capellam p. 2. pro Euagrio Citharista legendum *Oeagrius*. *Fabr.* Diuersorum illorum *Euagriorum* scripta, et edita et mssta, per transennam quasi hic iunctim memorare liceat. *Euagrii Monachi* de octo vitiosis cogitationibus, Paris. 1589. in bibl. patr. Vol. V. col. 1329. fol. — Colon. 1618. Vol. IV. p. 925. Paris. 1624. Vol. V. col. 697. — *Euagrii Pontici* Opp. in *Gallandi* bibl. gr. lat. vett. patrum etc. VII. 553. v. etiam tom. IX. p. 250. — De *Euagrio Pontico* plura Fabric. memoriae prodidit infra, libr. V. cap. 24. Vol. IX. p. 364. sqq. — *Euagrii* (*Monachi*) variarum confideratⁱonum siue de sermonis discrimine cap. 54. in cod. *Escorial.* apud *Plüer.* l. c. pag. 1[illegible]. — Vita S. Antonii ab *Euagrio*, (Antiocheno,) scripta, et ab Hieronymo latine versa, in cod. eccl. Wigorniensis, nr. DCCXXIII. in cat. codd. Angliae etc. II. 1. pag. 17. — *Paris.* in bibl. publ. sec. catal. codd. tom. II. *Euagrius*, *Scetensis monachus*, de vita practica et rerum monachalium ratione, in cod. MLVI. — de vestibus monachorum Aegypti et definitiones adfectuum animae ratione praeditae, in cod. MCCXXII. — capita ascetica, in tribus codd. — de octo vitiosis cogitationibus in quatuor codd. — fragm. de Chosroe, Persarum rege, in cod. CMI.. — In bibl. *Coislin.* cod VII. libri IV. Regum, cum commentariis veterum, in his; *Euagrii* Monachi, et in cod. XXV. eiusdem scholia intermixta sunt reliquorum commentariis in acta apost. et epp. cathol. teste *Montfauc.* in cat. codd. illius bibl. p. 44 et 76. — Eodem teste pag. 139. est in cod. LXXXIII. *Palladii* de Magnentio et *Euagrio*;

pp) It. *G. I. Voss.* de histor. gr. libr. II. c. 19. *Heribert. Rosweidum*, prolegg. IV. et V. in vitas patrum et *Lambec.* comm. V. ind. p. 695. *Harl.*

grio; vtriusque vita exſtat quoque in bibliotheca patrum graeco-latina tom. II. — Idem pag. 265. ſq. e cod. CCV. euulgauit *definitiones fidei orthodoxae*, in quibus *Euagrius haereticus* damnatur, et ſynodus CPolitana, ſub Iuſtiniano contra Origenem, *Euagrium* et Didymum habita, firmatur. — — *Taurini* in cod. CLXIX. biblioth. regiae, (v. cat. codd. gr. pag. 256.) reperiuntur 1) Ἐυαγρίȣ *de diuerſis cogitationibus gulae, avaritiae et inanis gloriae*, quod opuſc. *Franciſc. Suarezius* ſub S. *Nili* nomine cum ceteris eius opp. pag. 512. ſqq. edidit; at tamen p. 613. adnotauit, idem a nonnullis adſcribi Euagrio: in cod. autem numerantur LIV. capita; in Suarezii vero ed. XXVII. 2) *Euagrii capitula aſcetica*, inuenta in vetuſtis libr. ex India delata, 3) eiusd. *Chriſtianismus practicus*: capitula centum; idem forte liber, quem Coteler. tom. III. monument. gr. edidit ſub titulo practici monachi. — *Vindobonae* in bibl. Caeſarea ſunt ſecundum *Neſſelium* in cat. codd. part. I. p. 244. in cod. CLXVII. nr. 10. *Euagrii*, *Pontici*, apophthegmata veterum patrum, (editus eſt liber Euagr. C. ſententiarum gr. et lat. a *Cotelerio* eccl. gr. monum. tom. III. p. 68. — 102. v. *Kollar.* ad Lamb. comm. tom. V. p. 91.) — et pag. 378. cod. CCLXXIV. nr. 13. excerpta aſcetica e ſcriptis Dionyſii Areopagitae, S. Ephraim Syri, *Euagrii*, monachi, et aliorum. — In parte V. pag. 12. cod. III. nr. 38. legitur hiſtoria ſuppoſititia vitae et martyrii S. Pancratii, diſcipuli S. Petri, apoſtoli, conſcripta ſub nomine *Euagrii* tamquam ipſius S. Pancratii, diſcipuli et comitis, qui ibi paſſim de ſe ipſo loquens introducitur. Plura eo de libro eiusque fide et ipſo Euagrio diſputauit atque excerpſit *Lambec.* in comm. libr. VIII. pag. 199. ſqq. — — *Lambecius* in comm. de bibl. caeſar. tom. III. p. 34. vbi in cod. III. fragmenta ſunt duo *de decem nominibus dei*, quae vſurpantur in S. S. contextu hebraico, pro Athanaſianis iisque ineditis habet; ſed Kollarius in nota A. docet, fragmenti illius, quod incipit δέκα ὀνόμασι παρ' Ἑβραίοις ὀνομάζεται ὁ Θεὸς, auctorem eſſe *Euagrium*, legique apud *Cotelerium* eccles. graecae monimentorum tom. III. p. 116. et coniicit, bina illa fragmenta aut ex pleniore, quam quae nunc legitur, aut ex interpolata Athanaſii ſynopſi eſſe decerpta. v. ſupra in cap. de Athanaſio, de tomo III. Opp. nr. 56. — *Euagr. Ponticus* citatur in Io. Patriarchae Antiocheni eclogis aſceticis in cod. Vindob. CCXLI. nr. 1. v. *Lambec.* V. pag. 222. ibique notam Kollarii. — et tom. VIII. pag. 638. in cod. XXVII. *Euagrius*, *monachus*, inter eos, qui vitam Io. Chryſoſtomi expoſuerunt, numeratur. *Harl.*

XXXIV. THEODORUS, ἱςοριογράφος Κωνςαντινȣπόλεως, laudatur a *Ioanne Damaſceno* lib. III. de imagg. pag. 386. editionis inſignis Lequinianae, qui p. 380. praeterea ἀναγνώςην ſiue *lectorem* CPoli fuiſſe refert, quod firmant etiam *Nicephorus* lib. I. c. 1. Hiſt. auctor παρασάσεων χρονικῶν in Combefiſii originibus CPol. pag. 19. cui vocatur Θεόδωρος χρονογράφος ἀναῤῥωσθεὶς ἀναγνώσμασιν et Suidas, qui Theodorum vocat τὸν ἀπὸ ἀναγνωςῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνςαντινȣπόλεως. Hic Iuſtino et Iuſtiniano, vt videtur, imperantibus clarus [poſt a. 525.] *duobus libris* ſcripſit *compendium hiſtoriae eccleſiaſticae* Tripartitae ex libris *Socratis*, *Sozomeni ac Theodoriti*, quod exſtat a vigeſimo anno Conſtantini M. vsque ad obitum Conſtantii. Nam quamuis lucem hactenus non viderit: graece tamen MS. fuit apud Allatium, qui edere voluit, cuius codicis variis lectionibus Sam. Tennulii, profeſſoris Nouiomagenſis, manu deſcriptis, feliciter vſus eſt Valeſius ad eluendas ex triumuirorum illorum hiſtoriis mendas, qui etiam prooemium graece ac latine publicauit poſt praefat. ad

Theodor. Nescio, an Allatii ille liber descriptus fuerit e codice *Veneto* S. Marci, cuius mentionem faciunt Possevinus et in catalogo MSS. Venetorum [?] Tomasinus. Certe videtur extrema parte mancus fuisse, quia historiae telam non vsque ad extrema iunioris Theodosii persequitur. Titulus epitomes H. E. *Theodori Lectoris* in MS. Veneto hic est: Θεοδώρου ἀναγνώστου ἐκλογὴ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν. Incipit: Καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν χρήσιμον καὶ λαμπρὸν φανεῖται. Finis: Καὶ τὸ μὲν ὧδε γέγονεν, ὃ οἱ προφῆται. Καίπερ πρὸ πλείστων γενεῶν ὑπὸ γῆν κείμενος σῶος ἀνεφάνη, ἐν χρῷ κειραμένος, εὔθυρις, γενειάδα μετρίως καθειμένην ἔχων, τὴν δὲ κεφαλὴν — — — καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀλίγῳ ἐν βάθει τοῖς ὀφρύσι καλυπτομένους. *Fabr.* Est in cod. CCCXLIV. *Veneto* Marc. atque confector catal. codd. gr. pag. 157. duobus, ait, libris comprehenditur, et initio aliqua deficiunt. Liber I. incipit sub initium historiae Sozomeni; secundus desinit sub initium libri V. praedictae historiae, et exinde sequuntur eiusdem Sozomeni libri V. postremi. conf. *Anselmi Bandurii* comment. in antiquitt. CPolit. libri V. p. 784. ed. Paris. s. p. 564. ed. Venet. tom. II. Imperii orient. — In cod. *Barocc.* bibl. Bodl. sunt nr. CXLII. e Sozomeno excerpta: his adiunxit *Theodorus* ea, in quibus Theodoretus et Socrates ab eo discedunt. — De hoc *Theodoro* conf. quoque *G. Caueum* H. L. SS. E. tom. I. pag. 504. *El. Du Pin* nouv. bibl. etc. tom. V. p. 39. *G. I. Voss.* de hist. gr. libr. II. c. 22. p. 140. *Ceiller* hist. gen. des AA. E. tom. XVI. p. 187. *Io. Fabr.* hist. bibl. part. II. p. 409. sq. *Hamberg.* l. c. III. p. 526. sq. *Saxii* Onom. II. p. 27. *Harl.*

Praeterea composuit et ipse suo marte *historiam ecclesiasticam*, *libris* itidem *duobus*, ab extremis temporibus Theodosii iunioris, in quibus desinunt Socrates, Sozomenus et Theodoritus, ad Iustinum imp. seniorem vsque. Hi libri duo ipsi quidem iam diu est, quod interciderunt. Exstant tamen ex illis ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου qq) excerpta, *Nicephoro Callisto* dictante seruata. Graeca prodiere cum Eusebii et aliorum historia ecclesiastica, ex codice regio, (quo solo etiam Valesius vsus,) Paris. 1544. fol. *Latine* vertit *Wolfg. Musculus*, cuius interpretatio, vt bibliothecas patrum et alias latinas historicorum ecclesiasticorum editiones, supra in Eusebio recensitas, mittam, exstat etiam in graecolatina Geneuensi 1612. fol. Cum versione et praeclaris notis *Henr. Valesii*, qui fragmenta etiam Theodori alia ex Suida, Theophane, Damasceno et Synodo septima subiunxit, ad calcem Theodoriti, Euagrii ac Philostorgii, [et cura *Readingii* in tomo III. cum notis Valesii ac variorum;] de quorum editionibus iam dixi. Addendum et historiae ecclesiasticae ἀποσπασμάτιον de expositionibus fidei, quod e bibl. Vaticana produxit et cum versione sua edidit *Iosephus Maria Suaresius* ad S. Nili opuscula pag. 614. Tum quae e Theodoro Lectore adferuntur in Originibus CPolitanis, a Combefisio illustratis. Vbi vero *Damascenus* III de imaginibus pag. 375. laudat τόμον siue librum Theodori historiae eccles. quartum, secundus horum venit intelligendus, quia priores, quos memoraui, duos compendii ex Socrate, So-

zomeno

qq) Valesius putat, ne Nicephorum quidem, plura alioqui inde in historias suas deriuaturum, integris Theodori libris, sed excerptis istis solummodo vsum esse, eaque eundem dictasse, atque ideo dici ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου, vti Leontii liber de sectis a Theodoro Abbate dictatus auditori suo, inscribitur ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ Θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ. [v. ad §. seq. de codd. Niceph. H. E.]

zomeno ac Theodorito fimul computauit, perinde vt Suidas, qui a Conftantini temporibus ad Iuftinianum pertexuiffe hiftoriam Theodorum fcribit. Ita in actione I. Synodo VII. T. III. edit. Binianae p. 494. vbi laudatur liber quintus, Valefius ad Theodorum pag. 580. monet πρώτȣ pro πέμπτȣ effe legendum. Alius locus producitur in eadem Synodo feptima, fiue Nicaena fecunda, Actione V. pag. 609. feq. *Fabr.* In cod. MDCCLXXXVIII. bibl. publ. *Parif.* exftat *Theodori lectoris* hiftoria operum publicorum, quae tum CPoli vifebantur. *Harl.*

[¶] XXXV. NICEPHORUS CALLISTUS XANTHOPULUS, Callifides fiue *Callifti Xanthopuli* F. Hiftoriam fuam obtulit Andronico Palaeologo, imperatori, iam feni rr), qui a. C. 1327. feptuagenario maior obiit: ipfeque teftatur, eam fe in iuuentute fcribere adgreffum, abfoluiffe, quum annum aetatis 36. nondum emenfus ss) effet, adiutumque bibliotheca S. Sophiae CPoli tt), in qua florem aetatis transegit. Michaëlis Palaeologi, imperatoris et Andronici, nepotis, meminit in catalogo imperatorum CPol. uu).

Λαμπρὸς Μιχαὴλ, Παλαιολόγος τρίτος
Ὄντως βασιλεὺς καὶ λόγοις καὶ πρακτέοις.
Ἀνδρόνικος παῖς, συνδρομὴ τῶν χαρίτων.

Quin ad imp. Ioannis Cantacuzeni tempora perueniffe atque adeo circa medium faeculi XIV. adhuc vixiffe, ex catalogo patriarcharum cognofcas vv). Exftant *hiftoriae ecclefiafticae libri XVIII.* (neque plures tunc libros fcripfiffe fe pag. 38. b. Nicephorus ipfe auctor eft), a nato CHRISTO ad interitum vsque Phocae, h. e. ad a. C. 610. ex Eufebio, Sozomeno, Socrate, Theodorito, Philoftorgio, Theodoro, lectore, Bafilio Cilice, Euagrio, (quos pag. 25. nominatim laudat,) aliisque contexti. Igitur quae poft argumenta librorum XVIII. fequuntur graece pag. 42. argumenta libri XIX. et fequentium vsque ad XXIII. et mortem Leonis philofophi fiue a. C. 911. ab alio auctore, an Nicephoro ipfo, additam nec amplius exftantem hiftoriae continuationem refpiciunt, et ab interprete latino, Io. Lango, funt reiecta ad calcem operis. Quemadmodum porro ob ftili elegantiam *Thucydides ecclefiafticus* hic Nicephorus audit [¶] Schurzfleifchio, ita a Iohanne Gerhardo ob fabulas ww), quas mifcet, Theolo-

rr) *Nicephorus* in dedicatione hift. ecclef. ad hunc Andronicum pag. 20. καὶ σε οἴομαι διὰ ταῦτα καὶ ἐς μήκιστόν σοι βιώσιμον προσγενέσθαι. itaque pag. 7. ἄνθος ὥρας non reddendum *aetatis flos et vigor*, fed *flos venuftatis*. Vti p. 24. d. ὁ Ἀρίστωνος male redditur *Ariftonus*, quum vertendum fit *Ariftonis F.* nempe Plato.

ss) Lib. I. cap. 1. pag. 43.

tt) Lib. I. cap. 1. pag. 37.

uu) Apud *Philippum Labbeum* in Protreptico hift. Byz. p. 31. nam qui ibi de iunioribus imperatoribus fequuntur verfus, ab alio fuerant additi, itaque neque in altero codice Regio, neque in illo, quo vfus Io. Langus, leguntur.

vv) Secundum *Saxium* in Onomaft. II. p. 350. floruit circ. a. Chr. 1320. et denatus eft poft a. 1341. *Oudino* de fcriptor. et fcript. ecclefiaft. tom. III. (vbi a p. 710. multus eft de operibus Nicephori Callifti,) hic claruiffe videtur circa a. 1310. Et *Saxius* et *Oudinus* atque *Hamberg.* zuverläff. Nachr. IV. pag. 543. alios praeter ea laudant, qui de Nicephoro fcripferunt. *Harl.*

ww) Confer *Cafaubonum* Exerc. I. in Baron. fect. 17. *Camerar.* ad Ioh. XI. 1. *Bezam* ad

Theologorum Plinium adpellari video pag. 238. Methodi ſtudii theolog. Illius tamen pannis purpuram quandoque intextam ex bonis, qui periere ſcriptoribus, recte monet *Labbeus* tom. II. de S. E. pag. 102.

Prodiere libri illi XVIII. quorum primae litterae nomen Νικηφόρȣ Καλλίςȣ referunt, ex *Io. Langi*, Erphurdienſis, verſione *latine*. Baſil. 1553. fol. et ex altera eius recognitione ibid. 1561. [alii, 1560.] fol. cum eius ſcholiis, tum Antwerp. 1560. Pariſ. 1562. 1573. Francof. 1588. fol. Pariſ. 1566. 8. duobus voll. Sed et *gallice*, interprete *Io. Gilloto*, Pariſ. 1567. fol. Denique *graece et latine* Pariſ. 1630. fol. 2. Vol. cum Langi verſione, per *Frontonem Ducaeum*, vt habet titulus, recognita, ſed Combefiſius in bibl. concionatoria, *Langi*, inquit, *recognoſcenda verſione et caſtigandis notulis*, *quae paſſim adſperſae ſunt*, *maiorem Ducaei d[illegible]ntiam vellem*, *ni forte typographi in eum liberaliores fuere*, *eiusque praefixo nomine voluerunt libri pretium augere.* Graece a Ducaeo deſcripta ſunt e codice, quo olim vſus Langus, et qui vnicus creditur hodie ſuperare, quique ex Matthiae Coruini bibl. Budenſi direptus olim a Turcis, at CPoli redemtus ab homine Chriſtiano deuenit in bibl. Caeſaream **) Vindobonenſem, vbi hodieque adſeruatur. Dicata editio graecolatina Cardinali Richelio eſt, quum imperatori, (vt verſionem ſuam Langus,) oblaturum ſe illam Ducaeus promiſiſſet, ex cuius bibliotheca codicem graecum acceperat. Vide *Lambecium* lib. I. pag. 158. *Fabr.* Pag 131. ſq. ed. Kollar. qui in nota *A* ſcribit, Lambecium copioſius hiſtoriam illius codicis et ἀποδημίαν enarraſſe in additamento ad libr. I. quarto, prolatis teſtibus atque epiſtolis; ſe vero (Kollarium) ea omnia a commentariis reſciſſa in Analectis ſuis edidiſſe tom. I. pag. 1062. et 1102. — Exſtat in cod. VII. et de eo *Lambecius* multus eſt in tomo VIII. pag. 114. ſqq. — *Nicephori Call.* H. E. gr. in cod. *Bodlei.* nr. MMMXL. cat. codd. Angl. ibid. pag. 269. nr. 8. inter aduerſar. Langbaeni, notae de excerptis ex hiſtoriis eccleſ. per *Niceph. Call.* — Excerpta ex Euſebii H. E. ἀπὸ φωνῆς *Nicephori Calliſti* in cod. Barocc. CXLII. bibl. Bodlei. — in eod. cod. breuiarium H. E. Theodoriti ἀπὸ φωνῆς *Nicephori Call.* et huius *Nic.* Excerpta ex H. E. Theodori: et poſteriora etiam in cod. *Pariſ.* MCDXL. bibl. publ. v. ad §. XXXIV. not. vlt. De editione *Frontonis Ducaei* et cod. Vindobon. v. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. X. p. 318. ſqq. *Harl.*

Alia Nicephori huius ſcripta ſunt:

Σύνταγμα de templo et miraculis S. Mariae ad fontem vno a CPoli ſtadio, quod lib. XV. cap. 26. Nicephorus ſe ſcripſiſſe teſtatur, adhuc exſtat MStum in bibliothecis, Caeſarea et Vaticana. De Caeſareo codice *Iac. Gretſerus* ad Codinum pag. 282: *Extat Viennae in Caeſarea bibl. fortaſſis vnicum totius Europae exemplar, cui niſi cito ſuccurratur, (vidi enim et percucurri allatum Monachium et huc Ingolſtadium,) penitus a blattis tineisque corrodetur. Et iam nunc aliquot locis ab aquis peſſime acceptum eſt, ita vt multa legi nequeant, praeſertim ſub finem.*

Act. I. 13. et *Blondelli* pſeudo - Iſidorum p. 37. *Poſſeuinum* in adparatu [tom. II. p. 139. *Oudin.* p. 713. ſq. vbi 13. errores hiſtorici, a Nicephoro commiſſi, referuntur et refutantur. *Harl.*

xx) Confer *Lambecium* de bibl. Vindob. lib. I. pag. 108. ſeq. 152. ſeqq. et lib. VIII. pag. 55. [p. 117. ſqq. 129. ſq. 237. ſq. 347. ſqq vbi quaedam loca emendantur, p. 372. vbi corrigitur Nicephorus, pariter p. 382. ſq. p. 390. *Harl.*]

fontem. Vide et *Nesselium* parte V. p. 153. 154. *yy*). *Vaticani* codicis meminit *Lambecius* ad Codinum pag 199. et *Allatius* de Simeonum [P] scriptis pag. 88. De templo illo et fonte, miraculis celebri, videndus Cangius in CPoli Christiana lib. IV. pag. 183. seq. Exstat et in eodem bibl. Caesareae codice Nicephori *Acoluthia* siue *officium festi dedicationis templi huius, et canon* siue *hymnus* cum antiquis notis musicis: [v. paullo ante adnotata.]

Catalogus imperatorum CPolitanorum, versibus iambicis, graece e codice duplici regio, in *Labbei* protreptico hist. Byz. pag. 34. In codice, quem Io. Langus euoluit, et qualis graece editus Basileae 1536. 8. ad calcem Epigrammatum sacrorum Theodori Prodromi, quemadmodum et in altero regio, desinit catalogus hic in Andronico iuniore. Ceteros ad Constantinum Palaeologum vsque, recentior, vt fit, manus addidit. *Fabr.* *Florentiae* in bibl. Medic. cod. XVI. nr. 20. plut. 87. carmen iambicum de imperatoribus orientis a Constantino I. ad Constantinum XV. nomine quidem auctoris non addito, sed Langii auctoritate motus Nicephoro tribuit *Bandin.* cat. codd. gr. III. pag. 400. — In cod. *Veneto* Marc. DLXXV. scripto a. 1426. est *Niceph. Xantopuli* catalog. imp. CPolis, (cat. codd. gr. p. 304.) in cod. *Barocciano* bibl. Bodlei. nr. LIX. *Nic. Call.* chronologia imperator. a Constantino M. ad Andronicum III. versibus. — *Paris.* in bibl. publ. in cod. DXXXII. nr. 34. *Nic. Call.* catalog. imperatorum et patriarcharum CPolitanorum. — in cod. MDCXXX. nr. 1. catal. patriarcharum CPolit. desinens in Athanasio a. C. 1302. — nr. 11. cat. imperatorum CPolitanorum, versibus iambicis; idem prorsus cum illo, qui inter Opp. Theodori Prodromi editus est. — in cod. MDCCXC. nr. 2. *Nic.* catal. officiorum aulae CPolitanae, versibus politicis. Carm.

yy) Multo copiosius recenset codicem Caesareum VIII. *Lambec.* in comment. tom. VIII. p. 119. sqq. In illo cod. seruantur 1) *Nicephori Callisti Acoluthia*, siue officium festi dedicationis templi B. virginis deiparae, cognomine *Fontis* s. *ad Fontem.* Exstat ibidem *Nicephori Canon:* insertum est eiusdem *Synaxarium*, s. narratio succincta de origine, incremento et miraculis istius templi, quam narrationem integram *Lambecius* graece ex illo cod. exhibuit, et pag. 123. adnotat, id *Synaxarium* non exstare inter ea eiusdem Nicephori synaxaria, quae libro ecclesiastico Graecorum, *Triodio* dicto, sunt inserta, neque in *Triodio* siue Synaxariis in praecipua Triodii festa, quibus vniuscuiusque dies festi indicatur origo, in cod. Vindob. CCCXXII. (de quo vide Lambecii comment. tom. V. p. 596.) insuper esse diuersum ab illa de eodem templo narratione, quam Nicephorus H. E. libr. XV c. 25. et 26. intexuit: videtur tamen Lambecio editum esse in *Pentecostario Graecorum*, Venet. ap. Iac. Leoncinum 1579. 4. quod colligit is ex loco a Leone Allatio in II. diss. de libris ecclesiast. Graecor. p. 230. producto: et alia docte obseruat. — 2) *Nicephori* liber *de origine, structura et miraculis* memorati *templi B. virginis deiparae ad fontem*, de quo multus est Lambec. (qui scripsit, se apographum *syntagmatis* de templo et miraculis S. Mariae etc. communicasse, vt ederetur, cum Reinoldo Dehnio, S. I.) atque Kollar. in nota *A*. p. 131. contra Gretserum monet, codicem adhuc esse saluum atque incolumem, editione autem illius, quum, quae CPolitanae historiae lucem aliquam adfunderent, ea partim ipse Callistus historiae suae eccles. inseruisset, partim ex Procopii Caesariens. de imp. Iustiniani aedificiis opere, vnde Callistus hausit, potuerint cognosci, propter reliqua ignota et fabulosa LXIV. miracula, posse rempublicam litter. facile carere. De *fonte* illo ipso et aede ad fontem v. praeter Lambecium l. c. anonymum in antiquitatt. CPolitanis libr. III. sect. 159. part. III. Vol. I. imperii orientalis, a Bandurio editi p. 56. ed. Paris. siue p. 49. sq. ed. Venet. et *Bandurii* notas ad h. l. in Vol. II. pag. 534. ed. Venet. s. p. 159. ed. Paris. — v. Elogia Sctorum etc. in Vol. IX. B. Gr. p. 118. — In bibl. publ. *Paris. synaxaria* sunt in codd. tribus, de quibus postea. *Harl.*

Carm. de imperat. exhibetur in tomo I. historiae Byzantinae; pag. 17. Venet. 1729. — *Niceph. Xantopuli excidium Hierosolymitanum* versibus iambicis CLVIII. cum latina iambica *Fed. Morelli* metaphrasi, in *Morelli* expositione thematum Dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt. Paris. 1620. 8. v. infra lib. V. cap. 16. pag. 717. vol. VII. vet. edit. *Harl.*

Catalogus patriarcharum CPolitanorum, versibus iambicis graece in eodem *Labbei* protreptico pag. 35. seq. et ad calcem epigrammatum Theodori Prodromi. Definit in 141. Callisto, quem patriarcham constituit Io. Cantacuzenus, vt ipse imperator narrat IV. 17. hist. Sequitur apud Labbeum alius catalogus, nescio quo auctore, non scriptus versu, sed sola nomina 149. Patriarcharum referens, ad Iosephum vsque, qui Florentiae in Concilio generali obiit non diu ante vrbem captam a Turcis [zz]). At *seriem patriarcharum CPol. oratione soluta fusius conscriptam*, (quam e membranis bibl. regiae pariter vulgasse se scribit *Labbeus* tom. II. de S. E. et pagina etiam 34. protreptici historiae Byz. laudata, confirmatque *H. Warthonus* adpendice ad hist. literariam Cauei,) nusquam reperio. Series patriarcharum CPolitanorum, sub Nicephori CPolitani nomine saepius edita, definit in patriarcha 82. Ignatio Evnucho, vt in Nicephori eius scriptis dixi.

Ad calcem epigrammatum Theodori Prodromi, graece excusorum Basil. 1536. 8. [a]) praeter iam dictos catalogos binos imperatorum patriarcharum CPol. occurrunt [b]) eiusdem Nice-

zz) Carmen iambicum de patriarchis CPolit. in cod. *Medic.* Florent. XVI. nr. 21. plut. 87. v. *Bandin.* l. c. pag. 400. — *Nic. Call.* chronologia patriarcharum CPol. CXIV. quorum postremus est Athanasius, in cod. *Barocc.* LIX. bibl. Bodlei. et in cod. CXLII. nr. 23. catalog. episcoporum CPolitanorum 288. sed catalogus iste, (vt ait auctor codd. Angliae I. p. 18.) prout exstat apud Scaligerum in Eusebio suo, definit in Photio. Verum hic codex exhibet post Photium circiter XLII. episcopos vsque ad tempora Ioannis Ducae, qui imperare coepit a. C. 1221. — In eodem catal. pag. 270. nr. 11, 3. inter *Langbaenii* aduersaria refertur *Nic. Call.* notitia patriarcharum CP. a S. Andrea ad Methodium, pag. 11. Additur in pagina aduersa ex duobus aliis MSS. quidquid varii deprehenderet Langbaenius siue lectionum siue rerum: et p. 271. nr. 20. 2. inter eiusd. Langb. aduersaria est fragmentum quoddam Nic. Callisti. — De codd. *Paris.* v. superius adnotata — *Nic. Call.* nouam enarrationem, *oratione soluta* fusius conscriptam de episcopis Byzantii et de patriarchis CPolitanis, *Bandurius* in Imperio orientali, tom. I. pag. 164. sqq. ed. Venetae, s. p. 191 sq. ed. Paris. graece cum versione sua lat. edidit e cod. bibl. regiae nr. MMMDII. Definit hic catal. in Ioanne Monacho et presbytero, a. C. 1252. aliosque addidit catalog. patriarcharum CPolitan. conf. *Bandur.* praefat. pag. XVI. ad tom. I. et comment. doctum longumque, pag. 613. sqq. ed. Venet. vbi pag. 614. codicem ipsum et contenta vberius exposuit. — Noster Fabricius *libris tribus de vita et morte Mosis a* [illegible], gr. et lat. cum *Gilb. Gaulmini Molinensis* obseruatt. Hamburgi 1714. 8, adiecit tertio loco pag. 554. sqq. secund. ed. Basil. mem. ex cod. msto graeco *Nicephori Callisti CPolitani Menologium breue ecclesiasticum.* cf. Histor. critic. reipubl. litterariae, tom. VII. art. XI. de libris nouis pag. 418. et *Oudin.* l. c. pag. 711. *Harl.*

a) Per Bebelium. v. *Maittaire* A. T. II. p. 855. vbi citantur *Niceph. Callisti* opus et epigrammata cum epist. [illegible]. Illam edit. vberius recenset *Oudin.* l. c. *Harl.*

b) Nota in his esse omnia illa, quae velut sibi haud visa Nicephori scripta ex Guil. Eisengreinii catalogo scriptorum ecclesiasticorum memorat *Possevinus* in adparatu, et Vossius de hist. graecis pag. 308. Nota etiam, Nicephorum Xantopulum male a Callisto distingui in indice ad Meursii

Nicephori [?] Callisti Xanthopuli *versibus iambicis* descripta πάσης τῆς θείας γραφῆς σύνοψις [c]).

Τὰ μετὰ τὰ Μακκαβαϊκὰ μέχρι Χριστοῦ καὶ αὐτῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλήμ.
Ἅλωσις Ἱερουσαλὴμ ὡς ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ.
Ἀσσυρίων, Περσῶν, Αἰγύπτου, Σύρων, Μήδων, Ἑλλήνων ἄνακτες.
Ἀθηναίων καὶ Κρητῶν ἄρχοντες.
Ῥώμης βασιλεῖς.
Ἑβδομήκοντα τοῦ Χριστοῦ μυστηπόλοι.
Εὐαγγελισταὶ καὶ Διάκονοι.
Αἱ μυρροφόροι καὶ μαθήτριαι Λόγου.

Οἱ *καλλύναντες ἐν λόγοις Ἐκκλησίαν* siue *catalogus SS. patrum ecclesiae* [d]), quem adscribere integrum, quia breuis est, non grauabor:

Οἱ καλλύναντες ἐν λόγοις Ἐκκλησίαν,
Μέγας Διονύσιος Ἀρείου πάγου,
Μέγας Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας,
Τὸ πνευματικὸν τοῦ Βασιλείου στόμα,
Ὁ Γρήγορος νοῦς τῶν βροτῶν ἡ τερπνότης,
Γλῶττα μέλι ῥέουσα τοῦ Χρυσοστόμου,
Ἡ δαψιλήστε τοῦ Νυσσοῦς πανδαισία,
Ὁ βαθύνους Κύριλλος, Αἰγύπτου κλέος,
Καὶ λεπτὸς εἰς ἅπαντα Μαξίμου λόγος,
Ὁ τῆς Κλίμακος ἡ μετάρσιος βάσις,
Νεῖλος προφανὰς καὶ τὸ τοῦ Νείλου στόμα,
Ὁ Σύρος Ἐφραὶμ ἡ κατάνυξις λίγων,
Πανηγυριστῶν πατερικῶν βιβλία,
Καὶ Μεταφραστὴς ἡ γλυκύρροος χάρις,
Ἐν οἷς πᾶσι πέφυκεν ὑπερεξέχων
Ὁ χρύσεος ῥοῦς ἡ γλυκύζουσα βρύσις,
Ὡς ἄφθονον μάννα τε πάντας ἐκτρέφον,
Καὶ νέκταρ ἀθάνατον ἐκρέον πόσιν.

Οἱ *τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων*, *catalogus breuis Hymnographorum ecclesiae graecae*, quem et ipsum integrum exhibui, in catalogo Melodorum graecorum, ad calcem Allatii de libris ecclesiasticis Graecorum. [conf. infra vol. X. p. 136.]

Συνα-

sii glossarium Graecobarbarum. Nota tertio, in *I. Gotfridi Olearii* bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum, Ien. 1711. 4. tom. II. p. 8. ridicule excusum *Nicephori catalogum meretricum imperatorum CPol* pro *catalogo metrico*.

c) In cod. *Veneto* Marciano CCLXVI. est *Niceph. Call. Synopsis* accurata S. S Νικηφόρου — Γραφῆς πάσης σύνοψις ἠκριβωμένη, versibus iambicis, et continet synopsin librorum Geneseos, Exodi, Leuitici, Numerorum, Deuternomii. *Harl.*

d) Est in cod. CLXXXIII caesareo *Vindob.* in fine: v. *Lambec.* comm. tom. IV. p. 431. *H.*

Συνοπτικὴ σύνοψις ἁγίων χρόνε siue *Menologium sanctorum* breue *versibus* (perinde, vt quae iam memoraui,) *iambicis* [e]).

[?] Τριωδίε σύνοψις ἀκριβεστάτη.

Volumen totum claudit εὐχὴ ἐξομολογήσεως, prosa, non versu.

Manu exarati etiamnum in bibliothecis occurrunt huius Nicephori hymni varii, vt χαιρετισμὸς *in B. Virginem*. Incipit: χαῖρε ἀνωτέρα τῶν νοερῶν. *Fabric.* — Exstat in cod. CCXCIX. nr. 6. de quo plura scripsit *Lambec.* comment tom V. pag. 563. — In cod. CCCXLIII. nr. 11. *Paris.* bibl. publ. sunt *Xanthopuli* versus iambici de duodecim festis dominicis. *Harl.*

Troparia duo, in eandem, ordine alphabeti: vnum incipit, ἄχραντε παρθένε, μῆτερ Θεῦ, πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπολυθείς. Alterum ἄχραντε παρθένε, μῆτερ Θεῦ, ἡ δεδοξασμένη ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν βροτῶν. *Fabric.* — In cod. *Vindobonensi* caesareo CCXCIX. nr. 6. *Troparia duo in virgin. Mariam*, teste *Lambec.* comm. tom. V. pag. 563. *Harl.*

Συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμες τῦ τριωδίε ἑορτὰς, *Synaxaria in praecipua Triodii festa, quibus vnius cuiusque eorum indicatur origo, qualitas et dispositionis ratio.* Combefisio quidem in bibl. Concionatoria iudice *Triodium Graecorum Nicephorus pessime habuit, dum Synaxariis augendo suis, ipsius ac sequioris Graeciae erroribus infarciit.* Pluribus hac de re conqueritur *Leo Allatius*, quem si placet vide diss. de libris ecclesiasticis graecorum pag. 70. 92. seq. 113. — 229. et contra Hottingerum pag. 124. ac de Synodo Photiana p. 326. sq. 547. sq. [f]). Haec Nicephori Synaxaria in linguam graecam vulgarem conuersa a *Matthaeo Cigula*, Cyprio, et *Maximo Margunio*, Cytherorum episcopo, prodierunt Venet apud Antonium Pinellum a. 1607. 1637. 1648. 4. Titulus est: συναξάρια ἤγουν βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττας μεταφρασθέντα παρὰ Μαξίμε ταπεινῦ Ἐπισκόπε Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν.

[*Sermo in laudem Mariae Magdalenae*, ex cod. *Medic.* XXXIII. nr. 18. plut. IX. editus a *Bandin.* in catal. codd. gr. I. pag. 446 — 455. et in monumentis gr. ecclesiae vet. Florent. 1762. 8. vol. III. nr. 5. — Praeter ea in bibl. publ. *Paris.* aliisque reperiuntur.

Commen-

e) Edidit Fabric noster *Menologium.* Vid. paulo ante notata ad catal. patriarcharum CPolitan. — In cod. *Coislin.* CVIIII. fol. 243. in margine *Niceph. Xanthopuli* collectio Sctorum per annum ad singulos menses, versibus iambicis. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 184. *Harl.*

f) In cod Caesareo *Vindob.* CCCXXII. sunt *Niceph.* Synaxaria etc. v. plura in *Lambec.* tom. V. p. 596. sqq. De Synaxario alio vid. *Lambec.* tom. VIII. p. 119. 123. et quae supra ad Nicephori σύνταγμα etc. adtulimus. — *Paris.* in bibl. publ. tres codd. continent *Synaxaria Niceph.* secundum cat. (v. indic.) in cod CDVII. auctor catal. codd. p. 57. ait, esse id opus ineditum et in eo a veterum synaxariis in primis diuersum, quod ibi varios Graecorum recentiorum errores deprehendas. *Harl.*

Commentarii in Psalmos, in cod. *Paris.* CXLIX. et in cod. quodam bibl. *Escurial.*

Oratio de festo orthodoxiae in cod. *Paris.* MCXC. nr. 1. et in cod. cod. nr. 2.

Homilia in natiuitatem Christi. In indice cat. codd. Paris. II. tom. tribuitur Nicephoro Callisto.

Homilia in laudem Ioannis ieiunatoris sec. indic. cat. in cod. *Paris.* DCCLXVII. nr. 20. sed tom. II. catal. pag. 143. sub nomine *Callisti, patriarchae CPolitani*, indicatur.

Xanthopuli epistola ad Orphanotrophum in cod. *Parisino* MMCV. nr. 31.

Rhetorices progymnasmata in cod. *Paris.* MMCMLXXXVIII. nr. 1. aut potius partes quaedam: nam pag. 586. cat. haec est descriptio: *Nicephori Callisti* fabula vna et narratio vna; item chriae, quae omnia sunt quasi quaedam rhetorices progymnasmata: inc. ἀχέπετε παρ' ἑαυτῷ. Sed *Montfaucon* in Palaeographia graeca lib. I. cap. 7. in Notis MSS. graecorum saec. XIV. pag. 70. ad annum 1344. refert, hoc circiter tempore codicem regium MMMCCLXXI. a Stephano quodam descriptum esse, qui *Nicephori Callisti rhetorica et aliquot opuscula* exscripsit. v. *Oudin.* l. c. pag. 718 et supra in vol. VI. p. 134.

Fragmenta plura in cod. *Paris.* CML. n. 14 — 18. n. de Paullo Samosateno, de miraculis ab Euphemia, Glyceria, et b. virgine Maria patratis, atque de variis sanctae crucis nominibus.

Vita S. Andreae apostoli et primi episcopi CPolitani Leidae in cod. Vossiano IV. nr. 5. sed secundum *Montfaucon* in Palaeographia graeca lib. IV. cap. 9. pag. 323. dicitur esse in cod. graeco regio MMCDLVIII. a. Ch. 1286. scripto, vita *S. Andreae iunioris* a Nicephoro Callisto, magnae ecclesiae presbytero.

Homiliae Nicephori Callisti, Chrysostomi et aliorum in cod. *Colbertino* MMMMMCVIII. manu Paphnutii Monachi, Thyepoli d. 20. Iun. a. 1568. exarato, teste *Montfauc.* l. cit. pag. 91.

Scholia s. glossae in oratt. Gregorii Nazianzeni, in codd. *Venetis* Marc. LXXVI. et LXXVII. v. catal. codd. gr. pag. 53. et 54. et *Possevin.* ad calcem adparatus sacri pag. 28.

Νικηφόρου Καλλίστου, ἑρμηνεία τοῦ κοντακίου· τοῦ οἴκου· καὶ τοῦ ἐξαποστειλαρίου· πόθεν οὕτως ἐκλήθησαν· ἠρωτήθη δὲ παρὰ τοῦ ὁσιωτάτου ἱερομονάχου Κυρίλλου τοῦ ἀρχιμανδρίτου· in cod. *Naniano* CCXXVIII. nr. 19. secund. catal. codd. gr. Nan. p. 421. *Harl.*]

Nicephoro quoque Callisto, velut auctori, tribuere non dubitauit *Humfredus Hody* breuem librum, quem e MS. Barocciano edidit graece et latine sub titulo: *Anglicani schismatis redargutio*, in quo libro pluribus exemplis probatur, episcopos iniuste depositos orthodoxi successoris communionem numquam refugisse. Oxon. 1691. 4. σύναξις ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν etc. Idem scriptum editurum se promiserat *Cotelerius* III. monument. eccles. graecae pag. 645. *Ostendi*, inquit, *in opusculo nunc inedito, olim, si DEUS dederit, edendo, de celebri schismate ob Iosephum patriarcharum CPol.* successorem, Arsenii depositi a. C. 1266. et Germani, qui se paulo post abdicauerat. Ceterum non Nicephoro, sed

alii antiquiori fcriptori, qui a. C. [?] 1267. eum compofuit, deberi hunc libellum, recte poftea agnouit ipfe editor Humfredus Hodius. Vide eius letter to a friend, concerning a collection of Canons, Oxford. 1692. 4. pag. 42.

Beatus Rhenanus Bafil. 1535. fol. Rufini hift. ecclefiafticae et hiftoriae tripartitae Epiphanii fcholaftici pag 590 — 615. fubiunxit *hiftoriam ecclefiafticam a Nicephoro graeco Monacho confcriptam et incerto interprete iam olim latine verfam*, quae velut continuatura Tripartitam incipit a temporibus Theodofii iunioris, definitque in morte Anaftafii, quem impium vocat et a quibusdam fulmine diuino percuffum tradi fcribit. Non modo breuius longe fingula perfequitur, quam Nicephorus Calliftus libris XIV. XV. XVI. fed et aliter nonnulla refert, vt alium illum fuiffe Nicephorum fit neceffe, licet Calliftus etiam Monachus fuiffe viris doctis videatur. Vide, quae de his collectaneis *Iacobus Billius* lib. I. Obf. facr. cap. 16.

De excerptis e *Theodori lectoris* libris duobus hiftoriae ecclefiafticae, quae titulus profitetur accepta ἀπὸ φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου, dictum fupra in Theodoro.

XXXXI. *Chronicorum Scriptores graeci deperditi.*

De *Iulii Africani*, et *Hippolyti* chronicis iam dixi fupra cap. 1. [de *Hippolyto* v. Du Frefne praef. ad chronicon pafchale pag. X. fqq.]

Diodori Tarfenfis χρονικὸν διορθούμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων memorat Suidas in Διόδωρος. Laudat etiam Diodorum illo, vt puto, in opere Theodorus lector et Nicephorus Callifti.

Aniani et *Panodori*, Monachorum Aegyptiorum, centum annis Eufebio iuniorum chronographiae, Georgio Syncello laudantur, quibus et ipfi Eufebium non raro caftigarant, aliquando etiam cum ipfi potius, vt Scaliger ad Eufebium docuit, effent reprehendendi.

A Ioanne Malala plures laudantur chronographi, *Arianus, Brunichius, Bottius* feu *Buttius, Clemens, Didymus, Domninus, Euftathius, Eutropius, Eutychianus, Licinius, Magnus* Carrenfis *Neftorianus, Paufanias, Theophilus* et *Timotheus*. Sed facile adparet, ab ipfo chronographos adpellari hiftoricos quoscunque. Nam *Arianus* quidem non alius illi [?] eft a notiffimo fcriptore Flauio Arriano, cuius libros de bellis Traiani aduerfus Parthos refpicit, de quibus dixi lib. IV. cap. 10 [vol. V. pag. 92.] De *Brunichio* nihil habeo hoc loco, quod notem, cuius libri haec fuit infcriptio, tefte Malala tom. I. pag. 239. ἔκθεσις Βρουνιχίου Ῥωμαίου χρονογράφου. Pro *Bottio* fiue *Buttio* legendum *Brutius*, hiftoricus et chronographus, Hieronymo etiam Syncelloque et Pafchalis chronici auctori laudatus. Confer Eufebii chronicon graecum edit. Scaligerianae pag 44. et Scaligeri notas pag 205 *Clemens* intelligitur hiftoricus et chronographus, a Clemente Romano non minus, quam Alexandrino, diuerfus, de quo *Suidas**) Κλήμης

g) Et ex illo *Eudocia* p. 267. vbi legitur καὶ αὐτοκρατορίας. *Harl.*

Κλήμης ἱςορικός. ἔγραψε τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς καὶ αὐτοκράτορας, καὶ πρὸς Ἱερώνυμον περὶ τῶν Ἰσοκρατικῶν σχημάτων, καὶ ἄλλα. *Hieronymus* ille alius omnino a Stridonensi, fueruntque illo nomine etiam inter Graecos non obscuri doctrina atque ingenio viri. Laudat hunc *Clementem* Cedrenus pag. 19. qui σοφώτατον vocat, Anonymus Combefisianus in Originibus CPol. pag. 32. Hesychius fragmento in Christi natalem, Suidas et etymologicum magnum in Ζάλην, ac Suidas iterum in Ἥρας δὲ et Παλίμβολος. *Domninus* *) frequenter laudatus a Malala et sapientissimi chronographi celebratus nomine, Bentleio epist. ad Io. Millium pag. 73. videtur fuisse episcopus Antiochenus, et historiam produxisse vsque ad Iustiniani tempora. *Eustathius* non alius est ab *Eustathio*, Epiphaniensi, qui in sua χρονικῇ ἐπιτομῇ historiam omnem duobus voluminibus complexus est, vno vsque ad excisam Troiam, altero ad annum duodecimum Anastasii imp. vt auctor *Euagrius* III. 37. et VI. vlt. qui saepius illum laudat h). *Eutropium* intellige notissimum historiae breuiatorem latinum, quem graece verterunt Capito Lycius, et, cuius quoque aetatem tulit interpretatio, Paeanius. *Eutychianum* citat etiam Georgius Codinus in Origg. CPol. vocatque Protosecretarium et grammaticum. *Licinium* intellige *Macrum*, historicum romanum, Dionysio Halic. Plinio aliisque laudatum, de quo copiose *Vossius* lib. I. de hist. lat. cap. 10. *Magnum*, chronographum videtur laudare etiam chronicon paschale pag. 379. ἐκ τοῦ μεγάλου χρονογράφου. sed Malalae tom. II. pag. 17. audit Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καῤῥηνὸς, [ὁ] ὁ συνὼν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, vnde patet, aetate etiam longe antecessisse: nam quae ex Magno suo profert Paschalii auctor, Mauricii imp. obitum spectant, Iuliano multum iunioris. De *Nestoriano* mentio in eodem chronico Alexandrino siue Paschali pag. 324. *Theophilum* diuersum vtique Malalas intellegit a veteri illo, qui ad Autolycum scripsit: neque enim, quae ex illo profert, in huius scriptis leguntur, et Theophilum atque *Timotheum* vna cum Clemente θεοφιλεςάτους χρονογράφους laudat Hesychius fragmento in Christi natalem, quod latine in lucem edidit Heruetus cum quaestionibus Anastasii Sinaitae; graece vero ac latine Cangius ad calcem chronici paschalis, et prolegomenis ad Malalam Humfredus Hodius, cuius doctissimi viri diatribam, in qua de Theophilis, Clementibus et Hesychiis variis disserere voluit, acerbo auctoris fato interceptam merito dolemus.

Ab auctore anonymo in originibus Combefisii CPolitanis laudatur pag. 5. ὁ Ἀγκυριανὸς χρονογράφος ἐν τῇ δεκαλόγῳ αὐτοῦ, qui Codino Ἀγγυριανὸς ἐν δεκάτῳ λόγῳ. Apud eumdem Anonymum pag. 33. mentio Μιλιχίου χρονογράφου.

*) Alius *Domninus*, Origenis discipulus, memoratus *Palladio* in hist. Lausiaca p. 108. Alius hoc nomine, *philosophus*, *Syrus*, de quo Suidas e Damascio in vita Isidori, [et *Eudocia* in Ἰωνιᾷ pag. 138.]

h) Secundum *Eudociam* pag. 164. scripsit epitomen chronicam ab Aenea Troiano vsque ad Anastasium, imp. *tomis viginti*, ἐν τόμοις ἄκοσι, et alia nonnulla chronica. Sed *Suidas* in *Eustathio* (tom. I. p. 910.) tradit, eum composuisse chronicum compendium rerum ab Aenea vsque ad Anastasium imp. gestarum ἐν τόμοις θ' *libris nouem*; vbi vero Küster ex *Euagrii* H. E. lib. V. c. 34. corrigit ἐν τόμοις β', *tomis duobus*. De hoc Eustathio v. *Vossium* in addendis ad lib. II. de histor. gr. cap. 21. *Harl.*

Heliconius, Byzantius, sophista, scripsit, Suida teste χρονικὴν ἐπιτομήν, *compendium chronicum* ab Adamo vsque ad Theodosium M. *libris X.*

[De *Herone*, confessore ac philosopho, chronologo, v. *Du Fresne* praef. ad chronicon paschale, p. XV. sq. *Harl.*]

Hesychii illustris, patria Milesii, *historia chronica* a Belo, Assyriorum rege, vsque ad obitum Anastasii, imp. scripta Iustiniano imperante et comprehensa *libris* siue distincta in τμήματα siue temporis διαστήματα *sex*, celebratur a *Photio* cod. LXIX. et eodem Suida in Ἡσύχιος, qui praeter rem negat, eum fuisse Christianum. Fragmentum libri sexti, et primum quidem eius, vt videtur, caput, ad nos peruenit, editumque a Meursio est cum versione et notis, sub titulo πάτρια Κωνσταντινουπόλεως. Non poterat igitur eius singillatim Svidas inter opera Hesychii meminisse. Laudatur Hesychius illustris ὁ φιλοσοφήσας ἐπὶ τῆς Μιλησίας ἐν τῷ ε' χρονικῷ διαστήματι in glossario iuris Labbeano voce παλματίας, atque ἐν τῷ ς' διαστήματι, voce φόλλις. [v. infra, lib. V. c. 5. §. 12. p. 240. vol. VI. ed. vet. *Kollar.* supplem. ad Lambec. p. 729. sqq. vbi in cod. Vindob. chronicon Hesychio adscribitur.]

Ex *Isidori*, diaconi, chronographia aliquid adfert *Ioannes Damascenus* III. de imaginibus pag. 385. *Nicolaus*, (vt a Nic. Damasceno [P] distinguatur, dictus νέος siue iunior,) chronographus, Photio suppar, memoratur a *Labbeo* in protreptico hist. Byz. p. 48.

Πύρρων, *Pyron* vel *Pyrrho* chronographus non aliunde notus mihi, quam ex Glycae annalibus pag. 82. et Anastasii lib. VII. anagogicarum contemplationum in Hexaemeron pag. 895. D. tom. IX. bibl. patrum edit. Lugd.

XXXVII. *Chronographi post Eusebium graeci editi.*

IOANNES, Antiochenus, cognomento MALELAS †), diuersus ab altero *) *Ioanne*, Monacho *Antiocheno*, itidem chronographo atque similia passim tradente, et similibus delectato

†) *Malelas* siue *Malalas*, i. e. rhetor, sophista, Scholasticus, vel qui rhetoris munus gerebat in ecclesia Antiochena. Rectius porro in nominandi casu dici *Malelas* quam *Malela* vel *Malala*, docet *Rich. Bentleius* epist. ad Millium pag. 78. seq. licet antiquissimos Latinos graeca nomina, in as desinentia, solitos in A pronunciare, vt Aenea et Anchisa, testetur *Quintilianus* lib I cap. 5. Confer *Claudii Dausqueii* orthographiam tom. I. pag. 59. *Fabr.* De *Malela* conf. praeter Humfr. Hody, *G. Caue* hist. litt. S. S. eccl. tom. I. p 568. *C. Oudin.* comm. de S. S. eccl. tom. II. p. 408. *Io. Moller* homonymoscop. sect. II. cap. V. §. XLV. p. 491. sq. *Hamberg.* z. N. III. pag. 664. sq. *Saxii* Onom. II. p. 98. et 544. *Harl.*

*) In Praef. ad excerpta Peiresciana pag. 5. scriptores, e quibus illa digesta sunt, ita recensentur: εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν·

α' Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας,
β' Γεωργίου Μοναχοῦ (Hamartoli intellige)
γ' Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς,
δ' Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας etc. Hic

Ioannes a Malela, vt vides, diuersus, vocatus Monachus pag. 853. τέλος τῆς ἱστορίας Ἰωάννου Μοναχοῦ. Codini, et vtriusque Tzetzae de eo testimonia atque codd. MSS. notauit laudatus *Hody* prolegom. ad Malelam, qui alia praeterea ex eius chronico excerpta et ipsam chronographiam atque περὶ ἀρχαιολογίας, (nisi haec eadem cum illa, aut eius pars est,) notat integram exstare in Gallia, laudarique a Nic. Alemanno ad Procop. Anecd. ad Eustath.

lectato fabulis [k]), ex cuius historia chronica ab Adamo nescio quousque producta habemus Constantini Porphyrogennetae excerpta, quae non vltra Phocae tempora procedunt, *atque ex Peiresciano codice graece et latine cum notis edita sunt ab *Henr. Valesio*, Paris. 1634. 4. Malelae vero [*] historia chronica siue chronicon, Damasceno pridem III. de imagg. tomo I. pag. 368. et Tzetzae Chil. V. hist. 29. 30. laudatum, quod ab orbe condito ad obitum Iustiniani I. imperatoris siue a. C. 566. progreditur. MStum in bibl. Bodleiana inter codices Baroccianos euoluerunt viri docti Montacutius, Usserius, Seldenus, Io. Gregorius, Pearsonius, Guil. Lloydus aliique, ab Humfr. Hody in prolegg. iam laudati. Hinc ex eodem MSto cum versione et notis *Edmundi Chilmeadi* prodiit Oxonii, typis Sheldoniani theatri A. 1691. 8. Opus ab auctore distributum fuerat in libros XVIII. Sed primus liber cum secundi parte desideratur; itaque ab editore defectus ille ex Georgio Hamartolo suppletus. Praemissa etiam erudita *Humfredi Hody* prolegomena, qui Malalam ad noni saeculi initia detrudit, quem tamen non adeo diu post Iustinianum floruisse Caueo lubens adsentior [l]). Post Indicem vocum graecobarbararum, quae in Cangii glossario graeco vel plane non vel alia significatione reperiuntur, sequitur praeclara epistola ad Io. Millium, qua Vir egregius *Rich. Bentleius* non Malalae solum, sed et aliorum plurium scriptorum graecorum loca illustrat emendatque. *Fabr.* Recusa est editio Oxoniensis tamquam adpendix ad Corpus Byzantinum, Venetiis apud Io. Bapt. Pasqual. 1733. fol. *Harl.*

Index scriptorum a Io. Malala citatorum ad paginas edit. Oxoniensis.

b. partem posteriorem, * supplementum ex Georg. Hammartolo praemissum denotat.

Arrianus

Eustathii Hexaemeron, Salmasio ad Solin. et historiam Augustam, Cangio ad chron. Paschale etc. Fuit etiam, ante quam ad CPolitanam sedem efferretur, *Antiochenus presbyter Ioannes Chrysostomus*, cuius nomine apud Arabes Chronicon ferri, eidem Hodio obseruatum, qui plures *Ioannes Antiochenos* recenset, atque vberius de illis tradere instituit in diatriba de scriptoribus graecis variis cum prophanis, tum ecclesiasticis, maxime ex codd. MSS. sed quae lucem non vidit.

k) Multa quoque similia et non raro iisdem verbis leguntur in Malala, chron. Paschali, Cedreno et aliis. *Fabr.* De fide Malalae ita iudicat *Hen. Dodwellus* dissertat. XI. in Cyprian. sect. XXIII. „Vel eo nomine suspecta est (Tiberiani ad Traianum epistola p. 356. Chronol. Malalae,) inprimis, quod a Ioanne Malela, Antiocheno, ediderit praestantiss. Vsserius, *auctore fabulosissimo*, nec alium in omni antiquitate repererit, qui eius meminerit praeter Suidam, quem ex eodem Ioanne habuisse, verisimile est.“ *Harl.*

l) *Saxius* l. c. se, profitetur, *Humfredi Hodii* argumentis victum in prolegom. §. XIV. — XXIX. ipsi viro docto, ad saeculum potius *nonum*, quam sextum referenti Malalam, adsentiri. Quare in margine ponit annum, quo is vixerit, circa 800. Subscribit Hodio *Oudin.* l. m. pag. 458 Hamberger. vero aetatem Ioannis Mal. adsignat saec. X. circ. an. 900. *Harl.*

Magnus

Farraginem hiſtorico-chronologicam, quam e codice MS. Auguſtanae bibliothecae ſub nomine CHRONICI ALEXANDRINI vulgauit graece et latine cum notis *Matthaeus Raderus* S. I. Monachii 1624. (1615.) 4. denique ſub veriore titulo *chronici paſchalis*, noua meliore verſione et eruditis notis illuſtratam longaque praef. de hoc chronico, eius fatis, edit. variis, nominibus et paſchalibus aliis horumque auctoribus et multis aliis rebus atque hominibus inſtructam, a *Carolo du Freſne* habemus Pariſ. 1688. fol. Idem Freſneus, ſiue Cangius, non-

 nullas

nullas adfert obseruationes *Io. Baptistae Hautini*, siue Altini, qui et ipse chronici huius editionem videtur molitus fuisse, rei chronologicae adprime peritus. Praeterea ex MS. codice et Holstenii obseruatione duos illius operis notat fuisse auctores, vnum quidem rerum ab orbe condito ad a. C. 354. (Constantini 17.) alterum vero, qui illud ad annum vsque vicesimum Heraclii continuauit. Index imperatorum, qui vsque ad imperatorem, Constantinum Monomachum, a. C. 1042. pertingit, ab alio est, idque in ipso titulo diserte innui, testatur If. Casaubonus pag. 243. epist. *Antiochenum libentius chronicon vocauerim*, inquit *Henricus Valesius* pag. 39. ad Eusebium et ad Theodoritum pag. 21. seq. cum quo facit *Stephanus le Moyne* notis ad Varia sacra p. 131. Plurima quoque eadem leguntur atque iisdem verbis in chronico Ioannis Antiocheni Malalae. *CPolitanum chronicon* adpellat *Usserius* pag. 75. prolegom. ad Ignatium, illamque conuenientiorem esse inscriptionem, disputat etiam *Reinesius* II. 17. Var. Lect. [atque auctor notae in Misc. obss. II. part. II. pag. 172.] Ceterum Raderus auctorem domo *Alexandrinum* fuisse collegit ex iis, quae de Ieremiae cineribus Alexandriam iussu Alexandri M. deportatis leguntur pag. 366. et quod Georgii successor, Petrus Alexandrinus, [P] nota, in fronte libri adposita, opus illud commendauit, atque inde chronicon *Alexandrinum* Raderus inscripsit: quamquam in eo potuit falli, et quod de *Maximo* Monacho, qui Heraclio imperante vixit, velut de Chronici huius auctore cogitat: quemadmodum et eiusdem plerasque emendationes et coniecturas sibi non probari testatus est *Cotelerius* tom. III. monumentorum ecclesiae graecae pag. 608. vnde saepius correctione indigere illud opus notauit *Io. Gregorius* capite 36. Obseruationum sacrarum: et parum adcuratus interpres Raderus dicitur ab *Henrico Warthono* ad Vsserium de scripturis sacrisque vernaculis pag. 349. Ex hoc ipso opere petita sunt, quae *fastorum Siculorum* nomine laudant eruditi, quoniam codicem MS. in Sicilia Hieronymus Surita reperit; vnde ab Antonio Augustino perlatus est Romam: indidem fastos consulares excerpsit ediditque Sigonius et Panuinius, et graece ac latine *Sylburgius* tomo tertio hist. Augustae. Longe plura ex codice suo, qui deinde ad Sylburgium peruenit, et ab hoc per Hoeschelium redemtus, bibliothecae Augustanae [m]) illatus est, excerpsit If. Casaubonus, communicauitque cum Iosepho Scaligero, qui illa passim laudat nomine *chronici Casauboniani*, et edidit graece ad chronici Eusebiani calcem, praefixo titulo ἐπιτομῆς χρόνων, vt paullo ante in Eusebio dicere me memini. Ex Malala in illud chronicon multa deportata esse, notauit *Henricus Noris* de Epochis Syro Macedonum pag. 203. idque magis credo, quam quod Clariss. Hodius prolegom. ad Malalam putat, illa hunc ex chronico descripsisse. Multa etiam iisdem verbis leguntur in Topographia Christiana Cosmae Indopleustae, vnde *Cosmam* illum auctorem chronici suspicatus est *Allatius* lib. de purgatorio pag. 942. [n]). Vsserius vero et alii incerta coniectura *Georgio Pisidae* tribuunt, Casimirus Oudinus

m) Vide *Cauei* hist. literar. in Georgio Pisida. [et *Reiser*. cat. MSStor. bibl. August. Vindel. p. 84. *Harl.*

n) Num *Cosmas* farraginis huius historico-chronologicae, auctor fuerit, aut verisimiliter esse potuerit, quis in tanta opinantium discordia iudex sedeat? sic vere pronuntiat cl. *Saxius* Onom. tom. II. p. 43. et p. 535. sq. vbi praeterea, „Muratorius, ait, in Antiquitatt. italicis medii aeui, diss. XLIV. p. 927. tom. III. de fide tituli illius Chronici subdubitare, suspicarique videtur, aliquid fraudis commissum esse ab *Andrea* quodam *Darmario*, Epirota, antiquario et codicum mangone" Add. supra, *de Cosma*, Vol. IV. pag. 257. In Actis S. S. Augusti tom. I. Antwerpiae 1733.

Oudinus *Georgio Alexandrino*, a quo vitam Chryſoſtomi ſcriptam habemus. Non Alexandriae tamen, ſed CPoli ſcriptum eſſe illud chronicon, probat *Henſchenius* exegeſi praeliminari ad tom. III. Act. Sanctorum Martii pag. VII.

Subiunxit *Cangius* chronico paſchali ſelecta quaedam vetera monumenta, ad rem chronologicam facientia, quorum ſyllabum hic a me addi, non erit, ſpero, ab praeſenti loco alienum.

1. *Χρόνων ἀρίθμησις καὶ ὁμὰς*, pag. 404 — 408. *Temporum compendiaria* per patriarchas et reges *putatio* et ſumma, ab Adamo vsque ad Conſtantinum et Romanum ſcripta circa a. C. 960. ex Scaligeri VII. de emendat. temporum pag. 742. ſq. et Petauii Vranologio [o]) pag. 190. ſeq. ad calcem computi S. Maximi, martyris. Similem putationem vulgauit Frid. Sylburgius ad calcem Zoſimi, in ſcriptoribus graecis hiſtoriae romanae minoribus. Francof. 1590. fol. apud Wechel.

2. *Δήλωσις τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνος αὐτῶν ἕκαστον ἐπληρώθη* pag. 408. 409. *Explicatio inſigniorum quorundam euentuum*, quando et ſub quo ſingula contigerunt. Ex eodem Scaligero pag. 745. et Petauio pag. 193. cuius latina verſio eſt a Cangio adiuncta.

3. *Imperatorum romanorum catalogus ab Auguſto ad Conſtantinum Monomachum*, pag. 410. 412. qui chronico Alexandrino in editione Raderiana pag. 438. ſeq. inſertus legitur, ſed in codice Holſtenii recte exſulat, et iuniorem agnoſcit auctorem.

4. *Liber generationis ab Adam vsque ad Alexandrum Seuerum*, pag. 413 — 421. latine ex veteri verſione, et editione *Henrici Caniſi* tom. II. antiqu. lect. et altera *Philippi Labbei* ad fidem codicis MS. collegii Pariſ. S. I. recognita in bibl. noua MSS. Pariſ. 1657. fol. pag. 298. Non abſurde ſuſpicatur Cangius *), breue hoc chronicon deberi *Hippolyto*, Portuenſi. Confer, quae dixi ſupra cap. 1. pag. 205.

5. *Fragmentum duplex chronici Euſebiani* e codd. regiis MMCDXXXI. fol. 17. et MMCMXIX. et Colberteo MCCCL. graece cum Cangii verſione pag. 421 — 423. de Chriſto nato anno mundi MMMMMDI. et de ratione anni menſiumque Graecorum, Aegyptiorum et Hebraeorum.

L l l 2 6. *Ἡσυ-*

1733. fol. *Guil. Cuper.* in praeliminari diſſ. examinat refutatque ſeriem epiſcoporum Byzantinorum vsque ad Metrophanem, initio ſaeculi IIII. ab auctore chronici Paſchalis traditam et firmatam. Vide etiam, ſi vis, quae de Chronico illo ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 481. ſqq. et part. II. pag. 298. — *I. I. M. M.* (ſub quibus litteris nomen *Ieremiae Marklandi* latere ſuſpicatur Saxius l. c.) in Miſcell. obſeruatt. Vol II. tom. II. pag. 172. ſqq. communicauit cum edit. Britanno Obſeruatt. in quosdam gr. auctores *de templo* Heliopolitano *in Syria*, et ſtatim ab initio diligenter verſatur in emendando quodam explicandoque Chronici noſtri loco de illo templo. *Harl.*

o) Vtor editione Amſtelod. 1703. fol. quae Antwerpiae nomen praefixum habet.

*) In praef. p. X. ſqq. vbi multus eſt de eo, et eius codd. etc. *Harl.*

6. Ἡσυχίȣ εἰς τὴν γέννησιν pag. 424. graece et latine. *Hesychii fragmentum ex homilia in natalem Christi* ex iisdem codd. Vulgauit idem fragmentum [illegible] prolegomenis ad Malalam, e codice Bodleiano. Oxon. 1691. 8. et *Caueus* in [illegible] ptorum eccles. vbi de Iosephi Hypomnestico, ad a. C. 420.

[*] 7. *Ex Anonymo de Christi natiuitatis et passionis annis.* Graece et [illegible] pag. 424. 425. Ex cod. regis Galliae MMCDXXXI. fol. 172.

8. Σύγγραμμα Ἐκκλησιαςικὸν περὶ τῶν ὁ μαθητῶν τȣ̃ Κυρίȣ p), Δωροθέȣ Ἐπισκόπȣ Τύρȣ, ἀρχαίȣ ἀνδρὸς, πνευματοφόρȣ καὶ Μάρτυρος γεγονότος ἐν τοῖς καιροῖς [illegible]

p) Hic Dorotheus, in martyrologiis et menologiis V. Iunii celebris, ceteroqui vix vlli veterum memoratus, martyrium consummasse dicitur sub Iuliano, anno aetatis suae 107. vide Theophanis Chron. p. 19. et 41. ex quo hausit *Anastasius Bibliothecarius*, quae de eodem refert in historia ecclesiastica pag. 27. sq. Scripta, quae sub huius *Dorothei* nomine ambulant, edidi graece et latine 1714. 8. ad calcem monumentorum variorum de Mosis, prophetarum et apostolorum vita. De altero, antiquiore *Dorotheo*, Diocletiani Eunucho et inde presbytero Antiocheno atque martyre, (e quo duos praeter rem facere videtur Caueus,) vide acta sanctorum tom. I Iunii pag. 435. *) Alius *Dorotheus* Tyri episcopus, qui cum aliis episcopis scripsit epistolam de fide ad Leonem imp. in concilio Chalcedon. tom. II. edit. Binianae pag. 385. Alius *Dorotheus*, siue *Theodorus*, Heracleae episcopus Arianus, de quo *Valesius* ad Philostorg. IX. 13. Alius *Dorotheus*, Archimandrita Palaestinus, saeculo VI. exeunte clarus, de quo et de opusculis eius, quae exstant, asceticis, dictum Volum. X. huius bibl. p. 160. seq. Alius *Dorotheus*, Thebanus, de quo *Palladius* in hist. Lausiaca, [in bibl. Bodlei. cod. CCLXXII. nr. LVI. et LXV.] et alter, item iunior, *Chiliocomensis*, quos ab Archimandrita distinguere iubent acta sanctor. tom. I. Iunii pag. 592. Alius *Dorotheus*, Nestorii acris sectator, et Martianopolitanus in Moesia episcopus, qui interfuit concilio Ephesino et cuius epistolas quasdam vulgauit Christianus Lupus. Alius *Dorotheus*, Alexandrinus Monachus, qui imp. Anastasio apologiam pro concilio Chalcedonensi obtulit, quam, ob concussam, per [illegible] haeresim, ecclesiam tragoediae nomine, vt narrat ad a. C. 502 Theophanus, inscripsit. [illegible] denique *Dorotheus* et longe iunior [illegible] metropolita, cuius historia ab orbe condito ad captam a Turcis CPolin lingua [illegible] lucem Venet. 1631. 4. [1637. 4. in cat. [illegible] p. [illegible] nr. 204.] [illegible] editio recentior, excusa [illegible] 1684. 4. [illegible] Allatius ad Georgium Acropolitam [illegible] alios, ab ecclesia alienos, vt [illegible] de quo dixi lib. III. cap. [illegible] Ascalonitam, (nisi is idem cum [illegible] et [illegible]niensem, de quibus Vossius in [illegible] *Dorotheum*, rhetorem, Plutarch[illegible] cuius [illegible] cis inducitur, [illegible]alem, *Dorotheos*, [illegible] medicosque, de quibus alibi. *Fabr.* [illegible] v. *Dorotheus*. Hic [illegible] *Dorotheos*, quorum nomina scriptaue in codicum [illegible] celebrantur. De codd. [illegible] *Coislin* vide notam ad hanc Fabric. notam. — In catal. codd. Angliae, tom. I. in bibl. *Bo*[illegible] nr [illegible] *Dorothei*, Tyri episcopi, doctrina. nr. [illegible] et CCLXXXVIII. inter codd. [illegible] duo codd. *russici*, in quibus *Dorothei* [illegible] — inter codd. Digbaei nr. MDCCVC. [illegible]

* De hoc *Dorotheo* v. *Euseb.* H. E. VII. 32. p. 232. et p. [illegible] et 6. Fabricius autem hic duo Dorotheos confundit in vnum, sequutus Blondellum, quem refellit *Vales.* ad Euseb. H. E. VII. 32. p. [illegible] *Heum.* In codd. *Coisl.* sec. *Montfauc.* bibl. Coislin. [illegible] occurrunt nomina *Dorotheorum*, non semel [illegible] vt [illegible] Niconis collectan. p. 198. — epist. Dionysii Areopagitae ad Dorotheum. p. 30[illegible]. — [illegible] multisque aliis ad Isaaci Syri sermones asceticos, in marg. nr p. 312. — epistola *Dorothei*, [illegible] et sic in aliis quoque bibliothecis. — S. Hieronymi vita *Dorothei*, in cod. *Coislin.* [illegible] *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 57[illegible]. ad cuius quoque indicem, vbi plures *Dorothei* occurrunt, ne verbosus [illegible], lectores ablego. *Harl.*

καὶ [illegible] τῶν Βασιλέων. *Procopii presbyteri ex latinis commentariis Dorothei, episcopi Tyri, de LXX. domini discipulis, patriarchis CPolitanis, et de duodecim apostolis* ex codd. reg. MMDCCLX. et MMDCCCXIX. graece et latine pag. 426 — 436. Non repetam, quae de hoc pseudo Dorotheo, scriptisque ei suppositis Vossius in historicis graecis, aliique monuerunt; sed tantum de editionibus eius opusculorum pauca adnotabo. Dorotheus *de Prophetis et discipulis Domini* ex versione *Wolfg. Musculi* primum vidit [*] lucem latine post Eusebium, Socratem et alios hist. ecclesiasticae scriptores, Basil. 1557. 1598. fol. tum vna cum Sulpicio Seuero Paris. 1560. 12. edente Iacobo Fabro, Doctore Sorbonico: atque iterum cum Sulpicio, Maximi homiliis, Paciano de poenitentia, Sulpicii Seueri historia et Haymonis Halberstad. epitome hist. eccles. prodiit Rom. 1564. fol. ex edit. *Petri Galesinii*, qui etiam notas adiunxit. Nec minus in bibliothecis patrum, Paris. a. 1575. tom. II. et a. 1589. atque [1624.] 1654. tom. VII. et Colon. a. 1618. atque Lugd. a. 1677. tom. III. Codicem MS. graecum a latinis his editionibus non leuiter discrepantem, qui exstat in bibl. Vindobonensi, commendat

ter codd. Sauillii, *Dorotheus astrologus* (qui etiam cognominatur *Sidonius*, de occultis. — Inter codd. Ashmoleanos, nr. MMMMMMDCIIC. *Dorotheus astrologus*, de electionibus in horis, et nr. MMMMMMDCIC. de electionibus per cursum Lunae in diuersis signis. — De occultatione annuli in cod. *Cantabrig.* nr. MCMXCVI. — In cod. *Vindobon.* CVIII. nr. II. secund. Nesselii cat. part. IV. p. 63. *Dorothei Sidonii* apotelesmata. De codd. Vindobon. et Veneto, v. ad Vol. IV. p. 153. — *Florentiae* in bibl. Medic. cod. XXXI. nr. XVI. plut. 10. *Dorothei metropolitae Mitylenes* diss. habita tempore incursionis Agarenorum in vrbem CPolin. (Bandin. cat. codd. gr. Medic. I. p. 496.) — *Dorothei*, episcopi Tyri, de quo in contextu sermo est, codd. in bibliothecis obuii, hi fere sunt; neque enim plures in aliis bibl. *exstare, nego vllus. — *Matriti* in bibl. regia, cod. CV. est *Dorothei notitia XII. apostolorum patriae, et eorum nomina, qui eos genuerunt:* quatenus congruat cum textu aut Cangiano aut anonymi in Fabricii bibl. eccles. ad Hieronymum de viris illustr. p. 224. docet *Iriarte* in catal. codd. gr. p. 415. sq. et opusculum gr. ac lat. publicauit. — In eod. cod. est *Dorothei* opusc. de LXX. discipulis Christi, et opusc. aut potius pars illius operis *de prophetis*, quod lat. *Margarinus de la Bigne* biblioth. P. P. tom. VII. col. 51. illam autem particulam graece e cod. edidit et latine vertit *Iriarte* pag. 417. — *Paris.* in bibl. publ. opusc. de prophetis, quorum scripta interciderunt in cod. CLIX. in quo itidem cod. variorum scholiis in Iesaiam praemittuntur quaedam quasi prolegomena ex Basilio, *Dorotheo* aliisque concinnata. — De LXX. discipulis et duodec. apostolis in cod. CCXXXVII. — *Florentiae* in cod. Medic. XXXII. nr. 3. plut. 4. *Dorothei*, episc. *Tyri*, sub Licinio et Constantino, impp. supplicium (vt in inscriptione quidem, at secundum Caueum ad p. 303. hic et in aliis codd. perperam dicitur,) passi, vita breuissima, tum LXX. discipulorum et XII. apostolorum elenchi: plura vide in *Bandin.* catal. codd. gr. I. p. 553. — In *Montfaucon.* bibl. Coislin. in cod. CCV. et CCLVIII. de LXX. discipulis, (p. 265. et 304.) in cod. CCIX. de LXX. discipulis et de apostolis, (p. 268.) — — in cod. CCXII. Hippolyti et Dorothei de discipulis domini. (p. 272.) — In cod. CCXXIV. fol. 8. gesta XII. apostolorum et catalogus LXX. discipulorum, et fol. 17. quod Simon Cyrenaeus cruci adfixus sit pro Christo. (p. 274. et 275.) — Inter codd. *Baroccian.* cod. CXLII. nr. 21. e *Dorotheo*, (vt ait auctor codd. Angliae etc. p. 18.) vti videtur, excerpta de 12 apostolis et 70 discipulis, et nr. XXII. *Dorotheus* de Byzantio et eius episcopis. — In cod. CCVI. fin. de LXX. discipulis et XII. apostolis. — *Leidae* inter codd. Vossianos, de LXX discipulis in cod. membran. quem egregium adpellat auctor catal. bibl. Leid. pag. 393. nr. XLVI. — Inter codd., Neapoli Vindobonam translatos in indice illorum apud *Lambec.* comment. I. pag. 770. D. cod. XXXIII. memoratur, in illoque contineri *Opp. S. Dorothei.* De aliis codd. Vindobon. paullo post erit sermo. *Harl.*

mendat *Lambecius* lib. III. pag. 50. seq. q). Ac similis plane codex est, ex quo Cangius suum Dorotheum edidit, quemadmodum et ille, e quo Caueus in hist. literaria vulgauit a. 1688. ea, quae vidit in latinis editionibus deesse, maxime de patriarchis CPolitanis, quae et ipsa nullam mereri fidem fatetur Papebrochius tom. I. Act. Sanctor. Iunii pag. 392. seq. Vide et pag. 416. Pars *de Prophetis* non modo in Cangii et Cauei, sed etiam in Vindobonensi illo codice desideratur, neque hactenus graece prodiit: suppleri tamen potest tum ex codice altero, cuius idem *Lambecius* facit mentionem lib. III. pag. 173. 174. r) qui plane geminus videtur esse illi, quo Musculus vsus est, nisi quod chronologiam patriarcharum CPolitanorum narrationibus de prophetis subiunctam habet: tum ex iis, quae de Prophetis eadem fere leguntur in chronico paschali pag. 146. sq. et e libro, qui inter Epiphanii opera exstat de vitis prophetarum. Etiam in chronico MS. Simeonis Logothetae non dissimilia legi, testatur *Cangius* ad chronicon paschale pag. 505. Dorotheum Epiphanii interpretem vel imitatorem vocare solet illustris Huetius, qui errores quosdam eius perstringit in demonstratione sua euangelica. Quae *de Apostolis* sub eiusdem Dorothei nomine leguntur, conferre operae pretium est cum iis, quae de eodem argumento ex codicibus bibl. regiae MVII. MDCCLXXXIX. et MXXVI. adtulit *Cotelerius* ad constitutiones apostolicas lib. II. cap. vlt. Praecipue cum Hippolyti synopsi

q) S. pag. 130. sqq. ed. Kollar. Lambec. primum distinguit Dorotheum, episc. Tyri a Dorotheo presbytero, qui sub Iuliano, imp., apostata, annum CVIImum agens et ad supplicium raptus interiit. Tum adnotat, libell. de XII. Christi apostolis et LXX. discipulis, primum quidem romana lingua Romae conscriptum, postea autem ab anonymo quodam interprete graeco in compendium redactum graeceque editum esse, idque non solum in Menologio Graecorum d. 14. April. sed etiam in illo cod. caesareo graeco expresse tradi. Post titulum sequitur prooemium de vita et scriptis Dorothei. Tum nouus titulus cum testimonio (mendaci, vt docet Kollar. nota B.) de adprobatione eius opusculi per Ioannem, pontificem rom. porro narratio de XII. apostolis et LXX. discipulis, quam vtramque fuse persequitur, earumque discrepantiam a latinis editionibus operose patefacit Lambec. sed vtramque per omnia ferme conuenire cum exemplo, a Du Cange in chronico paschali edito, Kollarius animaduertit, qui commentarios sub nomine Dorothei confictos esse et synopsin illam de prophetis, apostolis et LXX Christi discipulis, vtpote variis fabulis interpolatam, Dorothei doctrina et pietate indignam, cum Baronio, Labbeo, Caueo, Fabricio nostro aliisque iudicat; denique libellum illum Dorothei Lambecianum nihil aliud esse, pronuntiat, atque anonymi cuiusdam excerptum ex synopsi sumtum, et alia docte disputat in adnotationibus. In eodem cod. sunt Acta apostolorum et reliqua pars N. T. vsque ad apocalypsin vna cum anonymi cuiusdam auctoris commentario marginali, quem in cod. Vaticano dubitanter adtribui *Dorotheo*, Sambucus adnotauerat, sed Kollar. p. 143. sq in nota docet, esse ἀπανθίσματα ex *Theophylacti* in acta apost. commentario collecta. *Harl.*

r) In cod. LXXVII nr. 84. p. 4?? sqq ed. Kollarii in quo reperitur *Dorothei* synopsis historica de XII. Christi apostolis aliisque eiusdem LXX. discipulis et de prophetis T. V. atque Kollar. in nota A comparatione demonstrat, Fabricium (l. l.) recte hariolatum fuisse, Musculum interpretationem huius opusculi suam aut ex hoc, aut ex persimili codice adornasse; attamen adnotat, Musculi exemplar graecum a Vindobonensi aeque ac eo, quo vsus est Caueus, ordine praecipue mutato, dissentire. — In eodem codice est nr. LXXXV. (pag. 433. sqq.) *Pseudo - Dorothei* (Dorotheo quidem in titulo cod. gr adsignatur,) chronologia episcoporum et patriarcharum Byzantinorum s. CPolitanorum a S. Stachy vsque ad aetatem auctoris, tum continuatio eiusdem chronologiae per alium anonymum auctorem vsque ad Cosmam, qui post a. Ch. 1081. sua sponte se abdicauit patriarchatu. Similis quidem chronologia a Stachy vsque ad Ioannem Xiphilinum, a. 1078. perfectum, sed sine vllo auctoris indicio exstat in cod. XXXIV. adpend. nr. 6. v. *Lambec.* III. p. 145. sqq. *Harl.*

pſi de duodecim apoſtolis; quam Dorotheo praeferre non dubitat *Emanuel Schelſtratenus* in Antiquitate eccleſiae illuſtrata tomo II. diſſ. 1. quae eſt de locis, vbi Chriſtus et apoſtoli fidem praedicarunt. *Deſcribitur etiam*, inquit Cangius, *in alio codice regio MMCMLI. fol. CCXXXIII. ſyntagma* τοῦ Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν ἁγίων [?] Ἀποστόλων, ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξε, καὶ περὶ (leg. πῶς) καὶ ποῦ ἐτελεύτησαν, καὶ τὰ ἅγια αὐτῶν σώματα ποῦ κεῖνται, καὶ ἐν ποίοις τόποις, *cui quidem ſyntagmati ſubiiciuntur nomina et epiſcopatus LXX. Diſcipulorum. Verum nihil aliud fere continet, quod non habeatur apud Dorotheum, et in illius ſerie XII. apoſtolorum, ac illa, quae praefigitur commentariis Oecumenii.* Hippolytum de XII. apoſtolis graece et latine cum notis edidit *Combefiſius* in auctario nouo tom. II. pag. 831. atque ſimilem *de LXX. diſcipulis* Hippolyti nomine, (Thebanum intellige, chronici ſaeculo XI. ſcriptorem,) habuit Sirletus, laudauitque *Baronius* ad martyrolog. 9. April. et alibi, vt dixi ſupra cap. 1. pag. 212. Craſſiores quasdam hallucinationes huius Pſeudo Dorothei perſtringit *Dauid Blondellus* libro de epiſcopis et presbyteris pag. 104. ſeq. *Fabr. Dorotheus* de prophetis, apoſtolis et LXX. diſcipulis gr. vna cum Euſebii, Socratis, Euagrii H. E. in anglic. ſermonem conuerſus a *Meredith. Hanmer.* Londin 1577. fol. — The Lyfe of Saynt Dorothe. Imprinted by me Iulyan Notary. 4. ſine l. et a. nota in Brüggemanni View etc. pag. 442. *Harl.*

9. Τῶν ιβ΄ Ἀποστόλων αἱ πατρίδες, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γεννησάντων pag. 437. ſeq. *Duodecim Apoſtolorum patriae, eorumque nomina, ex quibus ſunt nati.* Ex cod. reg. Hoc ἀποσπασμάτιον graece et latine ediderat loco iam laudato Cotelerius.

10. Τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδωρίτου, Ἐπισκόπου Τύρου, περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῆς Θεοτόκου pag. 438. *Ex S. Theodorito, Tyri epiſcopo, de baptiſmo SS. apoſtolorum et Deiparae.* In codice altero Vindobonenſi poſt Dorothei ſynopſin ſequitur idem hoc fragmentum, ſed ſub nomine *Sophronii*, Hieroſol. ſub quo graece et latine illud exhibet *Lambecius* lib. III. pag. 52. ſeq. [p. 138. Kollar. cuius notam conferes. *H.*]

11. Fragmentum ex *Faſtis* Cuſpinianeis Conſulum rom. in omiſſorum ſpecimen. pag. 439.

12. Deſcriptio Conſulum, ex quo primum ordinati ſunt, *Faſtorum Idatianorum* lemmate hactenus edita, ad MS. exemplar collegii Pariſ. S. I. recognita, et cum Arnaldi Pontaci, epiſcopi Vaſatenſis, editione collata. pag. 439 — 450.

13. *Faſti graeci* ab a. C. 138. ad a. 362. pag. 451 — 455. ex cod. Sauiliano et editione Henrici Dodwelli, in adpendice ad diſſertationes Cyprianicas, Oxon. 1684. 8. primum editas, et deinde Cypriano Io. Felli, ſemel iterumque recuſo, ſubiectas.

[?] 14) Faſti graeci alii ex apographo Iſ. Voſſii ab a. C. 222. ad a. 630. pag. 456—463. Ex edit. eiusdem Dodwelli.

15. Fragmentum faſtorum ab a. C. 205. ad a. 354. pag. 463 — 466. ex *Aegidii Bucherii* doctrina temporum, Antw. 1634. fol. pag. 247. ſeq.

16. Ex

16. Ex temporibus Gallieni, quis, quantum temporis *praefecturam Vrbis* administrauerit ab a. C. 254 ad 354. pag. 466. ad 468. ex eodem Bucherio pag. 236. ſeq.

17. Catalogus *Pontificum Rom.* vsque ad Liberium pag. 468 — 470. in quo Conſules paſſim ſimul memorantur, quemque Io. Cuſpinianus totum in faſtos ſuos tranſtulit, atque ediderat quoque Bucherius pag. 269. ſeq.

18. *Paſchalis* centum annorum laterculus ab a. C. 312. ad a. 411. pag. 470. 471. ex eodem Bucherio pag. 259. ſeq. vbi emaculatus datur.

19. Laterculus *faſtorum conſularium* [s]) ab Auſonii et Olybrii conſulatu ad XVII. poſt-conſulatum Baſilii, pag. 472. ſeq. ex cod. Colbert. CCXL. et ex editione *Arnaldi Pontaci*, poſt notas in Euſebii chronicon.

20. Laterculus alter breuis conſulum, poſt chronicon Caſſiodori, ſenatoris. Pag. 473. Ex eodem codice Colbertino.

21. Methodus, qua inuenitur cuiusque menſis quaecumque dies, et in quam ſeptimanae feriam incurrit, et in quem annum incidit biſſextus. Graece et latine pag. 474 — 479. Ex commentario *Heraclii*, imp. in πϱοχειϱȣς Ptolemaei κανόνας, ex edit. *H. Dodwelli* ad calcem diſſ. Cyprianicarum.

22. Variae lectiones ad binas epiſtolas Dionyſii Exigui de ratione Paſchae p. 479. ſeq. Ex variis codd. MSS. regio, Colberteo et Petauiano, ad edit. Bucherii pag. 485.

[*] 23. De paſchate Iudaeorum, pag. 479. 480. ſeq. ex codice Colberteo.

24. Argumenta Aegyptiorum, quorum meminit Dionyſius Exiguus in Epiſtola ad Petronium, et Victorius in canone paſchali, pag. 481. 482. Ex cod. Colberteo CCXL. poſt epiſtolam Paſchaſini, epiſcopi, ad papam, Leonem.

25. De triplici Graecorum aera, Chriſtum a. M. 5493. vel 5501. vel, vt auctor chronici paſchalis, 5509. natum eſſe contendentium. pag. 482. ſeq. *ex Dionyſii Petauii doctrina temporum IX. 3.*

26. De duabus epochis nati Chriſti a. M. 5506. vel 5507. Pag. 483. *ex eodem Petauio lib. VII Auctarii cap. 1.*

27. Methodus Epactarum, et Nouilunii inueſtigandi ratio, qua vtitur auctor chronici paſchalis pag. 483. ſeq. *Ex eodem lib. IX. doctrinae temporum cap. 5.*

28. Methodus ad paſchales terminos ſiue iudaica paſchata cognoſcenda, qua auctor chronici paſchalis vtitur. pag. 484. *Ex eodem lib. VIII. Auctarii cap. 11.*

29. Later-

s) Hisce faſtis conſularibus omnino addendi, quos e codice bibl. Caeſareae edidit illuſtrauitque *Henricus Noris* ad calcem operis eruditiſſimi de epochis Syro Macedonum Lipſ. 1695. 4. atque Graeuius vna cum eiusdem Noriſii epiſtola conſulari inſeruit tomo XI. theſauri antiquitatum romanarum.

2) Laterculus mensium Macedonicorum, quos scriptor chronici paschalis, vt et mediae vetustatis scriptores Christiani cum Syro Macedonicis, seu Antiochenis, confundere solent. pag. 485.

Habetur appendix ad chronicon paschale Cangiana.

XXXVIII. GEORGIUS, monachus, atque, Theophane t) teste, abbas, patriarchae CPolitani, *Tarasii* u), a. C. 806. defuncti, *Syncellus* v) (quasi *Concellanum* dicas et domesticum,) ipse pag. 3. et 6. si modo ipse, [?] auctor est, se chronico suo complecti velle res ab Orbe condito gestas vsque ad a. C. 800. Certe Syncellus, morte praeuentus, non vltra Diocletiani tempora peruenit, teste eodem Theophane, qui continuauit, et Mich. Glyca, ac Georg. Cedreno, quod et titulus operis indicat: Γεωργίου τοῦ Μοναχοῦ χρονικὴ ἀρχομένη ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ λήγουσα μέχρι τοῦ Διοκλητιανοῦ. w) Iosephus Scaliger, qui opere illo MS. vsus est, et ex illo pleraque in Eusebium suum, minus licet emendata quandoque; vt notat *Salmasius* pag 99. Epist., descripta deriuauit, queritur, illud ab antiquario, qui descripsit, multis partibus mutilatum esse, et quae scriptor toties promittit, ea nusquam comparere epist. CLX. et CLXI. ad Marcum Velserum, a quo alium codicem Venetiis adferendum exspectabat. Titulus codicis ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ Συγκέλλου γεγονότος Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλ. x) Quamquam

t) Theophanes initio Chron. ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος ὁ Σύγκελλος γεγονὼς Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλόγιμος ἀνὴρ καὶ . . . τελέσατος, ἄλλως τε ἱστοριογράφους ἀναγνούς etc.

u) De quo v. infra, libr. V. c. 41. Vol. X. p. 219. *Harl.*

v) Anastasius bibliothecarius, circa a. C. 870. clarus praefat. ad historiam suam ecclesiasticam: *Operae pretium duxi, ex Georgii summatim . . . et* Theophanis *Chronographia plura . . . carpenda: quorum prior vsque ad Diocletianum; posterior vero vsque ad Leonem, qui post Michaelem imperauit, patrem scilicet Ignatii, qui adhuc superest, habenas CPolitanae . . . ecclesiae, praedicti operis sui stilum protraxit. Qui autem sint isti, breuiter adnotabo. Horum igitur alter electa monastica vita, mundoque contemto, Christi se leui iugo et diuinae sarcinae mancipauit. Praeterea contra haereticos incessanti agone desudans, multis verberibus, Mundi principibus contra ecclesiae ritum saeuientibus, diuersisque poenis adfectus est. Sic ergo stigmata Christi in corpore suo portans, tam pro fidei suae constantia, quam pro multarum virtutum insignibus, sanctae memoriae* Tarasii, *regiae vrbis praesulis* Syncellus *effectus est. Sed ne multa prosequar, sufficere, arbitror, ad praeconium eius, quod a sede adprobatus sit Apostolica, quando scilicet vicarii eius vna cum CCCL. Patribus in Nicaea vrbe secundo conuenientes vniuersalem synodum celebrarunt: Siquidem et laus eius in eodem septimo et sancto concilio reperitur.* Laudat Syncellum etiam Io. Scylitzes, Mich. Glycas, Ioannicius Cartanus, *Allatio* pag. 125. de Georgiis memoratus, aliique. Etiam Tzetzae Chiliad. II. hist. 33 Γεώργιος ὁ χρονικὸς laudatur ante Ioannem Antiochenum. De aliis *Georgiis*, chronicorum scriptoribus, infra dicam.

w) A. 792. publicauit ille opus suum. *Harl.*

x) In *Velseri* Opp. Noribergae, 1682. fol. p. 795. sqq. sunt variae epp. ad Syncellum pertinentes. Ep. XIII. p. 795. sq. Welserus Scaligero mittit cod. Syncelli; ep. XX. p. 798. nuntiat Scaligero, Venetiis venales prostare L circiter codd. gr. in his *Georgii Syncelli chronicon*; eos reliquias esse *Victorianae bibliothecae* suspicatur Welserus: quae opinio, si non falsa fuit, videndum erit, annon ille cod. cum integra Victorii bibl. quam emit elector Bauariae *Carolus Theodorus*, Monachium in bibl. electoralem venerit: sed ep. XXII. p. 799. sq. Hoeschelius ad Scaligerum scribit, missum esse Venetiis illum codicem, eiusque principium et finem copiosius describit. Epigraphe igitur illius

quam vero Iacobus Goarus contendit, integrum Georgii opus ad nos peruenisse: tamen Philippus quoque Labbeus notis ad Glycam, ex Georgio quaedam citantem, quae in illo haud leguntur, adnotat pag. 367. *Ex ista pericope aliisque quibusdam lector discet, non esse integrum Georgii Syncelli chronicon, suisque partibus omnibus absolutum, quod e codice MS. bibliothecae regiae a R. P. Iacobo Goaro Ord. Praedicatorum typis regiis prodiit, sed quaedam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quae forte occurrant, uberioribus membranis supplenda.* *Allatius*, qui de Georgio Syncello multa erudite animadvertit diatriba de Georgiis, pag. 323. seq. et Posseuini, Vossii atque aliorum hallucinationem, qui cum *Georgio Hamartolo*, de quo mox, confundunt, castigauit, pag. 327. et 334. memorat codicem Mediolanensem [x] hoc titulo: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ἀπὸ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου. Sed in illo, perinde vt in altero, cuius meminit *Reinesius* epistolis ad Nelleros pag. 17. et in quo res ab Adamo ad imperium vsque Michaelis cum Theodora matre, cuius initium cum a. C. 841. coincidit, enarrantur, lucubrationes Georgii Hamartoli et Logothetae ac Theophanis cum Syncellianis videntur confundi. Idem Labbeus in protreptico de scriptoribus Byzantinis promisit chronologiam Syncelli vulgandam ex MS. bibl. regiae Paris. collato cum Vaticano, quem descripserat Holstenius et cum Mazarinianis, addita latina versione *Io. Baptistae Hautini*, siue *Altini*, quem Nic. Rigaltii leuirum, Syncelli molitum esse editionem, ad eumdem Rigaltium Romae a. 1630 scripsit Iosephus Maria Suaresius, in epistola, quae legitur tom. IV. Operum Sirmondi pag. 663. At neque illa versio, neque editio Altiniana vidit lucem, sed *Goarus* Syncellum cum versione sua et notis publicauit Paris. 1652. fol. vsus codice MS. regiae bibl. scripto a. C. 1021. quem Corinthi parauit Io. Abramus a. C. 1507. *Fabr.* *Georgii Syncelli* chronographia est pars corporis Byzantini, et *Goari* edit. recusa est Venetiis 1729. fol. Conf. *Goari* praefat. in qua vitam Georgii Syncelli persequitur, ad suam edit., *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. I. p. 1932. (qui de Syncello eiusque chronographia et codd. copiose disserit, sed, se plurima Allatio debere, ipse fatetur,) *Ceillier* hist. gen. des AA. E. tom. XVIII. p. 259. — *Saxius*, Onom. II. p. 92. sq. qui plures laudat V. V. D. D. citatque L'Apologie de Moïse contre Apion convaincu d'imposture par le Texte de Manethon, dont il appuye faussement, les calomnies qu'il a debitées contre Moïse, suivi d'un Examen *d'un MSc. antique de Syncellus*, par Mr. l'Abbé *Richer du Bouchet*, in bibl. raisonnée tom. XLVII. part. II. pag. 282. sqq. — *Paris.* in bibl. publica praeter *Georgii Syncelli* chronographiam in cod. MDCCLXIV. reperiuntur, y) et in ca- [illegible]

illius haec est: Γεωργίου — — σύνταξις ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ, ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουλίου Καίσαρος ῥωμαίων, ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ευχ' μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ, κόσμου ἔτει εψοζ'. Additum est *Theophanis* chronicon. Idem narrat, duo illos chronographos esse quoque *Heidelbergae*, eodem iunctos volumine. In ep. addita p. 8[illegible]1. Welserus suspicatur, Syncellum in illo codice, quippe quum omnis ab Adamo ad Pompeium historia desideretur, vel plane alium, vel certe maxima sui parte mutilum esse. Ep. XXV p 802. significat Welserus, se in catalogo caesareae Viennensis biblioth. reperisse *Georgii Syncelli* syntagma chronicum *ab Adam ad Alexium Comnenum.* De *Eusebii* chronico [illegible] est in plurimis ad Scaligerum litteris. *Harl.*

y) *Montfaucon* in bibl. biblioth. MSSt II p. 1151. numerat cod. illum MMCCXVII et obseruat, eum cum incredibili diligentia cum edito [illegible] se *Anton. Pouget* et innumeras V. L. quarum bene multae magni essent momenti, eleganter [illegible] scripsisse; operae igitur pretium fore, vt [illegible] chronici Georgii Syncelli editio secundum [illegible] varias lectiones castigata in lucem prodeat. *Harl.* [illegible] de Syncello ceterisque qui [illegible] chronographis etiam *Meuselius* bibl. hist. Vol. P. I p. 146. sq.

tal. codd. tom. II. illi adtribuuntur in cod. DLXXXIII. nr. 3. 4. 6 — 9. fragm. de imperatoris, Heraclii, rebus gestis; eiusdem fragm. Arsenii Monachi vitam complectens cum interpretatione latina; item fragm. latine conuersum de Iustini et Iustiniani, imperatorum, rebus gestis; index gallicus rerum, chronogr. Georgii Syncelli contentarum, ex *Nicolai Fumée* bibliotheca forte descriptus; Georgii fragm. latine conuersum, de Leonis Isauri et Cononis Iconomachi rebus gestis; denique fragm. latine conuersum de animarum post obitum in coelos adscensu, ex historia militis, qui cum agricolae vxore rem habuit, quod argumentum variis patrum locis confirmatur. — In cod. MDXXI. est *Syncelli*, (in indice tantum additur nomen *Georgii*) oratio in laudem Zachariae, patris S. Ioan. Baptistae. — Altera quoque pars chronographiae f. σύνταξις ἤτοι χρονογραφία ἐν ἐπιτόμῳ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουλίου καίσαρος Ῥωμαίων ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ευλδ´ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ κόσμου ἔτη εψοζ´ ὁμοῦ ἔτη τμγ´, est in cod. reg. *Taurinensi* XVII. v. catal. codd. gr. p. 107. — *Leidae* in bibl. publ. *Parecboiae* ex libris Georgii Syncelli, quas descripsit vel excerpsit Scaliger et postea auxit, ac breuibus insuper notis illustrauit, in charta. (catal. p. 339. nr. X.) — *Oxonii* in cod. Barocc. XXX. circa fin. et in cod. *Norfolciano*, (cat. codd. Angliae etc. II. p. 84. nr. MMMCDXXXV.) sunt excerpta quaedam ex chronico *Georgii Syncelli*: — in cod. *Ed. Bernardi*, (nr. MMMMMMMCCCLXXV. cat. cit. p. 226.) pars chronici Georgii Syncelli. — *Augustae Vindelic. Georgii monachi* chronicon a Iulio Caesare vsque ad Diocletianum, imper. cum continuat. *Theophanis Isaaci* ab eo tempore vsque ad Michaelem. v. *Reiseri* catal. pag. 81. — Secundum *Montfauc.* in bibl. bibliothecar. MSS. in romana quadam bibl. Georgii Syncelli historia imperator. romanor. (est igitur altera pars. tom. I. pag. 201. C.) — In bibl. Ambros. *Mediolan. Georgii*, archiepiscopi et *Syncelli* collectanea historica. (I. p. 497. A. an is est codex, cuius meminit Fabricius noster?) — In cod. CXXXIII. *Coislin.* memorabili est a fol. 4. posterior pars, *Georgii Syncelli*, et a fol. 58. *Theophanis* chronogr. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 205. idem p. 207. ex cod. CXXXV. publicauit synopsin historiarum scriptam a Io. Scylitze Curopalata et magno Drungario Vigiliae, longe vberiorem ea, quae praeit Georgii Cedreni historiae. In illa statim in initio laudantur Georgius Syncellus et Theophanes, primi, qui historiae compendium optime concinnassent sermone quidem simplici, nec adfectato, sed ipsi paene rerum naturae adhaerenti: atque Georgius secundum Scylitzen a mundo condito orsus, in tyrannis desiit, Maximiniano nempe et Maxentio, eius filio; Theophanes vero, ab illius fine incipiens, continuauit vsque ad obitum Nicephori, imperatoris. *Harl.*

Syncelli chronicon ab a. C. 285. (Diocletiani I.) ad 813. (Leonis Armeni I.) continuauit THEOPHANES Isaurus, z) cuius, confessoris imaginum, vitam siue elogium a Theo-

z) Anastasius bibliothecarius Theophanem laudat his verbis: *Porro de altero quid dicam? cum et eius* (a Methodio, patriarcha CPol.) *conscripta vita: qualiter videlicet ampiius patrimoniis vendidis crucem suam tulerit, qualiterue secutus Christum Abbatis in Monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscauerit et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium, et circum quasque regiones his qui prope et his qui longe sunt clamet. Sed et studia eius ad nos vsque perlata quis vel quantus vir iste fuerit, sollertibus manifestant.* Nota porro, hunc Theophanem, Abbatem et Confessorem diuersum longe esse a *Theophane, Byzantio*, qui de rebus Iustini II. imperatoris a. C. 578. defuncti scripsit libros X, lectos Photio cod. LXIV. Eum quoque *Georgium*

Theodoro, vt videtur, Studita, scriptum, ediderunt latine ad XII. Martii Lipomanus, Surius, Henschenius; graece et latine *Franciscus Combefisius* editioni Theophanis Luparae praemisit, quae cum versione et notis postumis *Iacobi Goari* atque eiusdem Combefisii animadversionibus prodiit Paris. 1655. fol. aa) Eam *Io. Andreas Bosius* conferens cum MS. codice Augustanae bibl. deprehendit, huius ope multo emendatiorem, alicubi et pleniorem, expletis, quibus passim foedatus est, lacunis aliquot, dare se posse, idque se facturum promisit Exercitatione in periocham Iosephi de Christo pag. 24. additurus Syncellum et vtrumque [?] continuatorem *Genesium* vsque huc ineditum. bb) Publicandarum Bosii in Theophanem obseruationum, quae in publica Ienensis academiae bibliotheca MS. asseruantur, spem fecit Georgius Schubartus, praefat. ad postumam eius introductionem ad notitiam rerump. a se editam, specimenque illarum videre licet in *Wilh. Ernesti Tenzelii* exercitationibus selectis pag. 315. *Ioannis Burchardi* versionem latinam memorat Lucas Holstenius epistola ad *Lambecium* tom. VI. de bibl. Vindobonensi pag. 260. *Apud Puteanos fratres* [illegible]

gium Theophanem, nescio, quo auctore, vocant *Vossius* de historicis graecis p. 285. et *Reinesius* de palatio Lateranensi, p. 83. 84. Ansa forte, quod *Georgium* Syncellum continuauit. *Fabric.* — Theophanes cognominatus quoque est *Isaacius*; quod cognomen ei haesit a patre: natus est a. C. 748. Postea, vita monastica coniugio praelata, coenobio, Agro s. Sigriano, quod, opibus abundans, condidit, semet ipse praefecit Abbatem. *Confessoris* autem nomine a suis adseclis insigniebatur, quoniam propter cultum imaginum, strenue vindicatum a Leone Armenio, in exsilium missus est in Samothraciam, vbi a. C. 818. saltem ante a. C. 820. diem obiit supremum. Vita eius s. laudatio, a *Theodoro Studita*, aut alio aequali, conscripta, legitur *latine* cum comm. praeuio et notis in Act. S. S. Antwerp. Mart. tom. II. p. 218. sq. — alia, auctore *Metaphraste*, gr. ac lat. ex msto graeco bibl. Sfortianae Romae, cum notis in Actis S. S. Antw. Mart. tom. II. p. 224 et 700. Haec vita et laudatio, auctore *Metaphraste*, exstat quoque graece in cod. Laurent. Medic. IIII. nr. 40. pag. 4. teste *Bandin.* cat codd. gr. I. p. 522. — Insuper conferes praeter Hanckium et Vossium, *G. Caui* hist. litt. S. S. eccl. tom. I. p 641. *C. Oudin.* comm. de S. S. E. tom. II. p. 19. (is vero Theophani abnegat opus,) *Ceillier* hist. gen. des AA. E. tom XVIII. pag 260. *Saxii* Onom. II. p. 202. sq. et, qui ibi laudantur, VV. DD. *H.*

aa) Inscriptio editionis haec est: *Theophanis chronographia. Leonis Grammatici* vitae recentiorum impp. *Iacobus Goar* latine reddidit, *Theophanem* notis illustrauit, varias lectiones multiplici codd. collatione adiecit. *Franciscus Combefisius* iterum recensuit, notis posterioribus *Theophanem*; integris, *Leonem Grammaticum* [illegible] discussit, exque fide codd. auxit, emendauit. Paris. e typogr. reg. 1655. fol. — rec. cum ceteris S. S. Byzantinis, tom. VI. Venet. 1729. fol. — *Theophanis* fragm. de Bulgarorum originibus, gr. in adnotatt. in Nicephorum p. 143. ed. 1616. et p. 75. ed. scriptt. Byzant. Paris. — *Codd.* [illegible] plures et antea in notitia codd. Syncelli et a Fabricio in hac paragrapho sunt commemorati, quibus addi possunt alii: cod. *Taurinen.* XXVII. qui vero in fine mancus est, v. cat. [illegible] Taur. p. 107. — *Leidae* inter MSSta Sca[illegible] bibl. publ. excerpta ex *Theophane* [illegible] p. 342.) — In cod. *Coislin.* CXXXIII. [illegible] Nicephori, Georgii Syncelli et [illegible] chronographiae atque a *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 205. codex optimae notae et dignus iudicatur, qui consulatur a chronographis. — In cod. *Coislin.* XCIV. qui continet Theodori Studitae [illegible] sunt epp. 411 et 476. [illegible] in alia earum [illegible] alio ordine positarum collectione cod. CCLI. duae ad Theophanem, *Montfaucon* l. c. p. [illegible] 148. 317. et 319. etc. — Inter chronica bibl. *Colbert.* Theophanis et aliorum chronographorum, teste *Montfauc.* B. bibl. MSSt. II [illegible] 1151: A. — *Paris.* in codd. MDCCIX MDCCX et MDCCXI bibl. publ. *Theoph.* chronographia. *Harl.*

bb) Editus est e cod. Lipsiensi Venetiis 1733. fol. v. quae scripsi in introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 476. sq. *Harl.*

opus chronologicum reperies, in quo tuam exerceas industriam, Theophanem scilicet Agri (Monasterii in regione Sigriana) *Abbatem cum* Io. Burchardi *hominis accurate docti versione* *) *eximium, quem nuper ex Barberina bibliotheca ad ipsos misi. Adiunxi etiam Anastasium Bibliothecarium, antiquum eius interpretem*, (qui praef. ad hist. suam ecclesiasticam plura ex Syncello et Theophane repetiisse se innuit, vti ex eodem Landulphus Sagax non pauca transtulit in postremam historiae miscellae partem,) *ex Casinensi codice Longobardico depromtum. Pre[illegible] erit Theophani chronicon Georgii Syncelli a Iulio Caesare vsque ad Maximianum, cuius item exemplaria duo ad Vaticanos et Palatinos codices accurate collata ibi offendes. Alia etiam regia bibliotheca suppeditabit.* De hoc Theophane conferendus inprimis *Martinus Hankius* lib. I. de rerum Byzantinarum scriptoribus cap. XI. Antequam vero de hoc chronico dicere desinam, adponere iuuat *Godfridi Henschenii* iudicium ex eiusdem exegesi praeliminari, praemissa tomo tertio actorum sanctorum mensis Martii p. X. edito a. 1684. in qua tabulas chronicas Theophanis, saltim quoad annos seriemque episcoporum in quinque sedibus Patriarchalibus nulla fide dignas esse obseruat. *Chronographia Theophanis*, inquit, *qualem nunc habemus ex collatione quinque codicum MSS. regii scilicet, Peiresciani, Barberini, Vaticani et Palatini, duabus constat partibus, quarum quae potior est, et vere aurea, omnique acceptione dignissima, historiam exhibet per annos digestam: altera vix plumbea dici meretur, consistitque in tabulis chronologicis*, (Canonia *vocat Goar.*) *quibus per loculos diuisis primum annus mundi, tum Christi incarnati, dein imperatoris romani, proxime regis* [?] *Persarum, aut ducis Arabum, rerum post Persas in Palaestina potentium, denique ex ordine, quinque episcoporum seu patriarcharum*, Romani, Constantinopolitani, Hierosolymitani, Alexandrini et Antiocheni *ordo et anni continentur. Tabulas autem istas magna cum diuersitate non tantum praefixas annis non suis, sed etiam mendosissime conscriptas esse, et plurimis h[illegible] loculis, ac portentosis prorsus annorum, praesertim patriarchalium supputationibus scatere, cum ipsemet Goar agnoscat fateaturque: mirum est, aut ipsum, aut, qui defuncti Goaris laborem eduxit in lucem, Combefisium potuisse sibi persuadere, ab autore Theophane esse, qui variorum autorum sententias et numeros secutus sit varios; opusque proprium vrgente perfectionis necessitate non recensuerit, proindeque exigere a lectore suo possit, vt, qui dormitantem Homerum [illegible]itur, Theophanem quoque lapsum erigat, corrigatque: cum nimirum succedens [illegible] inuicem cohaerentes numeros in sequiores transponit annos, seu etiam coniunctos annos in ipsa canonia desultorie transfert: aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diuersis canonibus assignat annos: vel cum eiusdem viri pauciores anni, plura occurrant canonia: aut cum summa quaepiam aetatis aequales loculos siue canonia quibusdam omissis non accepit: vel denique cum numero eiusdem anni repetito, confusio infertur non mediocris.* In eadem exegesi praeliminari pag. X. seqq. mendas quasdam, librariorum socordia Theophani adspersas et ab aliis non obseruatas, Henschenius eluit.

(*) Ex versione illa locum profert *Allatius* pag. 324 de Georgiis, sed is male *Iacobum Builardum* vocat. Rectius Labbeus in protreptico ad scriptores Byz. edendos, *Io. Iacobum Buccardum.* Parisinus hic fuit Cardinalis Barberini Romae domesticus, cuius laudatio funebris in Nicol. Fabricium Peirescium et alia scripta quaedam referuntur in catalogo bibl. Barberinae p. 194.

De Theophanis continuatoribus, Leone grammatico aliisque dicam proximo capite, inter ſcriptores Byzantinos; nunc age cetera chronica celebriora, quae graece lucem viderunt, paucis perſequamur.

XXXIX. NICEPHORI, patriarchae CPolitani, nati a. Chr. 758. et a. C. 828. defuncti, chronologiam compendiariam ab orbe condito ad ſuam vsque aetatem, latine iam circa a. C. 872. vertit *Anaſtaſius, bibliothecarius*, cuius hiſtoria eccleſiaſtica ex Syncello, Theophane et Nicephoro collecta et *Ioanni*, vrbis Romae diacono, inſcripta, prodiit e codice *Vaticano* latine cum notis *Car. Annibalis Fabretti* inter ſcriptores hiſt. Byz. Pariſ. 1649. fol. [dd]) Ex eiusdem Anaſtaſii verſione chronologia *Nicephori* legitur in bibliothecis patrum,

dd) Inſcriptio haec eſt: *Anaſtaſii* hiſtoria eccleſiaſtica, ſiue chronographia tripartita. Ex MS. cod. bibl. Vaticanae. Collata ad mſt. exemplar. Longobard. vetuſtiſſ. Caſinenſ. bibl. vnde Rom. exemplar manauit. Nunc denuo ad fidem veterum libr. emendata. Acced. notae *Car. Annib. Fabroti*, quibus obſcura quaeque Anaſtaſii illuſtrantur. Item Gloſſaria duo, quibus vocabula mixtobarbara collata cum graeco *Nicephori*, *Georgii Syncelli*, et *Theophanis* exponuntur. Pariſ. e typogr. reg. 1649. fol. — rec. inter SS. Byzant. Ven. 1729. fol. — *Matriti* in bibl. regia, in cod. CXXI. exſtat *Nicephori* chronogr. compendiaria ab orbe condito. Illum vero codicem tantum non ſolum alicubi ſiue verbis, ſiue numerorum notis, ſiue etiam rerum ordine diſcrepare ab edito; ſed etiam eſſe multo pleniorem ac locupletiorem, praeſertim in Iudicum ac regum gentis hebraeae, regum Perſarum, Alexandri M. ſucceſſorum, et romanorum graecorumque imperatorum recenſione, vt paene triplo amplior iure cenſeatur, fuſe operoſeque docuit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 480. ſqq. Quae P. Goar ex Anaſtaſio ſuppleuit, ea ex graeco huius codicis contextu poſſunt reſtitui. Fol. 29. auerſo poſt adducta de Baſilio imp. (in quo deſinit ſeries graec. imperator. in hoc cod. his verbis, Βασίλειος ὁ ὀρθοδοξότατος ἔτη ιη' μ' ια' ἡμ. ς' h. e. annos 18. menſes 11 dies 6.) verba ſequitur dimidiae paginae vacantis ſpatium, *Laſcaris* aliquot folia inſeruit, manu ſua expleuit, et adtexuit Baſilii ſucceſſorum ſeriem ad Conſtantinum vsque III. orient. imperatorem, tum breuem vrbis CPolit. expugnationis ſuaeque ipſius captiuitatis narrationem; poſtremo eiusdem Conſtantini fratrum eorumque ſubolis per varios rerum caſus iactatae notitiam, quam Iriarte gr. excudendam et publicandam curauit. (Eiusmodi ſynopſis hiſtoriarum ab Adamo vsque ad Conſtantin. Palaeologum a *Conſt. Laſcare* ſcripta exſtat in cod. Matrit. LXXII. et Iriarte particulam edidit l. c. p. 265. ſq.). Quae in reliqua narratione conſentiant in illo libro manuſcripto cum editis, aut quae differant, Iriarte diligenter oſtendit. — In cod. LXXXV. eſt chronologica regum tribuum Iſraelis ſeries ex *Nicephori* patriarchae CPolit. chronographia compendiaria deprompta. Illa quoniam et ab excuſa in fol. Scaligeri theſauro temp. et in edit. lat. Goar. ſiue nominibus propriis, ſiue notis numeralibus, ſiue narrationis eloquutione aliisque rebus aliquantum diſcrepat; ab *Iriarte* l. c. pag. 352. tota eſt ad verbum exſcripta. — — In cod. *Coislin.* CXXXIII. *Nic.* chronogr. maxima ſui parte mutila. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 203. ſq. — *Pariſ.* in bibl. publ. *Nic.* CPolit. patriarchae chronicon, in cod. CCXXXIII. ab orbe condito vsque ad Cari, imperium. — In cod. MCCCXX. nr. 45. MMCCCXV. nr. 21. epitome. — In cod. MDCCXI. ab Adamo vsque ad Michaelis huiusque filii, imperatorum tempora. — *Taurini* in cod. CV. bibl. regiae; de quo v. auctorem catal. codd. gr. Taur. p. 202. ſq. — In cod. bibl. publ. *Auguſtae Vindel.* v. Reiſeri catal. p. 80. — *Niceph.* chronogr. olim fuiſſe in cod. pleniorem, loco, qui deeſt in Scaligeriana non minus quam Pariſina edit. ex cod. vetuſto caeſareo Io. Curopalatae epitomes hiſtoriar. docet *Lambec.* comm. de bibl. caeſar. lib. II. p. 232. ſq. et libr. III. p. 148. not. 3. meminit peruetuſti cod. caeſarei chronographiae Nicephor. — In cod. CCLXXXIII. nr. 22. ex *Niceph.* chronographia ſegmentum a Dario Codomanno, rege Perſarum, vsque ad imper. CPolit. Mich. Balbum. (*Lambec.* V. pag. 484. ſq.) — In cod. XIII. nr. 10. chronogr. Nicephori, cum continuatione

trum, Parif. 1575. Vol. II. 1589. Vol. VII. 1644. et 1654. tomo feptimo: Bafil. 1561. Colon. 1618. tomo nono, et Lugd, 1677. tomo XIV. pag. 72. cum commentario *Antonii Contii*, primum edito Parif. 1573. 4. [ee]) quem LXX. Interpretibus [ff]) [P] nimium tribuere, in expurgatorio Indice notat Io. Maria Brafichellanus. *Latine* itidem, interprete *Ioach. Camerario*, vna cum eius commentariis et diff. de fynodo Nicaena Bafil. 1561. fol. Lipf. 1573. 4. apud Voegelin. et apud Io. Steinmannum 1583. 4. Camerarii narratio de fynodo Nicaena prodierat Lipfiae ex officina Iac. Berwald 1543. 8. rec. ibidem 1546. 1552. 1560. 8. ex offic. Valentini Papae. Verfio fine commentariis Bafil. 1569. 8. ante hiftoriam, quam vulgo vocant, mifcellam.

Graece in thefauro temporum *Iofephi Scaligeri*. Lugd. Bat. 1606. p. 305. et 1658. p. 301. fol.

Graece et latine, cum *Iac. Goari* notis, ad calcem Georgii Syncelli. Parif. 1652. fol. [et Venet. tom. V. a. 1729.] inter fcriptores hift. Byz. imperatorum et patriarcharum quorundam poftremorum nomina a fcriptore iuniore adiecta effe, tum in Nicephori graecis, tum in latinis Anaftafii codicibus docet *Seldenus* II. 4. de fynedriis pag. 106. fq. et *Hanckius* de fcriptoribus Byz. pag. 245. Valentiniani quoque genealogiam in codicibus quibusdam defiderari, notat *Io. Pearfonius* in Vindiciis epiftolarum S. Ignatii. Viciffim in aliis MSS. diuerfae continuationes reperiuntur iam ad Conftantinum Ducam, qui a. C. 1067. obiit, iam vlterius etiam, vsque ad a. C. 1180. [v. in notitia codd. msstor.]

GEORGII, monachi et Archimandritae, cognomento, quod ipfe fibi ex modeftia fumfit, *Peccatoris*, fiue *Hamartoli*, circa a. C. 842. clari, quem cum Syncello multi [gg]) male confundunt, chronicon ab O. C. ad Michaelem, Theophili, imp. filium, nondum integrum lucem vidit, etfi partes quasdam illius et fragmenta habemus a Petauio, Lambecio, Gretfero,* Allatio, Radero aliisque fparfim edita. Ex hoc chronico etiam chronologica excerpta petita funt, quibus Malalas ab initio fuppletur; confer *Humfredi Hody* diff. Malalae praemiffam §. XLI. et *Allatium* de Georgiis pag. 329. feq. Cedrenum, Theophanem, Glycam aliosque pofteriores chronologos ex eo profeciffe, atque in excerptis ineditis Conftantini, Porphyro-

nuatione anonymi cuiusdam vsque ad imp Manuel. Comnenum, mortuum a. C 1180 v. *Lambec.* VI. p. 105. Idem *Lambec.* tom. VIII. p. 457. fq. emendat atque illuftrat Nicephori catal. epifcoporum et archiepifcoporum CPolitan. qui eius chronographiae compendiariae infertus eft, meminitque II. peruetuftorum chronographiae codd. caefareor. Ad tom. VIII. p. 198. in nota B. Kollarius obferuat, Nicephori patriarchae vitam, ab Allatio acceptam, Combefifium communicaffe cum Henfchenio, et ab hoc illam in actis SS. m. Martii tom. II lat. quidem pag. 294. graece autem pag. 704. effe vulgatam — De *Nicephoro* eiusque fcriptis infra copiofius dicetur, add. quae fcripfi in Introd. in hift. L. Gr. II. 1. pag. 453. fqq. *Harl.*

ee) Tum in bibl. P. P. maxima, Lugd. tom. XIV. p. 72. et in *Ant. Contii* opp. Neapoli 1725. fol. pag. 72. *Harl.*

ff) Confer *Rich. Simonis* bibliothecam tom. II. pag. 470. Errores quosdam Nicephori chronologicos notat *Io. Garnerius*, praef. ad Liberatum.

gg) Ex gr. *Neffel.* de codd. caefar. part. V. cod. XL. p. 81. *H.*

phyrogenneti περὶ πρέσβεων nonnulla ex hac hiſtoria Georgii Monachi de legationibus ad principes ethnicos legi, p. 334. notat. Idem *Allatius* libro de aetate et interſtitiis ordinum apud Graecos, p. 108. nonnulla ex eodem proferens, monet, neutiquam contemnendum eſſe auctorem, *ex quo recentiores Graecorum hiſtorici ſua fere omnia neque verbis ipſis immutatis hauſere, quod vt videas, latinum fecimus, et vna cum textu graeco, ſi per tempora licuerit, tibi communicabimus.* [*] Illa Allatii verſio et editio non vidit lucem, niſi quod prooemium operis cum interpretatione ſua, diatribae de Georgiis inſeruit. Duos codices MSS. regiae bibl. *Pariſienſis* laudat *Cotelerius* ad lib. IX. recognitionum, quae ſub Clementis nomine ambulant, cap. 20. *Vindobonenſem Lambecius* II. p. 588. [249. ed. Koll. adde *Neſſel.* part. V. cod. caeſ. LXXXIII. p. 142. vbi dicitur *Gregorius Hamartolus.*] *Mediolanenſem et* [illegible] *riacenſem Allatius* de Georgiis pag. 334. *Bauaricum* Gretſerus tom. II. de cruce et [illegible] Raderus in viridario ſanctorum, notis ad vitam S. Ignatii, *Baroccianum* denique, qui exſtat in bibl. Bodleiana, (nr. CCLXXVII. catal. et pag. 269. 8) Humfredus Hody loco [illegible]. *Bauaricus* Monachienſis producitur vsque ad imperium Conſtantini, Leonis filii. Vide catalogum MSS. illius bibl. num. CLXXXIX. *Fabr.* Add. *Kollar.* ſupplem. ad Lambecii ſupplem. p. 656. ſq. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 205. eiusdem bibl. bibliothecar. MSS. II. p. 987. [illegible] MMMMCCXV. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. cod. XI. plut. 70. qui quidem deſinit in romano imper. CPolitano, ſed a *Bandinio* tom. II. p. 671. omnium codd. Georgii praeſtantiſſimus dicitur. — De tribus codd. *Pariſinis* MDCCVI — MDCCVIII plura vide in cat. codd. Pariſ. tom. II. p. 390. — ibidem in cod. MDCCIV. *Georgii monachi* chronicon ab orbe condito ad tempora vsque Maxentii, imp. et in cod. ſeq. *Georgii* monachi, [illegible] ab orbe condito ad Michaelis, imp. et Theodorae, eius matris, tempora: omnes in codd. in indice ad Georgium Nicomedienſ. et chartophylacem male referuntur. — Hic quoque notandum eſt, *Georgii Scylitzis* chronicon imperatorum romanorum et graecorum ab Augusto Caeſare vsque ad Nicephorum Botaniatem Romae in bibl. *Sfortiana*, ap. Montfauc. [illegible] biblioth. MSS. I. p. 702. D. *Harl.*

HIPPOLYTI, Thebani, qui ſeculo XI. floruit, chronicon a [illegible] ad ſua tempora, ſimiliter nondum in lucem prodiit, exceptis fragmentis, de quibus [illegible] ipſo libro V. bibl. graecae cap. 1. pag. 212. ſeq.

XL. GEORGII CEDRENI, monachi, chronicon ab orbe condito ad a. C. 1057. [illegible] *Io. Xylandri* verſione et notis editum eſt Baſileae apud Io. Oporinum et Epiſcopios [illegible] a. 1566. fol. atque inter ſcriptores hiſt. Byzantinae, cum eiusdem Xylandri, ſed [illegible] a Fabrotto emendata, interpretatione notisque, et notis poſterioribus *Iacobi Goari*, [illegible] Xylandri etiam verſio et notae paſſim emendantur, et gloſſario eiusdem *Caroli* [illegible] *ti*, qui editionis huius curam habuit. Pariſ. 1647. fol. [rec. Venet. 1729. in VIII. tom. [illegible] ptor. Byzantin.] In hac lacunae ingentes tres aliaque ex MSS. Altempſianae et V[illegible] bibl. ſuppleta ſunt; nam et Io. Leunclauius notis ad annales Turcicos teſtatus erat, [illegible] aliquot folia Cedreni eſſe, quae in Xylandri editione deſiderentur. Multa etiam [illegible] ac ſuppleta e *Ioanne Scylitze*, Curopalata, quem Cedrenus [hh]) exſcripſit, nec minus [illegible]

[illegible]

hh) Vide, quae de Scylitze dicentur infra. Nec [illegible] mento Tharceſio, quem Cedrenus laudat [illegible] diuerſus hic eſt a Ioanne Protoueſtiario, cogno[illegible]cos, ex quibus profecit, et quorum veſtigiis in-ſiſtere

nuauit. Igitur Ioannis *Scylitzae historia* ab a. 1057. vbi desiit Cedrenus, vsque ad extrema Nicephori Botaniatae siue ad a. 1080. subiuncta est a Fabrotto *graece* e bibl. regia, et *latine* ex interpolata per eumdem editorem Io. Baptistae [P] Gabii versione. ii) In codice Vaticano Aethiopicorum-Heliodori adnotatum est, illum scriptorem versibus iambicis etiam ad imp. Theodosium scripsisse de auro conficiendo, idque Georgium Cedrenum testari. Γράφει δὲ διὰ ςίχων ἰάμβων τὴν τȣ̃ χρυσȣ̃ ποίησιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον, ὥς φησι Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. *Neque vero hoc licet negare*, inquit Contingius de medicina hermetica, pag. 25. *etsi in edito Cedreni volumine* (etiam Parisiensis edit.) *non reperias. Notum enim, valde mutilum illud esse, et miris modis deformatum, quod iam Iosephus Scaliger, est conquestus.* Vide tamen, quae Scaligeri iudicio, qui breuiarium tantum maioris operis et cadauer ad nos peruenisse existimabat, opponit *Allatius* de Georgiis pag. 336.

IO. ZONARAE, CPolitani, ex praefecto vigilum et primo a Secretis, monasticam vitam amplexi et plurimis aliis scriptis clari, kk) Annales ab orbe condito vsque ad a. C. 1118. quo

sistere se non diffitetur, Syncellum, Theophanem, (Iohannem) Siculum, Psellum, etc. De Cedreno plura *Allatius* diatriba de Georgiis §. 25. pag. 334. seq. ad calcem tomi X. huius bibl. *Fabr.* Add *Caue* H. L. S. S. eccl. tom. II. p. 142. *Oudin.* (qui Cedrenum saec. XII. minus probabiliter adserere studuit,) comm. de S. S. E tom. II p. 1130. *Saxii*, (qui plures laudat VV. DD.) Onom. II. pag. 181. sq. *Lambecius* comment. II p. 233. Koll. Cedrenum, quod primam Scylitzae editionem verbotenus transscripsit in suam historiarum synopsin, plagiarium vocat impudentissimum, et refutat *Fabrottum*, qui in edit. Parisinae Cedreni praefatione Ioannem Scylizam nuncupat Cedreni simiam. *Harl.*

ii) *Cedreni* historia, sed cuius et initium desideratur et finis, in cod. *Paris.* MDCCXIII. bibl. publ. — In cod. *Coislin.* CXXXVI. est Io. Scylitzis Curopalatae synopsis historiarum. Prooemium excipit historia ab imperio Michaelis Rangabe, (a fol. 1. verso — 167.) quae, vt ait *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 206.) est ipsissima historia *Ioannis Cedreni* paruo discrimine. In isto tamen non pauca notatu digna habentur, quae in edito praetermittuntur. A fol. 168. est *chronicon*, quod continet historiam Michaelis Paphlagonis, Michaelis Calephati, Constantini monomachi, Theodorae, Isaaci Comneni, Constantini Ducae et Romani Diogenis vsque ad Nicephorum Botaniaten, (vt videtur Montfauc.) Quoniam vero praefatio, quae in hoc codice initio historiae Ioannis Curopalatae praemittitur, longe copiosior est ea, quae praeit Georgii Cedreni historiae, nec pauca de scriptoribus historiae Byzantinae noua ac notatu digna continet; eam *Montfaucon* graece cum versione sua latina pag. 207. sq. formulis typographicis describendam curauit. — In cod. *Coislin.* CCCXIII. est *Georgii Cedreni* annalium magna pars: incipit a tempore Iuliani, apostatae. (*Montfauc.* l. c. pag. 426.) — *Venetiis* in bibl. S. S Ioannis et Paulli, Dominicanorum, *Georgii Credreni* historiae in cod. exarato a. Chr. 1284. teste *Montfauc.* in diario ital. p. 47. — *Lambec.* in comm. de bibl. caesarea, tom. IV. p. 27. sqq. tom. V. pag. 24. sq. tom. VII. p. 105. not. et p. 573. sq. quaedam *Cedreni* loca illustrat. — Secundum cat. codd. Angliae etc. tom. I. p. 263. in collectan. *Ric. Iamesii*, ex *Zonarae* annalibus, ex *Cedreno* et *Nicephoro Gregora*. — CPoli in bibl. *Michaelis Cantacuzeni*, secundum catal. codd in bibl. Vindob. fuit nr. V. Ἱςορικὸν Γεωργίου Κεδρένȣ καὶ ἀρχῆνα ἀπὸ Κτίσεως Κόσμȣ. — In bibl. CPolit. ἐν τῷ ῥαιδεςῷ exstiterunt ἱςορικὸν Ἰωάννου τȣ̃ Ζωναρᾶ. — Γεωργίȣ τȣ̃ Κεδρηνȣ̃. — τȣ̃ Λαονίκȣ. — Γεωργίȣ μοναχȣ̃. — Ἱςορικὸν Κωνςαντίνȣ τȣ̃ Μανασσῆ. — Μιχαὴλ τȣ̃ Γλυκᾶ. — Νικηφόρȣ τȣ̃ Γρηγορᾶ. — Μιχαὴλ τȣ̃ ψέλλȣ. — Γεωργίȣ τȣ̃ Σκυλίτζη etc.

kk) De eius scriptis v. infra, Vol. IX. lib. V. cap. 42. pag. 241. sqq. Vol. XI. pag. 46. Add. *G. I. Vossius* de histor. gr. libr. II. c. 27. *G. Caue* hist. litter. S. S. eccl. tom. II. pag. 201. *C. Oudinus*

quo obiit Alexius Comnenus, ex Viennenſi MS. et aliis quatuor codicibus cum *Hieron. Wolfii*, notis prodiere Baſil. 1557. fol. [ll]). Poſtea *Carolus du Freſne* Wolfianam editionem ex 4. ſcriptis codd. regiae bibl. et vno Colbertino emendauit, latinam verſionem recenſuit, notasque eruditas addidit Pariſ. 1686. II. voll. fol. [rec. Venet. in corpore hiſt. Byzant. tom. X. pag. 11.] Cangius diuiſionem operis genuinam in partes duas, librosque XVIII. reſtituit, et libros capitibus diſtinxit, ſubiuncto *breui ſummario chronologico anonymi* ab Adamo ad Alexium Comnenum, quod Dionyſ. Petauius cum Nicephori CPol. breuiario hiſtorico graece et latine vulgauerat Pariſ. 1616. 8. *Italice* quoque translati Zonarae Annales ſunt a *Marco Aemilio*, Florentino, Venet. 1560. 4. [et a *Ludou. Dolce*, Venetiis 1564. 4. et 1570. 4. v. *Paitoni* bibliotheca degli Autori — volgarizz. tom. IV. p. 244. ſq. *Harl.*] et *gallice* a Ioanne de Maumont, Lugd. 1560. et Pariſ. 1561. apud Vaſcoſan. fol. a Ioanne Mileto (*Millet de S. Amour*) Pariſ. 1583. fol. Nonnullis Zonarae codicibus praefixum nomen *Georgii Scylitzae*, forte quod capitibus opus diſtinxerit, ſummariaque praefixerit. Vide *Allatium* de Georgiis pag 338. 339 *Fabr.* De *msstis codd.* v. *Wolf.* et *Cangii* praefatt. *Cruſii* Turco-Graeciam pag. 203. et *Allatium* de Georgiis pag. 338. Wolfius vtebatur tribus Annalium Zonarae exem-

nus comm. de SS. E. tom. II. p. 983. *R. Ceiller* hiſt gen. des AA. eccl. tom. XXI. p. 544. *Io. Fabricius* in hiſtor. bibl. part. II. p. 415. ſq. *Saxius* in Onomaſt. II. p. 217. et qui alii ab illo laudantur VV. DD. In cod. LI. nr. 23. Vindobon. *Zonaras* adpellatur Μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας, obſeruante *Lambecio* comm. tom. VIII. p. 995. *Harl.*

ll) Wolfiana edit. inſcripta eſt: *Io. Zonarae* compendium hiſtoriarum in tres tomos diſtinctum, gr. et lat. liberalitate *Antonii Fuggeri* et labore *Hieron. Wolfii.* Baſil. per Io. Oporin. 1557. III. tom. fol. Huc reuocabo, quae Fabric. Vol. IX. pag 241. ſcripſerat: „Praecipuum Zonarae opus ſunt *Annales* ſ. χρονικὸν in partes duas et libros XVIII. diuiſum. [In priore parte perſequitur Zonaras hiſtoriam Iudaeorum ſecundum ſacrum codicem ac Ioſephum; poſthaec hiſtoriam Graecorum et romanae reipubl.; in poſteriore autem parte exponit hiſtoriam imperatorum.] Wolfius diſtinctionem in partes tres ex ſuo ingenio contra auctoris mentem commentus eſt. Genuinam in partes duas et libros XVIII. diuiſionem *Cangius* e msstis codd. reſtituit: de cuius editione v. Acta erudit. MDCLXXXVII pag. 663. et hiſt. des Ouvrages des Sauans, Oct. pag 139. Cedrenum, qui in a. 1057. definit, praeferri ab Hieronymo Wolfio, indignatur *Allatius* p. 335. diatribae de Georgiis, quum Cedrenus nihil fere egerit aliud, quam vt e quatuor vel quinque ſcriptoribus ad verbum deſcripta repetierit; Zonaras autem ſuopte marte et ingenio chronicon hoc contexuerit. Tamen et Zonaras in imperatorum hiſtoria libenter ſequitur Dionem Caſſium, ita vt ſaepe, quid Dio in libris etiam deperditis ſenſerit vel ſcripſerit, ex Zonara liceat coniicere, vt notat *Voſſius* lib. II. de hiſt. graecis cap. 27. [vide Vol. V. B. Gr. pag 141. ſq. et de temerario *Nic. Carm. Falconii* ſtudio auſuque, Dionis ex Zonara reſtituendi, pag 144. ac *Reimar.* praef. ad Dion. Caſſ. §. 12. vbi pag. XX. Zonaram vocat exilem et elumbem, inprimis §. 13. pag. XXI. ſq. vbi inter alia, Ducangium, bene ait, Zonaras, non modo verba Dionis mutat; ſed et res ab eo memoratas, aliorum ſcriptorum narratione identidem interpolat: ego tamen id non ſumſerim, vt ſine adhibito Dione aut Xiphilino, quae eius ſcriptoris ſint apud Zonaram, olfacere audeam." Add. primam Reimari notam ad fragm. tom. I pag. 1. ſq. etc. *Harl.*] Atque ipſe Zonaras profitetur, characterem ſuum ideo non vnum eumdemque in hoc opere reperiri, quod ἐκ πολλῶν βιβλίων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος ex pluribus ſcriptis hiſtorias colligens (tamquam ſtipem) facile etiam illorum verbis vti non dubitauerit. Ἐρανισάμενος autem legendum eſt pro εὐκαιρισάμενος vel ἐκλεξάμενος, quod probatur Gottfrido *Waechtero* in actis eruditorum tom. V. ſupplementi pag 174. Etiam Paeanium Eutropii metaphraſten Zonaras haud raro ſequitur, vt notat Cangius in notis p. 27." Hactenus Fabric. *Harl.*

exemplis, Constantinopoli per ea tempora a Ioanne Dernschwamio de Hradiczin comparatis et alio, nec non *Vindobonensi*, quem cod. integrum Wolf. valde celebrat, v. *Lambec.* comm. de bibl. Caes. I. pag. 71. sqq. inprimis de *Vindobonensi*, (qui olim pertinuit ad Budensem Mathiae Coruini, regis, bibliothecam, dein peruenit ad Io. Fabrum, Vindobonensem episcopum, denique ad caesaream bibliothecam,) *Kollar.* in supplem. I. ad Lambecii commentar. pag. 632. sqq. cod. CII. cuius ille historiam late exponit. Is autem scriptum illum librum facile esse omnium sui generis principem et ipsimet Zonarae aequalem iudicat, et Cuspinianus in litteris ad Maximilianum, imper. qui, versionem illius cupiens latinam, laborem istum per litteras mandarat Bilibaldo Pyrkhamero, auctorem habuit *Ioannem Monachum*, sed Pyrkhamero prouinciam illam, Zonarae in latinum transferendi, in litteris ad Cuspinianum d. XVI. Maii a. 1515. datis declinante, ea delata est ad Angelum Cospum, Bononiensem, qui vero, illi a. 1517. immortuus, nihil Zonarae produxit praeter Alexandri M. vitam, cum II. Diodori Siculi libris editam. Inscriptio operis haec est: *Diodori Siculi* scriptoris graeci libri duo; — — Vtrumque latinitate donauit *Angelus Cospus* Bononiensis. *Alexandri regis vita, quam graece scriptam a Ioanne Monacho* [s. Zonara] *Ang. Cospus vertit in nostram linguam.* Viennae Pannoniae 1516. fol. per Hieron. Vietorem: de qua edit. copiosius egit *Denis.* in Memorab. bibl. Garell. part. I. pag. 263. sqq. et nos eam aliasque edd. enumerauimus supra in vol. IV. pag. 368 sq. — Praeter ea sunt in biblioth. *caesarea* duo alii *Zonarae* codices, initio mutili, CIII. et CIV. quos recenset *Kollarius* l. c. pag. 641. sq. *Lambec.* tom. IV. pag. 27. sq. VII. pag. 317. sq. et pag 574. illustrat aut emendat loca quaedam Zonarae. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. Zonarae cod. IV. plut. 70. in quo nullam librorum diuisionem esse, sed tantummodo capitum titulos, qui desiderantur in editione, adponi, notat *Bandinius* cat. codd. gr. II. pag. 658. — in cod. XIII. nr. 65. excerptum ex Zonarae ann. (libr. VI. tom. X. hist. Byzant. ed. Venetae pag. 201 — 203.) de Iosepho hebraeo, quid dicat de Christo: et nr. 66. ex eodem, quomodo secundum Iosephum Alexander honorauerit Iudaeos, breue excerptum. — *Venetiis* in bibl. D. Marci Zonarae annales in duo diuisi libros, in cod. CCCXCIX. scripto a. C. 1420. — initio et fine mutili, in cod. CCCC. et libri IX. priores in cod. CCCCI. — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, duo codd. annalium, et duo codd. in bibl. *Mutinensi*, teste *Montfauc.* in diario ital. pag 13. et 32. — In cod. CXXXVII. *Coisliniano* Zonarae annales cum Niceta Choniate et Nicephoro Gregora. (*Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 208. sq.) — In bibl. *Escoral.* Zonarae chronicon a dictatura Sullae vsque ad imperium Alexii Comneni, teste *Plüero* in itinerar. per Hispan. pag. 178. bis, secundum *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 624. A.) — inter codd. *Mendoz.* v. *Iriart.* catal. gr. codd. Matrit. pag. 277. — Secundum catal. codd. Angliae etc. in bibl. *Bodl.* inter codd. *Cromwelli* nr. CCLXXX. Zon. annalium pars posterior, quae est historia Augusta. — inter collectanea *Iamesii*, (catal. I. pag. 263. nr. 30. 2.) excerpta ex Zonarae annalibus. Secundum *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSSt. in bibl. *Vaticana*, Zonarae epitome veterum historiar. ab initio mundi; eiusdem de imperatoribus historia, (tom. I. pag. 8. D. — et tom. III. gr. pag. 86. B.) — *Monachi* in bibl. electorali, Zonarae annal. tom. III. cum Nicetae Choniatae annalibus. (I. pag. 591. D. coll. catalogo codd. gr. in bibl. Bauar. pag. 75. cod. CCVI.) — *Romae* in bibl. Sfortiana *Zonarae* epitome historiar. ab imperio Diocletiani et Maximiani ad imp. Alexii Comneni. (I. pag. 702. D.) — *Paris.* in bibl. olim regia, codd. MMLXXV. MMLXXVI. MMDLVII. et MMMLVIII. Zonarae chronicon

et annales (II. p. 728. et 733. D. ac 738. B.) Ex catal. codd. CPolitan. qui adhuc ſaec. XV. ſalui erant, quorumdam, qui huc pertinent, notitiam, quam debeo humanitati cel. Alteri, dabo. In catalogo IV. (a Kollar. in Suppl. ad Lambec. nominato,) nr. 6. ἱϛορικὸν Κύρου μιχαὴλ τοῦ Ψέλλου καὶ ὑπερτίμου nr. 7. ἱϛορικὸν Ἀνδρειότου περὶ τῆς γῆς αὐτῶν ἑταιρείδος. nr. 8. ἱϛορικὸν Κύρου Νικήτα κουροπαλάτου τοῦ Χωνιάτου. nr. 27. ἱϛορία παλαιὰ μετὰ τὸν πόλεμον τοῦ μωάμεδ, καὶ ὅπως ἐπολέμησε καὶ ἐνίκησε τοὺς Ῥωμαίους δύο καὶ τρὶς φοραῖς nr. 136. λόγοι ἱϛορικοὶ πάνυ ὡραῖοι τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ nr. 148. ἱϛορικὸν γεωργίου μοναχοῦ τοῦ Λακαπήνου καὶ ἀρχίζει ἀπὸ κτίσεως κόσμου. nr. 149. ἱϛορικὸν Ἰωάννου Κουροπαλάτου τοῦ Σκυλίτζη καὶ ἀρχίζει ἀπὸ τὴν ἀγόρευσιν Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν, καὶ τελειώνει ἕως τῆς βασιλείας Ἰσαακίου τοῦ κομνήνου nr. 150. ἱϛορία τῶν Κομνηνῶν. ὃ καλεῖται τὸ Βιβλίον, τὰ Κομνηνὰ ἱϛορήματα. In bibl. patriarchali CPolit. exſtare in cat. VIII. dicuntur, Hiſtoria *Georgii Monachi*; hiſtoria *Comnenorum*; *Nicephori Gregorae* hiſtor. περὶ τῆς νέας ῥωμαϊκῆς ἱϛορίας. hiſtoricum *Georgii* τοῦ σκυλίτζη Hiſtoria *Philochori*. *Harl.*

XLI. In eodem anno Chriſti 1118. deſinunt etiam ab orbe condito deducti annales MICHAELIS GLYCAE, Siculi mm), quorum partem [n. librum tertium a pag. 204. edit. regiae.] a Iulio Caeſare ad Conſtantinum M. ex codice Andreae Schotti ſub falſo *Theodori Metochitae* nomine graece cum verſione et notis edidit *Io. Meurſius* Lugd. Bat. 1618. 4. [et in *Meurſii* Opp. tom. VII. Florent. 1746. fol. pag. 737. ſqq.] Integros ex Io. Sambuci codice vertit vulgauitque latine *Io. Leunclauius*, et ad captam vsque a Turcis CPolin continuauit. Baſil. 1572. 8. Inde *Philippus Labbeus* pluribus codd. [?] MSS. vſus Claromontano, Fontisebraldenſi, et variis lectionibus ex codice Bavarico, Vallicellano atque Auguſtano Glycam graece primus edidit, verſionem *Leunclauii* recenſuit notasque ſuas, perinde vt Meurſii quoque, et Leunclauii continuationem adiunxit. Pariſ. 1660. fol. Laudat hic Glycas pag. 82. *Pyronem* ſiue *Pyrrhonem* χρονογράφον, ex eoque refert, Adamum quadrageſimo demum, quum conditus eſſet, die paradiſum eſſe ingreſſum. *Fabr.* Rec. in corpore Byzantino, ed. Venet. 1729. *Lambec.* in comm. de bibl. caeſar. tom. II. pag. 247. emendat Πλακίδη pro Πλακιδίᾳ (vti legitur in Glycae ann. pag. 256. ed. Pariſ.) ex Socratis H. E. IV. cap. 26. et ex cod. Glycae annal. *caeſareo* XLI. inter codd. gr. hiſtor. atque *Neſſel.* in cat. bibl. Vindob. part. V. pag. 55. 141. et 144. laudat tres codd. n. XXVIII. (ex quo, Neſſel. ſcribit, non contemnendo ſpicilegio editionem Pariſ. Glycae augeri poſſe ac ſuppleri,) LXXIX. et LXXXVI. in quibus eſt Glycae chronicon. Sed *Kollarius* in ſupplem. ad Lambecii comment. copioſius curatiusque recenſet illos codd. Glycae annalium caeſareos: n. pag. 657. ſq. cod. CXI. (in quo fol. 15. occurrunt quoque XXII. ſiue epiſtolarum ſiue diſputationum Glycae argumenta; Kollarius vero animaduertit, Labbei edit. multum diſtare a perfectionis laude, quum ille vnius potiſſimum Claromontani, frequentibus lacunis interrupti, codicis auctoritatem in textu ſequutus, ex Fontisebraldenſi codice, qui multo integrior, et caeſarei Vindob. perſimilis eſſet, lacunas ſui cod. ſeparatis

mm) Imo Σικελιώτου Byzantini. Vide Mich. *le Quien* ad Damaſcen. tom. I. p. 653. *Fabr.* De eius aetate, nomine, patria ſcriptisque plura dabunt *Mongitor.* in bibl. Sicula II. p. 75. ſqq. *Io. Lamius* in deliciis eruditorum, Florent. 1736. et 1739. 8. aliique; et ego in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. p. 554. ſqq. copioſe recenſui variorum ſententias ac rationes. Add. infra, Vol. IX. B. Gr. pag. 228. vbi plura h. c. d. hac de re et Glycae epiſtolis diſputabo. *Harl.* Conferri interea poteſt *C. Fr. Walchii* Comm. de Glycae ann. in Commentatt. Soc. Gott. Vol. V. p. 18. ſq.

ratis in notis tantum expleuisset;) — pag. 665. cod. CXII. ex quo Leunclauius versionem suam confecit; et p. 667. cod. CXIII. in cuius inscriptione dicitur *χρονικὴ σύντομος ἐπὶ σύνοψιν, ἥτις συνετέθη παρὰ γραμματικοῦ Κύρου τοῦ συκηλιώτου*, — a *Sycehota grammatico*; cuius inscriptione deceptus et in eum errorem inductus esse Kollario videtur, Leunclavius, vt primus omnium Glycam compellaret *Siculi* cognomine. — *Glycae* annal. in cod. *Veneto* D. Marci CCCCII. — et in cod. *Coisl.* CCCXII. de quo v. *Montfauc.* biblioth. Coislin. pag. 426. — item inter codd. *Vossianos* secundum cat. codd. Angliae etc. II. pag. 57. — *Leidae* in bibl. publ. chronicon ex veteri codice descriptum, quasi paratum ad editionem. (catal. bibl. Leidens. pag. 234. nr. 2.) — *Paris.* in bibl publ. in cod. MDCCXIX, et fragmentum, res a Leone M. ad Monomachum vsque gestas complectens, cum animaduerss. viri docti margin. in cod. MDCCLXIX. — Teste *Montfaucon* in bibl. bibliothecar. MSSit. *Glycae* chronicon in bibl. *Veronensi*, (tom. I. p. 490. E.) *Harl.*

Post Glycam scripsit circa a. C. 1150. sub Manuele Comneno, quem laudat pag. 53. edit. reg. chronicon suum ab orbe condito ad a. C. 1081. siue Nicephori Botaniatae imperium et Alexii Comneni initia tantummodo produxit CONSTANTINUS MANASSES. Titulus in MS. Philippi Labbei: *τοῦ Μανασσῆ Κύρου Κωνσταντίνου τοῦ Γραμματικοῦ λαμπροῦ σύνοψις χρονικὴ διὰ πολιτικῶν στίχων ἐκ τῆς κοσμοποιΐας ἀρχομένη μέχρι τῆς Βασιλείας τοῦ Βοτανιάτου Κύρου Νικηφόρου, πρὸς τὴν Σεβαστοκρατορίαν Κύρην Εἰρήνην τὴν ἐπ' ἀδελφῷ νύμφην τοῦ βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ.* Non prosa, sed versibus prosae simillimis, quos *politicos* Graeci recentiores adpellant, scripsit annales suos, siue *σύνοψιν ἱστορικὴν* ad Irenen, Andronici Comneni vxorem, de qua *Cangius* in familiis Byzantinis pag. 181. Vertit hunc scriptorem ex Italico codice vulgauitque *latine Io. Leunclauius* Basil. 1573. 8. *Graece* ex codice Palatino descriptum *Io Meursius* edidit, subiuncta *Leunclauii* versione ad calcem voluminis et notis eiusdem suisque castigationibus Lugd. Bat. 1616. 4. Hinc inter historiae Byz. scriptores lucem vidit *graece et latine* Paris. 1655. fol. [in Venet. 1729 F.] additis, praeter Meursii et Leunclauii notas, variis lect. e MS. codice *Allatii*, et quas *Carolus Annibal Fabrottus* collegit e duobus regiis codicibus, eiusdemque *Fabrotti glossario*. Andreas Schottus in litteris ad Meursium datis 28. August. a. 1615. *De Manasse scito et penes me esse MS. ex libris Petri Pantini, eodem etiam latino interprete, quum ignoraret fortasse, a Leunclauio esse conuersum.* *Fabr.* Conf. *Saxii* Onom. II. pag. 241. et quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 508. sq. — Codd. mssti sunt *Venetiis* in bibl. Antonii Capelli, patritii Veneti, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 64. — Quondam *Constantinopoli* in bibl. Michaelis Cantacuzeni, v. nouam libror. rariorum conlection. fasc. III. Halis Magdeb. 1710. 8. pag. 441. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXX. n. 1. initio desiderantur 660. versus: librarius autem codicis ita coniunxit versus, vt solutam orationem dixeris; it. codd. MDCCLXX. MDCCLXXI. et MDCCLXXII. MDCCCIII. MMLXXXVII. nr. 14. cum scholiis ad marginem positis, ac MMDCCCV. nr. 6. finis desideratur.

In bibl. elector. *Bauar.* chronic. Const. Manassae in cod. LI. XCII. et XCIII. et gnomae ex libro Constant. Man. in cod. CCIX. sec. cat. codd. gr. — *Vindobonae* in bibl. caesar. codd. CXVIII. (qui multas habet varr. lectiones, quae dissident ab edit. Parisiensi, sed conueniunt cum VV. lectt. Leonis Allatii, eidem edit. adiectis,) CXIX. ex quo etiam ed. Paris. potest emendari; CXX — CXXI. in quo Const. Manassis chronicon excipit ieiuna continuatio vsque

ad an. 1453 siue ad captam per Turcas CPolin. post sequitur subscriptio continuatoris, tum versus et nota temporis, quo is codex sit exaratus, n. a. Ch. 1475. — cod. CXXII. cuius inscriptio fere conspirat cum ea, quam Fabricius adtulit ex cod. Labbei, denique fragmentum in cod. CXXIII. De quinque his codd. Vindobon. multus est *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. pag. 687 — 701. add. *Nesselii* cat. codd. caesar. part. III. pag. 47. nr. 3. part. IV. pag. 83. nr. 2. p. 96. part. V. p. 81. 138. 139. 156. et 146. cod. XCI. XCIII. — In *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSSt. praeterea nominantur codd. *Constantini Manass.* in bibl. *Vaticana*, (I. p. 9. D. p. 34. B. p. 85. E.) in bibl. *Ottoboni* Romae. (pag. 184. D. p. 198. B.) — *Florentiae* in bibl. Benedictin. S. Mariae Manassae quaedam. (pag. 415. A.) — in bibl. *Escor.* (pag. 618. C.) — in bibl. regis Angliae, (pag. 632. D.) — in bibl. *Bodlei.* (pag. 641. B.) — in bibl. *Norfolciana*, (p. 682. D.) — in bibl. *Iacobaeorum*, (p. 685. D.) — *Taurini* in bibl. regia, in cod. CCLIX. cui a fol. 157. adnexum est anonymi breuissimum chronicon ab orbe condito vsque ad Isaaci Angeli renouatum imperium; — in cod. CCCIV. in fine subiicitur breuis enumeratio chronologica praecipuarum epocharum ab orbe condito; tum series chronologica imperatorum CPolitanorum vsque ad Manuelem Porphyrogenitum; — in cod. CCCIX. qui ex edit. Leunclau. transscriptus est. v. catal. codd. gr. Taurin. pag. 371. 393. et 394. — In cod. *Coislin.* CCCLXXXII. de quo plura notauit *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 587. — *Constantini Manassae* de Oppiano versus politici, ad calcem Oppiani cynegetic. in cod. *Paris.* MMDCCXXXVI. et praefixi libro I. illius carminis in cod. *Paris.* MMDCCXXXVII. nec non in fine poematis in cod. *Veneto* D. Marci, CDLXXIX. (conf. supra, vol. V. pag. 593. 594. et 595.) — in cod. autem *Veneto* CDXII. est Constantini Manassae *descriptio imaginum marmorearum.* v. cat. codd. gr. pag. 199. — in cod. *Vindob.* caesar. CXLIX. nr. 2. Manassis chronicon. nr. 3. eiusdem *monodia in astroglenum amicum*, immo potius passerem suum. nr. 3. eiusd. opusculum versibus *de astris*, *planetis*, *et circulo zodiaco*. V. *Nessel.* cat IV. pag. 83. — In cod. *Veneto* Marc. CDXXVIII. qui continet *Macarii Chrysocephali* Ῥοδωνιάν, pag. 208 — 220. sunt excerpta ἐκ τῶν ἐρωτικῶν Θ' λόγων τȣ̃ σοφȣ̃ Μανασσῆ, τῶν κατὰ Ἀρίςανδρον καὶ Καλλιθέαν de quo antea ignoto opusculo copiose disserit cl. *Villoison* in anecdotis gr. tom. II. pag. 75. sq. est vero, ait, insulsa *de Aristandri et Callitheae amoribus* fabula versibus politicis conscripta — nec luce digna: et speciminis loco excerpta dedit e primo amorum libro. — In eodem cod. pag. 220. sunt quaedam ex Manassis chronico. Fabric. in Addendis, de Constantini, ait, Manassis scriptis adde: In cod. msto Leonis Allatii fuerunt eiusdem Manassis, sed a tineis blattisque misere admodum habita, 1) ἔκφρασις εἰκονισμάτων κατὰ μέσοι μὲν ἐχόντων τὸν Κύκλωπα τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρȣς διασπαράσσοντα καὶ ἐσθίοντα, τὸν δὲ Ὀδυσσέα οἶνȣ ἀσκὸν προσφέροντα καὶ δεξιȣ́μενον πίσει τὸν κύκλωπα. Incipit: Οὐδὲν ἄρα φιλοκάλȣ ψυχῆς ἀνιαρότερον, εἰ δ' ἅμα καὶ φιλολόγος εὑρεθῇ. [Haec descriptio imaginum videtur ab ea, quam in cod. Veneto exstare paullo ante diximus, esse diuersa. Differt quidem et inscriptio et initium in catal. codd. gr. Ven. l. mem.] 2) ἐπικήδειος πρὸς τὸν ἀποιχόμενον ἐπὶ τῶν δεήσεων Κύριν Νικήφορον τὸν Κομνηνόν. Incipit Ἀρκάβων γῆ πιωτάτη, καὶ μήτηρ γενναίων χυμῶν. ἀέρες γὰρ εὖ κεκραμμένοι. His adde 3) quod e Constantini Manassis libro tertio *Hodoeporici*, versibus iambicis scripti, locum adfert idem *Allatius* pag. 201. ad Georgium Acropolitam. Hactenus Fabric.

Iam

Iulii Pollucis, scriptoris Christiani, historia physica seu chronicon ab origine mundi, vsque ad Valentis tempora: gr. et lat. a *Bianconio* sine nomine auctoris, dein, addita illius nota, ab *Ignatio Hardtio* editum: de quibus edd. supra, ad vol. VI. p. 144. §. III. et in Introd. in hist. L. Gr. II. I. p. 390. sq. vberius exposui. Ad Bianconi edit. loca quaedam explicat illustratque *Franc. Fiorius* de quodem Hegesippi fragmento et de nonnullis S. S. patrum locis etc. Bononiae, 1793. 4. p. 78. sq. *Harl.*

XLII. *De Chronicis quibusdam graecis ineditis.*

Latent longe plura eiusmodi chronica adhuc inedita in abditis bibliothecarum, quae si non integra, saltim ex illis excerpta a viris, iudicio praeditis, in lucem proferri esset operae pretium. *Ioannes Siculi* chronicon ab orbe condito vsque ad imperium Michaelis, [P] Theophili F. siue ad a. C. 866. MS. fuit in bibl. Palatina, quo vsum se testatur in praefat. ad Saracenica sua *Frid. Sylburgius* atque ille ipse omnino videtur ὁ Σικελιώτης, quem sequutos se Cedrenus ac Io. Scylitzes profitentur, vt probe etiam a Labbeo obseruatum est. *Fabr.* Conf. *Gerh. Io. Voss.* de histor. gr. lib. IV. cap. 21. et *Mongitor.* bibl. Sicul. I. pag. 313. sq. vbi quoque codd. in quibus seruari dicitur chronicon, enarrantur. In cod. Vindob. CXXXIV. est *Io. Siculi* chronicon cum incerti auctoris continuatione vsque ad Theodor. Comnenum I. ad a. C. 1222. v. *Kollar.* in supplem. ad Lambec. pag. 762. sq. qui culpat Nesselii inscitiam, et Io. Siculum vindicat saeculo IX. *Ioannes Siculus* quoque memoratur inter commentatores christianos in Hermogenem. v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Medic.* tom. II. pag. 341. nr. 6. supra in vol. VI. pag. 70. 71. et 75. cum primis quae pag. 76. not. *v.* obseruaui. *Harl.*

Georgii Acropolitae περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἐτῶν καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων μέχρι ἁλώσεως Κωνςαντινȣπόλεως fuit in bibl. Scoriacensi. Confer *Allatium* pag. 362. de Georgiis, qui eiusdem chronologiam CPolitanam Neapoli apud Carthusianos MStam commemorat. *Fabr.* V. codd. Nanian. catal. pag. 347. nr. XIV. De Georgio Acropolita v. infra libr. V. cap. 5. p. X. *Harl.*

Simeonis, magistri et *Logothetae*, chronicon collectum ex variis chronicis et historiis, ab Adamo vsque ad Constantinum Porphyrogennetum, vt his etiam iambis praefixis docetur:

Ἀρχὴν μὲν Ἀδὰμ ἔχεν βίβλος, καὶ τέλος
Τὸ Πορφυρογέννητον εὐσεβὲς κράτος.

Codex MS. regis [inter codd. Paris. cod MDCCXII. nr. 1 et 7.], quo vsus est Cangius in glossario graeco notisque ad Zonaram et aliis in scriptis, desinit in Leone Armenio cum Theophane, cui in multis consonat. De codice Messanensi et Scoriacensi mentionem facit *Labbeus* in protreptico hist. Byz. pag. 50. Hoc est, quod ab aliquibus tribuitur *Simeoni Metaphrastae. Fabr.* Conf. *Dorville* Sicula pag. 6. — chronicon *Romae* in bibl. patrum Basil. et in bibl. monast. S. Saluatoris Basilian. Messanae, (*Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSSt. I. pag. 198. B. et p. 199. A. cod. LXXV.) — *Venetiis* in bibl. *Taruisiana*, *Simeonis magistri* historia ab Adamo vsque ad imperium Michaelis Ducae, filii Constantini. (*Montf.* ib. pag. 481. D.) — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DCVIII. in quo etiam est anonymi historia imperatorum Trapezuntinorum: inc. ἦλθεν ὁ μέγας Κομνηνὸς ὁ Κύριος Ἀλέξιος. — Locum ex cod. *Vindobon.* affert *Lambec.* comment. tom. II. pag. 249. sq. codices ipsos *Vindobon.* nempe CXXVI. n. 2. (incipit

(incipit ab Adamo et definit in a. 896.) CXXVII. nr. 2. (incip. ab orbe condito ex Genesi, tum sequitur chronicon ex X historicis consarcinatum et definit in Dario, Hystaspis F.) recenset *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. pag. 734. et 737. idem pag. 759. excerptum, a Constantino M. vsque ad Iustinianum in cod. CXXXII. nr. 4. desumtum esse opinatur ex chronico Simeonis magistri, cui cognomen est Metaphrastae. — Eiusd. Simeonis historia templi S. Sophiae est in codd. Vindob. CXXVIII. nr. 1. et CXXXII. nr. 4. de illa historia et de illis codd. v. Kollar. l. c. pag. 748. et 760. conf. *Oudin.* de scriptor. eccles. II. col. 1304. et *Fabric.* infra cap. V. 10. de scriptor. post Theophanem pag. 352. tom. VI. vet. edit. *Harl.*

Simeonis Sethi historia chronica a creatione mundi vsque ad imperium Constantini Ducae, lingua graeca vulgari, MS. memoratur inter libros, qui in patriarchio CPolitano [et CPoli inter codd. Iac. Marmoreti, ἱϛορικὸν Κύρȣ μαγίϛρȣ τȣ̃ σήθ χρονικὸν εἰς κοινὴν γλῶτταν] seruantur. Vide *Reinesii* epistolas ad Hofmannum pag. 409. et *Allatium* de Simeonibus pag. 184. [infra lib. V. cap. 42. pag. 325. vol. X. vet. ed. in Hamartoli chronico subnexa est capitum summa ducentorum nonaginta trium, vnde deducenda sunt capp. XXVIII. *Simeonis Sethi* a capite nempe XXI — XLIX. v. cat. codd. bibl. reg. II. pag. 390. *Harl.*

Theodosii Melitini chronicon MS. Constantinopoli a Stephano Gerlachio Tubingam adlatum, celebrat Martinus Crusius, atque ex eo fragmentum de nuptiis Theophili, imp. et Theodorae, ex Paphlagonia oriundae, proponit post epitomen Aethiopicae Heliodori historiae de Theagene et Chariclea a. 1584. 8. Francofurti editam, et variis obseruationibus locupletatam. Haec Labbeus in protreptico historiae Byz. pag. 52. qui pag. 39. notat etiam, Crusium in eodem libro de illis nuptiis adferre locum ex chronico, quod ipse possedit, *Anonymi* scripto lingua vulgari, quod fuit illustris Viri D. Mich. Cantacuzeni, die 3. Martii a. 1578. iussu Amurathae III. in patria sua Anchialo interfecti. *Fabr.* Codex Theodosii Melitini est in bibl. *Monach.* Bauar. ex quo Ign. Hardt in notis ad Iulii Pollucis chronicon et V. L. et loca frequenter adtulit. *Harl.*

Ephraemi, chronographi CPolitani, circa saeculi XIV. vt videtur, initia clari chronicon versibus scriptum iambicis passim citat *Allatius*, vt libro de consensu vtriusque ecclesiae pag. 699. 701. seq. 727. 776. de Psellis pag. 42. de Georgiis pag. 327. 341. 354. etc.

Georgii Chumni, Byzantini, historiam rhythmicam a creatione rerum vsque ad regnum Dauidis et Salomonis, ex Verderii supplemento, qui id CPoli exstitisse sua aetate MS. testatus est, memorat idem *Allatius* diatriba de Georgiis pag. 345. *Fabr.* *Georgii Chumni* cosmogenesis, versibus politicis, lingua Graecorum vernacula in cod. *Naniano* CCLXXXV. cuius initium dedit auctor catalogi codd. Nan. p. 481. sq. — In cod. *Vindobon.* CCXCVII. 1 exstat *Georgii Chumni*, Chanducensis, ex insula Creta, historia veteris testamenti versibus rhythmicis graeco-barbaris: de qua copiosus est *Lambec.* commentar. libr. V. pag. 545. sq. *Harl.*

Chronicon MS. e *Georgio Pisside* et nescio quo *Cyrillo* decerptum ex bibliotheca collegii Annaei (in Augustana vrbe, ni fallor,) legisse se profitetur Matthaeus Raderus praef. ad chronicon Alex. p. 8 Georgii Pisidae historiam in Indice bibl. Vallicellanae inuenisse se, at librum ipsum, licet anxie quaesitum, reperire nusquam potuisse scribit Allatius de Georgiis pag

pag. 310. *Fabr.* Citatus *Georgius Pisides*, (ὁ Πισίδης,) a Theophane p. 250. vbi de rebus Heraclii agitur. Fabric. autem confundit duplicem narrationem et Raderi exemplar cum eo, quod Posseuin. memorarat, vt *Iriarte* in catal. codd. gr. *Matrit.* p. 365. docet. Locus igitur post voc. *Chron. Alex.* auctore Iriarto, ita est constituendus. Apud Antonium *Possevinum* in Adparatus sacri Vol. II. sub finem, in indice librorum graecorum MSS. bibliothecae S. Mariae in Vallicella in vrbe recensetur *Georgius Pisidius de gestis imperatorum CPolitanorum.* Hunc tamen ipsum auctorem adseuerat *Allatius* in diatriba de Georgiis pag. 310. se anxie perquisiuisse, saepeque eius bibliothecae indicem et potissimam librorum peruoluisse partem; nusquam tamen tale opus occurrisse, neque ibidem esse credit. — Hactenus Iriarte, qui pag. 364 — 366. copiose diligenterque versatur in describendo examinandoque cod. XCI. saeculo XVII. circiter medio, litteris quidem gracilibus et inuenustis, sed perspicuis, hispana manu scripto, graece cum latina versione. Inscriptio autem codicis haec est: *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας χρονογραφικὸν σύντομον, ὅπερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο· στίχος Ἴαμβος· Sancti patris nostri Cyrili archiepiscopi Alexandrini chronographicum compendium, quod e diuersis historicis concinnauit. Versus iambus* etc.. Incipit ab Adamo et desinit in vita imperatoris Constantini Porphyrogeniti, Leonis Sapientis F. quorumdam tamen principum vitas fusius, quam ceterorum enarrari, docet Iriarte. Idem monet, huius compendii historici *Vindobon.* et auctores a Nesselio in cat. bibl. Vindobon. part. V. pag. 124. ita designari: „*Georgiae Pisidae* diaconi et chartophylacis magnae ecclesiae CPolitanae et *Cyrilli* monachi breuiarium chronographicum ex variis historiis concinnatum, ab orbe condito vsque ad Constantinum imp. Leonis Sapientis continetur filium cum interpretatione latina e regione posita." Posthaec arbitratur Iriarte, vnius potius Cyrilli, siue monachi, siue secus, neque tamen Cyrilli archiepiscopi, Alexandrini, esse laborem: nomen autem latini interpretis expiscari non potuit. Denique reperisse sibi videtur, totum illum codicem ex alio codice, CXX. sublatis tamen pluribus mendis, esse exscriptum. In cod. nempe CXX. de quo Iriarte pag. 479. sq. paullo copiosius differit, refertur quoque *χρονογραφικὸν σύντομον* in titulo ad Cyrillum, archiepiscopum Alexandrinum; at manus ignota in fronte folii iam adnotauit, id chronicon non esse Cyrilli Alexandrini, sed posterioris, anonymi tamen: Contra ibidem Aluar. Gomez. Toletanus, adscripsisse dicitur, *Cyrilli chronicum, aut Georgii Pisida, quod magis credo.* Sed certiora, saltem probabiliora, tradit *Kollarius* in supplemento I. ad Lambecii comment. pag. 648. sq. vbi recenset cod. CVII. qui videtur ex posteriore cod. Matrit. aut vterque ex antiquiore et communi fonte fluxisse; prior vero, Matrit. cum versione latina ex cod. nunc Vindobonensi, descriptus esse videtur. Vterque recenti, et Vindobon. forsan Hoeschelii, manu exaratus est, et vterque, quantum nobis ex Iriarti et Kollarii notitia cognoscere licet, valde conspirat. Vindobonensis autem codex primum pertinuit ad Hoeschelium, ex cuius bibliotheca *Raderus* habuerat eum, et, quod ipse in altera folii primi pagina testatus est, latine vertit: tum illatus est in biblioth. Augustanae vrbis Annaeam, cui praeerat Hoeschelius; dein, nescio, quo fato, peruenit ad Lambecium et denique in bibl. Caesaream: inscriptio autem longior partim, partim breuior, (a librariis forsan profecta,) quam in cod. priore Matrit. haec est: *γεωργίου τοῦ πισσίδου καὶ Κυρίλλου. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου χρονικὸν σύντομον, ὅπερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο.* Quae omnia fusius enarrat Kollarius, et existimat, chronicon hoc ab anonymo quodam potissi-

mum e Pisida et Cyrillo, nescio quo, item ex aliis etiam annalibus libris collectum con[illegible]r. cinatumque. At enim *Georgium Pisidem*, chartophylacem, qui circa a. 630. floruit, (v. Fabr. B. Gr. VII pag. 691. sqq. ed. vet. auctorem fuisse, haud probabile esse videtur. at [illegible] exitum saeculi noni vixit alius *Georgius*, itidem primum chartophylax CPoli, deinde archiepisc. opus Nicomediensis: tum sub falso *Cyrilli Alex.* nomine editum, est *Pisidae* opus περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν etc v. Fabr. l. c. pag. 692. Denique, quod ipse Fabric. supra sect. XXXIX. sub fin. adnotauit, in cod. Bauar. CXXIX. sunt *Georgii Hamartoli* (circ. a. 842. clari,) annales breues, ex variis scriptoribus collecti, ab exordio mundi vsque ad in[illegible] Constantini, Leonis filii (a. 911. sqq.). An Bauaricus hic cod. fuit fons, ex quo manarunt Hoescheliianus et Matritenses? Nonne fieri potuit, vt Georgii Hamartoli chronicon a Georgio posteriore, chartophylace, et dein a Cyrillo quodam continuaretur, et pro nouo opere editum, modo Georgio Pisidae, modo Cyrillo (et quidem notiori illi Alexandrino), modo vtrique perperam tribueretur? Nominum enim confusio vel antiquioribus temporibus erat frequens. Sed haec in coniecturis posita sunt. Meliora docebunt ii, quibus licet chronica illa, nondum edita, curiosius diligentiusque conferre. Sic in codd. *Paris.* MDCCVI. MDCCVIII. praecipue MDCCVII. Georgii Hamartoli chronicum multis recentiorum accessionibus interpolatum locupletatumque esse dicitur. (v. catal. codd. II. pag. 390.) De simili cod. *Vindobon.* caesareo Georgii Hamartoli chronici vsque ad Io. Cantacuzenum, post a 1341. interpolato amplificatoque, v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. comment. p. 650. sqq. et alio chronici, ex Hamartolo aliisque compilato, pag. 656. sqq.

Sic alia eiusmodi chronica, more graecorum grammaticorum, et aeui serioris, a variis etiam anonymis ex antiquioribus chronicis vel ad verbum descripta, accessione interdum facta, vel compilata, in bibl. delitescunt. In notitiis codd. superioribus hinc inde quaedam inedita anonymorum chronica iam commemorauimus. Vide etiam indicem codd. *Paris.* publ. bibl. in cat. codd. tom. II. pag. 391. sqq. indicatorum; indices ad Bandin. catal. codd. gr. pag. 463. sq. ad *Lambecii* commentar. ad *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. voc. *chronicon.* *Plüer* in itiner. per Hisp. de cod. Escor. pag. 2[illegible]1. etc. In cod. *Taurin.* CCLXXXI. est synopsis compendiosa historiae imperatorum CPolitanorum a Theodosio vsque ad Comnenum. (cat. codd. gr. pag [illegible]83.) — In cod. *Naniano* Venet. CCX. nr. 3. chronicon ab initio aerae christianae vsque ad Heraclium, imp. — in cod. CCXXVIII. nr. 20. de imperatoribus christianis. — in cod. mutilo CCXLII. epitome chronici ab incerto auctore scripta, aut in vernaculum Graecorum sermonem conuersa, de quibus v. auctorem catalogi codd. Nanian. — in *Coislin.* cod. CXCII. fol. 60. chronicon breue — cod. CXCIII. fol. 2[illegible]7. historia chronica breuis de mundi annis: incipit a Phalec, pergit vsque ad captiuitatem Babylonis. (*Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 245. et 246.) et in *Niconis* amplissima collectione etiam ex chronico imperatorum de tempore Basilii Macedonis. (*Montf.* ib. pag. 111.) Sed haec sufficiant. vide etiam cap. seq. V. *Harl.*

XLIII.

XLIII. INDEX Scriptorum et virorum illustrium, in Cedreni et Io. Zonarae chronicis memoratorum. oo)

Numerus nudus paginas Cedreni edit. Parisiensis, cuius tomus II. a p. 459. incipit: Z. praefixum, Zonaram, et Z. b. tomum eius secundum denotat.

oo) Augeri quidem potest ex indicibus, editt. subiectis, sed quoniam ego editionem scriptor. Byzantin. Venetam, non, Parisin. ad manus habeo; nec paginae conspirant; abstinere malui a supplementis, laboris molesti plenis, quam lectoris studium operamque conturbare. Harl.

Baſilii

Empe-

Grego-

Ioan-

Theo-

Zenonis,

XLIV. INDEX *scriptorum et virorum illustrium, in* GEORGII SYNCELLI *et* THEOPHANIS *chronographiis memoratorum.*

Numeri soli paginas Syncelli, Th. praefixum Theophanis denotant.

A..

Arsenius.

Clemens,

pp) Alius fuit *Clemens Romanus*, auctor epiſtolae, a Clemente, conſulari, licet ſcriptores quidam confundant.

Erinna,

Eutyches,

Nathan,

Philo-

Pytha-

Studius,

Zenobius,

[F] XLV. INDEX scriptorum virorumque illustrium, in CHRONICO PASCHALI siue ALEXANDRINO, et GLYCAE annalibus memoratorum.

Numeri nudi, paginas Chronici Paschalis, Gl. praemisso paginas annalium Glycae editionis Paris. denotant.

ἐν τῷ

*) Eusebio Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος.

Elias,

Heraclii,

Syluefter,

Zoroaſter, aſtrologiae ac magiae repertor. 28. Perſius vltima verba. 37. ὁ περιβόητος Περσῶν Ἀστρονόμος. Gl. 129. Aſtronomiae Perſis inuentor. ibid.

CAPUT V.

De BYZANTINAE, ſiue CPOLITANAE hiſtoriae ſcriptoribus.

I. *Corpus hiſtoriae Byzantinae, in Lupara Pariſienſi ſplendidis typis chartisque excuſae, breuis conſpectus, et de noua editione eius operis, ante aliquot annos promiſſa in [illegible]. Ne [illegible] omittendam, ſi noua curetur, per ſingulas ſummas paginas notationem imperatorum [illegible] de quibus agitur, et, quantum poteſt fieri, annorum Chriſti, et patriarcharum CPol.* [*De* [illegible] *ed. Veneta et aliis acceſſionibus.*] II. *De ſingulis ſcriptoribus accuratior notitia, Labbei Protrepticon, et excerpta de legationibus ex ſcriptoribus deperditis, Dexippo, Eunapio, Petro Patricio, Priſco, ſophiſta, Malcho Philadelphienſi et Menandro Protectore, nec non ex Theophylacto Simocatta qui etiamnum exſtat. Excerpta Photiana ex ſcriptoribus deperditis, Olympiodoro, Candido, Theophane, Nonnoſo: Tum ex Heſychio Mileſio ἀποσπασμάτιον, et de imperatoribus rebusque CPolitanis varia e Suida, ibid.* III. *De Procopio Caeſareenſi.* IV. *De Agathia.* V. *Paulo Silentiario et Theophylacto Simocatta.* VI. *Nicephoro, patriarcha CPol. et Nicephoro, philoſopho.* VII. *Ioanne Cameniata et aliis ſcriptoribus poſt Theophanem.* VIII. *De Leone ſapiente et Ioanne Scylitze.* IX. *Nicephoro Bryennio et Anna Comnena.* X. *De Ioanne Sinnamo ſiue Cinnamo et Niceta Choniata; vbi et de aliis hoc nomine et de Michaele Choniata.* XI. *Georgio Acropolita, Ioële, et Io. Canano.* XII. *Georgio Pachymere.* XIII. *Ioanne Cantacuzeno.* XIV. *Nicephoro Gregora.* XV. *Laonico Chalcocondyla.* XVI. *Georgio Codino, Photii oratione in Encaenia templi CPol.* XVII. *Ioanne Anagnoſta, Matthaeo Monacho, et Manuele Chryſolora et Leone, grammatico.* XVIII. *Conſtantino Porphyrogenneto, Simeone Magiſtro et Georgio Monacho.* XIX. *De Duca et Anonymis ſcriptoribus.* XX. *De Anſelmi Bandurii imperio Orientali.* XXI. *De illis, qui corpori Byz. nondum [illegible] inſerti, Zoſimo,* XXII. *Georgio Phranza,* [*nuper edito.*] XXIII. *Geneſio MS.* [*nunc edito.*] XXIV. *De ſpiſſo opere MS.* βασιλικῶν ταξίδων *de officiis aulae CPolitanae Conſtantini Porphyrogenneti, quod exſtat Francofurti ad Moenum apud Nobiliſſ. Virum D. Zach. [illegible] Conradum ab Uffenbach.* [*etiam edito.*] XXV. *Scriptores quidam hiſt. Byz. inediti ac [illegible].* XXVI. *De Comoeſſii faſciculo Originum et rerum CPol.* XXVII. *De Saracenicis [illegible] burgii.* XXVIII. *De hiſtoria eccleſiaſtica Manuelis Malaxi et aliis, in Martini [illegible] Graecia obuiis.* XXIX. *De Leonis Allatii* συμμίκτοις. XXX. *Caroli Cangii merita in hiſt. Byzantinam et elogium.* XXXI. *Godfr. de Ville Hardouin et alii ſcriptores de vrbe CPoli et rebus CPolitanis.* XXXII. *De CPolitanis imperatoribus et patriarchis ſcriptores.* XXXIII. *Martini Hanckii liber de Byz. rerum ſcriptoribus, auctorisque elogium.* XXXIV. *Index ſcriptorum, de quibus dictum in hoc capite.*

[*Cum ſupplementis G. C. Harles.*]

I.

[*Praemouenda.*]

Martini Hanckii, profeſſoris quondam Vratislau. in Eliſabetano gymnaſio, librum inſcriptum: *de Byzantinarum rerum ſcriptoribus graecis.* "Autorum quinquaginta, qui de CPolitanis aliisque, tam ciuilibus, quam eccleſiaſticis antiquitatibus, monimenta nobis reliquerunt, vitas, ſcripta, de ſcriptis iudicia diſtinctiorem in modum recenſet: Acceſſerunt ſex in-

dices

...., Lipſiae 1677. 4. ipſe Fabricius infra, in hoc capite §. XXXV. laudauit. — *Byzantini* autem ſcriptores, qui multi ſunt, ii nominantur, qui, ſub Byzantino imperio viuentes, hiſtoriam imperii romani orientalis ita expoſuerunt, vt alii catholicam hiſtoriam ad ſua vsque tempora componerent; alii quarumdam tantum periodorum aut imperatorum perſequerentur hiſtoriam. Qui autem ipſam hiſtoriam Byzantinam a Conſtantini M. aeuo vsque ad Conſtantinopolin, a Turcis captam, ita ſcriberent, integramque hiſtoriae Byzant. connexionem explicarent, vt alter alterius narrationes continuaret, quatuor potiſſimum fuerunt, nempe Zonaras, Nicetas Acominatus Choniates, Nicephorus Gregoras, et Laonicus, ſiue Nicolaus Chalcocondyles ſ. Chalcocondylas, ſ. Chalcondylas Athenienſis, circa a. 1470. clarus. Horum opera conſtituunt *corpus hiſtoriae Byzantinae* proprie ſic dictum. Quatuor illi hiſtorici iunctim editi ſunt, at ſine textu graeco, in opere, inſcripto: *Corpus vniuerſae hiſtoriae, praeſertim Bizantinae Io. Zonarae* annales, aucti additionibus *Georgii Cedreni Nicetae Acominati Choniatae* lib. XIX. *Niceph. Gregorae* lib. XI. *Laonici Chalcondylae* lib. X. hiſtoriae Turcicae. In fine etiam additus eſt locupl. rerum index. Lutetiae ap. Guil. Chaudiere. 1567. fol. III. part. Quam collectionem latinam copioſe recenſuit, alias edd. enumerauit, et multa alia docte diſputauit *Freytag.* in adpar. litt. I. pag. 318. ſqq. — *Scriptores* hiſt. Byzantini tres graeco-latini, *Nicephorus Gregoras, Laonicus Chalcocondyla* et *Georgius Logotheta* Colon. Allobr. 1615. fol. — Alii, iique haud pauci, aut geographiam et topographiam aut hiſtoriam vel ſui temporis vel cuiusdam imperatoris contexuerunt; et ſaepe ab initio mundi conditi inceperunt, aut vltra limites ſunt vagati; nec raro, numero totum aucto, factum eſt, vt alter alterius compilaret compendiolum.

De ſcriptoribus de rebus Byzantinis ſ. de hiſtoria imperii romani orientalis fuſius diſſerit cl. *Meuſel.* in bibl. hiſtorica vol. V. part. I. pag. 108. ſqq. Recenſet igitur in cap. I. ſcriptores, ad introductionem in hiſtoriam Byzantinam facientes; in cap. II. ſcriptores geographicos et topographicos; in cap. III. quatuor hiſtoriae Byzantinae ſcriptores vniuerſales, qui ſe inuicem continuarunt; in cap. IV. ſcriptores, corpori hiſtoriae Byzantinae adiunctos, vltra limites illius vagantes. Quo facto pag. 158. ſqq. dat indicem ſcriptorum, qui in corpore Byzantino in editione et Pariſina et altera, auctiore, Veneta, ſunt collecti aut poſtea acceſſerunt. Sed recte obſeruat, eumdem ſcriptorum ordinem neque a librariis, quorum alii, *Pachymerem*, Romae II. tomis ſingillatim editum, *Ducangii* hiſtoriam Byzantinam, *Banduri* imperium orientale, aliaque adnumerando tomorum partes augent, neque a bibliopegis ſemper ſeruari. Praecipua huius diuerſitatis cauſſa facile ex eo cognoſci poteſt, quod volumina operis integri Pariſiis deinceps et intra longum temporis ſpatium prelo exierunt. Sedet igitur Meuſel eam operis ſeriem, qualem a pleriſque fieri ſcripſit. Quare differt ille ordo interdum ab eo, quem tenuit h. l. Fabricius. Alius quoque eſt, additis aut hiſtoriis poſt collectionem Pariſinam euulgatis aut libris a recentioribus ad illuſtrationem hiſtoriae Byzantinae ſcriptis, in catal. *Pinell.* tom. II. pag. 39. ſqq. alius ordo in exemplo Veneto eoque locupletiore, de quo poſtea ſermo erit, quod in *Baumgartenii* Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek, tom. V. pag. 398 — 470. vberius recenſetur, item in *de Bure* Bibliographie inſtructiue etc. tom. I. pag. 615. ſqq et ſic forſan in aliis exemplis. — In cap. V. . *Meuſel* enumerat ſcriptores hiſtoriae Byzantinae generales recentiores.

Ad

Ad meliorem vſum ſcriptorum Byzantinorum et maiorem hiſtoriae fructum pleniſſimum eſt et ſummo ſtudio confectum opus, quod *Io. Gotthilf Stritter* Petropoli 1771 — 1779. tom. IV. mai. 4. edidit. Inſcriptum autem eſt:

Memoriae populorum, olim ad Danubium, Pontum Euxinum, Paludem Maeotidem, Caucaſum, mare Caſpium et inde magis ad ſeptemtriones incolentium, e ſcriptoribus hiſtoriae Byzantinae erutae et digeſtae a Io. Gotthilf Strittero, Gymnaſii academiae ſcientiarum imperialis Petropolitanae Conrectore. *Tomus I. Gothica, Vandalica, Gepaedica, Longobardica, Herulica, Hunnica et Auarica complectens.* Petropoli impenſis acad. ſcientiar. 1771. — *Tom. II.* (in duas partes diſtributus,) *Slauica, Seruica, Chrouatica, Zachlumica, Terbunica, Paganica, Deocleica, Morauica, Bosnica, Bulgarica, Valachica, Ruſſica, Polonica, Lithuanica, Pruſſica, Samotica, Permica et Boëmica, complectens.* ib. 1774. — — *Tomus III.* (duabus conſtans partibus,) *Turcica, Chazarica, Vngrica, Patzinacica, Vzica, Comanica et Tatarica complectens* ib. 1778. — *Tom IV. Lazica, Auasgica; Miſimianica, Apſilica, Tzanica, Suanica, Moſchica, Zichica, Iberica, Alanica, Iuthungica, Carpica, Varnica, Cnamanica, Varangica, Nemitzica, Dacica, Pannonica, Sarmatica, Scythica, Maſſagetica et genealogias gentium complectens. Acc. index duplex totius operis.* ibid. 1779. De hoc opere egregio copioſus eſt cel. *Meuſel.* l. c. pag. 111. ſqq.

Eodem fere tempore Stritterus idem opus in compendium ita redegit, vt habita hiſtoriae ruſſicae ratione, hiſtoriam eorum, qui nihil ad Ruſſiam pertinerent, populorum omitteret: quam epitomen, a Strittero latine ſcriptam, Ruſſice reddidit *W. Swietow.* Petropoli, 1770 — 1775. IV. partes, in 8.

Ad ſcriptores mediae et infimae Graecitatis, adeoque Byzantinos, rectius intelligendos et cum fructu legendos multum faciunt et vero neceſſaria ſunt Gloſſaria Lexicaque graeco-barbara et mediae ac recentis Graeciae, quae ſupra in vol. VI. pag. 636. ſqq. enumerata ſunt. *Harl.*

Antequam de ſingulis Byzantinae hiſtoriae Scriptoribus graecis dicere aggrediar, iuuat vno conſpectu ac veluti in tabella Lectori ſiſtere ſuccinctam omnium recenſionem, quotquot in ſplendido opere *Corporis Byzantini*, Pariſiis e typographia regia, graece et latine, typis luculentis et charta regia excuſo continentur. Sunt autem haec:

[?] 1. *De Byzantinae hiſtoriae Scriptoribus ſub feliciſſimis Ludouici XIV. Francorum ac Nauarraeorum Regis Chriſtianiſſimi auſpiciis, publicam in lucem emittendis; ad omnes per orbem erudito Προτρεπτικόν. Proponente Philippo Labbe, Biturico, Soc. Ieſu Sacerdote. Pariſ.* 1648.

Ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν. *Excerpta de legationibus ex*

Dexippo Athenienſe	*Priſco Sophiſta*
Eunapio Sardiano	*Malcho Philadelph.*
Petro Patr. et Magiſtro	*Menandro Protectore*

Theo

Theophylacto Simocatta.

Omnia e codd. MSS. a Dauide Hoeschelio Augustano edita. Interprete Carolo Cantoclaro, libellorum magistro: cum eiusdem notis. Accedunt notae et animaduersi. Henrici Valesii. Paris. 1648. fol. 97)

His excerptis de legationibus subiectae sunt eclogae historicorum de rebus Byzantinis, quorum integra scripta aut iniuria temporum interciderunt, aut plura continent, ad Constantinopolitanam historiam minus spectantia. Selegit, interpretationem recensuit, notisque breuibus illustrauit P. Philippus Labbe, Bituricus, Soc. Iesu Sacerdos.

2. 3. Προκοπίε Καισαρέως τῶν κατ' αὐτὸν Ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ. *Procopii Caesareensis historiarum sui temporis libri VIII. Nimirum de bello Persico libri II. de bello Vandalico libri II. et de bello Gothico libri IV. Interprete Claudio Maltreto Aniciensi, Soc. Iesu Presbytero: a quo supplementis aucti sunt Vaticanis, et in locis aliquot emendati. Paris. 1662.*

Προκοπίε Καισαρέως περὶ τῶν τε Δεσπότε Ἰεστινιανοῦ Κτισμάτων Λόγοι ἕξ. *Procopii Caesareensis de Aedificiis imp. Iustiniani libri sex, auctiores quam ante et emendatiores. Interprete Claudio Maltreto, Aniciensi, Soc. Iesu Presbytero. Tomi II. Pars prior. Paris. 1663.*

Προκοπίε Καισαρέως Ἀνέκδοτα. *Procopii Caesareensis Arcana historia. Qui est liber nonus historiarum. Ex bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit, latine reddidit, notis illustrauit. Recognouit, varias lectiones adiecit, et lacunas fere omnes impleuit Claudius Maltretus, Aniciensis, e Soc. Iesu tomi II. pars posterior. Paris. 1663. Fabr.* In II. Vol. ed. Ven. est in prima parte *Procopii* historiarum temporis sui tetras altera, de B. Gothico, in II. parte eiusdem Arcana historia, in parte III. eiusd. de aedificiis Iustiniani libri VI. singulae quidem partes peculiares habent inscriptiones. *Harl.*

Ἀγαθίε

97) Editio *Veneta*, quae quidem nonnullorum scriptorum accessione ornata, Parisinae cedit nitore ac splendore, longe vero superat eam operarum peccatis, prodiit Venetiis, ex typographia Bartholomaei Iauarina, 1729. fol. et constat, (in exemplo quidem, quod est in bibl. acad. Erlang.) XXII. Voll. XXII. quidem Voll. reddunt ea. quae in corpore Byzant. ed. Paris. continentur, Volumen autem XXIII. Venet. typis I. Bapt. Pasquali comprehendit Genesii libros IV. et alia opera. Sed quoniam quaedam v. ll. plures complectuntur tomos; stidem in nostro exemplo, prouti vel primus possessor, vel bibliopega iunxit singula volumina: fit vt alii numerent XXVIII voll. siue potius tomos, (atque hi alia, quae adiungi solent, aut post an. 1729. qui omnibus nostri Veneti exempli voll. praeter vol. quod Genesium continet, est praefixus, in lucem sunt prolata, opera forsan adnumerant.) alii aliter. Numerus enim voluminum in fronte illorum non indicatur. In catal. Pinellii l. c. nr. MMDXXXIII. ita opus citatur: *Historiae Byzantinae scriptores in vnum corpus redacti, gr. lat. Venetiis, Iauarina et Pasquali*, 1722 — 23. tom. XXIII. in fol. quae annorum et tomorum notae num recte se habeant, equidem nescio et fere dubito. — Primum igitur volumen habet generalem inscriptionem: *Corpus Byzantinae historiae;* tum specialem: *De Byzantinae historiae scriptoribus. Editio secunda, ad Luparaeam fideliter expressa.* Venetiis, ex typogr. Barthol. Iauarina. 1729. Reddit in priore tomo excerpta de legationibus etc. in posteriore autem tomo *Procopii Caesar.* historiarum temporis sui libros de bell. Persico et Vandalico. *Harl.*

[3] Ἀγαθίȣ Σχολαστικοῦ περὶ τῆς Ἰȣστινιανοῦ βασιλείας βίβλοι πέντε. *Agathiae [illegible] de imperio et rebus geſtis Iuſtiniani, imperat. lib. V. Ex bibliotheca et interpretatione Bonauenturae Vulcanii, et cum notis eiusdem. Acceſſerunt [illegible] epigrammata cum verſione latina. Pariſ. 1660. Fabr.* Complent haec partem I. Voluminis III. in ed. Veneta. *Harl.*

4 Θεοφυλάκτȣ Σιμοκάττου ἀπὸ Ἐπάρχων καὶ Ἀντιγραφέων Ἱστοριῶν βιβλία Η΄. *Theophylacti Simocattae, Expraefecti, et Obſeruatoris Cauſarum, hiſtoriarum libri VIII, [illegible] imperatoris res geſtas continentes. Interprete Iacobo Pontano, Soc. Ieſu. Editio [illegible] caſtigatior, et Gloſſario graeco-barbaro auctior. Studio et opera Caroli Annibalis Fabrotti, IC. Pariſiis, 1647. Fabr.* In noſtro ed. Venetae exemplo eſt pars II. Voluminis III. *Harl.*

5. Πασχάλιον, *ſeu chronicon Paſchale a mundo condito ad Heraclii imperatoris annum viceſimum, opus hactenus faſtorum ſiculorum nomine laudatum, deinde chronicae temporum epitomes, ac denique chronici Alexandrini lemmate vulgatum: nunc tandem [illegible] et emendatius, cum noua latina verſione, et notis chronicis et hiſtoricis, cura et ſtudio Caroli du Freſne, Dn. du Cange, regi a conſil. et Franciae apud Ambianos Quaeſtoris. Pariſ. 1688. De hoc dictum ſupra cap. 4. §. 37. pag. 143. ed. vet. [p. 451.] Fabr.* Eſt in ex. Veneto Vol. IV. *Harl.*

6. Γεωργίȣ Μοναχȣ̃ καὶ Συγκέλλȣ γεγονότος τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ταρασίȣ Πατριάρχȣ Κωνσταντινȣπόλεως χρονογραφία ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανȣ̃. *Georgii Monachi, et S. P. N. Taraſii, patriarchae CP. quondam ſyncelli, chronographia, ab Adamo vsque ad Diocletianum. Et Nicephori, patriarchae CP. Breuiarium chronographicum, ab Adamo ad Michaëlis et eius F. Theophili tempora: graece et latine, cum tabulis chronologicis et annotationibus. Cura et ſtudio P. Iacobi Goar, ordinis praedicatorum congregationis reformatae S. Ludouici. Pariſ. 1652. De Syncello dictum ſupra p. 149. ſeq. de Nicephoro p. 153. ed. vet. [p. 462.] Fabr.* Vol. V. in ex. Veneto. *Harl.*

7. Τȣ̃ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνȣς χρονογραφία. *S. P. N. Theophanis chronographia. Leonis grammatici vitae recentiorum impp. R. P. Iacobus Goar, ord. FF. praedic. congregationis S. Ludouici vicarius generalis, latine reddidit, Theophanem [illegible] illuſtrauit, varias lectiones multiplici codd. collatione adiecit. R. P. Franciſcus Combefis, eiusdem inſtituti, ac congregationis, iterum recenſuit, notis poſterioribus Theophanem integris, Leonem grammaticum ſtrictim diſcuſſit, exque fide codd. auxit, emendauit. Pariſ. 1655. De Theophane itidem ſupra pag. 151. ſeq. ed. vet. [p. 459.] Fabr.* Vol. VI. in ex. Ven. In actis erud. Lipſ. 1685. m. Oct. p. 237. ſqq. Vol. hoc ed. Pariſ. recenſetur, praemiſſa hiſtoria voluminum, quae antea in lucem erant emiſſa. *Harl.*

[8] 8 Νικηφόρȣ Καίσαρος τοῦ Βρυεννίȣ Ὕλη ἱστορίας. *Nicephori Caeſaris Bryennii commentarii de rebus Byzantinis: opera et ſtudio Petri Poſſini, e Soc. Ieſu. Pariſ. 1661. Fabr.* Vol. VII. tom. I. ex. Veneti. *Harl.*

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντιν. Ἱστορία σύντομος ἀπὸ τῆς Μ... *S. Nicephori, patriarchae Constantinopol. Breuiarium historicum de rebus gestis ab ... Mauricii ad Constantinum vsque Copronymum. Interprete Dio... Petauio, e Soc. Iesu, cum eiusdem notis. Paris. 1648. Fabr.* Tom. II. super. Volum. ed. Ven. *Harl.*

9. Γεωργίου τοῦ Κεδρηνοῦ Σύνοψις Ἱστοριῶν, *Georgii Cedreni compendium historiarum, ex versione Guilielmi Xylandri, cum eiusdem annotationibus. Accedunt huic editioni praeter lacunas tres ingentes et alias expletas, notae in Cedrenum P. Iacobi Goar, ord. praedic. et Caroli Annibalis Fabrotti, ICt. Glossarium ad eundem Cedrenum. Item, Iohannes Scylitzes Curopalates, excipiens, vbi Cedrenus deficit, graece editus ex bibliotheca regia. Paris. 1647. II. Vol. De Cedreno dictum supra cap. 4. §. 40. p. 155. seqq. ed. vet. [p. 464.] Fabr.* Vol. IX. ex. Ven. *Harl.*

0. Τοῦ Κύρου Μιχαὴλ Γλυκᾶ Σικελιώτου βίβλος χρονική. *Michaëlis Glycae Siculi annales. a mundi exordio vsque ad obitum Alexii Comneni, imper. Quatuor in partes tributi. Philippus Labbe, Bituricus, Soc. Iesu theologus, graecum textum ex pluribus MSS. codicibus primus in lucem edidit: Ioannis Leunclauii, Amelburni, interpretationem recensuit atque emendauit: indicem ex MS. Fontebraldensi praemisit, latineque reddidit: Annotationes subiecit, in quibus, praeter variantes lectiones et supplementa, interpretum atque aliorum plurimos errores correxit, tum praesertim Ioannis Meursii, qui partem libri III. annalium Glycae Theodoro Metochitae falso adtribuit, et historiam Romanam inscripsit; quae hic integra repraesentatur, cum notis atque indicibus necessariis. Paris. 1660. De hoc supra p. 156. seq. ed. vet. [p. 468.] Fabr.* Vol. VIIII. ex. Ven. *Harl.*

1. 12. Ἰωάννου τοῦ Ἀσκητοῦ τοῦ Ζωνάρα γεγονότος τοῦ μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς βίγλας καὶ Πρωτοασηκρῆτις χρονικόν. *Ioannis Zonarae Monachi, magni antea Vigilum praefecti, et primi a Secretis, Annales. Carolus du Fresne, Dom. du Cange, regi a consiliis, et Franciae apud Ambianos Quaestor, Wolfianam editionem cum scriptis codd. contulit: latinam versionem recensuit, annales notis illustrauit. Tomi II. Paris. 1686. De hoc supra p. 156. ed. vet. [pag. 465.] Fabr.* Vol. X. ex. Ven. *Harl.*

3. Ἄννης τῆς Κομνήνης Πορφυρογεννήτου Καισαρίσσης Ἀλεξιάς. *Annae Comnenae [†] Porphyrogenitae Caesarissae Alexias, siue de rebus ab Alexio, imperatore, vel eius tempore gestis, libri quindecim. E bibliotheca Barberina nunc primum editi, et a P. Possino, Soc. Iesu Presbytero, latina interpretatione, glossario et notis illustrati, e quibus glossarium nunc datur: Notae mox opportunius edentur, vna cum CINNAMO, continuatore Annae, et aliis quibusdam, ad Alexiadem spectantibus. Accesserunt praefationes ac notae Dauidis Hoeschelii, Augustani, ex editione anni MDCX. Paris. 1651.* itemque notae histor. et philolog. Caroli du Fresne etc. *Fabr.* Vol. XI. tom. I. *Harl.*

Ἰωάννου Κιννάμου Βασιλικοῦ Γραμματικοῦ Ἱστοριῶν λόγοι ἕξ. *Ioannis Cinnami, imperatorii grammatici, historiarum libri sex, seu de rebus gestis a Ioanne et Manuele, Comnenis, impp.* CP.

CP. Accedunt Caroli du Fresne, D. du Cange, regi a consiliis, et Franciae apud Ambianos Quaestoris, in Nicephori Bryennii Caesaris, Annae Comnenae Caesarissae, et eiusdem Ioannis Cinnami historiam Comnenicam notae historicae et philologicae. His adiungitur Pauli Silentiarii descriptio sanctae Sophiae, graece et latine, cum uberi commentario. Paris. 1670. Fabr. Tom. II. Vol. XI. *Harl.*

Κωνσταντίνου τοῦ Μανάσση Σύνοψις Ἱστορική. *Const. Manassis breuiarium historicum. Ex interpretatione Ioannis Leunclauii, cum eiusdem, et Ioannis Meursii notis. Accedit variarum lectionum libellus, cura Leonis Allatii, et Caroli Annibalis Fabrotti, IC. Item glossarium graeco-barbarum, studio eiusdem Fabrotti. Paris. 1655. Vide hoc eodem capite superiore §. 41. pag. 157. ed. vet. pag. 470. Fabr.* Vol. XII. ex. Ven. *Harl.*

14. Νικήτου Ἀκωμινάτου Χωνιάτου Ἱστορία. *Nicaetae Acominati Choniatae, Magni Logothetae Secretorum, inspectoris et iudicis Veli, praefecti sacri cubiculi, historia. Hieronymo Wolfio, Oetingensi, interprete. Editio glossario graeco-barbaro auctior, et ope MSS. reg. emendatior. Cura et studio Caroli Annibalis Fabrotti IC. Paris. 1647. Fabr.* Tomus II. Vol. XII. ex. Venet. *Harl.*

Γεωργίου τοῦ Ἀκροπολίτου τοῦ μεγάλου Λογοθέτου χρονικὴ Συγγραφή. *Georgii Acropolitae, Magni Logothetae, historia, Ioëlis chronographia compendiaria, et Ioannis Canani narratio de bello CP. Leone Allatio interprete, cum eiusdem notis, et Theodori Douzae obseruationibus. Accessit Diatriba eiusdem Leonis Allatii de Georgiorum scriptis. Paris. 1651. Fabr.* Tomus III. Vol. XII. ex. Ven. *Harl.*

15. Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη, Μιχαὴλ Παλαιόλογος. *Georgii Pachymeris Michaël Palaeologus, siue historia rerum, a Michaële Palaeologo ante imperium et in imperio gestarum. Nunc primum edita ex bibliotheca Barberina, [!] interprete Petro Possino, e Soc. Iesu. Accesserunt eiusdem obseruationum libri tres, et Appendix: Specimen sapientiae Indorum veterum. Romae, typis Barberinis, 1666. Fabr.* Vol. XIII. ex. Ven. *Harl.*

16. Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη Ἀνδρόνικος Παλαιόλογος. *Georgii Pachymeris Andronicus Palaeologus, siue historia rerum ab Andronico Seniore in imperio gestarum, vsque ad annum eius aetatis vndequinquagesimum. E bibliotheca Barberina, interprete Petro Possino, e Soc. Iesu. Accesserunt eiusdem obseruationum libri tres. Romae, 1669. Fabr.* vol. XIV. ex Ven. *Harl.*

17. Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἀποβασιλέως Ἱστοριῶν βιβλία Δ΄. *Ioannis Cantacuzeni, eximperatoris historiarum libri IV. Iacobus Pontanus, Soc. Iesu latine vertit, et notas suas cum Iacobi Gretseri, eiusdem Soc. annotationibus edidit. Graece nunc primum prodeunt ex codice MS. Bibliothecae Viri illustrissimi Petri Seguierii, Franciae Cancellarii. Paris. 1645. 3. Vol. Fabr.* vol. XV. ex Ven. *Harl.*

Λαονίκου Χαλκοκονδύλου Ἀθηναίου ἀπόδειξις Ἱστοριῶν Δέκα. *Laonici Chalcocondylae Atheniensis historiarum libri decem. Interprete Conrado Clausero, Tigurino. Cum annalibus*

libus Sultanorum Othmanidarum, a Turcis lingua sua scriptis, ex interpretatione Ioannis Leunclaui. Accessit index Glossarum Laonici Chalcocondylae, studio et opera Caroli Annibalis Fabrotti, IC. Paris. 1650. Fabr. vol. XVI. ex Ven. *Harl.*

18. *Historiae Byzantinae Scriptores post Theophanem, partim nunc primum editi, partim recensiti, et noua versione adornati, quorum catalogum hic subiicienus. Cura et studio R. P. Francisci Combefisii, Ordinis FF. Praedicator. congregationis S. Ludouici. Paris. 1685.*

Auctores, qui in hoc volumine continentur, a Michaële Curopalata imperatore, in quem desinit Theophanis chronicon, vsque ad Nicephorum Phocam scripsere:

Chronici, iussu Constantini Porphyrogenneti conscripti, a Leone Armenio, vsque ad Michaëlem Theophili F. libri IV. Ex MS. Cod.

Idem Constantinus Porphyrogennetus de Basilii, imp. aui, vita et rebus gestis. Cum noua versione.

Anonymus continuator Theophanis, a Leone, sapiente, vsque ad Romanum, Constantini Porphyrogenneti F. Ex MS. codice.

[?] *Orthodoxorum inuectiua aduersus Iconomachos. Ex MS. codice.*

Ioannis Ierosolymitani narratio de Iconomachis. Ex MS. codice.

Ioannes Cameniata, et Demetrius Cydonius, de excidio Thessalonicae. Cum noua versione.

Symeonis, magistri ac Logothetae, annales, a Leone Armenio vsque ad Nicephorum Phocam. Ex MS. cod.

Georgii Monachi vitae recentiorum a Leone Armenio, vsque ad Constantinum Porphyrogennetum. Ex MS. cod. Fabr. tomus II. vol. XVI. nostri ex. Ven. *Harl.*

9. *Chronicon Orientale ex Arabico MS. latinitate donatum ab Abrahamo Ecchellensi, Syro Maronita e Libano, linguarum, Syriacae et Arabicae, in alma Parisiensium Academia Professore regio ac interprete. Accessit supplementum historiae orientalis, ab eodem concinnatum. Paris. 1685.* Auctor chronici vocatur *Abn-Arrahebus*, seu *Ben-Rahebus*, hoc est, filius Monachi, patria Aegyptius, religione Christianus, secta Cophtita. Vide Abrahami Ecchellensis indicem scriptorum, Eutychio vindicato subiectum. *Fabr.* tomus I. vol. XVII. ex. Ven. *Harl.*

Georgii Codini et alterius cuiusdam Anonymi excerpta de antiquitatibus constantinopolitanis, edita in lucem opera et studio Petri Lambecii, Hamburgensis, cum latina versione et animaduers. necessariis. Accedunt Manuelis Chrysolorae epistolae tres de comparatione veteris et nouae Romae. Imperatoris Leonis, cognomine sapientis, oracula, cum figuris atque antiqua graeca paraphrasi. Addita est etiam explicatio officiorum sanctae ac magnae ecclesiae iuxta eorum ordinem, interprete Bernardo Medonio, Tolosate. Paris. 1655. Fabr. tomus II. vol. XVII. ex. Ven. *Harl.*

Georgius Codinus Curopalata, de Officiis magnae ecclesiae et Aulae Constantinopolitanae. Ex versione P. Iacobi Gretseri, Soc. Iesu, cum eiusdem in Codinum commentariorum libris tribus, et de imaginibus non manufactis opere. In hac editione praeter comparatum cum regiis MSS. graecum textum, et reparatam latinam versionem, accedunt ex Regia et Mazarina bibliotheca officialium catalogi, et ad Codini mentem locupletes notae. Adiunguntur recentiores orientalium episcopatuum notitiae, veteres honorariae, et peculiares dignitatum indices, quibus postremis seculis ecclesiastici vel aulici proceres salutabantur. Cura et opera P. Iacobi Goar, Paris. Ord. Praedic. Congreg. Reform. S. Ludouici. Paris. 1648. fol. Fabr. tom. I. vol. XVIII. ex. Ven. *Harl.*

Notitia dignitatum omnium, tam ciuilium, quam militarium, imperii romani, ex noua recensione Philippi Labbe, Biturici, Soc. Iesu presbyteri. Cum pluribus aliis opusculis, indicibus ac notis. Paris. e typographia regia. 1651. 12. Fabr. tomus II. vol. XVIII. ex. Veneto. rr) *Harl.*

[?] 20. *Anastasii bibliothecarii historia ecclesiastica, siue chronographia tripartita. Ex MS codice bibliothecae Vaticanae. Collata ad MS. exemplar Longobard. vetustissimum Casinensis bibliothecae, unde romanum exemplar manauit. Nunc denuo ad fidem veterum librorum emendata. Accedunt notae Caroli Annibalis Fabrotti IC. quibus obscura quaeque Anastasii illustrantur. Item Glossaria duo, quibus vocabula mixobarbara, collata cum graeco Nicephori, Georg. Syncelli, et Theophanis, exponuntur. Paris.* [illegible] *fol. Fabr.* Tomus I. vol. XIX. ex. Veneti. *Harl.*

Ducae, Michaelis Ducae Nepotis historia Byzantina, res in imperio Graecorum gestas complectens. A Ioanne Palaeologo I. ad Mahemetem II. Accessit chronicon breue, quo Graecorum, Venetorum, et Turcorum aliquot gesta continentur. E bibliotheca regia nunc primum in lucem edita, versione latina, et notis illustrata. Studio et opera Ismaëlis Bullialdi. Paris. 1649. Fabr. tom. II. vol. XIX. ex. Ven. *Harl.*

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Παιδεία Βασιλική. *S. patris nostri Theophylacti, archiepiscopi Bulgariae, institutio regia, ad Porphyrogenitum Constantinum. Interprete Petro Possino, Soc. Iesu, Paris. e typographia regia 1651. 4. Fabr.* est tom. III. superioris vol. in ex. Veneto. *Harl.*

21. Ni-

rr) *Labbe* in praef. quatuor huius Notitiae rom. editt. omnes in fol. commemorat, 1) *Basileensem* a. 1552. ex off. Froben. cum imaginibus, sine commentariis; 2) *Lugdunensem*, in tomo V. opp. omnium Andr. Alciati, a. 1560. sine figg. et comment. libello de magistratibus, ciuilibusque et militaribus officiis subiectam, (dolet vero, se in primam illius opusculi *Io. Pelordae*, Biturigum conseruatori addictam, circ. a. 1528. incidere non potuisse:) 3) *Venet.* 1593. cum imaginibus paullo deformioribus et egregio Guidi Panciroli, Icti, commentario; 4) Lugdunens. quam plurimis mendis contaminatam, a. 1608. cum eiusd. Pancirolli comment. et Franc. Rhuardesii breuissimis adnotati[illegible] nec non Guil. Marani quadruplici [illegible] Maiorem editionem cum suis commentariis promisit Labbe. *Harl.*

21\. *Nicephori Gregorae historiarum libri XXIV. cum Hieron. Wolfii et Io. Boiuinii versione, nec non eiusdem Wolfii, Cangii, Claudii Caperonerii et eiusdem Boiuinii. Parif.* 1702. *Vol. 2. Volum. Fabr.* In exemplo Veneto inest in vol. XX. quod constat tribus partibus. Prima inscripta est: Νικηφόρε τῦ Γρηγορᾶ ῥωμαϊκὴ ἱστορία. *Nicephori Gregorae Byzantina historia. Tomus primus. Libri XI. ab Hier. Wolfio iam pridem latini facti, et in lucem editi: iidem nunc auctiores et castigatiores quam antea. Tomus secundus: Libri XIII. nunc primum e codd. mss. eruti et typis mandati. Ex his libros fere XI. latine vertit Io. Boiuin, bibl. regiae custos alter. Idem codd. contulit, notas addidit et alias appendices.* Secunda pars, gallice scripta, huius est sententiae: *Histoire de l'Empire de Constantinople sous les Empereurs François, divisée en deux parties: Dont la premiere contient l'histoire de la Conquête de la ville de Constantinople par les François, et les Venitiens, écrite par Geoffry de Ville-Harduin, Marechal de Champagne et de Romanie: Reveu' et corrigée en cette Edition sur le manuscrit de la bibl. du Roy, et illustrée d'observations histor. et d'un glossaire, pour les termes de l'auteur, à present hors d'usage. Avec la Suite de cette histoire, jusques à l'an MCCXL. tirée de l'histoire de France MS. de Philippes Mouskes, Chanoine et depuis Evêque de Tournay. La seconde contient une histoire generale de ce que les François et les Latins ont fait de plus memorable dans l'Empire de Constantinople, depuis qu'ils s'en rendirent maîtres, jusques à ce que le Turcs s'en sont emparez: Justifiée par les Ecrivains du temps, et par plusieurs chroniques, Chartes et autres pièces non encore publiées.* C. du Fresne hanc edit. curauit et inscripsit regi Galliarum. — *Tertia* pars hanc praefert inscriptionem: *Histoire de l'Empire de Constantinople sous les Empereurs François. Contenant ce qui s'est passé de plus memorable dans cêt Empire, depuis que les François s'en rendirent maistres, jusques à ce que les Turcs s'en sont emparez: Dans la quelle la suite des Empereurs François, des patriarches de Constantinople latins, des Roys de Thessalonique, des Princes de la Morée et d'Achaïe, d'Epire, des Ducs d'Athenes, de Duras, de Nicsia, des Seigneurs de Negrepont, de Metelin, et autres sont décrites. Avec un Recueil de plusieurs Titres, et autres pièces non encore publiées, tirées tant du Trésor des Chartes du Roy, que d'ailleurs, pour servir de Preuves à cette histoire. Harl.*

22\. *Historia Byzantina, duplici commentario illustrata. Prior familias ac stemmata imperatorum Constantinopp. cum eorum Augg. numismatibus et aliquot iconibus; praeterea familias Dalmaticas et Turcicas complectitur. Alter descriptionem urbis Constantinopolitanae, qualis exstitit sub imperatoribus christianis. Auctore Carolo du Fresne, Domino du Cange, regi a consiliis, et Franciae apud Ambianos quaestore. Parif. 1680. Fabr.* Exempli Veneti vol. XXI. adiecit editor *Caroli du Fresne, Dom. du Cange additamenta ad Constantinopolim christianam, nec non de Hebdomo CPolitono disquis. topographicam.* Collegit ea editor ex notis partim, partim additamentis, quae Carolus du Fresne post editam Parif. 1680. CPolin christianam demum obseruauit aut in memoriam reuocauit, et editioni suae Zonarae Annal. a. 1686. modo notis inseruit, modo in addit. ad illam adtulit. *Harl.*

De

De imperatorum Constantinopolitanorum, seu de inferioris aeui, vel imperii, vti vocant, numismatibus dissertatio, auctore Carolo du Fresne: quae edita est ad calcem Glossarii latini [ss]) *eiusdem auctoris, quod in lucem prodiit Paris. 1678. recusum Francof. 1681. et 1711.*

23. *Anselmi Bandurii Ragusini, presbyteri ac Monachi Benedictini e congregatione Melitensi, imperium orientale, siue antiquitates CPolitanae in quatuor partes distributae. Paris. 1711. fol. 2. Volum. Fabr.* In ex. Veneto est vol. XXII. duobus constans tomis in quorum prioris parte I. continentur

Constantinus Porphyrogenitus de thematibus orientis et occidentis, atque Hieroclis grammatici synecdemus:

In parte II. *Constantinus Porphyrogenitus de administrando imperio: Agapeti diaconi adhortationes ad Iustinianum imp. de pie ac sancte administrando imperio; Basilii Macedonis imp. adhortationes ad Leonem, philosophum, filium, de pie et sancte administrando imperio. Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi, institutio regia:*

In parte III. *Anonymi Patria seu origines vrbis CPoleos ac descriptio aedis Sophianae: breues demonstrationes chronographicae incerti auctoris; narratio Nicetae Choniatae de statuis CP. quas Latini capta vrbe in monetam conflauerunt: catalogus cum descriptione sepulcrorum imperialium, quae in aede S. S. apostolorum ac in aliis ecclesiis exstabant: Georgii Pachymeris descriptio Augustaeonis: Photii, patriarchae CP. nouae ecclesiae SS. deiparae, a Basilio Macedone exstructae, descriptio; excerpta ex cod. regio mto et Codino; varia epigrammata ac poemata in celebriora vrbis CP. monumenta; variae inscriptiones ad vrbem spectantes; varii catalogi tum editi, tum inediti patriarcharum CP.* [tt]). *Sedes episcoporum et metropolitarum, qui sub patriarchis CP. olim fuere hodieque permanent: catalogus II. imperatorum CP. Petrus Gyllius de Bosporo Thracio; idem de topographia vrbis CPoleos; vetus descriptio vrbis CPoleos.*

Alter tomus continet copiosos doctosque Banduri *libros octo commentariorum in antiquitates CP. nec non animaduersiones in Constantini Porphyrogeniti libros de thematibus et de administrando imperio, ac notas ad opuscula Agapeti, diaconi, Basilii Macedonis et Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi.* Cum multis regg. et variis vett. tum fragmentis, tum opusculis integris. Bandurius vero ad libros Porphyrogeniti et reliquorum emendandos amplificandosque vsus est codd. bibl. regiae Parisiensis atque editt. de quibus disseruit in praefat.

ss) Glossarium graecum eiusdem Cangii vidit lucem Lugd. 1688. fol.

tt) N. 1) decerptus cat. ex chronographia compendiaria *S. Nicephori* patriarchae CP. quae habetur in cod. regio, diuersa ab editis; 2) *Nicephori Callisti Xanthopuli* noua enarratio de episcopis Byzantii et de patriarchis omnibus CPolitanis; 3) catal. patriarcharum CPolit. ex iure graeco-romano Io. Leunclauii, diuersus ab aliis; 4) catalog. patriarchar. CPolit. ex noua [illegible] historiarum synopsi *Matthaei Cigalae*, diuersus ab aliis; 5) *Philippi Cyprii*, magnae eccl. pr[illegible], libellus, continens catalogum patriarcharum CPolit. et sedes summorum sacerdotum, quae sub iis olim fuere hodieque permanent, ex variis historicis chronicis, qui exstant, collectus. *Harl.*

praefat. idemque ibid. pag. V. sq. contra Emmanuel. a Schelstrate Hierocli adseruit Synecdemum, et hoc opusc. esse integrum docuit.

Exemplum Venetum auctum est opere *Genesii* de rebus CPolitanis a Leone Armenio (a. 813.) ad Basilium Macedonem (a. 867.) libr. IV. de quo et aliis, quae deinceps accesserunt, paullo post sermo erit. *Harl.*

Hoc corpus integrum [ed. Paris.] rarius hodie, nisi in instructis bibliothecis, occurrit et vix 450. florenis Hollandicis venditur, itaque a 1699. bibliopola Batauus, Franciscus Halma, auspiciis [*] Io. Georgii Graeuii et Ludolphi Kusteri, professus est, nouam se illius velle dare editionem, quae et multo minore pretio veniret, et longe tamen melior esset. Praeter enim omnia haec opera accedere debuerunt ad Procopium quidem notae Bonau. Vulcanii, hactenus ineditae, et emendationes latinae versionis, ex versione Vulcanii selectae: eum a Graeuio suppeditati:

Genesii ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ *libri IV. siue historia rerum, ab initio Leonis Armeni, vsque ad excessum Basilii Macedonis, imp. gestorum, iussu Constantini Porphyrogenneti, imp. ante annos quasi 800. conscripta. Ioannes Andreas Bosius e MSS. membranis bibliothecae collegii Paulini Lipsiensis descripsit a. Christi 1652. Hunc Scriptorem Cl.* Ludolphus Neocorus *in linguam latinam transferet, et notis illustrabit. Quin et sperare nos iubent viri docti* Georgii Phranzae chronicon de vltimis orientalis imperii temporibus, et Sultanorum Osmanidarum origine, *cuius epitome latine tantum prodiit Ingolstadii, cura Iacobi Pontani: vt et* Georgii Pisidae **) historiam de Heraclio et aliis imperatoribus Constantinopolitanis, cum versione Claudii Maltreti, presbyteri S. I. *Praeterea celeb. Graeuius omnes Europae eruditos ac principum Bibliothecarios per litteras rogabit, vt, si qua forte penes illos latent, quae cum hoc opere coniungi mereantur, ea nobiscum communicare ne dedignentur. Iamque adeo eximia quaedam et apprime huc facientia e Galliis et Germania nobis promissa fuere. Quemadmodum etiam complures viri literati suam nobis operam et fauorem, ad absolutam huic operi perfectionem conciliandam, prolixe polliciti sunt.*

Cura et directio totius operis incumbet viris, harum literarum peritissimis, qui suas quoque animaduersiones nonnullis scriptoribus addent, et versiones latinas, vbi res et necessitas postulabit, emendabunt. Notae Auctorum, quae in editione Parisiensi ad calcem cuiusque voluminis reiectae sunt, in nostra editione ipsi textui subiicientur; nisi forte serius quaedam a viris doctis ad nos missae fuerint: illae enim ad finem cuiusque tomi collocabuntur. Non minus etiam nostra, quam Parisiensis editio in principiis et finibus librorum elegantibus praedita erit ornamentis, insigesque aeri litteris maiusculis; figuras vero aeneas, praesertim in Cangii familiis Byzantinis, habebit longe decentiores. Praeterea totum [*] *opus ea cura, accuratione et studio*

**) Maltretus praef. ad Procopii hist. testatur, se beneficio Holstenii habere *Georgii Pisidae*, magnae ecclesiae CPol. diaconi, de laudibus Heraclii, imp libros duos, de bello Persico eiusdem Heraclii tres, et de bello Auarico ad muros Vrbis CPol. vnum; ab Allatio autem *Theodosii*, diaconi, ἀκροάσεις quinque de capta a Romano Augusto Creta *Fabric.* Et Ge. Phranzae chronicon et Pisidae historiam postea lucem adspexisse, paullo post ostendemus. *Harl.*

dio excudetur, vt spondere ausimus, editionem nostram non solum longe auctiorem, sed et emendatiorem Parisiensi fore.

Praeclarum hoc consilium, grauissimis bellis Europam passim misere distrahentibus ac lacerantibus, atque intercedente Graeuii vv) fato, hactenus abiectum, vel certe dilatum est. Quod si quando reassumetur, magnum decus nouae editioni et magnam lectoribus vtilitatem adfert, si vbique in summis paginis singulorum scriptorum CPolitanae historiae, consignentur nomina imperatorum, quorum res explicantur, atque, vbi fieri licet, anni etiam imperii, annique aerae christianae, nec minus nomina annique, quantum fas, patriarcharum CPolitanorum. *Fabr.*

Venetiis recusum esse *corpus Byzantinum* ex ed. Paris., et *Genesii*, aliorumque operibus auctum, iam supra exposuimus. Sed editorem venetum neque consilio Fabricii nostri obtemperasse, neque ea, quae promiserat Halma, bibliopola Batauus, praestitisse, valde dolendum est: in oris tamen paginarum etiam indicatur nota et numerus paginae in ed. Paris. Quod vero in ed. Veneta *Genesii* libri additi sunt, et primum in lucem prolati ww): huc ea, quae Fabricius in paragr. XXIII. huius capitis de Genesio et variorum V. D. scripserat consiliis, reducere, et nostris obseruationibus, vbi commodum videbitur, amplificare, satius esse duximus. Floruit vero Genesius circ. a. Chr. 940. conf. de eo *G. Caue* hist. litt. SS. E. tom. II. p. 97. et *Oudin.* comm. de SS. E. tom. II. pag. 435. Fabricius autem haec, quae sequuntur, retulit:

„Quem *IOSEPHUM GENESIUM* viri docti adpellant, is ab vno memoratur Ioanne Scylitze xx) in prooemio historiae. Sed in MS. Scylitzae distingui Iosephum ac Genesium, notat Labbeus, yy) ita, vt duo fuerint historiae CPolit. scriptores diuersi, vnus Iosephus Byzantinus, et alter Genesius Byzantinus. At enim, vt, patria Byzantium fuisse Genesium, perquam est incertum, licet Byzantinam historiam scripserit; sic Iosephum diuersum a Genesio apud Scylitzen laudari, aegre mihi persuadeo. Quidquid vero sit, Lipsiae in patria mea seruatur in bibliotheca Paullina codex antiquus membranaceus graecus historiae Genesianae, iussu Constantini Porphyrogeniti compositae, et res imper. quinque [illegible] *Leonis Armeni*, qui a. Chr. 813. coepit imperare, *Michaelis Balbi*, *Theophili*, fil. *Michaelis*, et *Basilii Macedonis*, a. 889. cal. Mart. defuncti, comprehendentis. Ex hoc cod. collegii Paullini bibliothecae acad. Lipsiensis pagg. LXXVII. in fol. constante, vir doct. *Io. Andreas Bosius* iam pridem illius editionem parare se significauit in diatriba de testimonio Flau. Iosephi de Christo. zz) Apographum Bosianum cum breuibus *Tho. Reinesii*, quocum Bosius [illegible]

vv) Obiit diem Vltraiecti 9. Ianuar. a. 1703.

ww) *Freytag.* quidem in Analectis litter. p. 378. sq. ex Abb. *Lenglet du Fresnoy* Tablettes chronol. part. II. p. 295. excitat ed. *Genesii* de reb. CPol. libr. IV. *latinam*, Venet. 1570. 4. sed ea dubia esse videtur Meuselio, l. c. pag. 163. sq.

xx) Locum Scylitzae habebis infra in paragr. VIII. huius cap. sub fin. de Io. Scylitze, sect. 3.

yy) Vide *Labbeum* in protreptico ad hist. [illegible] p. 41. Alius porro *Genesius*, cuius meminit S[illegible] *donius* lib. IV. ep. 6. Alius *Genesius*, [illegible] scriptor vitae S. Genouefae virginis, vt [illegible] cum *Genesios* martyres, quorum [illegible] brant Latini 25. Augusti et 11. Octobr.

zz) Bosius de testimonio Flauii Iosephi, [illegible] 1673. cap. 2. pag. 24. *Theophanis Chron*[illegible]

communicauerat, notis seruatur Ienae in bibl. publ. acad. cui libros suos ille moriens legauit, et qui Genesii editionem deinde molitus fuit eiusdem acad. professor cel. *Georgius Schubartus*, vt memorant acta erudit. Lips. a. 1685. p. 441. Aliud apographum cum iisdem Reinesii notulis seruat bibliotheca senatus Lips. Nouum etiam ac singulare studium Genesio in lucem proferendo impendit praeclari vir ingenii et magnae, supra aetatem, doctrinae, *Godfridus Wagnerus*, Lipsiensis, pastor ad S. Iohannis; sed, illo florentibus annis exstincto, etiam illa spes [a]) decollauit, ita vt palma haec integra relicta sit viro praestantiss. *Godfrido Oleario*, qui scriptorem illum, ex eodem codice Paullino descriptum et versione ac notis a se illustratum, iam in scriniis habet, et proxime praelis commissurus est. [b]) Versus, quibus Genesius suos quinque Βασιλειῶν libros Constantino Porphyrogenito offert, hi operi praefiguntur:

Τὴν ἐξ ἱστορίας τελέσας βίβλον ὡς ἐκέλευσας,
Αὐτοκράτωρ, μελέταις καὶ καμάτοις μεγάλοις,
Ἐν σοὶ δῶρον ἔθηκα, ὅπως ἐγνωσμένον εἴη,
Ἐκ φιλοδεσποτίας συντεθὲν, ἔκ τε πόθου.

Hos versus, a Wagnero cum Caueo communicatos, et ab eo vulgatos in parte altera histor. litter. SS. EE. ad a. 940. ita vtcunque transtuli:

Historiam iussu quam Caesar magne tuopte
Perfeci curis atque labore graui,
Hanc Tibi dona fero, notum sit vt omnibus, ista
Nutu scripta Tuo, Te cupiente legi.

Leguntur et alii versus *Olympii* cuiusdam ad voluminis calcem, qui mihi non videntur ad Genesium pertinere; [c]) sed ad Iohannem quemdam, historicum, Scylitzae itidem laudatum, et cuius opus fortasse olim Genesio in cod. Lips. iusto adhaerebat, postea ab eo separatum periit.

phiae Augustanum codicem ante aliquot annos cum edito comparauimus, cuius ope eum scriptorem multo emendatiorem, alicubi et pleniorem, completis, quibus passim foedatus est, lacunis aliquot, vna cum Georgio Syncello et vtriusque continuatore, Genesio, *huc vsque inedito paucisque etiam eruditissimorum virorum viso notoque dabimus aliquando* etc. Descripsit ille Genesium a. 1652. *Fabr.* Add. *Morhof.* Polyhist. litter. I. cap. 7, 44. p. m. 62. vbi plura, quae Bosius edenda sibi proposuerat, opera memorantur. *Harl.*

a) Quemadmodum et spes editionis *Genesii*, promissae a *Ludolpho Kustero*, de qua paullo ante actum est.

b) Nec tamen prosperum habuit euentum id consilium, licet Oleario excitato ab Oudino in singulari diss. *de aduersa fortuna Iosepho Genesio, historiae Byzantinae scriptori, quoad operis editionem*, inserta eius commentar. de S. S. E. E. tom. II. p. 435. sqq. et emendatius, ephemeridibus, inscriptis; *Histoire critique de la Republ. des Lettres*; tom. XV. nr. 5. Olearium, mortuum d. X. Nou. 1715. aet. 43. plura alia editurum fuisse, sed non perfecisse, tradit *Grundmann.* in Miscell. Lips. tom. II. p. 757. sq. *Harl.*

c) *Ab alia manu* adscriptos fuisse hos, quos adtulit Fabricius, et alios Olympii Olympi versus, notatur in ed. Veneta. *Harl.*

Λώϛων ἀνὴρ ἄριϛος, ὡς ἐγὼ κρίνω,
Γεωργίȣ τε φημὶ καὶ Θεοφάνȣς
Τῶν χρονογράφων, ὅ τε δὲ τȣ͂ βίβλȣ[d]) πατὴρ
Ἰωάννης σοι ταύτης, Φιλοδαιμόνων [e])
Ὁ τῶν προέδρων πρῶτος, ἀλλὰ καὶ θύτης
Διοκαισαρείας, τῆς Ἀναζάρβης πάλαι. [f])

In optimis est optimus, me iudice
(Georgium Theophanem que intelligo
Chronographos) praesentis auctor et pater
Libri Iohannes, diligentium deum,
Flos ille primus praesulum atque episcopus
Diocaesareae, dictae Anazarbae antea.

Pro λοίσθων [g]) scripsi λώϛων et in quarto versu pro Φίλȣ δαιμόνων vel *Eduardi Bernardi* [h]) Φίλε δαιμόνων malui Φιλοδαιμόνων. Sane virum pium nemo christianus facile vocabit φίλον δαιμόνων, facilius Φιλοδαίμονα, pro Φιλοθέῳ, licet et hoc rarissimum sit in Christianorum scriptis, quum daemonum vocabulum in nouo testamento semper de malis angelis accipiatur, quod ab Homero, Platone et aliis ethnicis scriptoribus passim ponitur pro diis." Hactenus *Fabricius*. Postea *Steph. Berglerus* ex eodem cod. Lips. descripsit Genesium latineque vertit, ipso teste in epistola ad I. A. Fabricium, in huius vita, a Reimaro scripta, p. 223. vbi etiam animaduertit, apographum cod. esse in senatoria bibliotheca, factum a Bosio parum perite et satis negligenter: scriptorem vero esse horridum, incultum, iudicii egentem. Addidit in margine notas breuiores, vt ineditum suo tempore opus e tenebris vindicaret ipse, vel I. Burcardo Menkenio opitularetur, qui illud, commentario a se illustratum, adiectis aliis CPolitanae historiae scriptoribus, tamquam supplementum corporis Byzantini luci publicae exponere statuerat, narrante *Theoph. Sigifr. Bayero* in thes. epist. la Croziano tom. I. pag. 30. v. *Burmanni* II. praef. ad Aristoph. Berglerianum pag. 8. sq. Burmanno enim, (quod quidem is reticet,) illud Berglerianum apographum donauerat Saxius, qui id ipse olim emerat; vnde intelliges cel. *Saxii* verba in Onom. II. p. 149. *id inutili quadam liberalitate sua aliorsum exsulasse.* Enimuero nec Berglerus nec Menkenius emisit opus in lucem. Contra posterior secundarium fortassis quoddam apographum Veneto operis redemtori transscribendum dedit; sed editor Venetus in praefat. breui Menkenii quidem liberalitatem praedicat, sed nihil addidit, nisi pauca illa, *vt nouo beneficio praeclara eius* (Menkenii) *in rempublicam litter. merita magis elucescerent*: nihil igitur de codice eiusque apographo, nihil de studio et versione Bergleri; nihil de notis subiectis, quas omnes auctorem habere Berglerum, sibi ex eius autographo patuisse tradit Burmannus. Quam oscitanter, quam turpiter egerit editor Venetus, plures iam docuerunt, atque Fr. Otto Menken. in vita patris sui, praefixa

[illegible]

d) τῆς δὲ τῆς βίβλȣ exstat in ed. Veneta. *Harl.*

e) Φίλε δαιμόνων in ed. Veneta. *Harl.*

f) πάλαι abest ed. Veneta. *Harl.*

g) λοίσθων legitur in ed. Veneta. *Harl.*

h) V. *Caueum* l. c. et act. erud. Lips. a. 1690. p. 160. Aliter *Oudinus*, quem vide tom. II. de S. S. E. E. pag. 437. sq.

nius differt. academicis pag. 47. in nota grauiter conquestus est, Venetum editorem patris Menkenii amplissimam praefationem, qua et vitam Genesii et cod. MS. rationem enarrauerat, praelo iam paratam, haud exspectare; sed potius inornatum atque inutile opus properanter extrusisse. Atque cel. *Saxius* l. c. „Venetus, ait, operarum redemtor — hunc Genesium reliquis XXII. historiae Byzantinae scriptoribus, a se repetitis, sed multis contaminatum mendis, velut rude et inelegans corollarium, addidit Venetiis 1733. fol. qua de re Fr. Otto Menken. non modo in vita patris sui, sed etiam in adnotatione ad litteras *Guil. Caui* in misc. Lips. nouis vol. I. part. II. pag. 348. sq. editis acerbe queritur, *Iosephus*, inquiens *Genesius*, *Byzantinus scriptor*, *in eo infelicissimus*, *quod post doctiss. tot virorum curas in impuras Venetorum manus incidit*, *vnde miserrimum in modum deformatus ante paucos annos exiit.* Vitiosissime autem typis Veneris descriptos esse, *Andreae Buttigii,* diligentissimi olim bibl. Paulinae custodis — exemplum, quod penes me, ad codicis illius Lipsiensis fidem denuo castigatum, clarissime demonstrat.“ Hactenus *Saxius.* Veneta autem editio inscripta quidem est:

Iosephi Genesii de rebus CP litanis a Leone Armenio ad Basilium Macedonem libri quatuor, *nunc primum editi.* Venetiis typis Io. Bapt. Pasquali. 1733 fol. sed suasore *Euchario Gottl. Rinckio*, prof. quondam Altdorf. addidit Pasqualius Phranzae, Malalae et Allatii opuscula, quorum exempla acceperat ab illo. (v. Rinckii catal. pag. 295.) Quapropter multo plura opp. complectitur id volumen. Etenim Genesium excipiunt 1) *Georgii Phranzae,* protouestiarii, chronicon e versione lat. et cum notis Iac. Pontani: atque epistolae *Georgii Trapezuntii* et *Bessarionis* ad Io. Palaeologum, imp., gr. et lat. 2) cum peculiari titulo et noua paginarum serie, vt in reliquis quoque opusculis, *Io. Antiocheni*, cognom. *Malalae*, historia chronica cum lat. versione et notis Edmundi Chilmeadi et cum Humfredi Hodii diss. de auctore, item epist. Rich. Bentleii; 3) *Leonis Allatii* σύμμικτα, (quae Fabricius infra §. XXIX. vbertim recensuit,) omisso tamen catalogo opp. Io. Damasceni.

Post editionem Venet. corpus hist. Byzant. nouas accepit accessiones. Prodierunt scil.

Constantini Porphyrogeniti libri II. de ceremoniis aulae Byzantinae, gr. et lat. curantibus *Io. Henr. Leichio* et *Io. Iac. Reiskio.* Lips. tom. I. 1751. — tom. II. 1754. fol. de quo opere infra §. XXIV. commodior erit locus disserendi.

Historiae Byzantinae noua appendix; opera Georgii Pisidae, *Theodosii diaconi et Corippi Africani complectens*, *gr. et lat. et cum notis*, *edit. a Petro Franc. Fogginio.* Romae 1777. fol. conf. ephem. Lips. litt. a. 1782. nr. 55. — — *Iulii Pollucis*, christiani scriptoris, chronicon, de quo egi supra vol. VI. pag. 144. in nota *i.* Atque *Hardt* in sua edit. ex *Theodosio Melitino*, cuius *chron.* mst. seruatur in bibl. Mon. elect. (conf. supra, §. 42. fin.) plura loca citauit adtuliue, quod magna eius pars ad verbum fere conuenit cum chronico Iul. Pollucis. Cum codice, e quo I. Bapt. Biancon. edidit id chronicon, conspirat cod. Vindobon. CXXVI. de quo plura disputat *Kollar.* in supplem. ad Lambecii comment. pag. 35. sq. De *Phranza* infra §. XXII. agetur. — Alii recentiores scriptores editi ad corpus historiae Byzant. amplissimum efficiendum a quibusdam V. D. adnumerari solent. v. catalogos

logos *Pinell.* p. 42. sq. bibl. illustriss. comitis *Teleki de Szék*, part. I. p. 248. sq. inprimis *Rinck.* p. 292 — 295. cuius corporis moles, cui placebit, facile potest amplificari. Sed haec sufficiant. *Harl.*

II. Magno huic operi colligendo digerendoque, ac tam magnifica forma per Seb. Cramoisy, typographiae regiae curatorem Parisiis publicando animum primus adiecit PHILIPPUS LABBEUS S. I. qui Eclogis Legationum anno 1648. editis, praemisit *Protrepticon*, ad omnes eruditos de scriptoribus hist. Byzantinae e Luparaea typographia in lucem emittendis, in quo continetur *catalogus* et notitia breuis, chronologico ordine digesta, scriptorum historiae Byzantinae quicumque tum temporis siue editi siue inediti memoriae eius se offerebant, et e quibus ille codicibus et quorum virorum doctorum opera recensiti vel illustrati possint in lucem exire. Tum *Adparatus* Byzantinae historiae, in tres partes dispertitus: quarum *prima* imperatores CPolitanos serie chronologica, et a quibus scriptoribus singulorum res descriptae sint, succincte persequitur, subiunctis carminibus duobus graecis iambicis e codd. MSS. regiae bibl. quorum altero imperatores, altero patriarchae CPolitanae, recensentur, alio item catalogo patriarcharum CPolitanorum CXLIX. Pars *secunda* exhibet alphabeticam seriem et notitiam scriptorum historiae Byz. tam editorum quam ineditorum ac deperditorum. Pars *tertia* descriptionem latinam vrbis CPolitanae per XIV. regiones, veteri incerto auctore sub Theodosii iunioris, vt videtur, tempora claro, quem vulgarunt Gyllius sub extremum libri IV. topographiae CPol. Pancirollus ad calcem notitiae imperii, ac, ne alios iam memorem, Carolus du Fresne in CPoli christiana lib. I. pag. 63. seq. qui etiam auctoris praefationem, quam e MS. Vindobonensi *Lambecius* lib. II. pag. 950. [p. 859. sqq. ed. Kollar.] primus vulgauerat, praemisit. Lexicon Byzantinum, quod partis [P] *quartae* loco voluit Labbeus subiungere, in aliud tempus distulit, siue aliis potius adornandum relinquere est coactus.

Post hoc Labbei protrepticon sequuntur Ἐκλογαὶ περὶ πρέσβεων siue *excerpta de legationibus*, iussu Constantini Porphyrogennetae facta a *Theodosio* quodam, cuius praefatio praemittitur, quique testatur, se *de legationibus populi Romani ad et[illegible]s horumque ad populum Rom.* excerpta collegisse *ex Petro, patricio et magistro, ex chronico Georgii Monachi, ex Ioanne Antiocheno, ex Dionysii Halicarnass. antiquitatibus Romanis, ex P[illegible] Appiano, Zosimo Ascalonita, Iosephi antiquitatibus iudaicis, Diodoro Siculo, Dione Cocceiano, Procopio Caesareensi, Prisco Rhetore, Malcho Sophista, Menandro Protectore et Theophylacto Simocatta.* Subiiciuntur vero tantum excerpta i) e *Dexippo*, Atheniensi, *Eunapio*, Sardiano, *Petro*, Patricio et magistro, *Prisco*, sophista, *Malcho*, Philadelphiensi, *Menandro*, protectore et *Theophylacto*, Simocatta. Haec, (exceptis illis Simocattae,) e codice Andreae Schotti primus graece publicauit *David Hoeschelius*, Augustanus, Augustae Vindel. a. 16[illegible]4. cum corollario eclogarum e libris amissis Diodori Siculi XXI. XXII. XXIII. XXIV. XX[illegible]

i) Similes de legationibus eclogas a *Ioanne* quodam CPolitano. excerptas a Polybio, Dionysio Halicarnass. Diodoro Sic. Appiano Alex. et Dione Cassio, Fuluius Vrsinus graece cum notis edid. Antwerp. 1582. 4.

et XXVI. quas e codice Ludouici Alemanni, Florentini, Richardus Thomson, Anglus, ad eum miserat [k]). Notas quoque addere voluit Hoeschelius, sed quae non viderunt lucem. Meminit earum in litteris ad Iungermannum [l]), datis 1603. feria Philippi Iacobi: *De locis, in Longinis lectis suaserim, Rhodomannum consulas, quem habes vicinum, qui suam mihi ἀγχίνοιαν καὶ εὐστοχίαν probauit in libro πρέσβεων πέρι, quod constabit, quum notas edidero; nunc enim textus, quem vocant, impressus est modo.* Latine illas eclogas vertit *Carolus Cantoclarus*, senator regius et libellorum supplicum magister, cuius interpretatio, additis ad calcem nonnullis notis et castigationibus, prodiit Paris. 1609. 8. filiis, Renato et Petro, a parente inscripta. Nullo MSto codice vsus est interpres et a sensu graecorum verborum haud raro aberrat, vt pluribus viris doctis [m]) iam obseruatum fuit. Retinuerunt tamen eius versionem corporis Byzantini curatores; sed notis eius eruditas *Henrici Valesii* animaduersiones, antea [P] ineditas, adiunxerunt. Nunc de scriptoribus, ex quibus eclogae illae excerpta sunt, pauca quaedam annotare placet.

1. DEXIPPUS, Dexippi F. cognomine Herennius, Atheniensis, rhetor, sub Valeriano, Gallieno, Claudio secundo et Aureliano, impp., clarus, teste Suida in Δέξιππος et Eunapio in Porphyrio extremo, vbi χρονικὴν eius ἱστορίαν memorat. Miror itaque, alium a Küstero putari Dexippum eclogarum de legationibus auctorem. Si enim hae non ex *chronica* historia, certe ex *Scythicis* huius Dexippi petitae sunt, quod non ab re verisimilius videtur *Vossio* de hist. gr. II. 16. et *Hanckio* de rom. rerum scriptoribus lib. I. c. 22. licet ex chronico excerptas malit Meursius in bibl. Attica; Valesius vero id omne tamquam rem incertam in medio relinquit. Scythica quoque respicit *Iornandes*, Dexippum laudans cap. 22. de rebus Geticis. Eumdem porro fuisse, qui chronicam historiam et qui Scythica composuit, ex Photii testimonio perspicue constat. Ducem etiam exercitus gessisse et patriam, Achaiam, aduersus Scythas defensitasse, *Trebellius Pollio* testatur in Gallienis cap. 13. *deinceps Achaiam omnem vastauerunt* (Gothi) *et ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt.* Scripsit quoque *τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον de rebus post mortem Alexandri Magni libris quatuor*, quorum argumentum refert Photius cod. LXXXII. cum Ariano in plerisque conspirare testatus. [n]) Idem eius σύντομον ἱστορικὸν siue *compendium historicum* vsque ad tempora Claudii, (secundi hoc nomine imperatoris,) commemorat, quod Valesius putat compendium fuisse *chronicae* eius *historiae*, cuius *liber decimus* laudatur a Stephano Byz. in Σουμχαῖοι [o]) et Constantino Prophyrog. lib. II. de thematibus, themate IX. licet in Bandarii quoque editione editum ἐν χρρρονικῷ δεκάτῳ pro χρονικῷ, liber *duodecimus* ab eodem Stephano et Etymologico Magno in Ἔλεγοι. A temporibus mythicis hoc opus perduxit ad suam vsque aetatem, vt Euagrius lib. V. c. vlt. auctor est: neque enim audiendus *Casaubonus*, qui ad Lampridii Seuerum cap. 49. ait, orsum ab Alexandro Seuero;

k) Add. infra in h. cap. §. XVII. de Constant. Porphyrog. sect. 9. *Harl.*

l) Post epistolas Hottomannorum pag. 455.

m) Vide Valesium in notis passim, Kusterum ad Suidam in Ἀρμάτιος etc.

n) Conf. supra lib. III. c. 2. vol. III. pag. 29. sq. et vol. IV. p. 128. h. v. *Harl.*

o) Dexippus in Χρονικῶν ί, (h. e. *decimo*) citatur in fragm. Stephan. Byzant. edito a Montfauc. in bibl. Coislin. pag. 283. *Harl.*

ro; neque Valesius, qui apud Euagrium Σκυθικῶν, vel alius, qui Μηδικῶν legere mau it pro μυθικῶν. Ex eodem, vt videtur, opere, (licet Scaliger ad graeca *Eusebii* pag. 422. non dubitet e libris de rebus post Alexandrum petita esse,) Eusebius in chronico pag. 56. 57. et Syncellus pag. 263. 334. 376. regum Macedonicorum ante Alexandrum successionem et alia quaedam repetunt. Etiam in graecis *Eusebii* pag. 34. et apud *Syncellum* pag. 177. pro Ζεύξιππος [*] ἱστορεῖ, sunt, qui legant Δέξιππος. Citatur *Dexippus* a *Lampridio* in Alex. Seuero cap. 49. *Capitolino* in Maximino cap. 6. 7. et in Gordianis c. 2. (vbi *etiam breuiter, ad quem tamen omnia persequutum scribit,*) et 9. 19. et in Maximo ac Balbino c. 1. 15. 16. *Trebellio Pollione* in triginta tyrannis c 32. et in Claudio secundo c. 2. Equidem *Io. Tzetzes* Chiliad. IX. hist. 274. hunceque sequutus Meursius et Vossius eumdem putant Dexippum auctorem Σκυθικῶν, cum Dexippo, de cuius *libris tribus in Categorias*, latine ex Io. Bernardi Feliciani versione Venet. 1546. 1566. fol. et Paris. 1549. 8. editis, dixi libr. IV. cap. 29. §. 7. et 8. [Vol. V. p. 697. sq.] Verum ille philosophus aetate iunior, et Iamblichi discipulus fuit, vt ex eodem Tzetza et Simplicio in Categorias pag. 1. constat. De *Dexippo, Coo*, dicam infra in Medicis libro VI. Alius etiam fuit *Dexippus*, *comicus*, cuius Θησαυρὸν laudat Suidas in Κωρυκαῖος, erratque Meursius, qui in bibl. Attica cum historico confundit.

2. Dexippi Herennii historiam continuauit EVNAPIUS, Sardianus Lydus, teste *Photio* cod. LXXVII. et *XIV. libris* produxit a Claudio secundo vsque ad sua tempora, siue Honorii et Arcadii imperium. [*Duas* illius operis parauit *editiones*, et licet in vtraque christianis imperatoribus iniquior, Iulianum vtpote Ethnicus miris laudibus extulit, in *νέᾳ* tamen ἐκδόσει siue posteriore editione plurima in Christianos conuicia et blasphemias rescidit. Eunapii historiam exscripsit Zosimus [p]); respicit eamdem, Eunapium laudans pluribus locis, Suidas, atque χρονογραφίαν vocat in Ῥουφῖνος. Meminit et Eunapius ipse et lectores ad illud opus ablegat non vno loco in *Sophistarum Vitis*, quae adhuc exstant. Has ex MSS. Mediceo, Barberino, Remensi, qui olim fuit principis Lotharingici, et regio Paris. duobusque Mediolanensibus [*] emendatas, (quorum varias lectiones ex auctione Gudiana nactus sum,) iampridem recudendas dare institui cum noua versione mea et notis, vbi etiam obseruationibus Is. Casauboni, atque variis lect. e codice Bodleiano, quas beneuole mecum communicauit Hudsonus. [q]) Praeter codices Vaticanum, Venetosque, Gesnero me-

inota, et

p) *Photius* cod. IIC. de Zosimo: εἴποι δ' ἄν τις οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελ[ίχωνα] διασύρει. *Vossius* de hist. graecis II. 18. Ex historia Eunapii *solum de legationibus fragmentum beneficio V. C. Andreae Schotti lucem vidit, reliqua ex tore dicuntur in bibl. Veneta. Eo autem aequiore animo istis caremus, quod Zosimum habeamus.* Quod in bibl. Veneta exstare reliqua Eunapii hist. dicuntur a Vossio, incerta fide tradi videtur, et iam pridem Io. Leunclauius in epist. ad Henricum Stephanum scripsit in centuria epist. philologicar. Goldasti pag. 305. *Eunapii historiae libri XIV. qui nusquam exstant, ne quidem in Italia. Zosimi sex tantum. Photius stilum Eunapianum ob prolixitatem et τροπὰς frequentiores improbat. Zosimaeum laudat ὡς σύντομον καὶ εὐκρινῆ καὶ καθαρὸν οὐδὲ τῶν ἡδέων ἀπεστερημένον.* Conf. *Reitemeieri* disquis. in Zosimum etc. praefixam eius edit. Zosimi, pag. XVI. sq. *Harl.*

q) Tria huius editionis folia vsque ad pag. 48 typis exscripta sunt in 8. sed, (vt Reimar. in vita Fabr

...atos, comperi etiam exstare MSS. Neapoli in bibl. patrum Augustinianorum in Coeno- bio S. Iohannis de Carbonaria. Prodierunt primum graece e *Io. Sambuci* Pannonii Tirna- uensis bibliotheca, [et cod. mutilo nec optimae notae] typis nitidis Antwerp. ex officina Christophori Plantini 1568. 8. subiectis ad calcem castigationibus *Hadriani Iunii* Hornani, cuius deinde latina, at multo liberior, versio vidit lucem ibid. 1572. 8. Ab eo tem- pore *Hieron. Commelinus* Eunapium ex duobus MSS. palatinis emendauit et suppleuit, edidit- que graece et latine, adiuncta Iunii, (licet vitiosa et a graecis passim dissidente,) versione Heideib. 1596. 8. [r] Editio Commeliniana recusa est mendis cumulata, Coloniae Allobro- gum siue Geneuae 1616. 8. [s] atque *excerpta de legationibus* ex historia Eunapiana graece sub- iuncta habet ex eodem Schotti codice. Ex his constat, Eunapium, rhetorem, a Lydis mis- sum esse legatum ad Iulianum, imperatorem, pag. 17. seq. edit. Paris. et quum legatione cum

Fabr. p. 209. tradidit,) typographo moras nectente, quarum vel maxime impatiens erat vir excitati ingenii, editionem abrupit, nec ipsum opus perfecit. Add. *I. Chph. Wolfii* epist. ad de la Croze, in thes. epist. Lacroz. II. p. 105. et p. 132. vbi respondet, se a Crozio accepisse notas Rigal- tii, margine editionis adscriptas, at cultro bibliope- gi ... ... Eunapium, et Fabricio tradidisse: ... epist. de la Croze ad Fabricium, ibid. tom. III. p. 118. Fabricianae schedae postea peruenerunt in manum et potestatem generi, Reimari, qui eas commisit cl. *Carpzouio*, nouam Eunapii edi- tionem quam plurimis abhinc annis molienti, et specimen illius eruditum, quod mire mouit sali- vam V. D. danti in progr. inscripto: *Specimen Eunapii edendi ... ex Actes. de Sosipatra*, Lipsiae 1748. 4. In praef. exponit adparatum, quem et Fabricius et ipse Carpzouius, in prae- sens theologus Helmstad. celeberr. contulerat, et de aliis subsidiis atque codd. agit. Enimuero hu- cusque vir cel. frustratus est spem virorum doct. atque quum illum propter senectutem vix vlti- mam operi admoturum esse manum, facile sit credendum, saltem vt alii V. D. et huic negotio perficiendo apto, lampadem suaque collectanea tradat, et Eunapius tandem e carcere mittatur, quilibet rei peritus mecum optabit. — *Codices* autem vel ab ipso Gudio vel ab aliis collati, sunt 1) Flor. Mediceus, membranac. antiquissimus excentorum annorum circiter, vnde reliqui Gu- dio videntur descripti; de quo cod. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Lauren. III. p. 297.) 2) Barberinus recentior, cuius lect. descripserat Luc. Holsten. vnde ad P. Lambec. et inde ad Gudenium perue- nerunt; 3) al. recent. postea Remis in abbatia S. Remigii seruatus; 4) bibl. Parisin 5. 6) duo Mediolanens. in bibl. Ambros. quorum alter rec. eru- dita autem manu correctus, et ad marginem varr. lection. coniecturis est illustratus, alter vero eius- dem familiae et generis pretiique, manu tamen recentiore correctus. — Praeter ea sunt in bibl. regia *Neapol.* in cod. IX. Eunapii ἐγγράμματα βίων φιλοσόφων. in cod. LXIV. Libanii vita et in cod. CLXXXIIX. vitae philosoph. — in bibl. Medic. *Flor.* cod. III. nr. 25. plut. LVI. et cod. XIII. nr. 1. plut. LXX. ex Eunapii vitis sophi- star. *Libanii* vit... v. *Bandin.* l. cit. III. p. 300. et 673. qui adnotat, in posteriore cod. vitam il- lam in fine paucis longiorem esse, quam in ed. Commel. — Eadem vita est in cod. *Barocc.* bibl. Bodlei. LXVIII. et plenior, quam ea, quae praefixa est editioni opp. Libanii Morellianae, in cod. LXXII. (v. cat. codd. Angl. et Hibern. p. 7. et 8.) — In cod. *Veneto* D. Marci DXVIII. *Eu- napii* vitae sophistar. (cat. codd. gr. p. 279.) — In bibl. *Leidens.* est exempl. ed. Antwerp. cum quibusdam Is. Vossii notis msstis. Aliorum codd. aut collationum meminit Carpzov. l. cit. *Harl.*

r) Eodem anno, 1596. prodierunt latine: *Vitae philosophorum; scriptoribus, Diogene Laertio,* (interprete Ambrosio), *Eunapio Sardiano*, (in- terprete Hadriano Iunio;) *Hesychio Illustrio,* (eodem Iunio interprete.) *Multis in locis emen- datiores.* Lugd. Batav. ex offi. Plantin. apud Franc. Rapheling. CIↃ IↃ XCVI. 12. *Harl.*

s) Prodiisse legitur nunc ap. Sam. Crispinum, nunc ap. Iac. Stoer, aut ap. Io. Vignon, aut sub oliua Paulli Stephani. *Harl.*

cum magno successu functus esset, iussum a Iuliano caussam agere aduersus potentem aduersarium, idque fecisse cum laude, et iudicibus persuasisse. Diuersus hic videtur a nostro et aetate prior, idemque forte cum Eunapio τῷ ἐκ Φρυγίας rhetore, cuius meminit Suidas in Μυσώνιος. t) De nostro videndus prae ceteris *Hanckius* lib. II. de romanar. rerum scriptoribus cap. 9. et *Ionsius* lib. III. de scriptoribus hist. philosoph. cap. 17. Cui in hoc vno non adsentior, quod scribit, eum vicesimo aetatis anno demum gentili religione imbutum, siue ex Christiano Ethnicum factum esse, idque Eunapium ipsum testari in Aedesio. En tibi eius verba pag. 34. ὁ γοῦν ταῦτα γράφων ἐκ παιδὸς ἀκροατὴς Χρυσανθίου γενόμενος, μόλις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἠξιοῦτο τῶν ἀληθεστέρων, οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίχου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτεινε τῷ χρόνῳ. Sane Chrysanthius ille, qui a teneris Eunapium imbuit et consobrinam eius, Meliten, habuit vxorem, Ethnicus fuit, non Christianus: igitur et Eunapius vbique Christianismi hostem professus, non vicesimo anno primum ethnica superstitione imbutus, sed tunc initiatus demum est arcanioribus mysteriis philosophiae et theurgiae, quae paullo ante [*] dixerat prae Constantini, imp. metu iam coepisse diutius occuli atque pertinaciore silentio inuolui. u) Atque hunc esse verborum Eunapii sensum, et per ἀληθέστερα illa intelligi mysteria philosophiae sublimioris, perspicue patet ex illis, quae de Iamblicho subiungit. Matutinas horas aliis arte rhetorica imbuendis per aliquod temporis collocasse se, refert ipse in Chrysanthio p. 153. Medicae quoque artis peritus fuit, vt in eodem Chrysanthio scribit pag. 156. atque ab Oribasio, medico, tetrabiblum ei suam, v) quae etiamnum latine ex Io. Baptistae Rasarii versione exstat, inscribente, λογιώτατος adpellatur. Confer Photium cod. CCXIX.

3. PETRUS, gente Illyrius, patria Thessalonicensis, rhetor siue aduocatus CPolitanus, prudentiae et eloquentiae laude insignis fuit w), quem Iustinianus, imp. teste *Procopio* lib. I. de bello Gothico cap. 3. et 4. legatum misit ad Amalasuntham, Theodorici, Italiae regis, filiam, eaque interim a Gothis interfecta, bellum Theodahado iussit indicere, quod ille deprecans in litteris ad Iustinianum, imp. apud Cassiodorum X. 19. Variar. Petrum legatum vocat *virum eloquentissimum, doctrina summum, et conscientiae claritate praecipuum.* Postea

Patri-

t) Hanc Fabricii coniecturam *Ric. Mounteney* in obss. in commentar. vulgo Vlpianeos, praefixis eius edit. Demosthenis select. orat. Lond. et Etonae ed. IV. 1764 §. 3. pag. XVIII. sqq. non solum vehementer probat, sed etiam certissimam et verissimam esse demonstraturum se prope confidit ex ipso Eunapio in vita Proaeresii sub fin. (quem locum per occasionem emendat, et ex quo loco pateat, Eunapium ea tempestate fuisse adolescentem atque Athenis per quinque annos continuos operam nauasse bonis litteris,) collato Suida in: Μυσώνιος, vbi sub finem dicitur *Eunapius orator ex Phrygia* sub Iouiano, (qui octo tantum menses post Iulianum imperauit,) tributis cogendis praefuisse. *Harl.*

u) Hinc in Eunapio credulitatem anilem notat *Huetius* demonstr. euang. propos. IX. c. 147. §. 5. ibidemque c. 1. eum vocat hominem, superstitionibus ad delirium vsque deditum. Tum Eunapium in vitis sophist. mala fide agere, coarguit *Naudaeus* lib. de magiae suspectus cap. XII. §. 10. et cap XIII. § 10. *Heum.* — Add. quos laudaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. p. 346. sq. *Harl.*

v) V. *Montfaucon* bibl. Coislin. p. 248. fin. *Harl.*

w) Conf. *Saxii* Onom. II. p. 27. (vbi aetas *Petri* refertur ad a. Ch. circ. 527.) et quae scripsi in Introd. etc. II. 1. p. 420. sq. *Harl.*

Patricium fecit etiam Iustinianus, ac magistrum officiorum, misitque de pace ad Chosroëm magnum, vt narrat idem *Procopius* lib. II. de bello Gothico cap. 22. et lib. IV. cap. 11. et Suidas in Πέτρος, qui testatur, scripsisse *historias* et *περὶ πολιτικῆς καταστάσεως*. Meminit huius Petri et legationis eius ad Persas etiam Menander, protector, in excerptis de legationibus pag. 150. Patricium et magistrum sapientissimum vocat quoque Hermolaus, grammaticus, qui sub Iustiniano scripsit, in Epitome Stephani Byz. in Ἀκόναι. *Corippus* lib. I. de laudibus Iustini minoris v. 25.

Successorque boni rediuiuaque gloria Petri
Hinc Theodulus adest, patria grauitate magister.

Eumdem putat Valesius intelligi, quem Vigilius, papa, in epistola encyclica ad vniuersam ecclesiam *magnificum virum Petrum referendarium* adpellat, quique memoratur in Synodo quinta. Sed diuersum omnino putem Petrum, rhetorem, (licet Küstero ad Suidam aliter videatur,) quem *Leontius Scholasticus* in lib. III. Anthologiae cap. 30. memorat spectantem in Dionysiis collapso theatro obiisse. Non enim rhetorem vocasset poeta, sed patricium et magistrum *). [P.] Quae ex Petri huius, magistri, historiis supersunt excerpta de legationibus, incipiunt a legatione Parthorum ad Tiberium, imp. neque quicquam produnt recentius, quam legationem barbarorum ad Iulianum, apostatam. Confer *Hanckium* lib. I. de romanarum rerum scriptoribus capite 40. Nonnulla iisdem paene verbis leguntur in eclogis legationum ex Dione Cassio, vt Valesio etiam notatum. Christianum fuisse, coniicio ex auctoritate, qua sub Iustiniano, principe, valuit, licet fatear, argumentum esse non plane firmum certumque.

4. PRISCUS e Panio, Thraciae y) oppido, rhetor et sophista CPol. et Theodosii iunioris ad Attilam legatus z), scripserat *historiam Byzantinam et de bello aduersus Attilam* aa) libris

x) Conf. supra in Vol. VI. p. 135. *Harl.*

y) *Panitem* Suidas, [et Eudocia p. 355.] *Thracem* vocant Theophanes et auctor chronici Alex. *Sophista* etiam Suidae [et Eudociae] adpellatur; *Euagrio* I. 17. II. 1. et 5. et 16. et V. 24. et *Nicephoro* Callisto in praefat. pag 35. *rhetor*: et inte excerpta de legationibus *rhetor ac sophista.*

z) Iornandes de rebus Geticis cap 34. *Attila, Hunnorum omnium dominus, et paene totius Scythiae gentium solus in mundo regnator, qui erat famosa inter omnes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationem remissus a Theodosio iuniore Priscus* etc. Eumdem Priscum, historicum saepius laudat *Iornandes*, vt cap 34. 35. 49. atque *Iuuencus* in Attilae vita. De illa vero legatione sua [circ. a Chr. 445. sec. *Saxium* Onom. I. p 508. aut a. 447. secund. Hanckium,] fuse dicit ipse in eclogis pag. 45. seq. edit. regiae.

aa) Apud Suidam [et Eudocium] male κατὰ Ἄτταλον pro κατὰ Ἀττίλαν, vt Valesio Hankius et Küsterus adsentiuntur. Auctor chronici Alex. pag. 318. quum de Attilae et Alarici motibus et exitio retulisset, subiungit: περὶ τοῦ πολέμου συνεγράψατο ὁ σοφώτατος Πρίσκος ὁ Θρᾷξ. Euagrius lib. I. c. 17. de eodem bello: ὃν περιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ γράφει, *videtur autem,* inquit Vossius p. 488. de hist. graecis, *hodieque exstare. Sane citat Priscum Baptista Fulgosus in Memorabilium libris; inque bibl. Vaticana esse, auctor est Raphael Volaterranus lib. XIII. Anthropologiae. Superesse etiamnum ait in Nomenclatore suo Rob. Constantinus.* Nemo tamen fuit hactenus, qui cum in lucem protulerit, vel in bibliotheca hodie superstite legisse se sit testatus. *Fabr.* Immo vero ab Hoeschelio eum esse editum, scribit *Cabassutius* in notit. concil. p. 193. qui, suas in manus venisse hunc Prisci librum, testatur, et inde locum aliquem producit satis longum. *Heum.*

libris VII. Male pro Priſco Πατρίτικος ſcribitur apud *Euagrium* lib. II. cap. I. vt Valeſius adnotauit, et Περσικὸς apud *Theophanem* p. 100. vt animaduerſum Labbeo in protreptico, Valeſio pag. 74. ad Euagrium et Martino Hanckio, qui de hoc ſcriptore bono et vtili diligenter egit. lib. de Byzantinis ſcriptoribus cap. 2. pag. 138. atque eumdem vltra annum XV. Leonis, Thracis, imp. ſiue Chriſti 471. ſuperfuiſſe demonſtrauit. Praeter illos hiſtoriae Byzantinae libros, e quibus eclogae legationum excerptae [?] ſunt et quorum ſextum laudat Stephanus Byz. in Σάλωνα, memorat Suidas etiam eius Μελέτας ſiue *declamationes* rhetoricas, *epiſtolasque*. Chriſtianis ſcriptoribus recte eum accenſet Caſpar Barthius in aduerſariis. Hiſtoriae Byz. ſcriptorem diligentiſſimum vocat *Valeſius* ad Ammianum Marcellinum XXX. 2. Alius *Priſcus*, de quo in vitis Sophiſtarum Eunapius.

5. MALCHUS, patria Philadelphienſis [bb]) Syrus, ſophiſtam egit CPoli [cc]), ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἐληλακώς, vt de eo *Photius* [dd]) cod. LXXVIII. qui Chriſtianum etiam fuiſſe teſtatur. Scripſit eleganti ſtylo Βυζαντιακά, ſiue *hiſtoriam* (ab extremis Leonis primi, imperatoris, in quibus ſubſtitit Priſcus, ſiue ab a. C. 474. vsque ad necem Iulii Nepotis, occiſi a. C. 480.) *libris* VII. quorum exordio alia iam a ſe compoſita teſtatus eſt, quemadmodum et in extremo libri vltimi plura ſe, ſi ſuppeteret vita, ſcripturum promiſit: itaque integrius opus vidit Suidas, qui [et ex eo Eudocia pag. 300.] memorat Malchi *hiſtoriam a Conſtantino Magno ad Anaſtaſium vsque* (ab a. C. 491. per annos XXVII. imperatorem,) in qua res quoque Zenonis Iſaurici ac Baſiliſci, qui poſt Neporem regnarunt, fuſius fuit perſequutus. Inter alia graphice etiam deſcripſit ac deplorauit conflagrationem publicae bibliothecae CPol. et ſtatuarum τῶ Αὐγουςαίῳ, quod incendium Baſiliſco imperante accidit, et ad centum viginti millia codicum abſumſit. Vide *Cangii* CPolin chriſtianam libro II. pag. 150. Ex duobus, quae exſtant, Malchi eclogis legationum poſterior e prioribus, prior e poſterioribus libris petitae eſſe videntur. Citatur Malchus, vbi de incendio bibliothecae et Palatii ſermo eſt, a *Zonara* tom. II. pag. 52. Vide et Suidam in Λέων βασιλεύς.

6. MENANDER, Euphratae Byzantini F. Herodoti cuiusdam frater, imperante Mauricio ad ſtudia litterarum, a quibus ante [?] abhorruerat, adplicans animum ſcripſit *hiſtoriarum libros VIII.* ab anno Iuſtiniani, imp. XXXIII. (Chriſti 560.) vbi deſiit Agathias, vsque ad Tiberii ſecundi exceſſum. (Chriſti a. 582.) a quo auſpicatur Theophylactus Simocatta. Ipſe ſe apud Suidam in Μένανδρος teſtatur animum adpuliſſe ad ſcribendum μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου quum Agathias iam eſſet defunctus, [add. Eudoc. pag. 299.]

bb) Philadelphienſem Photius fuiſſe teſtatur. Licet autem plures fuerint Philadelphiae, tamen illam Syriae intelligendam vel nomen Malchi docet. Et fortaſſe fuit hic ex poſteris eiusdem gentis, e qua Malchus, qui deinde ſub Porphyrii nomine fuit inter graecos philoſophos notiſſimus, de quo ſupra lib. IV. cap. [30. Vol. V. p. 725. ſqq.] De aliis Malchis dixi ad Eunapium. Vide etiam *Koenigium* ad vitas patrum p. 74.

cc) Hinc Sophiſtam Byzantinum Suidas adpellat. *Fabr.* *Saxius* in Onom. II. p. 3. adſerit aetatem huius ſophiſtae et hiſtorici CPolitani a. circ. 470. adnotat tamen, *Pagium* in crit. Baron. 481. III. p. 393. tom. VIII. ed. Luc. incertum eſſe, quo ille tempore floruerit, putare. Idem tamen ciuat *Caue* ſcript. eccl. hiſtor. litter. Vol. I. p. 455. *Harl.*

dd) Photius: ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς Φιλαδελφεύς, ὥσπερ τις ἄλλος κατὰ [illegible] ἄριστος [illegible], ἀπέριττος, εὐκρινής, [illegible] [illegible] [illegible] etc.

-o] neque continuare ipse historiam suam posset. Ab eodem Suida pluribus locis fragmenta x hoc Menandro adferuntur, etiam in Δοκιμάσας, Μαχέλκιος et Σπαλίωνες, quae loca in -que indice Küsteri omissa, sed a Valesio pridem adnotata sunt. Idem Suidas Menan-rum vocat *Protectorem* [a]). Quod nomen explicat Menander ipse in eclogis legationum ag. 171. ὁ δὲ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος προτίκτωρ, δηλοῖ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν ἐς τοῦ. ο καταλεγόμενον ἀξίας, τὸν βασίλειον προσκεπασήν. Sed suse de hac dignitate Can-us in vtroque glossario. Eclogae illae legationum, quae e Menandri historia excerptae stant, paullo confuso ordine ac perturbato, ex duobus codicibus Bauarico, et Andreae hotti, vulgatae ab Hoeschelio sunt, quorum alter altero integrior fuit et diuersas forte col-ctiones Theodosii alter, alter Ioannis CPolitani exhibuit. Meminere Menandri praeterea *heophylactus Simocatta* lib. I. cap. 3. Historiae, et *Constantinus Porphyrogenneta* lib. I. thematibus cap. 2 vbi cum Procopio, Agathiae et Hesychio illustri iungit. ***Fabr***. In cod. bibl. CCLXXXV. fol. 414. est *Menandri Protectoris* de inuentione S. Crucis tempore Con-antini et Helenae: quam historiam nondum editam existimat, vixque editione dignam esse tat *Montfaucon* in bibl. Coislin. pag. 402. Citatur quoque illius fragment. de cruce in t. codd. Paris. bibl. publ. cod. MÇXL. A. *Harl.*

7. De *Theophylacto Simocatta*, e quo et ipso excerpta Legationum in editione regia g. 176. seq. leguntur, dicam infra, vbi eius historiarum libros, qui etiamnum exstant, censebo.

Post haec de legationibus excerpta Labbeus subiunxit Eclogas Photii ex *Olympio-ro*, *Candido*, atque *Theophane*, Byz. tum *Hesychii* illustris de rebus CPol. cum versione et tis Meursii, et ex *Suidae* Lexico excerpta de imperatoribus orientis, aliisque personis re-sque, CPolitanam historiam spectantibus, cum notis et animaduersionibus. [His addenda cerpta e *Nonnoso* Photiana.

8. OLYMPIODORUS, ex Thebis Aegypti oriundus et Theodosii ad Hunnos lega-, licet a Christi sacris, Photio teste, alienus, scripsit ὕλης [ff]) historicae siue *commentariorum* ros XXII. de rebus ab a. C. 407. Honorio septimum et Theodosio iuniore COSS.] ad a. C. 425. quo Valentinianus III. secundum Consul, renunciatus est Augustus. Argu-enta librorum, quos eidem Theodosio auctor dicauit, refert *Photius* cod. LXXX. *) qui ιητὴν τὸ ἐπιτήδευμα (non *Poëtam*, vt vulgo interpretantur, sed vt *Reinesius* [gg]) II. 5.

 Var.

ee) H. e. *corporis satellitum*. conf. *Hamberg*. t. III p. 441. et *Saxii* Onom. II. p. 60. sq. pag. 559. *Harl.*

ff) ita etiam postea Commentarios suos inscri-t Nicephorus Bryennius.

*) Add. *Lambec*. VI de bibl. caes. p 413. sqq. *arl*.

gg) Confer *Reinesii* epistolas ad Nesteros pag. *Hermanni Conringii* de hermetica medicina pag. 49. et *Olaum Borrichium* de sapientia Aegy-ptiorum p. 25. 34. [et Fabr nostrum infra libr. V. cap. 38. de scriptor. in Photii bibl. etc. LXXX. Vol. IX. p. 400. vet. ed. et Vol. XII. p. 754. sq. in Th. Reinesii iudicio de chemic. gr. cod Go-thano: ibid p 764. 767. 770. Est quoque cod. gr. Olympiodori et reliquorum antiqq. chemico-rum in bibl *Vratislau*. Rehdinger. teste *Franz* in memor. illius bibl. pag. 85.] *Harl.*

Var. Lect. pag. 154. seq. *operatorem chymicum,*) fuisse, ex ipsiusmet testimonio refert. Ac certe *ποίησιν* pro operatione chemica poni peruulgatum, vt Cangius in glossario graeco bene obseruauit, nec modo inter chemicorum nomina Olympiodorus occurrit in MS. collectione chemicorum graecorum, de qua libro VI. pluribus erit dicendi locus, *Γίνωσκε ὦ φίλε καὶ τὰ ὀνόματα ποιητῶν, ἀρχὴ Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ἰωάννης ἱερεὺς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος. Στέφανος ὁ φιλόσοφος. Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι* etc. sed etiam inter scripta ipsa chemica habeo vnum hoc titulo: *Ὀλυμπιοδώρου Φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως πρὸς Πετάσιον τὸν βασιλέα Ἀρμενίας εἰς τὸ κατὰ ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα.* Notandum tamen, hunc Olympiodorum dici Alexandrinum, non, Thebanum; deinde ferri eius commentarium in scriptum Zosimi, quum *Zosimus* historicus historicum Olympiodorum nominetenus citet lib. V. c. 27. adeoque eum aetate non videatur praecessisse. Sed dicere ad hoc licet, vel eodem tempore ambos scripsisse, Zosimum et Olympiodorum, quod verisimillimum mihi videtur, vel alium fuisse Zosimum, Thebanum Panopolitam, (Suidae Alexandrinum,) chymicum ab historico, vel locum, in quo Olympiodori mentio, per glossema libris Zosimi historici insertum esse, vt visum *Lambecio*, quem vide lib. VI. pag. 177. sq. 188. [hh]). Certe Olympiodorus ibi fere, vbi desinit Zosimus, auspicatus historiam suam multo quam ille longius produxit. Prodierunt excerpta ex Olympiodori historicis Commentariis, ne Photii editiones memorem, etiam in tomo tertio minorum historiae romanae scriptorum, sed minus integra ex bibl. Francisci Pithoei cum versione et notis *Frid. Sylburgii* Francof. 1590. fol. De aliis *Olympiodoris*; vt peripatetico, Procli praeceptore [ii]), et *altero* iuniore Alexandrino, qui vitam Platonis et commentarios in Platonis Alcibiadem, Gorgiam, Phaedonem, Philebum et alia forte nonnulla scripsit, quemadmodum et de *Olympiodoro,* christiano scriptore et diacono Alexandrino, quem philosophum et *πολὺν τὰ θεῖα* vocat Anastasius Sinaita, (qui saeculo VI. extremo vixit,) sub

hh) *Lambec.* Vol. VI. pag. 380. sqq. ed. Kollar. copiose recenset codicem caesar. LI, in quo plura opera chemica continentur: in his nr. VII. sqq. *Zosimi* libr. de virtute artis chemicae, et alia eius opuscula: et nr. XXIII. *Olympiodori Thebani, philosophi Alexandrini, comment. secundum operationem Zosimi,* (*Ὀλυμπιοδώρου, Φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως εἰς τὰ κατ' ἐνέργειαν Ζωσίμου*) *in ea, quae ab Hermete Trismegisto et aliis philosophis de Chrysopoeia fuerunt dicta,* quem comm. *Lambec.* pag. 409. sqq. verbose exposuit et p. 416. sqq. demonstratum iuit *Olympiodorum,* philosophum Platonicum *Alexandrinum, Olympiodorum,* historicum *Thebis Aegyptiis* oriundum, et *Olympiodorum,* operatorem ac scriptorem chemicum vnum atque eundem esse hominem: hunc vero *Zosimo,* historico et chemico, esse iuniorem; concludit denique p. 424. sq. locum Zosimi, (lib. V. c. 27. p. 457. sq. ed. Reitemeieri,) in quo Olympiodori citatur historia, scholion esse anonymi cuiusdam grammatici marginale, quod postea librariorum inscitia in textum irrepsisset, ideoque vel totum vel magna ex parte esse omnino delendum. Sed *Reitem.* ad l. c. p. 458. cum in disquis. de Zosimi fide, in Volbornii biblioth. philolog. Vol. II. (Lips. 1780. 8.) pag. 233. et in disquis. in Zosimum etc. ed. praemissa, pag. XVI. durum illud Lambecii iudicium improbauit. — *Olympiodori* expositio in scriptores chemicos: siue de diuina et sacra arte lapidis philosophici tractatus est in codd. bibl. publ. *Paris.* MMCCXIIX, MMCCL et, Olymp. ad Petasium, Armeniae regem, de sacra arte in cod. MMCCCXVII nr. 25. sic quoque in cod *Guil. Pelisserii* inter multos alios scriptores de auro conficiendo in *Mon. ant.* bibl. bibliothecar MSS. II p. 1200. C. — — Ex Theophane Byzantio, Theophylacto, *Olympiodoro,* Conone etc. in cod. *Leidensi.* (cat. bibl. Leid. p. 342. nr. 61.) *Harl.*

ii) Conf. *Lambec.* l. c. p. 411. sq. *Harl.*

ſub finem libri VI. in [P] Hexaëmeron, alibi dixi. Omitto *Olympiodorum*, λοχαγὸν, ſiue ductorem manipuli, cuius meminit Plutarchus in Ariſtide pag. 327. et *Olympiodorum*, Theſſalum, Hippodromi, ſophiſtae, patrem, de quo Philoſtratus. *Olympiodori*, neſcio cuius rhetoris, περὶ τῶ ἀπὸ ἐναντίων λόγω διάταξις MS. fuit inter libros Gudianos.

9. CANDIDUS, Iſaurus, ſub Anaſtaſio, vt videtur, ſcripſit adfectata, vt arguit Photius, dictione, *hiſtoriarum* ab auſpiciis Leonis, Thracis, vsque ad obitum Zenonis, Iſaurici, *libros tres*. Idem *Photius* cod. LXXIX. vbi argumentum operis recenſet, de auctore, qui Chriſtianus fuit, haec habet: ἐςι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὡς αὐτὸς φησι, τῆς τραχείας, ἐπιτήδευμα δ᾽ ἔσχεν ὑπογραφεὺς (notarius ſiue tabularius) τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖςον ἰσχυσάντων. τὴν δὲ θρησκείαν χριςιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος, τήντε γὰρ τετάρτην σύνοδον ἐπαίνοις ςέφει, καὶ τῶν κατὰ αὐτῆς καινοτομέντων καθάπτεται δικαίως. Fragmentum ex hoc Candido, hiſtorico, habet *Suidas* in Χειρίζω, vbi pro Κάδδος ἱςοριογράφος, quem ex corrupto Suidae loco retulit etiam Simlerus in ſuam bibl. et Mallincrotus in ſua de hiſtoricis graecis paralipomena, legendum eſſe Κάνδιδος, monuit Küſterus, et ante eum *Reineſius* III. 2. Var. lect. pag. 366. et *Valeſius* pag. 74. ad Euagrii II. 16.

10. THEOPHANES, Byzantius, a Theophane, confeſſore [kk]), qui in ſua chronicorum Syncelli continuatione et ipſe res Iuſtini vtriusque ac Iuſtiniani adtigit, diuerſus, eoque multis, vt videtur, annis antiquior et ſub Mauritio forte, imp. clarus, ſcripſit praeter commentarios de rebus Iuſtiniani, imp. quorum libro primo meminit, *X. libros hiſtoriarum* ab anno ſecundo Iuſtini iunioris (Chriſti 567.) ad annum eiusdem Iuſtini duodecimum (Chriſti 576.) ita, vt ſingulis libris ſingulos annos tribuiſſe videatur. Excerpta ex illis ſeruauit *Photius* cod. LXIV. [ll]) plures etiam poſtea, quibus decem iſtos continuauerit, libros compoſuiſſe teſtatur. *Fabr.* Conf. *Guil. Caue* l. c. vol. I. pag. 537. *Moller*. Homonymoſcop. ſect. II. c. 5. §. 77. pag. 523. et *Mart. Hanke* de rerum Byzantin. ſcript. part. II. c. IV. pag. 674. ſqq. *Harl.*

11. NONNOSUS, Νόννοσος, chriſtianus ſcriptor, tradidit *hiſtoriam legationum ſuarum*, cuius argumentum et ex illa excerpta quaedam ſeruauit *Photius* cod. III. [mm]). Fuit autem *Nonnoſus* hic Iuſtiniani, imp., ad Aethiopum Auxumitarum regem, Elesbaam, ad Homeritas, Saracenos, quorum φύλαρχος Caiſus erat, et ad alios orientis populos [P] legatus, filius Abrahami, presbyteri, quem Iuſtinus, Thrax, et Iuſtinianus legatum miſere ad Alamundarum et iam memoratum Caiſum, praefectos Saracenorum: et *Nonnoſi* nepos, qui ad Aretham, eorundem Saracenorum praefectum, legationem nomine Anaſtaſii, imp. obierat. Haec e Nonnoſo nepote excerpta Photiana in Labbei eclogis, neſcio quomodo, omiſſa ſunt. Huic Nonnoſo *Lambec.* V. pag. 277. [ed. Koll.] tribuit *Gregentii* diſputat. cum Herbano, Iudaeo,

kk) De hoc ſupra cap. 4. §. XXXVIII. not. pag. 1. ſeq. quem *Georgium Theophanem*, neſcio quo auctore, vocant *Voſſius* de hiſt. graecis pag. 5. et *Reineſius* de palatio Lateranenſi pag. 83. Ania forte, quod *Georgium* Syncellum continuauit.

ll) V. infra Vol. IX. p. 397. vet. ed. in cap. de Photio. *Harl.*

mm) V. infra Vol. IX. de Photio p. 382. III. vet. ed. *Harl.*

daeo et VIII. p. 828 [ed. Kollar.] Martyrium Arethae et sociorum. *Fabr.* add. inf. vol. IX. cap. 33. §. VIII. vet. edit. *Harl.*

12. HESYCHIUS [nn]), *illustris* [oo]), patria Milesius, Hesychii, aduocati, et Sophiae filius, scriptor, (licet Suidae [pp]) aliud videatur,) item Christianus, Iustiniani, imp. temporibus composuit *historiam chronicam*, sex τμήμασι [qq]) siue διαστήμασι distinctam, quorum 1) de rebus, quae a Belo, Assyriorum rege, bellum Troianum antecesserunt, 2) ab Ilio capto ad Romam vsque conditam, 3) ab vrbe condita vsque ad Consules creatos Olympiade LXVIII. 4) a Consulum initio vsque ad Iulium Caesarem. 5) a Iulio Caesare vsque ad Constantinopolin, a Constantino M. instauratam. 6) a Constantino M. vsque ad excessum Anastasii Dicori, imp. Vide *Photium* cod. LXIX. et Suidam in Ἡσύχιος. Sexti τμήματος initium ad nos puto peruenisse, sub titulo: Πάτρια [rr]) Κωνσταντινουπόλεως, quae adeo a [?] Suida [ss]), totum opus chronicae historiae laudante, haud singillatim memorari, minime est mirum. Primus illa sub *Georgii Codini* [tt]), qui excerpsit ac seruauit, nomine graece et latine

nn) Hanc paragr. recudi fecit *Alberti* in prolegg. ad Hesychii Lexicon Vol. I. fol. *g.* vbi quoque fol. *h.* repetita est *Thorschmidii* comment. de Hesychio illustri, christiano, Wittemberg. 1716. *Harl.*

oo) Ἰλλούστριος, [i. e. *illustris.* sic *Augustalis* graece dicitur αὐγουστάλιος ab Isidoro Pelusiota lib. III. ep. 50. Male quidam eum vocant *Illustrium.* v. *Vossium* lib. III. de vitiis sermon. cap. VI. 397. *Casaubon.* ad Laert. II. 74. *Heum.* add. *Ions.* l. c. *Harl.*] non est nomen proprium, sed dignitatis, vt multi iam animaduerterunt. Vide *Colomesium* ad Gyraldi dialogos de Poëtis pag. 145. *Hanckium* de Byz. historiae scriptoribus cap. 4. *Meursium* in glossar. et notis ad Hesych. et praecipue *Cangium* in glossario graeco, *Ionsium* III. c. 19. §. 5. p. 105. sq. ed. Dornii et *Edmundum Chilmeadum* ad Malalae chronicon tom. I. pag. 377. *Fabr.* Conf. supra in h. libro, cap. 4. §. XXXVI. voc. *Hesych.* Hic claruit secundum *Saxium* in Onom. II. p. 28. circ. a. Ch. 527. secundum *Thorschmid* l. c. sect. I. §. XII. a Chr. 536. sub impp. Anastasio, Iustino et Iustiniano. *Harl.*

pp) Suidas, Christianum non esse Hesychium, collegit ex eo, quod in libello de viris eruditione claris christianos scriptores non memorat. Sed aliud eius fuit institutum, et in eo ipso libello memorat Sibyllam Chaldaeam, de Christo vaticinatam. Tribonianumque tamquam Ἕλληνα, i. e. Ethnicum atque ἄθεον, perstringit. Itaque Christianum fuisse existimant H. Stephanus, Vossius pag. 268. [libr. II. c. 22. pag. 214. sq.] de hist. graecis, Hanckius, Caueus, aliique, [in primis Thorschmid. sect. II.] quibus libenter adsentior.

qq) Τμήματα Photius appellat, διαστήματα Suidas, et auctor glossarii iuris in Παλαιστίνη, ubi laudatur Ἡσύχιος ὁ φιλοσοφήσας ἐπὶ τῆς Μιλησίας ἐν τῷ ἑ χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας. Idem in Φιλλ... allegat Hesychium ἐν τῷ ϛ διαστήματι.

rr) Sic Hyasis, siue Oasis, vrbis Libyae, τὰ πάτρια, siue origines atque antiquitates, scripsit Soterichus, poeta, teste Steph. in Ὕασις: Diogenes, Cyzicenus, τὰ πάτρια Κυζίκου, Suidae laudata in Διογ. et eidem Stephano in Βέβρυκες, atque alibi: Claudianus τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀλεξάνδρας, Βηρυτοῦ, Nικαίας, vt ad epigrammata Claudiani graeca annotatum in veteri codice Allatius reperit, qui etiam in excerptis rhetorum pag. 156. edidit opusculum Callinici, sophistae, ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια Ῥώμης. *Tzetzes* Chiliad. 2. versu 973 vbi de Apollonio Tyanensi: γράφουσι ταῦτα πάτρια καὶ χρονικῶν πλῆθος. *Constantinus Porphyrog.* II 12. thematum pag. 111. οἱ τὰ πάτρια συγγεγραφότες Βυζαντίου.

ss) Vide, quae supra pag. 137.

tt) In cod. *Vindob.* caesar. CXXVI. est *Hesychii illustris* initium sextae partis annalium siue chronici operis, cum inscriptione πάτρια Κωνσταντινουπό-

λεω

tine edidit *Georgius Doufa*, Iani F. περὶ πατρίων τῆς Κωνςαντινϐπόλεως παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλȣ τȣ͂ χρονογράφȣ, Heidelbergae apud Hieronymum Commelinum 1596. 8. et Geneu. 1607. 8 "*). Inde eadem integriora paullo, veluti nondum edita, ad calcem libelli Hefychii de viris illuftribus, e MS. Palatino graece cum verfione fua et notis fub vero Hefychii nomine vulgauit *Ioannes Meurfius* Lugd. Bat. 1613. 8. [et in Opp. Meurfii, Florent. tom. VII. pag. 201.] adiunxitque *Beffarion*, Cardinalis, epiftolam, fcriptam graeco vulgari fermone feruatamque a Georg. Phranza et a Iac. Pontano editam graece in notis ad Phranzam pag. 309. ad Thomae Palaeologi filiorum paedagogum Roma datam 8. Augufl. 1465. qua eum hortatur, vt cum Critopulo, medico, diligentem eorum curam habeat, neque Anconae diutius fubfiflat, fed Siciliam petat. Meurfii verfio notaeque a *Labbeo* in editione regia vna cum graecis recufae ex illius editione funt. Nonnulla in editione caftigant *Allatius* ad Euflathii Hexaëmeron pag. 126. et *Gisbertus Cuperus* lib. IV. obferuationum cap. 14. Interpretationis Doufianae errores notauit *Iac. Gretferus* obferuationibus in Codinum, lib. III. cap. 18. eiusque editionem e Bauarico codice auctiorem fecit cap. 19. *Nos etiam*, inquit *Allatius* diatriba de Georgiis pag. 362. *ex alio MSto codice multo hifce plura in noftro* vv) *Variorum Antiquorum tomo I. protulimus, adeo vt iam Lector opus abfolutum fere habeat. Nec aliud ab hoc opus effe mihi autumo, quod in bibliotheca Carthufiae Neapolitanae in indice MStorum legitur* Georgii Codini Chronologia CPolitana. *Legitur etiam MS. Romae in Bibliotheca Vallicellana D. 23. et Scoriaci in regia. Neque alius a Codino eft* Georgius Conflantini, *qui* πάτρια Conftantinopolis *et librum* de Sapientia *fcripfiffe traditur a Gefnero: Conflantinus enim, ni fallor, locum Codini occupauit. Errorem fequuti funt Gefneriani Epitomatores Robertus Conftantinus, et qui fine vllo delectu atque examine omnia exfcribit Paulus Bolduanus. Liber vero ipfius* de Sapientia *nullus alius effe videtur, quam ea pars* πατρίων, *quae in exftructione Templi CPol. S. Sophiae enarranda impenditur.* Confer, quae de Codino infra, vbi pleniorem Originum eius CPolitanarum [*] editionem, a *Petro Lambecio* curatam, recenfebo. *Hefychium illuftrem* citat *Tzetzes* Chiliad. 3. verfu 877. atque inter alios, qui Iuftiniani temporibus ἐπὶ

λεις; πόθεν ἐκλήθη καὶ πόθεν ὀνομάζεται· de quo copiofus eft *Kollar.* in fupplem. ad Lambecii comm. pag. 729. fqq. variaque culpat in Neffelii cap. V. catal. cod. XXXVII) et Forlofiae narratione de eo. Nomen quidem nusquam adfcriptum comparet; ex certiffimis tamen veftigiis cognofcitur. Kollar. negat contra Forlofiam illum codicem, faeculo XIII. vel certe proxime confequenti, manu exaratum, a Georgio Codino, a. 1453. captae a Turcis CPoli fuperftite, fuiffe interpolatum, tum oftendit, in hoc cod. modo quasdam abeffe narratiunculas, quae in Codini edit. legantur, modo plura indicari, quae in exemplo Codini typis vulgato defiderentur. Concludit igitur, hanc Hefychianorum annalium partem fextam iam ante Codinum ab incerto quodam faeculi XI. fcriptore a reliquo annalium corpore refecta fuiffe, et fub Originum CPolitanarum epigraphe feparatim edita. Quae de fynodis quibusdam, poft Hefychii aetatem habitis, et de impp. Leon. philofopho ac romano II. vel III. addita funt, ea a fcriptore XI. profecta effe monet. (conf. *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. de codice Colbertino, tom. II p. 1150.) Denique adfirmat, id, quod fupereft in hoc caefareo codice Hefychianorum annalium, multo effe fincerius, quam illud, quod praefcripto Codini nomine vulgatum fit. *Harl.*

uu) Hic an. etiam notatur in cat. bibl. Leid. p. 219. *Hamberg* vero in Z. N. tom. III. p. 421. fcr. a. 1697. *Harl.*

vv) Non vidit lucem, quod fciam.

ἐπὶ τῆς Ἰȣςινιανȣ̃ βασιλείας scripserunt, *Constantinus Porphyrogenitus* lib. I. themate 2. nec non lib. II. themate 8. vbi de indictionum origine.

Memorat et Photius alterum Hesychii huius opus *de rebus sub Iustino Thrace et per primores Iustiniani annos gestis*, quod vlterius continuare mors acerba filii *Ioannis* haud permisit.

Ceterum superest adhuc *libellus* Hesychii illustris περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν, *de his, qui eruditionis fama claruerunt*, digestus ordine nominum alphabetico, et iisdem passim verbis, quibus vtitur Laërtius [ww]), pauca quaedam de illis perstringens. Meminit eius Suidas, qui vocat ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαςῶν, quia vero subiungit ȣ̃ ἐπιτομή ἐςι τȣ̃το τὸ βιβλίον, hoc potest ita intelligi, vt duos libros eiusdem argumenti composuerit Hesychius, vnum vberiorem, quem Callimachi exemplo inscripserit πίνακα, et alterum, qui hodie exstat, breuiorem ὀνοματολόγον, qui fuerit prioris veluti epitome. Equidem Meursius putat, supplenda esse verba: Διογένην τὸν Λαέρτιον μιμησάμενος ȣ̃ ἐπιτομή ἐςι τὸ παρὸν βιβλίον. Sed quamquam plurima e Laërtio iisdem, vt iam dixi, verbis repetiit, Epitomen tamen Laërtii neutiquam praestat, ne dicam, codicem nullum Suidae MS. coniecturae Meursii audaciori, suffragari, et Hesychium multa referre, de quibus in Laertio ne γρύ. Nonnulla ex Hesychii libello verbotenus Suidas, non tantum in Ξάνθος, Ξενοκράτης, Ποτάμων Μιτυληναῖος, Φαίδων, sed etiam in Ἀπολλώνιος, Ἀριςέας et aliis quamplurimis in locis [xx]). Prodiit primum graece e bibliotheca *Io. Sambuci* Antwerpiae, typis nitidis a. 1572. 8. apud Christophorum Plantinum, subiunctaque ad calcem versio latina *Hadriani Iunii* cum eius castigationibus, in quibus, vt Hesychium e Laertio, ita Laertium vicissim ex Hesychio subinde emendandum demonstrat. Postea graece et latine prodiit cum Iunii versione et notis, nouisque *Henr. Stephani* animaduersionibus ad calcem Diogenis Laertii, ex laudati Stephani officina a. 1594. 8. [yy]). Illa Laërtii editio et cum illa Hesychii libellus recusus est Geneuae apud Io. Vignon 1616. 8. Interim *Ioannes Meursius* Lugduni Bat. 1613. 8. [et tom. VII. opp. Meursii, Florent. 1746. pag. 205 — 3.. *Harl.*] Hesychii opuscula atque in his praesentem libellum vulgauit, castigationibusque Iunii ac Stephani notas [*] suas addidit. Iunii autem versio latina, non vt ab H. Stephano graecis ex aduerso per singulas paginas posita est, sed separatim ad calcem voluminis excusa legitur.

Ali

ww) Hinc a *Casaubono* ad Diog. Laert. II. 133. vocatur *compilator Laertii*. Ex Hesychio tamen Milesio *Roßius* in commentat. Laertianis p. 79. Laertii sententiam explicat. *Harl.*

xx) Exstat hic libellus msst. *Florentiae* in bibl. Laur. medic cod. XXXVII. nr. 10 plut. 59. et cod XIV saec. XVI. plut. 70. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II p. 509 et 674. in posteriore codice praecedit epistola graeca *Christoph. Rufi* ad Cosmum A. Medicem, in qua se recens hunc auctorem e tenebris eruisse testatur: quam epistolam Bandin. l. c. euulgauit. *Montfauc.* in bibl. bibliothec MSS. tres codd. bibl. Medic. refert. — ... ry. in cod. MMMXXV. nr. 10. bibl. publ. *H.*

yy) Duobus ex in bibl. Leid. Franc. Iunius et Ger. I. Vossius notas adscripserunt. v. cat. bibl. Leid. p. 28.. Diogenes Laert. et *Hesych*... *strus*, lat ap. Chouet 1595. 12. Iidem et ... lat. Lugd. B. 1596. 12. ex offic. Plantin. *Harl.*

Alii Hesychii zz).

Hesychius, *Aegyptius* episcopus, a. C. 310. vel 311. Alexandriae passus martyrium, cuius meminere *Eusebius* VIII. 13. hist. pag. 308. et martyrologia 26. Nou. Idem habetur, qui graecam versionem sacrorum librorum V. T. emendauit, vt dixi lib. III. c. 13. §. 14. [vol. III. pag. 715. ibique not.] Atque eumdem suspicor primum auctorem glossarii, ab aliis deinde interpolati truncatique, quod sub Hesychii, *Alexandrini*, nomine habemus. vide supra lib IV. cap. 35.

Hesychius, *Alexandriae* minoris episcopus, qui concilio Antiocheno et Nicaeno primo interfuit, a. Chr. 344.

Hesychius, *Apameensis*, infra, in Iustino Hesychio.

[*Hesychius*, cuius nomen frequenter occurrit in epistolis Libanii, qui ad eum quoque plures misit litteras — *Hesychius*, protonotar. ad quem scripsit Theodor. Studita. *Harl.*]

[*Hesychius*, diaconus Arianus, a. 340. cum Martyrio Diacono, itidem ab Eusebianorum partibus stante, Romam cum litteris ad Iulium, papam, missus, ad S. Athanasium adcusandum. v. Thorschm. *Harl.*]

[*Hesychii*, sophistae Byzantini, eiusque sermonis in Ioan. Baptistam meminit *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 185. *Harl.*]

(*Hesychius*, Castrensis et Comes imperatoris, in synodo Sardicensi a. 347. contra Athanasium, at frustra, faciens cum Eusebianis. plura vide apud Thorschm. *Harl.*]

Hesychius, CPolitanus presbyter, cuius λόγȣς quatuor de serpente aeneo Moysis memorat *Photius* cod. LI. Idem forte, cuius meminit *Philostorgius* VI. 1. [conf. *Wasthelii* vindic. opp. Io. Hierosol. lib. II. sect. 1. et Thorschm].

Hesychius, vir *Consularis*, de quo Hieron. ad Pammachium epist. 101. de optimo genere interpretandi: *Dudum Esychium, virum consularem, contra quem patriarcha, Gamaliel, grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius princeps capite damnauit, quod sollicitato notario chartas illius inuasisset.* Hesychium intelligo, proconsulem Achaiae, ad quem Theodosii lex in codice Theodosiano l. vlt. de principibus agentium in rebus. Ad Hesychium, proconsulem, etiam epistola Nili 292. libri II. edit. Allatianae. Ad hunc forte etiam Libanii epist.

Hesychius, qui cum Synesio ad *Geometriae* studium incubuit, postea magistratu aliquo functus. Vide Synesii epist. 92.

Hesychius, *Glossarii* siue *Lexici* auctor, supra in Hesychio, Aegyptio.

zz) De multis Hesychiis conf. *Thorschmidii* disp. cit. sect. I. *Harl.*

Hesychius, *presbyter Hierosol.* [a]), quem Theophanes pag. 71. ad annum Theodosii iun. VII. scribit διδασκαλίαις siue litterarum sacrarum doctrina floruisse, eiusque obitum refert pag. 79. ad annum Theodosii XXVI. Christi 433. Eumdem Graeci in Menologio 28. Martii scribunt exhausisse fontes omnes scientiae et sapientiae et omnem scripturam interpretatum esse ac perspicue explicasse atque ad multorum vtilitatem proposuisse. Eiusdem meminit [P] Cyrillus in Vita S. Euthymii. Confer *Henschenium* tomo III. ad 28. Martii pag. 713. De Hesychii Hierosol. scriptis non repetam, quae etiam Labbeus Caueusque. Tantum notabo 1) στιχηρὸν eius siue κεφάλαια *in XII. prophetas minores* cum latina versione sua edidisse *Conradum Rittershusium* in Asse fatidico, siue XII. Prophetis, metaphrasi latina donatis, Ambergae 1604. 8. Confer de illis κεφαλαίοις *Richardi Simonis* epistolas criticas, gallice excusas, Basileae pag. 75. seq. Laudantur et eius scholia *in Ezechielem* ac *Iobum*, atque Conradus Clauserus praef. ad Procopium

a) Hunc Hesychium, librorum diuinorum interpretem, qui floruit circa a. Ch. 415. et mortuus est a Ch. 428. non confundendum esse, (vt a *Guil. Caueo* factum est Vol. I. pag. 570—572.) cum alio *Hesychio* serioris aeui, itidem presbytero, mox episcopo Hierosolymitano, post alios monuit *Saxius* Onom. I. p. 482. Adde Fabric. nostrum infra Vol. IX. lib. V. cap. 32. §. XIII. p. 24. et Vol. XII lib. VI. c. 10. §. XXX. p. 753. de *sententiis Hesychii*, presbyteri, earumque editionibus. Illae sententiae, (λόγος ψυχωφελὴς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς κεφαλαιώδης, siue centuriae duae sententiarum asceticarum, τὰ λεγόμενα ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐκτικὰ,) cum Marci, eremitae, et Nicolai, asceetae, συγγράμμασιν editae sunt graece ex bibl. regia Paris. typis regiis ap. Guil. Morellum 1563. 8. — graece et lat. rec. tomo I. auctarii Ducaeani, et in bibl. patrum Morelliana a. 1644. tom. XI. — In bibl. *Vindob.* caes. cod. XXXVI. nr. 4. *Hesychii presb.* ad Theodulum de temperantia et virtute sylloge sententiarum capp. 124. v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. comm. pag. 268. sq. In bibl. *Mazarin.* cod. CXI. sunt eclogae ex S. *Hesychii, presbyteri,* capitibus ad Theodulum, teste *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS II. p. 1321. B. et eodem teste tom. I. p. 12. B. in bibl. *Vaticana*, Hesychii, monachi, ad Theodulum de sobrietate et virtute etc. — In indice MS. cod. Antonii Eparchi, (v. infra, Vol. X p. 487.) sunt excerpta ex capp. *Hesychii* presb. et aliorum. — — *Sententiae asceticae* sunt *Paris.* in bibl. publ. codd. CMLV. MXXXVII. MXCI. MCXLV. — *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. in collect. capitum asceticorum e SS. patribus, in cod. XXX. plut. 4. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 494. sq.) — Centuriae II. capp. LVII. in cod. bibl. *Bodl.* LXIX. in cod. CXVIII. dicitur in catal. codd. Angl. p. 13. inesse *Hes. Presb.* ad Theophylactum de sobrietate animi: secundum eumd. cat. p. 55. in cod. *Laud.* DCLXXXVIII nr. 25. ad Theodulum sermo animo vtilis, quae igitur pars est sententiarum — Inter codd. *Th. Gale* ibid. II. p. 188. n. MMMMMCMXXXVII. Hesych. ad Theophylactum, monachum, instructiones summariae de sobrietate animae. — In cod. *Coislin.* CCLXVIII. qui continet Isaaci Syri, anachoretae et episcopi Niniues, sermones asceticos, sunt in marginibus scholia ex Hesychio multisque aliis. — In cod. *Vindob.* caes. XXV n. 3. sunt sententiae miscellae partim ex S. S. partim ex scriptoribus eccles. in his ex Hesychio desumtae vid. *Lambec.* comm. III. p. 102. sq. — A *Pitiero* in itiner. per Hispan. p. 172 cod. *Escorial.* sic indicatur: *Hesychii,* presbyteri Hierosolym. de virtute moderantiae ad *Theodulum* sermo vtilis. — In cod. *Vindob.* caes. CLVI. nr. 9 sunt LXII. capp. de temperantia et virtute sed non ante *Lambecio* conuenit. Vol. IV. p. 527. exstant quidem illa capp. in magna bibl. veterum patrum Paris. graeco lat. tom. XI. p. 986—1018 sed et numero longe plura, et ordine valde diuersa. — Inter codd. *Nanianos*, cod. XCV in 4. sunt *Hesychii presb. ad Theodulum sermones de temperantia s. sobrietate et virtute*, in capp. diuisi, et constant *quatuor* centuriis capitum. v. cat. codd. gr. Nanian. p. 166. sq. — In cod. CIV. bibl. elect. *Monach.* est Hesych. presb. sermo de sobrietate et virtute in 100. capp. distinctus et eiusdem alius sermo totidem capp. constans. (cat. codd. gr. p. 41.) *Harl.*

copium Gazaeum in Pentateuchum: *Vtinam*, inquit, *haberemus Hesychii scholia in Ezechielem atque adeo omnes Prophetas. Incredibile dictu est, quantum lucis accessurum esset Propheticae lectioni.* Minores Prophetas cum commentariis Theodoreti et Hesychii extare in codice regis Paris. MDCCCLXXXXII. testatur *Montfauconus* pag. 316. Palaeographiae graecae. 2) Hesychium Hierosol. *in Psalmos* e MS. Veneto edere promisit Anselmus Bandurius, et codicis illius initio mutili, meminit laudatus *Montfauconus* in Diario Italico pag. 46. Habeo et ipse Homilias quasdam graecas MSS. in Psalmos [b], quas alii codices Chrysostomo, alii rectius Hesychio tribuunt. Prooemium Hesychii in Psalmos fuit apud Iac. Sadoletum, qui de eo ita in epist. ad Erasmum: *De Hesychio quod quaeris, habueram psalmorum graecorum librum, vetustate insignem, in eo prooemium Hesychii luculente scriptum in eam sententiam, vt probare conaretur, omnes Psalmos Dauidis esse. Is liber mihi cum caeteris omnibus periit. Reliqua sunt apud me graeca collectanea in Psalmos, incerto auctore, scripta non tam copiose quam eleganter, quibus praecipue vtor: in iisdem interdum citatur Hesychius* [c]. 3) Libri VII. explanationum

b) Ex cod. bibl. Bodlei. v. infra de Io. Chrysostomo Vol. VII. p. 644. vet. edit. *Harl.*

c) Inter codd. *Nanianos* in codd. XXIV. et XXXI. 4 et 5. sunt *Hesychii* scholia in Psalmos. . auctorem cat. codd. gr. Nan. qui p. 28. sq. peciminis loco exscripsit *primi* psalmi interpretationem, pag. autem 40. sqq. secundi psalmi expotionem, et comparauit cum cod. XXII. (ex quo ag. 24. sqq. longa dedit excerpta,) in quo alia st Psalmorum interpretatio, Hesychianae quidem milem, sed diuersam tamen, ita vt alter auctor b altero nonnulla sumserit mutua. — In catea in Psalmos in cod. caesar. XIV. e quo *Lambec.* ommentar. Vol. III. p. 66 scribit, expositionem atrum gr. in Psalmos, a Corderio edita Antwerp. 543 — 1646. III. Voll. non contemnendo spicileio posse augeri. — tum ib. p. 53. sqq. in cod. . quo cum aliis quatuor caesar. codd. vsus est orderius, it. in cod. XV. — In cod. *Bodlei.* IDCDLXXXII. nr. 1. Psalterium et cantica cum atena graecorum patrum, *Hesychii* et aliorum, r. et nr. 5. *Hesych.* epigramma in Psalterium. — nter aduersaria *Ger. Langbaeni* (cat. codd. Angl. p. 270.) Chrysostomi, seu mauis, *Hesychii*, in salmos commentarii, a Psalmo 77 — 82. inclus. — Inter codd. *Th. Gale* (ibid. II. p. 186.) *Hes.* omm. in Prouerbia, Ecclesiasten, Canticum, Saientiam Salomonis et Iob. — In *catenis* paum aliquoties occurrunt fragmenta Hesychii, vt m obseruauimus: addi possunt alia exempla, ex. gr. inter codd. gr. bibl. *Laur. Medic.* in catena in Psalmos in cod. XIV. plut. 5. (*Bandin.* I. pag. 34. sqq.) — cod. III. nr. 23. plut. 6. et nr. 25. in catena in cantica prophetarum. (*Band.* I. p. 91. et 92. sq.) — in catena in VII. epistolas canonicas, in cod. V. nr. 4. plut. 6. (*Band.* I. p. 101. sq.) — in catena in IV. euangelia, in cod. XXXIII. plut. 6. (*Band.* I. p. 161.) — In cod. *Oxon.* in cat. in acta apost. et epp. catholicas: v. infra lib. V. c. 17. §. XIX. Vol. VII. vet. ed. p. 788. — In codd. *Vindobon.* CLXVII. et CLXVIII. in commentario in varia V. et N. T. cantica sacra ex *Hesychio* aliisque vett. patrum scriptis collecto: (*Lambec.* comm. Vol. IV. p. 593. sqq.) — In cod. *Veneto* Marciano XVI. in catena in libros regum, et in cod. XVII. in catena in Psalmos. (cat. codd. Ven. gr. p. 17 et 19) — Inter codd. bibl. *Coislin.* codd. LXXX. et LXXXI. tum CLXXXVII. CLXXXVIII. et CLXXXIX. in catena in Psalmos, — in codd. LXXXI. et CLXXXVIII. in catena in cantica S. S. — in cod. XXV. in catena in acta apostolor. et epistolas cathol. — in codd. XXVII. et CCVI. in catena in IV. euangelia. — — in cod. CCI. in Nicetae collectione interpretationum ex Hesychio multisque aliis in euangel. Lucae excerptarum. — in cod. CCXXIV. in cat. in epistolas catholicas. — Cod. VIII. qui continet IV. libros regum cum commentariis, praebet quoque loca *Hesychii*, presbyteri, de quibus *Montfaucon* in bibl. Coisl. est consulendus. *Harl.*

tionum allegoricarum *in LEVITICUM* [d]) ad diaconum Eutychianum latine quidem tantum exſtant, laudati pridem Amalario, Rabano, Strabo, aliisque, et editi Baſil. 1527. fol. Pariſ. 1581. 8. et in bibliothecis patrum: ſed videntur vtique ſcriptoris eſſe graeci, Heſychii nempe, vt titulus habet, Hieroſolymitani [e]) presbyteri, verſi latine ab interprete, neſcio quo, [[?]] Heſychius enim Salonitanus vt is fuerit, nihil eſt neceſſe, qui verba S. Scripturae ex Hieronymi verſione adſcripſit. Confer *Richardum Simonem* in cenſura bibliothecae diuinae Hieronymianae, gallice edita pag. 35. ſeq. 40. ſeq. et in epiſtolis criticis pag. 69. ſeq. et tom. IV. bibl. criticae pag. 55. *Salmaſium* de tranſſubſtantiatione pag. 57. *Edm. Albertinum* de Euchariſtia pag. 847. *Labbeum* de ſcriptoribus eccleſiaſticis tom. I. pag. 633 ſeq. et *Antonium Arnaldum* in ſcripto gallico: Tradition de l'Egliſe touchant l'Euchariſtie tom. IV. de la perpetuité de la foy pag. 21. ſeq. 4) *Sermo de reſurrectione* in codice regio *Pariſ.* [f]) fertur ſub titulo Ἡσυχίου τοῦ Θεολόγου, vti Trithemius et Sixtus Senenſis, neſcio quo auctore, Heſychium presb. Hieroſol. tradunt Gregorii Nazianzeni, qui *theologi* nomine communiter venit, fuiſſe diſcipulum. Eadem ſecunda de Paſchate legitur inter Homilias Greg. Nyſſeni, ſed ſtilo [g]), vt obſeruat Combefiſius, prorſus abhorrente, qui illam cum altera [h]) *de hora, qua crucifixus eſt Dominus*, latine ex verſione ſua dedit etiam in bibl. concionatoria. In eadem et in ſupplemento bibliothecae patrum Pariſ. tom. I. pag. 821. et tom. XII. Lugd. pag. 190. exſtat latine Carolo Fabiano interprete, oratio in *S. Andream Apoſtolum*, de qua *Photius* cod. CCLXIX. [i]) licet Thomas ibi pro Andreae nomine legatur. Graece habuit Allatius, incipit: σάλπιγξ ἡμᾶς Ἀποστολικὴ πρὸς πανήγυριν ἤθροισε. 5) Heſychii, presb. Hieroſol. *hiſtoria eccleſiaſtica* [k]), reſpicitur in Chron. Alex. pag. 371. vbi Heſychius citatur cum Sozomeno et Theodorito, vbi de rebus Theodori, Mopſueſteni ſermo eſt. 6) *Vita Longini Centurionis* et duorum ſociorum martyrum, quae ex MS. Vati-

d) Exſtant in cod. MMLXVIII. *Cantabr.* collegii S. Trinitatis, et in cod. MMMMMMMCMLIII. bibl. Iacobaeae: v. Cat. codd. Angliae I. part. II. p. 94. et II. p. 241. *Harl.*

e) In gloſſa ordinaria vocatur etiam epiſcopus, ſed non eſt tanta illius auctoritas, vt ideo non poſſit tribui Heſychio, qui presbyter Hieroſolymitanus a. C. 433. obiit, et ab explanatione ſcripturarum magnam ſibi celebritatem nominis paraſſe in menologio Graecorum ad 28. Martii traditur.

f) Secundum catal. codd. *Pariſ.* bibl. publ. Vol. II. hic ſermo eſt in codd. DCCLXXII. nr. 42. — in cod. MCLXXIII. nr. 78. et MCLXXXVI. nr. 26. — in cod. CLXXXVI. de euangeliſtarum diſſenſu, circa hiſtoriam reſurrectionis Chriſti. — in cod. bibl. *Eſcor.* de reſurrectione Chriſti ſermo, et quod nulla ſit contradictio de his, quae de ea euangeliſtae ſcripſerunt, auctore *Plüero* in itiner. per Hiſpan. p. 172. Haec forſan ea eſt, quae generatim memoratur in *Montf.* bibl. bibliothec. MSSt. I. p. 619. E. — adde infra, in elogiis SStorum etc. Vol. VII. libr. V. cap. 32. X. p. 95. vet. edit. *Harl.*

g) Confer *Rich. Simonis* hiſt. crit. noui Teſt. tom. III p. 112.

h) Eſt illa ſub nomine Heſ. in cod. *Pariſ.* DCCI. *Harl.*

i) V. infra de Photio, Vol. IX. p. 501. ed. vet. *Lambec.* et *Kollar.* comm. bibl. caeſ. VIII. pag. 745. *Harl.*

k) Vide ſupra cap. 4. §. XXVIII. p. 113. [in collect. conciliorum, a. C. 553. in collatione V vid. infra, Vol. XI. p. 436. add. Thorſchmid. l. c. §. XII.]

Vaticano MCXC. p. 117. exhibetur ab *Henschenio* tom. II. ad XV. Martii graece pag. 736. et latine pag. 386. non videtur, vt editor voluit, Hesychii, presbyteri Hierosol. illius, qui sub Theodosio iuniore vixit, sed longe iunioris scriptoris. Confer *Tillemontium* memor. hist. eccles. tom. I. pag. 254. f). 7) Allatius sub Hesychii, Hierosol. nomine habuit Homiliam Hesychii, Hierosol. presb., εἰς τὴν ὑπαπαντήν: incipit: Ἡ μὲν ἑορτὴ λέγεται καθαρσίων. [Exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. MCLXXXV. A. et MDIV. nr. 3. in cod. *Augustano*. v. *Reiseri* cat. codd. pag. 9. *Harl.*]

[¶] *In SS. Apostolos, Petrum et Paulum*, incipit: καλὸν μὲν τὸ ῥόδον τῆς ἐαρινῆς, [v. infra in vol. VII. p. 134. vet. ed.]

In S. Procopium, martyrem, incipit: Προκοπίῳ τὴν θυσίαν ὁ Χριστὸς ἐστεφάνωσεν ταῦρον αὐτὸν ἰδών. [v. infra, vol. VII. p. 138. vet. ed.]

In Lazarum quadriduanum, incipit: δεῖπνον ἡμῖν πολυτελὲς Λάζαρος αὖθις. *Fabr.* Exstat in cod. Ambros. *Mediolan.* teste *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. tom. I. pag. 1?8. A. — in cod. *Paris.* — in cod. caesar. *Vindob.* cod. XXXII. nr. 20. v. *Lambec.* comm. tom. VIII. pag. 745. *Harl.*

8. De fragmento *Homiliae* in *natalem Christi* dictum supra cap. 4. pag. 145. ed. vet. [452.] n. de adpend. chronici Cangian. Ex illo Hesychii sermone pars in cod. *Paris.* DCCCLIV. nr. 7. — in cod. Medic. VI. nr. 6. plut. 4. (*Bandin.* cat. cod. gr. I. pag. 525.) — in cod. *Colbert.* v. *Montfauc.* B. bibliothecar. MSS. II. pag. 1150. B. C. Praeter ea citantur:

Serm. in Iacobum, Iesu fratrem et in Dauidem θεοπατόρα a *Photio*, cod. CCLXXV. v. infra, vol. IX. pag. 502.

In conceptionem Prodromi, MS. initio mutila, in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 196.

B. Mariae laudatio, in cod. bibl. publ. *Paris.* MCLXXIII. nr. 5. Duae illius laudationes editae sunt a Ducaeo et in bibl. patrum Paris. v. infra inter elogia Sctorum, vol. IX. pag. 111. et ibid. pag. 114. *in salutationem ab angelo factam* sermo.

De aeneo serpente libri IV. ap. *Photium* cod. LI. v. infra, vol. IX. p. 390.

Sermo in Bethleem et in pastores ac magos ipsumque incarnatum I. Chr. ineditus, in cod. *Taurinensi* CXXXV. n. 46. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 231.

De vita Io. Chrysostomi, in cod. *Taurin.* CCCXX. fol. 50. v. cat. cit. p. 399.

Opusculum *de inferno et poenis inferorum*, in cod. bibl. publ. *Paris.* MCXL. nr. 7.

De aduentu dom. I. Chr. doctrina apostolica ex Eusebio, *Hesychio* etc. in cod. *Th. Gale*, nr. MMMMMCMXL. cat. codd. Angl. etc. II. pag. 188. et ibid. vol. I. p. 43.

Hesychii homiliae aliquot *de tranquillitate animi, de puritate et custodia eius*, inter codd. Oliv. Cromwelli, CCLXXXIX. nr. 32. *Harl.*

[*Hesy-*

f) In cat. codd. *Paris.* bibl. publ. II. p. 357. in cod. MDXL. nr. 6. citatur: Martyrium S. Longini, centurionis, auctore *Hesychio*, presbytero Hierosolymitano. *Harl.*

[*Hesychius;* Parii episcopus, interfuit circ. a. 435. concilio Ephesino I. contra Nestorium, episcopum CPolitan. habito. v. Thorschm. *Harl.*]

Alius Hesychius, *presbyter* ac deinde *episcopus Hierosolymitanus*, circa a. C. 600, ad quem epistola Gregorii M. lib. IX. epist. 4. *Fabr.* Patriarcham Hierosolym. eum fuisse, et scripsisse commentarios in Leuitic. libr. VII. aliaque plura, quorum iustum catalogum dedisset Caueus part. I. hist. litt., tradit Thorschm. ab eoque discernit *Hesychium*, siue *Isychium*, presbyterum Hierosol. circa a. 406. postea episcopum. Tribuit huic Sixtus libros VII. commentarr. super Leuiticum, ad Eutychianum diaconum scriptorum. Sed Thorschmid. monet, Ant. Posseuinum docte obseruasse, commentar. illum in Leuit. non esse eius aetatis, et ad alium pertinere Hesych. presbyt. Hierof. (de quo paullo ante sermo fuit,) et consentire in eo *Petrum Wastelium* in Vindiciarum opp. Io. Hierosol. tom. II. libr. II. sect. VII. pag. 381. Bruxell. 1643. fol. *Harl.*

Hesychius, *episcopus*, quem cum aliis sex episcopis missum ab apostolis, Petro et Paulo, ad *Hispanos* tradunt. Vide Papebrochium tom. III. ad XV. Maii pag. 442. et Tillemontium tom. I. memor. hist. eccles. pag. 501.

Iustinus Hesychius, Apameensis, Amelii, philosophi, adoptiuus, cui libros suos legauit Porphyr. in vita Plotini c. 3.

Hesychius, λαμπρότατος, qui domum splendidam construxerat, animi ornandi negligens ac securus, ad quem epistola 156. Isidori, Pelusiotae, lib. II.

Hesychius *libertus* Augusti, imp. memoratus in veteri inscriptione apud Gruterum, pag. DLXIV. 2. vt alios Hesychios, libertos, in eodem Gruteriano thesauro obuios, praeteream.

Hesychios *martyres* praeter Aegyptium supra memoratum plures alios celebrant martyrologia et menologia, vt 15. Iunii, 3. Iulii, 2. Septembris 3. Octobris, 7. et 18. Nou. etc.

Hesychius, *medicus* et *grammaticus*, CPoli sub Leone I., imp. circ. a. 450. Vide Suidam in Ἰάκωβος.

Hesychius *monachus*, sub Constantio imp. circ. a. 360. S. Hilarionis amicus et discipulus de quo Hieronymus in eius vita, quae inter huius epistolas atque apud Surium 21. Octobr. legitur.

Hesychius, s. Esychius, *Salonitanus* in Dalmatia episcopus, circ. a. 418. mortuus ante a. 429. cuius epistola vna ad Augustinum et duae ad eum Augustini exstant, num. 78. 79. 80. (in noua edit. 197. 198. 199.) Augustinus XX. 5. de Ciu. DEI: *Epistola, quam rescripsi ad beatae memoriae virum Hesychium, Salonitanae vrbis episcopum, cuius epistolae titulus est de fine saeculi.* Est illa epist. 80. (in [*] noua edit. 199.) Epistola prima Zosimi, papae, ad hunc Hesychium data fertur Honorio XII. et Theodosio VIII. COSS. hoc est a. C. 418. tom. I. Concilior. edit. Binianae pag. 711. *Fabr.* Inter epistolas Chrysostomi sunt huius epp. ad Hesychium episc. Salon. *Harl.*

Hesychius, ταχυγράφος, m) quem in originibus CPolitanis citat Codinus, vereor, ne idem sit

m) *Notarius, actuarius,* v. Thorschmid. qui eum saec. IV. adserit. *Harl.*

ſit cum Heſychio Mileſio, licet a Codino referatur inter eos, qui inſtaurationi vrbis, a Conſtantino M. factae, *αὐτόπται* interfuerunt. Etiam Heſychium, Mileſium, *tabularium* vocat *Barthius* p. 163 ad Claudianum.

Heſychius, *Viennenſis* epiſcopus, cui ſucceſſit Alcimus Auitus. [Floruit circ. a. 573. Plura de eo v. ap. Thorſchm.]

[*Heſychius*, Pruſenſis, iuxta Hypium fluuium, inter eos epiſcopos, qui concilio Nicaeno ſubſcripſerunt. v. *Valeſii* emendatt. pag. 49. *Harl.*

Adde his Heſychiam, foeminam, ſacerdotem Mineruae, cuius nomine ſtudium quietis et concordiae ſuaſit oraculum Athenienſibus. Vide Plutarchum in Nicia p. 532. et libro de Pythia verſibus non vaticinante p. 403.

Poſt Heſychii, Mileſii, *πάτρια Κωνςαντινȣπόλεως* Labbeus in tomo primo corporis Byzantini ſubiunxit loca ex Suida ad hiſtoriam Byz. pertinentia, cum verſione Aemilii Porti, illa nempe, quae Suidas habet in Ἀγαθίας, Ἀγάπιος, Ἀγγέλιος, Ἀθηνᾶς, Ἀκάκιος. Ἀναςάσιος, Ἀναςάσιος σιλεντιάριος, Ἀντίοχος ὁ πραιπόσιτος, Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, Ἀρδαβȣ́ριος, Ἀρκαδιανὸς, Ἁρμάτιος, Ἅρμκτος, Ἀρτέμιος, Αὔγȣςος, Ἀφȣσία, Ἀφροδίτη, Βασιλικὴ, Βασιλίσκος, Βελισάριος, Βημάρχιος, Βηρίνη, Βόσπορος, Βόσποροι, Βȣ́λγαροι, Βυζάντιον, Γεννάδιος. Γενικὸς, Γεώργιος, Γέσιος, Γρατιανὸς, Δημήτηρ, Διονύσιος, Ἑλένη, Ἐλεύσιος, Ἑλικώνιος, Ἑρμῆν, Ἑρμόλαος. Ἑςία, Ἑςιάδες. Εὐξεῖνος, Εὐςάθιος, Εὐτρόπιος, Εὐτύχης, Εὐφημίας, Εὐφήμιος. Ζεύξιππος. Ζεὺς, Ζήνων ὁ βασιλεὺς, Ἥρα, Ἡράκλειος βασιλεὺς, Ἡράκλειος ςρατηγὸς, Ἡσύχιος, Ἰανȣάριος, Ἰγνάτιος, Ἴλλος, Ἰοβιανὸς, Ἰȣλιανὸς, Ἰȣςινιανὸς, Ἰȣςινιανὸς ὁ ῥινότμητος, Ἰȣςῖνος, Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς, Θεμίςιος, Θεόδοτος, Θεοδόσιος, Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωςῶν, Θεοφύλακτος σοφιςὴς, Κωνςαντῖνος, Κωνςάντιος, Κωνςαντινȣ́πολις, Κυνήγιον, Κῦρος Πανοπολίτης, Λεόντιος Τριπόλεως, Λεόντιος Μοναχὸς, Λέων Βυζάντιος φιλόσοφος, Λέων βασιλεὺς, Μακεδόνιος, Μάλχος, Μάμας, Μαναὶμ, Μάξιμος, Μάρης, Μάρκελλος, Μαρκιανὸς, Μαυρίκιος, Μελαντιὰς, Μένανδρος Προτίκτωρ, Μίλιον. Μιχαὴλ, Νάρσης, Νεςόριος, Ξηρόλοφος, Οὐαλεντινιανὸς, Οὐάλης, Ὡρεῖον, Ὦρος Ἀλεξανδρεὺς, Παμπρέπιος, Πατρίκιος, Παῦπερ, Πέτρος Ῥήτωρ, Πέτρος ȣ̃τος ἦν ἐπὶ Ἰȣςινιανȣ̃, Πλάκιλλα, Πȣλχερία, Πρίσκος Πανίτης, Πρίσκος υἱὸς, Πρόκλος τȣ̃ βασιλέως, Ἰȣςίνȣ Κοιαίςωρ, Προκόπιος, Προποντὶς, Ῥȣφῖνος, Σαλȣ́ςιος ὁ τῆς αὐλῆς ἔπαρχος, Σεβαςιανὸς, Σέλευκος, Σώπατρος Ἀπαμεὺς, Σταυρὸς, Στήλη, Στȣ́διος, Τιβέριος, Τιμόθεος, Τραιανὸς, Τριβονάλιον, Τριβȣνιανὸς, Τριβωνιανὸς, Τρώϊλος, Φατριὰ, Φῆςος, Φιλιππικος ὁ Βαρδάνης, Φιλίππικος ςρατηγὸς, Φόρος. Excerpta quaedam de imperatoribus Rom. et CPolitanis e Suida graece et latine exhibet etiam Frid. *Sylburgius* tomo tertio minorum romanae hiſtoriae ſcriptorum.

III. PROCOPIUS, ex Caeſarea Palaeſtinae rhetor [n]), ſiue cauſſarum patronus ac ſophiſta, hoc eſt, eloquentiam profeſſus CPoli. Hunc licet paganis adſcribere non dubitent Eichelius

n) Suid. in Προκόπιος. Confer *Voſſium* de hiſt. lib. I cap 5. *Fabr. G. Caueri* hiſt lit SS EE. Graecis II. 22. et *Hanckium* de ſcriptoribus Byz. tom. I. pag. 510. *Heinecc.* in hiſt. iur. libr. I. cap. 6. §.

Eichelius ^o), et Mottanus Vayerus: Christianum vtique et catholicum fuisse, scripta ipsius perspique testantur, eum vero, qui subtiles et acres de religione [P] concertationes ^p) nequiquam probaret, nedum vt eas putaret historiae ambitiose inserendas esse: quique reprehendat Iustinianum, quod haereticos spoliandos bonis, et suppliciis ^q) adficiendos duxit. A Iustino

6. §. CCCLXXXIV. cum *Silberadii* not. p. 495—497. *Io. Fabric.* in histor. biblioth. part. V. p. 237. sqq. *Hamberger.* Z. N. T. III. p. 409. sq. *Saxii* Onom. II. p. 58. sq. et p. 535. aliosque ab Hamberg et Saxio laudatos add. cl. *Meuselii* bibl. historic. Vol. V. part. I. p. 225. sqq. et quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. p. 431. sqq. *H.*

o) *Mottanus Vayerus* in iudicio de historicis, tom. I. Operum pag. 359. et *Io. Eichelius* praefat. ad Procopii anecdota §. XVII - XXII. qui tamen et ipse non potest diffiteri, externa saltem professione Christianismum prae se tulisse. Quae vero adfert, vt simulatorem improbum et sub Christiani larua latescentem ethnicum probent, ita sunt pleraque comparata, vt prudentem potius et sanum demonstrent scriptorem historiae, cuius neutiquam est, tamquam ex cathedra controuersias theologicas diiudicare. Quod porro videtur nonnihil aliquando tribuere ominibus et fortunae, commune hoc ipsi est cum multis piis et christianis scriptoribus, qui ad Dei prouidentiam haec nomina referunt. De qua luculentum hoc Procopii testimonium exstat cap. 4. hist. arcanae pag. 15. οὐκ ἀνθρώπων βουλαῖς, ἀλλὰ τῇ ἐκ Θεοῦ ῥοπῇ πρυτανεύεται τὰ ἀνθρώπινα, ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν ἄνθρωποι. Miror hinc, Nicolaum Alemannum, qui praefat. ad hist. arcanam Procopii, vbi virtutes huius scriptoris non indiserte celebrat, eumque aperte Christianorum fidem profiteri non semel, et haereticos atque Samaritas aperte auersari obseruat, tamen subiungit, ad eos se composuisse videri, quos *Politicos* in Gallia auorum nostrorum memoria adpellabant, *sed longe verius*, inquit, *haeresium omnium sentinas prorsusque Atheos adpellarent, qui licet in speciem catholici videantur, nullique sectae nominatim addicti sint, priuatis tamen rationibus vel reip. commodis christianam religionem pietatemque metiuntur, neque de DEO quid sentias, quidue doceas, si res ita ferat, vehementer laborant, haereticos autem et astrologos aliasque eiusmodi catholicae fidei pestes, pro vt e re ac tranquillitate publica esse illis videtur, ita recipiunt et insectantur.* Non possum neque volo statuere, quam alienus ab hypocrisi, vel quam bona fide Christianus Procopius fuerit, sed hoc audeo adfirmare, ad tam immite de illo iudicium ferendum neutiquam idonea argumenta exstare in eius scriptis, atque speciatim in iis locis, quae hanc in rem ab Alemanno et post eum ab Eichelio adferuntur. Christianismi autem aperta et quamplurima etiam in aliis eius scriptis, sed praecipue in libris περὶ κτισμάτων, vestigia.

p) Lib. I. de bello Gothico c. 3. quum dixisset controuersias, quae tunc inter Christianos magna animorum contentione agitabantur, probe quidem perspectas se habere, sed prolixius commemorare nolle, subiungit: ἀπονοίας γὰρ μανιώδους τινος ἡγοῦμαι εἶναι διερευνᾶσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν [illegible] *Vesanae enim puto esse insaniae, DEI naturam, qualis sit, velle perscrutari; nam humana haec ipsa, nedum DEI naturam [illegible] adsequi mortales haud quaquam [illegible]. Quare tutius haec ego silentio praetereo [illegible] τῷ ΜΗ ἈΠΙΣΤΗΣΑΙ τετιμημένα, quae religiosissime coluntur, si modo [illegible] illis non detrectes,* (licet modum, quo sunt, exponere, intimasque illorum rationes subtiliter expedire nescias) *Itaque de DEO nihil ipse aliud (in praesenti historici operis loco) adfirmauerim, [illegible] bonus omni ex parte sit, resque vniuersas sua potentia complectatur. De illis vero controuersiis [illegible] quisque vel sacerdos vel priuatus homo loquatur, quemadmodum ei sentire libuerit.* In his verbis, quae ab Alemanno, Vayero atque [illegible] tamquam in argumentum singularis [illegible] ac impietatis adducuntur, et quae videntur etiam Caueum permouisse, vt Procopium neque prorsus Gentilem neque prorsus Christianum fuisse adfirmaret, nihil video, quod non scribere sanus historiae scriptor Christianus potuerit, haud protectus theologum, et quae Christianis propria sunt dogmata, in alium opportuniorem locum reiicere se innuens.

q) Cap. XI. hist. arcanae pag. 54. seq. et cap. XIII. pag. 40.

Iustino seniore ac Iustiniano iussus esse Belisario r) Notarius siue ὑπογραφεὺς, comes ac consiliarius, cuius etiam expeditionibus s) interfuit et bella ac res gestas descripsit t). Cooptatus inde in Senatorum u) illustriumque ordinem, et praefecturae etiam vrbanae v) admotus CPoli, vitam cum morte commutauit maior, vt videtur w), sexagenario.

[P] I. Exstant eius *octo libri historiarum*, adcurate, diserte atque eleganter scripti, quorum argumentum succincte lib. I. tradit Agathias, qui Procopium continuauit. Libros hosce in duas tetrades auctor distinxit, priores quatuor libros inscripsit Περσικὰ, posteriores Γοτθικὰ, teste Nicephoro XVII. hist. cap. 10. quamquam duobus posterioribus primae tetradis libris titulus Περσικῶν neutiquam conuenit. Nam in primis duobus libris quidem Procopius persequitur bella cum Persis gesta ab extremis temporibus Arcadii, imp. (qui morti vicinus a. C. 408. Isigerdem, Persarum regem, filio suo, Theodosio, tutorem dedit,) vsque ad annum quartum induciarum, a Iustiniano cum Persis initarum, obitumque Theodorae, coniugis, a. C. 459. (Iustiniani 23.) At in duobus posterioribus libris narrantur bella cum Vandalis Maurisque in Africa gesta ab Alarici, Gothorum regis, prima a. C. 395. facta in imperium romanum irruptione, vsque ad domitos per Africam Belisarii ductu et Iustiniani auspiciis Vandalos a. C. 545. (Iustiniani 19.) His itaque duobus rectius conueniret titulus Οὐανδαλικῶν, quem illis tribuunt editores, vel etiam Λιβυκῶν, quo totam tetradem priorem olim videntur codices quidam insigniisse, vnde Eustathius, ad Iliad. δ. p. 452. verba quaedam prooemii libri I. adducens, laudat Procopium ἐν τοῖς Λιβυκοῖς. Posterior tetras siue Γοτθικῶν quatuor libri sunt de bellis aduersus Gothos in Italia gestis ab expeditione Theodorici a. C. 487. vsque ad victum et in praelio caesum Teiam, Gothorum regem, pactamque cum Gothis pacem a. C. 522. (belli Gothici 18. Iustiniani 26.) Anachronismus Procopii, quo annum secundum et tertium belli Gothici in vnum contraxit, castigatur ab *Henrico Norisio* diss. de Synodo V. capite VI. Libros octo historiarum commemorat et ex duobus primis excerpta habet *Photius* cod. LXIII. [v. infra, vol. IX. pag. 396. vet. ed.]

[Praemittere iuuat notitiam codd. msstorum. In cod. *Veneto* Marciano CCCXCVIII. *Procopii Caes.* de B. persico libr. II. et de B. Vandal. libr. II. v. cat. illor. codd. gr. pag. 195. sq. — *Florent.* in B. Medic. Laur. in cod. XXXII. nr. 4 — 12. plut. IX. sunt *Proc.* 1) de imp.

 Iusti-

r) *Procopius* lib. I. de bello Persico c. 1. et 12. seq. *Photius* cod. LXIII. etc.

s) Ab expeditione Vandalica, quae contigit anno VII. Iustiniani, (Christi 533.) per annos circiter triginta. Confer *Hanckium* de scriptoribus hist. Byz. p. 148. seq.

t) Classis quoque ac rei annon. curam sibi commissam esse, testatur ipse lib. II. de B. Gothico cap. IV. Sed eum medicum fuisse exercitus Belisarii, sine die et consule, perperam, credo, prodit Tiraquellus. v. *Fabr.* B. Gr. in elencho medicorum, Vol. XIII. p. 380. vet. ed. *Harl.*

u) *Illustrem* vocat Nicephorus XVII. 10. hist. et Anonymus chronici auctor, quem MS. in bibl. Vaticana euoluit Alemanus. [Ἰλλούστριον *Eudoc.* p. 356.] Senatorem fuisse se innuit ipse cap. 12. hist. arcanae pag. 27.

v) Procopium Vrbis praefectum anno Iustiniani XXXVI. Christi 562. memorat *Theophanes* in chronographia p. 201. 202. [Sed etiam remotus ab ea indeque flamma irae exarsisse dicitur.]

w) Vide *Hanckium* pag. 153.

Iuſtiniani aedificiis, tum excerpta nempe 2) capp. 22. et 23. libri II. annal. rerum perſicarum: 3) pars cap. 1. libri I. de B. Vandalico; 4) pars cap. 15. libri I. de B. Gothico et 5) pars cap. 15. lib. II. de B. Goth. 6 — 9) ex eod. opere pars cap. 3. lib. IV. — cap. 6. libri IV. — pars cap. 17. et integrum caput 20. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 443.) — In cod. VII. plut. 69. Procop. hiſtoria bellorum Gothicor. per Beliſarium, in quatuor libros diſtributa. — in cod. V. nr. 16. plut. 70. excerptum ex libris de Iuſtiniani aedificiis. (*Band.* II. p. 627. et 662.) — Procopius citatur quoque in codd. Florilegii ſententiarum et violar. compoſ. teſte *Bandinio* tom. I. pag. 251. et 549. — *Oxon.* inter collectanea Ric. Iameſii, ex Laonico Chalcondyla, ex Nicetae annal. ex *Procopio* etc. v. catal. codd. Angliae I. p. 263. — *Vindobonae* in cod. caeſ. CCXCII. nr. 28 ex *Procopii* libro I. de B. Perſico excerptum de Tzanis, ponti euxini accolis. (*Lambec.* comm. vol. V. pag. 532.) — *Monachi* in bibl. elector. Bauar. in cod. CLXXXIII. *Procopii* hiſtoriar. primae tetradis liber I. et II. eiusd. ex ὀκτάδος hiſtoriarum sui temporis prima tetrade lib. III. et IV. — in cod. CCXLVI. hiſtoria B. Gothic. in tres libr. diſtincta. v. catal. codd. pag. 71 et 84. — *Auguſtae Vindel.* Procopii hiſtoriarum libri, quo codice vſus eſt Hoeſchel. in ſua ed. v. *Reiſeri* indic. MSStorum bibl. Auguſt. p. 83. nr. 44. — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. Procopii hiſt. gothica et imp. Iuſtin. cod. ſaec. XIII. et al. recent. quatuor voll. (*Montfauc.* diar. ital. pag. 13. plura, ſecundum eumdem in B. bibl. MSSt. I. pag. 503. E.) — ſecundum *Montfauc.* in Bibl. bibliothec. MSS. *Romae* in bibl. *Vaticana*, Procop. hiſtoriae Perſicae, Gothicae, et alia, IV. tom. — hiſtoria Gothorum, inter codd. DCLVI. — hiſt. κατὰ Ἰουστινιανοῦ et de B. Perſar. hiſtoria Graecorum, graece. I. pag. 7. 9. 28. et 86.) — in bibl. *Scorial.* regis Hiſp. gothicae hiſt. libri IV. (I. p. 623. C. ſecundum *Plüer* in itiner. per Hiſp. pag. 188. ſunt ibi duo codices, quorum alter II. libros, alter quatuor libros continet.) In cod. *Coislin.* CXXXII. *Proc.* de aedificiis Iuſtiniani, (cuius cod. mentionem fecit Ciaud. Maltret. in praef.) et hiſtoria arcana, in initio et fine mutila (*Montfauc.* B. Coisl. pag. 202. et 203.) — In bibl. publica *Pariſ.* ſecundum cat. codd. tom. II. *Proc.* hiſtoriarum libri octo in cod. MDCXCIX. — quatuor libri in codd. MDCC — MDCCIII. — de Iuſtiniani. imp. aedificiis, in codd. XXXIX. nr. 28. MCMXLI. MMCDIC. — fragmenta, in cod. MCCCX et MDCI. — Epiſtolae in codd. MXXXVIII. et MMXXII. — In Maximi opp. in codd. *Coislin.* CCCLXXI. et CCCLXXII. atque in Lexico gr. in cod. CLXXVIII. plura Procopii loca occurrunt, teſte *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 577. ſqq. et 238. — In bibl. publ. *Leidenſi*, ſecund. catal. inter MSSta, a Scaligero legata, Procop. hiſtor. libri et de aedificiis Iuſtin. libri VI. manu Scaligeri, (p. 330. nr. 5. et 9.) — ibid. (pag. 342.) ſupplem. et ſcholia in Procopium de aedific. Iuſtiniani. — Inter codd. a Bonau. Vulcanio legatos, *Proc.* libri I. initium de aedificiis Iuſtin. et de aedificiis Iuſtin. (p. 345. n. 27. et pag. 346. nr. 56.) — inter codd. Voſſ. epiſtolae Procopii, (pag. 398. nr. 64.) — Emendat. ad graeca Procopii ab Hoeſchelio edita, partim ex MSS. pleraeque autem e coniectura Hugonis Grotii, (pag. 401. nr. 3.) — de B. perſico et vandalico lib. IV. inter codd. Mendoz. v. *Iriarte* cat. codd. Matrit. reg. pag. 277. *Procop.* Caeſar. γνωμικά, ſ. ſententioſe dicta, (forſan a Laſcari vel alio ex Procopii ſcriptis excerpta,) in cod. Matrit. reg. CXVI. teſte *Iriarto* l. c. pag. 466. *Harl.*

Fin.ecn

Editiones latinae.

Libri primores quatuor de bello Persico et Vandalico ex versione *Raphaëlis Volaterrani* [x]), Mario, fratri, inscripta et Romae 1509. fol. pridem edita, et libri de bello Gothico ex *Christophori Personae* [y]), Prioris S. Balbinae, interpretatione, cum Beati Rhenani praefat. Subiuncti [*] Agathias, ab eodem Persona latine redditus, et Iornandes, atque *Leonardi Aretini* libri IV. de bello Italico contra Gothos, qui et ipsi, licet dissimulet [z]), toti e Procopio expressi et a. 1470. primum Fulginii editi sunt, deinde Venet. 1471. [aa]) fol. per Nic. Ienson. Et cum Beati Rhenani praefatione Basil. 1531. fol. [bb]) et cum Zosimo Basil. 1576. fol. atque iterum cum Agathia ac Iornande Lugd. 1594. 8. *Fabr.* De Gothorum origine, pag. 843. Francof. 1606. fol. sec. catal. libr. bibl. Tigurinae, tom. II. pag. 298. *Harl.*

Vandalicorum libri II. et Gothicorum libri IV. ex emendatiore codice MS latine versi ab *Hugone Grotio*, in eius historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum. Amst. 1655. 8. Confer *Grotii* epist. 641. 645. *Fabr.* v. *Goetz.* l. c. pag. 400. *Harl.*

Editio graeca.

Libros octo historiarum primus graece *Dauid Hoeschelius* ap. Dau. Francum, vulgauit ex MS. Boico Augustano, et duobus regiis Paris. apographis, altero Iosephi Scaligeri, altero

x) Non Vaticano integerrimo, sed alio, lacero ac minus integro, codice MS. vsum Volaterranum notat Maltretus.

y) [*Procopius* de B. Gothorum, *Christoph. Persona* interprete: per Io. Besickem Alemanum, impensa Iac. Mazzochii, rom. acad. bibliopolae, Romae 1506. fol. v. *Maittaire* A. T. II. p. 179. in primis *Goetz.* Memor. bibl. Dresd. III. p. 396. ibi quoque p. 395. sqq. de ed. et versione Raph. Volaterrani, a Fabricio memorata, et de aliis edd. sollerter agitur *Harl.*] — Librum tertium et quartum Persona in vnum contraxit, vnde in eius versione tres tantum libri Gothicorum numerantur. Atque alioqui grauiter de illo interprete conqueruntur eruditi, vtpote qui et τὰ καιριώτατα omiserit, et quae retinuit, pessima fide converterit, finemque belli Gothici iusto paene volumine fraudarit.

z) Confer *Mottanum le Vayer* tom. I. Opp. pag. 45 seq. et *Iac. Thomasium* de plagio litterario § CCLXI. Nicolaus Alemannus praef. in Anecdota: *Leonardus Aretinus Procopii libros de bello Gothico primus omnium publicauit, sed fucum credo ille vir fecit nobis plane illiberalem. Nam suppressa graeca historia et auctorum nomine dissimulato, latinam, quam ipse ex Graeco fecerat, tamquam e variis scriptoribus decerptam, de bello Italico aduersus Gothos praenotat, et Iuliano Caesarino nuncupatam in publicum emittit. Eandem graece scriptam* Blondus Flauius *industria primum sua Italiam habuisse memorat: sed is cum in historia Procopii modo desideret, quae nos hodie minime desideramus, modo carpat quae in vulgatis editt. bene habere videmus, antiquas Blondi membranas, vel interpretem, quem ille nactus est, fraudem eidem fecisse nemo non dicat, cum ea ipse notitia carere facile possit, qui se lingua graeca prorsus imperitum fateatur. Fabr.* At tamen *Apost. Zenus* in: Dissertazioni Vossiani, tom. I. p. 89. sqq. multa pro Aretino et ad eius s. defensionem s. excusationem dixit. Idem ibid. cum primis tom. II. pag. 134. sqq. multus est de *Christph. Persona* et p. 141. sqq. de eius versione Procopii. add. *Paitoni* bibl. degli autori volgarizzati, III. p. 185. not. *Harl.*

aa) Conf. cel. *Panzer* A. T. I. p. 438. III. p. 77. *Harl.*

bb) Procop. de reb. Gothor. Persarum ac Vandalorum, cum aliis mediorum temporum historicis. Basil. ex off. Io. Herwagii. 1531. fol. et eod. a. Procop. cum Zosimo etc. ibid. ap. Petr. Pernam. v. *Goetz.* l. c. pag. 398. sq. *Harl.*

altero Isaaci Casauboni, Augustae Vindel. 1607. fol. addito libro de aedificiis Iustiniani cc). Editionem per aliquod tempus moratus est, quod, *Vulcanio* illum laborem detrectante, *Daniel Heinsius* Procopium edere molitus fuerat, vt disces ex Gudii epistolis pag. 290. Inde Hoeschelius in epistola ad Iungermannum, (post Hottomannianas pag. 456.) *Procopius*, inquit, *iam hic coeptus fuisset imprimi, nisi intellexissem, iam excudi Lugduni Batauorum. Adeo me non offendit, vt gratuler ἐκδότῃ. qui in hoc studiorum genere plurimis praestat. Boni tamen viri fuisset de hoc consilio certiorem me facere, ne damno essem iis, quorum aere et charta et operae conductae fuit.* Locum tamen vltimi libri Procopii de origine Gothorum primus e MSto graece edidit, latinamque versionem addidit *Petrus Pithoeus* ante cod. legum Wisigothorum. Paris. 1579. fol.

[†] *Editio graeco-latina.*

Claudius Maltretus, Aniciensis, S. I. ab Luca Holstenio, Ioanne Fayono et praeceptore suo, Petro Possino, adiutum se praedicans, graeca e MS. Vaticano emendauit, lacunasque plurimas et, duabus vel tribus breuibus exceptis, omnes editionis Hoeschelianae suppleuit, libros capitibus distinxit, capita argumentis praefixis illustrauit, versionemque perspicuam, et ad calcem voluminis fragmenta et loca, a Suida allegata, in altero autem volumine varias lectt. et emendationes adiunxit. Paris. 1662. fol. *Fabr.* Inscriptio est: *Proc. operum tomi duo. Access. Nicephori Bryennii commentarii.* — Interior autem inscriptio: *Procopii* + historiarum sui temporis libri VIII. Interprete *Claudio Maltreto:* a quo supplementis aucti sunt Vaticanis, et in locis aliquot emendati. Paris. e typogr. regia 1662. fol. rec. Venet. in corp. Byzant. 1729. *Procopii Caes. Opera* IV. partt. in II. tomis. *Harl.*

Descriptio Ponti Euxini ex libro IV. de bello Gothico, graece et latine exstat inter Gothicarum rerum scriptores, a *Bonau. Vulcanio* recensitos. Lugd. Bat. 1597. 1617. 8.

Editiones linguis vernaculis.

Anglice libri VIII. historiarum *H. Holcrofto* interprete. Lond. 1653. fol.

Gallice libri duo priores de bello Gothico per *Guil. Paradinum*, Lugd. 1578. 8. Libri octo historiarum et sex de aedificiis Iustiniani per Fumanum. Paris. 1587. fol. Libri duo de bello Persico per *Leonorum de Mauger*, (qui tantum vsus est latina versione Belleae excusa, in qua libri tres de bello Gothico numerantur et libris de bello Persico praeter Procopii mentem praemittuntur,) Paris. 1669. 12.

[*Italice:* de B. Gothico libri tres, ex L. L. in italicam conuersi a *Benedicto Egio da Spoleti*, Venet. 1544. 8. — de B. persico libri II. et vandalico libr. II. ab eodem. ibid. 1547. 8. — de

cc) Ad libr. de aedificiis Iustin. imp. emendandum ac restituendum vsus est cod. Frid. Lindenbrogii, cuius ipse fecit mentionem in init, notarum criticarum, textui Procopii gr. subiectorum. In praesenti rarioribus libris iure adnumeratur praeclara illa editio. *Harl.*

— de aedificiis Iuſtiniani, imper. ex gr. lingua ab eodem, ibid. 1547. 8. de quibus libris raris v. *Paitoni* bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. III. pag. 183. ſqq. *Harl.*

2) Κτίσματα, ſiue *libri VI. de aedificiis conditis vel reſtauratis auſpicio Iuſtiniani, imp.*, cuius operis meminit Simeon Metaphraſtes in vita S. Sabae et Nicephorus XVII. 10. hiſt. Perperam Rob. Conſtantinus in Lexico citat Procopium *de Iuſtiniani fortunis*, quaſi περὶ κτημάτων, non κτισμάτων ſcripſiſſet. Primus *Graece* edidit e codice Conradi Peutingeri, ſed paſſim hiantes lacunis Ioannes Heruagius; [curante Beato Rhenano,] ad calcem hiſtoriarum Procopii et Agathiae, latine excuſarum Baſil. 1531. fol. Inde Pariſiis a. 1543. lucem vidiſſe teſtatur Maltretus, quam editionem haud vidi. Neſcio, an in animo ipſi fuit latina, quae, *Franciſco Craneveldio* interprete, cum notis *Theodorici Adamaei*, Swallenbergenſis Geldri, prodiit Pariſ. apud Chriſtianum Wechelum 1537. 4. Exſtat et verſio [*] latina *Arnoldi Veſalienſis* [dd]), quae cum hiſtoriarum Procopii libris et Zoſimi latine editis vulgata eſt Baſil. 1576. Sed graece ex MSS. longe auctiora et emendatiora dedit *Dauid Hoeſchelius* ad calcem hiſtoriarum, Auguſtae Vindel. 1607. fol. quum *Vulcanius* coeptam editionem ſuam omiſiſſet. Vide Ioſephi Scaligeri epiſtolam CLXVI. Denique *Claudius Maltretus* Auguſtanam editionem ex codice Segvierianae bibliothecae [ee]), cuius apographum a Philippo Iacobo Mauſſaco, Toloſate, deſcriptum, acceperat, ſuppleuit, (exceptis duabus lacunis,) et emendauit, emendatumque noua latina veſte induit, et capitibus diſtinctum cum verſione et argumentis ſuis atque variis lectionibus caſtigationibusque vulgauit Pariſ. 1663. fol. *Addo*, inquit Maltretus, *lecturum te in his libris*, *quaecunque inedita retulit ex Procopio Petrus Gyllius in topographia CPolitana. Procul dubio codicem nactus erat vir eruditus, noſtro ſimilem. Ac forte eo ipſo vſus eſt, quem habet illuſtriſſimus Cancellarius* (Segvierius) *et olim habuiſſe dicitur illuſtr. ac Reuerend. Cardinalis Armaniacus, cuius bibliothecae Gyllius praefuit.* Codices MSS. Mazarinianum et Caroli de Montchal, archiepiſcopi Toloſani, Labbeus memorat [ff]). Libri primi caput primum de reſtaurato S. Sophiae templo cum noua verſione ſua et notis, in quibus ſubinde Maltretus caſtigatur, exhibet *Franciſcus Combefiſius*, in manipulo Originum rerumque CPolitanarum, Pariſ. 1664. 4. pag. 283. ſeq.

3. Procopio etiam tribuuntur a Suida [et Eudocia] Ἀνέκδοτα, ſiue liber IX. hiſt. quem *Nicephorus* XVII. 10. vocat ἀντίῤῥησιν, ἂν πρὸς Ἰουστινιανὸν εἴρηκε δι' [*] ἐπαίνου ποιῶν, καὶ ὡς ἂν τινα παλινῳδίαν τῶν αὐτῷ μὴ καλῶς εἰρημένων, *retractationem eorum, quae in laudem Iuſtiniani dixerat, ac veluti palinodiam non recte traditorum.* Agathiae, Photio et aliis ante Suidam nusquam memorantur, neque videntur lecta ab illis aut viſa fuiſſe, quemadmodum nec ab Euagrio, licet ab illo laudari Anecdota Procopii ſcribat *Voſſius* de hiſt. gr. pag. 269. atque ſi quis comparet, quanta in laudem Iuſtiniani et Beliſarii alibi Procopius ſcripſerit,

dd) *Procopii* de Iuſtiniani aedificiis, latine, per *Arnoldum* Veſalienſem, Moguntiae, 1538. 8. v. catal. bibl. Leidenſ. p. 220. et 259. *Harl.*

ee) Bibliotheca Seguieriana olim, hodie Coisliniana, plurimis et optimis referta codicibus MSS. graecis, [quorum catalogus cura et diligentia Montfauc. confectus editusque, quoniam hodie exſtat, reſecui ſyllabum anecdotorum, a Fabricio hic olim ſubiectum. *Harl.*]

ff) Excerptum ex *Procopii* libris de aedificiis Iuſtiniani eſt *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. cod. V. nr. 16. plut. 70. v. *Bandini* catal. codd. gr. II. p. 265. *Harl.*

ſcripſerit, ab eodem calamo tantas tamque acerbas criminationes, partim [?] etiam veriſimilitudine deſtitutas, potuiſſe proficiſci, merito mirabitur [gg]). Neutiquam tamen ad[illegible] Franciſco Guieto, non obeſae licet naris Critico, qui Anecdota [hh]) non a Procopio ſcripta, ſed ſuppoſititium atque alienum opus eſſe contendebat, vt narrat Antonius Periander, Rhetus, in eius vita. Quamuis videam, etiam ambigere de auctore alios viros eruditos, vt *Combefiſium* in manipulo rerum CPol. pag. 292. *Anecdoton auctor, ſi quidem ipſe Procopius eſt, ipſe ſibi maiorem forte, quam Iuſtiniano labem aſciuit, ac quicquid reliquae eius [illegible] eſt, plurimum eleuauit*, ingens nimirum [?] ſiue adulator, ſiue calumniator. Ita *Mothe*[illegible] *Vayerus* diſſ. de libertate tom. II. Opp. pag. 354. *Procope, ou pour mieux dire, celuy qui a fait les Anecdotes ſous ſon nom.* Fidem mereri pleraque, quae in hiſce Anecdotis tradunτur, multis erudite pugnat, *Nicolaus Alemannus* [ii]), qui primus illa in lucem protulit graece ex codice duplici Vaticano, latinamque verſionem et doctas notas hiſtoricas et critic. adiunxit, ac teſtimonia veterum de Procopio, et Suidae loca, ex anecdotis hauſta, diligenter conſignauit, Lugd. (non Lugd. Bat. vt habet catalogus Petri Francii et Bodlei.) [kk]), 1623. fol. et Coloniae apud Io. Wilh. Frieſſen iuniorem 1669. fol. licet typorum nitor et elegantia alium locum impreſſionis quam Coloniam innuat. Contra Procopium et Alemannum fama Iuſtiniani adſeritur a *Thoma Ritio* in defenſione Iuſtiniani, Francof. 1628. 8. tum a *Gabriele Trivorio*, in Obſeru. apologet. aduerſus quosdam ICtos et Procopii Anecdota Pariſ. 1631. 4. praecipue vero a *Ioanne Eichelio*, profeſſore Helmſtadienſi, qui anecdotis, graece cum verſione Alemanni recuſis atque in minores ſectiones 571. diuiſis, adiunxit animaduerſiones, in quibus ple-

raque

gg) Conf. *Anton. Pagium*, a. Ch. 565. §. VI. *Heum.*

hh) Anecdota ſiue hiſtoriam arcanam, huiusmodi plenam aſperis criminationibus et inuectiuis, lucem haud facile ferentibus in eos, qui poſſunt, proſcribere, pridem ante Procopium compoſuerat Theopompus, quem imitatus Cicero II. 6. ad Atticum: *itaque ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo, pangentur.* Idem XIV. 17. *Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum, vt volui, perpoliui.* Βιβλίον ἀπόῤῥητον vocat *Dio* lib. XXXIX. pag 96. Procopii exemplum plures ſunt inſequuti, vt auctor chronici ſcandaloſi ſub Ludouico XI. Galliae rege conſignati, *Varillaſius* in anecdotis Florentinis, etſi nomen hoc parum illis conuenire notet *Vignolius Maruilius* tom. II. miſcell acor pag. 59. *Leibnitius* in arcanis aulicis Eliſabethae, Angliae reginae, auctores Galli Anecdotorum Poloniae ſub Ioanne III. et hiſtoriae arcanae Antonii, Luſitaniae regis. Eſt, qui etiam virorum doctorum anecdota publicari deſideret, Reimannus parte I. hiſt. litterariae pag. 242. ſed maligna crudelitas hominum facit, vt anecdota a calumniis diſcernere vix opis humanae ſit. Et malorum exemplorum iampridem copia laboramus. Scripſit anecdota ſua Procopius anno XXXII. Iuſtiniani, vide pag. 56. 71. ipſo adhuc ſuperſtite, pag. 88. ſed *Theodora* iam ante nouem annos defuncta, pag. 2. 47. 51. *Fabr.* De Theodora, imperatrice, Iuſtiniani M. vxore, ſcripſit *Nic. Hier. Gundling* in tomo I. obſeruationum ſelectarum in rem literar. ſpectantium, ed. II. Halae 1737. 8. obſerv. VIII. pag. 202 — 254. et tamen in paucis ſequutus eſt Procopii, quod apud multos male audiat, fidem, quamquam, (vt pag. 254. ſcribit,) Procopius in anecdotis multa prodat, omni exceptione maiora et veriora; pag. autem 203. ſq. Procopio fidem hiſtoricam denegare, aut id opuſculum Procopio plane abiudicare, nefas eſſe ducit; Eichelii vero, fidem iudicialem cum fide hiſtorica ſemper confundentis, iudicium in plerisque parum ſubtile eſſe oſtendit. *Harl.*

ii) Confer de eo *Vrbanum Godofridum Siberum* libro de claris Alemannis p. 139. ſeq.

kk) Sum. Andreas Brugiotti, bibliop. Romani. Ab Fabr. aliisque vidi notam a. 1624. ſcriptam. Sed meum ex. in fronte et in fine habet notam anni 1623. *Harl.*

r... diorum loca συγχρόνων testimoniis conuincere falsitatis adnititur, Helmst. 1654. 4. C... vero *Maltretus*, qui Anecdota etiam ceteris Procopii operibus cum Alemanni versione et notis subiunxit Paris. 1663. fol. notas nullas nouas addidit, sed graece tantum ex codice MS. ἀκεφάλῳ Segvieriano, et integriore Ambrosianae bibl. suppleuit castigauitque. Quamquam *partium* ll) *videbatur* ... *interpretis*, ... *notas Alemanni*, *quas vnas repraesentauit*, *cum Eicheli confutationibus seu animaduersionibus conferret*, *eiusque vel depelleret crimina*, *vel quo Iustiniani laesam Maiestatem is recte tueatur*, *libratis omnibus ac aequo iudicio, laudaret. Sic certe regia dignissimum Lupara*, *ac in ea fere palmarium historiae Byzantinae librum opusque haberemus.* Iam anno 1695. in praefat. ad libros II. de naeuis iurisprudentiae ante Iustinianeae *Christianus Thomasius* professus est, nouam se editionem meditari historiae arcanae Procopii, coniunctis Alemanni et Eichelii dissertationibus ac notis, ac interspersis vtrobique suis obseruationibus, affectus vtriusque et aberrationes a regulis verisimilitudinis indicantibus. Sed hactenus nihil eius lucem vidit. Neque constat, quo peruenerint codices MSS. Anecdotorum, quos habuere Ioannes Lascaris et Ioannes Vincentius Pinellus. Excerpta quaedam, ex arcana Procopii historia ab *Hugone Grotio* latine versa, leguntur in eius historia Gothorum pag. 519 — 528. *Fabr.* v. *Io. Fabric.* in hist, bibl. Fabric. I. cit. — Ex anecdotis excerpta dedit *Ge. Richterus* in or. de arcanis aulae Iustinianeae, praemissa epistolis select. pag. 50. sqq. — Arcana histor. *germanice*, notisque, in quibus fides Procopii modo defenditur, modo oppugnatur, illustrauit, et in praefat. egit de vita scriptisque Procopii, ... que adseruit illa anecdota *I. Paul. Reinhard.* Prof. quondam Erlangensis, Erlangae et Lipsiae 1753. 8. *hist. arcana* — *Anglice versa* prodiit Londin. 1674. 8. v. Brüggemann View pag. 43. — add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. pag. 432. sq. *Harl.*

Loca duo, propudiosas Theodorae exponentia libidines, quae in editis desiderantur primus ex MS. Vaticano protulit et cum latina sua versione vulgauit Bernhardus Moneta tom. I. Menagianor. pag. 255. seq. edit. Amst. 1716. 12. quae expressa ex Parisiensi 1715. 12.

Orationes Procopii, quas Moguntiae anno 1538. 8. impressas scribit Gesnerus, numquam vidi, suspicorque esse ex historiarum Procopii libris excerptas: nam et illis hic scriptor orationes obliquas rectasque non vno loco inseruit, quas gallice versas memorat catalogus ...eianus. *Fabr.* Atqui *Moguntiae* illo anno *Procopii* libr. de aedific. Iustiniani, latine prodiisse, paullo ante adnotauimus ad sect. 2. Inter codd. collegii Caio Gonuilens. *Cantabrigiae* cod. CMIL. nr. 8. est *Procopii rhetoris oratio et explicatio sanctae sapientiae*, auctore eodem catal. codd. Angl. etc. pag. 115. de codd. Cantabrig. *Harl.*

In catalogo bibliothecae Petri Francii, Amst. 1705. publica auctionis lege distractae, pag. 85. occurrit Procopius graece ex Hoeschelii editione infinitis locis emendatus a *Bonau. Vulcanio*, et aliud eiusdem edit. exemplum collatum cum MS. Vaticano et locis paene infinitis correctum. Praeterea Procopii opera latine, a Vulcanio confecta et hactenus inedita, ... voluminibus MSS. in folio, ac denique historia arcana ex edit. Lugdunensi, cum adnotationibus

ll) *Combefisius* in manipulo rerum CPol. pag. 292.

tionibus MSS. *Dauidis Blondelli.* Credibile eſt, hos libros ex auctione Francii perueniſſe ad Franciſcum Halmam, qui illis in noua editione corporis Byzantini vti voluit, vt ſupra §. 1. pag. 228. huius capitis dicere me memini. *Fabr.* In bibl. Burmanni II. illa exemplaria poſtea tranſiiſſe videntur. vid. bibl. Burmann. pag. 7. de codd. msstis. quo nunc lateant illa, neſcio. *Harl.*

Alii Procopii.

Procopius, Anthemii, imp. frater, aliusque pater hoc nomine, genus ducens a Procopio Cilice, cui de imperio cum Valente contentio a. C. 365. Vide *Sirmondum* ad Sidonium pag. 177. ſeq. qui pag. 199. etiam de Procopio, Anthemii filio, ſiue genero; *Valeſium* ad Socratem pag. 87. et ad Ammiani XXIII. 3. XXVI. 6. Adde ſis quoque *Iacobum Godofredum* in Proſopographia codicis Theodoſiani pag. 380.

Procopius, *Caeſareae* Cappadociae archiepiſcopus, Photii in Synodo partes a. C. 879. ſecutus contra Ignatium. Vide *Allatium* de Synodo Photiana pag. 148. ſeq. et Synodi ipſius Acta ab *Harduino* tom. VI. concilior edita.

Procopius, *Chartophylax* CPol. cuius ἐγκώμιον in S. Ioannem apoſtolum et euangeliſtam memorat *Allatius* pag. 83. de Simeonum ſcriptis. Incipit: Ἀπόστολος ὁ τὴν φαιδρὰν ταύτην συγκροτήσας πανήγυριν. MS. in codice Barocciano 240. vt notat Caueus. *Fabric.* Eadem laudatio, et alia eiusdem Procopii inter codd. *Thom. Gale* n. MMMMMMDCCCLXXVI. in cat. codd. Angl. II. pag. 186. — in Ioan. euangel. in bibl. *Sfortiana* teſte *Montfauc.* in B. biblioth. MSS. I. pag. 701. A. *Harl.*

Procopius, CPolitanus, *Confeſſor*, imaginum ſub Leone, imp. de quo Menologia et martyrologia 27. Febr. *Fabr.* Conf. Sopra vna iſcrizione greca d'Aquileia, Diſſert. D. *Ang. M. Cortenouis*, Barnabita, con i diſegni di alcuni altri antichità. Baſſano 1792. Fuiſſe hic Procopium Decapolitam ſ. Confeſſorem, demonſtrare adnititur auctor, quem quam ille in inſcriptione Γαχάτης cognominetur. *Harl.*

Procopius, praefectus ſub Conſtantino Copronymo. Hiſt. Miſcell. XXII. 41.

Procopius, diaconus, haud credo a Chartophylace diuerſus, qui ſcripſit elogium S. Marci euangeliſtae, quod latine ex Io. Franciſci Albani, Vrbinatis, verſione dedit *Henſchenius* ad 25. April. pag. 345. graece in adpendice pag. 48. tom. III. in Actis S. nctor. April. e MS. Vaticano. Incipit: πάλιν Ἀποστολικὴ καταστράπτει Πανήγυρις. Exſtat et latine in bibl. Concionatoria Combefiſii tom. VI., et graece atque latine ante Catenam in Marcum, vulgatam a *Petro Poſſino*, Rom. 1673. fol. [conf. infra, vol. VII. pag. 769. ſ. vet. ed. *Harl.*] *Procopii*, diaconi et Chartophylacis, Encomium Angelorum Michaelis et Gabrielis memorat *Allatius* pag. 81. de Simeonibus. *Fabr.* Conf. infra, vol. I. pag. 57. inter elogia et vitas Sanctorum. — ibid. pag 98. et pag 400. — et in vol. X. 173. et pag. 544. inter Melodos Graecorum Procopius Chartophylax recenſetur. — *Procop. ſermo in celebrationem orthodoxiae ſanctarum et venerabil. imaginum,* in co-

Tomi

Taurin. regio LXX. fol. 380. v. cat. codd. gr. p. 166. et *Car. du Fresne* (ibi laudatus.) qui in indice auctor. subiecto Glossar. med. et inf. aet. pag. 81. eumdem titulum refert ex cod. Euf. Renaudoti. — *Procopii, diaconi*, in nouum annum, in sanctum Io. euangelistam, in vitam S. Thomae, in cod. bibl. Ambrof. Mediolan. teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 503. E. — *Paris.* in bibl. publ. secund. catal. codd. vol. II. *Procopii, diaconi,* homilia in principium anni, in cod. CXXXVI. — in laudem S. Lucae euangelistae, in cod. MDXLVI. — in SS. Michael. et Gabrielem, in cod. MCCXX. a. *Harl.*

Procopius, Edessenus, Palaestinae praefectus, sub Anastasio, imp., cuius meminit Procopius, Caesareensis περὶ κτισμάτων V. 7.

Procopius, *Gazaeus*, sophista christianus, sub Iustino Thrace a. C. 520 clarus, praeceptor Choricii, sophistae, qui ei etiam successit et defunctum diserta oratione laudauit [mm]), quam vna cum eximiis Procopii huius Commentariis in *Octateuchum*, et *Canticum Canticorum*, ex [P] bibl. Augustanae [nn]) codice graeco descriptis et versione ac notis a se

mm) Hanc orationem graece cum latina Io. Christiani Wolfii versione edidit Fabricius noster, mortuo Oleario, infra in libro V. cap. 31. Vol. VIII pag. 840. sqq. Est quoque ex illa laudatione excerptum in Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιᾷ, in cod. *Ven.* Marc. teste cel. *Villoison* in anecd. gr. tom II p. 26. sq. — Exstat cum aliis Choricii opusc. in cod. regio *Matrit.* Cl. v. *Iriarte* cat. codd. gr. p. 397. add. infra. de Photio, Vol. IX. pag. 422. sq. ed. vet. et quae in fine huius sect. de Procopio Gazaeo notaui. — In S. Maximi opp. quaedam Procopii passim citantur, in cod. *Coisl.* CCLXXI. auctore *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 577—579. — De *Procopio Gazaeo* conf. *G. Caue* hist. litt. SS. eccles. tom. I. p. 504. *C. Oudin.* comment. de SS. eccles. tom. I. p. 1372. *R. Ceillier* hist gen. des AA. E. tom. XVI. p. 320. *Molleri* Homonymoscop. sect. II. c. V. §. 65 p. 514. sq *Hamberg.* Z. N. tom. III. p. 327. sqq. et *Saxii* Onom. II. p. 23. et 532. qui duo posteriores plures laudant. *Harl.*

nn) Laudat illum codicem *Georg Hieron. Welschius* de vena Medinensi pag. 66. vocatque perantiquum atque perelegantem, qui olim papae Nicandri, archidiaconi, fuerit, eumque ipsum, quo vsus Claudius Thrasybulus. Et graeca praeclari scriptoris edi merito optat *Rich. Simon* tom. IV. Bibliothecae criticae pag. 143. *Fabric.* Ex apographo Olearii cl. *Io. Christi. Gottlieb Ernesti*, prof. Lipsiens. specimen dedit, cum versione lat. notisque, ac spem fecit nouae editionis, in epistola de Procopii Gazaei commentariis graecis in Heptateuchum, (h. e. in Pentateuchum, libr. Iosuae ac Iudicum,) et Canticum ineditis. Lips. 1785. 4. — Editionem eius, (vti quondam ad Vol. I. p. 428. vet. ed. (nostrae autem p. 690.) in nota Fabr scripserat, ex msto. cod. Vaticano promiserat Holstenius in vita Porphyrii. Citat etiam *Allatius* ad Georgium Acropolitam p. 269. et ante hunc *If. Casaubon.* ad Polybium pag. 89. — — In bibl. *Vindobon. Caesar.* in cod. CLXXV. nr. 1. est *Procopii* commentar. in Genesin. et in cod. CCXXXII. nr. 2. *Procopii* epitome eclogarum ex variorum auctorum expositionibus in Genesin. (v. *Lambec.* comment. Vol. IV. p. 404. et Vol. V. pag 140. sq.) — *Romae* in bibl. Ottobon. *Proc.* in Genesin, bis, it. in bibl. Sfortiana. (*Montfauc.* B. biblioth MSSt. I. p. 187. B. et 191. B. it. 703. E.) — *Leidae* in bibl. publ. *Proc.* epitome eclogarum in Genesin et alias partes V. T. (cat. bibl. Leid. p. 336. nr. 50.) — *Taurini* in B. regia, cod. L. *Proc.* epitome eclogarum in Genesin. ibid. in cod. CCLXXXII. *Proc.* expositio compendiosa Cantici canticorum excerpta ex Gregorio Nysseno, Cyrillo Alex Origene aliisque pluribus. (v. catal. codd. gr. Taurin. p 155. et 382.) — In cod. *Coislin.* VII. in catena in libros Regum, permulta sine auctor. nomine scholia ex Procopio desumta esse, monet *Montfauc.* in bibl. Coisl pag. 43. — In catena in libros IV. Regum, scholia ex *Procopio* potissimum *Gazaeo* et Theodoreto depromta,

ſe illuſtratis, editurus Godfridus Olearius, theologus Lipſienſis, morte prohibitus eſt. Ἐξηγητικὰς illas σχολὰς in Octateuchum, Photio pridem laudatas cod. CCVI. habemus hactenus latine tantum ex verſione minus accurata (Conradi Clauſeri, qui ſcholia in Geneſin, Exodum et Leuiticum vertit, et in quibusdam exemplaribus venit nomine Claudii Thraſybuli, cetera ex verſione *Hartmanni Hombergeri*, Tigurini, Tiguri 1555. fol. oo). Scholia *in quatuor libros regum et duos chronicorum*, quae itidem Photio lecta ſunt, interpretatus eſt *Lud. Lavaterus* pp), cum cuius verſione graece ea e codice ſuo vulgauit, caſtigationesque addidit *Io. Meurſius* Lugd. B. 1620. 4. [et in *Meurſii* Opp. tom. VIII. pag. 1. ſqq.] Eiusdem Ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ *in Proverbia* extat graece MS. in codice regis chriſtianiſſimi MMCDXXXVI. de quo *Montfauconius* in Palaeographia graeca pag. 278. ſq. Idemque videtur cum commentario Procopii in prouerbia, quem laudat *Turrianus* in defenſione epiſtolarum Pontificum IV. 4. 6. 17. Praeclarum eiusdem Procopii Commentarium *in Eſaiam*, Photio ſimiliter laudatum, cum verſione ſua graece vulgauit *Io. Curterius*, Pariſ. 1580. fol qq). Quos vero idem Photius cod. CLX. laudat. Procopii λόγοι ſiue *Orationes* varii generis, et *locorum Homericorum Metaphraſes oratoriae*, in varias ideas efformatae, haud exſtant rr), quod ſciam, licet *Nic. Alemannus* praef. ad alterius Procopii, Caeſarienſis, anecdota, *declamationes* Pro-

ta, in cod. *Vindobon.* caeſareo V. obſeruante *Kollario* ad Lambecii comm. Vol. III. pag. 37. et Kollario haec exegeſis digna omnino videtur, quae in lucem proferatur publicam.

oo) Apud Maittair. A. T. III. p. 378. *Proc.* in Octateuch. per Andr. *Gesner.* Tiguri 1545. fol. ſed v. Hamberg p. 328.

pp) Vel potius *Hartm. Hambergerus*, notante Hambergero in z. N. l. c. p. 329. *Harl.*

qq) Titulus plenior eſt: *Procopii* — variarum in Eſaiam prophetam commentationum epitome: cum praepoſito *Euſebii* Pamphili fragmento de vitis prophetarum: *Ioanne Curterio* interprete. Additae ſunt ad graeca Eſaiae veterum ſeptem interpretationum differentiae, cum ſuis notis ab Origenis hexaplis deſumtae. Parii Mich. Sonnius. 1580. fol. — Breuitatis ſtudio hic codices *Procopii* comment. in Eſaiam et reliquos libros ſacros indicabo. — In bibl. Hiſp. *Eſcorial. Proc.* epitome ex variis expoſitionibus in Eſaiam, teſte *Plüer.* in itiner. per Hiſpan. p. 189. — Eadem in cod. XLIV. *Monach. Bauar.* elect. v. catal. codd. gr. p. 13. — *Venetus* in bibl. D. Marci cod. XXII. eſt *Proc. Gazaei* epitome commentarior. in Eccleſiaſten ex voce Gregorii Nyſſeni, Dionyſii Alex. Origenis, Euagrii, Didymi, Nili, in primis Olympiodori; et in cod. XXIV. *Proc.* commentar. in Eſaiam (cat. codd. gr. pag. 21 et 22.) — *Pariſ.* in bibl. publ. in cod. CLIII. *Procopii* interpretatt. in Canticum canticorum et prouerbia Salomonis epitome. — In cod. CLIV. *Proc.* comm. in prouerbia Salom. et in cod. CLXXII. nr. 1. *Proc.* commentar. in Canticum canticorum, graece, ineditus; nr. 2. eiusdem commentar. in prouerbia Salomonis ex Apollinarii, Baſilii aliorumque ſcriptis collectus. ſecund. catal. codd. tom. II. p. 25. et 27. — *Romae* in bibl. *Ottobon. Proc.* in prouerbia, bis, v. *Montfauc.* B. biblioth. MSSt. I. pag. 187. B. et 188. D. — — Inter codd. *Thom. Gale* nr. MMMMMMDCCCCXCVI. in cat. codd. Angliae etc. II. p. 186. fragmenta veterum interpretum ex *Procopio* in Eſaiam. *Harl.*

rr) De *Proc.* metaphraſ. homericor. carminum v. ſupra in Vol. I. pag. 520. XLIII. — Duae autem oratt. poſt Fabricii aetatem detectae et publicatae ſunt. Vnam orationem, ſ. [illegible], incognitam, in *Anaſtaſium*, imperat. [illegible] εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀναστάσιον, ex cod. *Veneto* [illegible] CCCCXXVIII. edidit doctisque ornauit animaduerſſ. cl. *Villoiſon* in anecdotis gr. II pag. 28. ſqq. quo iam monente Procopius Anaſtaſii vitam clarius illuſtrat, ac de eo multa tradit, quae nusquam, neque apud antiquiores, neque ap. recentiores, Anaſtaſii vitam perſequentes, leguntur. — [illegible] vero in cat. codd. gr. [illegible] pag. 204. ſq. e cod. LXXII. primus [illegible] Proc. Gazaei *Monodiam* ſ. lamentationem in S. *Sophiam*, terrae motu collapſam, [illegible]

Procopii Gazaei ineditas memorare videatur [55]). Hunc Procopium respicit Aeneas Gazaeus, eius aequalis, epistola 19, ὁ ἐμὸς Προκόπιος. Isaacum vero Vossium, qui responso ad tertias Rich. Simonis obiectiones pag. 118. ex epistola 26. Procopii ad Hieronymum, nescio quem, in Aegypto commorantem, concludere voluit, Procopium, epistolarum scriptorem, aequalem fuisse Hieronymi, Stridonensis, refellit *Io. Marcianaeus* tom. IV. Hieronymi sui, pagina vlt. et *Io. Clericus* bibl. selectae tom. XVII. pag. 143. seq. *Fabr.*

[De *epistolis Proc.* Fabric. quidem in vol. I. egerat; sed ego ibi pag. 690. XXX. initium tantum ponere, reliqua, iis, quae ipse Fabric. h. l. repetierat, omissis, ad h. l. reseruare, satius commodiusque esse duxi. Fabric. igitur ea, quae sequuntur, ibi scripsit. „Non solum vero orator egregius fuit *Procopius*; sed, teste Choricio, tanta quoque rerum diuinarum scientia et sacrarum litterarum cognitione fuit instructus, vt miraculi instar posset videri vsque adeo eumdem in dicendi facultate profecisse. Nec minus probis quoque moribus exstitit, vt, solo habitu excepto, referret sacerdotem, et multos ad meliorem frugem oratione sua conuerteret.“ De Procopii ad Hieronymum epistola v. Fabr. infra, libr V. cap. 24. pag. 375. sq. vol. VIII. — LX. epp. Procopii excusae sunt in collect. epistolar. gr. Venet. apud Aldum 1499. 4. et gr. ac lat. in coll. Cuiac. pag. 429. sqq. — XXII. epp. recusae sunt in *Io. Patusae* Encyclopaed. philol. vol. I. pag. 233 sqq. — *Procopii* epistolae sunt in codd. MXXXVIII. et MMXXII. bibl. publ. *Paris.* — in cod. reg. *Matrit.* CXVI. (v. *Iriart.* cat. codd. gr. p. 466. in primis p. 469.) — in bibl. *Laur. Medic.* in cod. XXXIII. nr. 11. plut. 32. epp. 112. vel potius 110. ob duplicatos numeros 64 et 65. ergo duplo ferme plures, quam in collectione *Cuiaciana*, in vol. I. supra recensa, a pag. 429. ad p. 447. quarum singularum initium, et earumdem indicem, ordine alphabetico digestum, dedit *Bandin.* in cat. codd. Laur. gr. II. pag 185. sqq. idem animaduertit, in collectione Cuiaciana ex illis, in codice seruatis, editas tantum esse XXXIX. sed in cod. desiderari vicissim epp. XXI. quae in illa collectione reperiuntur. — ibid. in cod. XII, nr. 20. plut. 57. sunt *Proc.* epistolae XL. ex quibus quindecim inter editas habentur: septem vero neque in cod. superiore, neque in collect. Cuiac. occurrunt; de quibus vid. *Bandin.* l. c. pag. 351. sq. — In cod. Naniano CCLXXVIII. nr. 3. *Procopii* epp. 58. (v. cat. codd. Nan. pag. 461) — Inter codd. *Vossianos* epp. *Procopii* Gazaei et aliorum, secundum catal. codd. Angliae II. pag. 60. nr. MMCCXXII. — Quinque epp. in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* itin. per Hispan. pag. 188. *Harl.*

Procopius, *martyr* Caesareae sub Diocletiano, de quo Baronius ad martyrologium VIII. Iulii Hesychii, presb. Hierosol. encomium in hunc Procopium memorat *Allatius* pag. 108. de Simeonibus. Incipit: Προκοπίῳ τὴν θυσίαν ὁ Χριστὸς ἐστεφάνωσεν, ταῦρον αὐτὸν ἰδών. *Fabr.* De hoc vid. *Eusebius* libr. de martyr. Palaest. cap. 1. ibique Valesii nota. — *Martyrium* Procopii, in codd. Coislin. CXXI. et cod. CCCVII. (teste *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag 196 et 424.) — *Procopii*, martyris, vita Mediolani in cod. bibl. Ambros. auctore *Montfauc.* in B. Biblioth. MSSt. I. p. 503. E. *Harl.*

55) Conf. *Villoison* anecd. gr. II. p. 46. sq. not. ubi docet, Fabricium h. l. recte tribuisse Procopio orationes et metaphrases; male autem retractasse sententiam in Vol. IX. p. 423. *Harl.*

Procopius, *presbyter*, qui ex Dorotheo, Tyri episcopo, circa a. C. 525. composuit commentarium de LXX. discipulis Christi et duodecim apostolis, quem post Cangii editionem, de qua supra cap. 4. nr. 8. p. 145. ego a. 1713. recudendum dedi ad calcem librorum de vita Moysis, notis Gilb. Gaulmini illustratorum. *Fabr.* *Procopius* totam illam disputationem *Dorotheo* cuidam, Tyri, vt ferunt, temporibus Constantinorum et Iuliani, episcopo adfinxisse videtur *Saxio* Onom. II. pag. 25. et *Hambergero* zuv. Nachr. II. pag. 740. sq de *Dorotheo* illo, sub cuius nomine editus est tractatus de LXX. domini discipulis graece cum versione lat. et obseruatt. *Gul. Caue* in eiusdem hist. lit. SS. eccl. tom. I. pag. 164. gr. ac lat. in chronico Paschali, p. 426. sqq. ed. Paris. — latine in bibl. PP. max. tom. III. p. 426. add. *Oudin.* comm. de SS. ecclef. tom. I. pag. 1378. *I. G. Walch.* hist. ecclef. N. T. pag. 1497. *Harl.*

[*Procopius*, *solitarius*, ad quem epist. scripsit Theodorus Studita, in cod. Coisl. CCCXIX. teste *Montfauc.* in B. Coisl. pag. 314. *Harl.*

[*Procopius Demetrius.* v. Breuis recensio eruditorum Graecorum superioris saeculi, gr. lat. pag. 770. Hamburg. 1722. 4. in catal. libror. bibl. Tigurinae. Tiguri 1744. 8. tom. II. pag. 298. *Harl.*

IV. AGATHIAS, e Myrina tt), Aeolidis ciuitate, quae et aliquibus dicta Smyrna uu) Filius Memnonii, rhetoris vv) ac Pericleae, trienni ei ereptae et Byzantii sepultae. Cum iur ciuili Alexandriae ww) operam dedisset, professione scholasticus xx), religione [†] Christia-nus

tt) Agathias ipse prooemio historiae: Ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μυρίνη δὲ πατρὶς, Μεμνόνιος Πατήρ· Τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μυρίνα δέ φημι, ὃ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐδὲ ἥτις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷδε κέκληται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ.

uu) *Georgius Syncellus* pag. 181. Μυρῖνα, παρά τισι Σμύρνα λεγομένη, ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ. Licet huic testimonio non valde multum tribuat *Martinus Hanckius* lib. de scriptoribus Byz. pag. 176. videtur tamen inde factum, vt in nonnullis Suidae codicibus in Ἀγαθίας, pro Μυριναῖος legatur Σμυρναῖος, licet Μυριναῖος in codicibus optimis, Vaticano et Parisiensi, legi testetur *Klisterus*, quem, si placet, vide, et *Holstenium* ad Stephanum Byz. p. 215. *Fabr.* Ab *Eudocia* in Ἰωνιᾷ p. 59. dicitur Ἀγαθίας, σχολαστικὸς Σμυρναῖος. Conf. de eo *Voss.* de histor. gr. II. cap. 22. pag. 215. sq. *Cas. Oudinus* comm. de SS. eccl. tom. I. p. 1452. *Hamberg.* zuverl. Nachr. III. p. 438. *Saxii* Onom. II. p. 64. sq. supra in Vol. III. pag. 424. sqq. et p. 459. de Anthol. graeca. *Harl.*

vv) *Agathias* ipse epigrammate in Matrem III Antholog. pag. 332.

Ἐσσὶ δὲ τίς· Περίκλεια, γυνὴ τίνος; ἀνδρὸς ἀρίστου
Ῥήτορος ἐξ Ἀσίης οὔνομα Μεμνονίου, etc.

Habuit et Agathias sororem eruditam, *Eugeniam* quam defunctam celebrat epigrammate, quod legitur eodem libro pag. 334.

ww) *Agathias* lib. II. hist. p. 52. edit. regiae

xx) Falluntur, qui Smyrnae caussas in foro perorasse Agathiam colligunt ex Suidae loco, Vulcanius, Vossius, Heidenreichius. Nam licet patronum caussarum fuisse certum sit, atque ipse nonnullo loco hoc tradat, tamen, qua in vrbe id fecerit, nusquam declarat, et ex Suida etiam emendato male colligas, hoc eum fecisse Myrinae in patria. Nihil enim aliud ille vult, quam Agathiam fuisse Myrinensem, et fuisse *scholasticum*, hoc est, aduocati in foro egisse partes. Suspicor Byzantii, vbi defunctam sepultamque matrem plangit in epigrammate a me iam laudato, et quem se Alexandria, vbi studiorum caussa fuerat commoratus, reuersum scribit lib. II. Hist. p. 53.

nus [yy]), prouidentiae diuinae omnia moderantis, iustique et aequi et sectandae in iudicando modestiae adsiduus adsertor, eleganti stilo musis gratias admiscere cupiens [zz]), composuit post *Iustiniani* Augusti, a. C. 566. defuncti, fata, neque ante a. 593. edidit [a]), de eius imperio siue de rebus, ipso imperitante gestis, *libros V.* initio sumto ab anno eius XXVI. Christi DLIII. [b]) vbi desinit Procopius, Caesareensis [c]), vsque ad cladem Hunnorum, in se ipsos, instigante Iustiniano, arma vertentium, anno eius XXXII. Christi DLIX. Laudat Agathiam vna cum Procopio, et, (qui Agathiam continuauit,) Menandro, Hesychioque illustri, Constantinus Porphyrogennetus lib. I. de thematibus Orientis cap. 2. et Iohannes, scholasticus, Epiphaniensis, libro I. historiae, cuius verba Procopii Anecdotis praefixit Nic. Alemannus. *Fabr.* In cod. *Paris.* bibl. publ. MDCI. sunt duo fragmenta, quorum alterum *Procopii* de Persis, alterum *Agathiae de Francis* est. — *Leidae* in bibl. acad. inter codd. Bonauent. Vulcanii *Agathiae* historia de Iustiniani regno, gr. quo exemplari vsus fuisse dicitur in cat. illius bibl. p. 346. nr. 54. Vulcanius in edendo. Ibid. p. 344. nr. 9. in fasciculo plurium libellorum est *Agathiae* praefatio, (forsan ad collectionem epigrammatum.) — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. in cod. XVII. nr. 9. plut. 59. ex chronographia *Agathiae* de Phocensium in Massiliam transmigratione et de Francis excerptum. ibid. in cod. VI. plut. 69. *Agathiae* versus sepulcrales heroelegi in Plutarchum: (exstat in Anthol. libro V. c. 33.) — ibid. in cod. XIII. nr. 64. plut. 74. sunt plura excerpta ex *Agathiae* libris V. histor. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Vol. II. p. 530. et 626. Vol. III. p. 113. — Secundum catal. codd. Angliae etc. I. p. 263. *Oxon.* inter collectanea Ric. Iamesii excerpta ex Agathiae historia. — Auctore *Montfaucon* in B. bibliothec. in bibl. *Vaticana*, Agath. histor. libri V. et in cod. MMIV. de B. Gothorum. — *Romae* in bibl. Ottobon. *Agathias*, gr. (tom. I. p. 9. A. 105. A. et 188. B.) — lat. per Chri-

yy) Colligo hoc ex lib. I. p. 13. vbi de Francis: Χριστιανοὶ γάρ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τῇ ΟΡΘΩΤΑΤΗι χρώμενοι δόξῃ. Tum longe magis id patebit ex pag. 18. et lib. III. pag. 101. Quin illo ipso ex loco lib. III. pag. 77. vbi memoratur Στεφάνου τοῦ θεσπεσίου ἱερὸν, *Diui Stephani templum*, ex quo non fuisse Christianum volunt euincere viri doctissimi *Vossius* de hist. graecis pag. 270. et *Hanckius* loco laudato. Nam quod ait φασὶ, non necesse est, vt ipsum vel dubitasse de rei veritate, vel per famam tantum eam accepisse velut alienum exinde concludamus, quemadmodum illud de Moyse, *vt ferunt*, apud Chalcidium pag. 72. Adduntur enim talia a scriptoribus quandoque, licet ipsis plane persuasis, vt a Flauio etiam Iosepho fit interdum, de rebus testatissimis scribente praecipue, vbi videns, se tradere aliquid, quod ethnicis hominibus possit videri exoticum vel incredibile. Similem ob caussam christiana religio Agathiae dicitur ἡ ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξα lib. III. pag. 89. vel lib. II p. 69. ἡ παρὰ Ῥωμαίοις κρατοῦσα ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξα, vti apud *Eusebium* IV. 8. hist. ἡ μόνη παρὰ πᾶσι κρατοῦσα καὶ ἀνωμολογημένη.

zz) *Agathias* sub init. libri III. ἐθέλω γὰρ ὡ ἐπ' ἐμοὶ ἂν καὶ περιπλάσαι ποιήμασι, ταῖς Μούσαις, φασὶ, Χαρίτας ἀρίστας καταμιγνύναι.

a) Euagrius, Epiphaniensis Syrus, quem anno 593. 594. scripsisse supra demonstraui, libro V. capite vltimo, testatur, *Iohannem* popularem et cognatum suum et Agathiam eorumdem Iustiniani temporum historiam tum composuisse quidem, sed nondum in vulgus dedisse, οἳ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

b) Ita recte *Labbeus* in protreptico ad hist. Byz. p. 38. Sed apud *Hanckium* de hist. Byzantinae scriptoribus p. 192. male excusum 558. Annus duodetricesimus imperii Iustiniani memoratur ab Agathia lib. II. pag. 66.

c) Agathias ipse in prooemio, et Suidas in Ἀγαθίας.

Christoph. Personam, de B. Goth. e graeco, in bibl. Laur. Medic. cod. I. plut. 68. (I. p 373.) — *Venetiis* in B. Marciana, in cod. DCCXXII. *Agath.* hist. sed liber primus totus desit et pars secundi. — in cod. DCVII. *Agathiae* Daphniaca. (cat. codd. gr. p. 281. et 314.) sed de hoc op. vide ad finem huius paragraphi. *Harl.*

Editiones Agathiae.

Latine ex versione *Christophori Personae*, Prioris S. Balbinae, (sed qui integras hinc inde, vt in prooemio statim, periodos omisit et alioqui passim hallucinatus est, [d]) Rom. 1516. fol. [e]) Augustae Vindel. per Sigismundum Grimmium et Marcum Wirsungum, 1519. 4. et cum Procopio ac Iornande, Sidonii Apollinaris epistola [f]) de Theodorico, imp. et Leonardi Aretini libris IV. de bello Italico contra Gothos, et Chuonradi Peutingeri, Augustani, de gentium quarumdam emigrationibus, praemissa Beati Rhenani praefatione, Basil. 1531. fol. apud Io. Hernagium. Lugd. 1594. 8. Atque cum Zosimo, ex *Io. Leunclauii* recensione siue interpolatione et cum eius notis, ibid. apud Petrum Pernam 1576. fol. Dedicatio Personae ad Sixtum V. ex MS. Vaticano MM. 4. publici iuris facta legitur in Diario Veneto eruditorum Italiae tom. XIX. p. 347. [s. in *Zeni* diss. Voss. l. c.]

Excerpta e libro I. et II. Agathiae, ad Gothos pertinentia, *Hugone Grotio* interprete, in eius historia postuma Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655. 8. p. 529.

Graece primus ex vnico codice suo edidit *Bonav. Vulcanius*, et mox separatim *latinam* suam versionem, itidemque notas et castigationes vna cum Coronide epigrammatum Agathiae, metaphrasi donata a Iosepho Scaligero et Iano Dousa, Lugd. Bat. 1594. 4. Vulcanii versionem bonam in plerisque et doctam, statim in limine castigat Maltretus ad Procopium. [Exempl. in bibl. *Leidensi* Salmasius sua manu quaedam adscripsit. v. cat. bibl. Leid. p. 219.

Graece et latine cum Vulcanii versione, Paris. 1660. fol. in qua editione nihil accessit praeter splendorem chartae typorumque, et quod graeca ex aduerso posita latinis sunt, [rec. in corpore Byzant. ed. *Ven.*]

Codices

d) Vide *Hadr. Iunium* lib. I. animaduers. cap. 4. *Vulcanium* praef. et in notis passim earumque extremo: *Vossium* arte historica pag. 94. et *Reinesium* Var. lect. p. 416.

e) *Agathius* de B. Gothorum, *Christoph. Persona* interprete. Impressum Romae ap. Iac. Mazochium. 1516. fol. v. cl. *Panzer* A. T. Vol VIII. pag 257. in primis *Appstoli Zeni* diss. Vossiane, tom. II, p. 141—144. — De ed. altera: *Agathias* de B. Gothorum et de aliis historiis temporum suorum, per *Christoph. Personam*, Romanum, Priorem S. Balbinae, e graeco in latin. traductus. Praefatus est *Aegidius Rem.* I. V. D. Canonicus Patauiensis etc. Augustae Vindelic. per Sigismundum Grimm et Marcum Wirsung. 1519. 4. v. cl. *Panzer* VI. p. 156. *Harl.*

f) Est illa libri I. epistola secunda.

Codicis MS. graeci historiarum Agathiae Vaticani meminit Gesnerus, sed qui fallitur, quando Agathiam suspicatur collegisse apophthegmata philosophorum, quia in catalogo codicum MSS. bibl. Vaticanae statim post Agathiam illa sine nomine scriptoris commemorantur.

Gelius Agathiam vertit post Fumanum, cuius interpretatio cum Procopio [P] prodiit Paris. 1587. fol. *Ludouicus Cousinus*, Paris. et Amst. 1685. 12. tomo secundo historiae Byzantinae gallica lingua donatae.

Alia Agathiae scripta.

De *epigrammatibus* LXXX. quae leguntur in Anthologia et ad calcem editionis Vulcanianae, nec minus de Κύκλῳ siue στέμματι Ἐπιγραμμάτων, quod ille ex epigrammatibus poëtarum sui temporis concinnauit, dixi libro III. cap. 32. [vol. IV. p. 424. sqq. et p. 459.] Epigramma eius in Sophiam Iustini, iunioris, legitur etiam apud Zonaram. Epigramma, nescio, cuius, in Butelinum, Francorum ducem, a Narsete debellatum, quod habet Agathias libro II. p. 47. occurrit quoque in themate secundo Thematum Occidentis siue Europae Constantini Porphyrogeniti, sed mutilum, quia Fed. Morellum, interpretem Gallum, puduit credo reddere haec verba:

Ἡνίκα Φραγκικὰ φῦλα κατέκτανεν Αὐσονὶς αἰχμή.

Sed restituit illa in nouissima Constantini editione Bandurius. *Fabr.* *Agath.* epigr. sunt quoque in Anthol. gr. ed. *Iacobs* tom. III. pag. 3. sqq. qui praeterea praefat. Agathiae edidit in animaduerss. in epigrr. Anthol. Vol. I. prolegomen. pag. LII—LVIII. Lips. 1798. 8. — Epigramma quoddam in Anthol. Planud. VII. ep. 30. Anal. III. p. 38. late docteque explicat illustratue *Huschke* in Analectis criticis in Anthol. graec. Ienae et Lips. 1800. 8. pag. 170. sqq. *Harl.*

Scripserat porro Agathias praeter alia multa poëtica, quae vocat ἀγωνίσματα, etiam opus eroticum μύθοις πεποικιλμένον ἐρωτικοῖς, inscriptum Δαφνιακὰ *Daphniaca*, Suidae et Eudociae memorata, *versu hexametro*, vt ipse in prooemio historiae auctor est, *libris IX.* vt idem docet hoc epigrammate, VI. 9. Anthologiae pag. 425.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι,
Ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετό σοι, Παφίη.
Οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω ὅσσον ἔρωτι etc. [g]) *Fabr.*

INDEX

g) In cod. *Veneto* Marc. DCVII. auctor catal. codd gr. Venet. pag 3 4. falso deceptus titulo, et animaduertit cl. *Villoison.* in anecd. gr. II p. 2) seruari credidit *Agathiae*, scholastici, *Daphniaca* perdita; quum ea sit, ait Villoison., toties cula de Clitophontis et Leucippes amoribus, *Achillis Tatii fabula*; quod ex primis ipsius verbis, a Zanetto ibidem adlatis, antequam Venetias attigissem, deprehenderam et indicaueram pag 1. mearum animaduerss. ad Longum. Hactenus Villoison. *Harl.*

INDEX scriptorum, ab AGATHIA citatorum, aliquot locis plenior, ad paginas edit. Parif.

Sergii

h) Vel Paulus Cyri F. Flori nepos.

INDEX scriptorum et aliorum quorundam, a PROCOPIO memoratorum: ad paginas edit. Paris.

Soli numeri libros Historiarum, Ae praemissum libros de Aedificiis, A Anecdota denotat.

Iustinia-

Mena

†) Obiit Theodora XIV. bell. Gothici, imperii [illegible] Iustiniani XX. [illegible] Gothico. Licet autem superstite Iustiniano [illegible] hum cum Petro. vide Procopium III. 30. de bello [illegible] Procopius [illegible] credidetim.

Vigilius, episcopus Rom. 500. 501. 548. A. 79. 80. a Belisario promotus, relegato Siluerio in Cretam. 374.
Xenophon de Cyri institutione. *praef. de Aedif.*
Zeno, senator CPol. A. cap. 12.

V. PAULLUS, Cyri fil. Flori Nepos [k]), nobilitate generis opibusque, et dignitate, (siquidem Iustiniani, imp. *Silentiariorum*, siue Secretariorum primicerius fuit,) illustris [l]), nec minus ingenii ac doctrinae laude praestans, *Templum S. Sophiae*, hoc est Christo [m]), qui Dei patris sapientia est, a Iustiniano, imp. post Theodoram [n]), coniugem, iam exstinctam, encaeniis secundis anno imperii sui XXXVI. 24. Dec. [o]) Christi 562. CPoli dedicatum, pulcerrima ἐκφράσει, versibus hexametris, (prooemium iambicis versibus 134. constat,) ita descripsit, vt oculis propemodum subiecerit, idque per postremos duos encaeniorum [p]) dies praesentibus imperatore et Eutychio, patriarcha, in tomo patriarchali praelegit, ex quo ipso etiam poemate constat, eum fuisse Christianum. Citatur subinde haec templi Sophiae descriptio a Salmasio ad Plinium et hist. Augustam: is enim A. 1607. e codice Palatino descripserat. Habuit etiam apographum ex eodem codice Claudius Maltretus, qui edere promisit praef. ad Procopium. At Philibertus de la Mare, senator Diuionensis, Salmasianum *Cangio* transmisit, neque potuit in meliores manus incidere eximium illud antiquitatis monumentum. Hic enim vir doctissimus graeca recensuit atque ex ingenio castigauit, ac maioribus lacunis exceptis

k) *Agathias* lib. V. p. 153. vbi de templo S. Sophiae: εἰ δέ τις ἐθέλοι πόῤῥω που τυχὸν τῆς πόλεως ἀπῳκισμένος ἅπαντα γινώσκειν σαφῶς ἅπαντα, καθάπερ παρὼν καὶ θεώμενος, ἀναλεγέσθω τὰ ΠΑΥΛΩι Κύρου τοῦ Φλώρου ἐν ἑξαμέτροις πεπονημένα, ὃς δὴ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς ἐπιστάσας, γένους τε κοσμούμενος δόξῃ, καὶ πλοῦτον ἄφθονον ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ὅμως παιδεία γε αὐτῷ καὶ λόγων ἄσκησις διεσπούδαστο, καὶ ἐπὶ τοῖσδε μᾶλλον ηὔχει καὶ ἐσεμνύνετο. Versus ex hac ecphrasi Pauli Silentiarii laudat Suidas in Ἥρανος. Ceterum falli eos, qui nostrum, Paulum Cyrum Florum adpellant, vt praeter Vulcanium, Vossiumque Reinesius pag. 471. Var. lect. Cangio et Hanckio pridem animaduersum. Iidem verisimiliter coniiciunt, partem Pauli fuisse Cyrum, poëtae poëtam, cuius epigrammata quaedam in Anthologia leguntur. At Florum huius Cyri patrem, Pauli auum, aegre mihi persuaserim, illum esse Florum ἀπὸ ὑπάτων siue consulem codicillarem, qui eodem Iustiniano imperante claruit, et cuius in nouellis atque codice mentio: paullo enim antiquior Florus quaerendus.

l) Confer supra in Vol. IIII. p. 452. et p. 457. sqq. ibique *Lessingii* Geschichte zur Literatur etc. laudatam; a cuius tamen opinionibus et coniecturis aliquoties fecit discessionem censor in Philolog Biblioth. tom. II. part. I. (Gottingae 1773. 8.) pag 162. sqq. item *Hamberg.* zuverl. Nachr. part. III. p. 407. sq. *Saxii* Onom. II. pag. 50. et quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 429. sqq. *Paulli Silent.* epigramm. sunt quoque in Anthol. gr. ed. *Iacobs* tom III. p. 41 — 73. De nomine et officio Silentiariorum v. *Fabrott.* in glossario Cedreni et *Villoison* anecd. gr. part. II. p. 29. not. 1. *Harl.*

m) *Procopius* in Vandalicis pag. 193. diserte testatur, templum μεγάλου ΧΡιστοῦ τοῦ Θεοῦ apud Byzantinos vocari templum Σοφίας, ταύτην δὴ μάλιστα τῷ Θεῷ πρέπειν τὴν ἐπωνυμίαν ἡγημένους.

n) Paulus Silentiarius prooem. v. 59. seq.

o) De tempore dedicatae post prioris templi conflagrationem a Iustiniano aedis Sophiae et de duplicibus eius encaeniis, quorum posteriora in annum quintum post trullam, anno 32. Iustiniani collapsam, incidunt, videndus *Cangius* in commentario ad Pauli ἔκφρασιν pag. 528. *Hanckius* lib. de Byz. hist scriptoribus cap. 6. pag. 165 seq. et *Banduriu*s p. 776. ad antiquitates CPolitanas.

p) Durarunt encaenia illa per dies XV. facto initio ab XXIV. Decembris.

ceptis ſuppleuit, verſionemque latinam perſpicuam, et eruditiſſimum de templo Sophiae commentarium adiunxit. Pariſ. 1670. fol. ad calcem Io. [-[P] Cinnami. [rec. in corpore hiſt. Byzant. ed. Venetae. tom. XI.] MS. Vaticanum q) laudat Lambecius notis ad Codinum, eumdem, vt opinor, codicem innuens, qui e Palatina bibl. in Vaticanam eſt translatus. Sophiae templum plures deſcripſerunt e veteribus, vt Procopius lib. I. de aedificiis, Codinus et Anonymi graeci, a Combefiſio, Lambecio et Bandurio, editi, e recentioribus praeter Cangium illo, quem dixi, ad Paulum commentario, et libro tertio CPoleos chriſtianae, *Grelotius* in itinere CPolitano, gallice edito Pariſ. 1680. 4. e quo plura repetit *Bandurius* tom. II. imperii Orientalis pag. 744. ſeq.

Teſtatur Agathias r), plura alia poemata a Paulo elaborata, pulcerrimum tamen eſſe, quod in Sophiam compoſuit. Ex illis ſunt *epigrammata* graeca complura, quae in Anthologia Maximi Planudae leguntur, vt dixi lib. III. cap. 28. [32. p. 452. inprimis, pag. 487. ſq. Vol. IV.] vbi etiam habes de carmine *in Thermas Pythias*, de quo iam addere liceat, quod idem prodiit Venetiis cum Metaphraſi latina *Claudii Ancantheri* a. 1586. et quod in codice MS. Mediceo ſcamn. LV. num. 7. cuius apographum fuit inter libros Gudianos, inſcriptio carminis auctorem innuit non Paulum noſtrum, qui imperitante Iuſtiniano vixit, ſed alterum, longe iuniorem, Paulum Silentiarium, clarum temporibus Conſtantini Porphyrogeniti. s) *Παύλȣ Σιλεντιαρίȣ εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμὰ, ἡμίαμβα δίμετρα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Κωνςαντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον.* Incipit ibidem:

βȣ́λει μαθεῖν Αὔγȣςε
Κωνςαντῖνε κράτιςε
Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα etc.

THEOPHYLACTUS, gente Aegyptius, et Petro, Aegypti praefecto, cognatione iunctus, t) ab Hanckio [[P] u) (quem et ipſe alibi v) ſequutus ſum,) patria Locrenſis

q) Ex cod. vti videtur, Palatinae bibl. Claudii Salmaſii manu deſcriptus codex eſt in bibl. publ. *Pariſ*. nr. MDCCLXXVII. — Inter codd. Mendozae fuiſſe dicitur Theoph. hiſtoria. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 277. *Harl.*

r) Agathias loco laudato: *καὶ τοίνυν πεποίηταί οἱ καὶ ἄλλα ὡς πλεῖστα ποιήματα μνήμης τε ἄξια καὶ ἐπαίνȣ. Δοκεῖ μοι δὲ τὰ ἐπὶ νεῷ εἰρημένα μείζονός τε πόνȣ καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεα καθεστάναι, ὅσῳ καὶ ἡ ὑπόθεσις θαυμασιωτέρα.* Eiusdem Agathiae epigramma ad Paulum Silentiarium, vna cum altero, quo Paulus ei reſpondet, legitur in Anthologia epigramm. graecorum lib. VII. p. 603. 604. edit. Wechel. ex quibus conſtat, amicos ac familiares inter ſe fuiſſe. Meminit huius Pauli etiam Suidas in *Ἀγαθίας, συνήκμασε καὶ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ.*

s) Sed erraſſe Fabricium, cod. Gudiani inſcriptione deceptum, animaduerterunt Leſſing. l. c. et cenſor. in bibl. philol. Vol. I. part. II. p. 168. *Harl.*

t) *. γένει Αἰγύπτιον* vocat Photius ex Theophylacto ipſo VII. 16. pag. 184. vbi de Nilo, fluuio: *ἕλκοντες γὰρ γένος ἐντεῦθεν*, et lib. VIII. 13. pag. 215. *Πέτρος δὲ κατ᾽ ἐκεῖνο καιρȣ̃ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἡγεμονίας τὰς ἡνίας διέθυνεν, ὃς καὶ συνῆπτετο πρὸς γένος ἡμῖν.*

u) Lib. de Byz. hiſtoriae ſcriptoribus cap. 9. pag. 187.

v) Supra lib. II. bibl. graecae cap. 10. §. XXVII. [Vol. I. p. 609.]

ſis [w]) fuiſſe traditur ex loco parum emendato problematum Simocattae phyſicorum: [x]) *εἰ γὰρ καὶ μητέρα τέχνην ὄπω κεκλήρωμαι, ἀλλ᾽ ἔςι μοι γένος, ὅθεν ὑμῖν, καὶ Λόκρους ἔχω πατρίδα, καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἡμέτερα.* At legendum, vti in editione Commeliniana rectius expreſſum eſſe video: *καὶ λόγους ἔχω πατρίδα.* Hunc Theophylactum Chriſtianum fuiſſe, ex multis locis eius hiſtoriarum conſtat, atque facile adparebit ex indice ſcriptorum, ab eo laudatorum, quem infra ſubieci. Scripſit extremis Heraclii temporibus, cuius imperatoris aliquoties [y]) meminit, et quoque memorat belli Perſici finem [z]), quod interfecto Chosroë ſecundo, Hormiſdae F. ſopitum eſt anno Heraclii penultimo, Chriſti 628. Praefectum et tabularium, *ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέα* vocant *Photius* cod. LXV. et Theodoſius praef. ad excerpta de legationibus: neutri quidem dicitur *σχολαςικὸς* aut ſophiſta, neque additur nomen *Σιμοκάττης* vel *Σιμόκαττος*. Eumdem tamen eſſe *Σιμόκαττον*, cuius *οἰκουμενικὴν ἱςορίαν* laudat *Euſtathius* ad verſ. 730. Dionyſii, periegetae, et ex quo de Seſoſtri quaedam refert *Tzetzes* Chil. III. hiſt. 69. quae in Theophylacti hiſtoria VI. 11. leguntur, certum eſt, atque ex ſtili quoque ſophiſtici ſimilitudine, qui in problematis phyſicis et in hiſtoria epiſtolisque idem eſt, adparet. Citatur et ab Antonio Meliſſa: nec dubium, eumdem quoque intelligi a Suida, [aa]) cui memoratur *Θεοφύλακτος σοφιςής, ᾧ ἐπώνυμον Σιμοκάτης*, neque alium eſſe Theophylactum *σχολαςικὸν τὸν Σιμόκατον*, cuius exſtant epiſtolae. Nec quisquam fortaſſe de hoc dubitaſſet, niſi doctiſſimo viro Ludouico Antonio Muratorio inieciſſet ſcrupulum codex MStus Mediolanenſis epiſtolarum graecarum, e variis auctoribus collectus, vt ipſi viſum, a Simocatto, in quo praeter *Θεοφυλάκτου σχολαςικοῦ τοῦ Σιμοκάτου* epiſtolas etiam leguntur [¶] epiſtolae Photii, Theophylacto Aegyptio longe iunioris. Sed omnino feſellerunt oculi ſui virum praeſtantiſſimum, vt ipſe non audet diffiteri, [bb]) aut certe codex Mediolanenſis illam collectionem, in qua Photii fuere epiſtolae, falſo ad hunc Theophylactum retulit.

Exſtant

w) *Saxius* tamen in Onom. II. p. 73. *Theophylactum Simocattam*, ſcribit, fuiſſe patria *Locrenſem*, ſophiſtam et hiſtoricum, atque videri circ. a. 628. egregiam ſuam hiſtoriam Mauricianam abſoluiſſe. Adde quos ille et *Hamberger* in z. N. III. p. 479. ſqq. laudant, et quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 1. pag. 445. ſq. *Harl.*

x) In prooemio pag. 2. edit. Commelinianae.

y) Lib. II. cap. 5. pag. 37. lib. III. cap. 6. pag. 68. lib. VIII. cap. 11. pag. 212.

z) Lib. VIII. cap. 12. pag. 214.

aa) Illo quidem loco Suidas hiſtorias, a Simocatta ſcriptas, non memorat, ſed paſſim alibi non modo, vbi nominatim *Σιμόκατος* ab eo laudatur, ſed etiam illo non nominato periodos integras, ex hiſtoria Theophylacti deſcriptas, exhibet. Loca in indice vtroque adnotauit Kuſterus.

bb) *Muratorius* in anecdotis graecis pag. 280. praefatus ad epiſtolas graecas Firmi, epiſcopi, ex illo codice Mediolanenſi a ſe primum editas: *Dixi epiſtolas graecas variorum in vnum redactas a Theophylacto fuiſſe, atque ita viſus ſum mihi deprehendere, dum eſſem Mediolani. Nunc ſuboritur mihi dubitatio, an forte me feſellerint oculi mei. Si enim hic idem Theophylactus eſt, qui Heraclii temporibus ineunte ſaeculo vulgaris epochae ſeptimo floruit, litterisque ſuorum temporum hiſtoriam mandauit, quei epiſtolas Photii, longe poſterioris, colligere is potuit? Aut igitur nihil ad illius codicis epiſtolas congregandas Theophylactus contulit; ſed vt vnus tantum, ex earum epiſtolarum auctoribus continetur; aut a Theophylacto, ſcriptore hiſtoriarum, diuerſus eſt Simocattus. Et illum reuera Simocati cognomento non donat Photius, Simocatum autem Suidas nominat, at nullas ipſius hiſtorias agnoſcit.*

Exſtant eius *hiſtoriarum* de rebus Mauricii, imp. (ἱστορίαν οἰκουμενικὴν, quoniam non vnius gentis res complectitur, vocat Euſtathius loco laudato, et inſcriptio codicis graeci MS. Bauarici, quo vſus Pontanus, itemque alter Diegi Hurtadi, quem Geſnerus memorat,) *libri VIII.* ab exitu Tiberii II. imperatoris, a. C. 582. exſtincti, vsque ad Mauritium, Tiberii ſucceſſorem, a Phoca interfectum, a. C. 602. Praemittitur Dialogus, quo Philoſophia et Hiſtoria inter ſe colloquuntur, conqueſtae, quod ſub Phoca ambae neglectae iacuerint, quum iam ſub Heraclio, fauente Sergio, patriarcha, iterum vtraque veluti reuiuiſcant vigereque incipiant. Poſt Phocam caeſum a. C. 610. recitata publice ab auctore pars eſt huius hiſtoriae de Mauritii nece, quam non ſine lacrimis populus audiuit, vt *Simocatta* ipſe narrat lib. VIII. cap. 12. vbi Monodia etiam, ſiue lamentatio eius in Mauricium, ſed mutila legitur. Primus graece [cc]) ex codice Bauarico hos libros edidit et verſionem notasque addidit *Iacobus Pontanus* S. I. Ingolſtad. 1604. 4. praemiſſis ante ſingulos libros argumentis ex Photii [dd]) cod. LXV. atque [[illegible]] ſubiuncto latine *Georgio Phranza*, de quo infra dicturus ſum, et *Georgii Trapezuntii* epiſtola graece et latine, qua Io. Palaeologum, imp. hortatur, vt ad Synodum, in Italia celebrandam, proficiſcatur. In editione Theophylacti Pariſienſi 1647. fol. praeter chartae typorumque ſplendorem acceſſit gloſſarum, ſeu vocum aliquot explicatio, auctore *Carolo Annibale Fabrotto.* Phranza autem et Trapezuntii epiſtola omiſſa ſunt. Quod ſi noua Simocattae editio curanda olim ſit, non praetermittendae *Iacobi Kimedoncii*, filii, ſeptendecim licet annos tum vix nati, caſtigationes ad Photii e Theophylacto excerpta, et quae ex Suida, Simocattam ſubinde vel laudante vel loca eius deſcribente, ad illum emendandum caſtigandumque facere poterunt. *Fabr.* In repetita quoque edit. *Veneta*, corp. Byzant. Vol. III. omnia illa ſunt omiſſa. *Harl.*

Martinus Hanckius, accuratus alioqui ſcriptor p. 192. de ſcriptoribus hiſt. Byz. tradit, *eclogas de legationibus* ex Simocattae hiſtoria eſſe graece editas ab Hoeſchelio, et latine a Cantoclaro verſas; ſed neque inter Hoeſcheliana excerpta περὶ πρέσβεων, neque in Cantoclari illorum excerptorum interpretatione, quicquam Theophylacti deprehendere potui. Verum *Philippus Labbeus* illa graece et latine cum laudati *Kimedoncii* verſione ſubiecit ceteris excerptis, Pariſ. 1648. fol. quamquam nomen et notae interpretis ab eo praeteritae ſunt. Prodierant porro graece, et ſubiecta ad calcem voluminis Kimedoncii, tum iam in flore

cc) Mirum itaque Iſ. Voſſium p. 245, ad Melam a. 1658. editum, verba quaedam Theophylacti ex omnimoda hiſtoria graece proferentem, addere, lucem illa necdum vidiſſe. *Fabr.* Sunt quoque hiſtoriar. libri VIII. *Florent.* in cod. Medic. Laurent. XXXVIII. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 652. *Harl.*

dd) Iac. Pontanus contendit Photium *non ipſum ex lectione et memoria argumentum librorum Simocattae expoſuiſſe ſed lemmata ſeu ſummulas lectionum, ab aliquo lectore aut librario inductarum, et in veſtibulo totius operis, vt mos eſt, ſimul ordinatim poſitas vt inuenerit, ita in octo faſciculos conſtrinxiſſe, ac nihil praeter [illegible] aduerſum interiiciendo, alienum laborem pro ſuo nobis obtruſiſſe et ſucum feciſſe. Cum enim lemmata illa nunc imperfecta ſint, nunc minus quam pro re contineant, nunc plus contineant, nunc ab ordine rerum narratarum [illegible], nunc falſa ſint, haec omnia vitia in [illegible] tianis aeque reperiri.* Sed quis praeſtet Photium ex lemmatibus librorum et non lemmatum auctorem ex Photio ſapuiſſe, cum nulla alia quam Photiana argumenta libris Theophylacti praefigenda etiam Pontanus exiſtimauerit.

flore aetatis defuncti, interpretatione et castigationibus a. 1599. 8. typis Commelianis, ex Andreae Schotti ee) bibliotheca cum Iani Gruteri praefatione, opuscula iunctim Simocattae, in quibus 1) Διάλογος περὶ διαφορᾶς φυσικῶν ἀπορημάτων καὶ ἐπιλύσεως αὐτῶν *dialogus problemata physica eorumque solutiones complexus*, quem cum *Cassii* ff), iatrosophistae, problematis graece vulgauerat *Bonav. Vulcanius*, Lugd. Bat. 1596. 12. et graece deinde atque latine cum eodem Cassio recudi curauit *Andreas Riuinus* Lipf. 1653. 4.

[T] 2) *Epitome librorum VIII. historiarum* ex Photii cod. LXV. et *excerpta de legationibus* exterarum gentium ad Romanos et Romanorum ad exteras gentes, de quibus iam dixi.

3) *Epistolae* morales XXIX. rusticae XXVIII. et amatoriae totidem, quae vna cum aliorum Graecorum epistolis gg) lucem primum viderunt graece apud Aldum 1499. 4. et

ee) Puto falli Caueum, qui duas editiones laudat, Heidelbergensem 1598. 8. et auctiorem, curante Schotto, Antwerpiensem, 1599. 8. *Fabr.* Non quidem sunt duae editiones; sed tamen bis illis annis edita sunt Theophyl. opera memorata; at a. 1598. lat. anno autem 1599. gr. Bina enim exempla exstiterunt quondam in bibl. Menckeniana secundum catal. illius, part. I. pag. 162. sq. nr. MDCCLXXXIV. et MDCCLXXXV. sic significata. *Theophylacti Simocattae* omnia. Gr. ex bibl. A. Schotti. (ex edit. *Iani Gruteri.*) ap. Commel. 1599. — Eadem ex vers. latina et c. castigatt. *Iac. Kimedoncii* — ap. eumdem 1598. 8. *Harl.*

ff) De hoc supra lib. III. cap. 6. §. XXXVIII. *Fabr.* *Lambecius* in comm. de bibl. Caes. Vol. VII. recensens cod. CXXXI. copiose refert nr. 51. *dialogum, in quo ipse* (auctor) *cum Polycrate differit de variis selectis quaestionibus physicis,* quarum prima, *cur ruta serpentibus infesta sit, eosque fugat;* et illum dialogum nimium confidenter tribuit *Antistheni*, Socratis discipulo, et sectae cynicae auctori: immo vero videtur ille hic *dialogus physicus* illud ipsum *Antisthenis syngramma* esse, quod Diogenes Laertius in illius vita adpellat ἐρώτημα περὶ φύσεως (vid. supra, Vol. II. p. 699.) tum multus est de Polycrate et iniusta Socratis adcusatione. At *Kollarius* pag. 537. not. B. docet, Lambec. egregie errasse, et verum huius dialogi, (in quo Antisthenes et Polycrates loquentes inducuntur,) architectum esse *Theophylactum Simocatam*, atque dialogum illum, in cod. initio mutilum, in reliquis cum impresso Vulcanii exemplo ad calcem vsque pulcre consentire. — *Florent.* in bibl. Laurent. Medic. cod. VII. nr. 33. pl. 55. est *Theoph. Simocatae* dialogus περὶ διαφόρων φυσικῶν ἀπορημάτων καὶ ἐπιλύσεων αὐτῶν· Prooemium sequitur index capitum seu quaestionum XX. quae in dialogo pertractautur. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Vol. II. p. 263. sq. — — *Paris.* in bibl. publ. in codd. DCCCCXCIII. et MMMXLIV. *Theoph. Sim.* quaest. naturales. *Harl.*

gg) De illa epistolarum collectione dixerat quaedam Fabricius supra, libr. II. cap. 10. Vol. I. pag. 689. Omissis iis, quae ibi iam scripta sunt, reliqua, a Fabricio ibi reposita, ego hic dabo. „Has epistolas graece, Lugd. Batav. a. 1596. 12. recudi curauit *Bonauentura Vulcanius* cum eiusdem *Theophylacti* quaestionibus physicis, *Cassii* medicis quaestionibus, praeter ea epistolis quibusdam *Iuliani* imper. et *Galli* ad Iulianum, *Basiliique* et *Gregorii* Naz. Graece autem et latine cum *Iac. Kimendontii,* filii, vix septendecim tum annos nati, versione separatim excusa Ianus Gruterus easdem epistolas recudendas dedit, cum excerptis legationum ex historia Theophylacti Mauritiana et problematis siue quaestionibus physicis. Heidelbergae ap. Commelin. 1598. 8. [conf. tamen, quae paullo ante ad not. *K.* scripsi. *H.*] e biblioth. A. Schotti." Hactenus Fabr. *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. cod. XII. nr. 31. plut. 57. sunt epp. 85. nim. ethicae 29. rusticae 28. et totidem amatoriae, teste *Bandin.* cat. codd. gr. II. pag. 353. sq. — Plures codd. *Medic.* in quibus exstent Theoph. epp. memorat *Montfauc* B. bibl. MSSt. vid. p. 265. B. 357. C. 369. B. et 384. — *Augustae* Vindel. in cod. *Theoph.* epistolae, teste *Reisero* in cat. codd.

et vna cum Simocattae quaestionibus naturalibus, Lugd. Bat. 1596. 12. curante *Vulcanio*, nec minus graece et latine cum alia, nescio cuius, interpretatione recusae in graecolatina epistolarum collectione Geneuensi, quae ad Cuiacium falso [hh]) refertur, 1606. fol.

Ambigit *Labbeus* tom. II. de script. eccles. pag. 416. huiusne Simocattae sit breue *fragmentum, quo improbantur risus et vociferationes in festis sanctorum*, quod sub *Theophylacti* nomine latine extat in bibliothecis patrum, in adpendice Bigneana Paris. 1579. et a. 1624. tom. VI. Colon. tom. IV. et Lugd. (non tom. XVIII. vt scribit Caueus, sed) tom. V. p. 1214. Commemorat Labbeus etiam *fragmentum de Nicephoro, confessore*, quod nusquam reperio.

Alii Theophylacti.

Fuere et alii *Theophylacti*, vt 1) dux et patricius sub Constantino Copronymo, de quo Nicephorus CPol. in breuiario historico pag. 4.. 48. 2) Lacapeni F. patriarcha *CPolitanus* a. C. 962. defunctus, de quo Cedrenus et Zonaras. 3) *Theophylactus*, *Antiochiae* episcopus, de quo Theophanes: tum 4) *Theophylactus, Edessenus* presbyter, cuius idem Cedrenus mentionem facit. [ii]) 5) *Theophylactus*, monachus, cuius de sobrietate admonitiones breues MSS. Gesnerus memorat, ac denique 6) *Theophylactus*, Achridis in *Bulgaria* archiepiscopus, a. C. 1070. clarus, quem inde *Bulgarium* [*] et vulgata literae B. in V. permutatione *Vulgarium* vocant, ne alios iam memorem, Thomas Aquinas in catena aurea, Iacobus Faber atque Erasmus in Nov Test. et contra Stunicam, et Melanchthon in apologia Augustanae confessionis artic. IV. p. 157. De huius scriptis praesenti loco

codd. p. 84. qui ibid. obseruauit, *Eurybiadis* epistolam ad Simonem inter epp. Theophylacti esse primam. — *Paris.* in publ bibl. sunt in codd. MDCLXVII epp duae et tertiae initium, in cod. MMCMLXXXXI in adpend. epp. morales et amatoriae et MMMXLVII. omnes epp. — Secundum *Montfauc* in Bibl. bibliothecar MSSt. tom. I. p. 5. E. *Romae* in bibl. Vatic. omnes epp. *Harl.*

hh) Isaacus Casaubonus praefat. opusculorum variorum Iosephi Scaligeri Paris. 1610. 4. *Quaedam sub Iacobi Cuiacii, ICtorum huius aetatis nominatissimi, nomine sunt publicata, de quibus ille οὐδ᾽ ἐν ὀνείρασι unquam cogitauit. Eiusmodi est illa graecarum epistolarum latina interpretatio, quam inaudita mentiendi et falsa fingendi licentia Cuiacio quidam adscripserunt, et sub tam illustri nomine obscuri cuiusdam et mediocriter docti Germani versionem publicarunt, quam V. C Franciscus Pithoeus, a quo illi habuerunt, cum saepe mihi in bibliotheca sua ostenderit, et Basileae, nescio quo casu, sibi repertam dixerit.*

ii) Florentiae in monasterio et bibliotheca ecclesiae Annuntiatae vidit *Montfaucon.* (v. diar. italic. p. 362.) cod. membr. Actorum apost. et epp. Pauli cum commentariis, scriptum, (vt in nota gr. legitur) anno (mundi) 6492. (i. e. Christi 984.) *manu Theophylacti presbyteri et in lege doctoris.* — In codd. *Coislinianis* XCIV. et diuerso CCLXIX. (teste *Montfaucon* in bibl. Coislin. p 148. nr. 443. et pag. 318 nr. ϛπ′) inter epp. Theodori Studitae bis occurrit haec ep. ad *Theophylactum Presbyterum*, et in eod cod. altero p. 316. nr. ϱί. et p. 320. nr. σμγ′. Theodori Studitae duae epp ad *Theophylactum Nicomediae* — — Ibidem *Theophylactus Metropolita* laudatur pag. 99. et 100. in cod. XXXIV. siue epistola, (quam gr. publicauit Montfaucon p. 96.) ad Alexandrinorum ecclesiam. — Ib p. 230. in cod CLXXX. est Lexicon (Δέξεων ἀρχαίων,) in quo in voc βλαχίρρας citatur *Theophylactus Lexicographus*. Adde supra, Vol. VI. p. 634. *Harl.*

loco nonnulla subiungam, spicilegium quoddam daturus ad Labbei et Cauei de illo obseruata. kk) Primo autem loco a me referetur eius

1) παιδεία βασιλικὴ siue *institutio regia*, ad Constantinum Porphyrogenitum, Mich. Ducae et Mariae Augustae filium, in duo tributa tmemata, panegyricum et paraeneticum, quae et ipsa corpori Byzantino accenseri solet, licet excusa minore forma, et cum *Petri Possini* S. I. versione, qui graeca ex codice Mediceo ll) descripsit, vulgata Paris. typis regiis 1661. 4. [rec. in ed. Veneta.] Ex eadem versione prodiit deinde latine in bibliotheca patrum edit. Lugd. 1677. tom. XVIII. pag. 563. Denique *Anselmus Bandurius* cum Possini interpretatione eam graece et latine iterum vulgauit in imperio orientali Paris. 1711. fol. tomo I. pag. 193. et paucas quasdam obseruationes suas adiunxit, ad calcem tomi II. Optat sibi Theophylactus I. 7. γλυκύτητα Herodoti et πυκνότητα Aristidis. Meminit quoque II. 19. Platonis, Euclidis, Archimedis et Hypsiclis. Laudatur praeterea II. 24. ab eo versus poëtae tragici, quo πολιὰ, siue canities, senum traditur ἔχειν τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

2) *Epistolae LXXV.* quas e MS. bibl. Mediceae mm) descriptas ab Andrea Schotto accepit, et primus cum castigationibus suis graece edidit *Io. Meursius*. Lugd. Bat. 1617. 4.

kk) De hoc *Theophylacto* egerunt plures VV. DD. quorum quosdam hic nominabo: *Guil. Caue* hist. litt. S. S. ecclesiast. tom. II. p. 153. *L. El. du Pin* nouv. Biblioth. des auteurs eccles. tom. VIII. p. 113. — *Cas. Oudin.* comment. de S S. ecclesiast. tom. II. p. 707. *Hamberger* z. N. part IV. pag. 24. sqq. *Saxius* in Onomast. litt. part. II. p. 187. qui postremi duumuiri praeterea alios laudant VV. DD. — *Io. Franc. Bernh. Mariae de Rubeis* de Theophylacti gestis et scriptis ac doctrina, deque Veneta operum eius omnium editione, diss. praefixa tom. I. eiusd. edit. Inprimis commendandus est *Io. Caspar. Hagenbuchius* in Excursu theologico-litterario de Theophylacto, Bulgariae archiepiscopo, seu exercitationis philol. theologicae ad I. Tim. VI. 2. missu quarto, quinto et sexto, ac missus sexti reliquiis, Turici, 1760. et 1761. 4. qui varias editiones atque interpretationes curatius recenset, interdum emendat Fabricii notitiam et in missu quarto p. 33. aliorum hominum de aetate Theophylacti errores refert refutatque. Add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. I. p. 305. sqq. — De *Erasmi Vulgario* lis orta est inter *Iselium* in miscellan. Duisburgens. tom. I. fasc III. p. 507. sqq. et *Wetsten.* in prolegom in N. T graec. tom. I. p. 127. sqq. cf. *Fabr.* B. Gr. Vol. X. p. 494. et *Hagenbuch.* l. c. missu quarto pag. 4. sqq. et miss. VI. reliq. §. CXXXII. etc. p. 29. sqq. late de ortu illius scripturae disputantem. Illa opinio ac scriptura eo facilius recipi potuit, quod nonnulli putarunt, Europae Bulgaros, quasi *Volgaros*, a *Vulga*, flumine, vnde in occidentem emigrauerint, dictos esse. v. *Hagenb.* l. c. missu IV. 36. sqq. *Harl.*

ll) Is cod. est I. (qui plura Theophylacti opusc. continet,) nr. 5. plut. 55. In alio praeterea codice, XII. nr. 32. plut. 59. eadem est institutio. v. *Bandini* cat. codd. gr. II. p. 292. et 517. *Harl.*

mm) Ille cod. e quo epp. descriptas Meursius edidit, est XII. nr. 27. plut. 59. v. *Bandin.* l. c. pag. 515. qui exemplis docet, a descriptore quarumdam epp. titulos non bene intellectos esse. Alius tamen papyrac. cod. Medic. XIII plut. 10. continet XXXIX. epp. quarum quatuor tantum in ed. Meursiana exstant, nr. 14. 15. 17. et 18. Reliquas igitur ex hoc codice euulgauit et iam editis adiecit *Lamius in sua* Meursii opp. editione, Florent. 1746. fol. in Vol. VIII. vbi a p. 937. — 990. epp. ex hoc cod. sumtae leguntur, reliquae autem epp. a Meursio iam euulgatae, a p. 791 — 932. v. *Lamii*, praef. ad illum VIII. tom. p. XI. et *Bandin.* l. c. Vol. I. pag. 482. — Finetti autem in noua Opp. Theoph. edit. ex cod. Vaticano primus publicauit XX. epp. — Exstant quoque in cod. *Canta-*

Latine conuertit *Vincentius Marinerius* Valentinus, cuius versio in bibl. patrum Colon. 1622. tom. XV. edita et Lugd. tom. XVIII. p. 533. recusa, hinc inde obscurior est et emendatione indiget, vt epistola statim prima ψαρῶν redditur *pharorum* pro *sturnorum*. Et epistola secunda: *sed si hoc in illud aliud*, πρὸς ἐκεῖνον, pro *aduersus illum alterum*. Epistolas Theophylacti LIX. e codice bibl. Vaticanae verterat latine Sirmondus, teste *Baronio* ad a. C. 1071. num. 15. et ex illis nonnulla adfert idem num. 16.— 22. quae in Meursianis non leguntur, et ad annum 1073. num. 83. seq. At quam dat num. 90. seq. ad annum 1073. est in Meursianis XXVI. Miror autem, a Baronio dici epistolam LXI., quum dixisset, vniuersas non plures fuisse quam LIX., itaque alterubi vitium in numeris, quod transpositione vnarii admitti facile potuit. Nomina eorum vel certe officia, ad quos scribit Theophylactus, haec [?] sunt: *Adrianus*, magnus domesticus, frater imperatoris. epist. 24. 30. 34. 43. *Amyrnaeus*, ὕπατος Φιλοσόφων (Σμυρναῖος ex epist. 49.) nn) 40. *Ancyrae episcopus* oo). 16. *Anemus*. 19. 21. *B...* gener imperatoris, 31. 41. 50. *Bulgari*. 48. *Caesar*. 12. *Camateropulus*. 15. *Chartophylax*. 35. *Citri episcopus*. 14. 58. 66. *Constantinus, Berrhoeae Dux*. 68. *Constantinus Ducas*. 63. 64. *Corcyrae episcopus* 17. 22. 23. *Debrae episcopus*. 67. *Doctor magnae ecclesiae*. 36. *Domina*. 62 *Gregorius Camaterus*, Logotheta et Protosecretarius. 6. 71. *Gregorius Pacurianus*, magni Drungarii gener. 7. *Gregorius, Praeses Taronitae*. 4. pp) 26. 37. *Incertus*. 1. 51. 60. 61. 62. *Ioannes Attaliata* 40. *Ioannes, grammaticus, Palaeologi*. 33. *Ioannes Opheomachus*. 8. 10. *Ioannes Pantechna, magister*. 2. 65. *Ioannes Peribleptenus*. 42. 46. *Ioannes, philosophus*. 45. *Macrembolita*. 53. *Magister libellorum supplicum* 54. *Mermentlaenum episcopus*. 18. 20. *Michael Chalcedonis episcopus*. 27. *Michael Pantechna, medicus imperatoris* 44. 47. 73. 74. 75. *Nicephorus, Chartophylax*, 5. 69. *Nicetas, Chartophylax*, 28. *Nicetas, diaconus episcopi Chalcedonensis*, Theophylacti discipulus. 29. *Nicetas, magister imperatoris*. 55. *Nicetas, Serrarum episcopus, doctor*. 9. *Nicolaus Callicles, archiater*, 38. 39. 56. 57. *Nicolaus, patriarcha*. 3. *Opheomachus*. 8. 10. *Palaeologus*. 70, *Pantechna*. 59. 72. Adde supra in Iohannes et Michael. *Sebastes Paucurianus*. 25. *Semnarum episcopus* 42. *Theodulus, metropolita Thessalonicensis* 11. *Triaditzae episcopus*, 32. Meminit praeterea in his epistolis Chryselii Theodori epist. 71. (quod nomen in duos diuersos homines diuellit interpres,) Demetrii fratris. 16. 39.

Cantabrig. collegii S. Trinit. *Theoph*. epist gr. quot vero sint, non animaduertitur in cat. codd. Angliae etc. tom. I. part. III. p 96. — Theophyl. (nescio, cuius?) epp. sunt in cod. Augustano Vindel. secundum *Reiseri* cat. p 84. — Exemplum Meurs. ed. quod seruatur in bibl. Leidensi, in nonnullis epp. collatum est cum MS v. cat bibl. Leidens. p. 74. Ibid. p. 253. tamquam separatim editae citantur *Meursii* notae ad Theophyl., Bulgariae episcopi, epp. Lugd. B. 1617. 4 quod non satis intelligo; nam Meursii notae, non admodum multae, leguntur calci illius editionis epp a. 1617. adiectae pag 113 - 118. — In *Ferdinandi Stoeckii* Museo critico, Vol. I. fasc. I. nr. II. p. 8— 15. (Lemgou. 1774 8.) variae lectiones in Theoph. epistolas ex cod. msto. ab Is. Vossio cum Meursianae 1617. adscriptae, luci publicae sunt expositae. *Harl.*

nn) Sic legitur in c. Medic. teste Bandinio. II. p. 516. *Harl.*

oo) In cod. Medic. τῷ Σμυρναίῳ legitur, teste *Bandin*. *Harl.*

pp) In ep. IV. pro: τῷ Ταρωνίτῃ πραίδορι, legit *Bandin* l. cit. in cod, Medic. τῷ τῶ Ταρωνίτου ...... *Harl.*

16. 39. 56. 61. 71. Gregorii, diaconi. 5. Malesobes episcopi. 32. Lazari cuiusdam, quem perstringit 41. et 43. Medeni 43. Nicolai 19. Pauli cuiusdam 16. et Petri, 27. Pelagonii. 3. 32. Psellum laudat 15. et Sides metropolitam 49. [qq]) Strombitzes episcopi mentio epist. 32. Theodosii 37. Tcinicii, quem γαμβρὸν suum vocat ἐπ' ἀδελφιδῇ epist. 54. Carminum suorum meminit Theophylactus epistola 20. et totius Bulgariae archiepiscopum se, quum ista scriberet, innuit epist. 73. ὁ δὲ πάσης Βελγαρίας Ἐπίσκοπος, ὃν ὅποιπερ ὁρῶσι τε καὶ ἀκέεσιν, οἴονται μεδίμνοις ἐκμετρεῖσθαι τὰς χρυσίνας ἑκάστης ἡμέρας. Passim quoque Acridae siue Ἀχρίδες, [rr]) vbi sedem suam habuit, in his epistolis mentio, vide edit. Meursii p. 11. 51. 65 68. sq. 75. 77. 91. 97. seq. 101. Laudantur praeterea S. Gregorius et Basilius epistola 5. et 18. Homeri versus epist. 5. 18. 26. 55. prouerbium ἐχ ἔτω μαργίτης εἰμί. Epist. 5. Hesiodus 6. Bacchylides, Simonides et ἡ Βοιωτὲ λύρα Pindari nempe. 8. Longini κρίσεις. 18. [ʄ] ὁ σεμνὸς Θεκυδίδης. 30. prouerbium ἐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, et Ἀράβιος αὐλητής. 41. Empedoclis βεγενῆ ἀνδρόπρωρα. 44. Michae, prophetae, locus VII. 12. 19. epist. 58. λακωνισμός. 62. τὰ τῆ Σταγειρίτε 71. Atticus, Herodis, sophistae, pater. 71. Ptolemaeus, astronomus, Aratus. ibid. Euripidis versus 19. et Aristophanis 19. 27. Lysias 19. βίβλος Χρυσοςομική. 21. Anacharsidis dictum ad Solonem, leges aranearum telis conferentis 24. Φραγκικῆς ἀπονοίας ὕψωμα. 26. Atlantis columnae. 30. De Herodis Antipatri crudeli consilio, quod paullo ante mortem cepit, refert ex Iosepho epistola 13. ἄθεος Μωάμετ 7. 23. ὁ μὲν ἀθεώτατος Τέρκας 26. etc.

3) Ἑρμηνεία, siue *Commentaria in XII. Prophetas minores*, quae dicuntur exstare graece in bibliothecis Augustana, Argentinensi, et Monachiensi, nondum in lucem prolata sunt, nisi quod *in Habacucum*, *Ionam*, *Naum*, et *in Hoseam*, sed capite primo et parte secundi mutila, latine prodierunt ex interpretatione *Ioannis Loniceri*, Francof. 1534. 8 Paris. 1542. 8. 1549. 8. et cum aliis Theophylacti commentariis, Basil. 1545. 8. [v. ad sect. 5.] apud Mauricium de Porta, vna cum Victorini, latini doctoris, Commentario in Apocalypsin. [Basil. 1554. fol. v. cat. bibl. Leid. pag. 74.] Commentarium *ad initium Capitis secundi Hoseae* graece ex apographo *Io. Andreae Bosii*, qui ex codice Argentinensi descripserat, cum versione sua et notis edidit *Christoph. Henricus Ritmeierus*, graecarum litterarum in academia Iulia Professor, Helmstad. 1702. 4. pagg. 38. [ss]). *In Hoseam*, *Ieremiam*, (puto legendum *Ionam*) *Habacuc*, *Nahum et Michaeam* exstare graece in bibl. regis Galliae, testatur *Labbeus* bibl. noua MSS. pag. 79. *Fabr.* Primum de *codd. msstis* agam. *Theophylacti* expositio XII. prophetarum, in cod. *August.* Vindel. teste *Reisero* in cat. pag. 22. — *Monachi* in bibl. elector. in cod. XXXV. *Theoph.* in Osea (Hoseam) Ionam, Naum et Mich. — et in cod. XLVI. in duodecim prophetas minores, (cat. codd. gr. pag. 9. et 14.) — *Neapoli* in cod.

 CLXXXVII.

qq) In hac ep. pro αὐτοκράτορι ex cod. Medic. legendum est πρωτονοταρίῳ, teste *Bandin*. l. c. *Harl.*

rr) Ἀχρὶς siue ἡ Ἀχρίδος, vt apud Acropolitam c. 57. τὰ ἐν Ἀχρίδι φρέρια. Et c. 59. ἐν τοῖς βενοῖς τῆ Ἀχρίδε. Et c. 67. τὰ περὶ τὴν Ἀχρίδα. *Fabr.* De hac vrbe copiosus est *Wesseling* ad Hieroclis Synecdemum p. 653. sqq. adde *Hagenbuch.* missu IV. pag. 40. sq. *Harl.*

ss) In catal. bibl. Fabric. II. p. 626. tribuitur *Io. Christoph. Wahrendorf.* qui forsan fuit respondens disputationis. *Harl.*

CLXXXVII. bibl. reg. commentaria in Hoseam, Habacuc et Ionam, — *Vindobonae* in bibl. caes. cod. CCXVI. nr. 1. expos. in Hoseam, Habacuc, Ionam, Nahum et Michaeam, et in eosdem *Theoph.* expositiones in cod. *Veneto* D. Marci XXVI. v. cat. codd. Venet. gr. pag. 22. vbi confector illius, in hunc, ait, postremum, (Michaeam,) quod sciamus, expositio nondum lucem vidit. Prooemium inc. Σκοπὸς μὲν εἰς πᾶσι τοῖς θείοις προφήταις ἡ βελτίωσις τῶν ἀκροατῶν etc. sed graece edita est illa Theophyl. ἐξήγησις, collatis pluribus codd. msst. eorumque varietate lectionis in notis subiectis exposita, in edit. pleniore, cuius notitia et inscriptio haec est:

Θεοφυλάκτου — *Theophylacti*, Bulgariae archiepiscopi, *Opera omnia*, siue quae hactenus edita sunt, siue quae nondum lucem viderunt: cum (*Io. Fran Bernardi Mariae de Rubeis*) praeuia dissertatione de ipsius Theophylacti gestis et scriptis et doctrina. *Tomus* I. continens commentarios in quatuor euangelia ac variantes lectiones ex codd. *Venetis* Marcianis, et *Patauino* S. Iustinae desumtas, cum duplici indice graeco latinoque locupletissimo. Venetiis, ap. Ios. Bertellam in off. Hertziana 1754. — *tom.* II. continens commentarios in omnes D. Pauli epistolas, et varr. lectt. ex duobus codd. Oxoniens. et vno Veneto — Marciano collectas, cum duplici indice gr. latinoque. ibid. 1755. — *tom.* III. comprehendens commentarios in acta apostolorum et epp. catholicas: institutionem regiam, orationes varias et epistolas, cum duplici indice. ibid. 1758. — *tom.* IV. continens commentarios in Oseam, Habacuc, Ionam, Nahum et Michaeam. Acc. *Euthymii Zigabeni* commentarii in Psalmos. ibid. 1763. fol. Tom. III. longam praemisit praefationem *Bonifacius Finetti*, qui et versionem anecdotorum confecit, et variarum lectionum collectionem curauit. conf. *Ernesti* nov. bibl. theol. tom. V. part. IX. pag. 771 — 794. qui p. 789. sqq. ex prolegom. de Rubeis plura de patria, aetate, scriptis placitisque Theophyl. excerpsit. In quinque igitur prophet. minores editi sunt *Theophylacti* comment. quoniam reliquorum septem prophetarum minorum interpretationes, quae in nonnullis codd. sub Theophylacti nomine reperiuntur, ex *Theodoreti* commentariis descriptae sunt, vt Bongiovanni in praefat. docuit, probante et quaedam monente Ernesti p. 780. sq. qui Zigabeni comment. parui aestimat. — De cod. *Argentinensi*, cuius V. L. ab initio capitis II. Hoseae vsque ad eius capitis versum septimum praue adtulisse dicitur editor recent. Venetus, agit M. *Io. Ge. Dahler* in Annalib. litter. Helmstad. a. 1789. m Febr. De eodem cod. (ex quo *I. Henr. Lederlin* Prof. LL. OO. in acad. Argentorat. comm. illos graec. cum vers. latina quondam editurus erat,) disseruit *Io. Dau. Michaelis* in bibl. orient. atque exegetica, part. VIII. pag. 165. sqq. — In bibl. publ. *Parisiensi* duo exstare dicuntur codd. (cat. codd. Par. vol. II. pag. 24. et 511.) quorum prior n. CXLVII. contineat *Theophylacti* (ineditos) *commentar. in Psalmos* et in Cantica, Psalmis adiungi solita, et posterior nr. MMD. *Theoph.* explicat. psalmi, *quare fremuerunt gentes.* Sed vereor, ne perperam adtributi sint illi commentarii Theophylacto, et librarius aut alius antiquior eumdem errauerit errorem, quem *Hagenbuch* in misillo sexto diss. pag. 31. sqq. in Cauei, Du Pin et Oudini narrationibus vberius notauit. *Caueus* enim in scrip. eccl. H. L. Geneu. 1694. pag. 105. in recensu spuriorum Athanasii; *Du Pin* in B. auct. eccles. tom. II. Colon. sumt. Huguetanor. 1692. 4. pag. 94. et *Oudin.* tom. III. p. 2676. tradunt, commentaria exstare *Theophylacti in Psalmos*, quae in lucem publicam sub nomine *Athanasii Alexandrini* lat. data fuissent a Christph. Persona. Romae 1477. Sed corrigendum et

pro

pro *in Psalmos* legendum esse *in epistolas Paullinas*, iam animaduersum est in *Caucani* libri *parte* altera, ed. Geneu. a. 1696. p. 327. sq. in *Emendandis*, probante et copiose demonstrante Hagenbuchio. *Euthymii Zigabeni* comm. in Psalmos ab I. F. B. M. de Rubeis additos esse Theophylacti opp. ex superioribus patebit. *Harl.*

4) *Commentaria in quatuor euangelistas*, e Chrysostomo et aliis antiquis scriptoribus missa in compendium tt): falli enim eos, qui ex solo Chrysostomo contracta putent, docet *Rich.*

tt) Primum *codd. msstorum* faciam mentionem: in bibl. *Escorial.* sunt duo codd. quorum alter continet *Theoph.* enarrationem in euang. Ioannis et Matthaei, alter vero eiusdem comment. in quatuor euangelia, teste *Plüero* in itinerar. per Hisp pag. 193. — *Matriti* in bibl. regia, cod. XVI. fol. 164. *Theoph.* hypothesis s. argumentum euangelii secundum Lucam. (*Iriarte* cat. codd. gr. p. 61) — *Parisiis* bibl. publ. habet XIX. codd. qui complectuntur Theoph. comment. in euangelia, ex. gr. cod. CLXXIX. CLXXXI. CLXXXII. etc. quorum notitiam suppeditauit catal. codd. Paris. Vol. II. — In cod. XVI. bibl *Venetae* D. Marci *Theophylacti* interpretationes in euangelia Ioannis, Marci et Lucae. — cod. XXIX. — enarr. in euangelium Matthaei. — codd. XXX. et XXXI. in quatuor euangelia. — cod. XXXII. in quatuor euangelia et in epistolas S. Paulli. In nullo codice nomen auctoris Theophylacti indicari, traditur in catal. codd. gr. Marcian. pag. 23. 24. et 25. — In cod. XXXII. *Naniano*, Venet. pars comment in euangel. Matthaei. (cat. p. 4.) — *Florentiae* in bibl. Laur Med. in cod. XVIII. nr. 11. plut. 18. euangelio Lucae breuis ipsius euangelistae notitia praefixa est. quam Theophylacti catenae in IV. euangelia (Romae 1542. fol p. 207.) praemitti, adnotauit *Bandin.* in catal. codd gr I. p. 134 ibid. 12. est euangelium Ioannis cum commentario s. catena, praemissa euangelistae notitia, cuius partem gr edidit *Bandin.* l. c. et, „hic idem, ait, prologus habetur etiam in aliis codd. mstis huius bibliothecae, et typis excusus est in Theophylacti, Bulgariae archiepiscopi, commentariis p. 379. Immo et alii, qui singulis praefiguntur euangeliis prologi, ipsius sunt Theophylacti, vt ex editione N. T. Parisiensi, curante Roberto Stephano, in qua sub illius nomine exhibentur, eruitur. Sed quum hae Theophylacti enarrationes non nisi compendia quaedam sint earum, quas vberius Chrysostomus aliique scripsere et edidere, vt tituli commentariorum Theophylacti produnt; et in Ioannem ex ipso hausta Chrysostomo dicantur verba illa, ex Theophylacto producta, non tam eius, quam Chrysostomi habenda sunt, vt ex iis patet, quae ex Chrysostomo proferuntur a Io. Lamio in lib. de eruditione apostol. pag. 566." — In cod. XXVI. (de quo multus est *Bandin.* l. c. pag. 149. sq.) exstant IV. euangelia cum Theophylacti commentariis eiusque praefationibus s. hypothesibus. — Iidem Theophyl. commentarii ibid. in codd. VI. et VIII. plut. 11. et eiusd. in interpretatio euangelior. Matthaei, Marci et Ioannis in cod. XVIII. plut. 11. teste *Bandin.* I. p 501. et 502. ac 512. — In codd. *Coislin.* CXXVIII CXXVIIII. CXCVIII. comm. in IV. euangelistas, et in cod. CCVII. in euangelium Ioannis, vna cum eiusdem breui expositione in epp. Paulli: de quibus codd. plura dabit *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 200. sq. 250. et 267. — In *Britannia* secundum catal. codd. Angliae etc. in bibl. Bodlei. nr. CXLVI. Theoph. comm. in omnes Paulli epistolas nr. CCLXXVI. *Theoph.* in IV. euangelia comment. siue vt se habere dicuntur tituli in MSto, 1) epitome commentariorum Io. Chrysostomi in S. Euangel. sec. Matthaeum, 2) eiusdem epitome diuersorum commentariorum in Marcum; 3) eiusd. in Lucam diuersorum comment. epitome, cum additionibus siue instantiis quibusdam propriis; 4) eiusd. epitome commentar. Io. Chrysostomi in euang. Ioannis. — nr. MXXXII. comment. in epistolas Paulli omnes, archetypon, gr. — nr. MMXLIII. IV. euangelia lingua et litteris Moscouiticis impressa, cum praef. Theophylacti. — nr. MMMXI. in epist. Paulli, gr. — *Oxoniae* in collegio corp. Christi, cod. MCDXCVII. Theoph. in IV. euangelia — *Londini* in bibl. Norfolciana, nr. MMMCDXL. Theophyl. comm. in epp. Paulli. — Secundum *Montfaucon* in B. bibliothecar. MSS. *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini, *Theoph.* in euangelia, et in

Rich. Simon, qui de his omnino videndus lib. III. hiſt. criticae noui teſtamenti cap. 28. [add. *Lambec.* VI. comment. pag. 109.] latine vertit *Io. Oecolampadius*, Baſil. 1524. fol. ex officina Andreae

in epp. Paulli, atque Theophylacti epiſtolae. (I. p. 235. B. et p. 236. C.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Theoph.* in euangelia, in acta apoſtolorum, in epp. Paulli. (I. p. 505. C.) — In cod. bibl. *Monſpelienſis*, *Theoph.* in euangelia Marci et Ioannis. (II. p. 1198. C.) — Inter codd. *Slauicos* bibl. Coislin. *Theoph.* in euangelia, (II. p. 1042. — *Auguſtae Vindel.* Theoph. in euang. Marci et Lucae, cod. membr. — ſcholia in IV. euangel. cod. chart. in epp. Paulli, cod. chart. — in omnes epp. Paulli, excepta ad Theſſalonic. altera et ad Philemonem. (*Reiſer.* catal. p. 21. 22. et 7.) — *Vindobonae* in bibl. caeſarea cod. CXLVII. nr. 17. etc. *Theoph.* in euangel. Matthaei, Marci et Lucae. (v. *Lambecii* comm. Vol. IV. p. 274. ſq.) — ibid. in cod. CCXVII. nr. 1. et cod. CCXVIII. *Theoph.* comm. in IV. euangelia, (*Lambec.* V. p. 100. ſq. qui priorem et alios praeſtant. codd. caeſar. dignos iudicat, qui diligenter et adcurate conferantur, et p. 103.) — in cod. CCXIX. in euang. Marci et Lucae, (quem cod. ipſo Theophylacti aeuo eſſe exaratum, et veriſimiliter illum ipſum eſſe, quo vſa ſit imperatrix Maria, cuius iuſſu Theophylactus comment. in IV. euangelia compoſuit, arbitratur *Lambec.* l. c. p. 105.) — in cod. CCXX. ſcripto a. 1139. manu Λέοντος τοῦ τοῦ (ſcl. γένους) Ῥαοὺλ, *Leonis de genere Rhaul.* (de quo v. Kollar. not. ibid. p. 107.) *Theoph.* in euang. Marci, Ioannis, Matthaei, in epiſtolas Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae. — in cod. CXXI. in euang. Lucae et omnes Paulli epiſtolas. — In cod. CCXXIII. in epp. tres Ioannis, Iudae multasque Paulli epiſtolas. (*Lambec.* l. c. pag. 108. ſqq.) — In cod. XXIX. eſt cod. gr. qui Theoph. in IV. euang. comment. continet, ex vet. gr. idiomate in rec. vulgarem ſermonem gr. conuerſos a *Io. Comneno*, medico, a. 1072. v. *Kollarii* ſuppl. ad Lamb. p. 229. ſq. — *Leidae* inter codd. Voſſianos, *Theoph.* in epp. Ioannis et Iudae. (cat. bibl. Leid. p. 393. nr. 48.) — Eraſmus quidem primum pro Theophylacto male *Vulgarium* in prima N. T. editione a. 1516 ſcripſerat: ſuum tamen errorem, repoſito vero Theophylacti nomine, correxit in edit. II. IV. et V. et in Opp. tom. IX. etc. Hinc de nomine illo et de cod. *Baſileenſi*, *Theoph.* comment. in euang. et num is ſit, cuius mentionem fecit Eraſmus in apologia ad Stunicam in Io. I. 47. quod negauit Schmelzerus in diſſ. de antiquo cod. gr. Baſil. bibliothecae membranaceo IV. euangeliorum, Gottingae 1750. 4. contra Schmelzer. copioſe diſputat *Beck* in epiſt. ad Hagenbuch. in huius miſſu IV. pag. 4. ſqq. et Hagenb. p. 16. ſq. et p. 39. in Reliquis miſſus VI. vbi quoque de Eraſmo. Atque in bibl. eccl. Neoſtad. ad Aiſſum ſunt excerpta ex cod. Baſileenſi, manu Oecolampadii ſcripta, ſiue *epitome graeca commentariorum Theophylacti in IV. euangelia Matthaei, Marci, Lucae et Ioannis*, fol. v. cl. *Schnitzer* in Memorab. illius bibl. faſc. III. p. 25. qui praeterea laudat *de Burigny* vitam Deſiderii Eraſmi Roterod. Vol. II. p. 582. ſq. — Hagenb. quoque l. c. de editt. et verſionibus plura adnotauit. In miſſu IV. pag. 16. ſq. copioſe agit de verſione Oecolampadii, et edit. Baſil. 1524. fol. (de qua vid. quoque cel. *Panzer.* A. T. Vol. VI. pag. 246.) Inſuper Hagenb. vidit et deſcripſit edit. verſionis lat. Oecolampad. Baſil. 1525. quae, a ſuperiore diuerſa, in fronte haec habet: *Theophylacti* in quatuor euangelia enarrationes *denuo* recognitae, *Ioanne Oecolampadio* interprete. Anno MDXXV. et in calce: „Excuſum eſt *denuo* egregium illud Theophylacti — — opus, apud inclytam Baſileam, in offic. Andreae Cratandri, menſe Martio anno MDXXV. fol." Neque tamen aliis ignota fuit ea editio. v. cel. *Panzer.* Vol. VI. p. 251. Oecolampadius ad Ioann. XXI. p. 219. verſa, quaedam ad explendum graeci codicis defectum interſerat de ſuo, et lectores monuerat. In editione autem Colon. (vt eſt in titulo) 1701. 4. ap. Io. Chriſtoph. Stöſſel, omnia, ſine illo monitu, ita continuata legi, ac ſi Theophylacti eſſent [illegible], docet et conqueritur Hagenb. l. c. pag. 18. 19. — A cl. *Panzero* in eodem Vol. p. 251. 261. [illegible] 413. 419. referuntur edit. *Baſileenſis* ap. [illegible] 1527. fol. — editt. Theoph. in IV. euangelia ex verſ. Oecolampadii *Colonienſes*, in aed. P. Quentel 1526. fol. et 1528. 8. — 1531. fol. — ap. Heur. Alopic, aere et impenſa bibliopolae Godofr. Hittorpii 1532. 8. — In indice librorum rarior. bibl. vniuerſit. *Budenſis*, part. II. pag. 358. [illegible] quoque ed. Colon. ap. Quentel. 1542 fol. *Harl.*

Andreae Cratandri. Colon. 1536. 1541. 8. et 1701. 4. qui vt codice hinc inde minus integro, ſic etiam aliquibus locis integriore eſt vſus, quam qui graecam editionem poſtea curarunt, Romae nitidis typis excuſam 1552. uu) fol. Vide eumdem Simonium pag. 401. vbi etiam obſeruat, Pariſienſes, qui graece et latine haec commentaria ediderunt Pariſ. 1631. fol. vv) cum verſione Oecolampadii [!] a *Philippo Montano*, Armenteriano, pluribus locis caſtigata, atque pridem edita Baſil. 1554. ww) fol. Antwerp. 1564. 8. Baſil. 1570. fol. nullos MSS. codices conſuluiſſe, et varias lectiones non adeo multas ad calcem adiectas ex Oecolampadii verſione conieciſſe. Poſſe autem longe accuratiorem editionem adornari, collatis quatuor, qui in bibl. regis chriſtianiſſimi exſtant, codd. graecis MSS. quibus poſſint addi etiam alii, vt *Patauinus* in bibliotheca Monaſterii S. Iuſtinae, de quo *Montfauconus* in Diario Italico pag. 78. [ac *Tomaſin.* biblioth. Patauin. MSSt. p. 44. XI.] et *Vindobonenſes*, de quibus Lambecius lib. V. pag. 47. ſeq. [v. notitia in codd.] Praecipue operae pretium fuerit, ex MSS. codicibus reſtituere nomina auctorum, ex quibus ſua Theophylactus repetiit. In commentariis ad Iohannem, quemadmodum et in epiſtolis, graecae ſe eccleſiae addictum et Latinis aduerſarium praebet, vnde Combefiſius miratur, in Pariſienſis editionis titulo vocari τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν. Certe in romana nihil aliud eſt quam Θεοφυλάκτȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Βȣλγαρίας ἑρμηνεία εἰς τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια. *Fabr.* In nouiſſima edit. Veneta eſt contextus gr. ex ed. Pariſ. 1631. repetitus vna cum verſione Oecolampadii latina, a Philippo Montano emendata et ſuppleta, ſed collatus eſt textus cum codd. V. Venetis et vno Patauino, (qui optimus eſt, et cuius orationi graecae vt plurimum reſpondet verſio Oecolampadii,) atque varietas lect. in fine vol. I. pag. 777. eſt adnotata; vnde patet, codd. ipſos diſſidere, dum in aliis plura, in aliis pauciora, quam in editis, reperiuntur. Ex illis igitur Oecolampadius a crimine mutilati operis poteſt optime vindicari. conf. *Erneſti* cenſuram ſupra laudatam. *Harl.*

5) *Commentaria in epiſtolas Pauli*, latine primus vertit et Sixto IV. dicata ſub *Athanaſii* nomine edidit *Chriſtophorus Perſona* xx), Romanus, Rom. 1469. fol. recuſa deinde Rom.

uu) Eſt mihi haec editio in manibus, neque alia graeca vsquam oculis meis occurrit, licet Geſnerus memoret editionem graecam anni 1542, et Caueus, Labbeum, qui ex Poſſeuino id habebat, ſequutus, addat praeterea alteram anni 1568. *Fabr.* Eſt illa tamen in bibl. publ. Turicenſi, (v. catal. illius, tom. II. p. 501.) et *Beck* in epiſt. ad Hagenbuch. in miſſu IV. p. 8. adfirmat, ſe ſaepius vidiſſe in bibl. Freyiana *Theophylacti euangelia*, graece, Romae 1542. fol. eaque edit. procul dubio vſum eſſe Philippum Montanum, qui latin. verſionem Io. Oecolampadii, in Freyiana etiam exſtantem, iam a. 1545. recognoſſet; id denuo feciſſet 1552. Pariſiis. adde ipſum *Hagenbuch.* ibid. §. LXXVI. p. 16. ſqq. de Oecolamp. verſione, qui pag. 22. ſqq. et editorem Pariſ. a. 1631. furti conuincit litterarii, et *Hamberg.* l. c. qui de ed. gr. Rom. a. 1552. dubitat, aut eam libris adnumerandam cenſet rariſſimis. *Harl.*

vv) Ed. graecae cum lat. Oecolampadii verſione, Pariſ. 1549. exemplar citatur in indice bibl. Barberinae, tom. II. p. 457. (vbi quoque exſtat ed. graeca, Romae 1542.) — *Maittaire* autem in A. T. III. p. 859. memorat *Theophyl.* in IV. euangelia, gr. lat. Pariſ. apud Car. Morellum, 1635. fol. *Harl.*

ww) Ad hanc editionem obſeruationes Latini Latinii leguntur in eius bibliotheca ſacro-profana pag. 184. ſeq. *Fabr.* In bibl. Leid. catal. p. 74. ſic citatur edit. illa: „*Theophyl.* enarrationes in omnes N. T. libros per *Phil. Montanum*, Armenterianum, recognitae. Idem in minores IV. prophetas Abacuc, Ionam, Naum et Oſee. Latine per *Ioan. Lonicerum.* Baſil. 1554. fol. *Harl.*

xx) Primum *Porſena*, non *Perſona*, (vti quidem in antiq. editt. ſcribitur,) verum illius nomen fuit:

Rom. 1477. 1497. Tubing. 1515. Paris. 1518. et inter opera S. Athanasii a. 1530. edita: necnon Colon. 1527. 4. 1531. Paris. 15 2. fol. *Et Athanasii cuiusdam B zantini [illegible], qui [illegible] tis ante nostram aetatem annis floruit, plane esse, Sirletus con[illegible], at [illegible] t[illegible] sentit, qui Athanasii nomine eos [illegible] citas, sed cum iis etiam, qui plurimis [illegible] hinc annis constantissime nomen illud agnouerunt semper et libris describendis praeponi curarunt.* Haec Latinus Latinius a. 1557. ad Andream Masium, (tom. II. epist. pag. 58. [conf. Ko[illegible]r. ad Lambec. comment. III. pag. 155. not. A. *H*] Post Personae paullo liberiorem versionem alia adornata a *Io. Lonicero* yy) est, et sub Theophylacti vulgata nomine Basil. 1534. 8. Paris. 1542.

fuit: v. *Maittaire* A. T. IV. p. 284. ibique not. 2. tum male Athanasio olim tribuebantur illa commentaria: v. supra ad cap. II. de Athanasio et *Zeni* Diss. Vossiane II. p 145. sq Denique editiones *Romae* Sachsel et Golsch, a. 1469. et a. 1496. fol spuriae et chimericae habentur. v. *Aud[illegible]edi* cat roman. editt. saeculi XV. pag. 217 (vbi genuina ed. Romana a. 1477. fol. typis Vdalrici Galli, alias Han diligenter recensetur, coll. *Fossio* cat. bibl Magliab. I. p. 218.) et pag. 3[illegible]8. Vtroque loco in vtramque partem disputatur ab Audiffredo. De ed. romana a. 1477. et nomine *Persona* v. quoque *Hamberger* z. N. II p. 783. et IV. p. 31, adde cel. *Panzer* A. T. II. p. 467. nr. CCLIII. et p. 516. nr. DLXXVIII. — De *Forsena* nominisque scriptura, et num latine verterit quaedam Athanasii, copiosus est *Hagenbuch.* in missu VI. pag 20. sqq. et pag. 26. sqq. agit de editioribus Porsonae et reliquorum, et *Oudini* errores aperit reprimitque. Dubitat vero, num in edit. *Paris.* a. 1552. fol sibi quidem non visa, recusa fuerit *Porsenae* versio: potius illi esse videtur versio *Montani*, qui Loncerianam interpolauit. — De editt. Athanasii, in quibus sub illius nomine comment. Theophylacti edebantur, et de Conr. Gesneri narratione in bibl. vniu. voc *Athanasius*, pag 97. sq. idem multus est pag 40. sqq. et p. 42. sqq. edit. Knobluchii „*Athanasii — opp.* (vbi post prolegomena, repetuntur *commentarii in epistolas Paulli, qui a plerisque Vulgario adscribuntur, interprete Christ. Porsena — accessit operi Erasmi Roterod. paraclesis*") Argentinae ap. Io. Knobluchum 1522. fol. vberius recenset, et confert cum edit *Colon.* apud Ceruicornum 1532. fol. (aut potius in 8. ap. Mait. indic I p. 88 et *Panzer* VI. p. 418.) de qua alibique p. 35 sq contra Oudinum disputat — Fabric citat binas edd. Coloniens. a. 1527. et 1531. Sed prior edit. habet inscriptionem: *Theophylacti — in omnes D. Paulli epp. enarrationes* diligenter recognitae, latine; *Christph. Porsena* Romano interprete. Colon. impensis — Petri Quentel. 1527. 4. *Philocaris* in praefat. (quam *Maittaire* A. T. indic. II. p. 28[illegible] sq. recudendam curauit,) ex Fabro notat errorem [illegible], qui [illegible] commentaria Athanasio, non Theophylacto, [illegible] solent. Altera autem ed. a. 1531 ap Quentel continet *Theophylacti in IV. euang[illegible] enarrationes*, interpr. *Io. Oecolampadio.* v. *Panzer* A. T. VI. pag. 413. Contra eod. teste l. c. p. 405. et 418. *Theophylacti in omnes D. Paulli [illegible]nes, Christph. Porsena interprete*, prodierunt Coloniae in aed. P. Quentell. 1529. fol. et ex Eucharii Ceruicorni offic. Colon. 1532. 8. — *Tubingens.* ed. a. 1515. nulla fit mentio in *Panzeri* A. T. Vol. VIII. vbi libros Tubingae a. 1515. excusos refert. *Harl.*

yy) De *Loniceri* versione et [illegible], inscripta: *Theophylacti — in omnes D. Pa[illegible] epistolas enarrationes*, iam [illegible] ex [illegible] archetypo [illegible], per *D. IOANN. L[illegible]RUM* fidelissime in latinum conuersae. Ad haec eiusdem *Theophylacti* in aliquot prophetas [illegible]res compendiaria explanatio, e dem [illegible] *Lonicero* interprete Basil 154[illegible]. fol. copiose [illegible] *Hagenbuch.* in reliquis missus VI p. 40. sqq et indignatur, quod Lonic codicem [illegible] quo vsus est, non curate indicauit. Adde missum IV. p 12. sq vbi notatur quoque, Loniceri versionem prodiisse Paris apud Vascosanum 1542. fol. teste Gesnero in bibl. vniuersali. p. 615. a. [illegible] forma tribuitur [illegible] Paris. editioni a *Maittaire* l. l. p [illegible] et in indice II p. 287 additur edit Paris. apud Audoenum Paruum, 1545. 8. In *Hagenb.* missu VI. p. 2[illegible]. sq. memoratur ed. Paris ap. Vasco-

1542. 1545. 1548. 8. hanc ad codicem graecum, qui olim fuit Erasmi, contulit et plurimis in locis emendauit *Philippus Montanus*, Basil. 1554. fol. [zz]) Antw. 1564. 8. Basil 1570. fol. Denique graeca ex codice MS. Arundeliano descripsit *Augustinus Lindselius*, episcopus Herefordensis, ex cuius apographo, collato cum duobus codd. Oxoniensibus, prodierunt e typographeo regio Lond. 1636. fol. [a]), versio autem latina addita *est quidem*, vt profitentur editores, *Philippi Montani*, (siue *Loniceri* potius, emendata a *Montano*) *verum vbique adeo a nobis interpolata, atque ad graecorum veritatem reuocata, vt (si per operas typographicas licuisset, importune festinabundas,) minus taedium foret nouae prorsus condendae, id quod conniitentibus liquebit.* Montani praefationem omissam esse a T. Bailio in edit. Lond. dolet *Tho. Crenius* tom. XVIII. animaduers. pag. 37. *Fabr.* In rec. editione Veneta contextus graecus ex edit. Londin. repetitus est et versio hinc inde emendata; ex cod. autem Veneto variae lectt. notabiliores sunt adscriptae. — De codd. MSSt. pauca addam: nonnullorum enim iam in superiore sectione feci mentionem. Multos enumerat *Oudin.* l. c. tom. II. pag. 710. num. 3. adde *Hagenbuch.* missum VI. pag. 39. sq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. *Med.* cod. VIII, nr. 1. sqq. plut. 6. *Theoph.* comment. in aliquot Paulli epp. — cod. IX. plut. 10. in omnes Paulli epistolas, it. cod. VII. plut. 11. inprimis notandus est cod. V. plut. 4. qui continet *Theophyl.* expositionem in acta apostolor. et in epist. D. Paulli: de quibus copiosus est *Bandin.* catal. codd. gr. I. pag. 108. sqq. pag. 477. pag. 502. et pag. 523. sqq. ordo tamen epistolarum non idem est in illis codd. — In cod. CCLXXIII. bibl. regiae *Taurinensis*, Theoph. comment. in aliquot Paulli epistolas. v. catal. codd. gr. pag. 377. sqq. — *Neapoli* in bibl. regia, codd. 180. et 204. *Theoph.* catena gr. patrum in Paulli epistolas. — *Monachi* in bibl. elector. cod. VL. *Theoph.* in epp. Paulli (cat. codd. gr. pag. 14) — Codd. *Vindobon.* iam supra enumerauimus: add. *Kollarii* notam ad vol. III. pag. 153. et 155. lemmata et argumenta epistolis apostolorum in aliquot codd. nullo auctoris nomine addito, praefixa, esse Theophylacti, et quae ad sequentem sectionem adnotauimus. — *Lipsiae* in bibl. Paullina, secundum Felleri catal. est cod. qui complectitur *Theoph.* enarration. in epp. Paulli et euangel. Ioannis. — In cod. CCXXV. *Paris.* bibl. publ. sunt *Theoph.* comm. in epistolas Paulli. add. Fabr. B. gr. VII. p. 790. ed. vet. *Harl.*

[?] 6) *Commentarius in Acta Apostolorum*, e Io. Sambuci codice graece cum versione notisque marginalibus *Laurentii Sifanii* prodiit, Colon. 1568. fol. [b]) additis Nysseni, Amphilochii,

Vascosanum a. 1552. Quoniam vero praefatio, et dedicatio scripta est Marpurgi 1538. haesito, num edit. Basil. (a Fabricio nominata) a. 1534. 8. sit genuina certaque: nec memoratur a cl. Panzero. Loniceri tamen versionem non fuisse exactam, et a *Montano* meliorem fuisse confectam atque a. 1552. editam, animaduertit *Rich. Simon* in hist. crit. de principaux comment. du N. T. cap. 28. pag. 404. a. b. eiusque verba refert *Hagenbuch.* in missu VI. p. 28. sq. Ex his, quae hucusque scripsi, patet, plenam historiam versionum atque editt. Theophyl. adhuc desiderari. Id tantum addam, in *Hagenbuchii* missu IV. p. 10. a Beckio obseruari, cod. Theoph. in epp. Paulli numquam exstitisse in bibl. *Basileensi*, et codicem, cuius meminit Montanus, non fuisse Erasmi, sed hunc tantum illo esse aliquando vsum. *Harl.*

zz) V. notam * ad sectionem antecedentem. *Harl.*

a) Conf. *Brüggemann.* View etc. p. 449. *H.*

b) Editionem hanc rarissimam, ex haud bono cod. descriptam, et saepius emendandam ex Chrysostomo,

philochii, Cyrilli Hierosol. et Timothei, presb. Hierosol. Homiliis in occursum domini, et Nysseni Oratione de Deitate filii et Spiritus S. latine. Idem commentarius inter alia Theophylacti prodiit ex Sifanii versione Basil. 1570. fol. Laudatur in eo Chrysostomus, Didymus, Seuerus, Seuerianus ac Cyrillus.

7) *Commentarium in epistolas canonicas*, MS. graece in bibl. Scoriacensi S. Laurentii fuisse, testatur *Labbeus* bibl. noua MSS. pag. 434. *Fabr.* Vincentius Marinerius testatur in epist. ad Meursium, (infra in vol. XII. lib. V. cap. 5. pag 308.) se habere ineditum Theophylact. in epistolas canonicas. — *Kollarius* ad *Lambecii* comment. etc. vol. III. pag. 156. fin. scribit, tam Oecumenii, quam Theophylacti argumenta *canonicarum* epistolarum, non multum discrepare ab illis, quae in synopsi S. scripturae, Athanasio vulgo tributa, leguntur. Editus est in ed. Opp. Veneta ex cod. Vindob. a Finetti latine versus et ex textu sub Oecumenii nomine vulgato non minus quam ex coniectura, sed in margine, emendatus. Exstat in cod. Vaticano nr. CCXXVII. et aliis iam antea memoratis. conf. Ernesti censuram pag. 780. sqq. *Harl.*

8) *Homiliae vndecim in totidem euangelia Officii matutini resurrectionis domini*, MS. graece in bibl. Vindobonensi, et in codice Bauarico CXVIII. Ἑρμηνεία Κυρȣ̃ Θεοφυλάκτȣ Βȣλγαρίας εἰς τὰ ἑωθινὰ Εὐαγγέλια. Vide *Lambecium* lib. V. pag. 191. *Fabr.* f. p. 399. ed. Kollar. sunt quoque in cod. *Bauar.* elect. CXIIX. (catal. codd. gr. pag. 51.) — in cod. MCCXVIII.

sostomo, Coloniae apud hered. Arnoldi Birckwanni 1567. (non, 1568.) produsse, testantur *Solger* in catal. bibl. suae I. p. 29. *Gerdes.* in floril. pag. 342. et *Hamberger* l. c. pag. 32. qui laudat quoque *de Rubeis* l. c. pag. XVIII. — Rec. est illa edit. in edit. opp. Veneta, Vol. III. Paene adductus est Finetti, vt dubitaret, num ille commentarius esset a Theophylacto profectus, quod esset haud similis reliquis Theoph. libris, et paene ex Chrysostomo descriptus. Accepit quoque apographum codicis *Vaticani*, quod continet commentar. in acta apost. et *Theophylacti* nomen prae se fert, sed tam breuitate, quam aliis rebus, differt ab editis, at tamen nihil praebere, scribit, nisi quae in Sifanii edit. et in Chrysostomo, reperiantur. A cap. medio septimo Finetti contulit quoque Oecumenium, cuius oratio cum textu nostro adeo conspirat, vt Finetti paene suspicetur, commentar. in acta apostol. a Donato Veronensi sub nomine Oecumenii publicatum, pertinere ad Theophylactum potius quam ad Oecumenium. cf. *Ernesti* censuram p. 777. sqq. et 784 sqq. — Codex *Vindobon.* ex quo edit. prima ducebatur, est CCXXII. teste *Lambec.* comment. Vol. V. p. 179. Tum occurrit ille commentarius in aliis caesareis codd. *Vindobon.* quos paullo ante iam memorauimus. Praeterea in cod. peruetusto XXXIV. nr. 10. sunt acta apostolorum cum prooemio et commentario marginali: quae ex Theophylacti comment. decerpta esse *Kollar.* in notis ad Vol. III. Lamb. comment. pag. 143. sq contra Lambec. et Sambucum docet — — In cod. XXXV. sunt acta apostol. cum epistolis Paulli, cum hypothesibus siue argumentis scholiisque gr. passim margini epistolarum adpositis, quem cod. Kollarius curatius descripsit in nota A p. 151. Vol. III. quam Lambecius fecerat. Illa summaria et commentaria in VII. epp. catholicas in ed. *Oecumenii* Veron. 1532. huic quidem adtribuuntur; sed ad Theophylactum potius pertinere, monet Kollar. et a se Finettium ea de re certiorem esse factum tradit. Eadem esse in codd. XXXVI. et XXXVII. docet Kollarius l. c. pag. 153. sqq. et potissimum de prooemio, ad Athanasium scripto, et de Theophylacti argumento, Iacobi epistolae praefixo pag. 155. sq. — *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini cod. bombyc. continet Theoph. in acta apostolorum; teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 234. A. *Harl.*

MCCXVIII. nr. 8. *Parif.* bibl. publ. Editae et antea ineditae oratt. funt in tomo III. Opp. ed. Venetae: et homiliae aliquot proftant inter Homilias, ab Alcuino collectas, in catal. bibl. Barber. II. pag. 457. *Harl.*

9) *Homilia in adorationem venerandae Crucis, medio ieiuniorum tempore*, cum verfione *Iacobi Gretferi*, prodiit ex cod. Bauar. in eius tomo II. de Cruce, pag. 1499. (pag. 384. edit. in 4. Ingolftad. 1600.) Incipit: τί δαί; ἡμεῖς ἐπὶ τῷ προκειμένῳ σιγήσομεν θαύματι; *Fabr.* Eft quoque in cod. *Vindobon.* caefareo, (v. *Lambec.* V. pag. 112. cod. CCXXIV. et *Neffel.* catal. part. I. pag. 133. cod. LI.) et in cod. *Laurent. Medic.* I. nr. 6. plut. LV. (*Bandin.* II. p. 292.) Hae et reliquae proftant excufae in noua Opp. ed. Veneta. *Harl.*

10) Ex *Oratione ad Nicolaum, diaconum et Caftrenfem*, fiue Caftrifium epifcopum Melofotae. nonnulla graece et latine adfert *Allatius* contra Hottingerum pag. 127. et *Petrus Arcudius* Concordiae de VII. facramentis p. 170. Exftat libro V. Iuris orientalis Leunclauii pag. 318.

11) *Homiliam in S. Mariae praefentationem in templo*, latine a fe verfam e codice graeco Raphaelis du Frefne, vulgauit *Francifcus Combefifius* tomo VIII. bibliothecae concionatoriae. *Fabr.* Eft in cod. bibl. *Bodleianae* MMMCCCLXXXIII. nr. 17. — in cod. MCLXXXI. nr. 3. bibl. publ. *Parif. Harl.*

12) *Orationem ad Alexium Comnenum*, imperatorem, legit Latinus Latinius, atque inde a 1081. quo imperitare Alexius coepit, claruiffe Theophylactum, colligit pag. 184. Bibliothecae facro-profanae. Eadem Oratio graece MS. exftat in bibl. Monachienfi. Bauar. CXVI. *Fabr.* — it. in cod. bibl. *Laur. Medic.* I. nr. 4. et cod. XII. nr. 34. (*Bandin.* II. pag. 291. et 517.) Ex ea oratione *Latinus Latinius* in bibl. facro-profana pag. 184. colligit, Theophylactum a. 1081. quo imperare coepit Alexius, claruiffe; fed Finetti, qui illud encomium e cod. Bauar. primus edidit, num Theoph. nofter fit auctor illius, valde dubitat. *Harl.*

13) *Dialogus de accufationibus Latinorum* MS. graece in eadem bibliotheca, cod. CXVI. Incertum, an ex eodem petita *argumenta aduerfus Latinos de proceffione Spiritus S.* quae fub Theophylacti nomine profert *Io. Beccus* in Allatii Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 215. *Fabr.* Exftat quoque ille dialogus f. diff. ad quendam fuorum familiarium, de iis rebus, ob quas Latini a Graecis reprehenduntur, *Florent.* in bibl. Laur. Medic. cod. I. nr. 3. plut. LV. et cod. XII. nr. 28 (*Bandin.* II. pag. 291. et 516.) — *Vindobonae* in bibl. caefarea, cod. CCXXIV. 1. (*Lambec.* V. pag. 111. vbi v. Kollar.) Num ab hoc, vti opinatur *Bandin.* I. mem. diuerfus fit codex, quem memorat *Neffel.* in cat. codd. part. I. pag. 133. cod. LI. nefcio, et fubdubito. Meminit illius dialogi *Leo Allatius* de ecclefiae occident. et orientalis perpetua confenfione lib. II. cap. 10 § 2. Edita vero eft et infcripta: *Theoph.* Allocutio ad quemdam e fuis familiaribus de iis, in quibus Latini accufantur. Graece cum lat. verfione et notis (atque refutatione) *Io. Aloyfii Mingarelli*, (ex cod. Bonon. is etiam cod. Florent. Medic. memorat,) in Anecdotorum fafciculo, Romae 1756 fol. pag. 257. — rec collato cod. Vindobon. in recent. edit. Opp. Veneta tom. III pag. 513. fqq. et in praefat. ad illum tom. fect. VII. p. XXII. de illo vlterius opufculo. *Harl.*

 14) *In*

14) *In dictum Christi apud Iohannem*, quem ego mittam vobis a patre Ioh. XV. 26. Citat Iohannes Veccus tom. II. Graeciae Orthodoxae Leonis Allatii pag. 519.. *Fabr.*

[Alia, Theophylacto quidem adtributa, opuscula aut fragmenta supersunt:

In cod. XII. nr. 29. (*Bandinio* quidem iudice in vol. II. p. 516. sq) *ad magnum Oeconomum, patriarchae fratrem*; tum nr. XXX. *Adloquutio ad suos discipulos diffluentes*, nr. XXXI. *Eunuchismi apologia*, ad fratrem Eunuchum, cum duobus argumentis; et nr. XXXIII. *Adloquutio ad pueros*.

Ibid. pag. 566. sq. in cod. XXV. nr. 1. plut. 58. *carmen iambicum in Caesarem Augustissimum*. Nescio, an idem sit in cod. Bauar. elect. LXVI. in catal. vero codd. gr. pag. 21. sic citantur *Theophyl.*, Bulgariae episcopi, *versus*.

Fragmentum *de visu et vociferatione in festis:* Colon. Agr. 1618. in bibl. patr. vol. IV. pag. 1056. fol. — in bibl. patr. Paris. 1624. v. cat. bibl. Barberinae II. p. 457. et catal. bibl. Leid. p. 74.

A *Montfaucon* in B. bibliothecar. MSS. I. p. 505. C. D. haud clare indicatur, num ad Theophylactum Bulgar. quoque pertineat, et fere dubito c), in cod. *Mediolan.* Ambros. *dialogus de rebus naturalibus ad Petrum, Bulgariae regem*, item *vita eiusdem*.

Ibid. pag. 706. D. citatur cod. bibl. *Sfortianae*, qui continet *Theophylactum de Trinitate*.

A *Pluero* in itinerario per Hispan. p. 183. citatur *Theoph. contra Iudaeos* in cod. bibl. Escorial.

Denique adnotabo, *Theophylacti*, Hierodiaconi, *thesaurum nouum*, siue βιβλίον ὀνομαζόμενον νεὸς θησαυρὸς — — παρὰ Θεοφυλάκτου ἱεροδιακόνου τοῦ Τζανφουρνάρου. Venet. 1628. 4. in *Solgeri* bibl. II. p. 275. libris adnumerari rarioribus. Conf. *Fabr.* B. Gr. IX. p. 27. de hoc et alio Maximi Margunii libro, ab illo *Theophylacto* emendato editoque Venetiis 1630. 4. *Harl.*

[Ϡ] *Index Scriptorum, aliorumque in Theophylacti Simocattae scriptis memoratorum.*

Numeri soli paginas in historiarum libris edit. Parisiensis, Qu. praemissum paginas quaestionum physicarum edit. Commelinianae, E. numeros epistolarum denotat.

Aegyptio-

c) Theoph. Simocattam scripsisse eiusmodi dialogum, paullo ante vidimus; add. cod. Mosquens. XIX. fol. 15. a cl. *Matthaei* in notitia codd. gr. Mosquens. p. 30. memoratum.

Μηδὲν

Hero-

Theo-

Theophrastus, ἡ τῆς γνώσεως θάλασσα. Qu. 22.
Theopompus. 186.
Thucydides. 186.
Τιμῶσιν οἱ Πέρσαι λίαν ἐκτόπως τὸ πῦρ, ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ γεραίρουσιν, ὑμνοῦσι τὴν γῆν, προσκυνοῦσι δὲ μόνως καὶ θεὸν ὀνομάζουσι τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τούτῳ θύουσιν ἵππους καὶ βόας καὶ πρόβατα, ἱερεῖς κεκτημένοι οἱ καὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς δοκοῦσιν ἐκτίθεσθαι προαγόρευσιν. 176.
Τὸ τρισάγιον λέγει, tersanctum Numen. 11.
Varami, tyranni, ad Chosroën, Hormisdae F. epistola. 100.
Xenophon. 186.

VI. NICEPHORUS, CPolitanus patriarcha [d]), in locum Tarasii a. C. 806. [e]) 12. April. die paschatis creatus et a. 815. ob propugnatum imaginum cultum depositus, atque inde Homologeta, siue confessor, Graecis dictus in monasterio a. 828. decessit. De quo Menaea 2. Iunii, Ignatius, diaconus CPol. in vita, (quam, ab Allatio acceptam, Combefisius communicauit Henschenio, a quo edita graece et lat. in Actis Sanctor. 13. Mart.) tom. II. latine pag. 294. et graece pag. 704. et *Martinus Hanckius* de Byz. rerum scriptoribus lib. I. [P] cap. XII. Dissertationem de eius scriptis cum catalogo MSS. bibl. regiae Parisiis editurum se recepit *Io. Boiuinius*, thesauri illius, vere regii, custos dignissimus. Nouam etiam operum Nicephori huius editionem exspectabamus ab *Anselmo Bandurio*, Ragusino, presbytero ac monacho Ord. S. Benedicti e congregatione Melitensi. Confer, quem infra cum lectore communicabo *conspectum Operum S. Nicephori, patriarchae CPol. quae propediem duobus tomis edenda sunt, et quorum pauca hactenus edita fuerunt, cum interpretatione latina, notis ac octo dissertationibus criticis, dogmaticis et historicis.* Paris. 1705. 12. et Memorias Treuultinas illius anni mense Augusto p. 1401. Editorum eius scriptorum recensioni, quae occurrit apud praestantissimum *Caueum* [hist. litter. SS. EE. vol. II. p. 4. sqq.] pauca haec habeo, quae addam:

1) *Breuiarium historicum*, a Mauritii nece anno Christi 602. ad annum Christi 770. siue Leonis IV. et Irenes nuptias legit laudatque Photius cod. LXVI. idem nec plenius euoluisse se innuens, quam a *Petauio* Paris. 1616. 8. cum versione et notis editum et deinde inter Byzantinae scriptores historiae 1648. fol. et [Venet. 1729. fol.] fuit recusum et Theophylacto Simocattae solet subiici. Adiunxit Petauius Nicephori Gregorae fragmenta pag. 240 — 257. in antiquioribus editt. omissa. *Gregorii* praeterea cognomento *Figuli* Taurominitani in Sicilia episcopi, Homiliam in indictionis siue anni principium. pag. 258 — 285.

 Sequitur

d) Conf. praeter ea supra, cap. 4. §. XXXIX. *Cas. Oudin.* comm. de S. S. E. E. tom. II. p. 2. sqq. *Criller* hist. gen. des AA. EE. tom. XVIII. p. 457. *Hamberger* z. N. tom. III. p. 561. sqq. *Saxii* Onom. II. p. 100. et 545. Vita Niceph. CPolitani, a *Theodoro Grapto* composita, est in bibl. *Paris.* teste *Montfaucon.* Palaeogr. gr. 72. De *Theodoro Grapto* conf. paullo post in indice scriptor. in Nic. Gregorae hist. Byz. v. *Graptus.* *H.*

e) V. *Anselm. Bandur.* in Imper. orient. II. p. 907. ed. Paris. aut p. 630. ed. Venetae et paullo post in indice scriptorum in Nic. Gregorae hist. Byz. voc. *Nicephorus Gregoras.* *Harl.*

Sequitur Epitome temporum ab Adamo ad Alexium Comnenum ex Eusebii Pamphili libro, qui inscriptus est Βασιλικός, et aliis iunioris aetatis monumentis pag. 286 — 309. Indiculus Metropolitanarum sedium f), CPolitano patriarchae subiectarum, pag. 310 — 398. *Georgii Pachymerii* fragmenta graece, quae in Augustano codice MS. deesse Hieron. Wolfius in synopsi libri V. monuerat, pag. 315 — 407. Libellus Hippocratis περὶ τῶν φαρμάκων καθαιρέτων primum editus ex codice Cuiaciano, graece pag. 308 — 410. Ac denique *Nicephori*, patriarchae CPol., *fragmentum de Constantini Copronymi vita et exitu*, ex Theophanis Chronographia depromtum graece et lat. post Petauii notas pag. 206 — 218. *Fabric.* gallice versum est Breuiar. a *Monterolio*. Paris. 1618. 8. et a *Moreto*, (Moret, Controlleur en la Generalité de Montauban,) cum notis historicis. Paris. 1634. 12. — *Breuiar. histor.* exstat in cod. Augustano Vindel. (*Reiser.* cat. codd. p. 80.) — in bibl. Wratislau. Rhediger. (*Kranz.* Memor. illius bibl. p. 86.) — Chronographia, sub nomine quidem Eusebi, syriace, in bibl. Bodlei. cod. MMMCXXXI. et inter codd. Th. Hyde nr. MMMMMMMCCCCI. — Ex chronicis Niceph. excerpta subinde aliqua adiunguntur Damasceni orthodoxae fidei expositioni in cod. *Veneto* Marciano ID. (cat. codd. gr. p. 263.) *Harl.*

2) *Chronologia* compendiaria ab Adamo ad auctoris aetatem, de qua dixi superiore capite §. 39. pag. 153. seq. [conf. de edd. Camerar. infra vol. XIII. p. 520. — *Lambec.* comm. de B. Vind. III. col. 147. et 149. Kollar. vol. V. col. 484. sq. vol. VIII. p. 456. *Iriart.* cat. codd. Matrit. pag. 352. cod. LXXXV. et p. 480. cod. CXXI. conf. notam ad nr. 4.]

[*] 3) Ex Nicephori, CPol., *antirrheticis tribus aduersus Mamonam et Iconomachos* opuscula quatuor latine ex Turriani versione vulgauit *H. Canisius* tom. IV. antiqu. lect. g) sed passim infeliciter, cum non coniungenda hinc inde connectat. Recusa sunt tom. XIV. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 89 — 98. Colon. 1618. tom. IX. et parte altera tomi IV. Paris. [1624. 1654. Ex libro II. et III. duo fragmenta eius, quibus Asterii Amaseni dicta vindicantur, graece et lat. dedit *Combefisius*, Auctar. nouo bibl. patrum tom. I. p. 267 — 280. Paris. 1648. Integrum opus, *nec leui damno Christianae rei ac litterariae* (indice Combefisio) *delitescens* habetur graece in bibl. regis Galliae sub nomine *Theodori Grapti*, quo titulo deceptus Nicephorus Gregoras cum aliis *Graptum* pro auctore libri habuerunt. [v. confectorem cat. codd. Paris. II. p. 176.] Sed in bibl. Colbertina eiusdem antiquitatis codex, teste Boiuinio, recte id tribuit Nicephoro, CPolitano. Vide *Io. Boiuinum* ad Gregoram pag. 793. seq. Λέγε γ' caput 51. laudat *Allatius* p. 159. contra Hottinger. Ex libro II. fragmentum *de sex synod.* graece et lat. edidit *Combefisius* tom. II. Auctar. noui bibl. patrum, Paris. 1648. p. 603 — 610. recusum latine in bibl. patrum, Lugd. tom. XIV. p. 97. *Habeo*, inquit in bibl. Concionatoria a. 1672. idem Combefisius, *quae iustum volumen impleant, nec tamen integra, dissipatis quandoque foliis: — — ex bibl. forte Petri Seguierii, Franciae Cancellarii, spissus satis chartaceus bombycinus codex. Alia offerebat Allatius* etc. Confer *Combefisii* Origines CPolitanas pag. 184. qui pag. 159. seqq. graece et latine ex vita Nicephori a Theodoro Grapto scripta edidit

f) Confer indicem similem in iure graeco rom. Freher. pag. 244. seq. Vol. II. part II. Amstel. 1725. fol. conf. *Baumgarten* Nachricht. von e. Hall. Biblioth. tom. VI.

g) Rep. cura et cum animaduerss. *Basnage*, p. 261. *Harl.*

edidit ipsius *disputationem de imaginibus cum Leone Armeno*, *imp*. Paris. 1664. 4. *Fabr.* In bibl. *Paris.* quondam regia sunt secundum catal. codd. II. Antirrhetica aduersus *Mammonam* [h]) et Eusebium atque Epiphanidem in tribus codd. CMIX — CMXI. in quorum vltimo est quoque Nic. testimoniorum, antirrheticis subiunctorum, prooemium, et censura siue explicatio testimoniorum, aduersus sacras imagines parum perite adlatorum. Insuper in tribus illis codd. sunt *Niceph.* pro irreprehensibili et pura Christianorum fide capp. octoginta tria. — In bibl. *Coisliniana*, cod. XCIII. continet *Nicephori* libros pro fide orthodoxa aduersus Iconomachorum falsas criminationes et peruersa dogmata. Horum librorum ineditorum conspectum vulgauit *Ans. Bandurius*. Quare *Montfaucon.* in B. Coisl. p. 143. sq. librorum tantum nomina et initia, vti in illo codice iacent, repraesentauit, idemque animaduertit, quaedam, interdum abscisis aut transpositis foliis, mutila esse et perplexa, sed restitui posse ex vno codice regio; et vicissim quaedam in regio manca ex Coisliniano posse resarciri. — In cod. CXV. CXX. et CCLIX. fol. 57. sunt in Anastasii quaestionibus et responsionibus etc. tum in cod. CXXII. in Niconis collectaneis, in cod. CXCIII. fol. 40. verso ex Nicephoro quoque loca desumta. (*Montfauc.* p. 188. 193. 197. sq. p. 245. et 305) — In bibl. *Bodleiana*, in cod. MMDCCCLXXVII. nr. 37. *Niceph.* disput. cum Leone, imper., de venerandis imaginibus. — *Dublini* in bibl. collegii S. Trinit. in cod. CCLXXVII. nr. 35. (vt verbis vtar auctoris cat. codd. Angl. et Hibern. Vol. II. part. II. p. 24.) *Nicephori C. P.* vel potius fragm. haeres. p. 6. εἰκονομάχων etc. nondum edit. — *Magnus Crusius* promiserat edition. epitomes librorum antirrheticorum Nicephori CPolitani, aduersus iconomachos; sed a promissis non stetit. v. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 454. sq. *Harl.*

4) *Stichometriam librorum sacrorum*, chronographiae subiici solitam, graece vna cum versione latine *Anastasii* habes in operibus postumis *Petri Pithoei*, Paris. 1609. 4. pag. 14. seq. Inde eam recudi curauit in criticis sacris Anglis (apud Batauos et Francofurti recusis) *Iohannes Pearsonus*. Emendatiorem e codice MS. bibl. Coislinianae *Montfauconus* p. 204. Nicephori esse negat idem vir doctissimus in Vindiciis Ignatii part. I. pag. 33. seq. et sane videtur Nicephoro antiquior esse: libros enim recenset eodem ordine, quo in calce synopseos Athanasianae leguntur, etsi ibi in editis στίχων enumeratio est omissa. *Chronographiae Nicephori* MS. codex graecus cum subiecta stichometria, sed quam Camerarius omisit, exstat Ienae, vt alias bibliothecas Galliae, Angliae, Italiae praeteream. [i]) Alias στιχομετρίας et in-

h) Sic adpellatus est Constantinus Copronymus, quod Iconomachi studerent ei magis, quam deo placere, atque ita se dei quasi riualem constitueret, vt ait confector catal. codd. *Paris.* II. p. 176. *Harl.*

i) In cod. reg. *Matrit* CXXI. est *Niceph.* chronographia compendiaria ab orbe condito, eaque, siue verba siue numerorum notas, siue etiam rerum ordinem spectes, ab editis est alicubi discrepans, et plurimis locis multo plenior ac locupletior; accedit, quod maxima eorum pars, quae ex Anastasio supplet P. Goar, ex graeco huius codicis contextu pariter restituitur. Chronographia desinit in Basilio, Macedone. Constantinus autem Lascaris adtexuit *Basilii* successorum seriem ad Constantinum vsque III. cum breui expugnationis vrbis suaeque ipsius captiuitatis narratione. Vltimum locum occupat Constantini fratrum eorumque subolis notitia, quam *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. p. 481. graece euulgauit, aliaque bene notauit, et reliquos in illo codice complures catalogos recenset chronologicos. Pag. 47. sequitur narratio ὅσαι καὶ θεῖαι γραφαὶ ἐκκλησιαζόμεναι καὶ κτλ.

et indiculos librorum ſacrorum e MSS. codicibus vulgauere Cotelerius, [P] Carus, Io. Morinus, Rich. Simon, Laurentius Zaccagnius et Humfredus Hody, vt dictum a me eſt lib. IV. cap. 5. pag. 223. De codice illo Ienenſi, quo olim vſus Camerarius, vide *Io. Andreae Boſii* ad Reineſium epiſtolas pag 361. 362.

5) *Confeſſio fidei ad Leonem III. papam* latine ex veteri interpretatione, quam *Anaſtaſii* bibliothecarii eſſe putat, vulgata a *Baronio* in Ann. ad a. C. 811. nr. 20 — 43. Sed verſio in edit. graecolatina Commeliniana inter acta ſynodi Epheſinae eſt *Theodori Peltani* S. I. Heidelberg. 1591. fol. pag. 342. lat. et graec. p. 303. ibid. 1604. fol. Cum eadem *Peltani* verſione legitur poſt Io. Zonarae commentar. in canones concilior. Pariſ. 1618. fol. pag. 760. et in collectione concilior. Labbeana tom. VII. pag. 1005. *Fabr.* et Harduini tom. IV. p. 978. graecis vtrobique ex praeclaro cod. Seguieriano caſtigatis. Veterem lat. verſionem ad Baronium miſit Fronto Ducaeus, deſcriptam ex magno codice conciliorum msto bibl. canonicorum eccleſiae Virdunenſis in Lotharingia, eamque dedit Baronius in Annal. l. c.

6) Νικηφόρȣ ὁμολογητȣ̃ *canones eccleſiaſtici XVII.* in libro ſecundo iuris orientalis ab *Enimundo Boneſidio* Pariſ. 1583. 8. editi pag. 18. graec. et lat. p. 105. Atque in graecolatina *Marqu. Freheri* editione Francof. 1596. fol. p. 195. ſeq. tum tom. VII. concilior. Labbei p. 1297. et latine in adpendice ad bibl. patrum Pariſ. 1579. et tomo VI. edit. Pariſ. 1654. [add. cat. B. Leid. p. 59. exſtat quoque in concil. ed. reg. tom. XX. Labbei tom. VII. et Harduini tom. IV. v. infra libr. VI. p. 519. Vol. XI. ed. vet. vbi quoque de concil. CPol. a Nic. CPol. congregato et ſynodo CPol. in qua Nicephor. eſt depoſitus. —] Ceterum apud Zonaram, vbi illos exſtare ſcribit Caueus, et qui catalogum bibl. Barberinae concinnauit, reperire haud potui. Ex his 2. 3. 4. 9. 12. et 16. non comparent inter *canones* illos *XXXVII.* quos graece et latine edidit *Cotelerius* tom. III. monument. eccleſ. graecae pag. 445. ſeq. a quo pag. 451. ſeq. alius adhuc *nouem* διατάξεις Ἐκκλησιαςικὰς publicatas habes ex collectione, quae complectebatur canones LXVI. Nam et *Michaël Glycas* pag. 294. quinquageſimum primum laudat, et *Cotelerio* p. 652. obſeruante, ab aliis plures, ab aliis pauciores clari illius patriarchae ac confeſſoris, quo ipſis viſum fuit, ordine ac modo colligi canones contigit. Eidem etiam Cotelerio debemus p. 453 — 463. *Epiſtolam* Nicephori, *reſponſiones ad* 17. *capita*, ab Hilario et Euſtratio propoſita, complexam. *Expoſitionem fidei* MS. memorat

κεκανονισμένων καὶ ἡ τούτων ςιχομετρία. At, num ipſius S. Nicephori ſit huiusmodi opuſculum, incertum quoque videtur *Iriarto* p. 483. atque monet in *Neſſeliano* bibl. Vindobon. catal. part. I. pag. 230. cod. CLIII. nr. 11. occurrere quoque ſimilem anonymi ςιχομετρίαν. Singula vberius explicat idem, et, quae differant ab editione regia Pariſ. adnotat. Add. de Nicephori aliorumque ſtichometriis *Nathan. Lardner* in: The Credibility of the Gospel Hiſtorie etc. Vol. XI. Londin. 1754. m. 8. aut ſecundum verſionem *Dau. Bruhn* germ. Die Glaubwürdigkeiten der euangeliſchen Geſchichte etc. Vol. XI. cap. 147. p. 235 — 261. coll. *Baumgart.* Nachricht von merkwürdig Buchern, tom X. p. 353. De ſtichometria ſ. menſura verſuum vniuerſorum operum V. ac N. T. varia eorum diſtinctione, et in metiendis verſibus diſcordia in veteribus libris, docte agit *Salmaſius* in prolegomenis in Solinum ſeu Plinianas exercitatt. ſtell. 4. plag. 4. auerſ. et ſtell. 5. *Harl.*

morat *Labbeus* bibl. nou. MSS. pag. 88. *Fabr.* *Expositio fidei* est in cod. DCCCLXXXVII. nr. 6. bibl. publ. *Paris.* — *Nic.* epistola ad Leonem, papam rom. in cod. XXXII. *Coislin.* atque *Montfaucon* in bibl. Coisl. p. 85. adnotat, postremo illam ex hoc codice emendatam esse et illustratam in collectione conciliorum, monente *Labbeo*, tom. VII. p. 1205. — in cod. *Coislin.* XXXVI. fol. vlt. est canon Niceph. de *ieiunio monachorum.* — In cod. CCXI. fol. 312. sq. *Niceph.* ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ συντάξεων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέρων, XVI. absoluitur articulis. — Eiusdem σύμβολον πίστεως διὰ κεφαλαίων ιβ. — Eiusdem differentia inter imaginem et crucem Christi, syllogismis decem. — Ex epistola Niceph. ad Leonem papam rom. — in cod. CCCLXIII. qui continet collectionem conciliorum breuissimam, sub finem fragmenta ex Nicephoro, patriarcha, teste *Montfauc.* l. c. pag. 103. 269. et 563. — In cod. XXXII. synod. *Mosquens.* nr. 55. *Niceph.* canones ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τοῦ συντάξεων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέρων περὶ διαφόρων κεφαλαίων· et nr. 56. ex aliis eiusdem canonibus, ἤτοι εἰς τὰς ἐπιγραφομένας διατάξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων· teste cel. *Matthaei* in notitia codd. MSSt. gr. biblioth. Mosquens. S. Synodi, p. 54. — In codd. bibl. publ. *Paris.* sunt *canones Niceph.* n. in cod. MCLII. nr. 2. MCCLIX. nr. 11. canon. eccles. triginta septem. — In cod. MCCCXXXVII. *Nic. confessoris* canones 27. — In cod. MCCCXXXIX. nr. 3. can. 36. — In cod. MCCCXXXXII. nr. 4. canones ex illius constitutionibus excerpti; — in cod. MCCCLXXIV. nr. 4. canones, et in cod. sequenti nr. 8. canones XXXV. — In cod. CLXIII. bibl. elect. Bauar. *Niceph.* canones sec. catal. codd. gr. p. 63. — In cod. caesar. *Vindob.* CCLXXXIII. nr. 3. excerpta ex *Nicephori* et patrum cum ipso congregatorum constitutionibus ecclesiast. (*Lambec.* comm. Vol. V. p. 475.) — In cod. XLV. nr. 66. canon quintus de hebdomade quinquagesima. (*Lambec.* VIII. p. 948.) in cod. LI. nr. 13. canones 36. et 18. *Niceph.* obseruatt. et constitutiones canonicae de variis argumentis. (*Lamb.* ibid. col. 989. et 993.) — In cod. LII. nr. 5. et cod. LIII. nr. 5. canones eccl. 36. (*Lambec.* ibid. col. 1001. et 1006.) — In primis laudandus est cod. *Vindobon.* XXXXV. in quo sunt *Nic.* canones eccl. sex et sexaginta, et quem late diligenterque describit *Kollarius* in supplem. I. ad Lambecii comm. pag. 321. sqq. Ille de Nicephoro, patriarcha. consulere iubet, praeter nostrum Fabricii locum, *Mansium* in supplementis ad concilia, a Labbeo et Cossartio edita, tom. I. p. 775. et 806. nec non in nouissima amplissimaque conciliorum editione Veneta tom. XIV. p. 119. sqq. et, „ab iis eruditissimis, ait, duumuiris, discimus, hos, de quibus nunc ago, canones nusquam adhuc a quoquam ea serie atque ita plene, vt in hoc nostro codice habentur, in lucem esse protractos.“ Tum animaduertit, in cod. CCLXXXIII. Vind. antea iam memorato, exstare ex Nicephori canonibus excerptos canones quadraginta multo vtique plures, quam ex Cotelerio ediderit *Mansius* conciliorum edit. nouiss. Venetae tom. XIV. p. 129. codd. autem LI. LII. LIII. Vindob. citatos conseruare eosdem ipsos septemdecim canones, quos ex iure graeco-romano reliquis praeposuit *Mansius* laudatae conciliorum editionis tom. XIV. p. 119. atque quatuor illos codd. caesar. futuro Nicephori canonum editori in primis commendat. Nouam vero editionem canonum, quum neque sua serie neque iusto numero circumferantur, necessariam esse iudicat. Denique obseruat, Mansium ex diuersis operibus depromtos protulisse LXIX. cann. sed, si semel atque iterum repetiti demantur, legitimum cum hoc codice Vindob. numerum conuenire. — Eodem Kollario pag. 770. l. c. prodente, in cod. CXXXVII. nr. 5. et 6. sunt tria Nicephori vaticinia.

ticinia. — *Niceph.* canones eccles. citantur in cod. Laur. Medic. IV. in expositione sacror. praeceptor. et in cod. XXV. plut. IX. siue thes. orthod. fidei. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Vol. I. pag. 99. et 431. — Κυριακοδρόμιον τοῦ ἀρχιεπισκόπου Νικηφόρου. Mosquae ex off. Ridigeri et Claudii. 1796. II. Voll. IV. — *Niceph.* de fide christiana et alia opp. in variis bibl. obuia, quae *Montf.* in bibl. biblioth. MSSt. indicauit, ea in indic. v. *Nicephor. P. CPol.* quaeras velim. — *Fabric.* infra in Vol. XI. libr. VI. cap. 3. pag. 166. sqq. reddidit gr. ac lat. ex Nicephori CPolit. epistola synodica ad Leonem III. papam, partem eam, in qua septem synodi breuiter describuntur et probantur. — *Nicephoro*, patriarchae CPolit. in cod. bibl. publ. *Paris.* MCCCLXXIII. nr. 8. tribuitur *carmen de ieiuniis Graecorum* ad Meletium, monachum, et confector catal. II. p. 310. ineditum, ait, vt opinor. Incipit πρῶτος Σεπτέμβριος ἀρχὴ τυγχάνει τῆς ἰνδίκτου. — Eidem in cod. *Veneto* Marc. CDXCVIII. adscribitur opusc. in *Herodiadem et reliquas improbas mulieres*, forsan ex alio opere excerptum. *Harl.*

Idem quoque fuerit cum nostro *Nicephorus, Chartophylax* magnae ecclesiae CPol. si verum est, quod notatur in orthodoxographis, a Chartophylacis munere peruenisse ad episcopatum ecclesiae CPolitanae. At circa a. C. 560. vixisse tunc non potest: nullus enim illis temporibus episcopus siue patriarcha CPol. Nicephori nomine. Verum [*] pulcre cum illa sententia congruit, quod Caueo *Nicephorus Chartophylax* videtur claruisse circa a. C. 801. Patriarcham enim creatum a. C. 806. iam a me adnotatum est. Sed vicissim exstant ad Nicephorum, Chartophylacem, interrogationes MSS. Maximi Monachi. Vide *Lambec.* Lib. VI. p. 56. Qui Maximus si idem sit cum confessore, a. C. 662. defuncto, etiam Nicephorum hunc ad saeculum septimum referri atque a patriarcha distingui oportet. Vtut sit, Nicephori, Chartophylacis, *fragmentum ex epistola ad Theodosium*, monachum Corinthium, *de ligandi soluendique potestate*, *latine* legitur in orthodoxographis a. 1555. p. 936. et a. 1569. pag. 74. et ad calcem Philastrii, Basil. 1539. 8. pag. 404. seq. atque in quibusdam bibl. patrum editt. vt Lugd. tom. XII. pag. 547. et Colon. tom. VII. et Paris. 1589. 1654. tom. III. [k]) *Epistolae duas* ad eundem *Theodosium* de quaestionibus quibusdam, graece et latine exstant in Iure graeco-romano Freheri tom. I. pag. 341 — 344. et in editione Benefidiana graec. p. 197. et lat. p. 233. Occurrit etiam latine in adpendice ad bibl. patrum Bigneanam a. 1579 et in ceteris, quas iam memoraui bibliothecae patrum editionibus, vt Lugd. tom. XII. p. 546. seq. *Fabr. Maximi, Mon.* quaestiones sacrae miscell. ad Nicephor. Chartoph. sunt in cod. Vindob. XVII. 3. v. Lambec. comm. VI. part. I. p. 135. In cod. bibl. *Vindob.* XII. nr. 17. et 18. sunt duae illae epistolae *Niceph. Chartophyl.* ad Theodosium, monachum, canonica; atque *Kollar.* in supplem. ad Lamb. comment. col. 116. sq. non solum suspicatur, Nicephorum, Chartophylacem, floruisse ineunte saeculo nono; sed etiam adnotat, cod. caesar. et aliquanto copiosiorem esse exemplo Freheriano, et adeo differre ab eo, vt ad eam diuersitatem commonstrandam noua illius editione opus sit. In altera quoque, cum priore continuo scripta, epistola locus de *Ioannis Nesteutae* libello poenitentiali, vt suspicatur Kollarius, et alia quam plurima emendatius plenius in cod. Vindob. scripta sunt, quam a Frehero fuerunt typis edita. — Ex epistolis

k) Alias edd. v. in catal. bibl. Leidensis, pag. [illegible] notitia laudata p. 52.) est Ἐπιστολὴ Νικηφόρου [illegible] 58. — In cod. XXXII. nr. 9. (teste *Matthaei* in [illegible] φίλακος. Τί λύειν καὶ δεσμεῖν τοῦ [illegible] *H.*

lis *Niceph. Chartophyl.* ad Theodosium, monachum Corinthium, continentibus solutionem quarumdam quaestionum, excerpta sunt in cod. Laur. Medic. II. nr. 82. plut. V. et *Bandin.* in cat. codd. gr. II. pag. 9. plura hic esse excerpta, quam in Leunclauii iure gr. rom. libr. V. p. 34. obseruat. — In *decreto*, edito circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonensi et circa piam sententiam de adoratione imaginum, ab imperatore — Alexio Comneno, (quod decretum *Montfauc.* in biblioth. Coisl. p. 103. sqq. ex cod. *Coislin.* XXXVI. graece cum lat. versione vulgauit.) inter congregatos occurrunt *Nicephorus*, *Gangrae* episcopus, et *Nicephorus*, *diaconus*, *olim Chartophylax*. — In cod. *Coislin.* (v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 325.) epistola ad Methodium, mon. responsiones ad XVII. interrogata comprehendens, tribuitur *Theodoro*, quam sub *Niceph. CPol.* nomine gr. et lat. vulgauit *Coteler.* tom. II. monumentor. ecclesiae gr. p. 453. *Harl.*

Vita Dionysii, Areopagitae, quae Nicephoro, CPolitano, tribuitur in catalogo Barberinae bibl. et exstat in edit. Dionysii Corderiana tom. II. pag. 204. petita est ex libro II. Nicephori Callisti hist. eccles. cap. 20. Quemadmodum scholia in Synesium, eidem Nicephoro, CPolitano, adscripta in eodem catalogo, constat esse Nicephori Gregorae. *Fabr.* Vitam Ioannis Cappadocis scripsit Nic. CPol. in cod. Paris. CCLXXVI. v. infra, lib. V. c. 40. Vol. X. p. 164. vet. ed. *Harl.*

Alius fuit NICEPHORUS, presb. magnae ecclesiae S. Sophiae CPoli, cuius *vita S. Andreae*, cognomine σαλȣ͂, siue *simplicis*, scripta post saeculi decimi medium, quae graece e MS. Vaticano et Mazariniano [l]) cum Conradi Ianningi versione et notis exstat in actis sanctor. ad 28. Maii tom. VI. et centum amplius paginas complet. Habetur et MS. in bibl. Vindobonensi. Vide *Nesselium* parte V. pag. 173. Andreas vero iste non fuit sub Leone Thrace saec. V. sed Leone sapiente, et deinceps, saec. X. vt Ianningus animaduertit. Citat MS. *Cangius* ad Zonaram pag. 29. et alibi.

Alius quoque NICEPHORUS II. *patriarcha CPolitanus* post Arsenium, antea Ephesinus episcopus, clarus sub Michaële Palaeologo circa a. C. 1259. Incertum, huic ne tribuendum *Onirocriticon*, quod sub *Nicephori*, *CPolitani* patriarchae, nomine versibus iambicis fertur, [*] et ex Astrampsycho magnam partem est descriptum, de quo dixi lib. IV. *Fabr.* cap. 15. p. 266. Vol. V. *Nicephoro*, *patriarchae CPolitano*, tribuitur oneirocriticon in codd. *Parisin.* MMCDXCIV. nr. 12. MMDXI. vbi plura alia exstant oneirocritica, et MMDCXXV. vbi margini cod. Suidae versus oneirocritici. — nec non in cod. *Medic.* LII. nr. 16. plut. 32. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 212. Add. *Lambec.* comm. de bibl. Vindob. caes. V. p. 488. sq. et Vol. VI. p. 253. vbi in cod. XX. nr. 5. Niceph. eidem tribuitur Oneirocriticon. *Harl.*

Alius

l) In cod. *Paris.* MDXLVII. nr. 3. in cod. Paris. MMCDXCIV. nr. 15. sunt excerpta ex libris *Andreae τȣ͂ διὰ χριστὸν σαλȣ͂*, vbi de iis, ait auctor catal. codd. *Paris.* II. p. 510. quae sub mundi finem euenire debent; finguntur autem inter se colloquentes Andreas ille et S. Epiphanius. — De cod. *Vindob.* XXXVII. plura scripsit et excerpta dedit *Lambec.* comm. VIII. col. 804. sqq.

Alius denique NICEPHORUS, *philosophus* et *rhetor*, CPoli, qui oratione funebri celebrauit *S. Antonium* cognomine *Cauleam*, patriarcham CPolitanum, a. C. 895. defunctum. Exstat λόγος ille ἐπιτάφιος latine apud Surium et Bollandum ad XII. Febr. graece MS. in bibl. Caesarea Vindobonensi, et fortasse in aliis. *Fabr.* In *Lambec.* comment. de bibl. caes. Vol. VIII. p. 178. sq. est oratio in cod. XI. nr. 20 vbi Lamb. obitum Antonii Caulae cum Baronio, Labbeo et Ricciolio adserit a. 890. et discedit a rationibus *Bollandi* atque *Henschenii*, (quos sequutus est Fabricius h. l.) qui in actis SS. annum mortis 895. ponunt, refutatque *Freherum* in Chronol. Iuri graeco-rom. praefixa atque *G. I. Vossium* de historicis gr. lib. II. cap. 26. obitum Antonii referentes ad a. Chr. 901.

Hic, quoniam, quantum scio, Bandurii edit. non vidit lucem, subiungam statim *Bandurii conspectum*, quem *Fabric.* in vet. edit. demum in §. XXV. p. 624. sqq. typis repetendum curarat, et ad quem plures prouocare solent. Equidem graeca omisi, nomina tantum auctorum posui aut contraxi, praecipue lineolas, vt chartae parcerem. *Harl.*

[P] ANSELMI BANDURII, conspectus operum S. NICEPHORI, patriarchae CPol., *quorum pauca hactenus edita fuerunt, eandemum propediem duobus tomis in fol. cum interpretatione Latina, notis atque VIII. Dissertationibus criticis, dogmaticis et historicis.*

Erudito Lectori.

Inter Constantinopolitanos praesules, nullus ab aeuo Chrysostomi fuit tot doctrinae pietatisque dotibus exornatus, quot Nicephorus ille, qui octauo saeculo omnes Iconoclastarum impetus excepit, scripta et molimina egregie repulit. Eius opera a multis tentata, hactenusque tamen in variis bibliothecis latentia, cum in lucem edere animus sit, doctorum opem et consilium expetere cogor; tum, vt, si quid in bibliothecis extet, hoc in catalogo non expressum, ea de re me commonefacere non dedignentur; tum, vt, si vspiam pauca illa, quae temporum iniuria in manuscriptis nostris exciderunt, quaeque suo loco notauimus, reperiantur, ea nobis ad publicum vsum commodare ne grauentur.

Quanti vero aestimanda sint isthaec opera, etsi res ipsa per se loquatur, paucis tamen recensere ne pigeat. Hic Iconomachorum omnes sententiae, impia dicta, et molitiones aperiuntur, et incredibili diligentia confutantur; qua in re nihil perfectius hucusque in lucem prolatum est. Hic bene multa, ad historiam pertinentia, et ab historicis intacta, narrantur; ac vbique absoluta et varia in rebus, cum ecclesiasticis, tum profanis, Nicephori eruditio deprehenditur. Constantini Copronymi, quem Mamonam vbique nuncupat, ausus in temeranda religione varii, doli, fraudesque, furor in Christianos, machinationes contra piam fidem, admixtis subinde rerum gestarum monumentis recensentur, eiusdemque impia doctrina pro virili refellitur. Hic Eusebii Caesariensis dogmata, vt impia et a christianae fidei sinceritate aliena, confutantur: nam inter Graecorum praestantissimos Eusebius, vt Arianus et haereticus (nec fortasse iniuria) semper [m]) habitus est: in his vero quae Eusebium spectant

m) Vide tamen, quae pro excusando Eusebio supra pag. 337.

ſpectant, multa habentur [] hactenus inedita et ignota, quae ad illorum temporum hiſtoriam apprime conducant. *Epiphanidis* item cuiusdam, cuius nec aetas, nec nomen ita comperta ſunt, ſententia adfertur, ac vtpote impia et letifera profligatur. Quodque, meo quidem iudicio, praeſtantiſſimum eſt, multa noua et inobſeruata de Synodo ſecunda Nicaena profert; iis longe ſinceriora, quae iam in collectione Synodorum comparent; vtpote quae ab oculato teſte, qui rebus etiam interfuerit, tradantur. Multa item ſanctorum patrum vel fragmenta, vel etiam opuſcula, paene integra nondum edita, hic paſſim inſerta nec ſine voluptate reperias; in his *Macarii Magnetis*, vix noti ſcriptoris, qui, teſte Nicephoro, primis eccleſiae ſaeculis floruit, pretioſa ἀποσπασμάτια quam plurima, quibus alia eiusdem ſcriptoris fragmenta, ad doctrinam eccleſiaſticam perquam vtilia, a doctiſſimo et humaniſſimo *Ioanne Boiuino* accepta, adiunximus. Nec ſine examine ille et perquiſitione, patrum opera in medium adfert, ſed ſicubi opus περὶ γνησιότητος vel νοθείας adcurate et ſagaciter ediſſerit. Non immerito igitur vir tantus paſſim a ſcriptoribus cum aequalibus, tum ſubſequentis aeui, a doctrina, a religione, a diſciplinarum omnium ſcientia, laudatur: in his primas tenent Ignatius, eius vitae ſcriptor, Theodorus Studita, Photius in bibliotheca et alii, quorum teſtimonia initio operum eiusdem Nicephori adferemus. Etſi vero nunc primum *Nicephori* opera iſthaec in lucem prodeant, non defuerunt, qui antehac ea publicare voluerint. Inter eos *Combefiſius*, vir de re literaria optime meritus, vt videre eſt in praefatione ad vitam Nicephori, At ſiue aliis diſtentus negotiis, ſiue morte praeoccupatus, aliis rem dimiſit; cuius promiſſa ſi expleamus, nos pergratum literatis omnibus facturos confidimus. His diſſertationes criticas, dogmaticas, hiſtoricas ad operis elucidationem, vt in laterculo videre licet, adiiciemus.

Prodeunt autem iſthaec ex codicibus regiis MDCCCXXVI. MCMLXXXIX. MMCCCLXXVIII. exque Colbertino CCCLXIV. *) Hiſce porro ineditis operibus, alia omnia ſubiungemus, quae publici iuris ſunt, quaeque ordine digeſta in fine ſequentis laterculi reperies. Haec omnia vero duobus in folio tomis complectemur: niſi fortaſſe ampliorem ſegetem ex Vaticana bibliotheca eruere liceat, vbi iam omnia ſtudioſis patent beneficio ſummi Pontificis CLEMENTIS XI. qui ad bonum reipublicae cum [] eccleſiaſticae tum litterariae natus, et ad faſtigii culmen euectus eſt, litteris et ipſe graecis omnique doctrinae genere apprime excultus. Neque ſilentio mittere licet, cui hoc otium et hanc litterarum colendarum facultatem debeamus. Is eſt COSMUS III. Magnus Hetruriae dux. — Huius magnificentiae, ſi quid ad ſtudioſorum vſum opportune dabitur, totum ſiue a nobis ſiue ab iis, quibus ex tenuitate noſtra quidpiam vtilitatis et fructus obuenerit, acceptum referatur. Huius item beneficio alia nos literarum monumenta in lucem emittere per otium paramus: in quibus *Theodori*, Mopſueſteni, Commentaria in duodecim prophetas: *Philonis* Carpathii in Cantica genuina commentaria; *Heſychii* in pſalmos: quae omnia ex bibliothecis eruimus; et alia quoque, ſi votis noſtris fauerit Deus. Nos item multum debere profitemur *Clementi*, bibliothecae regiae cuſtodi, qui nobis huiusce vere regiae ſupellectilis ad nutum copiam fecit: nec minus Cl. *Boiuinio* alteri cuſtodi, qui catalogum operum S. Nicephori, ab ſe accuratiſſime concinnatum, nobis perhumaniter obtulit, vnde proſpectum noſtrum, et ex ipſis codicibus, adornauimus. Neque tacendus *Michaël*

Hhhh 2 *Lequien*

*) Addendus codex bibl. Coisliniauae, de quo Montfauconus p. 143.

Lequien ex familia dominicanorum, vir eruditus et officio plenus, cuius item opera et conſilio frequenter vſi ſumus. Sed nihil pro meritis vnquam dicere poſſim de doctiſſimo viro nobiſque ſumma neceſſitudine coniuncto R. P. D. *Bernardo de Montfaucon*, cuius opera, conſilio, exemplo ad haec ac pleraque alia capeſſenda animum adpulimus, cuius conſilio gallicum iter ſuſcepimus et graecarum Muſarum, quas a puero colueramus, ſtudio, nos totos addiximus. Hi nobis aggrediendi operis auctores fuere. Iam vero ſupereſt vt eruditorum conſiliorum iudiciumque exſpectemus.

Pariſiis in Monaſterio ſancti Germani a Pratis IV. Kal. Iunii M. DCCV.

ELENCHUS OPERUM S. NICEPHORI PATRIARCHAE CPOL.

Edita aſteriſcis notantur, locusque in margine indicatur.

T O M U S I.

Praeliminaria Interpretis.

Praefatio generalis. — Praefatio de iis, quae hoc volumine continentur. — Diſſertatio de Nicephoris, eorumque ſcriptis. — Vita *) ſancti Nicephori, patriarchae Conſtantinopolitani, deſcripta ab Ignatio, diacono, eius diſcipulo. — Oratio Theophanis, presbyteri, habita in translatione eius reliquiarum. — Chronica ſynopſis ſanctis Nicephori patriarchae CP., Acta ac ſcripta ordine annorum digerens; ex eiusdem Nicephori vita, ex epiſtolis ſancti Theodori Studitae, aliorumque auctorum monumentis. — Veterum teſtimonia de ſancto Nicephoro, patriarcha CP.

Sancti NICEPHORI, *patriarchae Conſtantinopolitani*, *pro irreprehenſibili et pura Chriſtianorum fide* Capita LXXXIII.

Haec Capitum diſtinctio ſumta eſt ex codice Colbertino antiquiſſimo: Capitum autem argumenta toto opere perlecto reſtituta ſunt.

I. Prooemium. Suum eſſe cuilibet rei tempus, iuxta Salomonem: Fidei autem defendendae tempus nunc adeſſe. II. Melius facturos homines, ſi, omiſſis inutilibus quaeſtionibus, futurum iudicium, vitamque aeternam meditentur. III. De fidei progreſſu a prima vſque origine: vt varie pro variis temporibus diuina prouidentia hominum ſaluti conſuluerit: de lege veteri: de ſalute humani generis per Chriſtum reparata. Theologiam a ſanctis Doctoribus abunde eſſe hactenus explicatam. IV. De peruerſis iconomachorum opinionibus: eas a ſynodis iam [?] pridem eſſe damnatas: easdem nunc in perniciem eccleſiae reuiuiſcere. V. Iconomachorum vitia: eos gulae praeſertim ac ventri deditos eſſe. VI. Continuatio inuectiuae in Iconomachos: eorum pleroſque Concilio Nicaeno ſubſcripſiſſe, deinde mutauiſſe ſententiam: mox depoſitos, ac ſacerdotio priuatos turbas mouiſſe. VII.

o) Exſtat graece in actis ſanctor. tom. II. Martii p. 704. et latine p. 294.

VII. Vt iconomachi lingua et manu in eccleſiam ac res ſacras graſſati ſint. Pathetica ac vehemens declamatio. VIII. Iconomachi cum Iudaeis collati. Chriſtum per illos ſecundo ac tertio paſſum eſſe; eius nempe imaginibus violatis ac deformatis. IX. Iidem collati cum aedificatoribus turris Sennaar, item cum Ianne et Mambre, cum Alexandro et Hymenaeo, cum filiis Core ac denique cum ſenioribus Babyloniis, qui Suſannam calumniati ſunt: adiunxiſſe ſibi iconomachos colluuiem hominum viliſſimorum. Quam ob cauſam permiſerit Deus eccleſiam turbari et orthodoxos vexari? Inuectiua in corruptiſſimos ſacerdotum mores. X. Duplex iconomachorum blaſphemia: prima, idololatras eſſe eos, qui imagines colunt: altera, corpus Chriſti incircumſcriptum eſſe: primum errorem conari eos teſtimoniis ſanctorum patrum confirmare. XI. alterum, Arianorum ac Manichaeorum teſtimoniis adſtruere. XII. De Euſebio Caeſarienſi, deque Ariana haereſi. XIII. Teſtimonia ſanctorum patrum male intellecta, ac trunca ab iconomachis vſurpata. XIV. Inuectiua in eos, a quibus ſchiſma denuo excitatum. XV. De perſequutione ab iisdem ſuſcitata. XVI. De his, qui metu amittendi bona vel dignitates, haereſin amplexi ſunt. Iconomachorum mores. Chriſti, apoſtolorum, ac prophetarum dicta, aduerſus eos prolata. XVII. Crimina orthodoxis obiecta ab iconomachis. De Synodo ſeu Pſeudo-Synodo Copronymiana. XVIII. Expoſitio fidei orthodoxae. — De Deo vno ac trino. XIX. De Chriſto. [P] XX. De Chriſto ſeu de incarnati verbi myſterio fuſius. XXI. De duabus in Chriſto naturis, ac de vnione hypoſtatica. XXII. Duas eſſe in Chriſto voluntates, et operationes duas diuerſas. XXIII. De adoratione duplici: de imaginum cultu: de obiecto idololatriae crimine. XXIV. Quinam ſint idololatrae. Iconomachos Dei hoſtes eſſe. Dicta prophetarum contra Dei hoſtes prolata. XXV. Epiſcoporum ac ſacerdotum impietas per proſopopoeiam amplificata. De ſecunda Nicaena Synodo. XXVI. Argumentum contra iconomachos petitum ex iis verbis, quae in Liturgia recitabantur, *ἀποστατήσας ἡμᾶς τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων*, etc. Id eſt, *cum nos ab errore idolorum reuocaſſet*, etc. XXVII. In illa iconomachorum verba, *niſi vos Conſtantinus* (Copronymus ſcilicet) *ab idolorum inſano cultu liberaſſet, Chriſtus nullo modo ſalutem nobis adferre potuiſſet.* Iconomachos in ipſa ſacrorum myſteriorum celebratione pugnantia et dicere et facere. De religionis chriſtianae progreſſu ab ipſa vsque origine. XXVIII. Si Chriſtus eccleſiam ſuam ab idolorum cultu liberare non valuit, quae ſequantur inde abſurda? XXIX. Argumentatio in Sacerdotes, iconomachos, dicentes, ſe idololatras fuiſſe. XXX. Duo eſſe idololatrarum genera: item diuerſum eſſe idolorum et imaginum cultum. XXXI. Multos coli ab idololatris deos, habitu ac figura varios; vnum a Chriſtianis. Sacrificiorum diuerſitas. XXXII. Alia argumentatio ironica contra iconomachos, dicentes, ſeruiiſſe ſe idolis. XXXIII. Duplex criminatio ab iconomachis excogitata; prima in ipſam Chriſti imaginem; altera in Chriſtianos: Iudaeis ac Graecis peiores eſſe iconomachos.

Pars altera huius Apologetici, in qua probatur ex ſacris ſcripturis, omnes gentes ab idolorum cultu virtute Chriſti liberatas eſſe, et eccleſiam vniuerſam errare non poſſe.

XXXIV. An ea, quae iconomachi docent, congruant cum ſacris ſcripturis, dictisque propheticis? Sequuntur prophetarum dicta, ordine chronologico. [P] XXXV. Dauidis verba, et ad ea obſeruationes ſancti CP. patriarchae. XXXVI. Verba Michaeae.

 Oſeae,

Oseae, et Habacuc, cum explicatione, et obseruationibus. XXXVII. Verba Sophoniae et Zachariae cum explicatione, et obseruationibus. XXXVIII. Christianos ab idolorum cultu longissime abesse: quae fuerit martyrum, quae ascetarum et anachoretarum fides. XXXIX. De diis gentium ac fabulosa theologia. Superstitiosum idolorum cultum abolitum esse, ex quo Christus in mundum venit. XL. Coli ab orthodoxis Christum: coli item eius imaginem: scilicet corpus Christi pingi potuisse, circumscriptumque et passibile fuisse. XLI. Verba Malachiae et Isaiae, cum explicationibus, et obseruationibus. XLII. Obseruationes ad verba Isaiae. XLIII. Isaiae verba, cum explicatione et obseruationibus. XLIV. Alia Isaiae verba, cum obseruationibus et explicatione. XLV. Verborum Isaiae explicatio. Alia eiusdem prophetae verba. Apostolorum Pauli, Ioannis, et Petri dicta, cum propheticis congruentia. XLVI. Isaiae verba cum explicatione et obseruationibus. XLVII. Isaiae et Paulli, apostoli, verba de purificata ac sanctificata a Christo ecclesia, et eius cum Christo vnione. XLVIII. Excursio in iconomachos. Verba prophetica, Isaiae scilicet. XLIX. Falsum est, quod iconomachi dicebant, auersum esse, ac alienatum a Deo populum eius. *Refutatio per dilemma.* L. Id agere iconomachos, vt Christum sua et dignitate et virtute spolient. Iconomachorum verba cum euangelicis collata. LI. Eosdem et patri iniuriam facere et spiritui sancto. Ieremiae verba cum explicatione et obseruationibus. LII. Alia Ieremiae verba cum explicatione et obseruationibus. LII. Alia Ieremiae verba cum explicatione et obseruationibus. LIII. Quam dulcia sint Dei eloquia ac promissa. LIV. Ezechielis verba. LV. Explicatio prophetiae praecedentis, et ad eam obseruata. Alia eiusdem prophetae verba cum explicatione et obseruationibus. [*] LVI. Alia Ezechielis verba cum explicat. et obseruat. LVII. Alia Ezechielis verba cum explicationibus et obseruationibus.

Numeri sequentes a Cl. Boiuino restituti sunt. Nam codex Colbertinus, ex quo distinctio capitum sumta est, mutilus est hoc loco.

LVIII. De Daniele, propheta: eius verba, cum explicatione et obseruationibus. LIX. Epilogus, seu conclusio propheticorum testimoniorum, supra adlatorum. Excursio in iconomachos. LX. Vt ab iconomachis templa ipsa profanata sint, ac deformata: item sacra vestimenta ac vasa. LXI. Ne ipsis quidem libris euangelicis eos pepercisse: quid distent picturae a scripturis, siue historiae pictae ab iis, quae scriptae sunt. De praestantia et vtilitate picturae. LXII. Iconomachos euangelii contemtores esse, ac violatores. LXIII. Eos et Christo et sanctis bellum indixisse. *Prosopopoeia.* Iudaeis peiores esse iconomachos. LXIV. Iconomachi imaginem Christi oderunt, vt panthera hominis effigiem. Querimonia seu lamentatio ob profanationem templorum.

Apologetici tertia pars.

LXV. Quas rationes habuisse se dicant iconomachi destruendarum imaginum: eae rationes refelluntur. LXVI. Vtilitas imaginum. De lege Mosaica. De gratia, quae Christo auctore legi successit. LXVII. Lex et Gratia inter se collatae. Non posse simul stare idololatriam et gratiam. LXVIII. Quantum gratia et veritas legi et figuris praestent. De Sacerdotio Christi. De sacrificiis ab eo institutis. De tabernaculo ac ceremoniis. LXIX. Taber-

Tabernaculum vetus cum nouo collatum. De mediatore seu ministro. De pontifice, de candelabro, de mensa. De pane, de sacrificio, de arca ac propitiatorio. — Prooemium futuris disputationis de cherubinis. LXX. De cherubinis aureis, ipsius Dei iussu fabricatis et arcae impositis: veneranda fuisse simulacra illa, multis de caussis. LXXI Pretiosa esse ac veneranda ea, quae ad Deum peculiari aliqua [P] ratione referuntur, et ad eius gloriam pertinent. Imagines cherubinorum cum imaginibus Christi collatae: imaginum vsum antiquissimum esse, et ipsi ecclesiae coaeuum. Quantum praestent sacra nouae legis, veteris testamenti sacris. LXXII. De templo Salomonico. De templo, post transmigrationem babyloni(c)am aedificato. Quanta vtriusque gloria fuerit. LXXIII. Illam templi ac veterum sacrorum gloriam euanuisse, ex quo veritas vmbrae successit. Christianorum templa cum Iudaeorum templis collata. LXXIV. Quantum noua sacra veteribus praestent. Iudaeis, templi instaurationem negligentibus, indignatum esse Deum; quanto magis iconomachis, templa euertentibus? LXXV. Si Christus carne adsumta homines nihil iuuit, necesse esse, vt vel nescierit, vel noluerit, vel non potuerit. LXXVI. Absurdum esse primum. LXXVII. Item secundum, ac tertium. LXXVIII. Christum et sciuisse, et voluisse, et potuisse saluos nos facere. LXXIX. De fide et incredulitate. Fidem Christianorum esse irreprehensibilem. LXXX. Quaenam vere impura et immunda sint. Non esse repudiandas imagines ob incredulitatem ac dementiam iconomachorum. LXXXI. De iconomachorum pertinacia ac duritie. Octingentos annos praeteriisse, ex quo imaginum cultus in ecclesia vigeat. LXXXII. Qui per omne illud tempus vixerunt, an idololatrae fuerint? quam absurdum sit id dicere. LXXXIII. Inuectiua in iconomachos. Operis totius epilogus.

Praeliminaria Interpretis.

Adpendix ad librum superiorem, siue selectae sententiae ac fidei regulae, ex sacris scripturis et ex libris sanctorum patrum excerptae. — Praefixum est prooemium, in quo de iconomachorum temeritate circa ea quae sunt fidei; de fugiendis vanis quaestionibus; de fidei praestantia, etc. — Testimonia scripturarum Ioannis, Pauli, Iesaiae, ac sanctorum patrum, Io. Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Chrysostomi, Basilii, Gregorii Nyssensis, Dionysii Atheniens. et Athanasii.

[P] *Dissertatio de Constantini Copronymi, qui a Nicephoro* Mamonas *est adpellatus, vita, moribus, doctrina, ac scriptis.*

Antirrheticus liber, seu refutatio ineptiarum, quas irreligiosus Mamonas contra salutarem Dei verbi incarnationem indocte et impie effutiuit, capitibus L. I. Prooemium. Duplex crimen orthodoxis obiectum esse ab iconomachis: primum, quod idolis seruirent: alterum, quod Christi [P] corpus, tamquam circumscriptum, pingerent. De primo actum supra: de secundo, actum iri in hoc et sequentibus Antirrheticis. II. Inuectiua in iconomachos. III. Eos idem cum Manete sentire. IV. Item cum Ario. V. Renouari ab iis varias haereses. VI. Generalia concilia nihili ab iisdem facta. VII. Argumenta eorum futilia esse, ac vix refutatione digna, confundi autem ab iis illas voces, ἄγραπτον, et ἀπερί-

ἀπερίγραπτον. VIII. De libro dogmatico, cuius auctor Mamonas, quo ordine, qua methodo ſit ſcriptus. IX. Prooemium illius libri, vt Mamonas ſimulata pietate beneuolentiam captet. X. Ad illa Mamonae verba: *Sancta Dei et catholica noſtra eccleſia;* eamdem eccleſiam ab illo et catholicam vocari, et idolicam, ſeu idolis addictam. De Mamonae impietate et ſaeuitia. XI. Ad illa Mamonae verba; *Ita traditum confitetur;* traditionem eccleſiaſticam ab eo agnoſci ſimul et repudiari. XII. Ad illa eiusdem verba; *Non mutata diuinitate in carnem*, etc. incipere inde Mamonam ſeipſum prodere, de incarnatione verbi male ſentientem. XIII. Ad illa eiusdem verba; *Etſi omnis imago deriuata a prototypo aliquo noſcatur:* non cohaerere haec cum ſuperioribus. De malignitate Mamonae, virus ſuum euomere praefeſtinantis. XIV. Mamonas orthodoxus ſe initio mentitus: deinde, prodita erroris ſui turpitudine agnitus, cum graculo Aeſopico, furtiuis plumis nudato, comparatur. XV. Ad illa Mamonae verba: *Quamuis item eiusdem cum effigiato naturae*, etc. Non magis haec ad rem eſſe, quam ſuperiora. Confundi a Mamona imaginem, arte factam, cum imagine naturali. XVI. Si imago eiusdem ſit eſſentiae ſeu naturae cum re effigiata, quot inde ſequantur abſurda? XVII. Ad illa Mamonae verba: *Vt totum ſeruetur*, etc. Non eſſe imaginem id, quod prototypo per omnia ſimile ſit, ac nihilo ab eo differat. [¶] XVIII. Ne logicae quidem artis cognitionem vllam Mamonae eſſe. Eum per ignorantiam imaginis notionem penitus euertere. XIX. Ad illa Mamonae verba; *Quaerimus a vobis, quomodo fieri poſſit, vt dominus noſter Ieſus Chriſtus, (qui ex duabus naturis, corporea et incorporea, per vnionem inconfuſam perſona vna eſt,) depingatur, hoc eſt, effigietur.* Solutio illius quaeſtionis. XX. Mamonam naturas in Chriſto confundere, licet inconfuſas dicat: Chriſtum, cum Deus ſimul et homo ſit, ſimul eſſe et γραπτὸν et ἄγραπτον. XXI. Ad illa Mamonae verba; *Quoniam et alteram naturam, incorpoream, carni vnitam, habet*, etc. Ex eo, quod naturae in Chriſto vnitae ſint, non ſequi, carnem eſſe incircumſcriptam; inconfuſam enim eſſe vnionem. XXII. Si propter vnionem hypoſtaticam duarum naturarum in Chriſto, caro incircumſcripta eſt, ſicut ipſa diuinitas: pariter propter vnionem naturalem trium perſonarum in Deo, pater et Spiritus ſanctus erunt geniti, ſicut filius. XXIII. Ad illa Mamonae verba: *Quoniam poſt vnionem illam inſeparabilis res eſt*, etc. eum, qui ſolius carnis imaginem pingit, non affingere carni propriam perſonam, nec quartam addere Trinitati. XXIV. Mamonae verba; *Id eſt perſonam characterizans, ac ſtatuens: Chriſtum creaturam eſſe dumtaxat, nec diuinam naturam ei ineſſe.* Refutatio verborum. Chriſtum ipſum ſudario diuina vultus ſui lineamenta impreſſiſſe. Iconomachos Iudaeorum aemulatores eſſe. XXV. De Myſterio incarnationis doctrina orthodoxa. Contra eos, qui dicunt, beatae Virginis corpus incircumſcriptum fuiſſe circa illud tempus, quo Chriſtus conceptus eſt. Dilemma. XXVI. Aphthartodocetarum opinio, adſumtam a Chriſto carnem incorruptibilem dicentium. Si Chriſti corpus incircumſcriptum fuit, an illud a beata Virgine habuerit, an beatae Virgini communicauerit? XXVII. Qui Chriſtum circumſcriptum negat, is et hominem eſſe eum negat: qui hominis corpus pingit, is corpus ab anima non diuidit. De Copronymi imaginibus ſculptis pictisque. Inuectiua in eumdem. Eum effigiem ſuam adorari voluiſſe. [¶] Definitio archetypi. Definitio imaginis. XXIX. Definitio idoli. XXX. Imago relationem habet ad archetypum, et ab eo differt eſſentia. Qui imagini illudit, eum et archetypo illudere. XXXI. Etymologia vocis εἰκὼν, quae imaginem ſignificat

cat. Imaginem Christi aliud esse a Christo. Item differre haec, simile esse et idem esse: Item aliud esse, et aliud esse. XXXII. Ad illa verba Mamonae; *Ab vnito Diuino verbo separat*, etc. Qui Christum effigiat, is naturas diuidit, mente dumtaxat, non actu, siue reipsa. XXXIII. Ad illa Mamonae verba: *Quod si non separetur, simul vtique circumscribetur.* Verbum diuinum cum natura sua sit incircumscriptum, non posse carne circumscripta simul circumscribi. De archetypo et imagine. XXXIV. De Christolytis. Si pictorum ars diuinitatem Christi a carne separat, ipsa morte potentior sit necesse est. Excursio in Copronymum. XXXV. Verbum diuinum nec violata carne iniuriam passum esse, nec effigiata, circumscriptionem. XXXVI. Quibus verbis pictor iconomachum adloquuturus sit. XXXVII. Verbum diuinum circumscripta carne non circumscribi, probatur per exempla, solaris radii; item orbis solaris descripti; item ferri candentis, aqua tincti. XXXVIII. Ad illa Mamonae verba; *Impossibile enim est, imaginem esse, quae non declaret formam siue characterem prototypae personae*, etc. Mamonas Christum personae, formae, et characteris expertem statuit. Duae sunt in Christo formae. Testimonia sanctorum Paulli et Petri. De Eusebio praua sentiente. XXXIX. Ad illa Mamonae verba; *Fieri enim non potest, vt in eo, qui ex duabus naturis in vna persona constat*, etc. Si duae sunt in Christo naturae, vtraque natura suas habet proprietates: si itaque diuinitas incircumscripta, humanitas circumscripta. XL. Mamonas, vt Apollinarius, videtur vnam in Christo naturam agnoscere. XLI. Ad illa Mamonae verba: *Sed aut diuinitas simul circumscribitur in imagine, quatenus Christus ex duabus naturis persona vna est, aut*, etc. Verbum diuinum non modo carne circumscripta, non circumscribitur; [❡] sed ne quidem, quum in carne esset, circumscribebatur. Testimonia ex sacris scripturis. In Deo substantia nihil differt ab operatione. XLII. Si Christus compositus, necesse est etiam, vt sit circumscriptus. Verbum diuinum, carne circumscripta non circumscribitur: probatur per exempla sigilli aurei, et rotarum ignearum, quae cum cherubinis pinguntur. XLIII. Ad illa Mamonae verba; *Dicit autem is, qui fecit illam imaginem, eam Christi imaginem esse*, etc. Qui imaginem facit, eamque Christi esse dicit, is Christi nomine diuersa significari scit, ac, quum duo sint significata, altero dumtaxat vtitur. XLIV. Cum ait Paullus, *nos autem praedicamus Christum crucifixum*, non dicit, neque opinatur crucifixum esse ipsum verbum. Alia testimonia, ex quibus patet, nomen Christi de vna saepe natura accipi. XLV. Ad illa Mamonae verba; *et quomodo Dei et hominis nomen, diuinam naturam significans et humanam*, etc. Quae dicuntur de Christo, ea non necesse est de vtraque natura accipi. In euangelio Christus modo homo, modo Deus vel filius Dei vocatur. XLVI. Non esse meris verbis immorandum. Saepe enim fieri vocum enallagen seu permutationem; vt cum dicitur, *Si videritis filium hominis ascendentem illuc, vbi erat prius.* XLVII. Per ἀντιδόσεως et οἰκειώσεως modum fieri, vt vtraque in Christo natura proprietates suas alteri communicet, ac vt verbum adoptet ea quae sunt carnis propria. — Testimonia sanctorum Petri, Pauli, Cyrilli, Amphilochii, Gregorii Nysseni. — Item de Christi imaginibus. XLVIII. Si de Christi Incarnatione recte sentirent iconomachi, non confunderent in Christo naturas, naturarumque proprietates et operationes. XLIX. De diuinis operationibus; non differre eas ab essentia. De operatione Christi, scilicet humana; eam esse finitam et circumscriptam. De duplici Christi facultate, diuina et humana: duplicem item esse eius voluntatem, nec tamen humanam diuinae contrariam esse. [❡] L. Duplex in

Chriſto cognitio: vt Deus, nouit omnia, etiam antequam homo natus eſſet: vt homo, quaedam ignorauit. Teſtimonia ex euangelio. Cetera quoque in Chriſto duplicia ſunt, propter duas naturas. Proinde nihil obſtat, quominus is in eadem perſona circumſcriptus ſit et incircumſcriptus.

Breuis praefatio interpretis in ſecundum Antirrheticum.

Antirrheticus II. Capitibus XX.

Prooemium. *I* Ad illa Mamonae verba; *Conſtituimus autem et de alio capite interrogare vos*, etc. — Inuectiua in Mamonam. Eum et eccleſiae doctoribus et iis principibus, qui ante illum iuſte ac pie imperarunt, ſapientiorem ſe facere. *II.* Ad illa Mamonae verba: *Vnus ille ex duobus in vnam perſonam redactus*, etc. Eo ipſo, quod vnam ex naturis non circumſcriptam ſtatuit, alteram imprudens ac nolens circumſcriptam fatetur. *III.* Ad illa Mamonae verba; *per diuinitatem ſuam cum praeſciuiſſet*, etc. Mamonam ita ſtupidum eſſe, vt non intelligat, imaginem Chriſti monimentum eſſe incarnationis p). Refutatio eorum, quae Mamonas docuit de corpore Chriſti in ſacramento Euchariſtiae. De Apologia, qua vtitur pro ſe Mamonas. *IV.* Ad illa Mamonae verba; *Quoniam ſi de vno hoc ſimulacro perſuaſerimus vobis recte nos dicere*, etc. Quaenam ea ſint, quae de ſanctorum ac beatae virginis imaginibus dicturum ſe ille profitetur. Nolle eum beatam virginem vocari θεοτόκον, id eſt, Dei matrem, eiusque intercesſionem ab eo repudiari. *V.* De veneratione ſanctorum. Excurſio in Mamonae impietatem. *VI.* De profanatis ab eo templis, ac ſacris reliquiis. *VII.* q) De angelis, eos incircumſcriptos eſſe, ſed non per omnia; eosdem pingi ac effigiari fas piumque eſſe. *VIII.* r) De cherubinis, quos Deus ipſe iuſſit effigiari. *IX.* De angelorum apparitionibus, aliisque eiusmodi viſionibus; angeli quamquam formae ac figurae expertes, non ſemel patriarchis ac prophetis viſi ſunt. *X.* De angelis, qui mulieribus circa ſepulcrum Chriſti adparuerunt; eos, quales viſi ſunt, tales depictos eſſe. De honore angelis debito. Per eos preces noſtras Deo offerri. *XI.* Ignorare iconomachos, quid ſit pictura, quid circumſcriptio, quid γραπτὸς, quid περιγραπτὸς: haec autem non confundenda. *XII.* s) Quid ſit γραφὴ ſeu pictura, quid περιγραφὴ ſeu circumſcriptio. *XIII.* Chriſtum tribus modis circumſcribi: non eadem eſſe γραπτὰ et περιγραπτά. *XIV.* Enumeratio variarum rerum, quae, etſi circumſcriptae ſunt, pingi tamen non poſſunt. *XV.* Qui virtutes pingunt, ii non pingunt proprie, ſed fingunt. Iconomachorum ſiue, ſ.r, idem eſſe ſtatuentium γράφειν ac περιγράφειν, aliter ſentire ipſum illum, cuius aut ſcriptu(ra) vtuntur, et quem verum eſſe Aſterium contendunt. *XVI.* Veri Aſterii teſtimonium. Nihil enim ſancti

p) *Inſignis locus de Euchariſtia, cuius mentionem facit Habertus in tractatu de ſacramento altaris.* Partem *autem interpretatus eſt Iohannes Baptiſta Rouſſel. Editus a Combefiſio in manipulo Orig. rerumque Conſtantinopolit. p.* 641.

q) *Fragmentum de Angelis et Cherubinis, editum a Combefiſio, et adiunctum diſputationi Nicephori cum Leone Arm. in Manip. Originum rerumque CP. pag.* 178.

r) *Locus diuerſus ab eo, quem Caniſius edidit,* Tom. II. edit. nouae Baſnagianae parte II. p. 15.

s) *Totum hoc caput latine edidit Caniſius Antiq. lect. tom. IV. pag.* 277 edit. primae. In noua autem extat tom. II. part. II. p. [illegible].

ſancti patres pro γράφειν dixere περιγράφειν, nec περιγραφὴ, aut περιγραφικὴ, aut ζωοπερίγραφος, pro γραφὴ, ſeu ζωγράφος. *XVII.* Chriſtus corpus habuit circumſcriptum, quamdiu vixit: item cum adſcendit in coelos: cum cuiusmodi corpore rurſum venturus eſt iudicatum viuos et mortuos. *XVIII.* Chriſtus quum viueret non aderat corpore in duobus ſimul locis: neque etiam nunc, quum in coelo ſit, eum nobis corporaliter adeſſe. Si fuit ἐνσώματος, id eſt, incarnatus, fuit etiam in loco, et circumſcriptus. *XIX.* Qui Chriſtum negant circumſcriptum fuiſſe, ii docetarum errore implicantur. Docetarum opinio de Chriſto crucifixo. Chriſtus quum effigiatur, non circumſcribitur, ſed pingitur, idque, non quatenus Deus, ſed quatenus homo. Si incarnatus fuit, fuit etiam circumſcriptus. [¶] *XX.* Si propter hypoſtaſin, quae in Chriſto vna eſt, corpus Chriſti eſſet incircumſcriptum, eſſet ob eamdem rationem et inuiſibile, et incomprehenſibile, idemque nec tangi poſſet, nec manducari. De corpore Chriſti in ſacramento Euchariſtiae, verum illud corpus eſſe, non imaginem.

Praefatio interpretis in tertium Antirrheticum.

Antirrheticus III. Capita continet LXXXIV.

Antirrheticus non eodem tempore editus, quo reliqui; multa enim continet, in ſuperioribus iam expoſita.

Prooemium. Stulte iconomachos quaerere, vnde traditum ſit, colendas eſſe imagines. *I.* Quemadmodum iconomachi, traditioni inhaerentes, euangelicos libros, et crucem adorant; ſic orthodoxi, traditionem ſequuti, imagines venerantur. In iis, quae ad Deum pertinent, non argumentandum, ſed credendum. *II.* De fide et incredulitate. Orthodoxi fidem colunt. *III.* Vſum pingendi ipſi euangelii praedicationi coaeuum eſſe: picturam eſſe genus quoddam ſcripturae, erudiendis ſimplicibus idiotisque neceſſarium. *IV.* Picturae vtilitas, per quam eorum, quae Chriſtus ſiue fecit, ſiue paſſus eſt, memoria renouatur. Euangelicae ſcripturae, cum hiſtoricis rerum euangelicarum picturis collatae. *V.* Sermones ipſi nihil aliud ſunt, niſi rerum imagines: ſermonibus lucem vimque addunt picturae. De veteribus libris, in quibus adiunctae erant ſermonibus imagines. Hiſtoricae picturae idem valent ac hiſtorici ſermones; maior oculorum, quam aurium fides. Euangelica hiſtoria, imaginibus expreſſa, nihil aliud eſt, quam ipſum euangelium. *VI.* t) De ſtatua aerea, quam Chriſto poſuit mulier, ſanguinis fluxu liberata. Quid de ea re dicat Aſterius, in illius mulieris encomio. Iconomachos non Chriſtianis, ſed Iudaeis adnumerandos. *VII.* De traditione non ſcripta. Chriſtus ſuas leges non ſcripſit; ſed animis inſculptas eſſe voluit. Teſtimonium Lucae, euangeliſtae. [¶] Multa in eccleſiis obſeruantur, quae vſu ac traditione, non ſcriptura, nituntur. Enumeratio variarum traditionum. *VIII.* De lege et conſuetudine. Traditio, id eſt vſus, ipſis grammaticis venerabilis eſt. De traditione varia teſtimonia, ex euangelio, ex epiſtolis Paulli, ex Chryſoſtomo, ex Baſilio magno, ex Epiphanii ſcripto περὶ τῶν προσφερομένων ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων. — Idem valere legem et conſuetudinem

t) Editum a Combefiſio in auct. nouo bibliothecae P. P. graec. tom. primo, pag. 278.

dinem. *IX.* Contra eos, qui dicunt: *Quaenam lex iubet imaginem Christi adorare?* *X.* *) De varia adoratione. *XI.* De Caesaris imagine. *XII.* De eo, quod imperatorum ipsae imagines venerabiles sint. *XIII.* Ipsis Iudaeis dementiores esse impios iconomachos, qui imperium Christi excusserint. *XIV.* Eosdem Persis amentiores esse, et Herode contumaciores. *XV.* Exemplum de adorantibus et conspuentibus imaginem Christi. *XVI.* Historia de sancta Maria Aegyptia. *XVII.* Historia de imagine Polemonis. *XVIII.* Verba sancti Basilii. *XIX.* Filius, seu verbum, imago patris dicitur secundum hypostasin minime dissimilem. *XX.* Etiam imago sensibilis, similitudinem cum forma Christi retinet. *XXI.* Quid sit imago, et secundum quid εἰκὼν dicta sit? diuisio. *XXII.* Artificialem imaginem, ratione speciei et formae, cognominem esse prototypo. *XXIII.* De imagine, verba sancti Gregorii, theologi. *XXIV.* Verba sancti Cyrilli. *XXV.* Verba sancti Dionysii. *XXVI.* Verba Clementis, Alexandrini, ex tractatu de pascha. *XXVII.* Etiam Samuelem, prophetam, Christi imaginem fuisse. *XXVIII.* De Graecorum detestandis superstitionibus. *XXIX.* Ipsa simplicia et compositione carentia mystice effingi: proinde Christum quum sit persona composita, composite ac materialiter effingi posse. [*] *XXX.* Sancti patres et sacrae Synodi, imaginibus ornari templa dictis factisque curauerunt. *XXXI.* Filium dici imaginem patris, quum hypostasin habeat, natura nil discrepantem. Nos autem filios Dei dici adoptione et gratia, eam similitudinem habentes cum eo, qui natura et potestate filius est, quam habent imagines cum prototypis. *XXXII.* Seipsos fraudant impii iconomachi adoptione, qua per sacrum baptisma contigit eos adoptari. *XXXIII.* Tollentes Christi passionem, crucem ipsam simul tollunt. *XXXIV.* Quomodo sanctificantis Christi figuram impii respuunt; sanctificatae autem crucis figuram colunt. *XXXV.* ᵛ) Syllogismi decem; quanto pretiosior Christus propria cruce, tanto imaginem Christi pretiosiorem esse imagine ipsius crucis. *XXXVI.* Pretiosa ipsa ligna conculcari ab iis, confringique ex auro et argento effecta phylacteria. *XXXVII.* Contra eos, qui vetant sacris vestibus intexi imagines. *XXXVIII.* Contra eos, qui dicunt, Christum post resurrectionem non circumscribi. *XXXIX.* Contra eos, qui dicunt: Si id quod mortale ac corruptibile erat, mutatum est, quidni et illud, quod erat circumscriptum? *XL.* Quid significet illud, Non facies similitudinem vllius rei, etc. *XLI.* Contra eos, qui dicunt, Quanam lege iubetur similitudinem Dei fieri? *XLII.* De Abgaro et imagine Christi non manufacta. *XLIII.* De Persarum rege, qui, misso pictore, Christi, in vrbe Bethlehem nati, et sanctae virginis matris imaginem videre voluit. *XLIV.* A Manichaeis et ab Arianis imagines aboleri. *XLV.* De iis, qui auium et bestiarum imagines sacris vestibus intextas imaginibus Christi ac sanctorum aequiparant. *XLVI.* De iis, qui demonstrationem petunt, qua confirmetur, imagines adorandas esse. Exemplum solis; item maris ac fluuii. *XLVII.* Demonstratio, qua ostenditur, Christianos speciem et adpellationem Christi retinere, per deriuationem, id est, a Christo; tamquam a fonte, deriuatam. *XLVIII.* Exemplum: duo filii vnius patris. [*] *XLIX.* Quid possint dicere aduersarii de sanctissima virgine, Dei matre, ac de sanctis? numquid etiam hi ex diuinitate et humanitate constant? *L.* Et olim in corporibus; et nunc in imaginibus

com

u) *Editum bibl. P. P. graecolat. tom. I. p. 2. pag. 729.*

v) *Canisius, antiq. lect. tom. IV. pag. 259.* tom. II. edit. nouae parte II. p. 7.

cum Christo persequutionem pati ac decertare sanctos martyres. *LI.* De certaminibus sanctorum martyrum. *LII.* Eos, et cum viuerent, martyres fuisse, et imaginibus martyres etiamnum esse. *LIII.* Iconomachi sanctorum intercessiones spernunt, et veneranda eorum templa euertunt. *LIV.* Templa et imagines sanctorum idem cum illis nomen et gratiam aeque habere. *LV.* Qui haec faciunt, eos Marcionis ac Manetis impietate laborare. *LVI.* Renuntiasse prorsus christianae fidei, et ab ea alienatos esse impios iconomachos. *LVII.* Imaginibus res veras indicari, itaque iconomachos Christi ac sanctorum memoriam abolere. *LVIII.* Quid sit illud, *Faciamus hominem ad similitudinem nostram.* *LIX.* Nostri sacerdotes coelestium ordinum et hierarchiarum similitudinem exprimunt. *LX.* Quare filius, idemque verbum tamquam imago patris honoratur, filii autem imago propter filium ludibrio habetur. *LXI.* Christi ac sanctorum insignia prorsus ab iconomachis contemta esse. *LXII.* Quinam sint et cuius disciplinae impii iconomachi? *LXIII.* Quinam sint, quorum Deus venter est. *LXIV.* De illis, qui beatum praedicant impium Mamonam Constantinum. *LXV.* De calamitatibus et mortiferis cladibus, quae illius tempore infinitae acciderunt. *LXVI.* Coeli astra, non ferentia iniuriam Christo factam, decidisse e coelo, sicut passionis tempore. *LXVII.* De fame, de rebellionibus contra Mamonam, de gentium incursionibus ac praedationibus. *LXVIII.* Piae imperatricis, Irenes, opera compressam esse haeresin. *LXIX.* Errores illos vagos, quaerentes sibi religionem, inuenisse Manichaeorum superstitionem. [P] *LXX.* w) De illis, qui dicunt, longaeuum ideo fuisse Mamonam, quod in Deum contumeliosus fuisset. *LXXI.* Mamonam, cum moreretur, gehennae designatae limina agnouisse. *LXXII.* De bellicis eius expeditionibus. *LXXIII.* Impios et atheos imperatores, longaeuos ac fortunatos vixisse. *LXXIV.* De regibus Israel ac Iuda. *LXXV.* De crudelitate Mamonae. *LXXVI.* Quomodo passionem Christi et sanctorum certamina cauillabatur. *LXXVII.* Quomodo venerandum et apostolicum habitum exuere cogebat monachos, eosque ἀμνημονεύτους vocabat. *LXXVIII.* De fidelium imperatorum praeclare gestis, ac moderatione. *LXXIX.* Narratio de imperatore, Theodosio magno, et de monacho, qui, baculo et sudario ceruice sua detracto, miraculum patrauit. *LXXX.* Monachos a Mamona mulieribus copulatos esse. *LXXXI.* De piis imperatoribus, quorum vita et prospera fuit, et longa. *LXXXII.* Ab ipsa vsque Christi aetate ecclesiam instituta ac dogmata sua illaesa retinuisse, vsque ad tempora Mamonae, apostatae. *LXXXIII.* Non esse imperatorium, sed iudaicum scelus, haeresin iconomachorum. *LXXXIV.* Ortam ex Iudaeis ac Saracenis hanc impietatem Leoni et Constantino, irreligiosis principibus, adhaesisse.

Appendix ad libros superiores, seu LXXV. testimonia sanctorum patrum circa quaestionem, vt [illegible] Christus circumscriptus fuerit, nec ne. Praefixum est Prooemium, testimonia videlicet.

Χρήσεις αἱ περιγραπτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον κηρύσσουσαι τὸν Χριστόν.

Cyrilli Alex. Athanasii, ep. Alexandr. Gregorii, theologi, Maximi, Gregorii Nysseni, Amphilochii ep. Iconii. Methodii, Hippolyti, Leontii, Theodoti Ancyr. Sophronii, episcopi Hierosol. Anastasii Antioch. Clementis Alex. et Polychronii Apam.

w) *Editum a Petauio cum Breuiario historico eiusdem Nicephori.*

Χρήσεις αἱ τέλειον ἄνθρωπον ὥσπερ καὶ τέλειον Θεὸν κηρύσσουσαι τὸν Χριστόν.

Synodi Chalced. Athanasii, Basilii, Gregorii, theologi, Dionysii, Chrysostomi, Ignatii, Epiphanii, Procli Hierosol. Ambrosii, Amphilochii, Iustini, martyris, Cyri..., Gelasii, Flauiani Antioch. Iulii, Leontii, Theodoti, Ephraim Syri, Isidori Pelus. et Cyrilli.

Χρήσεις αἱ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ.

Gregorii Theol. Cyrilli, Gregorii Nyss. Anastasii, Iustini martyris, et Theodoti Ancyr.

Αἱ λοιπαὶ ὑποτεταγμέναι χρήσεις εἰσὶν, αἱ τῷ εὐαγγελικῷ λόγῳ συνᾴδουσιν· ὡς ἐψηλαφήθη ἡ θεία πλευρὰ καὶ τῶν ἥλων αἱ διατρήσεις, παρὰ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀποστόλου.

Athanasii, Io. Chrysostomi, Cyrilli, Gregorii Nyssens. Procli, ep. CPolit. et Ephraim Syri. —

Antirrheticus, seu confutatio eorum, quae Eusebius et Epiphanides contra Christi, saluatoris nostri, incarnationem inepte disseruerunt. — Huius Antirrhetici duae sunt partes, prima contra *) Eusebium. — Secunda contra Epiphanidem.

De vita, moribus, doctrina ac scriptis Eusebii, Disquisitio

[*] *Antirrheticus contra impium Eusebium, Capitibus LXXVI.*

Prooemium. I. Mamonam librorum adulteratorum ac spuriorum testimonia obseruasse. II. Mamonam apostolicorum, euangelicorumque dictorum oppugnatorem fuisse, et Christianorum spe excidisse. III. Ab scelesto et impostore Hebraeo haereticam rabiem ad Leonem et Constantinum, Isauros, manauisse. IV. Mamonam sacrorum templorum ac donariorum ornatum penitus deleuisse. V. Item multis contumeliis adfectos monachos et culeis insutos in profundum mare demersos esse. VI. Mamonas falso sanctos patres haereseos suae testes producit. VII. Magistros sibi proposuit Eusebium, Arianum, et Epiphanidem, Docetam haereticum. VIII. Eusebius filium creaturam et ministrum patris vocat. IX. Refutatio epistolae Eusebii ad imperatricem, Constantiam. X. Confundi ab eo substantiales Christi formas, et earum proprietates. XI. Vnam formam veram agnoscens, alteram monstruosam ac falsam statuit. XII. Ariani dicunt, formam in Christo humanam non esse proprie naturam, sed figuram simplicem, absque hypostasi. XIII. Quid sit forma, et quare dicatur forma, et quot modis dicatur? XIV. Quomodo expressa formae imago secundum humanas proprietates effingatur. XV. Eadem sensisse Eusebium, quae impii haeretici, Valentinus, Marcio, Manes et Arius. XVI. Quid sit, in similitudinem carnis peccati Christum natum esse. XVII. Eusebius imperatrici innuit, non potuisse Christum liberare nos ab idolis. XVIII. Eusebius commixtionem et alterationem formarum statuit. XIX. Ariani substantiam et hypostasin idem esse statuunt. [*] XX. Christum in transfiguratione deificatum esse dicit Eusebius. XXI. Eadem sentire Eusebium, quae Manes, Marcio, Marcianus, et Massaliani. XXII. Mutatam et confusam esse humanam

*) Latine in Canisii, antiquis lect. tom. II. edit. nouae Basnagianae part. II. p. 4. seq.

manam Christi naturam cum diuina substantia, opinatur Eusebius. XXIII. Argumentum ex eo petitum, quod imperatores et martyres iampridem per imaginem formae cogniti sint. XXIV. Christum per speciem nostrae similem exprimi. XXV. De Baptismate, et quomodo vetus noster homo crucifixus sit. XXVI. Transformatum Christi corpus, iam et immortale euasisse dicit Eusebius. XXVII. Argumenta de mutatione et conuersione. XXVIII. Quid sit in Christo substantia, et ἐνυπόστατον. XXIX. Non circumscripta humana forma, necesse esse, passiones diuinitati tribuere. XXX. De Arianorum opinione. XXXI. De Docetarum errore. XXXII. Deum verbum ex sancta Virgine cum assumpto corpore humano prodiisse. XXXIII. Contrariae sectae haereticos opinari, deificatum esse in Iordane Christum, ac filium vocatum fuisse. XXXIV. Christum post resurrectionem visum esse hominibus non immutatum. XXXV. Naturalia et essentialia non mutari. De prodigiis per Moysen editis. XXXVI. De diuina incarnatione. XXXVII. Quid sit naturae mutatio in diuina incarnatione. XXXVIII. Ad primigeniam pulcritudinem rediisse humanam naturam. XXXIX. Negari prorsus ab Eusebio Christi incarnationem. XL. Aliam in DEO rationem spectari, aliam in incarnatione. XLI. Etiam nostra corpora post resurrectionem non immutari. XLII. Contra opinionem Manetis. XLIII. Quomodo formam Eusebius substantiam vocet intellectualem, qualis est angelorum. XLIV. Eusebius et Ariani inanimatam Christi carnem dicunt, eamque, vtpote intellectualem, non effigiari. XLV. An Sacerdos Eusebius nominandus sit Christi hostis? [P] XLVI. Contra eos, qui, diuina Christi mysteria in sacramento Eucharistiae imaginem esse corporis, dicunt. XLVII. Contra eos, qui veros Christianos idololatras vocant. XLVIII. Quid sit idolum, et quatenus idolum dicatur, et quot modis dicatur. XLIX. Contra eos, qui mutationem et alterationem factam in Christo statuunt. L. Exemplum solis, de vnione inconfusa duarum Christi naturarum. LI. Quid sit, *Ne facias similitudinem eorum quaecumque in coelo supra, etc.* LII. Nos Christianos viuificae Trinitati ac DEO coeli seruire. LIII. Deum iussisse etiam incorporeorum Cherubinorum imagines fieri. LIV. Iesum, Naue filium, lapides, ex Iordane eductos, factis columnis consecrasse. LV. Isaias columnam, id est, statuam futuram domino in templo eius praedicit. LVI. Iacobus, patriarcha, columnam in modum statuae erexit. LVII. Ab ipsis apostolis transmissum esse vsum effingendae Christi imaginis. LVIII. Eusebium ipsum narrare historiam de statua domini et mulieris. LIX. Quid sit illud, *si enim cognouimus*, inquit, *secundum carnem Christum, at nunc non cognoscimus.* LX. Testatur Eusebius, imaginem Manetis a Manichaeis in conto, siue hasta, circumlatam fuisse, vt imperatorum imagines in militaribus signis. LXI. Eusebii argumentatio ex illis verbis, *Beati mundo corde*, et ad eam responsio. LXII. De diuina natura: eam incomprehensibilem esse. LXIII. De testimoniis, quae Mamonas pro se ex Gregorio Nysseno protulit, vbi is ait, *et Ario dico, et Aëtio.* LXIV. Contra Apollinarium. LXV. Testimonia S. S. patrum de inconfusa vnione et indiuidua hypostasi. LXVI. Contra Eusebium, qui mutatum et alteratum Christum statuit. LXVII. Ambrosii, Mediolanensis, verba de anacrasi, seu commixtione, quid ea sit. LXVIII. De perfectis Christi naturis. LXIX. Definitio dogmatica formae et personae. LXX. De statua, et herba adnata. [P] LXXI. De apostolis et Iacobo, DEI fratre, cuius imagines Hierosolymis, primis statim temporibus ab eius discipulis celebratae sunt. LXXII. De Asterio.

LXXIII. De

LXXIII. De statua Christi, quam furatus est Maximinus, Iulianus autem, apostata, aboleuit. LXXIV. De Iacobo, patriarcha. LXXV. Sancti Gregorii Armeniae verba. LXXVI. Sectatores Eusebii dicunt, eum poenituisse et ad orthodoxam fidem conuersum esse, quod est falsum.

Index χρήσεων, quae contra Eusebium et Mannenam proferuntur, videlicet ex eorumdem, qui antea citabantur, libris.

[†] *De Pseudonymi Epiphanii doctrina, dissertatio.*

Contra Epiphanidem, Capita XXX.

I. Fuisse Epiphanidem Docetarum haeresi et Manichaeorum impietati addictum. II. Magnum Epiphanium, Cypri episcopum, de omnibus haeresibus, scripto contra eas libro triumphasse. [†] III. Sanctum, Sidae metropolitam, testari, suppositiciam esse eam epistolam, quae Epiphanio tribuitur. IV. Contra Epiphanidae testamentum. V. Definitio seu expositio dogmatis Epiphanidae. VI. Contra eos, qui dicunt, non faciendam esse imaginem Christi, nec sanctae DEI matris. VII. In illud, *quum manifestatus fuerit, similes ei futuri sumus.* VIII. Sancti Epiphanii verba contra Collyritas, et de mulieribus, quae erant in Arabia. IX. Quomodo effingantur angeli, testimonia prophetarum. X. De Acataleptetarum et Aperigraptetarum opinione. XI. Contra eos, qui dicunt; *Vbinam iussit dominus, fieri imaginem et adorari?* XII. De Abgaro, et imagine non manufacta, apud Edessenos et Romanos. XIII. Contra eos, qui dicunt; *Institutum illud esse a maligno spiritu.* XIV. Contra eos, qui dicunt, idololatriam in mundum rursus a diabolo esse inuectam. XV. Ex sua genealogia Epiphanides mendax arguitur. XVI. Epiphanidem eadem cum Valente sensisse. XVII. Contra eos, qui dicunt, homines a diabolo rursum ad idololatriam esse pertractos. XVIII. Contra eos, qui dicunt; *Quisnam veterum Christi imaginem depinxit?* XIX. Contra eos, qui dicunt, senes pingi apostolos, comatum autem Christum. XX. Contra eosdem dicentes, si comam habuit Christus, quare Iudaei ad illum prodendum triginta denariis Iudam adtraxerunt? XXI. Epiphanidem Marcionis, Manetisque sectatorem fuisse. XXII. De velis, quae praecepit dari ad sepulturam pauperum. XXIII. Contra eos, qui dicunt, oportere ieiunare in sabbato, et sanctam DEI matrem gladio interfectam esse impie adfirmant. XXIV. Sanctus Epiphanius omnes haereses proscripsit. XXV. De epistola Nili. XXVI. De imagine sanctae protomartyris, Theclae. XXVII. De Leontio, haeretico. XXVIII. De Leontio, Cyprio, orthodoxo. XXIX. Multis argumentis probari, Pseudonymum Epiphanium diuersum esse a Magno Epiphanio. XXX. Opinio Arianorum, Manetis, Apollinarii, Dioscori, et Acephalorum.

[†] *Index χρήσεων αἱρετικῶν, quae Antirrhetico contra Epiphanidem subiunctae sunt.*

Eudoxii CPolit. Ariani, Lucii episc. Alex. Ariani, Manetis, Apollinarii, Dioscuri, Timothei, presbyteri.

TOMUS

TOMUS II.

Praeliminaria interpretis.

PRAEFATIO de iis, quae in hoc volumine continentur. — Differtatio de fynodo Nicaena fecunda, ac in eandem obferuationes variae. — Recenfio critica quamplurium operum variorum SS. patrum, ex quibus fragmenta contra imagines protulerunt iconomachi. — Praefatio ad Macarii Magnetis opera. — De Macario Magnete teftimonia recentiorum fcriptorum.

De Macario Magnete Veterum teftimonia, feu de verbis Macarii Magnetis, quae iconomachi contra imagines facras impie vfurpauerant, Antiftitum orthodoxorum Iudicium.

Prooemium. Non effe temere cuilibet doctrinae credendum, fed ei tantum, quae cum facris fcripturis congruens fit. — [¶] De mala fide iconomachorum qui teftimonia trunca ac mutila, vix indicatis auctoribus examinanda (*S. Nicephoro*) miferant. — De teftimonio ex apocriticis Macarii fumpto. — De manufcripto codice vetuftiffimo in quo continebantur apocritica Macarii. — De Macario ipfo, cuias fuerit, et quo tempore vixerit. — Excerpta ex apocriticis Macarii, fiue ex eius dialogis cum graeco fiue Ethnico. — Oftendit fanctus Nicephorus, quaecumque Macarius in iis libris de imaginibus difputauit, non pertinere ad imagines Chrifti vel fanctorum, fed ad profanas gentilium Deorum imagines. — Breuis praefatio interpretis.

Sancti NICEPHORI *antirrheticus liber. Contra eos, qui diuinam imaginem idolum, nominare impie aufi funt. Item, quid fit γραπτὸν καὶ περιγραπτόν? Et quomodo intelligendum illud:* Non facies vllam imaginem, etc.

Item obferuanda effe ea, quae a Patribus tradita funt: denique teftimoniorum, quae ab ecclefiae hoftibus impie vfurpata funt, confutatio.

Prooemium. Propofitum fibi effe veram doctrinam confirmare, aduerfariorum autem errores refellere. Seruanda effe ea, quae a maioribus tradita et longo vfu confirmata funt. — Orthodoxos ftabili fundamento niti; haereticos autem non ita. De ecclefia. — Orthodoxorum et haereticorum viae quam diuerfae fint. Iconomachorum mores. Incarnationis myfterium ab iconomachis aboleri. Eorum faeuitia. — Cap. I. De crimine Idololatriae orthodoxis obiecto. — Perfecutio contra orthodoxos excitata quem exitum habuerit. — Cap. II. Iconomachos, poftquam idololatriae arguere orthodoxos fruftra conati funt, alia via adgredi, et mota de *circumfcripto* controuerfia, incarnationis myfterium oppugnare, ac Valentini et aliorum errores amplecti. — Cap. III. Iconomachos obiicere orthodoxis illa verba legis Mofaicae; *non facies omnem fimilitudinem, etc.* Illius obiectionis folutio. — [¶] Legem illam, *non facies fimilitudinem etc.* datam effe Iudaeis poft exitum ex Aegypto, ne Aegyptiorum idololatriam imitarentur. Quae in lege fcripta funt, ea ad Iudaeos pertinent, non ad Chriftianos. Lex imagines coli vetat, quadrupedum fcilicet, ac cete-

caeterarum creaturarum, non autem Chriſti. — Iconomachi non ſtatuunt vllum diſcrimen inter imaginem Chriſti et imaginem creaturae, ac proinde nec inter Chriſtum et creaturam. — Cap. IV. Quam procul abſit ab orthodoxis idololatriae crimen. Non licuiſſe Iudaeis Deum effingere, quod eum non vidiſſent; Chriſtianis autem licere, quia viderint. — Cap. V. Lege vetitum eſſe, ne fierent ſimulacra τῶν περικοσμίων, non autem τῶν ὑπερκοσμίων. De tabernaculo, propitiatorio, et cherubinis. Imagines iudaicae, cum iis, quas Chriſtiani venerantur, collatae. Ipſi iconomachi crucem adorant, quae nil aliud eſt, quam imago paſſionis Chriſti. — Cap. VI. Iconomachos traditionis et longi vſus nullam habere rationem. Imaginem cultum antiquiſſimum eſſe. Melius facturos fuiſſe iconomachos, ſi ſcripta Chriſtianorum ac SS. patrum legiſſent, a quibus eae quaeſtiones iam examinatae eſſent. — Cap. VII. Iconomachorum dicta adeo futilia eſſe, vt ne refelli quidem digna ſint. Imaginum cultum, Chriſti et apoſtolorum totiusque eccleſiae auctoritate conſtitutum, traditione ac longo vſu confirmatum, ipſi denique rationi conſentaneum eſſe. De ſancto ſudario. De iconomachorum incredulitate. — Cap. VIII. Imaginum cultum non ideo eſſe reiiciendum, quod lege non ſit conſtitutus. — Cap. IX. De teſtimoniis, quibus vtuntur iconomachi ad errores ſuos adſtruendos. Eos noctu pugnantibus ſimiles eſſe. — Cap. X. Teſtimonium ſancti Ioannis Chryſoſtomi ab iconomachis contra imagines productum, ex commentariis eius in euangelium Matthaei. Videtur autem eo loco S. Chryſoſtomus damnare picturam, et artem ποικιλτικήν. — Mens Chryſoſtomi declarata ex aliis eiusdem ſcriptis. Nicephori obſeruationes. Verba prophetica cum S. Chryſoſtomi verbis congruentia. — Verba Baſilii magni eodem pertinentia. — [¶] Ex libro Exodi verba, quibus commendantur variae artes, veluti textorum, ſculptorum etc. — Artes illas, de quibus actum ſupra, non eſſe per ſe malas, ſed abuſu tantum, neque id ignorauiſſe ſanctum Chryſoſtomum. — Quatenus eae artes vtiles ſint? quatenus inutiles ac pernicioſae? — Sanctum Chryſoſtomum non fuiſſe ab imaginum cultu auerſum. — Sancti Chryſoſtomi tempore ornata fuiſſe picturis texturisque variis templa et ipſa altaria. — De aurificum arte; eam laudabilem eſſe, ſi templis, non mulierculis ornandis ſeruiat. — Teſtimonium ſancti Nili ex eius epiſtola ad Olympiodorum de picturis, quatenus ornandis templis vtiles ſunt, vel non vtiles. — De prauis vaniſque artibus. — Iconomachorum crudelitas, luxus, faſtusque. Iconomachos picturae infenſos eſſe, quatenus templis [illegible] ſeruit: non autem, quatenus eorum luxui ac faſtui blanditur, contra quam ſanctis patribus viſum eſt. — Sanctum Chryſoſtomum ſuam de ſupradictis artibus, pictoria nempe et ſtatuaria, opinionem tum alibi clarius indicaſſe, tum in vigeſima, ſeu, vt alii [illegible], [illegible]decima oratione εἰς τοὺς ἀνδριάντας. Item in decima et ſexta decima. Verba [illegible] Chryſoſtomi. — Cap. XI. Teſtimonium Methodii, Myrorum, vel Patarorum Lyciae epiſcopi, ab iconomachis contra imagines productum, ex oratione περὶ ἀναστάσεως. — Diuerſam eſſe rationem profanarum ſacrarumque picturarum; vtraſque autem ab iconomachis confundi. — Iconomachorum impietas in imagines. Non intelligi ab iis Methodii ſententiam. Eum loqui de pictoribus, qui ad voluptatem et ambitioſum ornatum pingunt. — Non ideo contemnendam pictorum artem, quod colores facile deleantur: nec corruptis imaginibus ipſa quoque archetypa corrumpi. — De varia ſignificatione vocis εἴδωλον. — Quae Methodius contra ſophiſtas dixerit in oratione ſupra memorata, ea in iconomachos aptiſſime

cadere

cadere. — [¶] De aliis locis, in quibus Methodius mentem ſuam apertius indicauit. — Eadem ab iisdem ſcriptoribus et laudari et vituperari, prout exigit propoſiti argumenti ratio, ac pro variis circumſtantiis. — Methodii verba ex eadem oratione ad ſtatuariorum laudem pertinentia. — Iconomachi peiores, quam idololatrae. Nam hi ſuorum numinum profana ſimulacra coluerunt. Iconomachi autem ſanctas ac venerandas imagines ludibrio habuerunt. — Methodii verba de pictura et coloribus. Eiusdem verba ad ſculpturam pertinentia. Alia eiusdem verba de imaginibus.

Diſſertatio, cuius duae partes. Prima de pſeudoſynodo Copronymiana. Altera de conciliis generalibus, et ad quem ſpectet congregare concilium; ac quodnam vniuerſale et oecumenicum dicatur.

Liber antirrheticus, cuius duae partes. Prima. Refutatio et euerſio decreti illegitimi et pſeudonymi, quod promulgatum eſt ab iis, qui catholicam et apoſtolicam eccleſiam deſeruerunt, et alienae ſententiae ſe accommodarunt ad euertendam diuini verbi incarnationem. — Prooemium. [y]) In religione nihil innouare tutiſſimum eſſe ac ſaluberrimum: quanta fuerit pax ac tranquillitas, quam florens eccleſiae ſtatus, quamdiu nihil innouatum ſit. — *Poſt autem haec verba,* καὶ χρυσῷ καὶ λίθοις τοῖς Ἰνδικοῖς, λαμπρὸν ἀπαστράπτουσιν. εὐθύτητι δὲ δογμάτων, ἢ τῷ ἀλουργῷ ἐκαλλωπίζοντο χρώματι, καὶ ὅσον . . . *deſideratur folium vnum vel plura; reſumitur vero ab his verbis:* τρόπαια στήσασι. διά τοι τοῦτο κατὰ τοῦ θείου φόβου ἀπηναισχύντησαν, καὶ ἦραν κατὰ τῶν ἁγίων κεφ. *etc.* — De Leonis, Armeni, morte. — Quibus artibus Leo, Armenus, pacem eccleſiae turbare coeperit. — De ſynodo, quam idem contra imagines coëgit. — Eam ſynodum non fuiſſe canonice habitam. — De auctoritate pontificis romani neglecta: de excluſis communione iis, qui eccleſiae praeerant. — [¶] De illius pſeudoſynodi deciſione, quam Nicephorus vocat ὅρον ἄριστον. — Ne refutatione quidem digna eſſe iconomachorum ſcripta, vtpote futilia ac delira. — De imperatoribus, Leone Iſauro et Conſtantino Copronymo, haereſeos auctoribus. — Cap. I. Initium deciſionis, ſeu decreti, quo confirmatur Copronymiana ſynodus. — Refutatio. Falſum eſſe, quod dicunt iconomachi, conuocatam eſſe illam ſynodum a Leone et Conſtantino, imperatoribus: conuocatam enim eſſe a Copronymo poſt mortem Leonis. — Quaenam a Leone, Iſauro, geſta ſint, vt patriarcham depoſuerit, et alium in eius locum intruſerit. — De Conſtantino, Copronymo, vt pſeudoſynodum ſuam coegerit. Inuectiua in eam ſynodum. — Cap. II. Verba iconomachorum, ſumta ex ſupradicta deciſione, concilii Copronymiani confirmatrice. — Refutatio eorum verborum, quatenus negant, traditione niti Chriſti pingendi vſum. — De imagine Chriſti Edeſſena, cuius reliquiae cernebantur adhuc Nicephori temporibus. — Non eſſe inutilem imaginum cultum. — Iconomachi fatentur, ſe imagines coluiſſe, ac idolorum ſacerdotes fuiſſe. — De concilio Copronymiano: vere illud acephalum fuiſſe; habitum enim eſſe, Conſtantinopolitana ſede vacante, nec creatum eſſe nouum patriarcham, niſi ſub finem concilii. — Imaginum cultum ab iconomachis damnari ea mente, vt incarna-

 carna-

y) *Examinatur in hoc libro* ὅρος *ſiue deciſio pſeudoſynodi, a Leone Armeno conuocatae, qua abrogabatur Nicaenum concilium ſecundum, confirmabatur autem ſynodus Copronymiana.*

nr. 5. et XLII. nr. 2. v. *Lambec.* VI. part. II. pag 355. et 359. — In eadem bibl. caes. cod. XLII. nr 19. extat *Nic. Blemm. fragmentum geographicum.* (*Lambec.* VII. p. 179.) — *Geographiae compendium* est in codd. bibl. *Taurin.* CCXXXII. et CCLXIV. (cat. codd. gr. p. 318. et 373.) — *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, teste *Montfauc.* in diario. ital. p. 14 — — *Matriti* in bibl. Escor. *Geographia compendiaria*: ordo et canon in 13. signa, quae videntur in hominis aegritudinibus; et de cognitionibus illarum, maxime de illarum curatione, auctore *Plüero* l. cit. — — In cod. bibl. publ. *Paris.* MCDXIV. (secundum auctorem cat. codd. II. p. 316.) 1) *Nic. Blemm.* geographiae compendium, siue potius *Dionysii Alexandrini* orbis descriptio, soluta oratione explicata. 2) Eiusdem aliud compendium, vbi de terra, illius magnitudine et climatibus disseritur: opus regi cuidam orthodoxo inscriptum. — In bibl. *Coislin.* CCCLXXXVIII. *Nic. Blemm. geographia synoptica*, sed *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 599. haec, ait, geographica ab homine imperito et insulso descripta fuit, ac vix credam, esse Nic. Blemmidae, viri, vt sua aetate, docti. Hic regiones, flumina, vrbes, non quales erant et vocabantur tempore scriptoris, sed quales ex vetustioribus geographis perperam et indocte consarcinatae sunt, repraesentantur. *Goetz* tamen in mem. bibl. Dresdensis. II. p. 394. ait, caput physicae epitomes tricesimum in Wegelin. edit. agere περὶ οἰκήσεων, quod Fabr. tamquam opusculum geographicum ex Lambecio laudasset. — In cod. *Coislin.* CCVIII. scholia *Niceph. Blemm. in odas Mosis et aliorum*, cum paraphrasi et manu Tinerilii scr. a. ab incarnatione 1656. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 267. — *Florentiae* in cod. Laur. Medic. orat. *de regno.* (*Bandin.* I. p. 121. nr. 31.) et libell. *de fide ad monachos monasterii a se exstructi.* (*Bandin.* III. p. 399. cod. XVI. plut. 87. nr. 17.) — In bibl. publ. *Paris.* orat. *de custodia cordis* in codd. MXCI. nr. 11. MCXL. nr. 11. MCXLV. nr. 4. — orat. *in laudem S. Ioannis Theologi*, in cod. MCCXXV. nr. 1. — *vita Pauli Latrensis* in cod. MCXCV. nr. 19. — *de animi facultatibus* in cod. MCMXCIX. nr. 3. — *de coelo et quod mundus sit aeternus*, (quod est cap. 24. lib. physic.) in eodem cod. et in codd. MMCMXCIX. nr. 3. ac nr. 4. *de vacuo*, (h. e. cap. 30. eiusd. operis) et in MMC. nr. 5. *de coelo, sole, luna, sideribus et diebus.* — opusc. (ab aliis *Maximo* tributum,) *de vrinis*, in codd. MMCCXX. nr. 6. — MMCCCIII. nr. 3. MMCCCXV. nr. 5. et MMDCLXXI. nr. 6. — *de ovri conficiendi ratione* in cod. MMCCCXXIX. nr. 10. ac MMDIX. nr. 9. cum scholiis margini adiectis; — *methodus inueniendi paschatis* in cod. MI. nr. 4. p. 199. tom. II. catal. — In bibl. reg. *Taurinensi* serm. *de animae necessitate* et *de cognitione hominum*, in cod. CCCXXXI. quorum duorum opusculor. neque Caucus facit mentionem, neque Fabricius. v. catal. codd. gr. Taur. pag. 414. et 415. — In cod. *Matrit.* LIX. ex oratt. *Nic. Blemm.* ad monachos instruendos, siue ex eius typico, orat. *de fide* cum duplici scholio, et *de virtute atque exercitatione.* v. *Iriarte* l. c. p. 199. — In codd. *Escorial. de fide*, cum variis; *de nomine et verbo; introductoriae* in Aristot. physicam epitomes liber 15. et secundus, teste *Plüero* l. cit. — *Monachii* in bibl. elector. Bauar. cod. CVIII. *Nic. Blem.* encomium *in Ioannem euangelistam*; oratio *de anima*; or. *de corpore*; *enarrationes in aliquot psalmos*; *de fide*; *de virtute et vita religiosa.* — in cod. CLII. *Nic. de coelo.* (cat. codd. gr. p. 42. et 60. add. supra vol. IV. pag. 206. sub fin. et p. 220. et infra, vol. XII. vbi de Medicis et Chemicis agitur, etc. et *Kollar.* in supplem. ad Lambecii comm. pag. 663. sq. *Harl.*

Nicephorus Bryennius Ethnarcha ab imp. Conſtantino Monomacho adpellatus, ſed, imperium quum adfectaret, oculis priuatus eſt a. C. 1057. quo Iſaacius Comnenus Auguſtus adclamatus fuit. Vide *Cangii* familias Byz. pag. 177.

Nicephorus Bryennius II. Dyrrachii dux, a *Nicephoro Botaniata*, imp. victus et oculis priuatus vna cum filio *Nicephoro Bryennio* III. quem a ſcriptore diuerſum eſſe, aduerſus Zonaram oſtendit *Poſſinus* ad Bryennium p. 116.

NICEPHORUS BRYENNIUS IV. Caeſar., Nicephori Bryennii ſecundi ἀπόγονος et maritus Annae Comnenae; filiae Alexii Comneni, Imp. defunctus circa a. C. 1137. de cuius vita conſulendus *Martinus Henckius* lib. I. de rerum Byz. ſcriptoribus cap. 28. rr) Eius ὕλη ss) ἱστορίας, ad ſocrum Irenen Auguſtam e Ducarum familia, Annae matrem, Alexii Comneni coniugem, ſiue *libri quatuor commentariorum de rebus Byzantinis* ab Iſaaci Comneni principatu vſque ad initia Alexii Comneni, ſiue ab a. C. 1057. ad 1081. latine verſi et vtraque lingua primum editi ſunt a *Petro Poſſino* S. I. qui illos deſcripſit ex perantiquo codice Iacobi Cuiacii ac Petri Fabri Sanjoriani, quo Annae Comnenae Alexias libris illis ſubiecta legebatur. Prologus ἀκέφαλος necdum ex alio codice ſuppletus. Poſſini editio lucem vidit inter ſcriptores hiſt. Byz. Pariſ. 1661. fol. ad calcem Procopii. Addendae eruditae *Caroli du Freſne* notae, quae ſubiectae ſunt Iohanni Cinnamo. ibid. 1670. fol. [quae in corp. ſcript. Byzant. Veneto additae ſunt Nicephoro.]

NICEPHORUS CALLISTUS, de quo capite ſuperiore pag. 437. ſeq.

Nicephoris Catacolonis Conſtantini filius, qui Annae Comnenae ſororem natu minorem Mariam in matrimonio habuit. Vide Alexiadem lib. X. pag. 276.

NICEPHORUS CERAMEUS, ὁ κεραμεὺς ſiue *Figulus* Poſſeuino et in quibusdam codd. MSS. dicitur, qui notior eſt ſub nomine Theophanis Ceramei, de quo alibi, [infra lib. V. cap. 42. vol. X. p. 231. ſqq.]

NICEPHORUS CHARTOPHYLAX, de quo ſupra pag. 298. Idem forte diaconus et Chartophylax CPolitani patriarchii, qui Concilio Nicaeno II. interfuit a. C. 787. et qui poſtea patriarcha CPol.

NICE-

rr) Add. *G. Caue* hiſt. litt. S. S. eccl. tom. II. p. 200. *Oudini* comm. de S. S. eccl. tom II. p. 1126. *R. Ceillier* hiſt. gener. des Aut. eccleſ. tom. XXI. p. 527. *Hamberger.* 2. N. IV. p. 137. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. p. 217. isque alios praeter ea laudat VV. DD. *Harl.*

ss) Nicephorus ipſe in praef. ἔτι γὰρ ἱστορίαν συγγράφειν προαιρημαι, ἅτε πλείστων τῷ Ἀλεξίῳ ἐγκώμιον, μόλις γὰρ ἂν πρὸς ταῦτα ἤτοι Θουκυδίδου δεινότης, καὶ τὸ Δημοσθένους ἐξήρκεσε μεγαλόφωνον. Ἀλλ᾽ ἀφορμήν τινα παρασχεῖν βουλόμενος τοῖς τὰ ἐκείνου συγγράφειν ἐθέλουσι πρὸς ταυτηνὶ τὴν γραφὴν ἐξώρμησα. Ταύτῃ τοι καὶ ὕλη ἱστορίας ὄνομα ἔστω τῷ λόγῳ. Auctores nullos citat hic Nicephorus praeter Homerum pag. 63. lib. II et lib. IV pag. 101. Euripidem pag. 102. Patriarchae Antiocheni Aemiliani mentio pag. 64. lib. II. et Thomae, patriarchae CPol. qui Michaëlem, imp Monachum factum creauit Metropolitam Epheſi. p. 84. lib III. ſed ibi pro Θωμᾶς videtur legendum Κόσμας.

NICEPHORUS CHUMNUS, Canicleo praefectus, cuius filia, Irene, nupsit Ioanni Palaeologo, qui deinde imperator ab a. C. 1295. vide Cangii familias Byz. p. 236. Eidem Chumno, sub exitum vitae facto monacho, *Nathanaëlis* nomen inditum, vt coniicit *Io. Boiuinus* ad Gregoram pag. 761. et adfirmat *Cangius* ad Zonaram p. 148. De ineditis eius scriptis vide, si placet, *Caueum* ad a. C. 1320. [in adpend. p. 24. ed. Basil. add. supra de scriptis Nic. Gregor. quae Boiuin. tom. IV. ed. illius Gregorae nr. 7. inter excerpta additurus erat, aut in notis protulit.] *Orationem funebrem in Theoleptum, metropolitam Philadelphiae*, citat idem Boiuinus pag. 759. Alia huius Chumni pag. 751. 753. 754. seq. 761. 763. etc. Casauboniana p. 21.: *Inter libros MSS. bibl. regiae vnus est inscriptus* Ναθαναὴλ τȣ̃ Μοναχȣ̃ τȣ̃ καὶ Χȣ́μνȣ *qui CPoli ante annos 300. vixit. In eo continetur* oratio ad Thessalonicenses *missa*, et variae epistolae, *ex quibus adparet, Nathanaëlem illum fuisse alterum Iobum, cui tot aduersa contigerunt, vt dici vix queat. Dignus auctor, qui legatur vel ob summam in scriptis pietatem. Habetur*, inquit Cangius, *in bibl. regia num. 751. codex, continens varia opuscula et epistolas Nicephori Chumni, in quibus sunt sermones consolatorii duo, quorum alter ad imperatorem scribitur de morte Despotae, filii, alter ad eiusdem Chumni filiam, imperatricem,* (βασίλισσαν) *de illius viduitate, cuius tum annus erat sextus decimus* [tt]. Apud Labbeum

[tt]) In cod. MMCV. publ. bibl. *Paris.* secund. catal. codd II. pag. 444. sq. sunt *Nic. Chumni* opusc. nr. 1—30. de mundi natura; de primis et simplicibus corporibus; quod terra, quum in medio sit, infra se nihil habeat; quod neque materia ante corpora, neque formae seorsim, sed haec ipsa simul constent; contra Plotinum de anima rationali quaestiones variae, vbi de metempsychosi, de belluis, vtrum intellectu praeditae sint, nec ne, de corporum resurrectione et aliis differitur; de anima sensitiua et vegetatiua; quod non impossibile sit, etiam secundum physicas rationes, collocatam esse aquam in firmamento, tum, quum orbis terrarum creatus sit, eamque ibi esse et perpetuo manere; de aeris natura; de grandine, de ventis illorumque motu obliquo; contra veteres philosophos, qui aliter de ea re disputarunt; de sancta Christi transfiguratione; de B. virginis adsumtione, siue de ipsius adsumtionis festi sanctione, qua decernitur, festum illud per integrum mensem, more veterum, continuandum; consilium ad Thessalonicenses de iustitia et vrbis Thessalonicae laus; imperialis sanctio contra illos, qui iniuriam faciunt, deque adigendis iureiurando iudicibus; oratio in laudem imper. Andronici, senioris; et alia opuscula vna cum epistolis variis ad varios. Epistolae etiam variae Niceph. Chumni sunt in cod. M. nr. 13. — In cod. MMMX. nr. 25—27. exstant oratt. illius ineditae 1) in laudem Andronici Palaeologi; 2) in transfigurationem domini; 3) sanctio, vbi statuitur, natalis domini feriam non tantum vno die, sed per totum mensem debere celebrari. In cod. *Veneto* Marc. qui continet Macarii Chrysocephali Ῥοδωνιὰν, (de quo codice et de auctore Macario copiose et diligenter disputat cl. *Villoison* in anecd. graec tom. II. pag. 4. sqq.) sunt pag. 185. rect. ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τȣ̃ ἐπὶ τȣ̃ Κανικλείȣ τȣ̃ Χȣ́μνου. Villoison autem libro cit. pag. 72. docet, τὸν ἐπὶ τȣ̃ Κανικλείȣ, qui etiam a Byzantinis scriptoribus passim adpelletur ὁ Κανίκλειος, vel ὁ Κανίκλης, vel ὁ Κανικλάων, fuisse, qui praeesset *Caniculo* siue imperatoris atramento, quoniam vas, *caniculum* vocatum, a caniculis fictitiis sustentaretur. — In eodem codice, p. 185 vers. sunt *Chumni* epistolae Laconicae ineditae, et specimen illarum dedit *Villoison* l. c. — Inter epp. *Gregorii Cypri* sunt quaedam ad *Nicephorum Chumnum, quaestorem*, et Theodori Muzalonis, magni logothetae, successorem in cod. caesar. Vind. LXVII. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 1069. et 1072. sq. — *Nicephori* cuiusdam *praetoris* adloquium; inc. τὴς ἐκκλήσια τȣ̃ς δυναστείας, in cod. CXXXI. *Barocc.* Oxon. in quo cod. sunt quoque plura opusc. *Niceph. Blemmydae. Harl.*

[Nicephorus *Apelastus*, episcopus ciuitatis Belebugd. In fine cod. *Coisl.* LXXII. qui continet Io. Chrysostomi homiliam LXXXVIII. se scriptorem codicis, a. 6580. (h. e. anno Christi 1072.) fuisse profitetur, *Harl.*]

pag. 295. bibl. nouae MSS. pro Nathanaëlis *Chromni* nomine reponendum *Chumni*, vbi hos opusculorum [illius titulos refert: *De primis et simplicibus corporibus. Non inferius terra, cum ipsa sit in medio. Neque materiam ante corpora, neque species sue ideas absque corporibus, sed omnia simul. Antirrheticus aduersus Plotinum, animas non prius exsistere, quam corpora. De anima nutritiua et sensitiua. Non esse impossibile, neque praeter rationes physicas, aquas esse supra coelos. De aëre, et quare cum sit natura calidus, tamen cum agitatur, frigidus sentiatur, et de grandine et ventis. Aduersus antiquos philosophos de eodem argumento. In CHRISTI transfigurationem. Sanctio, Natalis domini feriam non tantum vno die, sed per totum mensem celebrari debere. Symbuleuticus de iustitiae ad Thessalonicenses, et vrbis encomium. Ex imperatoris decreto, vt iudices iureiurando obligentur ad munus sancte obeundum. Encomium ad imperatorem. Querela aduersus Niphonem ob male administratam patriae catus sui prouinciam. Oratio funebris in Theoleptum, metropolitam Philadelphiae. Confutatio Latinorum dogmatis de processione spiritus S. Testamentum valetudine adhuc firma melius quam vrgente morbo ordinari. Ad episcopum Philadelphiae de miraculo in Coa. Ad eundem de petitione Elisei ab Elia. Ad filiam, imperatricem, de ipsius viduitate. Ad imperatorem de obitus Despotae et filii eius. Consolatio in calamitate amici. De charitate erga proximum, et omnia relinquenda vt CHRISTUM sequamur, et de benedictione paterna, quam surripuit Iacob, suadente matre. Chrysobullum super quadam consultatione imperatricis. Chrysobullum ad Cralem Seruiae. De reconciliandis monachis, qui defecerant. Chrysobullum. De iudicio ad dicendo et eligendo genere dicendi. De his, qui iniquo animo ferebant, quod rhetores quosdam imperitos obiurgauerat. Chrysobullum de vnione monasterii in Galesio et S. resurrectionis. Epistolae CLXXII.* Possevinus testatur in Vaticana extare Nicephori Chumni *de oratione, iudicio et operatione*, quid ex eis amplecti, quid fugere deceat. Fuere etiam *Georgius Chumnus*, et *Iohannes Chumnus* et *Michaël Chumnus*, de quibus alibi.

Nicephorus *Comnenus*, Sebastus, a. 1089. occisus, de quo Cangius famil. Byz. pag. 172.

Alius *Nicephorus Comnenus*, quem suspectum sibi, oculis a C. 1206. multauit Constantinus, Basilii frater. id. p. 170.

Nicephorus, *Confessor*, sub Leone, Armeno, monasterii *Mediciensis* in Bithynia Hegumenus, de quo Henischius ad IV Maii tom. I. p. 500. seq. Alius Nicephorus, *Confessor*, idemque patriarcha CPol. ab a. 806.

[Nicephorus, *Constantini Copronymi* F. a fratre, Leone IV., imp. oppressus a. C. 776. Vide Hist. Miscell. XXIII. 3. Theophanem etc.

Nicephorus, Despotes, Michaëlis nothi filius natu maximus, Epiri princeps, de quo Gregoras IV. 9. Acropolita c. 64. etc.

Nicephorus, diaconus, vide Nicephorus, Chartophylax et Nicephorus, Phryx. [Aderat concilio cuidam. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 104. fin.]

Diogenes

Diogenes Nicephorus, qui, excoecatus licet, litteris, et singillatim geometriae, dedit operam, de quo Anna Comnena IX. Alexiados p. 255. seq. 266.

Nicephorus *Domesticus* sub Leone, Basilii F. Vide Codini origines CPol. n. 87. et scriptores post Theophanem pag. 221. Nicephorus, *Drungarius*. id. p. 227.

Nicephorus, *Dyrrachii* episcopus, tempore concilii secundi Nicaeni, cui praeterea interfuere Nicephorus, episcopus Ἀδάτων, Adatensium, Nicephorus, episcopus Φλόγγων siue Φλόγων Flogensium, Nicephorus, episcopus Λέυδων, Lundensium, Nicephorus, episcopus Ἀδριανῶν, Hadriani, et Nicephorus, diaconus ac τοποτηρητὴς Γαργάρων, vicarius episcopi Gargarensium. Nicephorus, Hegumenus, siue Archimandrita S. Andreae et alter S. Sergii τῶ Μιδικίωνος, itemque tertius S. Dei genitricis. [*Niceph.* episcop. Γάγγρας interfuit synodo: v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 104. *Harl.*

NICEPHORUS GREGORAS, de quo dictum hoc ipso capite.

Flauius Nicephorus I., imperator CPol. ab a. 802. ad 811. de quo Cangius pag. 127. famil. Byz.

Nicephorus II. *Phocas*, Nicephori Phocae, patricii, nepos, imperator ab a. 963. ad 969. quo a Zimisce occisus est uu). Vide Cangii familias Byz. p. 149. 150. Eius *Nouellae* quaedam *Constitutiones* exstant, vt sex illae, quae graece et lat. leguntur in Leunclau. iure graeco-romano tom. I. pag. 115 — 117 edit. *Freheri*, et tom. II. p. 168 — 171 et quas habet *Edmundus Bonefidius* lib. I. iuris orientalis pag. 5. et 28. vv). Huius [?] *Nicephori*, imp. iussu conscriptus liber *de re militari* siue *de euentibus bellicis et excursione* περὶ παραδρομῆς πολέμω in 55. capita diuisus, qui passim citatur e MS. Palatinae bibl. a Meursio in glossario, et MS. bis exstat in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* lib. VII. pag. 202. seq. ww). Exstat et MS.

uu) Conf. *Car. Labbeum* ad calcem obseruatt. in synopsin Basilicor. Paris. 1606. 8. pag. 97. *Fabr.* B. Gr Vol. XII. p. 372. sqq. 404. inprimis 406. et 419 *Bachii* hist iurispr. rom lib. IV. cap. 2. §. V. de *Niceph. Phoca*, et §. XVI de eius nouellis superstitibus: at ibid. cap. 1. §. XVIII. de *Nicephoro*, imper. a. DCCCII. *Harl.*

vv) Nouellae VI. exstant in bibl. Laur. Medic. *Florent* in cod. X. nr. 2 plut. 4. nouella de nouis monasteriis non condendis, et nr. 6. sex nouellae breuiores. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 530.) eadem et aliae in cod. VIII. nr. 14. 15. — et in cod. X. nr. 25 — in plut. 80. (*Bandin*. III. p. 190. et 197.) — In bibl publ *Paris.* cod. MCCCXLVI. nr. 1. nouellae *Nic. Phocae* et aliorum selectae; nr. 3. *Nic* nouellae quinque. — In cod MCCCLI. nr. 12. et 13. duae nouellae: — in cod. MCCCLV. nr. 33. *Nicephori* et aliorum imperator. nouellae. — in cod. MCCCLVII. nr. 4. *Niceph. imper.* leges vna cum scholiis. — in cod. MMD. nr. 2. *Nic. Phocae* et aliorum imperatorum nouellae. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. I. nr. 2. vna, et nr. 4. cum aliorum constitutionibus, quinque *Phocae* nouellae in compendium redactae: in cod. II. nr. 2. eaedem — in cod. III. nr. 11. nouella de militibus, de quibus v. *Lambec.* VI part. I. pag. 11. 15. 25. 38. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXIII. nouellae sex (v. cat. codd. gr. p. 101. sq. — In bibl. *Escorial.* teste *Pinero* l. c. pag. 184. Inter Theodori Studitae epistolas, in cod. *Coisl* CCLXIX. sunt epp. ad Nicephorum, imperat. ad Nic. abbatem et Nic., patriarcham. (*Montfauc.* bibl. Coisl p. 312. sq.) *Harl.*

ww) In cod. CXI. nr. 8. de quo *Lambec.* VI. p. 432. sqq. et in nota *Kollar.* plura disputant. — et in cod. CXIV. nr. 11. *Lambec.* ib. pag. 453. — In

MS. in Vaticana, regia Parif. Ingolftadienfi, Barberina et Farnefiana, vt notauit *Naudaeus* lib. II. de ftudio militari p. 518.

Nicephorus III. *Botaniates*, imperio ab Alexio Comneno deiectus a. 1081. Eius *aurea bulla*, confirmans decreta fynodalia de inceftis nuptiis atque fponfalibus, facta xx) fub Iohanne Xiphilino, patriarcha, graece et lat. in iure graeco-rom. lib. II. pag. 121 — 123. edit. Freheri. *Fabr.* Conf. *Bachii* hift. iurispr. lib. IV. cap. 11. §. 20. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCCLI. nr. 23. *Nic. Botaniatae* nouella, ne poenae corporales intra XXX. dies exfequutioni mandentur. — in eodem cod. nr. 36. et in cod. MCCCLV. nr. 12. atque *Oxon.* in cod. *Barocc.* CCV. aurea bulla de nuptiis illicitis. In bibl. *Coislin.* cod. LXXIX. ad vfum imp. *Niceph. Boton.* qui continet felecta ex Opp. Io. *Chryfoftomi*, quatuor tabellae, eleganter depictae, in quibus effigies Nicephori et aliorum cernuntur, praemittuntur, quas aeri incidendas curauit et defcripfit *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 134. fqq. — *Nicephori* vxor, *Maria*, in carminibus celebrata. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 54. et 79. *Harl.*

Nicephorus, *Leonis*, Ifauri, F. a patre imperator renunciatus a. C. 718. fed a fratre, Conftantino Copronymo, excoecatus.

Nicephorus, *martyr*, circa a. C. 260. cuius Acta graece et latine vulgauit Henfchenius ad 9. Febr. finceriora autem e codd. MSS. regiae et Colbertinae et monafterii S. Germani a Pratis bibl. vulgauit *Theodoricus Ruinardus* in Actis primorum martyrum finceris et felectis p. 239. editionis nitidae Wetftenianae, quae 1713. Amftelod. fol. poft priorem Parifienfem a. 1689. 4. auctior prodiit. Omitto alios martyres, de quibus martyrologia 25. Febr. 1. Martii etc. *Fabr.* *Vindobonae* in bibl. caefar. cod. XI. nr. 16. *Niceph.* martyris Antiochiae in Syria, martyrium a Simeone Metaphrafte confcriptum, graece. v. *Lambec.* VIII. p. 176. qui adnotat, exftare apud Surium d. 9. Febr. fed tantum latine; idem laudat Menaea Graecorum et martyrologium romanum, nec non Bollandi et Henfchenii acta Storum, m. Febr. eodem die; *Kollar.* vero in nota addit, *gallice* id prodiiffe in *Honorati* a S. Maria Reflex. fur les regles et l'ufage de la critique, tom. 1. diff. 2. pag. 325. — idem martyr. in cod. XXXVIII. nr. 7. (*Lambec.* l. c. p. 809) — in cod. XII. qui continet *canones* fiue cantica facra in fanctos totius menfis Aprilis, cantica in Nicephorum et alios martyres, tefte *Lambec.* l. c. pag. 208. fq. ibique conf. notam Kollarii. — In cod. CCCVI. *Coislin.* f. Panegyrico fecundo, i. e. altera parte homiliarum et vitarum SS. per annum Graecorum a Ianuario vsque ad Septembr. nr. 21. Febr. 9. martyrium S. Nicephori. *Harl.*

[*Nicephori magiftri Crani* [an *Vrani?* v. paullo poft: *Niceph. Vranus.*] alphabetarium; eiusdem expofitio huius verfus: domine, Iefu Chrifte, Deus nofter, miferere nobis

In catal. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* CLXXXVII. *Oxon.* in coll. Mar. Magdal. nr. MMCXXXIX. — inter codd. *Voffian.* nr. MMCXIV. MMCCLXV. et MMCCLXVI. In bibl. *Efcurial.* *Nic.* imper. de excurfione feu bellico adparatu; eiusdem et *Leonis*, imper., de re militari. (*Plüer.* in itinerar. etc. p. 186.) — Alios codd. adpellaui fupra, Vol. IV. p. 343. *Harl.*

xx) Habentur lib. III. iuris graeco-rom, pag. 213. feq.

bis. Amen. Interpretatio Aristotelis in prophetarum et apostolorum dicta, in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in Itinerario etc. p. 184. add. infr. vol. IX. lib. V. cap. 34. 8. p. 279. *Harl.*]

Nicephorus, *Mediciensis.* Vide supra, Nicephorus, confessor.

Nicephorus *Melissenus* Caesar, de quo Anna Comnena in Alexiade. Nicephorus *Melissenus Comnenus*, Crotoniates episcopus, paruo et aureo *libello de ritibus ecclesiae* citatur a Nic. Comneno, Papadopoli, praenot. mystagog. p. 10. 220. 267. 348. 386. [v. infra, vol. X. p. 436]

Nicephorus, e monacho *Mileti* episcopus, circa a. C. 900. cuius vitam MS. habuit Raphaël du Fresne et Franciscus Combefisius.

NICEPHORUS, *monachus*, circa a. C. 1100. clarus, si credimus Petro Possino, qui λόγον eius *de custodia cordis*, περὶ φυλακῆς καρδίας graece et latine in thesauro suo Ascetico edidit p. 404. Paris. 1684. 4. Et hic et alter Nicephori, monachi, λόγος priori subiunctus περὶ προσοχῆς *de attentione*, MS. exstat in bibl. *Vindobonensi* [codd. CCXXXIV. nr. 23. et 24. et CCXL. nr. 2. v. *Lambec.* V. p. 154. sq. et 213.] Neque fortassis Nicephorus iste diuersus a *Nicephoro Blemmyda*, de quo supra. Vide et infra, Nicephorus Studita. *Fabr.* Conf. supra, p. 444. et infra, vol. XIII. p. 755. — *Nicephori, monachi, Prodromi* de herbis in cod. Guil. Pelliserii, teste *Montfauc.* in b. bibliothec. MSS. II. p. 1199. D. Codicis *Coislin.* CCLXXXV. scriptor dicitur *Nicephor. monachus* a. 6983. (h. e. a. Chr. 1475.) teste *Montfauc.* in B. Coisl. p. 402. *Harl.*

[*Nicephorus*, *notarius patriarchalis*, cuius nomen legitur in synodo s. decreto, imperante Alexio Comneno in cod. *Coislin.* XXXVI. v. *Montfauc.* B. Coisl. pag. 105. — *Nicephor.* tachygraphus et anagnostes, h. e. *notarius* et *lector.* in cod. *Vindob.* CLXXVIII. nr. 3. subscriptione testatur, se cod. illum (*Io. Climaci libr.* ad *pastorem*) manu sua exarasse a. m. 6794. h. e. a. Chr. 1286. v. *Lambec.* IV. p. 416. *De Nic. imperiali notario* conf. supra, vol. VI. pag. 52. not. *oo. Harl.*]

Nicephorus, *Palaeologus*, et Nicephorus, *Synadenus*, pro Alexio Comneno pugnantes, caesi a Roberto, Calabriae duce. Anna Comnena III. Alexiados pag. 117.

[*] NICEPHORI, *Paschalei*, siue *Paschaleae* monachi, de ieiuniis Graecorum libellus lingua eorum vulgari scriptus, exstat ad calcem Horologii. Eiusdem de confessione memorat *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae p. 1304.

NICEPHORUS, *patriarcha* CPol. ab a. C. 806. et alter circa a. 1259. De vtroque dictum supra p. 295. 299.

Nicephorus, *patricius*, geometriae ludo praefectus sub Constantino Porphyrogenito. Vide scriptores post Theophanem p. 278. *Fabr.* In cod. *Escorial. Nicephori, patritii* et proconsulis Mitylenaei, carmina scil. Carauasiae [an *Catabasiae?*] 12. secundum quantitatem 12 mensium, continentes sanctos omnes, quorum memoria per totum annum fit. (*Plüer.* itiner. p. 184.) — In cod. *Paris.* bibl. publ. MCCCX. nr. 8. *Niceph. Patricii* et *Io. Zonarae* cantica, in liturgia Graecorum vsurpari solita, s. καταβασίαι τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ. *Harl.*

[*Nicephori*, cuiusdam poetae, versus iambici in iuuenem philosophum mortuum, in cod. *Medic.* X. nr. 69. plut. V. v. *Bandin.* I. p. 28. *Harl.*]

Nicepho-

Nicephorus, *Pelusienfis*, martyr in Illiria. Vide fupra, Nicephorus, Antiochenus.

NICEPHORUS, *philofophus* et rhetor CPoli, de quo fupra p. 300. Videndum, idemne cum Nicephoro Gregora.

Nicephorus Phocas, Bardae Phocae, magni domeftici filius, circa a. C. 1091 occifus, de quo Cangius p. 151. famil. Byz.

Nicephorus, *Phryx*, diaconus, hiftoriae fcriptor, Cedreno et Ioanni Scylitzae laudatus. *Fabr.* Laudatur in praefat. ad fynopfin hiftoriarum fcripta a Io. Scylitze, Curopalata, quam *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 207. fq. graece cum fua verfione lat. e cod. *Coislin.* CXXXVI. iuris fecit publici. *Harl.*

[*Nicephorus*, *protofpatarius* fuper Ismaelem, h. e. contra Saracenos, poffeffor quondam cod. *Coislin.* XXVIII. a *Pancratio* fcripti, in fine dicitur. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 83.

Nicephori Straboromani iambici verfus fepulcrales in fuum patrem ex perfona defuncti. *Florent.* in cod. Medic. LII. nr. 13. plut. 32. (*Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 212.)

De *Romano Niceph.*, Theffalonicenfi, v. infra. lib. V. cap. 45. vol. X. vet. ed. p. 544. Eius grammatica linguae graecae vulgaris eft in cod. MMDCIV. *Parif.* bibl. publ.

Nicephorus, nefcio, quis? de fine belli Saxonici, in bibl. Ranchini, tefte *Montf.* in B. biblioth. MSS. II. p. 1282. B.

Nicephorus, archiepifcopus, qui Mosquae a. 1800. adhuc vixit, edidit curfum mathematicum, graece fcriptum, Mosquae 1798. tom. I. fed Geometria ibi eft nihil aliud, nifi libr. XII. elementorum Eucl.dis. Idem edidit euangelia dominicalia cum expofitionibus afceticis. Mosquae 1796. 4. II. tom. vid. cl. *Alter.* in Lipf. allgem. litterarifch. Anzeiger, 1... nr. 65. pag. 646. fq. et nr. 119. p. 1164 fqq. Idem V. C. ibid. recenfet quatuor codd. *Vindob.* qui continent homilias aliorum auctorum in euangelia dominicalia. *Harl.*]

[*Nicephorus*, Hieromonachus Deiparae, poftea archiep. Philadelphienfis, a quo edita eft Catena in Octateuchum et libros regum. Lipf. 1772. f. II. fol. v. *Ernefti* Nouiff. bibl. theol. tom. II. p. 387. fq. *B*]

Nicephorus ex eunucho imperatoris Conftantini VIII. monachus *Studita* a. C. 1035. de quo Cedrenus p. 738.

Nicephorus, *Synadenus.* Vide fupra, Nicephorus Palaeologus.

NICEPHORUS VRANVS, magifter fiue rhetor Antiochenus, a quo defcripta Vita S. Simeonis iunioris Stylitae (qui a. C. 597. Mauritii 15. aetat. 75. obiit.) graece et latine exftat in Actis Sanctor. 24. Maii tom. V. pag. 307 — 401. cum latina verfione Conradi Ianningi S. I. [v. paullo ante *Niceph. Mag. Oranus.*]

Nicephorus Xantopulus, idem cum Nicephoro Callifto.

VII. Venit iam recenfendum volumen *fcriptorum poft Theophanem*, fiue qui hiftoriam Byzantinam ab Leone Armenio Mich. Curopalatae, imperatoris, in quo definit *Theophanis* chronicon, fucceffore produxerunt usque ad Nicephorum Phocam, imp. et ex MSS. codd. recenfiti atque verfione donati funt a *Francifco Combefifio*, Ord. praedicatorum Congrega-

gregationis S. Ludouici, sed lucem demum viderunt post eius fata yy), Paris. 1685. fol [rec. Venet. 1729.] vnde etiam adnotationes, quas in hos scriptores vir doctus parabat, desiderantur. Scriptores ipsi in illo volumine hoc ordine leguntur:

[†] 1. ANONYMI, quem incerta coniectura *Leontium Byzantinum* vocari video a *Labbeo* in protreptico p. 14. et 46. *Chronicon*, Theophani continuando *Constantini Porphyrogenneti* iussu conscriptum *libris IV.* zz), de totidem imperatoribus: lib. I. de *Leone Armenio*, qui a. C. 813. coepit imperitare, lib. II. de *Michaële Balbo*, lib. III. de *Theophilo* Michaëlis, et lib. IV. de *Michaële*, Theophili filio, quem nece sublatum scribit 24 Sept. anni Graecorum 6376. h. e. Christi 868. Graeca Combefisius vulgauit ex apographo Barberiniano codicis MS. Vaticani, quod Holstenius Roma transmiserat. A Constantino Porphyrogenito, vel eius nomine verba quaedam inserta videntur lib. II. vbi de Creta a Saracenis liberanda sermo, pag. 51.

2. CONSTANTINUS, *Porphyrogenitus*, imperator a), a. C. 959. exstinctus, de vita aui sui, *Basilii Macedonis*, qui Michaëli, Theophili filio, a. C. 868. successit, quemque notat cum illo decessore suo, Michaële, annum vnum habenas imperii gessisse, deinde vero alios annos vndeuiginti solum rerum summam praeclare administrasse, vsque ad annum nimirum 888. Vita ista iam lucem viderat, cum *Leonis Allatii* versione, in eius *συμμίκτοις* Colon. Agripp. a. 1653. 8. lib. II. p. 1. diuisa in sectiones siue capita LXX. Sed Combefisius graeca ad iam memoratum apographum Barberinianum recensuit, nouam adiunxit versionem, et sectionibus CI. aliter, atque Allatius, dispescuit, quae diuersa capitum distinctio crucem solet figere citantibus scriptorem, vel citata loca inquirere cupientibus. Quod in titulo legitur: *ἱστορικὴ διήγησις τοῦ βίου καὶ τῶν πράξεων Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως, ἣν Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἐν Θεῷ Ῥωμαίων ὁ τούτου υἱωνὸς, φιλοπόνως ἀπὸ διαφόρων ἀθροίσας διηγημάτων τῷ γράφοντι προσανέθετο*, per *τὸν γράφοντα* intellige auctorem quatuor praecedentium librorum, quibus hanc vitam bona venia imperatoris subnexuit, et qua testatur se deterritum esse, ne et ipse vitam Basilii scriberet, ita enim anonymus ille chronici scriptor in praefat. ad eumdem Constantinum, cuius iussu ad Theophanem continuandum accessisse se profitetur: *εἰ καὶ τοῦ ἀοιδίμου σου πάππου, τοῦ ἐν βασιλεῦσι εὐκλεοῦς Βασιλείου τὰ παρὰ σοῦ ἱστορούμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας κατὰ τὸ τῶν γενομένων ἀληθὲς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς σῆς πολυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορευθέντα, περιττὸν ἂν εἴη οὐδοτιοῦν διηγήσασθαι.* Labbeum, qui hanc vitam non a Con-

yy) Obiit *Combefisius* Parisiis a. 1679. 23. Iun. aetatis 74. De eius vita consulendi *Carolus Peraultus* in viris seculi XVII. illustribus, qui in Gallia claruerunt, tomo II. pag. 48. et *Lud. Elias du Pin* in bibliotheca scriptorum ecclesiasticorum tom. XVIII. pag. 99. *Iac. Echard.* tom. II. scriptorum ord. Praedicatorum p. 678. sq. vbi illius collectiones complures, compluresque scriptorum graecorum edd. diligenter referuntur. *Fabr.* De illo vol. conf. acta erudit. Lips. a. 1685. m. Oct. p. 237. sqq. *Harl.*

zz) Librorum distinctionem ab ipso auctore esse, patet ex pag. 108.

a) De quo infra, §. XVII. plura narrantur. *Harl.*

Constantino ipso, sed ab alio eius iussu scriptam est suspicatus, refellit *Martinus Hanckius* de hist. Byz. scriptoribus [*] p. 473. atque solus ille, Hanckio nec visus scriptoris anonymi locus, (nondum enim prodierat,) sufficit ad Labbei, et, qui eum sequitur, Cauei (vbi de Leontio Byz. chronographo agit a. C. 920.) coniecturam elidendam. *Fabr.* *Montfauc.* in B. biblioth. MSSt. memorat cod. bibl. *Vatic.* et quidem reginae olim Sueciae, cod. CMXLII. (tom. I. p. 34. E.) *Harl.*

3) *Anonymus*, (alius, vt videtur, et succinctior, quam qui priorum quatuor librorum est auctor.) de rebus *Leonis*, philosophi, qui Basilii filius et successor fuit, p. 217 — 232. de *Alexandro*, Leonis fratre, pag. 233. 234. de *Constantino* Porphyrogenito, Leonis F. qui puer septennis peruenit ad imperium, et primos septem annos sub Nicolao, patriarcha, et aliis tutoribus, matre, Zoë, annos sex et viginti cum *Romano* Lacapeno, socero, ac denique solus annos quindecim rebus praefuit, atque ita per annos LV. vixit dignitatemque imperatoris gessit: pag. 235 — 292. Et de *Romano* iuniore, Constantini Porphyrogeniti filio, p. 293—300. Plura promittit ille scriptor de Theophili, vrbis praefecti, p. 275. et de aliorum, summae in aula CPol. auctoritatis virorum, moribus, quae non exstant, certe lucem non viderunt.

4. *Anonymi* [b]) *Dissertatio stelitevtica, contra iconomachos*, et Synodum Copronymianam, scripta circa a. C. 745. atque adeo ante septimam Synodum siue Nicaenam secundam, pag. 303 — 311.

5. IOANNIS, *monachi Hierosolymitani, narratio de origine motuum Iconoclastarum* pag. 312. 313. Idem hic Iohannes, (forsitan Hierosolymae vrbis postmodum episcopus,) cuius λόγον ἀποδεικτικὸν de sacris imaginibus ad Constantinum Cabalinum, siue Copronymum edidit *Combefisius* tom. II. auctarii noui, siue in historia Monothelitarum p. 665. et quam codices alii tribuunt *Ioanni Damasceno* [c]). De codice regio, ex quo duo haec opuscula Combefisius descripsit, et in quo etiam leguntur testimonia patrum, quae pro imaginibus in Synodo Nicaena secunda adferuntur, videnda *Montfauconi* Palaeographia graeca p. 65. 66. *Videri autem potest*, inquit Combefisius, *praeclarus ille codex quasi ὁπλοθήκη vniuersalis, collecta habens praecipua quaeque catholicorum aduersus haereticos (Christi maxime mysterium impugnantes) munimenta. Ex illo illustris Petrus de Marca* [d]) Vigilii confirmationem V. synodi *pridem produxit, tametsi non omnibus eius fidem fecit. Ipse certe, qui* [*] *librum composuit, tantaque in eo patrum ac conciliorum digessit, de hac confirmatione, quasi non plane illi exploratae veritatis, ac nutantis fidei. scripsit* repertam esse inter Acta quintae synodi. -- *Habet hic codex* Leontium de Sectis, *longe editis emendatiorem, et auctoritatibus, quas illic deside-*

b) Inscribitur *dialogus*. Sed nihil habet, quod dialogum referat.

c) Sic *Io. Damasceno* tribuitur in codd. *Paris.* bibl. publ DCCLXVII. nr. 33. DCCXCVIII. nr. 2. et tribus aliis, (v. indic. ad Vol II. catal. codd. voc. *Io. Damascenus*;) sed in cod. CM nr 8. citatur *Ioannis*, Hierosolymitani archiepiscopi, de sacris imaginibus epistola ad Constantinum Caballinum. *Harl.*

d) In diss. de epistola Vigilii, Paris 1642. et ad calcem operis de concordia sacerdotii et imperii inter dissertationes varias *Petri de Marca* pag. 207. 227. seq. Vide et *Baluzium* ad lib. V. de concordia sac. et imp. cap. 12.

desiderantur, auctiorem. Ὁδηγῦ *plura capita, (quem omnem pluraque eius complectitur,) noua ex illo facere licet, sic editis laborantia, vt nec ipse* Anastasius *sua agnosceret, etsi omnia deceoquit vulgator et interpres.*

6. *Ex narratione de miraculis S. Demetrii* e), *martyris*, ἐκ τῶν τῦ ἀθλοφόρυ Δημητρίυ ἐν μερικῇ διηγήσει θαυματυργιῶν, fragmentum de reuelata ab ipso excisione ac direptione Thessalonicae pag. 314 — 316.

7. IOANNIS CAMENIATAE f), Thessalonicensis, narratio diserta et elegans a. C. 904. scripta *ad Gregorium Cappadocem*, *de Thessalonicae excidio*, cui scriptor ipse interfuit, et quam illo ipso anno, (Leonis, philosophi, XIX.) cepit Leo Tripolites, Agarenorum dux. Haec prius cum *Allatii* versione prodierat in eius συμμίκτοις, vulgatis a Bartoldo Nihusio 1653. 8 Sed Combefisius iterum recensuit, et nouam interpretationem suam adiunxit, diuisitque in capita LXXIX, quum in Allatiana editione dispescatur in lectiones XLV. g). Hic *Cameniata* patre Exarcho Helladis natus, fuit ex Clericorum ordine Lector, et ecclesiae Thessalonicensis *Cubuclesius*, h. e. qui metropolitano, in publicum procedenti, pedum archiepiscopale praeferret. Dicitur etiam τῶν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων τεταγμένων εἷς. Vide cap. 55. edit. Combefisianae (Allat. 30.) et *Hanckium* lib. I. de scriptoribus hist. Byz. cap. 22. p. 403. sqq. *Allatium* ad Georgium Acropolitam p. 224.

8 DEMETRII CYDONII, Thessalonicensis, *Monodia*, siue comploratio, ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσῦσι, *de ciuibus, qui* in dissidiis, seditione ac tumultu intestino *Thessalonicae* a. C. 1343 sub imperio Ioannis Cantacuzeni *perierunt* p. 385 — 392. h). De illo tumultu *Gregoras* XIII. 10. et *Cantacuzenus* III. 94.

9. Pars *ex vita Basilii, iunioris*, anachoretae CPol., a. C. 944. vel 952. exstincti, scripta a *Gregorio*, eius discipulo, de Constantini Ducae clade et interitu, quem, Constantino Porphyrogenito adhuc puero, ad imperium vocare Nicolaus i), patriarcha, et alii quidam instituerunt. pag. 394 — 399. Vitam illam Basilii, anachoretae, integram [P] vulgauit *Henschenius* tomo III. Act. Sanctor. ad 26. Martii p. 668. latine ex versione Combefisii, et graece ad calcem voluminis pag. 24. ex MS. codice Mazariniano. Antwerp. 1684. fol.

10. SYMEONIS, *magistri et logothetae, annales a Leone Armenio vsque ad Nicephorum Phocam* k), pag. 401 — 498. ex codice MS. Raphaëlis Tricheti du Fresne, ex cuius libris

e) De hoc Demetrio vide *Baronium* ad martyrolog. 8. Octobr.

f) Conf. de eo *Pagius* in crit. Baron. a. 904. VIII — XIV. tom. XV. pag. 335. sqq. *Saxius* in Onom. II. p. 134. sq. et quos ille citat viros doctos. *Harl.*

g) *Paris.* in bibl. publ. cod. MXXXI. nr. 3. *Harl.*

h) *Florent.* in cod. Medic. XXIV. nr. 5. plut. LIX. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 542. *H.*

i) Vehementer eo nomine in Nicolaum scriptor hic inuehitur, vocatque eum per ignominiam p. 398. ἀγροικόλαον, et p. 399. ἡττίλαον.

k) De *Simeone, magistro*, infra agetur. Interea conf. *Hamberg.* z. N. IV. p. 1.9 sqq. qui alios laudat; sed quod aetatem eius refert ad a. C. 1140. a *Saxio* in Onom. II. 135. sq. qui multos citat VV. DD. refutatur, et, praeeunte Pagio, dies natalis Simeonis adsignatur a. circ. 881. mortis autem a. 976. vel 977. — De codd. v. *Oudin.* de SS. eccl. tom.

libris, ipso defuncto, in gazam regis christianissimi est perlatus. Scripsit Symeon ille similiter *Annales ab Orbe Condito*, qui hactenus lucem non viderunt, exstantque in altero ac maiori regio codice, qui in Leone, Armenio, definit, videturque in illa priore parte leniore opera auctor perfunctus, et in multis Theophani consonat, quem et ipsum constat desinere in Leone, Armenio. Confer, si placet, quae supra cap. IV. §. 42. p. 150. [illegible] codice Scoriacensi ac Messanensi. *Adscriptum maiori illi codici regio*, inquit Combefisius, *alia manu, paulloque recentiori*, hic est Metaphrastes; *cuius tanti visi sunt Annales et chronica Hippolyto Thebano, vt ea omnibus anteponat.* Vide Hippolyti verba apud *Allatium* de Simeonum scriptis p. 34 qui Simeonem, metaphrasten, magistri et logothetae cursus primum, tum etiam generalis logothetae dignitatem gessisse pluribus disputat. Exstant etiam hi Simeonis Annales in bibl. caesarea, in quam illos intulit Busbequius, vt notatum *Lambecio* lib. II. pag. (249. ed. Koll. et hunc vid. in supplem. ad Lambec. p. 734. 737. et 759.) Quoniam tamen in codice Raph. Tricheti du Fresne, chronico huic postremum inserta *Mich. Pselli historia*, Combefisius tom. I. bibl. patrum concionatoriae suspicatur, alterius esse Simeonis, quam Metaphrastae, et fortasse illius, qui orationes XXIV. collegit ex operibus S. Basilii: quippe Metaphrastes paullo ante Psellum in viuis esse desiit. *Ni ipse Psellus, Symeonis illi chronologiae ex IX. historicis, se decimum adiunxit, siue alii addidere: opus certe a Theophanis ad explendam historiam Byzantinam summe necessarium. — — Pselli historia lucis plurimum accipiat ex eius epistolarum lecta manu ad imperatores, caesares, summosque saeculi principes ac magistratus, ad patriarchas, metropolitas, ecclesiarum antistites ac praefides, ne Mich. Cerularii pro synodo accusationem dicam, eiusdemque ac Constantini Lichudis, qui illi suffectus est, nec non Xiphilini ἐπιταφίους. luculentissimas scilicet in eos laudationes, viros nimirum, qui vtraque militia CPoli egregie fulserunt, ac illo dicente, qui ipse publicarum curarum iis socius, ac πολιτευόντων fere summus, Constantino praesertim Monomacho imperatore, ad quem et politici scripti non spernendi tractatus.* Praeter Mich. Pselli historiam etiam *Leonis*, *diaconi*, [P] similem lucubrationem edere Combefisius altero statim volumine constituit, sed morte praeuento viro illo maxime industrio, nemo fuit hactenus, qui litterarum studiosos hoc beneficio obligaret [l]). In codice regis Galliae MDCCCXXXVII. praeter *Mich. Pselli* φιλοσόφων [illegible]

tom. II. col. 1304. — *Simeonis, magistri*, historia ab Adamo vsque ad imperium Michaelis Ducae, filii Constantini, quondam fuit *Venetiis* in bibl. Iul. Iustiniani, teste *Montfauc.* in Diario ital p. 435. et in B. bibl MSSt. I. p. 483. C. D. (vbi bis occurrit, et Montfauc. postremus n. Simeon, ait, iam sub prelo sudat, a Combefisio versus, cura Mich. Lequien, ordin. praedicatorum.) Secundum *Montfauc.* ib II p. 733. D. est in bibl. *Paris.* chronicon. Forsan Iustin. codex venit in bibl *Venet.* D. Marci et est cod. DCVIII. secundum catal. codd. gr. p. 314. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, et in bibl. monast S. Saluatoris etc. *Sim. Logoth.* chronica, (*Montf.* B. biblioth. MSS tom. I. p. 198. B. et p. 199. cod. LXXV.) *Harl.*

l) *Fabricius* infra in Vol. XIII. p. 788. idem tradidit, et, quae huc retraham, addidit. „Illos post Theophanem scriptores etiam notis illustrare in animo habuerat (Combefisius,) vt identidem ipse monet in praefationibus, ad quas etiam in marginibus remittit, paratasque habebat in schedis; sed eo sub editionis finem e viuis erepto, eorum negligentia, quibus chartae ipsius commissae fuerant, perierunt. Volumen quoque alterum Byzantinae historiae edendum parauerat, quo *Leo*, *diaconus*, et *Michaël Psellus* ad MSS. cod. recogniti, ac noua versione, eaque puriore donati, prodirent

ὑπερτίμου epistolas et de casu templi S. Sophiae atque in Ioannem Patricium Monodias, exstat eius *Varia Chronographia a Basilio et Constantino, Porphyrogenitis, ad Michaëlem Ducam.* In alio codice eiusdem thesauri regii occurrit *Leonis, diaconi, historia ab excessu Constantini Porphyrogeniti ad Ioannem Tzimiscem*, sub quo scriptor ille vixit: *Λέοντος Διακόνȣ ἱςορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς τελευτῆς τȣ̃ αὐτοκράτορος Κωνςαντίνȣ μέχρι τῆς τελευτῆς τȣ̃ αὐτοκράτορος τȣ̃ ἐπιλεγομένȣ Τζιμισχῆ.* Vtroque et Psello et Leone, diacono, MSS. vsus in Glossario suo graeco concinnando et in aliis scriptis suis praeclarus Cangius. Ex chronico MS. continuatoris Theophanis, et altero itidem MS. Simeonis, logothetae, nonnulla de XLII. martyribus Amoriensibus, per Saracenos circa a. C. 841. occisis, referuntur ab *Henschenio* tom. I. Act. Sanctor. Martii p. 466. 467. et graece p. 894. seq.

II. Denique collectionem Combefisianam scriptorum post Theophanem claudunt *GEORGII, monachi, βίοι τῶν νέων* m) *βασιλέων, Vitae imperatorum Leonis Armenii et qui post eum rerum praefuerunt*, vsque ad Romanum Lacapenum, quum iam Constantinus Porphyrogenitus solus imperitaret, defunctum a. C. 948 n). Diuersus est hic Georgius a *Georgio Hamartolo*, cuius Chronicon ab exordio mundi ad Michaëlem, Theophili filium, sub quo ipse vitam agebat, adhuc MS. delitescit in variis bibliothecis. Vide, quae supra p. 154. sq. [ed. vet.] Vtriusque et tertii insuper Georgii, monachi, Chronicon, siue historiam MS. euoluisse se testatus est Raderus in Viridario Sanctor. notis ad vitam Ignatii, patriarchae CPol., scriptam a Niceta Paphlagone: *Praeter ea quae passim ad oram notaui, placuit quaedam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diuersus est a Georgio Syncello Tarasii, quamuis in fronte nomen Syncelli*

 praefe-

prodituri erant; sed et illud consilium mors abrupit, quod *Mich. Lequien* commissum fuit exsequendum, iamque typis regiis inceptum; sed, bello tum atrociori vbique flagrante, interruptum ac dilatum, vt testatur *Iacobus Echardus* tom. II. de scriptoribus ord. Praedicatorum pag. 684 " Hactenus Fabric. At tamen e *Francisci Combefisii* superstitibus schedis praecipua quaedam capita descripsit *Anton. Pagius*, suoque *critices Baronianae* peplo ab a. 960. IX. — A. 975. XIV. intexuit: vt adnotat *Saxius* in Onom II. p. 156. sq. qui, „nobilissima illa fragmenta, inquit, latine edita, quo modo subinde homines eruditos, tamquam *Guil. Caue* l. m. Vol. II p 106. in primis I A. Fabricium, nostro loco, et Vol XIII. p. 788) latere potuerint, cogitatione adsequi non possum." Idem notat, *Leonem, diaconum*, virum Asiaticum, rerum ab obitu *Constantini Porphyrogenitae* vsque ad mortem *Ioh Tzimiscae*, imperatorum, memorabilem, sed vulgo neglectum; necdum editum auctorem, floruisse a. Chr. 976. — In cod. bibl. publ. *Parisinae* MDCCXII. sunt nr. 1 *Symeonis, magistri et logothetae*, chronicon e variis scriptoribus collectum; nr. 5) eiusdem opus de mundi creatione, e libro Geneseos, variisque chronicis et historiis collectum; nr 7. *Symeonis* chronicon. Praefixi sunt, ait confector catal. codd. Paris. II. p. 391. duo versus politici, quorum auctor testatur, hocce chronicon ab Adamo ad Constantinum Porphyrogenitum vsque perduci. Ibi tamen res, memoratu dignae, quae Romano, puero, imperante, contigerunt, litteris mandantur. opus ineditum; nr. 8) *Leonis, diaconi*, historia inedita, a Constantini Porphyrogen. morte ad Tzimiscem; nr. 9) *Mich. Pselli* chronographiae libri octo, a Basilio, Macedone, ad Constantini Ducae, imperatoris, initia, et alia anonymorum opuscula historica. — Ibidem in cod. MCDLXXXV. nr. 15. *Leonis*, magnae ecclesiae diaconi, homilia in Michaelem, archangelum. — In cod. CXXXI. *Barocc.* Oxon. *Leonis, diaconi*, or. ad Basilium, imper. ἴσα μὲν τὸ. — Add. paullo post, §. VIII. in catalogo *Leonum*. *Harl.*

m) Hinc adparet non diu post vixisse. Ceterum pag. 528. adnotatum: ἕως ὧδε τὸ χρονικὸν Γεωργίȣ, καὶ ἀπὸ τῶν ὧδε τȣ̃ Λογοθέτȣ.

n) Conf. *Saxii* Onom, II. p. 150. sq. et qui ibi laudantur. *Harl.*

praeferat: diuersus item a Georgio, monacho, qui Chronicon scripsit, quod a Panuinio laudatur, tametsi Chronicon illud Georgii nomen praescriptum non habeat. Tres enim diuersos Georgios, monachos, manuscriptos partim ex Palatina Boiorum, partim ex Augustana bibliotheca, ineditos omnes nec translatos hactenus mecum habeo, confiteorque. Fabr. *Augustae Vindel* in bibl. publ. *Georgii, monachi* et logothet. *Syngeli* chronicon breue ex diuersis interpretibus et chronographis collectum, continens historias ab exordio mundi vsque a Heracleonam, Heraclii F. — *Georgii, monachi,* chronicon a Iulio Caesare vsque ad Diocletianum, imper. cum continuatione *Theophanis Isaacii* ab eo tempore vsque ad Michaelem. — *Georgii, monachi* in obitum Georgii Gemisti Plethonis. v. *Reiser.* cat. illius bibl. pag. 68. nr. 37. pag. 81. nr. 1. et p. 90. fin. — In bibl. *Escorial. Georgii, monachi,* chartophyl. CPolit. ecclesiae Chronicon, et eiusdem encomium in praesentationem B. Mariae in templo, teste *Plüero* in itinerar. p. 170. — In fine cod. *Veneti* Marc. CXXVII. fragm. f. narratiuncula de virgine quadam admirabili ex *Georgio,* monacho, CPolitano, chronographo. v. cat. codd. gr. p. 74. — Secundum *Montfauc.* in B. biblioth. MSSt. exstat, (v. indic. p. 1468. tom. II. h. v.) *Georgii, monachi,* chronicon; sed nec homines nec tituli sunt clare indicati atque distincti. Memoro tantum cod. *Colbertinum,* tom. II. p. 1151. A notatum: et tom. I. p. 483. D. cod. *Venet.* bibl. Iustinian. in qua exstitit cod. rec. historia monachi ab Adamo ad Romanum Diogenem. — Quos codd. CCCV et CCCX. *Coislin.* p. 1063. citat, eos idem in bibl. Coislin. curatius vberiusque describit p. 419. sq. (vbi quoque ex cod. CCCIV. adfert *Georgii, monachi,* chartophyl. orat. in illud; *stabant iuxta crucem,*) et p. 425. sed auctor illius est chronici *Georgius mon. Hamartolus.* — In cod. MDCCXC. bibl. publ. *Paris.* est *Georgii Malaxi* chronicon lingua graeca vulgari scriptum, et ab vrbe condito ad Amurathis vsque Sultani tempora deductum. *Harl.*

INDEX SCRIPTORUM, et aliorum quorumdam in Scriptoribus post Theophanem memoratorum,

ad paginas edit. Parisiensis.

S. Annae

Michael

Theodo-

VIII. LEO VI. Basilii Macedonis, filius et Constantini Porphyrogeniti ex quarta coniuge, Zoë o), pater, a Photio, quem praeceptorem habuit, omni genere scientiarum imbutus, imperator CPol. a Calendis Martii a. C. 889. vsque ad XI. Mai. 911. de cuius vita videndi Continuator Theophanis, et Simeon, magister, Georgius, monachus, Io. Scylitzes, et Annalium scriptores, Cedrenus, Zonaras, Glycas et Constantinus Manasses, atque e recentioribus, quotquot Annales saeculi noni et imperatorum vitas condiderunt, nec non *Hanckius* de scriptoribus historiae Byz. parte I. cap. 23. qui etiam *Sapientem* et *φιλοσοφώτατον* nuncupatum obseruat e Constantino Porphyrogenito, Io. Zonara, Mich. Glyca et Constantino Manasse. *Fabr.* Add. *Cas. Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. p. 394. *Iac. Brucker.* hist crit philos. tom. III. p. 541 — 543. *Hamberger* Z. N. III. p. 666. sqq *Sax.* (qui plures laudat VV. DD.) in Onom. II. p. 131. et 549. sqq. *Bach.* hist. iurisprud. rom. Libr. IV. cap. 2. §. 2. p. 612. sq. et §. 4. p. 629. ed. Stockmann. cel. *Glück*: in ausführl. Erläute-

o) v. *Zepernick* ad Beckii libr. mox laudandum pag. 225. sqq. Parentes laudantur in quadam orat. v. *Lambec.* IV. p. 24. sqq. *Harl.*

läuterung der Pandecten nach Hellfeld. part. I. ed. 2. Erlangae 1797. 8. p. 367. sqq. inprimis *Beck* et *Zepernick* in libro inscripto: D. *Caspari Achatii Beck* — antecessoris Ienensis, de nouellis Leonis Augusti et philosophi earumque vsu et auctoritate liber singularis, praemissa est diss. de prouida dei cura in dispensandis iurisprudentiae fatis. Adiectis animaduersionibus et mantissa commentationum ad argumentum spectantium, edidit D. *Carolus Frideric. Zepernick*, scabinatus regii Halensis assessor. Halae 1779. m. 8 *p*) *Beck* quidem cap. I. §. 2. pag. 47. sqq. breuiter egit de Leone, philosopho, imper. eiusque studiis, moribus ac scriptis; *Zepernick* autem in praetermissis, pag. 205 sqq. de vita, rebus gestis et constitutionibus, inprimis Nouellis, Leonis sapientis, vberius doctiusque ita disputauit, vt in sect. 1. in quinque §§. Leonis vitam, potissimum priuatam, n. natales, educationem, praeceptores, vxores quatuor, adulterium, concubinatum, et liberos enarraret, tum vitam publicam persequeretur. Atque inprimis §. 4. p. 232. sqq. vbi diuersas de annis imperii Leonis sententias exposuit; *Pagii* in annal. eccl. ad an. 911. rationes copiosius comprobans, docuit, Leonem solum regnasse annos XXV. menses II. et dies XI. denato parente, Basilio, d. I. Mart. a. 886. Leone autem mortuo d. XI. Maii a. 911. et insidias varias, imperatori structas, recensuit. Denique §. V. Leonis mores, ingenium et doctinae laudes celebrauit, nec tamen eius reticuit vitia. In sectione II. res gestas imperatoris cum bellicas, tum maxime eas, quae ad πολιτείαν imperii pertinerent, copiose explicauit. In postrema sectione historiam Nouellarum earumque litteraturam, a Beckio obiter pertractatam, suppleuit pleniusque enarrauit. Vbique aliorum sententias et iudicia atque narrationes adtulit, examinauit castigauitue, nec paucas Leonis nouellas illustrauit et, discessione ab aliis interdum facta, interpretatus est. Quare in illius sedulitate atque diligentia acquiescam. Seuerus contra Manichaeos, hos Leo praecepit conquirendos, et, si nollent ad meliorem frugem se recipere, gladio plectendos, teste *Photio* in narratione de Manichaeis repullulantibus, edita graece et lat. a *Montfaucon* in bibl. Coisl. pag. 352. *Harl.*

Huic imperatori vulgo tribuuntur XVII. *Oracula*, graecis versibus iambicis edita, et figuris siue iconibus adpositis expressa de futuris imperatoribus, patriarchis, rebusque CPolitanis. Ex his postremum de restitutione CPoleos graece et latine edidit *Io. Leunclauius* ad calcem Constantini Manassis, Basil. 1573. 8. Cetera sedecim graece et latine cum castigationibus nonnullis vulgata sunt a *Iano Rutgersio* cum versione *Georgii Dousae* (qui graeca CPoli secum adtulit,) lib. V. variar. lect. capite 8. Lugd. Bat. 1618. 4. *Versiones*, inquit, *quae ex Italia prodierunt, tales sunt, vt, quod vulgo dicitur, neque coelum, neque terram tangant. Iconas studio omisimus, quod eae saepius iam recusae sunt.* Respicit *Francisci Patricii*, Dalmatae, *q*) eiusdem, qui discussionum Peripateticarum, nouae de vniuersis philosophiae, et aliorum praeclarorum operum editione sibi nomen comparauit, interpretationem illorum oraculorum latinam et vulgari Italo sermone editam *espositione delli ora-*

p) De prioribus *Beckii* diss. et programm. postea iunctim editis, (Ienae 1731. 4.) v. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 471. sq. vbi pag. 466. sqq. vitam scriptaque *Leonis* sum persequutus.

q) Vide Baelii Lexicon in: *Patrice*.

oracoli di Leone, imperatore, Brixiae 1596. r) Versionem Leunclauii, in postremo illo et in ceteris Dousae a Rutgersio alicubi calligatam, seruauit *Petrus Lambecius*, qui oracula haec graece et latine cum iconibus, luculenter descriptis aere, notisque suis, et cum antiqua *paraphrasi prosaria* graeca vltimorum vndecim oraculorum, graece primum vulgata e codice MS. Amstelodamensi, nec non cum Patricii latina interpretatione excudi curauit ad calcem *Codini* de antiquitatibus CPolitanis, Paris. 1655. fol. Eadem prodierunt germanice cum figuris in aes incisis a *Io. Theodorico* et *Ioanne Israële de Bry*, Francof. 1597. 4. in adpendice historiae de vita et rebus gestis Muhamedis. Latine quoque eodem anno 1597. 4. Francofurti apud eosdem de Bry, fratres, cum actis Mahomedis I. Saracenorum principis. Quod autem illa vaticinia ibidem tribuuntur *Seuero* et *Leoni*, imperatoribus, nullam aliam ob caussam factum est, quam quod Suidas in Ξηρόλοφος scribit, Xerolophum a Seuero fuisse conditum CPoli, in illoque fuisse θεμάτιον τρίπουν, in quo saepius sacra Seuerus fecerit. Deinde subiungit: ἔνθα καὶ χρησμοὶ πολλοὶ τῷ τόπῳ γεγόνασι. Ex his autem verbis neutiquam colligas, Seuerum oraculorum, ibi editorum, fuisse auctorem, nedum oracula illa fuisse eadem cum his, quae sub *Leonis* nomine habemus. *Martinus Crusius* in Turco - Graecia p. 57. *Meminit*, *ait*, *Chiensis et Laonicus tabularum Leonis*, *in quibus catalogus fuerit omnium sequutorum Constantinum M. imperatorum et patriarcharum*, *usque ad Constantinum vltimum et patriarcham, Iosephum*, *qui Florentiae mortuus est*, *non vlterius*. *Vnde fatale fuerit*, *ipsorum tempore imperium orientale aboleri*. *Illas tabulas in monasterio S. Georgii Manganio*, *ab antiquo adseruatas fuisse*. Aliud vaticinium de imperii CPol. ruina memorat item *Crusius* pag. 494. Ioannes Meursius praeterea in glossario suo graecobarbaro laudat *Rhuzani* cuiusdam paraphrasin graecobarbaram vaticiniorum CPolitanorum, nec non explicationem *Scholarii*, quae exstat in bibliotheca Vaticana. De vtrisque *Lambecius* lib. V. bibl. Vindob. pag. 15. seq. s) ex quo disces, *Ioannem Ryzanum* vertisse graece alia oracula *Theophili*, presby-

r) *L'Espositione* est pars libri, a *Paitonio* in bibl. degli autori — volgarizzati tom. II. p. 201. descripti et ita indicati: *Vaticinium Seueri et Leonis, imperatorum*, in quo videtur finis Turcarum in praesenti eorum imperator. vna cum aliis nonnullis in hac re vaticiniis. Profetia di Seuero et Leone, imperatori, nella quale si vede il fine de Turchi nel presente loco imperatore. Con alcune altre Profetie in questo proposito. In Brescia. 1596. 8. *Harl.*

s) *Lambecius* in Vol. V. copiose recenset pag. 32. sqq. ed. Kollarii cod. caesar. CCVIII. in quo est nr 4. *Gennadii Scholarii* patriarchae CPol. expositio a Fabric. memorata vaticinii cuiusdam supposititii de imperio romano orientali et de imperio Turcarum. Lambecius excitat *Leonem Allatium*, qui de Georgiis p. 4?4. illius meminit vaticinii atque expositionis. Quando autem idem *Allatius* contendit, alios codd. Vaticanos id oraculum tribuere *Leoni*, sapienti, sed differentiam esse codicis, Lambecius in nota monet, reuera esse illa duo diuersa vaticinia. Denique Allatius, „vaticinium, inquit, hoc ipse primo in antiquitatum CPolitanarum auctario, a me procurato, cum aliis eiusdem *Leonis*, Methodii Patarensis, Theophili Romani, Danielis Monachi aliorum vaticiniis connexui. Habetur MStum in bibl. *Vaticana*, *Scoriari* regia VII. ζ. 1, *Bauarica* cod. CXCIII. et legebatur in bibl. *Antonii Augustini* cod. CXL.“ — Tum in eodem caesareo cod. nr. 5. sequuntur *Theophili*, presbyteri et clerici magnae ecclesiae antiquae Romae, vaticinia, ex lingua latina in graecam translata a Notario *Ioanne Rhyzano*: nr. 6. adpendix graeco - barbara praecedentium vaticiniorum, in qua fit mentio oraculorum imper. *Leonis, sapientis*, simul et memoratae inscriptionis sepulcri imp. Constantini M. cum expositione patriarchae, *Gennadii Scholarii* et nr. 7. imper. *Leonis*, sapientis, oracula de imperio Byzantino, seu

presbyteri et clerici Romani: *Gennadium* vero *Scholarium* expoſuiſſe oraculum, quod fertur repertum ſingulis ſcriptum litteris in ſepulcro Conſtantini M. cuius ibi ſpecimen adiicit. Cangius quoque ad gloſſarium ſuum graecum condendum, teſtatur, ſe viſum Leonis, ſapientis, aenigmatis cum explicatione, hoc titulo: *αἴνιγμα λέξεων Λέοντος τȣ̃ σοφωτάτȣ [illegible] κῆς ἐν Βυζαντίῳ λέξας.* Liber ſcriptus lingua graeca vulgari ex codice Colbert. MMMMMCIV.

Vtrum auctor oraculorum illorum ſit *Leo*, imperator, dubitare licet, neque veteres ſcriptores, quorum loca *Lambecius* praefixit, et in quibus oraculorum mentio eſt, illa imperatori Leoni diſerte tribuunt; at ex locis aliis, a Lambecio praeteritis, etiam adparet, oracula eiusmodi in aula Byzantina iactata fuiſſe diu ante Leonis, ſapientis, [f] aetatem. Nam continuator *Theophanis* lib. I. in vita Leonis Armenii cap. 22. demonſtrat, illius mortem, qui ſeptuaginta fere annis ante Leonis, ſapientis, imperium occiſus eſt, oraculo eiusmodi praeſignificatam. Ὁ δὲ χρησμὸς ἦν Σιβυλλιακὸς ἔν τινι βίβλῳ εἰς τὴν βασιλικὴν Βιβλιοθήκην ἐναποκείμενος, ȣ̓ χρησμὸς μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ μορφὰς καὶ σχήματα ἔχων τῶν γενησομένων Βασιλέων, διὰ χρωμάτων. *Oraculum vero Sibyllinum erat in quodam libro Palatinae bibliothecae repoſitum, quo non ſola nuda oracula, verum etiam eorum, qui imperio*

[f] eu CPolitano. — In cod. XI. nr. 13. exſtat *Leonis, ſapientis*, oraculum de reſtitutione CPoleos, quod edidit Leunclauius Baſil. 1573. (vti iam adnotauit Fabricius,) ſed, vt ait *Lambecius* comment. Vol. VI. part. I. pag. 93 ſq. culpa cod. msti, quo ex bibl. Ioan. Sambuci vſus eſt, ſatis mendoſum, et integris quatuor verſibus mutilum, eodemque modo Lambec. ob defectum melioris codicis idem oraculum inſeruit ſuo ſyntagmati originum et antiquitatum CPolitanarum, Pariſ. 1655. fol. p. 279. ſq. Hinc in comm. l. c. illius emendandi et ſupplendi gratia id integrum vna cum variis lectionibus reddidit ex cod. caeſareo, ab Augerio Busbeckio Conſtantinopoli olim comparato. — In cod. L. nr. 3. varia oracula ſ. vaticinia CPolitana, quorum primum eſt *Gennadii Scholarii* expoſitio vaticinii de imperio romano orientali et de imperio Turcico, inſculpto lapidi marmoreo ſepulcri Conſtantini M. tertium illud eſt, quod adtribuitur *Leoni, ſapienti*; quartum eſt vaticinium cum adiuncta Ioan. Capiſtrani explicatione; et alia, denique oracula ſ. vaticinia XXIV. quae vulgo tribuuntur imp. *Leoni, ſapienti.* v. *Lambec.* VI. part. II. pag. 378 ſqq. — *Kollarius* in ſupplem. ad Lambecii comment. pag. 768 ſqq. copioſe recenſet cod. caeſar. CXXXVII in quo 1) eſt vaticinium in ſepulcro Conſtantini M. vt fertur repertum, cum Gennadii expoſitione, ſed in epigraphe id vaticinium tribuitur *Agathenodoro, philoſopho.* 2) et 3) duo vaticinia *Georgii, notarii*, cognomine *Rhizani*: 4) *Pſelli* vatic. de CPoli: 5) et 6) duo vatic. *Nicephori*, patriarchae CPolit. 7) *Leonis, ſap.* imp. vaticinium; quod inter edita non comparet. 8) Vatic. *S. Maximi*, quod in cod. XXXIX. (Lamb. VIII.) pariter tribuitur Leoni, imp. — Secundum catal. codd. Angliae etc. in bibl. *Bodleiana* in codd *Barocc.* CXLV. bis *Leonis*, imp. et aliorum vaticinia. — in cod. CLXX. *Leonis* vaticinia, gr. et lat. per Franc. Baroccium picturis graphicis [illegible]. — in cod. CCXCIV. nr. 24. *Leonis*, ſap. [illegible]. in cod. DCCXXII. nr. 6. eiusdem prophetiae, cum iconibus, nec non *Theophili*, presbyteri et *Danielis*, monachi, quaedam, gr. et nr. 12. *Leonis*, imp. verſus quidam prophetici de CPoli, gr. — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. CMXXIX. nr. 16. nonnullorum vaticiniorum Leonis explicatio. — MMCDXX. nr. 1. et MMCDXXIV. nr. 2. Leonis, philoſophi, [non, imper. *Leonis,*] opuſc. aſtrologicum de regno, quomodo cognoſci poſſit, quot annos quis imperare debeat, et quae, illo imperante, euentura ſint. Opus, (vt ait confector catal. Vol. II. p. 499) ineditum, cuius, vt adnotatum eſt ad marginem, *Theophilus* auctor creditur. Add. *Montfaucon* Bibl. bibl. MSS. ind. v. *Leo*, imp. ſupra, Vol. IV. p. 148. med. et p. 158. et mox *Fabr.* in not. *u.* *Harl.*

imperio potituri essent, figurae formaeque, coloribus expressae, continebantur. Eadem habet *Simeon, magister*, in annalibus, qui oraculum ipsum, ad Leonem Armenium spectans, pluribus etiam exponit pag. 406. ἦν γὰρ αὐτῷ ἔκ τινος Σιβυλιακῆς βίβλυ ὁ ἀναιρέσιμος χρόνος μεμνημένος. Εἶχε γὰρ γραφὴν τοιαύτην. Λέοντος εἰκόνα θηρίυ ὁλόκληρον, ἐν μὲν τῇ κεφαλῇ ἔχυσαν χ γράμμα, ἐν δὲ τοῖς ὄπισθεν φ, καὶ μέσον τῦ θηρίυ πρὸς αὐτὴν τὴν ψόαν ξίφος, ἤγυν σπάθην ἐμπεπηγμένην καὶ ἡμαγμένην, ἣν ὑποδείξας Στεφάνῳ ᾧ ἐπίκλην Καπετωλίγης, ἔφη πρὸς αὐτόν· τί δηλοῖ ταῦτα; ὁ δὲ ἔφη, ἄφες Δέσποτα, μὴ ἴδω καὶ τὴν γραφήν. Ὁ δὲ ὐ κατεδέξατο. Συλλογισάμενος ὖν ὁ Στέφανος λέγει τῷ Βασιλεῖ· ὖτος ὁ Λέων εἰς πρόσωπον τῆς βασιλείας κεῖται, καὶ μέσον τῦ χ γράμματος καὶ τῦ φ κακόν τι συμβαίνει αὐτῷ. Καὶ ὁ βασιλεύς, τί ἐςι τὸ φ καὶ τὸ χ; ὁ δὲ φησι, μέσον τῆς Χριςῦ γενέσεως καὶ τῶν φώτων. *Nouerat enim ex quodam Sibyllinorum oraculorum libro, quo illi tempore, vt nece tolleretur, satis indictum esset. Nempe illo expressa erat figura huius modi: Leonis figuram ex integro referebat. Capiti littera χ. inscripta erat, a tergo vero littera φ. mediae bestiae ad ipsa ilia impactus cruentus ensis haerebat. Hoc imperator Stephano, cognomento Capitoliges, ostensa, ex eo sciscitabatur, quid haec sibi vellent. Cui ille: apage domine, vt nec oculis figuram vsurpem. Is enim vero nihil acquieuit. Tunc igitur Stephanus secum ipse reputans, imperatori infit: Leo iste in imperii signum positus est; ac inter litteram χ et φ malum aliquod imminet. Tum imperator: quid vero sibi volunt χ et φ? At ille: inter Christi natalem et τῶν φώτων diem*, (epiphaniorum scilicet atque luminum,) intra quod tempus Leo Armenius est non diu post obtruncatus. *Allatius* de Georgiis pag. 351. memorat oracula cum figuris picta *Methodii*, episcopi Patarensis, visiones *Danielis*, prophetae, et *Chosroae*, regis Persarum, et *Theophili*, presbyteri Romani, translata graece a *Georgio Zegabeno*, praetereaque Leonis, philosophi et imperatoris. Idem p. 404. notat oraculum de Turcarum imperio et fine eius cum *Gennadii Scholarii* expositione [?] legitur in Dorothei Monembasiensis chronico p. φμδ. h. e. 524. ed. Venet. 1684. 4. t) et Matthaeo Cigala, Cyprio, post nouam variarum historiarum synopsin, ibid. 1637. 4. Addit Allatius, se vaticinium hoc inseruisse primo Variorum tomo in Antiquitatum CPolitanarum auctario cum aliis Leonis, Methodii Patarensis, Theophili Romani, Danielis, monachi et aliorum vaticiniis. Sed tomus ille lucem hactenus non vidit. Confer interim, quae de oraculis illis et *Gennadii Scholarii*, patriarchae CPol. et *Ioannis Capistrani*, ord. fratrum minorum, qui a. C. 1456. obiit, expositione *Lambecius* lib. VI. part. II. bibl. Vindob. p. 167. [p. 197. sq. ed. Kollar.] De aliis apud Graecos et Saracenos sub Danielis nomine iactatis ὁράσεσι, quibus fata imperatorum descripta fuisse testatur Luitprandus, vide, si placet, quae dixi in codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti p. 1137. et de *Methodii*, (non episcopi Patarensis, sed CPolitani patriarchae,) reuelationibus supra cap. 1. huius libri p. 269. [add. *Lambec.* VI. part. I. p. 91. de cod. XI. nr. 12. ibique *Kollar.*] Ceterum oracula Leonis Combefisius non ad Leonem, sapientem, imperatorem, sed ad Leonem, Byzantium,

t) Inde graece et latine in Bandurii, libro VII. Antiquitatum CPol. [tom. I. p. 184. sqq. ed. Paris. aut p. 158. ed. Venet.] v. etiam eius not. p. 872.

tium, *) Ioannis, patriarchae CPol. nepotem e ſtirpe Morocharzaniorum, cognomento philoſophum, a Michaële Pſello in Andro inſula diſciplinas varias edoctum, refert haud inueriſimiliter. Ita enim ille in tomo I. bibl. Concionatoriae, vbi de variis ſcriptoribus diſſerit: *Leo, imperator, non dicitur* ſapiens *antiquis, Leoni, grammatico, Continuatori Vaticano, aliisque eius aeui ſcriptoribus, ac nec Cedreno: ſed magis recentioribus, in quibus Zonaras, ſi eius eſt quo illi eius rerum tractatus praenotatur. Et ab his ſapiens dicitur ob pietatem in Deum potius* et variam doctrinam editaque ingenii monumenta, *quam ob diuinandi peritiam. Sed fuit et alius Leo, ſapiens, inſignis ille coniector et aſtronomus, cuius diſcipulus Theophilo, imp. Amorium nunciauit biduo poſt capiendum, quemque idem Theophilus CPolitano ludo praefecit, et qui poſtea Theſſalonicenſis metropolita fuit. Eius malim eſſe oracula cum figuris, pro tanta illa eius aſtrologiae iudiciariae ac* ἀποτελεσματικῆς *facultate, quam Leonis, imp. qua is non adeo excelluiſſe videtur,* [|] *etſi gentis vitio ac aetatis fatidicos homines pluſculum coluerit. Vel certe antiquiora erant illa oracula, cum iis deſignatam mortem Leonis Armenii, ipſi inferendam ipſo Christi natalis die, auctor Zonaras ſit.*

Alia Leonis, ſapientis, imp. ſcripta.

1. *Orationes* XXXIII. in bibl. Vaticana cod. CVI. et DCCCIII. exſtare MSS. notauit, ſingularumque titulos adſcripſit *Baronius* ad a. C. 911. nr. 3. ex his vnam ibidem edidit latine ex *Fed. Metii*, Termularum epiſcopi, verſione. Alias nouem graece et latine vulgauit *I. Gretſerus* Ingolſtad. 1600. 4. [in Gretſeri Opp. tom. XIV.] ex bibl. Bauarica, vna cum Nyſſeni tractatibus duobus in inſcriptiones Pſalmorum, decimam item in opere de Cruce tom. II. p. 142. Ingolſt. 1600. 4. [et in Opp. tom. II. p. 1225.] Alias inſuper tres vna cum primis Gretſerianis ſeptem, breuibusque notis *Combefiſius*, in auctario nouo Pariſ. 1648. fol. tom. I. p. 1605. [v. cat. bibl. Leid. p. 54.] Harum orationum ſingularum titulos vide, ſi placet, apud Labbeum Caueumque. Orationem *de S. Nicolao*, Myrenſi epiſcopo, graece et latine vulgauit *Petrus Poſſinus* Toloſae 1654. 4. non, 1644. vt habent Labbeus et Caueus. Alia

*) Hunc *Leonem*, philoſophum, Pſelli diſcipulum, ab imperatore, Leone, ſapiente, diſtinguere docet *Allatius* diatriba de Pſellis pag. 2. ſeq. De eodem plura Scylitzes, Cedrenus, et quae ex ſcriptoribus poſt Theophanem ſupra p. 359. ſq ed. vet. Video etiam a Cangio laudari *Leonis, philoſophi*, (aliis Theophili) de regno et principibus (de imperio et imperatoribus) librum aſtrologiae iudiciariae ex cod. reg. MMDCCXXX. et Colbert. MMLXXIX et Leonis, philoſophi ac medici, (quem diuerſum eſſe non dubito,) Synopſin Iatricae ſiue medicinae libris VII ex cod. reg. MMMDXI. quam in bibl. Vindobonenſi etiam exſtare graece MS. teſtatur *Lambecius* VI. p. 98. *Fabr* In cod. X caeſareo nr 15 pag 224 ſq cum nota Kollarii, Add. *Fabric.* B. Gr. Vol. XIII. p. 781. ed. vet. — In cod. bibl. *Pariſ* publ. MMDCLXXL nr. 1. *Leonis*, philoſophi et medici, medicae artis compendium, libris ſeptem. Quod opus, (ait confector cat II. p. 538.) nondum publicam lucem adſpexit. Initium, οὐκ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις. Coniectae ad marginem notae nonnullae. Idem, diſtinguendum eſſe, iudicat hunc Leonem a Leone, imperat. ſapiente. *Pſellus* autem *ſenior* non Leonis, imperatoris, ſed Leonis, Byzantii, ſiue philoſophi, erat praeceptor et probe diſtingendus eſt a *Pſello, iuniore*; id, quod late docet *Zepernick* ad Beckii libr. laudat. p. 49. not *b.* adde *Zepernick* ib. p. 239. ſq: vbi quoque Leonis, imperat. laudatur eruditio multorumque teſtimoniis confirmatur, et notam antecedentem de alienis vitiumb..s. *Harl.*

Alia *in S. Chrysostomum*, ex vita eiusdem, quam Georgius Alexandrinus scripsit, maximam partem delibata, graece in operibus Chrysostomi tom. VIII. Sauilianae edit. pag. 267. et not. p. 959. et latine apud Surium 28. Ianuar. et ante editionem Chrysostomi operum latinam Antwerp. 1614. fol. [add. infra de Io. Chrysostomo, lib. V. c. 15. p. 557. Vol. VII. ed. vet. ac *Lambec.* comment. VIII. p. 639.] Alias a se versas e codice Naudaeano et Mazariniano. latine exhibet laudatus Combefisius in bibl. Concionatoria. Nimirum *in S. Ioannis decollationem* et *in omnes Sanctos* et in *S. Nicolaum*, Myrensem episcopum, quae vna cum aliis vndecim, et illa, quam a Baronio editam dixi, et altera in S. Chrysostomum latine leguntur in editione Lugdunensi bibl. Patrum tom. XVII. pag. 22. seq. Orationem *in S. Tryphonem* citat *Allatius* contra Hottingerum pag. 168. et *duas in S. Demetrium* pag. 170. Longe plures in libro de Simeonum scriptis, vt *in S. Clementem Ancyranum* pag. 81. *in Praecursoris diem natalem* pag. 83. *in transfigurationem Christi*, p. 91. 106. *in Christi natiuitatem* pag. 69. *in principium ieiuniorum*, (tres orationes huius argumenti, quemadmodum et in transfigurationem, Baronius memorat,) pag. 96. 114. *in Eliam, prophetam*, pag. 97 *in protomartyrem. Stephanum*, pag. 100. *in templi consecrationem* p. 101. *in sancta Theophania* p. 108. *Magno Sabbato* p. 116. His accedunt a Baronio memoratae, atque adhuc, quantum [P] sciam, ineditae, *in Spiritum S. quod propria auctoritate adoptionem filiorum DEI largitus est*: *in Paulum, apostolum: in S. Thomam*, discipulum domini, *duae orationes*: et denique, *quando domus imperatoris fuit consecrata.* Spectant huc etiam Hippolyti Maraccii, Lucensis, Mariale, Rom. 1651. 8. et eius Caesares Mariani 1658. 8. in quibus libellis reperies orationes *Leonis, imp.*, in B. Virginem, latine versas a *Io. Matthaeo Caryophilo*, Cretensi. De more autem, quo imperatores Byzantini de rebus, etiam sacris, verba ad populum fecerint, vnde illis adpellatio Ἐπιστημονάρχου, vide *Cangium* in hac voce et D. *Georgii Henrici Goezii*, Principem concionatorem, in meletematibus eius Annaebergensibus p. 583. seq. *Fabr.* Inter Sanctorum elogia et vitas, infra, Vol. IX. passim, p. 88. 100. et saepius occurrunt *Leonis*, imp., orationes. In bibl. *Vindob.* caesar. ex Neapolitana transiit vol. orationum *Leonis*, Gregorii et aliorum. v. *Lambec.* comm. I. col. 771. nr. XXXV. — in cod. CCXXVIII. nr. 2. orat. in Spiritum S. quod propria auctoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est, oratio nondum edita. v. *Lambec.* V. p. 126. sq. — In cod. XV. nr. 5 *Georgio Rhetori*, chartophylaci, tribuitur orat. in conceptionem S. Ioannis Baptistae, et in Zachar. atque Elisabetham, eius parentes, quam *Allatius* de Simeonibus, pag. 83. ed. Paris. 1664. fidem codd. Vatican. sequutus, adscripsit *Leoni*, imperat. v. *Lambec.* VIII. p. 472. sq. ibique Kollar. — In cod. XXXV. nr. 22. et 23. or. in natal. Ioann. Baptistae et in Christi baptismum. v. *Kollar.* suppl. p. 256. — In cod. CX. bibl. reg. *Neapolit. Leonis*, imp., encomium B. virginis. — In cod. XVI. et LXXV. *Monach.* Bauar. orat. in adscensionem domini. In cod. LXIIX. sermones nouem. (catal. codd. gr. p. 5. 22. et 26.) — ead. or. in adscens. in cod. *Coislin.* CVII. nr. 21. v. *Montfauc.* B. Coisl. p. 282. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCI. sunt 28. homiliae Leonis, imp., (quarum titulos refert auctor catal. codd. Vol. II. p. 250.) et eiusdem epistola paraenetica: — praeterea in cod. DCCLX. or. in natalem B. Virginis. — in cod. DCCLXXIII. or. in praesentationem. — in cod. MCLXXXV. in adpend. in natalem Christi. — in cod. DCCLXXII. in resurrectionem. — in cod. MDXIV. in S. Io. Chrysostomum. — in cod. CXXXVII. in S Nicolaum Myrensem. — *Florentiae*

in B. Laurent. Med. cod. XXXIII. nr. 2. orat. ſupplex ad B. Mariam. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 59.) — in cod. XXXIII. nr. 24. plut. 9. ſermo in fine mutilus in protomartyrem et diaconum, b. Stephanum. (*Bandin.* ibid. p. 455.) — *Lridae* in B. publica or. in S. Spiritum, v. catal. p. 337. nr. LXXVI. In bibl. reg. *Taurin.* cod. CLXXV. ſermo in exaltationem S. crucis. (cat. codd. gr. p. 231.) *Harl.*

2. *Epiſtola ad Omarum, Saracenum*, de fidei Chriſtianae veritate et Saracenorum erroribus, ex Chaldaico verſa a Sebaſtiano Champerio, Lugdunenſi, a. 1509. atque in bibliothecis Patrum, ſaepius latine edita, vt Colon. 1622. tom. XV. et Lugd. tom. XVII. p. 45. [Separatim edidit *Frid. Imm. Schwarzius*, Lipſ. quondam theologus, in Progr. Lipſ. 1786. 4.]

3. *Canticum compunctionis ex meditatione extremi iudicii;* ex codice bibl. Bauaricae vertit et latine edidit *Iac. Pontanus* S. I. Ingolſtad. 1603. 4. cum Simeone, iuniore, de fide, aliisque ſcriptis quae recenſet *Ittigius* libro de bibliothecis Patrum pag. 611. Recuſum inde in bibliotheca Patrum Colonienſi 1618. tom. XI. et in ſupplemento Pariſ. 1639. tom. I. pag. 861. et in bibl. Patrum Pariſ. ap. Aegid. Morell. 1644. tom. XV. p. 861. ac Lugd. 1677. tom. XXII. pag. 747. *Fabr.* In bibl. reg. *Taurin.* cod. CCXCI. *Leon.* imp. *odarium catanycticum*, ſecundum alphabeti ordinem; eiusdem *canon* alter in feſtum diem Palmarum. v. auctorem cat. codd. Taur. gr. p. 387. ſq. qui duo illos canones ſiue acroſtichides graece cum verſione lat. publicauit et odarium illud catan. nondum eſſe editum opinatus eſt. — *Florentiae* in B. Laurent. Medic. cod. L. nr. 9. plut. 57. Leon. *canticum compunctionis*, ſunt verſus 94. triſtichis ſtrophis diſtincti, quorum ſingulae ab alphabeti litteris incipiunt. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 432. qui adnotat, in illo cod. Medic. ſex ſtrophas longius eſſe id canticum, quinque triſtichas et vna tetraſticham. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDXXXVI. fin. *Leonis*, *ſap. odaria catanyctica.* v. catal. codd. gr. pag. 213. — *Vindobonae* in B. caeſar. cod. CCXCVII. nr. 15. *canon catanycticus* alphabeticus, et in cod. CCCXXXIII. nr. 4. odarium catanycticum anacreonticum, ordine alphabetico. (*Lambec.* V. p. 550. et 620.) — *Pariſ.* in B. publ. cod. XII. nr. 4. canticum compunctionis ex meditatione extremi iudicii. — cod. MLXXVI. nr. 6. odarium catanycticum. — cod. MDCCLXXXII. nr. 3. *Leonis* verſus anacreontici in nouum iudicium ſecundum ordinem alphabeticum. — In cod. *Barocc. Oxon.* CXXXIII. Leonis, imp., poematium de futuro iudicio.

4. *Carmen iambicum de miſero Graeciae ſtatu*, quod cum verſione Franciſci Lucidi edidit *Leo Allatius* de conſenſu eccleſiae occidentalis et or. pag. 854. Idem *Allatius* edidit graece *verſus* Leonis, imp., *retrogrados* ſiue καρκίνους XXVII. poſt excerpta rhetorum ac Sophiſtarum Rom. 1641. 8. pag. 398. [v]) et ex *carminibus iambicis in Clementem Ancyranum* nonnulla, libro contra Hottingerum pag. 173. [w]) *Hymnos* Leonis in bibl. Bauarica exſtare MSS.

v) V. ſupra in Vol. VI. pag. 54. nr. 10. *Harl.*

w) *Vindobonae* in cod. caeſareo CCXXVIII. nr. 4. poema iambicum *de martyrio S. Clementis*, epiſcopi Ancyrani, et ſocii ipſius, *S. Agathangeli*, qui ſub impp., Diocletiano et Maximiano, Ancyrae in Galatia paſſi ſunt ſupplicia, et quorum memoria in Martyrologio romano celebratur d. XXIII. Ian. v. *Lambec.* V. p. 128. qui et principium poematis exſcripſit, et animaduertit, Baronium in annal eccles. tom X. a. 911. nr. 3. meminiſſe quidem huius opuſculi Leonis, imp. ſed tamquam orationis proſaicae, non quaſi poematis. *Harl.*

MSS. scribit Possevinus in adparatu sacro, nescio an alios viderit, quam canticum compunctionis, de quo iam dixi. *Fabr.* Hymni illi sunt *τροπάρια ἑωθινὰ undecim*, quae leguntur in Octoecho. v. supra, in Vol. III. p. 655. init. et infra lib. V. cap. 41. p. 135. Vol. X. vet. ed. Atque *Leonis*, imp., *hymnus nocturnus* est in cod. *Paris.* bibl. publ. CCCXLIII. nr. 8. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXV. *Octoechus* siue preces in ecclesia graeca cani solitae, variis tonis tum ad vesperas, tum media nocte atque in officio, quod dicitur, matutino, in quibus notanda praesertim esse, obseruat auctor catal. codd. gr. pag. 260. *ἑωθινὰ*, i. e. cantica matutina, quae dicuntur *Leonis*, imper., et *ἐξαποστειλάρια*, i. e. *cantica* ad diuina beneficia poscenda, quorum auctor perhibetur *Constantinus*, *Leonis* filius. conf. quem auctor catal. citat, *Allatius* in diss. I. de libris ecclesiasticis Graecorum, nr. VIII. *Harl.*

5) Τῶν ἐν πολέμοις Τακτικῶν σύντομος παράδοσις, *constitutionum militarium Breuiarium*, quod primus e graeco a se versum latine edidit et regi Angliae, Henrico VIII. inscripsit *Iohannes Checus*, Cantabrigiensis, Basil. apud. Mich. Isingrinium 1554. 12. Ad illam interpretationem concinnandam vsus est codice gr. MS. Anglicano, quem vidisse optat *Iohannes Meursius*, qui ex tribus MSS. regis Angliae, Palatino et Pistoriano, lacunas sibi inuicem supplentibus graecum [P] textum versioni adiecit, subiectisque aliquibus castigationibus suis vulgauit Lugduni Batauorum a. MDCXII. 4. [x]), quae ipsa editio, cum nouo titulo praefixo, adiuncta est Aeliani Tacticis, a *Sixto Arcerio* illustratis. ibid. 1613. 4. [y]). Fallitur praestantissimus Caueus, qui Leonis Tactica cum versione et notis Sixti Arcerii prodiisse scribit [z]). Porro Leonis Tactica, italice vertit et notis non contemnendis illustrauit *Philippus*

 Pigafetta

x) Inter codd. Vossian. exstitit exempl. edit. Meurs. cum viri docti emendatt. *Harl.*

y) Conf. de ed. Meurs. a. 1613. *Goetz.* Mem. bibl. Dresdens. tom. I. sylloge V. p. 455. sq. et tom. II. syll. I. p. 40. de versione *Checi*, atque edit. Basil. ap Isingrin. 1554. 12. atque ibid. typis Waldkirch. 1595. 12. *Harl.*

z) Meursii editio recusa est inter *Ioannis Meursii* opera, ex recensione *Io. Lamii*, tom. VI. p. 535 — 920. Florent. 1745. fol. Lamius vero ex absolutissimo, vt ait, cod. Laurentiano mutilum suppleuit atque restituit. Cod. autem ille Laurent. est IV. plut. LV. qui continet tacticorum auctorum collectionem vberrimam, et nr. 28. reperitur: Λέοντος — ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Omnia huius codicis concordare, scribit *Bandin.* in cat. codd. gr. II. p. 224. sq. cum Meursii edit, exceptis nonnullis defectibus et aliquorum capitum transpositione eaque Lamium in calce paginarum diligentissime adnotasse. Ex hoc cod. Lamius caput illud Leonis: *quomodo aduersus Saracenos pugnare oporteat*, quod in cod. occurrit pag. 401. cum versione lat. adiunxit (in Meursii Opp. tom. V. praef. p. 4. et alia intexuit supplementa, quae partim *Anton. Posseuinus* ex antiq. codd. gr. loco a Fabricio iam memorato protulit.) Finis igitur, ait Bandin. Leonis tacticorum, qualis in dicta editione legitur, propter memoratam posteriorum quinque aut sex capitum transpositionem requirendus est in cod. pag. 378. *b.* — In eodem cod. nr. 27. sunt *problemata militaria* ab initio mutila, libris XII. comprehensa; quae quemnam habeant auctorem, minime quidem constat; sed, quum in summa fronte paginae 253 *b* legatur adhuc sequens titulus, litteris retrogradis ac quadratis, superstes ex impressione tituli aduersae paginae, quae periit, Λέοντος ἐν χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ βασιλέως Ῥωμαίων. *Bandin.* col. CCXXXIV. coniicit, ad hunc imperatorem esse referenda. — In cod. VI. nr. 4. plut. 75. est *tabula collectionis tacticorum Leonis, imperat.* Πίναξ συλλογῆς τακτικῶν Λέοντος δεσπότου, Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἔτους ςυιβ΄ (6412. Christi 904.) in capp. CII. quorum postrema XXVIII. continent militaria

Pigafetta [aa]), Venet. 1541. 4. 1586. 4. 1602. 4. *trattato dello schierare in ordinanza gli Eserciti, et dell' apparechiamento della guerra.* Exstat et *Maiolini Bisaccioni* idea et lumi ciuili del perfetto Capitano, con le consideratione sopra la Tactica di Leone, imp. a Messina 1660. 4. Venet. 1642. 4. Pigafettam non semper vim hellenismi perspexisse, vti Checum quandoque nebulae cyathum propinare lectoribus, notat *Rigaltius* ad Onosandrum pag. 25. Versionem Checi in non paucis reprehendit *Antonius Possevinus* libro V. bibliothecae selectae capite 7. (edit. Romanae lib. I. cap. 24.) vbi et quaedam loca ex antiquissimis, quae vocat, MSS. profert, (Bauaricum codicem [bb]) innuens,) quae apud Meursium p. 95. et 418. etc. longe minus emendate ac integre leguntur. Sed et bibliotheca illa selecta aliquot ante editionem Meursianam annis prodierat, quam non viderit Meursius oportet: nam ex ea aliquot, quae dixi, loca restituere ac supplere potuisset. Isaacus quoque Casaubonus, qui, antequam Meursius Leonem ederet, Aeneam [cc]) cum versione notisque doctissimis publicauit, aliquoties graeca verba citat ex Leonis *de re militari*, seu, vt Checus vertit, *de adparatu bellico* constitutionibus. Neque vnum hic MStum vidisse se profitetur; refert enim, quosdam codices hanc inscriptionem prae se ferre, quam ex Meursii etiam editione paullo ante adscripsi: τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Alios autem eosque optimos παρασκευὰς πολεμικὰς designari. Prioris generis titulus exstat Viennae in Augustissimi Caesaris bibliotheca codice philosophico CXIV. probae notae chartac. in folio; vti indicat *Petrus Lambecius* libro VII. de bibliotheca Vindobonensi p. 213. [dd]) quod MStum alioqui Leonis ipsius exaratum

ria exempla ex rebus gestis et strategematibus veterum virorum Romanorum, Graecorum et aliorum, quorum nomina ordine alphabetico refert *Bandin.* III. p. 148. sq. Tum pag. 73. *b.* sequitur *tabula poenalium legum militarium ex Rufi Tacticis et Basilicis,* in capp. XLVIII. Postea pag. 74. *b.* incipiunt *Leonis Tactica*, quae quum ab editis toto coelo discrepent; Bandin. probabiliter existimat, hanc syllogen esse ipsorum tacticorum compendium. Reliquos codd. in aliis bibl seruatos in fine huius sectionis memorabo. *Harl.*

aa) *Paitonius* in Bibl. degli Autori — volgarizzati tom. II. pag. 199. editt. versionis, a *Pigafetta* confectae, sequentes vberius describit, Venet. 1586. 4. — 1602. 4. (mutato titulo;) — et 1541. 4. de qua tamen vltima editione, in cat. bibl. Barber. tom. I. p. 420. citata, dubitat Paiton. qui praeter ea memorat: I. Frammenti di nomi militari di Leone, imperatore, tradotti di Greco per Messer *Lelio Carani*, cum Aeliani Tacticis, ab eodem Carano italice versis, Florent. 1552. 8. et: *Leone*, Imperadore di CPoli degl' Ordini e Governi della Guerra, tradotto di Greco in Italiano da *Alessandro Andrea*, Napolitano. Napoli 1612. 12. In linguam Franco-gallicam translatum opus huius est sententiae: *Institutions militaires de l' Empereur Leon* de Philosophe, traduits du Grec — par Mr. *Ioly de Maizeroy.* Paris. 1771. 8 II. Voll. cum figg. aeneis. — *Germanica* versio est inscripta: *Kaisers Leo des Philosophen Strategie und Tactik*, aus dem in der K. K. Bibliothek befindlichen Original vebersetzt durch *I. W. von Bourscheid.* V. part Vindobonae 1777 — 1781. mai 8. cum tabb. XXVIII. aeri incisis, nec non cum obseruatt. et commentationibus interpretis. Versio laudatur in ephem. litter. Gotting. supplem. nr. VI. 1779. et dicitur versioni gallicae de Maizeroy saepius respondere, quam textui graeco; (nec mirum, quod Bourscb. linguam graecam non calluisse fertur,) sed tamen ab ea quoque discedere. Antiquior tamen versio germ. exstare dicitur in Adp. histor. de vita et rebus gestis Muhamedis. Francof. 1597. 4. *Harl.*

bb) CCXV. *διατάξεις de re militari et copiis instruendis*, cat. codd. gr. p. 79. *Harl.*

cc) Prodiit cum Polybio Casauboni Francofurt. 1609. fol. vt dixi lib. III. cap. 30.

dd) Nr. X. pag. 452. ed. Kollar. In illo cod. CXIV. legitur inscriptio, a Fabricio significata. Enimuc-

ratum tempore et graecis scholiis ornatum non mediocriter ab editione Meursii differre testatur. Inscriptio posterioris generis et in Posseuini MStis fuit, et *Lambecio* teste adparet in codice CXVI. chartac. mediocriter antiquo in 8vo. ee) vbi habetur πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ἐφόδων ἀδοκήτων, quae in editis Leonis Tacticis est septima decima constitutio, pag. 246. ed. Meurs. Ibidem duodevigesima quoque, sed sine [?] lemmate comparet. Vndevigesima περὶ ναυμαχίας reperitur in codice Mediceo XXVI. chartaceo bonae notae in 4to quemadmodum idem refert libro VI. de bibliotheca Caesarea p. 121. ff). Eam et in Vaticana exstare, memorat *Gabriel Naudaeus* Bibliographiae militaris p. 63. siue lib. II. de studio militari p. 521. *Leonis*, inquit, *constitutiones quaedam et fragmenta etiam ex Naumachicis* gg) *exstant in Palatina, quae Vaticanae non ita pridem adiuncta fuit: sed non puto quicquam in illis diuersum esse ab eiusdem imperatoris Tacticis, quae Meursius in lucem protulit. Nam et in illis decima nona constitutio tota de nauali praelio est. Quamobrem pluris nunc facienda sunt BASILII, patricii, Naumachica, quae ex regio et Palatino codice forsan integra proferri in lucem possent; nam Pinellianus mancus erat in fine.* Reliquorum codicum inscriptiones, quoniam principio carent, nullae a Lambecio adduci potuerunt. Nam in codice philosophico CXIII. nr. 5. chartaceo in fol. [vol. VII. Lamb. col. 444. ed. Kollar.] et prooemium integrum et plus quam dimidia a fine pars desideratur. Optimus etiam codex CXV. membranaceus in 4to paginis 249. constans et scholiis graecis marginalibus illustratus, quem Busbequius, (seu, vt alibi Lambecius scribendum docet, Busbeekius) CPoli comparauit, incipit a verbis prooemii editionis Meursianae pag. 7. δι᾽ αὐτῆς ἡ Ῥωμαίων πάλαι πολιτεία εὐμοίρησεν. Desinens in verba p. 364. vers. penult. καὶ γὰρ οἴδασιν ὡς ἐὰν μὴ στερρῶς ἀντι... ; Hunc codicem non dubitat Lambecius [p. 454.] Leonis aetate exaratum fuisse, inuisum autem Meursio et penitus incognitum, ex quo eius editio plurimis in locis, quorum vnum in

Enimuero non hunc codicem, sed cod. CXV. membran. in quarto, a Busbeckio CPoli comparatum, cum antiquis scholiis graec. marginal. ab initio autem et in fine mancum, *Lambec.* VII. p. 454. existimat, ipso imp. Leonis aeuo esse exaratum. Add. ipsum Fabric. paullo post de cod. CXV. differentem, et Kollarii notam *A.* p. 455. de constitutione siue capite XVIII. Insuper Lambecius et p. 453. testatur, cod. CXIV. non mediocriter differre ab ed. Meursiana, et p. 455. sq. exemplo adlato docet, e cod. CXV. emendari posse ac suppleri edit. Meursian. *Harl.*

ee) In cod. CXVI. continentur capp XVII. et XVIII. quorum primum sine vlla auctoris mentione inscribitur: πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ἐφόδων ἀδοκήτων. v. *Lamb.* VII. col. 457. *Harl.*

ff) f. pag. 274. sq. ed. Kollar. In illo cod. XXVI. nr. 10. est ex imp. Leonis, Tacticis caput XX. inscriptum; πολεμικῶν παρασκευῶν διατάξεις διὰ διαφόρων κεφαλαίων· *bellicorum adparatuum constitutiones, in varia capita diuisa.* Contra in edit. Meurs. inscribitur: περὶ διαφόρων γνωμικῶν κεφαλαίων· h. e. secundum Io. Checi versionem latinam, *diuersarum sententiarum militarium summa.* — Nr. 11. ex iisdem Leonis Tacticis cap. XIX. inscriptum περὶ ναυμαχίας, *de nauali proelio:* nr. 12. *adpendix* praecedentis capitis de naumachia, continens strategemata quaedam naualia ex *Polyaeni* strategematum libris octo, sed verbis aliquantum diuersis, excerpta. *Harl.*

gg) *Leonis*, tactica fuere etiam MSta in bibl. Scoriacensi. Vide *Maderum* de bibliothecis pag. 118. Et Naumachica inter codices MStos Gudianos. De quibus plura infra. Tacticorum atque Strategicorum editionem atque in his Leonis quoque parauit olim e Palatinis codd. *Gruterus*, vt ex *Iosephi Scaligeri* epistolis pag. 420. didici, deinde post Gruterum *Salmasius*, vt Madero pag. 122. et Naudaeo pag. 523. de studio militari notatum.

in medium adfert, corrigi perficique possit. Et plurimis in locis corruptam esse Meursii editionem, notauit etiam *Arcerius* ad Aelianum p. 169. *Fabr.*

[Aliorum, quorum notitiam acquirere potui, codicum faciam mentionem. Secundum *Montfaucon* in B. biblioth. MSSt. Tactica sunt in cod. *Vaticano* reginae Sueciae nr. CMXXVII. (vol. I. p. 34. A.) — *Romae* in bibl. Slusiana, nr. CXXXIV. (I. p. 178. C.) — In bibl. *Escorial.* sexies; (teste *Pliüero* in itiner. per Hispan. p. 179.) de praeparationibus bellicis, constitutiones 15 — 19. tum constitutio 18. — rursus constitutiones 16 — *Leonis* naumachia; *eiusdem* et *Nicephori*, imp., de re militari. — In cod. *Coislin.* CCCXXXVI. fol. 96. ex tacticis Leonis, imp. Sed minimam partem tantum haberi in hoc codice, ait *Montfaucon*. in B. Coisl. p. 449. — In bibl. publ. *Paris.* cod. MMCDVL. nr. 12. sed maior tacticorum pars desideratur. — cod. MMCDXLVI. nr. 1. — MMDXXIV. nr. 2. — in cod. MMDXL. nr. 2. excerpta ex Leonis tacticis. — cod. MMMCXI. *Leonis* et *Mauricii* tacticorum fragmenta, ex MSStis codd. bibl. *Ambrosianae*. — in cod. MMCDXXXVII. nr. 7. *Leonis* constitutionum militarium breuiarium. — In bibl. regia *Taurin. de naumachia* in cod. LX. fol. 196. in quo, vti in Gudiano, defectus quoque supplentur; sed Taurin. cod. in quo capitula, licet numero notata non sint, distincta tamen sunt LXXXII. tum ab edit. Meursiana, tum a cod. Gudiano plurimum discrepare, adnotat docetque confector catal. codd. gr. p. 160. — in cod. CCLXXV. fol. 111. *Leonis* naumachica, et haberi ea, quae ex cod. Gudiano vulgauit Fabricius, animaduertit idem auctor catal. p. 380. — *Neapoli* in bibl. *Valletae*, Leonis constitutiones, gr. sed quaenam sint, non adnotauit *Montfaucon* in diario ital. p. 304. — Pariter *Patauii* in bibl. S. Ioann. in Viridario, Leonis tractatus in plut. 16. esse dicuntur; sed quaenam illa sint opuscula, haud adnotauit *Tomasin.* in bibl. Patauinis MSStis pag. 20. — *Neapoli* in bibl. reg. cod. XLVII. CXLIII. CCXXX. et CCXXXI. (v. supra ad Fabr. B. Gr. vol. V. p. 777. sqq. — In *Anglia* sec. catal. codd. Angliae etc. tactica in cod. Sauil. MMMMMMMDLV. bibl. Bodlei. — *Oxon.* in coll. S. Mariae Magdal. nr. MMCXXXIX. — *Cantabrigiae* in coll. S. Trinitatis, nr. XD. Leonis tactica, a Cheko latine versa. — In parte cat. II. pag. 190. inter codd. *Gale*, nr. MMMMMMXXXVIII. Leonis naumachica, gr. et pag. 227. inter *Ed. Bernardi* libros gr. cum scriptis codd. collatos, aut a viris doctis illustratos, nr. MMMMMMMMCDXX. Tactica. — *Leidae* in bibl. acad. inter codd. Vossianos, Leonis tactica, diuisa per varia capita diuersi generis, vt et naumachia. (cat. bibl. illius p. 393. nr. 35.) *Harl.*]

Plagii hh) Leonem postulant *Rigaltius* in limine notarum ad Onosandrum, *Allatius* notis ad Hexaemeron Eustathii Sidetae, Antiochiae [?] episcopi p. 6. et *Naudaeus*, cuius verba adscribam ex lib. II. de studio militari pag. 526. *Omnes vero*, inquit, *illae Leonis constitutiones Tacticae magna parte succum traxerunt ex Onosandri strategico, cuius tamen auctoris nomen ingrato silentio bellus ille homo semper obruit, ita, vt illius nullibi meminerit nisi semel,* *cum*

hh) Ab hoc plagii obiecto crimine absoluendum esse Leonem, demonstraui pridem in decade decadum siue Plagiariorum et Pseudonymorum Centuria, quam admodum iuuenis edidi Lipsiae 1689. 4. *Fabr.* — *Iac. Thomasius*, Leonis Allatii auctoritatem sequutus, Leonem, imp inter plagiarios numerauit in diss. de plagio litterario, §. CDLXXXIV. p. 214. ed. II. *Harl.*

cum eius carpere vellet sententiam. Dignumque illud insuper obseruatione mihi videtur, quod huius et Mauricii, imperatoris, plerumque eadem, aut parum diuersa sunt verba, vt, quemadmodum Galenum ex Paulo Aegineta aut Aetio, sic non difficile sit alterum einsmodi auctorum ex alio auctorem facere. Verum a plagii crimine Leonem absoluere videtur, quod non tantum in prooemio dicit, se in veterum recentiorumque militaribus commentariis non perfunctorie versatum, optima quaeque ex iis delibasse, et ὡς ἄλλον πρόχειρον νόμον [ii]) Hypostrategis suis tradere voluisse, sed et pag. 320. et 432. fatetur, in hoc libro ea se collegisse, quae ex veterum commentariis accedente mediocri experientia sua edoctus fuisset. Atque si ab auctore sunt scriptorum nomina, quae in codice illo membranaceo Busbeckiano constitutionibus praefixa fuisse *Lambecius* tom. VII. p. 214. [p. 454. ed. Kollar.] testatur, longe magis a furto literario alienus nobis habebitur, qui cum Plinio maiore ingenue, per quos profecisset, voluerit indicare. Ait autem Lambecius, maiusculis litteris adscripta se offendisse nomina ΑΡΡΙΑΝΟΥ, ΑΙΛΙΑΝΟΥ, ΠΕΛΟΠΟΣ. ΟΝΗΣΑΝΔΡΟΥ, ΜΙΝΑ (forte ΑΙΝΕΙΑ [kk]) ΠΟΛΥΑΙΝΟΥ, ΣΥΨΙΑΝΟΥ, ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ. Ex quibus tres tantum in Tacticis Leonis citatos reperio, Aelianum quidem pag 62. 90. 91. Arrianum p. 90. Onosandrum p. 215. Equidem p. 431. memoratur quoque Πτολεμαίου πρόχειρος κανὼν et τετράβιβλος, item Aratus in phaenomenis et Ioh. Lydi [ll]) diurna ac menstrua obseruatio. Sed non hos citat, tanquam iis ad Tactica concinnanda vsus imperator fuisset, sed quod astronomiae studiosis hosce potissimum auctores commendandos arbitraretur. Ceterum alium huius militaris argumenti librum a Leone scriptum fuisse, recte colligitur ex verbis pag. 27. Ἔξεστι δέ σοι ταῖς τε παρ᾽ ἡμῶν ἰδίᾳ ἐκτεθείσαις γνώμαις ἐν τούτῳ τῷ συντάγματι καὶ προσέτι ταῖς κατὰ πλάτος συνηθροισμέναις ἡμῖν ἐν τῇ παραλλήλῳ τῶν τακτικῶν μονοβίβλῳ τὴν ἐκεῖθεν τῶν ζητουμένων πλείονα καὶ ἀρκοῦσαν συναγαγεῖν ὠφέλειαν. Quem etiam innui puto pag. 200. Verba haec sunt: Περὶ δὲ τῆς πεζικῆς καὶ τῆς συμμίκτου ἤδη εἴρημεν, ἅπερ ἀναγκαῖα κατὰ τὴν τοῦ πολέμου γενέσθαι νομίζομεν. Περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἡμῖν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ προώρισται.

6. Ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν Ἐκκλησιῶν, τῶν ὑποκειμένων τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως: *Dispositio facta per imp. Leonem, sapientem, quem ordinem habeant throni ecclesiarum, patriarchae CPolitano subiectarum.* Graece et latine cum Ioh. Leunclauii versione in iure graeco Romano, quod ab eodem Leunclauio collectum, *Marqu Freherus* edidit Francof. 1596. fol. libro secundo p. 88 — 102. Et ad calcem Codini, curante *Iac. Goaro* inter scriptores historiae Byz. Paris. 1648. fol. *Fabr.* Vide infra § XV. huius capitis. Exstat *Vindobonae* in B. caesar. codd. X. nr. 8. et XI. nr. 10. (*Lambec.* comment. vol. VI. part. I. p. 80. et 90.) — in cod. LI. nr. 27. — cod. LII. nr. 7. — cod. LIII. nr. 7. (*Lambec.* VIII. pag. 996. 1001.

ii) Notari hic locus potest aduersus Barthium, qui negat, Leonem in hisce Tacticis loqui tamquam imperatorem; conf. pag 10. 15. 23. 27. 32. 50. 176. etc. vbi non monet tantum, sed iubet.

kk) Dissentit Kollar. in nota. *Harl.*

ll) De hoc *Lydo* vide praeter Meursium in notis, ac Vossium de scientiis mathemat. quae notavi supra lib. III cap. 21. [Vol. IV. p. 155. sqq.] Cangii glossar. latin. in *silentium*, et Io. Boiuinum ad Gregoram pag. 789.

1001. et 1006.) in cod. CXXVIII. nr. 5. (*Kollar.* in supplem. I. ad Lamb. comment. col. 751.) — *Neapoli* in bib. regia, cod. XIX. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXII. (cat. cod. gr. p. 105.) — ibid. in cod. *Naniano* CCXCVII. nr. 10. (v. cat. codd. Nanian. gr. p. 499.) — *Florent.* in B. Laurent. Medic. cod. VIII. nr. 57. plut. IX. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 402.) — *Parif.* in *Coislin.* cod. XXXIX. (*Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 114.) — Secundum cat. codd. Angl. tom. I. in codd. *Barocc.* nr. CII. et CLVIII. — in tom. II. inter codd. *Gale* nr. MMMMMMCMXXXII. — in quo cod. Andronici ordinatio de ecclefiis, et alia, huc pertinentia, multo auctiora, quam exftant in libris de iure graeco romano, inesse dicuntur. *Harl.*

7. Epigramma εἰς τὸ μονημέριον, in fpectaculum vnius diei, legitur in Anthologia lib. I. cap. 1. pag. 3. edit Wechel. *Fabr.* Vide fupra, in vol. IV. p. 479. — add. *Leonis*, *imp.* verfus aenigmatici de Chrifto etc. in cod. *Thomae Gale* nr. MMMMMMDCCCLXXXIV. *Harl.*

8. Leonis *de accipitribus* libri duo MSS. in codice Bauarico CCXXXVII. *Fabr.* Conf. fupra, vol. I. p. 211 not. *f.* — In bibl. *Taurin.* cod. CLXXXIV. exftat *Leonis*, *philofophi*, ὀρνεοσοφιστικὸν πρὸς Νικηφόρον τὸν βασιλέα, *de auibus* opufc. *ad Niceph. imper.* Sed auctor cat codd. gr. p. 270. notat, fermonem non effe generatim de auibus, fed de re accipitraria, quomodo alantur accipitres et a variis morbis curentur, hisque fimilia, atque prooemium cum verfione latina exfcripfit. — In bibl. *Efcorial.* in duobus codd. eft, vt *Plüer.* in itiner. per Hispan. p. 179. tradit, Leonis, imp. vel alterius Leonis, philofophi, *Orneofophicum* ad Niceph. imper.

Praeterea in cod. *Leoni, imper.* tribuuntur:

De fortibus et methodus praecognofcitiua S. Euangelii et Pfalterii in cod. *Efcor.* apud *Plüer.* l. c. — In cod. *Laurent.* Med. XXII. nr. 6. plut. 28. et cod. XIV. nr. 6. plut. 86. infcribitur περὶ προγνώσεων πραγμάτων· μέθοδος προγνωστικὴ τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου καὶ τοῦ ψαλτηρίου. ποίημα κυρίου Λέοντος τοῦ σοφοῦ. v. *Bandin.* cat codd. gr. II. p. 42. et III. p. 339.

Capita CXC *de virtutibus*, ad monafticam difciplinam fpectantia, opus ineditum, in cod. *Parif.* bibl. publ. CCCXCVI. nr. 32. — — *Leonis*, imp. οἰακιστικὴ ψυχῆς ὑποτύπωσις, praecepta varia complectens, ad mores informandos inprimis idonea, in cod *Parif.* M. nr. 5. et *Florent.* in cod. Laurent. Medic. cod. XXXVII. nr. 5. plut. 21. vbi difertis verbis eft infcriptum opus: Λέοντος τοῦ σοφοῦ βασιλέως πρὸς γεωργίαν τῶν ἀρετῶν, οἰακιστικὴ etc. id opus, tamen fine auctoris nomine, in eadem bibl. cuftoditur in cod. III. nr. 1. et 2. plut. 10. primo occurrunt fententiae LX. morales, praemiffo indice; οἰακιστικὴ ψυχῆς ὑποτύπωσις· tum fequuntur centum praecepta item moralia breuia, adpofito titulo: Βιβλίον γ′ liber tertius. — Capita quaedam ex illo op. cum interpretat. in cod. XIII. nr. 9. plut. 74. v. *Band.n.* cat. cit. II. p. 115 et vol. I. p. 470. ac vol. III. p. 104.

Leonis Sapientis Iob, fiue de patientia, in cod. Parif. MMLXXV. nr. 33.

Leonis, imp., fratrisque eius, *Alexandri*, κατάκρισις aduerfus iniuftos iudices, exftat in Harmenopuli promtuario iuris p. 6. vid. infra, in vol. X. p. 474. *Harl.*

9) De

9. De nouellis Leonis constitutionibus, προχείρῳ νομικῷ et Basilicis, quae eius auspiciis digesta feruntur, dicam accurate libro sexto vbi ICtos Graecos recensebo [mm]). Nunc autem iuuat cum Lectore communicare Leonis *Naumachica*, siue potius ea, quae de hoc argumento in Tacticis Meursianae editionis cap XIX leguntur, supplere ex codice Gudiano, cuius apographum beneuole mecum communicauit amicus noster, ingenii et doctrinae laude clarissimus, Michael Richey, Hamburgensis.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕ´ΩΣ

Ναυμαχικά.

Περὶ ναυμαχίας βουλόμεθα διατάξασθαι, περὶ ἧς οὐδὲν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς Τακτικοῖς κεκανονισμένον εὕρομεν. ἀφ᾽ ὧν δὲ σποράδην etc. vt in editis p. 321. edit. Meursianae, nisi quod pro διὰ μετρίας πείρας legitur δι᾽ ὀλίγης πείρας eodem sensu: et πλοΐμων ἡμῶν στρατηγῶν pro πλωίμων, quod vtrumque rectum est et praefectos nauales denotat: deinde παθόντων pro πεπονθότων, et ἀφορμὴν δοῦναι pro ἔμφασιν δοῦναι.

Διάταξις Α´ (in Meursii edit. 2.) Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ στρατηγὲ, etc. eadem, quae in editis, nisi quod verba subinde aliter collocata sunt, et ἐπισημειώσεων legitur pro σημασιῶν.

B. 3. Κατασκευασθῆναι δὲ δεῖ καὶ δρόμονας, pro δρόμωνας. Sed vtrumque promiscue positum reperio.

Pag 322. pro καὶ τῶν σῶν τὰ ἐκείνοις ἀντιμάχεσθαι, in codice Gudiano plenius et emendatius legitur: καὶ τῶν σῶν ποιήσασθαι τὴν κατασκευὴν, δυνατὴν πρὸς ἅπαντα ἐκείνοις ἀντιμάχεσθαι, quomodo etiam in suo Checum reperisse, ex eius versione adparet.

Γ. 4. Ἡ δὲ τῶν δρομόνων κατασκευὴ μήτε πάνυ ἔστω παχεῖα etc. deinde ἐξειργασμένη pro ἐξεργασμένη, et ταχέως pro ῥᾳδίως. et συγκρούσεως pro συναράξεως (leg. συῤῥάξεως) τε καὶ κρούσεως. Scribitur etiam διαλύεται, quod non erat a Meursio mutandum in διαλύηται, neque enim illa aetate post ἵνα semper vtebantur coniunctiuo, vti mox sequitur ἵνα μὴ λίαν ἐστὶν ἀργός. et pag. 332. ἵνα μὴ βαροῦνται. Sic p. 336. ὅταν ἐλπίζεται.

Δ. 5. Ἐχέτωσαν δὲ καὶ πάντα etc. mox κάρυα pro κάροια, sed legendum, ni fallor, καράβια. Pro τελέτρου Meursius legit τερέτρου cum forte Leonis aetate τέλετρον pro altero dixerint. In MS. autem eius vicem inuenio τρυπάνου, quod eamdem rem significat.

Uuuu 2 E. 6.

mm) Siue Vol. XII. p. 408. vbi etiam codd. msst fiet mentio. Conf. interea *Beck* libr. laud. p. 53. sqq. ibique not. *Zepernick.* et hunc in praetermissis ad illum librum, praecipue in sectione III. a §. XII. et §. XVII. sqq. de codd atque edd. nouellarum Leonis, imp. in §. XXI. de meritis Ictorum, cum veterum, tum recentiorum, de Nouellis Leonis; in §. XXII. de reliquis Leonis constitutionibus. etc.

Retinui autem h. l. ea, quae Fabricius e cod. Gudiano ad supplendam Meursii editionem excerpsit, quod vti supra iam adnotaui, iis non vsus est Lamius in Opp. Meursii, et lectiones cod. Gudiani saepius discrepant a cod. Taurinensi et Lamii supplementis, ex Medic. codd. publicatis. *Harl.*

E. 6. Pro διὰ τῦτο ἐσκευασμένων, rectius in MS. δι' ὃ τὸ ἐσκευασμένον πῦρ κατὰ τῶν ἐναντίων ἀκοντίσει.

Pag. 324. τῆς πολεμίας νηὸς pro νεώς.

ς'. 7. σίδηρα βαρέα pro βαρέα. et mox μαξία ξιφοειδῆ pro μάζας ξιφοειδεῖς. Mox: ἢ ἐμπρῆσαι τὴν ναῦν τῶν πολεμίων δυνάμενον, ἢ τὰς ἐν αὐτῇ θανατῶσαι.

Z. 8. Ὁ δὲ ἕτερος ὁ τὰς ἀγκύρας βάλλων κατὰ θάλασσαν, ἤγουν τὰ σίδηρα.

Pag. 325. In MS. κράβατος pro κράββατος, et mox ἀφωρισμένον δεικνύων τὸν ἄρχοντα.

H'. 9. Κατασκευαζέσθωσάν σοι, et mox ἢ πλέον τούτων ἢ ἔλαττον κατὰ τὴν χρείαν τὴν δέουσαν, denique ἄνω ἐσῶτες ἅπαντες ἔνοπλοι etc.

Θ'. 10. Γοργοτάτους pro δρομικωτάτους et γαλέας καὶ μονήρεις pro γαλαίας ἢ μονήρεις et σπουδαῖς χρείαις pro ταχιναῖς.

I'. 11. deest εἰσονεί.

Pag. 333. Iβ. 13. σαγίτας καὶ ῥιπτάρια. Et paucis interiectis: ἐκεῖθεν οἱ στρατιῶται λάβωσι, pro πορίσονται, et καταδαπανώμενα ἐν ταῖς μάχαις pro διὰ τὸ ὀλιγοῦσθαι αὐτὰ ἐν ταῖς μάχαις, eodem sensu. Post illa verba incipit διάταξις Iγ', a verbis ἐκτὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἤτοι τῶν [?] ἄλλων ἐλατῶν, ita MS. pro τῶν ἄνω ἐλατῶν, de quibus vide infra διατάξει 19. Mox iterum ῥιπτάρια pro ῥικτάρια. Et εἰ καὶ μὴ ὄπισθεν, ἀλλὰ πάντως ἔμπροσθεν πέταλα ἔχοντα κασσίδας etc. unde hiatus in Meursii edit. supplendus. Paullo post, νευρικὰ ἅπερ ἀπὸ διπλῶν κεντούκλων, et καὶ λίθους δὲ δυναμένους ἀπὸ χειρῶν ῥίπτεσθαι pro χειροπλήθους. Et οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτοὺς καταβλάψουσιν.

Pag. 334. Iδ. 15. ὥστε τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐν τούτοις - - εἶτα τῶν βελῶν πληρωθέντων. Mox μεναύλοις recte pro μὲν αὔλοις. Pro verbis autem, quae mox sequuntur: καὶ ὥσπερ ἀκμαιότεροι τῇ ἀθρόᾳ κινήσει, in MS. est: Καὶ ἀκοπίατοι et deinde καὶ τοῖς κεκοπιακόσι στρατιώταις ἐπιτιθέντες - - καὶ εὐκόλως αὐτοὺς καταπολεμήσουσι. Sententia semper eadem.

Iε. 16. Προσβολαῖς pro συμπλοκαῖς. Iς'. 17. δύναμιν pro ἀκμήν. Ceterum male in eodem MS. διαφυλάττειν pro διὸ φυλάττειν et βουλὰς pro βολάς.

Iζ. 18. Φροντίσας. Pag. 335. pro ὑπὸ τῆς πάνος, leg. σπάνης, vel in MS. τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἀναγκαζόμενοι. A verbis παραγγείλῃς δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσιν incipit in MS. διάταξις Iη.

Iθ'. 19. ἀναπληρώσεις.

K'. 20. τῶν ὑπό σε στρατιωτῶν et εὐκαίρους.

Pag. 336. Κα'. 21. καθὼς ἂν συνειδῇ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν προκειμένην ἐγκράτειαν. Διάταξις Kβ' incipit a verbis καὶ προσέτι, ἐάν γε χρεία τοιαύτη καλέσῃ, καὶ ἵππους ἐν τοῖς

ἱππαγ-

ἱππαγωγοῖς προσεπιῤῥίπτειν, ὥστε κατὰ τῆς πολεμίας ἔχειν καβαλλαρίους, καὶ ἁπλῶς πάντα ἀπαρτίσας διαπερήσεις δεόντως. Ita haec Conſtitutio legitur in MS.

Κγ΄. 22. διαλαλήσεις - - προθυμοποιήσεις τὸν στρατὸν, ἀποκινήσεις, ἐπιτηδείου ἀνέμου πνεύσαντος.

Κδ΄. 23. Οὐχ ὡς ἔτυχεν ἁπάντων etc.

Κε΄. 24. Καὶ τὰ παραγγέλματα δέξονται, et pag. 337. παραγγέλμασιν ὑπακούουσιν.

Κϛ΄. 25. τοῖς πρώτοις χρόνοις pro τοῖς ἄνω. et καὶ οὕτω καλουμένη.

Κζ΄. 26. ποτὲ δὲ κατὰ πλείονας. ὥστε κατέναντι ἀλλήλων ἐπέρχεσθαι, pro quo male in editis ὥστε ἄν τις ἀλλήλων. Poſtea διὰ καμάκων σιδηρῶν - - [[P]] διὰ τοὺς ἀφεύκτους καὶ ἀναγκαίους κινδύνους. Inde incipit διάταξις Κή. a verbis καὶ ἑτέρως δὲ γυμναζέσθωσαν, ὡς ἂν ἴσως ἡ σὴ ἐνδοξότης τὰς κατὰ τῶν ἐναντίων etc. - - παραδόξῃ ἐπὶ ταῦτα ἐρχόμενοι.

Pag. 338. Κθ. 27. καὶ ἐν ταῖς ὁρμηστίαις pro ὁρμήσεσι, et καταγέτωσαν rectius pro καταγεώτων.

Λ. 28. Δεῖ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνέμου ἐπιφοράν - - καὶ πρὸς ταύτην καὶ τὸν τόπον τῆς ὁρμηστίας ἐκλέξασθαι. Καὶ εἰ μήτις κατεπάγῃ ἀνάγκην - - ἀλλ' ὑφορᾶσθαι τὰς λεγομένας τῶν ναυτικῶν παρασημασίας τῶν ἄστρων, pro quo minus integre in editis, παρὰ τῶν ἄστρων.

Λα΄. 29. εἰ μὲν μηδένα φόβον ἔχεις pro ἔχῃς.

Λβ΄. 30. Εἰ πολεμίους παρεῖναι που ἐλπίζεις, πάντως χρή σε - -

Pag 339. πολλαὶ γὰρ αἱ τῶν πολεμίων ἐπιβουλαὶ recte pro ἐπιβολαί. Deinde εὑρήσουσιν pro εὑρέτουσιν.

Λδ΄. 32. κατὰ τὰς τάξεις ἑκάστων διῃρημένων, pro ἑκάστην διῃρημένους. Deinde καὶ ἐπιῤῥώσεις αὐτοὺς καὶ ἐνισχύσεις.

Λε΄. 33. Δεῖ δέ σε μᾶλλον etc. vt in editis.

Pag. 348. in Meurſii edit. num. 62. Graeca, quae ibi deſiderantur, ita ſunt ſupplenda:

Ξζ΄. 62. Δυνατὸν δὲ καὶ ὁλόκληρον τὴν ναῦν ἀνατρέψαι τῶν πολεμίων, ἐὰν πλευρὰν παρὰ πλευρὰν δήσας αὐτὴν τῷ δρόμωνι, καὶ τῶν πολεμίων ἐπὶ ἓν μέρος, ὡς ἔθος ἔχουσι πρὸς τὴν ἐκ χειρὸς μάχην συνδραμόν-

62. Integram hoſtium nauem [nn]) euertes, ſi latus nauis tuae hoſtium lateri adiunxeris, et hoſtibus vnam in partem, vt ſolent, ad conferendas manus concurrentibus, et triremibus illorum in noſtras triremes innixis,

 τῶν

nn) Male Checus, claſſem.

τῶν καὶ δοκέντων ἐπακυμβίζειν τὸ ἑαυτῶν πλοῖον τῷ δρόμωνι, ἐπέλθῃ μὲν ἕτερος, ὅμως κατὰ τῆς ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς πολεμίας, καὶ ταύτην ὠθήσει σφοδρῶς τῇ συγκρέσει. Καὶ ὁ μὲν δρόμων δυνηθῇ λύσαι ἑαυτὸν τῦ δεσμῦ ὑποχωρῆσαι μικρὸν ὥστε μὴ εἶναι ἀκύμβισμα τῆς πολεμίας, βαρήσει ὁ ἕτερος δρόμων πάσῃ δυνάμει καὶ πάντως ἀνατρέψει σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι τὴν πολεμίαν ναῦν. Δεῖ δὲ κανονίσαι τὸν δεσμὸν, μὴ πάντως κατ' ἰσότητα γενέσθαι, ἀλλὰ μικρὸν ἀφεῖναι γυμνά τινα πλευρὰ κατὰ πρύμναν τῆς πολεμίας, δι' ὧν ἐμπεσὼν ὁ δρόμων ὠθήσαι πρὸς τὴν ἀνατροπὴν τῶν πολεμίων τὴν ναῦν.

Ξή. Πρὸς τέτοις καὶ τὸ νῦν ἡμῖν ἐπινοηθὲν, ὥστε ἀπὸ τῆς κάτω τῦ δρόμωνος ἐλασίας διὰ τῶν ὀπῶν ἤτοι τρυπημάτων τῶν κωπίων ἐκφερόμενα μέναυλα, κατασφάττειν τὰς πολεμίες τῶν πάνυ μοι ἀναγκαίων δοκεῖ.

ΞΘ'. 63. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον τέτυ ἀναγκαιότερον, εἴγε χειρῶν εὐφυῶν ἐπιτύχῃ, τὸ διὰ τῆς κάτωθεν τῦ δρόμωνος ἐλασίας τῇ ὑποδειχθείσῃ μεθόδῳ δι' ὀπῆς παρασκευάσει πληθῆναι ὕδατος τὴν ναῦν τῶν πολεμίων.

Ο'. 64. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα τοῖς ἀρχαίοις ἐπινοηθέντα ἐν τῷ πλοΐμῳ πολέμῳ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἔτι δὲ ἐπινοηθῆναι δυνάμενα, ἅπερ ἐν τῷ παρόντι γράφειν διὰ τὴν συντομίαν ἀνοίκειον ἡγησάμεθα. Τινὰ δὲ καὶ ἀσύμφορα διὰ τὸ μὴ φαυλίζεσθαι τοῖς πολεμίοις, καὶ μᾶλλον ἐκείνοις χρῆσθαι αὐτοῖς καθ' ἡμῶν. Τὰ γὰρ στρατηγήματα ἅπαξ κατανοηθέντα δύνανται ἀντιστρατηγεῖσθαι καὶ καταμεθοδεύεσθαι παρὰ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἕκαστον τὸ ἐπινοηθὲν μέχρι τῆς πράξεως ἔχειν ἐν μυστηρίῳ.

ΟΒ'. 65. Ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ τῶν ἀρχαίων Τακτικῶν καὶ στρατηγημάτων ζητῶν τις εὑρήσει καὶ τὰ τέτων πλείονα. Οὐ γὰρ δυνατὸν,

inuadat eos alia triremis ad latus puppis hostium, et impulsu vehementi illam conquasset. Triremis autem nostra tum se per sam soluens paululum retrocedat, vt ne vllo stabilimento hostium triremi sit, et hostilem triremem alia omnibus viribus deprimat, atque adeo ipsis cum viris integram nauem euertet. Prouidendum autem est, vt ne vinculum omnino aequale fiat, sed ad hostilis nauis puppim nuda aliquantum latera relaxet, quibus irruens triremis hostium nauem, vsquedum deprimatur, inuadet.

Ξή. Ad haec praeterea excogitemus, vt ab inferiore remorum ordine, remigibus per foramina hastas longas emittentibus, hostes interficere possint, quod in primis necessarium esse videtur.

ΞΘ'. 63. Sed et aliud hoc magis necessarium est, si quis operas idoneas habeat per inferiores triremis remorum ordines efficere, vt hostium nauis aqua compleatur.

Ο'. 64. Sunt et alia quaedam bellica consilia ab antiquioribus in nauali praelio excogitata, et plura etiam, quae excogitari possunt, quae in praesentia propter longitudinem minime perscribenda sunt: quaedam vero etiam commemorare hoc loco inutile est, ne hostibus diuulgentur, et ne aduersus nos hostes vtantur. Nam hae machinationes bellicae, si semel vsurpatae fuerint, facile aliquid contra eas suscipi et excogitari ab hostibus potest. Quocirca vnumquodque inuentum, vsquedum geratur, occultandum et secreto tenendum est.

ΟΒ'. 65. In aliis libris quae de consiliis factisque imperatoriis scribuntur, permulta quis huiusmodi atque iis etiam plura inueniet: ne-

ἂς

ὡς εἴρηται πρὸς ἕκαστα τὰ ἐμπίπτειν μέλλοντα, διὰ τὸ ἄπειρον αὐτῶν γράφειν, ἀλλὰ τὰ ἱκανά.

Ογ΄. 66. Πλὴν κεφαλαίοις εἰπεῖν, ἔστωσαν οἱ δρόμωνες ἐξωπλισμένοι τελείως ἀπό τε στρατιωτῶν ἀνδρείων, καὶ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι δυναμένων, καὶ τῷ τῆς [illegible] ῆς παρασκεύγματι °) τολμηρῶν καὶ πεπαιδευμένων, καὶ γεγυμνασμένων. Οὗτοι δὲ ἔστωσαν κατωπλισμένοι ὅπλοις ὁποίοις καὶ ὁ ἐν τῇ ξηρᾷ στρατιώτης ὁπλισθῆναι διώρισθαι δῆλον, ὅτι κατάφρακτοι. Καὶ οὕτω πάντες οἱ τῆς ἄνω ἐλασίας ὁπλισθήσονται.

Οδ΄. 67. Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐχθρῶν ποιότητα καὶ ποσότητα τῶν πλοίων, καὶ αὐτὸς ὦ στρατηγὲ διασκευάσεις τοὺς δρόμονας καὶ καθοπλίσεις, ὅπως μὴ ἐλάττονα στρατὸν ἔχῃ ὁ ἡμέτερος δρόμων τοῦ πολεμίου. ὅστις μάλιστα εἰς ἴσην μάχην ἐλθεῖν ἑτοιμάζεται (Meurſ. elegantius: εἰς ἰσόπαλον ἐλθεῖν εὐτρεπίζεται μάχην,) διὰ τοῦ εἰς ἀλλήλους δεσμοῦ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, καὶ πλείονα. Ἀμφοτέρων γὰρ ἀνδρείως, εἰ τύχοι, μαχομένων, οἱ πλείονες προτερήσουσιν (Meurſ. ὑπερνικήσουσιν.)

que enim fieri poteſt, vt de omnibus rebus, quae cadere in bello poſſunt, verba faciamus, quae ipſo genere immenſa infinitaque ſunt.

Ογ΄. 66. Ad ſummam autem ſint triremes inſtructae viris fortibus ac ſtrenuis, qui cominus conſertis manibus pugnare poſſint, et qui alacri incitataque mente ſint, et omnes in partes exercitati. Armis autem talibus exerceantur, qualibus quiuis terreſtri in praelio miles armatur, iique potiſſimum, qui in ſuperiore remorum ordine conſiſtunt.

Οδ΄. 67. Pro hoſtium viribus numeroque nauium tuam claſſem imperator inſirues, vt ne minorem numerum nauium nos hoſtium claſſe habeamus, ſed aequalem potius, vt cum hoſtibus claſſe iuncta pugnemus, aut maiorem etiam, ſi fieri poteſt. Nam ſi vtrique fortiter ac ſtrenue dimicent, qui plures fuerint, praeualeant neceſſe eſt.

Θέ. 65. Pro ὀσιώσεις (quod habet etiam MS.) interpres legiſſe ſe innuit ἐξισώσεις. Pro καταστήσεις mox in MS. eſt ἐξοπλίσεις et ἰσχυροτάτων pro ἀλκιμωτάτων quod idem eſt. Denique pro ἐμβιβάσῃς et ἐπιλέξῃς habet ἐπιβιβάσεις et ἐπιλέξῃ.

[*] Video praeterea in codice MS. etiam haec ſequi de eodem argumento, quae in Meurſiana editione incaſſum quaeres pp), ego itaque in hoc loco cum verſione mea, Lectoris vt ſpero venia, ſubieci.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ
τοῦ βασιλέως.

Ἱστορήσω σοι ἔτι καὶ ἕτερον ναυτικοῦ στόλου στρατήγημα. Ὅταν μὲν εἰς τόπους λιμένας μὴ ἔχοντας καὶ ψαμμώδεις τὴν ἀπόβασιν μέλλῃς

Aliud praeterea naualis expeditionis ſtrategema tibi commemorabo. Quando veneris ad importuoſa et arenoſa loca, volueriſque

oo) f. παρακτήματι.

pp) Sunt quoque in cod. *Taurin.* reg. CCLXXV. v. catal. codd. gr. p. 380. *Harl.*

μέλλῃς ποιήσασθαι, ἐὰν ἔτω τύχει ἐν καιρῷ ναυτικῆς ςρατηγίας, σάκκους πολλοὺς γεμίσας ἄμμου· καὶ τοῖς σχοινίοις προσδήσας, ἀπὸ ἑκάςου δρόμωνο. ἐκκρεμάσεις τοὺς ἀρκοῦντας, οἱονεὶ ἀγκύρας, καὶ ἔτως τὸν λεγόμενον πελαγολιμένα ποιήσας, εὐκόλως κατὰ τὸν τόπον νυκτὸς ἐπελθὼν, τὴν βεβουλημένην σοι καταδρομὴν ποιήσεις.

Πολεμίου ποτὲ ναυτικοῦ ςόλου μετὰ οἰκείας δυνάμεως ναυτικῆς ὑποχωρῶν ςρατηγὸς, μηνοειδῆ παράταξιν ποιούμενος ὑποςρεφέτω πλέων κατὰ πρύμναν, καὶ ἔτως βουλευέσθω ἀποχωρίζεσθαι τῶν πολεμίων. Καὶ γὰρ ου φεύγων, ἀλλὰ φυγομαχῶν ἑτοίμους ἕξει τὰς ναῦς καὶ πάλιν ἐπελθεῖν τοῖς πολεμίοις κατὰ πρῶραν, εἴγε καὶ τέτου χρεία γένηται, καὶ τὰς πρώρας ἔχειν πρὸς αὐτούς. Καὶ γὰρ οὐδὲ θαῤῥήσουσιν ἐν τῷ κοιλώματι εἰσελθεῖν, τὴν κύκλωσιν ὑφορώμενοι.

Ὧν ἕνεκα ἢ τόπων ἢ πόλεων ἐκπέμπειν μέλλεις ναυτικὸν ςόλον, κρύπτειν σε δεῖ καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς πόλεις, ὥςε μηδένα προγνῶναι, ποῦ μέλλει γίνεσθαι ὁ κατάπλους. Ἔνταλμα δὲ γράψαι, καὶ σφραγισάμενος αὐτὸ ἀσφαλῶς ἐπιδος τῷ καθιςαμένῳ παρὰ σου ναυάρχῳ, ἵνα κατὰ τὸ πέλαγος ἐξελθὼν, τοτε λύσῃ τὴν σφραγῖδα, καὶ μάθῃ, ποῦ μέλλει πορεύεσθαι. Οὕτως γὰρ ποιήσας λάθῃς τοὺς πολεμίους.

Τῷ δὲ ἀγαθῷ ςρατηγῷ χρέος ἐςὶ πρὸς πᾶν ἔθνος ἁρμοζομένῳ διαφόρους πρὸς ἕκαςον τὰς ςρατηγίας ἐπινοεῖσθαι. Εἰ δέ ποτε καὶ ναυαρχίας καιρὸς ἐπιςῇ, ἀκίνδυνον τὴν τοῦ ςόλου τάξιν διαφυλάξει, ἔμπειρος ὢν τῆς τοῦ ἀέρος κινήσεως, καὶ τὰς ουραγίας δὲ, ἤτοι τοὺς ὀπισθοφύλακας εὐτάκτως συναγεῖν, ἵνα μὴ ὑπὸ τόπου, ἢ ὑπὸ ζάλης θαλασσίας, ἢ ὑπὸ πολεμίων ἀναγκαζόμενοι φθείρωνται.

ibi exſcenſionem facere, ſi ita contingat navale bellum gerenti, ſaccos multos arena replebis, funibusque, quantum eorum ſatis eſt, ſuspendes veluti ancoras ex ſingulis triremibus, atque ita, quem vocant, portum pelagium componens facile ad locum, quem cupis, de nocte accedes exſcenſionemque, quam voles, facere poteris.

Si hoſtium claſſi dux cum copiis ſuis maritimis ſubducere ſe voluerit, in lunae ſpeciem nauibus diſpoſitis puppim verſus illas propellet atque ita recedere ab hoſtibus conabitur. Ita enim non fugientis, ſed inter receptum pugnantis inſtar paratas habebit naues ad hoſtes prora inuadendos, ſi res ita tulerit, et proras hoſtibus ſeruabit obuerſas. Neque illi facile in lunatam claſſem immittere ſe audebunt, veriti ne circumueniantur.

Clam habere te oportet, in quae loca vel ad quas vrbes claſſem emittere conſtitueris, vt nemo praeſcire poſſit, quo tendat nauium excurſio. Mandatum igitur conſignabis ſcripto, illudque bene obſignatum conſtituto a te illarum praefecto trades, quod in mare delatus demum aperiat, et quorſum curſus inſtituendus ſit cognoſcat. Ita enim conſilium tuum hoſtes latebit.

Bonum claſſis ducem perſpectas habere oportet diuerſas, quibus aduerſus gentem quamlibet vti conuenit, belli gerendi rationes. Quando autem claſſis aduerſus hoſtem ducenda eſt, naues bene diſpoſitas tutas conſeruabit a periculis, ventorum gnarus, et a tergo cuſtodiam recte curabit, ne vel a natura loci, vel maris tempeſtate, vel ab hoſtibus adiuncla detrimentum capiant.

Ἐν ταῖς ναυτικαῖς qq) μάχαις συνάπτονται, ἢ ὅταν οἱ πολέμιοι ναυαγήσωσιν, ἢ ὅταν ὑπὸ χειμῶνος ταλαιπωρωθῶσιν.

Nauali praelio congrediendum, quando hostes vel naufragium fecerunt, vel a tempestate misere adfecti laborant.

De aliis LEONIBUS, qui Graece scripserunt.

Quum Leonis Allatii diatriba de Leonibus non viderit lucem: age iacturam illam ex parte saltim leuare, et de praecipuis huius nominis, qui graecis litteris claruerunt, paucis agere iuuat.

[?] *Leo, academicus*, cui tribuitur dialogus *Alcyon*, qui inter Platonis scripta legitur, vt dixi lib. III. cap. 3. §. XLI. [Vol. III. p. 108. et p. 178. et v. *Lambec.* comm. de bibl. Caesar. Vol. VII. cod. I. pag. 7. sqq. *Harl.*]

[*Leo Acrotatus*, v. infra, Vol. X. p. 527. — *Leo Aromatarius*, ad quem scripsit *Theodorus, Studita*, v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 145. et 315. *Harl.*]

[*Leo Anamarzeus*, Ictus, v. *Bach.* hist. iurispr. IV. cap. 1. sect. 3. §. XXI. *Harl.*]

Leo, Aegyptius, de quo Augustinus I. de consensu euangelistarum c. 23. *Numquid et Leo, Aegyptius, poëta vel academicus fuit, qui Macedoni Alexandro diuersam quidem a Graecorum istorum Deorum originem, veruntamen ita prodit, vt eos homines fuisse declaret.* Leonis huius opus respicitur a Clemente Alex. quando ab illo laudatur Λέων ὁ τὰ περὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον θεῶν πραγματευσάμενος 1. Strom. pag. 322. Hyginus pag. 304. *Sed de Hammonis simulacro Leon, qui res Aegyptias conscripsit.* Tertullianus cap. 7. de Corona: *Si et Leonis, Aegyptii, scripta euoluas, prima Isis repertas spicas capite circumtulit.* Idem videtur, qui ab Arnobio *Leo Pellaeus* vocatur, et qui cum Colma, Aegyptio, citatur a scholiaste Apollonii IV. 262. Λέων ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὴν μητέρα. et cuius *periplum* laudat idem II. 297. Confer *Guilelmi Worthi* notas ad Tatianum p. 96.

Leo, Alabandensis, rhetor, scripsit, Suida teste, Καρικῶν libros IV. Λυκιακὰ libris II. Τέχνην, siue artem rhetoricam, et quae etiam inter Leonis, Byzantii, monumenta refert, de statibus rhetoricis, et de bello sacro aduersus Boeotos ac Phocenses. [v. supra, Vol. VI. p. 132. init. *Leo, rhetor*, scripsit versus *carcinos seu cancri* et sunt in cod. Paris. MDCCXX. nr. 4. *Harl.*]

Leo, Armenius, imperator ab 11. Iulii 813. ad 25. Dec. 820. cuius edictum de abolendis imaginibus memoratur in scriptoribus post Theophanem pag. 18. 20. 62. [p. 499. et conf. *Montfaucon* bibl. Coislin. p. 205. sub finem. et infra, *Leo Isaur. Harl.*]

Leo, Asianus, siue *Leo, Car*, (ὁ ἐκ Καρίας) inter scriptores historiae Byz. laudatur a Io. Scylitze ac Cedreno, idemque videtur cum *LEONE, grammatico*, cuius χρονογραφία τὰ

qq) Idem iubet Leo pag. 346. edit. Meursii, n. L. vnde reliqua supplenda.

τὰ τῶν νέων βασιλέων περιέχουσα, *ab initio Leonis, Armenii, imp. ad Romani Lacapeni mortem:* siue ab a. C. 813. ad 949. (non 1013. vt scribit Caueus,) subiecta fuit codici regio Theophanis, ex quo illum descripsit *Iac. Goarus*, et post eius mortem graece et latine vna cum Theophane edidit notasque suas addidit *Franciscus Combefisius*, Paris. 1655. fol. Idem iam obseruauit, Leoni huic vix quicquam commune cum Anonymo illo continuatore Theophanis, quatuor librorum ante Basilii vitam auctore, de quo supra p. 349. dixi, in reliquis continuatoribus pleraque adfinia, plerumque etiam iisdem verbis concepta, [?] aut ex aliis alia facta, tantisper mutatis vocibus, vt alterum alterius vsum laboribus necesse sit. Codicis MSti subscriptio rr) testatur absolutum volumen esse anno mundi 6521. hoc est Christi 1013. vt recte *Hankius*, pag. 679. de historiae Byz. scriptoribus obseruat contra Vossium, qui male retulerat ad a. C. 1321. Recentiore manu eidem codici adscriptum, Combefisio teste: Λέων πρόεδρος καὶ Δοὺξ τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κρατεοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως. *Leo, praefectus atque dux Cibyrraeotarum* ss) *qui et Tzicandalus, potentissimique ac primi nostri imperatoris* (Constantini Porphyrogeniti) *domesticus.* Addidit etiam ex eodem regio codice et Leoni, grammatico, praemisit Combefisius ANONYMI commentarium siue συγγραφὴν χρονογραφικὴν, extrema parte mutilam, *de rebus Leonis, Armenii*, Bardae F. in cuius persequutione aduersus imaginum cultores, atque synodo, aduersus imagines a. C. 814. habita, desinit. pag. 428. 442. *Fabr.* Conf. *Hamberger* v. N. III. p. 684. *Saxii* Onom. II. p. 151. Laudatur inter historicos in synopsi historiarum, scripta a Ioanne Scylitze Curopalata, et edita gr. ac lat. a *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 208. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLIV. nr. 42. *Leonis, grammatici*, chronicon a mundi creatione ad Leonem, Basilii fil. Initio pauca desiderantur. — in cod. MDCCXI. nr. 5. eiusdem chronicon de rebus Leonis, filii Bardae, Armeni, gestis, et nr. 4. anonymi chronicon de eodem Leone, Bardae F. a Fabricio memoratum. Add. *Lambec.* comm. IV. p. 27. sq. — *Fabric.* infra in Vol. X. pag. 527. ea, quae huc reducam, addiderat: „Nescio, idemne sit cum *Leone, grammatico*, qui Calabriae archiepiscopus fuit, cuius epistolam canonicam, de vxore ante ordinationem ducenda, gr. ac lat. exhibet *Cotelerius* tom. III. monumentorum pag. 464. — Fuit et *Leo, Siculus*, grammaticus, cuius laudationem Nectarii CPol. citat *Allatius* contra Hottinger. p. 386. et *Leo Vestarches* ac grammaticus temporibus Alexii Comneni. Bibl. Coislin. pag. 104." *Leonis, Siculi*, mentio nulla fit in *Mongitor.* Bibl. Sicula. *Harl.*

[*Leonis Barali*, primi secretarii, versus iambici de secundo aduentu Christi laudantur in indice MS. codicis Antonii Eparchi, infra in Vol. X. p. 482. et p. 487. epistola ad Theodorum Metochitam. — Iambi memorati exstant quoque in cod. bibl. *Paris.* MDCXXX. nr. 72. *Harl.*]

Leonis Bardae, protoasecretis, versus iambicos MSS. memorat Labbeus pag. 134. Bibl. nouae MSS.

rr) a librario, vt videtur, non ab auctore.

ss) *Cibyra* Plinio Cariae est, etsi aliis Phrygiae, quae sunt regiones vicinae. *Combefisius.*

MSS. Eiusdem oratio ad imp. Andronicum Palaeologum, iuniorem, qui a. C. 1341. obiit, MS. in bibl. Vindob. vnde de huius Leonis aetate conſtat.

Leo, *Bulgarorum archiepiſcopus*, Latinorum acer aduerſarius, de cuius ſcriptis Caueus ad a. C. 1051. qui recte *Achridanum* ſiue *Acridanum* adpellat, tt) auctoritate Sigeberti Gemblacenſis cap. 147. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, quia Bulgarorum archiepiſcopi circa id temporis Achride ſedem habebant. Vide, quae ſupra pag. 284. et 286. de Theophylacto. Contra hunc Leonem Acridanum ſcripſit Leo IX. papa. Nullus illo aut furioſior aut petulantior contra Latinos ſcripſit, iudice *Nic. Comneno* pag. 185. vbi citat eius de proceſſione Spir. S. quod ex ſolo patre procedat, et libr. I. contra azymorum vſum in S. Euchariſtia. id. pag. 188. Trium eius epiſtolarum de azymis mentio in *Beverigii* cod. canonum tom. II. in *Alexii Ariſteni* ſynopſi epiſtolarum canonicarum, vbi ex prima locus adfertur, *Dd.* 3. *b.* Ex epiſtola prima et tertia etiam *Allatius* de conſenſu pag. 1163. et 1167. Epiſtola ad Ioannem, Tranenſem, in Apulia epiſcopum, acerrima, quam a. 1053. aduerſus Latinos ſcripſit, exſtat ex Humberti Legati verſione latina apud *Baronium* ad illum annum nr. 23. ſq. cum Leonis IX., papae, epiſtola, Cerularii et huius Leonis inauditis, vt ait, praeſumtionibus oppoſita, quae exſtat etiam in tomis conciliorum, tom. IX. Labbei, pag. 949. et tom. VI. Harduini p. 927. *Fabric.* — In codd. *Mon. Bauar.* CXII. et CXIII. *Leonis*, archiep. Bulgariae, epiſtola de azymis et ſabbatis miſſa ad quemdam rom. pontificem. (cat. codd. gr. pag. 43 et 44.) — Eadem in cod. *Pariſ.* MCCCXV. nr. 2. bibl. publ. — *Vindobonae* in cod. CLVII. nr. 18 excerpta ex *Leonis*, *metropolitae*, aliorumque graecorum ſcriptor. operibus contra Latinos de proceſſione Spir. S. de azymis, de ieiunio, ſabbatis etc. (*Lambec.* comment. Vol. IV. p. 339.) — In cod. *Eſcorial.* membran. *Leonis*, archiep. Bulgariae, epiſtolae tres de annis et ſabbatis. Item de deſignatione et ſuffragio, electione, ſtatu et priuilegiis metropolitarum archiepiſcoporum. Et de vniuerſo eccleſiaſtico ſtatu et ordine, teſte *Pliero* in itiner. per Hiſpan. p. 179. *Harl.*

Leo, *Leonis F. Byzantinus*, rhetor, Platonis diſcipulus, de quo *Philoſtratus* in vitis Sophiſtar. lib. I. cap. 2. *Plutarchus* in praeceptis politicis pag. 804. *Athenaeus* XII. pag. 550. *Heſychius* in originibus [?] CPol. pag. 49. ſeq. et Suidas, qui Ariſtotelis quoque diſcipulum a quibusdam traditum commemorat. Et fuit ſane *Leo* quidam *Byzantius* Ariſtotelis diſcipulus, cuius filii, Melantes et Pancreon, heredes a Theophraſto inſtituuntur, teſte Laërtio V. 51. 53. 54. 55. 56. Sed idemne ille cum altero, an duos Leones in vnum confuderit Suidas, non facile dixerim. Idem refert eius ſcripta: 1) τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον libris ſeptem: 2) Τευθρανικὸν ſiue Τευθραντικὸν, de rebus Myſorum. 3) περὶ Βησαίᾳ ita enim rectius in MSS. Pariſ. quam Βησάλᾳ, fuit enim de Belae oraculo, de quo *Ammianus* XIX. 12. 4) τὸν ἱερὸν πόλεμον de bello, quod Philippus geſſit aduerſus Phocenſes, qui oraculum Delphicum expilauerant, de quo *Iuſtinus* VIII. 2. Hoc opus mox inter ſcripta Leonis, Alabandenſis, Suidas [et Eudocia p. 281.]

X x x x 2

tt) *Leo, Acridanus,* a Leone, archiepiſcopo Bulgariae, male diſtinguitur in Indice *Keſſeliano* MSS. bibl. Vindob.

281.] memorat. 5) περὶ ςάσεως, quod vertunt *de feditionibus*, quum fuerit liber rhetoricus de formandis ftatibus quaeftionum, atque iterum ftatim a Suida [et Eudocia p. 281.] inter fcripta rhetoris Alabandenfis poft τέχνην, fiue artem rhetoricam, commemoretur. 6) τα κατ' Ἀλέξανδρον, quod non de rebus Alexandri Magni, (ante enim eius imperium, Philippo adhuc fuperftite, mortem fibi confciuiffe Suidas fcribit, fed de Alexandro, proauo Philippi, Xerxis aequali, accipiendum effe coniiciebat *Olearius* notis ad Philoftratum p. 485. Quum vero de Alexandri illius antiquioris rebus vix vsquam exftet memoria, verifimilius videtur, Alexandrum M. innui, fed iunioris cuius Leonis fcripta prifco illi Byzantino Suidam, parum in huiusmodi accuratum, tribuiffe. *Fabr.* Vide fupra, Vol. III. p. 44. et p. 497. — Alius *Leonis*, fcholaftici *Byzantini*, fcholia, ad hiftoriam ecclefiafticam pertinentia, funt in cod. Voffiano. v. cat. bibl. Leidenf. p. 392. nr. XXX. De *Leone*, *Byzantio*, Ioannis, patriarchae CPol. nepote, v. fupra ad §. VIII. de Leonis, imp. oraculis not. ss. — *Leo Cinnamus*, calligraphus, fcriptor cod. regii MMCMLI. — *Leo* alius, fcriba, cod. Coisl. CCCLXXIV. circiter faec. XI. *Harl.*

Leo, *Car.* Vide fupra Alabandenfis, et Afianus.

Leonis, Centurionini, oratio in S. Iacobum, Zebedaei F. apoftolum, memoratur ab *Allatio* p. 113. de Simeonibus. Incipit: ὑλικὴ μὲν αἴσθησις. *Fabr.* Vixit faec. octauo et fcripfit quoque laudationes in S. *Leonem*, *Thaumaturgum*, *epifcopum Catanenfem*, et in Nectarium, patriarcham CPolitan. v. *Mongitor.* biblioth. ficul. tom. II. p. 11. *Harl.*

[*Leo*, *Chalcedonenfis*, metropolita. Eius epiftola, fcripta ad Nicolaum, epifcopum Adrianopoleos, in cod. Coislin. XXXVI. ex quo *Montfauc.* in B. Coisl. p. 103. fqq. publici iuris fecit gr. cum verfione lat. *Decretum*, editum circa vnionem fynodi cum *Leone*, *Chalcedonenfi*, et circa piam fententiam de adoratione SS. imaginum, ab — imperatore — Alexio Comneno. — In illo decreto p. 104. fub finem memoratur quoque *Leo*, Βιζύης *epifcopus*, tempore Comneni.

Leo, *Corinthius*, Troynenfis notarius, vir graecis latinisque litteris excultus. Scripfit *vitam SS. Alphii*, *Philadelphi* et *Cyrini*, e quodam cod. msto latinitate donatam, a. 1312. (non a. 1322. multo minus a 312. vt alii, aut potius typothetae, errarunt.) v. *Mongitor.* Bibl. ficul. II. pag. 11. *Harl.*]

Leo, *defpota*, (nefcio, an Leonem, imp. CPol., hoc nomine defignent;) Λέοντος τοῦ δεσπότου εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. MS. *Lambec.* III. pag. 36. Leonis, defpotae, alphabetarium de futuro iudicio. *Labbeus* pag. 196. Bibl. nov. MSS.

LEO, diaconus, hift. Byzantinae fcriptor, de quo fupra pag. 353. Huius *orationem ad Bafilium*, imp. qui Ioanni Tzimifci fucceffit, MS. haberi in bibl. Bodleiana teftatur Caveus. Incipit Ἔδει μὲν τό.

LEO, grammaticus. Vide Leo Afianus, et Siculus.

[*Leo*

[*Leo Garidas*, (al. *Laridas*, siue *Zaridas*,) Illus. v. infra, Vol. IX. pag. 514 scripsit ad Mich. Ducam περὶ διαιρέσεως φόνων, et βιβλίον περὶ τῶν ἀγωγῶν v. *Bach.* iuri pr. rom. IV. cap. 2. sect. 3. §. III.

[*Leo Isauricus*, imperator, obiit a. Chr. 741. v. *Lambec.* comment. etc. Vol. VIII. p. 165. sq. ibique notas 1 et 2. De eius et *Leonis, Armenii*, imp. (a. 813 – 820.) constitutionibus v. infra Vol. XII. p. 406. De priore v. etiam *Bach.* l. c. IV. cap. 1. sect. 1. §. XIV. et §. XXXV. de posteriore §. XX. et §. XXXVIII.]

[*Leo Marcellae* siue *Marcellarius*, imper., cui miraculosam fontis inuentionem et primam templi, super eum exstructi, originem esse vindicandam, *Lambecius* comment. VIII. p. 126. contra Iac. Goar. not. ad Georg. Codini cap. 22. de officiis CPolitanis docet. *Harl.*]

[*] *LEO* uu), *Magertenus*, metropolita Mytilenensis, circa a. C. 1340. vv) scripsit ἐξήγησιν in *Aristotelem*

uu) Leonis nomen in editionibus Magentini omittitur, neque exstat in plerisque codd. MSS. vt in iis, quos habet bibl. Caesarea: in aliis tamen occurrit, vt in Coisliniano vno (in al. Λεοντίνε) Vide catalogum MSS. graecorum bibl. Coislinianae p. 219. 227. 277. Leonem igitur vocat et *Labbeus* in conspectu interpretum graecorum Aristotelis et Platonis, quem sequuntur *Lambecius* lib. VII. cod. XXIX. [p. 147. ed Kollar.] et XCII. [nr. 4. p. 373.] philosoph. et Nesselius. Plura de hoc *Magentino* et aliis quibusdam Leonibus notaui infra volum. X. huius bibl. p. 527. seq. *Fabr.* Locum ipsum iure postliminii huc rectius reducendum arbitror. *Fabricus* igitur, nunc, ait, ex *Nic Comneno* pag. 143. praenotionum mystagog. addere iuuat, eum floruisse circa a. 1300. ac deinceps, praeceptoremque fuisse Constantini Harmenopuli, a. 1380. vel 1383. anno aetatis 63. defuncti. Hunc idem Comnenus pag. 8. Photianum licet, elegantissimae virum sapientiae adpellet, citatque eius *commentarios in Aristotelis topicorum libros* et *Porphyrii quinque voces* p. 227. *in categorias* ibid. *In sophisticos elenchos* MS. in bibl. Coisliniana p. 225. *in librum philosophi de generatione et corruptione* ab eodem Comneno citatur, p. 387. *in Nicomachea* pag. 281. *in libros de anima* pag. 253. 254. *commentarius breuis in politica Aristotelis* pag. 235. *liber de moribus gentium*, pag. 287. *de moribus asiaticis* liber I pag. 214. *de arcana philosophia*, cap. XXXIX pag. 226. *liber II. de veteribus philosophis*, pag. 213. *explicatio canonum poenitentialium Petri Alexandrini*, pag. 220. et *Gregorii Thaumaturgi*, pag. 223. Eiusdem *Leonis* libellum *de neglectis canonum praeceptis* laudat et hortatu Vallionensis episcopi Soarii latinum fecisse, et innumeris locis, vt licuit, emendasse se testatur pag. 8. Hactenus *Fabricius*, quem de Leonis Magentini explicatione aliorum canonum infra leges in Vol. XI. pag. 48. — *Saxius* in Onom. II. pag. 78. Leonis Magenteni, metropolitae Mytilenensis, interpretis Aristotelis, aetatem adsignat a. Chr. circ. a. 650. laudatque *Conring.* de scriptor. saec. VI. c. II. p. 97. cum nota Kranzii. De codd. passim ad Aristotelem quaedam iam notaui. *Paris.* in bibl. publ. sunt in quatuor codd. *Leonis Magent.* comment. in *Aristotelis* categorias, in libr. de interpretatione, analytica priora, et in *Porphyrii* isagogen. — praeterea in tribus adhuc codd. tres priores comm. — insuper in cod. MMLXI. etiam comm. in Arist. analytica priora. — *Florent.* in bibl. Laur. Medic. sunt in cod. III. nr. 2. et 3. plut. 71. *Magent.* breuiss. excerptum de quinque voce. — in cod. V. nr. 3. et cod. XXXIII. 8. de hypotheticis syllogismis, ex Magent. forsan commentar. in priora Aristotelis analytica. — in cod. I. nr. 2. Magentem commentar. in Porphyr. V. voces, et nr. 7. plut. 85. *Magent.* comm. in Aristot. decem categorias (vtroque tamen loco nomen τοῦ Μαγεντινοῦ a manu recentiore in margine adiectum legitur.) — in eod. cod. nr. 10. Magent. comment. in Aristot. de interpretatione, et nr. 12. in Aristot. analytica priora. v. *Bandin.* cat. codd. gr. III. pag. 2. 3. 5. 22. 237. 238. 239. — *Venetiis* in cod. *Marciano* CCII. Magent. et Theodori Prodromi expositio in postremum posteriorum Aristot.

ſtotelem περὶ ἑρμηνείας, commentarium maximam partem collectum ex *Ammonio*, quem magnum adpellat. Laudat etiam aliquoties *Alexandrum* (Aphrodiſeum) atque vno loco *Iamblichum*. Prodiit hic commentarius graece apud Aldum Venet. 1503. minore ſolio, ad calcem Ammonii in eundem Ariſtotelis librum, adiunctam habens Mich. Pſelli Paraphraſin et Ammonium in Categorias. Latine vertit hunc Magenteni commentarium *Io. Baptiſta Raſarius*, cuius verſio ſaepius excuſa cum Ammonio latine translato, Pariſ. 1544. Venet. 1547. Lugd. 1547. fol. Altera verſio *Hieronymi Leuſtrii*, Veronenſis, iisdem Pariſ. 1554. fol. cum Ammonio, per Barthol. Siluanium verſo, lucem vidit. ww)

Alter Magenteni commentarius *in priorum Ariſtotelis Analyticorum libros* graece prodiit ad calcem Io. Philoponi in eosdem libros, Venet. 1536. f. apud Barthol. Zanettum, Caſterzagenſem. Latina *Io. Baptiſtae Raſarii* verſio ſeparatim primum excuſa Venet. 1544. f. apud Hieron. Scotum, et deinde Lugd. 1547. f. cum Ammonio in quinque voces, Pachymeris epitome in vniuerſam diſſerendi artem, et Nilo de ratiocinationibus. In hoc commentario laudatur ſubinde, vt ſtatim p. IV. ὁ ἐξηγητὴς, quo nomine *Alexander Aphrodiſeus* intelligitur. *Ioanne Philopono* Magentenus xx) iunior eſt, quem citat pag. XXIV. παρὰ μὲν τῷ Φιλοπόνῳ ὁ συλλογισμὸς ἐν δευτέρῳ σχήματι ἀνελύθη, παρὰ δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐν πρώτῳ. *Proclum* et *Marinum* inter τοὺς παλαιοὺς refert pag. XXXI. vbi eos in Ariſtotelis Analytica ſcripſiſſe innuit. De Pythagoricis, ſubſtantias συμβολικῶς numerorum nomine adpellantibus, videndus Magentenus pag. VII. b. et pag. XXXVIII. De Hippocrate, geometra, pag. XXXXI. ὁ Ἱπποκράτης ναύκληρος ὢν καὶ λῃστευθεὶς τὴν ναῦν, συλλαβόμενος τοὺς λῃστὰς ἀπήνεγκεν Ἀθήνησι δώσοντας δίκην. Κατὰ [*] τύχην δὲ ἐνέτυχε Γεωμέτρῃ, καὶ ἐρῶν ἔσχεν Γεωμετρίαν μαθεῖν, καὶ μαθὼν ταύτην, καὶ τῶν ἀπόρων ἐψηφίσατο ζητημάτων.

***Leo**, magiſter*, et *Leo, Pegauius*, ab Allatio memorantur inter melodos ſiue ſacrorum hymnorum auctores, quibus eccleſia graeca vtitur. yy) Leo, magiſter, idem cum Leone, *patricio*, de quo mox.

Leo, *mathematicus*, Byz. et alter, *medicus*, de quo ſupra p. 358. 366. ed. vet.

Leo, *Metapontinus*, pythagoricus, Iamblicho memoratus. o) Hic videtur eſſe Leo, cui Φυσικὸν ſuum λόγον inſcripſit Alcmaeon, Crotoniata, Laërt. VIII. 83. Idem forte etiam Leo,

ſtot. analyticorum, ſed capp. I. ac II. tantum. (cat. codd. gr. p. 111. fin.) *Harl.*

vv) Male Nicaenum metropolitam vocat Koenigius in bibl.

ww) De *Magenteni* comm. in Ariſtol. v. ſupra in Vol. III. p. 210. 215. not. *bbb.* p. 213. etc. ad lib. in catal. Peripateticorum, p. 498. infra Vol. IX. p. 363. *Harl.*

xx) Hinc patet, errare eos, quos Koenigius refert, Magentinum referre ad ſaeculum a nato Chriſto ſextum.

yy) *Leo, magiſter* et *Leo Pegauius* in τῇ τῆς κυρ. τριακάδος citantur a *Georgio Coreſſio ad ſynopſin Nili* in canonem 2. Nicaen. *Nicol. Comnenus* pag. 400. praenot. myſtagog.

*) V. ſupra, Vol. I. pag. 850. *Harl.*

Leo, Neoclidis discipulus, quem στοιχεῖα geometrica scripsisse testatur *Proclus* in Euclidem lib. II. pag. 19. [v. supra, Vol. IV. p. 86. init.] — *Leonis*, *Maleini*, ducis, diploma, a. 1165. in *Montfauc.* Palaeogr. graeca. p. 410. *Harl.*]

Leo, *monachus*, qui Leone Isauro imperante vixit. Orationem eius de martyribus laudat Nicol. Comnenus l. supra laudato, p. 141.

[*Leo*, *Naupliae* et Argus episcopus. Eius *hypomnema* in gratiam S. deiparae in area, et *typicum* ad vsum eiusdem monasterii exstant in *Taurin.* reg. bibl. cod. CCCXXXVI. Prius graece cum versione lat. publici iuris fecit auctor cat. codd. gr. illius bibl. pag. 426. sqq. *Harl.*]

Leonis, *Numodotae*, ecthesin canonum citat idem *Nic. Comnenus* p. 220. 310. scholia ad Balsamonem pag. 325. et orationem de S. Tarasio, p. 319.

[*Leo*, *Padialus*, scriba cod. *Vindob.* CLIII. v. *Lambec.* comm. IV. col. 316. *Harl.*]

[*Leo*, *martyr*, cuius et *Paregorii Pataris* in Lycia martyrium exstat in cod. caes. *Vindob.* XI. nr. 28. teste *Lambec.* comm. VIII. col. 184. *Harl.*]

Leonis, *patricii et Canicleí praefecti*, compendiosam expositionem MS. graecam in Exodum citat *Allatius* de Engastrimytho capite 20. et expositionem similem in I. librum regum, capite 9. Exstatque integra huiusmodi expositio e Patribus et Theodorito potissimum in Octateuchum et quatuor regum libros, nec non in euangelia SS. Matthaei et Lucae et in epistolam S. Iacobi, MS. in bibl. Vindobonensi. Λέοντος Μαγίστρου, ἀνθυπάτου, Πατρικίου, τοῦ Μυστικοῦ ἐπιτομή etc. *Lambec.* V. pag. 61. [p. 133. sq. ed. Kollar.] et IV. pag. 147. seq. zz) Vide et supra, Leo, magister.

Leo, *Piganius*. Vide supra, Leo, magister.

Leo, *Pellaeus*, qui de Diis scripsit. Arnobius IV. p. 147. *Et possumus quidem hoc in loco omnes istos nobis, quos inducitis atque appellatis Deos, homines fuisse monstrare, vel Agragantino Euhemero replicato, cuius libellos Ennius, clarum vt fieret cunctis, sermonem in Italum transtulit: vel Nicagora Cyprio, vel* Pellaeo Leonte, *vel Cyrenensi Theodoro, vel Hipponeac Diagora Meliis* etc. Idem hic Leo, Pellaeus, cum Aegyptio, de quo supra. Dicitur autem Pellaeus, quod in Macedonia versatus cum Pellaeo iuuene, Alexandro Magno.

De *Leone*, *philosopho*, Byz. dictum supra pag. 366.

[*Leo Phocas.* v. *Lambec.* IV. p. 27. *Harl.*]

Leo,

zz) In cod. CLVII. nr. 2. *Lamb.* IV. p. 274. ed. Kollar. — Expositio siue interpretationis compendium ex diuersis patribus, in Pentateuchum, IV. libros regnorum s. regum, Iosuae, Iudices, et Ruth in cod. Laurent. Medic. XXIII. nr. 22 — 53. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Vol. I. pag. 429. sq. — In cod. *Barocc.* LXXVI. Oxonii, *Leon.* magistri, proconsulis, *Patricii*, versus aliquot de deo, ex eius theologia chiliastica. *Harl.*

Leo, *Platonis discipulus*, qui cum Chione et Euxenone interfecit Clearchum, Heracleae tyrannum, vt narrat Memnon apud Photium cod CCXXIV. c. 1. Alius, de quo supra in Leo, Byzantinus.

[?] *Leo*, cuius collectio praecipuarum praedictionum Vet. Test. de Christo MS. in bibl. Vindob. *Ἔρανος καὶ ἐκλογὴ ἐκ διαφόρων βίβλων καὶ προφητειῶν, φιλοπόνως ἐρανισθεῖσα παρ' ἐμοῦ τοῦ οὐδαμινοῦ Λέοντος, ὅσα περὶ χριστοῦ γέγραπται.* Incipit: *Ὅτι Θεὸς ὁ χριστός. Ἱερεμίου. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν.* *Lambec.* IV. cod. CLXXXVIII. nr. 10. pag. 206. [s. p. 452. ed. Kollar.]

LEO I. ab 8. Sept. a. 440. ad 30. Octob. a. 461. episcopus *Romanus*, cognomento *Magnus*, non quidem graece scripsit, sed a me hoc loco non est praetermittendus, quoniam nonnulla eius graece e latino versa feruntur. *Epistolam dogmaticam ad Flauianum*, CPol. episcopum [a]), haereliae Eutychetis oppositam, et lectam in concilio Chalcedonensi, graece et latine edidit Io. Leunclauius ex Io. Sambuci codice, Basil. 1578. 8. cum legatione Man. Comneni ad Armenios. Hinc *Gerardus Vossius*, Tungrensis, ad calcem operum Gregorii, Thaumaturgi, Mogunt. 1604. 4. Prodiit eadem separatim cum *Nic. Glaseri* praefatione et Thaumaturgi doctrina de SS. Trinitate, Hamburg. 1614. 8. [b]). Idem Vossius praeterea ex Sirleti codice graece et latine adiunxit *epistolam ad Leonem Thracem, imp.*, contra haereses Nestorii et Eutychetis, et *testimonia SS. patrum de mysterio incarnationis domini*, a Leone, papa, collecta. Ceterum omnium, quae latine exstant, Leonis operum duas praestantissimas editiones debemus *Paschasio Quesnello*,

a) *Vindobonae* in cod. LVII. nr. 56. v. *Lambec.* comment. III. p. 395. — in cod. XLV. nr. 34. (*Lambec.* VIII. p. 923.) — in cod. LVI. nr. 4. exstat ex actis concilii Chalcedonensis epist. Leonis I., papae, ad Flauianum, patriarcham CPolitan. et nr. 5. exemplar epist. Leonis I., papae, ad imp., Leonem Thracem. v. *Lambec.* VIII. p. 1028—1030. vbi Kollar. in nota obseruat, eam epistolam exstare *latine* in S. Leonis Opp. editione Veneta, 1748. tom. I. p. 222. — In bibl. *Coislin.* cod. CCI. inter eos scriptores eccles. ex quibus *Niceta* interpretatt. gr. in euangel. Lucae collegit, nominatur quoque *Leo, papa.* — in cod. CCXI. leguntur gr. *Leonis*, papae, ep. ad Flauianum, et huius ep. ad illum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 251. et 269. — In *Britannia*, (missis latinis Leon. scriptis,) secundum catal. codd. Angliae etc. in bibl. *Bodlei.* nr. 71. Leonis, papae, epist. ad Anatolium, gr. item nr. 111. Leonis epist. ad concilium Chalced. — ep. ad Marcianum; — ep. ad Iuuenalium, archiep. Hierosol. gr. — nr. MMDCCCLXXVII. Leon. ep. ad Flauian. et synodum Chalced. quartam. — In tomo II. nr. XXXVI. in bibl. Eborac. — nr. MMDLXV. auctior quam edita, inter codd. Vossianos; — nr. MMMMLXVIII. Lond. in bibl. coll. Sionensis. — et nr. MMMMMMMMMMCIIC. inter codd. Ioann. Mori, *Leonis* ep. ad Flauianum, gr. — nr. MMMCDXXXV. inter codd. Norfolc. graecos, *Leon.* ep. ad Faustum, presbyter. tum variae eiusdem epp. et Flauianus ad Leonem, bis. — Leonis sermones et alia opp. frequentius custodiuntur in bibl. M. Britanniae, secundum mem. catal. sed rarissime additur, num opus latine, an, quod quidem raro fieri potuit, graece sit scriptum. — *Paris.* in bibl. publ. cod. *Leonis*, papae, columna fidei orthodoxae christianae, h. e. epist. ad Flau. in codicib. MLVII. nr. 1. et MCXXVII. nr. 3. — it. *Neapoli* in bibl. reg. cod. LIV. — *Ballerinii* in sua Opp. Leon. edit. graecas Leon. epistolas XLI. vel e mstis primum euulgarunt, vel cum codd. contulerunt. vid. *Schoenemann.* l. mox laud. p. 880. sqq. de epp. p. 972. sq. de codd. gr. Vatican. et pag. 1054. sqq. de epp. gr. atque collectionibus, etc. *Harl.*

b) v. *Concil.* Paris. Labbean. edit. tom. IV. col. 343. et 358. add. catal. bibl. Leidens. p. 54. *Harl.*

Quesnello, quamquam c) Indice expurgatorio profcriptas, Parif. 1675. 4. duobus volum. et alteram Lugd. 1700. fol. [opp. curantibus Petro et Hieron. fratr. *Ballerinis*. Venet. 1755. fqq. fol. III. tom.]. De Leone ipfo confulendi praeter editores et, qui pontificum vitas, atque annales ecclefiae condiderunt, Tillemontius tomo XIV. memor. eccl. Henfchenius ad XI. April. tom. II. p. 14. feq. ne dicam de *Lud. Maimburgii* hiftoria pontificatus S. Leonis, quae gallice prodiit Hagae Comitis. 1687. 12. *Fabr.* Add. *Hambergeri* Z. N. III. p. 200. fqq. *Saxii* Onom. I. p. 505. fq. (qui alios VV. DD. laudant,) in primis *Schoenemann*. in bibl. hiftorico litter. - patrum latin. tom. II. pag. 861 — 873. vbi quoque paffim editiones epiftolar. recenfentur. *Harl.*

[*Leonis* II. ab a. C. 682. 19. Octob. ad 684. 23. Mai. epifcopi *Romani*, *epiftola ad Conftantinum* Pogonatum, imp., graece verfa legitur in Actis fynodi VI. fiue Trullanae, actione 18. fiue vltima, tom. VI. concilior. edit. Labbei et reg. tom. XVII. et Harduin. tom. III. De hoc Leone videnda Acta Sanctor. tomo V. ad diem XXVIII. Iunii p. 374. feq. vti de *Leone III., papa*, tomo II. ad XII. Iunii pag. 572. fq. Huius Leonis III. (quod adnotare omifit Caueus,) epiftolas decem ad Carolum Magnum, (latine illas quidem, vt cetera eius, non graece exaratas,) primus e MS. codice Helmftadienfis academiae edidit notisque illuftrauit *Hermannus Conringius*, Helmft. 1647. 4. *Fabr.* Quae Leonis III. IV. VII. IX. et X. epp. fermones, decreta etc. in Conciliorum collectionibus, Labbeana, regia et Harduin. reperiuntur, infra, in vol. IX. multis locis p. 515 — 690. paffim fignificauit Fabricius. *Harl.*

[*Leonis*, *Sardicenfis* metropolitae, epiftola in cod. reg. Neapolit. II. *Harl.*]

[*Leo* de genere *Rhaul*, fcriba cod. caefar. Vindob. CCXX. a. Ch. 1139. De illo plura dabunt *Lambec.* comm. V. p. 107. et *Kollar.* in nota. Idem forfan fuit, qui manu fua cod. caefar. XXXVII. a. Ch. 1331. defcripfit. v. *Lambec.* et *Kollar.* comm. III. p. 157. *H.*]

Leo, *fcholafticus*, Byzantinus, cuius librum de diuinis et reprobis exftare in Italia fcripfit Gefnerus.

[*Leo*, *Sebaftenus*. v. infra, vol. X. p. 528. ac vol. XI. p. 48. §. XVI. fin. et ibid. pag. 434. de *Leone*, *Senonenfi*. *Harl.*]

LEO *Siculus*, *Grammaticus*, cuius *laudationem in Nectarium patriarcham* CPol. (cui Io. Chryfoftomus fucceffit) laudat *Allatius* libro contra Hottingerum p. 174.

LEO, *Styppicta*, patriarcha CPol., cuius mortem commemorat Nicetas pag. 58. in Manuele Comneno,

c) Vignolius Maruillius mifcellan. hiftorico litterar. tom. I. p. 75. feq. *Le S. Leon du Pere Quefnel à été mis à Rome dans l'indice des livres defendus, à cauſe de quelques obſervations, qui ont bleſſé la delicateſſe de cette Cour. Quand le P. Queſnel aprit cette nouvelle, il en écrit au Cardinal* François Barberin, *qui l'honoroit de ſon amitié, et s'en plaignit comme d'injuſtice, qu'on lui faiſoit. Cette Eminence lui repondit en deux mots pour l'apaiſer:* Ne vous fâchez pas, mon Pere, la cenfure de Rome ne gâte pas vôtre livre. *Fabr.* Conf. *Schoenem.* l. cit. p. 919. fqq. et p. 930. fqq. 934. fqq. 939. fqq. de aduerfariis Quefnell. etc. *Harl.*

Comneno, qui imperare coepit a. C. 1143. Hic est patriarcha Στυππῆ, cuius ψήφισμα de nuptiis non prohibitis cum ea, quae fratris vxor fuit, memoratur in *Enimundi Bonefidii* iure orientali l. II. p. 59. et in iure graeco-rom. Leunclauii lib. III. p. 217. [add. infra, vol. X. p. 528.]

[*Leo*, metropolita *Synnadensis*. In cod. *Coislin.* XXVII. siue catena in epp. Paulli, post primum argumentum habentur quaedam illius *Leonis*, quae sic incipiunt: ζωὴ καὶ θάνατος, ὡς ἡμέρα καὶ νύξ, at recentioris manus esse, adnotat *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 82. *Harl.*]

[*Leo*, *Tuscus*, imperialium epistolarum interpres sub Manuele Comneno, imp. CPolit. v. *Rigaltium* in praef. ad Artemidori Oneirocritic. Lutet. Paris. 1603. 4. *Phil. Labbei* bibl. chronologia scriptorum eccles. a. Chr. 1177. *Lambec.* comment. de B. caes. VII. p. 569. praecipue not. 3. et 4. p. 571. sqq. vbi ex Georg. Cedreno p. 548. sq. et Ioanne Zonara, annal. tom. III p. 129. sq. docet, quanta litterarum mathematicarum laude floruerit, eumque ab imp., Theophilo, ad honorem episcopi Thessalonicensis fuisse euectum: add. *Fabric.* infra, libr. V. cap. 15. vol. VII. p. 652. vet. ed. *Harl.*]

Atque de Leonibus hactenus. Nunc scriptores historiae Byzantinae recensere persequamur.

IOANNES SCYLITZES, patria Thracesius [d]) siue ex Asia minore, varias in aula CPolitana dignitates obiit, vt Protovestiarii, inde magni Drungarii Vigiliae, siue praefecti Excubiarum, ac denique Curopalatae: clarusque adhuc circa a. C. 1081. in quo desinit posterior pars eius historiae.

1. Sunt, qui eum aiunt *Synopsin historicam* scripsisse *ab orbe condito vsque ad initium Alexii Comneni*, ita enim *Nesselius* parte V. p. 64. testatus, eam MS. esse in bibl. Vindobonensi. Sed Lambecius II. p. 580. de eodem loquens codice, docet quidem, ante Scylitzae historiam, [*] praefixam esse aeque antiqua manu in septem foliis membranaceis exaratam Syllogen chronologicam a creatione mundi vsque ad initium imperii Alexii Comneni, (cuius adminiculo chronographia S. Nicephori, patriarchae CPol. [e]), et antiqua eiusdem latina versio, quae exstat in Anastasii, bibliothecarii, hist. ecclesiastica, multis locis emendari possint et suppleri,) sed Ioannem Scylitzem esse auctorem eius Sylloges, neutiquam tradit, quin potius innuit,

d) *Constantinus Porphyrog.* lib. I de thematibus siue prouinciis imperii CPol. cap. 3 τὸ δὲ νῦν καλούμενον Θρακησίων θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο, καὶ ὁ ταύτης αὐθέντης Ἀσιάρχης ἐλέγετο. Meminit idem Constantinus alibi, et in Basilii, imp., vita c. 15. 16. *Anna Comnena* p. 429. Cinnamus lib. II. hist. p. 40. edit. Tollii. Acropolita c. 48. *Fabr.* Conf. *Oudin.* comm. de SS. E. tom. II p. 745. *Ger. I. Voss.* de hist. gr. part. II. p. 418. *Hamberger* I. N. pag. 783. sq. *Saxii* Onom. II. p. 195. *Harl.*

e) Speciminis loco ibi *Lambecius* ex illo codice emendatam exhibet [p. 236 — 252.] genealogiam Valentiniani Magni. [Et multa capita historiae explicat.]

innuit, illam esse Nicephori, patriarchae, a Scylitza fortasse continuatam f). Confer, quae de duobus codicibus [CXXXV. et CXXXVI.] Segnierianae, siue Coislinianae bibliothecae *Montfauconus* p. 206. sqq.

2. Protouestiarius quum adhuc esset Scylitzes, scripsit *Compendium historiarum, quod incipiens a Nicephori, imperatoris, a Genicis,* (hoc est, qui e generali Logotheta imperator factus est,) *obitu* siue ab a. C. 811. *ad initium imperii Isaaci Comneni* a. C. 1057. g) *pertinet.*

 Hanc

f) In priore cod. Coisl. initium est a principio mundi et pergitur ad finem imp. Alex. Comneni et toto coelo differt ab altero edito breuiario. *Lambec.* in comm. Vol. II. edit. Kollarii pag. 232. sqq. per occasionem codicis Dioscoridis caesarei celeberrimi, multus est de *Ioanne Scylitza*, de *Cedreno*, qui, tamquam plagiarius impudentissimus, Scylitzae editionem transcripsisset in suam historiarum synopsin; tum copiose differit de secunda compendii, quod Scylitzes, quum Curopalata euasisset, publicauit, historici editione in cod. caesareo, cui praefixa est sylloge historica, de qua Fabricius loquitur. Illum ipsum cod. histor. cuius mentionem obiter fecerat Lambecius, et qui plura Scylitzae opera continet, diligenter lateque describit *Kollarius* in supplem. I. ad Lambecii comment. nr. IC. pag. 613—626. Insunt autem 1) *Ioannis Scylitzae* synopsis historica ab orbe condito vsque ad initium imperii Alexii Comneni, qui a. 1081. Nicephoro Botaniatae successit. Auctoris tamen nomen adscriptum non est, neque communis eorum, quae haec complectitur, synopsis, legitur; sed has Kollarius curatius indicat contentorum epigraphas, quas paucis repetam: 1) synopsis annorum a creato mundo; 2) quot Byzantii imperium obtinuerunt Christiani; 3) certarum epocharum anni sunt adscripti; hoc initio: *ab Adamo vsque ad diluuium effluxerunt anni* etc. 4) Proxime subiiciuntur haec: *Decem Israelis tribuum reges, qui in Samaria regnarunt, sunt* etc. 5) *quot praeterea summi sacerdotes in Israel fuerint* etc. 6) *quot post Christum Hierosolymis fuere patriarchae*; 7) *qui Romae episcopi fuere post Christum et apostolos. Petrus, apostolus.* etc. Vltimus hic est Bonifacius II. 8) *quot episcopi Byzantini post Christum et apostolos.* Ab Andrea vsque ad Stephanum; 9) *quot episcopi* a Marco, euangelista, *post Christum et apostolos fuerint Alexandriae;* 10) *quot episcopi Antiochiae*, a Petro, apostolo, vsque ad Anastasium; 11) canonici libri V. T. (XXII.) cum numero versuum; 12) canonici libri N. T. cum numero versuum; 13) V. T. libri, de quibus controuertitur; 14) N. T. libri controuersi, quibus adnumeratur Ioannis apocalypsis; 15) libri V. T. apocryphi et 16) N. T. apocryphi; 17) fol. 7. sequitur *genealogia Valentiniani M* quam critice persequutus est *Lambec.* in Vol. II cit. Vtrum haec omnia Ioanni Scylitzae possint attribui, addubitat Fabricius, Lambecii auctoritatem sequutus. Sed *Kollarius* pag. 618. sq primum animaduertit Lambecium in libro IX. nr. 21. de hoc ipso codice, suorum commentariorum vltimo, ab ipso vero non perfecto, agentem, eamdem syllogen Scylitzae vindicasse; tum variis argumentis cuncti Kollarius, videri probabile, Scylitzen illam confecisse syllogen, et voluisse historiam vniuersam, iam inde a condito terrarum orbe repetitam, tenuissimis quibusdam lineis adumbrare, quo facilior ad epitomen suam aperiretur aditus. Posthaec sequuntur, nr. II. fol. 8. pag. 2. illius codicis index Augustorum Augustarumque, quorum res gestas Scylitzes in sua epitome narraturus est; ab Michaele Curopalata ad Alexium Comnenum I. mortuum d. 15. Aug. a. C. 1118. — nr. III. *Io. Scylitzae* compendium historiarum a Nicephori, imp. a Genicis obitu vsque ad finem imp. Alexii Comneni I. i. e. (vt Kollar. p. 620. scribit,) ab a. Chr. 811—1118. (sed in hoc cod. multa folia perierunt:) nam Koll. p. 621. sq. contra Fabricium ostendit, praesertim ex indice nr. XI. Scylitzem adhuc circa a. 1118. floruisse, et primam suam epitomes editionem vulgasse, quum Protouestiarii fungeretur munere, vsque ad a. 1057. alteram vero, quum Curopalatae dignitate ornatus esset, in lucem emisisse, vsque ad a. 1118. deductam. Hic igitur vetustissimus et initio saeculi XII. scriptus codex continet auctarium, licet partibus quibusdam mutilum, quod in editis Byzantinis scriptoribus deest. *Harl.*

g) Non 1067. vt bis legitur excusum apud Hanckium pag. 490. et 491. de scriptoribus hist. Byz. *Fabr.*

Haec priorem Scylitzae ἔκδοσιν vidit legitque et maximam partem in suum compendium h[istoriarum] retulit atque in eodem tempore nimirum a. C. 1057. desiit aequalis eius, Georgius Cedrenus [k]), plagiariis tamen ideo non adnumerandus, quia in limine operis inter scriptores, quos sequutus est, diserte Ioannem Thracesium, protovestiarium, nominat. Haec prima ἔκδοσις graece nondum vidit lucem, sed exstat latine ex versione *Io. Baptistae Gabii*, Venet. 1570. fol. (In Cauei hist. literaria male excusum 1670.) apud Nicolinum. Rarius obuia e[st] haec editio, inscribiturque hoc titulo: *Ioannis Curopalatae Scillizzae historiarum compendium, quod incipiens a Nicephori, imp. a Genicis obitu ad imperium Isaaci Comneni pertinet.* Ille vero Gabius, nescio quare, Io. Baptista Gautoreius dicitur in Actis Eruditorum Lipsiensibus a. 1699 p. 160.

3. Ab eo tempore, et quum Cedrenus opus suum iam vulgasset, ac Scylitzes interim auctus esset magni Drungarii Vigiliarum et Curopalatae dignitate, historiam suam iterat[o] edidit, atque *ad Alexii Comneni initia* h. e. ad a. C. 1081. continuauit. „Haec secund[a] [*] editio tum in aliis bibliothecis Galliae et Italiae, tum in bibl. Caesarea Vindobonensi oc[currit] manu exarata, hoc titulo: Ἰωάννου Κουροπαλάτου καὶ γεγονότος Δρουγγαρίου τῆς Βίγλης τοῦ Σκυλίτζου ἐπιτομὴ ἱστοριῶν, ἀρχομένη ἀπὸ τῆς τελευτῆς [illegible] βασιλέως τοῦ [illegible] Γενικῶν, καὶ τελευτῶσα εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. Huius secundae editio[nis] sola pars posterior, ab initio Isaaci Comneni, siue ab illis temporibus, in quibus Cedrenu[s] et prior Scylitzae editio desierat, vulgata est ad Cedreni calcem ab *Carolo Annibale Fabrotti* graece et latine cum versione *Io. Baptistae Gabii*, hinc inde emendata et *Iac. Goari* notis, Pari[s.] 1647. fol. Hanc posteriorem partem respicit Ioannes Zonaras, vbi de rebus Isaaci Comneni agens Thracesium laudat lib. XVIII. Annalium cap. 18. Praemisit Scylitzes historiae su[ae] praefationem, quam a Fabrotto adiungi fuisset operae pretium, et quam edidit Montfauconus in notitia librorum MSS. bibl. Seguierianae siue Coislinianae p. 207. [illegible] In [illegible] praefatione Scylitzes laudat scriptores [l]), quos ante se ait in historia Byz. exp[illegible]

T[illegible]

Fabr. Codd. Vindobon. et Coislin. paullo ante iniecta est mentio. Exstat quoque synopsis hist. in cod. I. regio *Matrit.* atque in cod. LXXII. excerpta ab imp. Theophilo vsque ad Constantinum Monomachum, teste *Iriarto* in bibl. Matrit. catal. p. 1. et 266. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXXI. — *Venetiis* in bibl. D. Marci cod. DCV. (v. cat. codd. gr. p. 313.) — *Neapoli* in B. Augustinens. S. Io. ad Carbonar. cod. XIV. — In bibl. *Vaticana*, in Montfauc B bibliotheca MSS. t. I. p. 8. A. p. 28. nr. DCLVIII. p. 117. nr. MMMMDCCCLXXIV. A. et in bibl. patrum S. Basil Romae, p. 198 A. atque tom II. p. 1056. B. de duobus codd. Coislin. *Harl.*

k) *Fabrottus*, praef. ad Scylitzen et *Hensckenius* in commentario de Theodora, imperatrice n. XC. et XCVII. in actis sanctor. ad XI. Febr. Scylitzen e Cedreno sua mutuatum contendunt. Casaubonus vter horum alterum ex[s]cripserit, dubitauit. Sed libenter adsentior Allatio, Lambecio, Vossio, Iac. Thomasio, Goaro, Hanckio, Ca[ueo], aliisque viris doctis, qui Cedrenum non dubitant ex Scylitze profecisse. Quod etiam certum est omnino, siquidem Io. Thracesius Cedreno laudatus, nullus alius est a Ioanne Scylitze. [illegible] supra, cap. 4. [illegible], § XL. *Harl.*

l) Vt lector conferre cum hoc loco possit catalogum similem scriptorum, quos ante se in simili argumento versatos profitetur Cedrenus, verba eius adscribam, praecipue quum insigne Ioannis Thracesii siue Scylitzae nostri elogium complectantur. Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν [illegible]

[illegible]

Τὴν ἐπιτομὴν [?] τῆς ἱστορίας ἄριστα μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπραγματεύσαιτο etc. *Historiam per compendium post veteres illos quam optime tradiderunt* Georgius (Syncellus) *ab orbe condito facto initio in tyrannos, Maximianum eiusque filium, Maximinum, desiit.* Theophanes *vero ab illius fine sibi proprio instituto reliquisque temporibus breuiter descriptis, quum ad Nicephori, imperatoris,* (τοῦ ἀπὸ Γενικῶν, cui Michael Rancabes a. 811. fuccellit) *obitum peruenisset, ibi suae finem imposuit narrationi.* *Deinde vero, qui tali se studio dediderit, inuentus est nemo.* *Adgressi quidem certe sunt aliqui munus hoc, ut* Siculus magister, *et nostra aetate philosophorum princeps et amplissimus vir,* Psellus, *et item alii, qui languidius in opere versati, et ab accurata rerum serie exciderunt.* *Nam* Daphnopates Theodorus, Nicetas Paphlago, Iosephus Genesius, et Manuel Byzantius, Nicephorus diaconus Phryx, Asianus Leo, (ὁ Ἀσιανὸς Λέων,) Theodorus, *qui fuit* Sides praeses, *eiusque* Nepos, *atque eiusdem cognominis illius ecclesiae, quae est in Sebaste, praefectus, et una cum his* Demetrius Cyzici et Ioannes, monachus Lydus, *proprio sibi quisque proposito argumento - - longe ab illorum, quos diximus, mente aberrarunt.* Haec praefatio legitur latine in versione Gabii, Venetiis excusa, de qua iam dixi. Laudatur Scylitzae historia saepius a Mich. Glyca, vt supra p. 217. ed. vet. notaui, nec non a Theodoro Balsamone ad Concil. VI. in Trullo habitum can. 62. qui χρονικὴν ἱστορίαν adpellat, et a Manuele Caleca libro IV. contra Graecos tom. XXVI. bibl. patrum edit. Lugd. p. 446. et 450. et Ioannicio Cartano apud *Allatium* de Georgiis pag. 325. Hic est, de quo in Gesneri bibl. *Ioannes Scylax Constantinopolitanus, scripsit de*

τέραν τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαιτο etc. *Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere adgressi sunt. Nam et* Georgius Monachus idemque Syncellus *ab initio mundi atque ad Maximianum et Maximinum, tyrannos, rem perduxit, et quo is loco desiit, inde principium sumens* Theophanes, confessor, *obitu Nicephori, qui de generali Logotheta imperator fuit factus, historiam suam finiit.* *Post hunc etiam alii idem opus in manus sumserunt, vt* Siculus *ille et honoratissimus* Psellus, *ac praeter hos alii.* *Ceterum isti, accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud praestitere, quam quod nuda regum ... expo ita quis cui in imperio successisset docuerunt.* *Nam* Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlago, *ac reliqui Byzantii, tum* Nicephorus, diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus, Sidae ...riandus, *alterque* Theodorus Sebastenus, Demetrius *item* Cyzicenus ac Ioannes, monachus: *horum quiuis peculiari sibi proposito argumento (verbi gratia laudationem alias imperatoris, alius patriarchae vituperationem, alius amici praedicationem) procul a nominatorum virorum sententia aberrarunt, ipsique inter se dissenserunt.* Ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θρακήσιος τὸ ἐπώνυμον, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἱστορίας ἀναλεξάμενος καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφὴν, ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπομπήσας, γυμνήν τε τὴν ἱστορίαν παραδέδωκεν, ἡμεῖς δὲ τὰς τούτων ἐπελθόντες βίβλους τὰ ἀνήκοντα συνειλέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. *Iam* Ioannes, Protouestiarius, *cognomento* Thracesius, *compendiosiorem eorum, quae diuersis euenerunt temporibus, notitiam tradere conatus, supra commemoratorum scriptorum historiis accurate perlectis indeque in suos commentarios, quae ad rem facerent, collatis, ab exitu Nicephori, qui de generali Logotheta imperator factus est, initium cepit, repudiatisque, quae ex animi commotione aut in gratiam alicuius scripta fuerunt, nudam historiam tradidit. Nos autem, euolutis horum libris, indeque iis, quae ad rem faciebant collectis, adiectis etiam, quae quum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus etc.* Integram praefationem ex codice Coisliniano graece cum latina versione exhibet laudatus *Montfauconus*, p. 207. sqq.

imperatoribus CPolitanis. Raph. Volaterranus. Citatur etiam in scholiis Cuspiniani. Theodoro Gazae *Scyllaces.*

4. In iure graecoromano *Leunclauii* Francof. 1596. fol. libro II. pag. 132. seq. exstat huius Ioannis Scylitzae *notoria et consultatio de sponsalibus dirimendis, ad imp., Alexium Comnenum:* ὑπέμνησις τȣ̃ Κȣροπαλάτȣ [?] καὶ μεγάλȣ Δρȣγγαρίȣ τῆς Βίγλης Ἰωάννȣ τȣ̃ Θρακησίȣ μετὰ τὴν περὶ μνηστείας νεαρὰν γενομένη πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα Κύριον Ἀλέξιον, περὶ τινος ἀμφιβολίας ἐπὶ ταύτῃ ἀναφυείσης. *Fabr.* *Ioan. Scylitzae* de sponsalibus, nonnullas ob caussas dirimendis, relatio ad imp., Alexium Comnenum, est in cod. caesareo XLV. nr. 3. teste *Kollario* in supplem. ad Lambecii comment. p. 326. — in cod. *Veneto* Marc. CLXXIII. (cat. codd. gr. p. 101.) — in cod. *Paris.* bibl. publ. MCCCLI. nr. 38. *Harl.*

IX. ANNA COMNENA, Porphyrogenita et Caesarissa, soror Ioannis Comneni k), Alexii Comneni, imperatoris, et Irenes primogenita filia, nata a. C. 1083. atque ca[illegible] ante nuptias, qui ipsi desponsatus fuerat, Constantino Duca, vxor NICEPHORI BRYENNII Caesaris a. C. 1137. defuncti, de cuius libris quatuor commentariorum de rebus Byz. supra p. 343. ed. vet. dicere me memini. Auiae suae, Annae Dalassenae, sapientiam et eloquentiam praedicat lib. III. p. 86. ipsa vtroque illo nomine celebranda merito, et laudata a *Io. Zonara* lib. XVIII. cap 26. annal. p. 305. qui etiam γλῶσσαν ἀκριβῶς Ἀττικίζȣσαν *linguam exquisite Atticissantem* ei tribuit. De eadem *Nicetas* in Ioanne Comneno cap 3. ἥτις τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχȣ φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐξήσκητο μάθησιν, *quae omnium disciplinarum parenti philosophiae dedita et omnibus artibus erudita erat.* Hinc et locum illi, quem debebat, inter mulieres philosophas libenter dedit *Aegidius Menagius* l), alii hanc licet foeminam non dubitent m), praeferre viris tantum non omnibus, quorum stu...

k) Hic Ioannes post Alexium, patrem, praefuit imperio, quod Alexius cogitauerat Nicephoro, genero, et filiae Annae tradere. Sed Nicephorus, Annae maritus, placido et quieto vir ingenio, noluit facere, quod alius, cupidine regnandi inflammatus, fecisset, et Anna vehementer optasset quidem adeo, vt multum expostularet etiam cum natura, quod se foeminam, Nicephorum virum creasset. Vide Nicetam lib. I. pag. 8. et Cangii familias Byz. p. 176. seq.

l) In historia mulierum philosopharum pag. 39. *Fabr.* Add *Caui* hist. litt SS. E. tom II. p. 200. *C. Oudin* comment. de SS. eccl. tom. II. p 1175. *I. G. de Chaufepie* nouv Dict. hist et crit. h. v. *R. Ceilier* hist gen des AA E tom XXI p. 526. *Io. Christ. Wolf* [illegible] foeminarum olim illustrium p. 274. sqq ad mulierum graec. fragmenta, *Hamburg.* E. N. IV. p. 182. sqq. *Saxius* Onom. II. pag. 218 sq. *Anonymi* disp. de Anna eius indole, ingenio opereque, et de ingenio scribendique genere Byzantinorum, in *Biesters* Berlin. Monatsschrift, m. Nou. a. 1791. pag. 421—449 cel. *Meuselii* bibl. histor. Vol. V. part. I pag. 251 sqq. et quae ego [illegible] in introd. in hist. L. Gr. II. part. I pag. 501. sqq. *Harl.*

m) Vigneul Maruille, Melanges de hist. et de litterature tom III. p. 56 *l'Histoire Byzantine a son defaut, et un defaut tres incommode au lecteur, le quel consiste en ce, que plus de la moitié des Auteurs de ce vaste recueil ne meritent pas d'etre lûs, excepté en quelques endroits assez rares, ou ils ne se copient pas les uns les autres. Procope est presque le seul de ces Historiens, qui ait de la dignité, et qui se soit formé sur les anciens, qu'il a heureusement pris pour modeles. L'Alexiade d'Anne Comnene à son mari* ...

ſtro hiſtoriam Byz. conſcriptam habemus. Exſtat eius *acri profecto ſupra ſexum iudicio ac ſingulari elegantia conſcriptum* ⁿ) opus *Alexiados*, ſiue de rebus Alexii Comneni, parentis ſui, *libri* (non XX vt numerat Bodinus cap. 10. de methodo hiſtor. ſed) *XV*. abſoluti Manuele Comneno imperitante, circa a. C. 1148. annum aetatis 65. vt conſtat ex lib. XIV. p. 447. ſeq. vbi teſtatur, ſe vſam commentariis virorum, fide digniſſimorum, qui, patris olim ſequuti militiam, poſtea monaſticam vitam ſunt amplexi, neque tamen ex iis ſolis, quae referret, hauſiſſe, ſed diligenter cum iis, quae ipſa videndo et audiendo comprerat, contuliſſe. Libris, primo et ſecundo, de rebus, ante imperium ab a. C. 1069. ab Alexio geſtis, libro tertio ad decimum quintum ab initio eius imperii a. 1081. ad obitum vsque 18. Cal. Sept. a. 1118. diſſerit, in quo enim hiſtoriam finiiſſe, verſiculi quoque graeci adſcripti docent:

Λῆξεν, ὅπȣ βιότοιο Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς,
Ἔνθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Ἀλεξιάδος,

Finit, vbi vitam Comnenus Alexius, illic
Nata quoque illuſtris finit Alexiadem.

Libros octo primores *graece*, lacunoſos admodum ex codice Auguſtano vulgauit cum notis ſuis *Dauid Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel 1610. ᵒ) in quibusdam titulis, 1618.) 4 Totum vero opus, omnes nimirum quindecim libros e MS. Vaticano, et Barberino, quem Holſtenius cum Mediceo ᵒ) contulerat, graece deſcripſit *Petrus Poſſinus*, S. I. et cum verſione ſua et gloſſario. Hoeſcheliique notis vulgauit Pariſ. 1651. fol. ᵖ). Hinc Poſſinus praefat. ad Nicephorum Bryennium, a 1661. editum, refert, inſpiciendum ſibi poſt editam Alexiadem datum codicem librorum Comnenae, quem a Iac. Cuiacio quondam acceperat Petrus Faber Sanjorianus, non paucis locis diuerſum ab eo exemplari, ex quo editionem ſuam curauit, vt non modo lacunas ſupplere omnes, ſed et diuerſas lectiones facile bis mille in ora libri ſui notare potuerit. Huius codicis non potuiſſe compotem fieri Toloſae, quum Alexiadem ad praelum concin-

rile particulier. C'eſt une Hiſtoire polie, et qui va de pair avec l'Hiſtoire d'Alexandre le Grand écrite par Quinte Curce. Maximus Margunius not. 2 ad Can poenitential. S. Baſilii γέγραφε σοφωτάτη ἐκείνη καὶ ἐλλογιμωτάτη Καισάρισσα, ἡ Κυρία Ἄννα, ἥτις ἔγραψεν εὐγλωττότατα πολλὰς ἱστορίας. Confer Nic. Comneni praenotiones myſtagogicas p. 414 418.

n) Cangius praef. ad Cinnamum. Confer *Hanckium* de ſcriptoribus hiſt. Byz lib. I. cap. 29 qui inter alia notat, Io. Micraelium, virum cetera eruditum et de hiſtoria ſacra atque externa meritiſſimum, cui et Bodini verbis, male intellectis, viri et ſcriptoris non en fuit *Annas Alexias*, praef. ad ſyntagma hiſt. § XLIV.

o) Alius codex inſignis, initio licet et fine mutilus, in bibl. Seguieriana, quae hodie Coisliniana. Vide catalogum erudititſſimi *Montfauconi* p. 425. qui varias lectiones eius exhibet p. 521. ſeq. *Fabr.* *Pariſ.* in B. publ. cod. CD nr. 29 Prologus Alexiados. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. II. plut. 70. Alexiados libri XIV. quem vel adprobatum ab ipſa Anna, ſuſpicatur Langius. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II p 656. ſq. In eadem bibl in cod. X. nr. 40 plut. 5 ſunt *Annae Comnenae verſus in Chriſtum.* (*Bandin.* I. p. 25.) *Harl.*

o) Atque dedicatio ſcripta eſt prid. Non Sept. MDCX. *Harl.*

p) Rec. *Venet.* cum reliquis ſcriptor. Byzant. a. 1729. F. additis *Car. du Freſne* notis, de quibus *Fabric.* paullo poſt loquitur. *Harl.*

concinnaret, queritur in praefat. ad Annam Comnenam, vbi et [illegible] vitam, e veteribus collectam monumentis, et notas in Alexiadem. et [illegible] coram a *Theophylacto* dictum, Alexiadis elegans [illegible]. *Subiicitur*, [illegible] *cus chronologicus, et iidem libri quindecim partim vniuersi recensi* [illegible] *cuius recuperandi nobis inopinata ostentata spes est*, (Cuiaciani nimirum) [illegible] *scurioribus collatione aliorum scriptorum illustrabitur*. Illae Possini notae [illegible] nes nunquam viderunt lucem, vti nec *Io. Frid. Gronouii*, doctissimi viri, [illegible] Georgium Richterum q) scripsit, se Alexiadem Annae Comnenae, [illegible] principis, nactum esse triplo auctiorem, quam Hoeschelius edidit: et ex cuius [illegible] MSS. Iacobus Gronouius, filius, praef. ad parentis opus de sestertiis, pro solita [illegible] elegantia sua scribit, *se cum aegritudine obseruasse multis in locis satis absurde tractatam Possino*. *Vossius* quoque lib. de Philologia cap. 2. §. 3. quum dixisset, Annam Comnenam libris quindecim de gestis Alexii Comneni patris sui, doctrinam et facundiam suam [illegible] comprobasse, addit: *atque hoc magis patebit, vbi integrum opus ediderit Io. Fridericus Gronouius* r). Ceterum bene est, quod exstant eruditae in Alexiadem notae historicae et [illegible] logicae *Caroli du Fresne*, siue *Cangii*, licet nullo MSto codice, ad quem textum castigare vsi, quae prodierunt ad Ioannis Cinnami calcem Paris. 1670. fol. Possini editioni [illegible] breue Annae Comnenae elogium ex Lud. Iacobi a S. Carolo Bibliotheca [illegible] narum, quae scriptis claruerunt. *Iac. Gretseri* refutatio alogiarum Annae Comnenae contra Gregorium VII. papam, prodiit Ingolstad 1611. 4. Amori in parentem [illegible] arguit Augustinus Mascardus, de arte historica p. 205. seq. *Fabr.* Ad nouam editionem curandam viros doctos excitarat, at haud exoptato successu, *Io. Conr. Fuesslin* in diss. [illegible] Alexiade Annae Comnenae etc. Turici 1766. 4. et in *Nic. Barkey* bibl. Hagana [illegible] theol. class. I. fasc. I. Amstel. et Lugd. Bat. 1768. 8. p. 1 — 47. in qua diss. is [illegible] na Comnena et de rebus, quas illa in Alexiade complexa est, quomodo [illegible] enarranda historia, ac quem fructum lectores ex Alexiade sint capturi, diligenter [illegible] deinde libri fata exposuit, denique docuit, quid in noua eius editione sit elaborandum. Multorum attulit iudicia, quae examinauit, et castigauit; plura loca melius interpretatus est, et [illegible] Negauit, I. Fr. Gronou. potuisse Alexiadem habere, triplici ampliorem, quam [illegible] schelius ediderit, ipso libro decimo quinto finem operis indicante. Add. eiusdem [illegible] de noua Alexiados editione curanda et diuulganda in bibl. Bremensi noua, class. VI. [illegible] nr. 6. p. 162. sqq. — *Germanice* versum est opus Alexiados in *Schilleri* collectione [illegible] moiren etc. inscripta, Ienae vol. I. et II. prim. sect. 1790. 8. *Harl.*

ALEXII COMNENI, versus politicos, ad ἀνεψιὸν suum, *Alexium* [illegible] memorat *Labbeus* in bibl. noua MSS. pag. 132. s) hinc constat de tempore, quo [illegible]

q) Vide epistolas Georgii Richteri p. 241.

r) Io. Frid. Gronouius epist. ad Antonium Clementinum inter editas a Burmanno p. 681. *Narro tibi, Romae me partim mea, partim multo auro redemta manu descripsisse Alexiadem Annae Comnenae: et quia mendosum erat exemplar, cum Florentino ob* [illegible] *quam iam* [illegible]

s) Est in cod. bibl. publ. Parisinae MMC[illegible] nr. 7. it. in cod. caes. CCXCVII. nr. 21. v. Lam[illegible]

Spanea vixit, quem inter scriptores dubiae aetatis refert Caueus, διδασκαλίαν eius παραινετικὴν, Venetiis a Christophoro Zanetto, sine anni notatione editam, memorans.

Alexii Comneni, *Nouella de electione episcoporum* graece e MS. bibl. regis Christianissimi, cum Cotelerii versione prodiit in eius tomo II. monumentor. ecclesiae graecae pag. 178 — 199. Paris. 1681. 4. *Nouum Rationarium imperii*, in tomo quarto eorundem monumentorum siue in Analectis graecis post Cotelerii obitum per monachos Benedictinos cum Montfauconi versione editis. ibid. 1692. 4. p. 367 — 392. t) *Aurea Bulla* u) *de donandis et rebus sacris* non temere contrectandis nec in alios vsus vertendis [*] legitur latine in bibliothecis patrum edit. Paris. 1575. tom. V. et 1589. et 1654. tom. 3. et Colon. 1622. tom. XV. et Lugd. tom. XIX. pag. 957. et apud Baronium ad a. C. 1082. n. 10. seq. graece vero et latine in iure graeco-romano lib. II. pag. 124. vbi et aliae constitutiones occurrunt Alexii Comneni quidem pag. 123 — 147. ISAACI COMNENI pag. 120. IOANNIS COMNENI pag. 147. MANUELIS COMNENI pag. 149 — 167. ALEXII COMNENI secundi pag. 167. *Fabr.* De *Alexii*, *Isaacii*, *Ioannis*, *Manuelis*, *Alexii* II. *Comnenorum* nouellis, constitutionibusque vide Fabric. infra, libr. VI. cap. 6. vol. XII. pag. 421. sqq. — De *Alexio* Comneno, imp. a Chr. 1081. mort. a. Chr. 1118. qui nouo nomine Σεβαςοκράτωρ a fratre Isaaco est adpellatus, et cuius regnum nobilitatum est expeditione Latinorum sacrata s. cruciata, v. *Bachii* hist. iurispr. rom. libr. IV. cap. 11. sect. 1 §. 15. p. 620. ed. Stockmanni, et de eius nouellis, et aurea bulla, sect. 2 §. 21. p. 640. sq. *Christ. Godofr. Hoffmann* hist. iuris libr. III. c. 5. §. 11. p. 701. sqq. vol. I. Lips. 1734. — De *Isaacio Comneno Bach.* l. c. p. 618 — De *Ioanne* ac reliquis *Comnenis* id. l. c. pag 621. et 642. sq. — In bibl. *Coislin.* cod. CXXXVI. reperiuntur *Mich. Straboromani* opusc. ἀκέφαλον de vi astrorum ad imperat., Alexium Comnenum, et aliud opusc. *Manuelis Straboromani* ad eumdem imp. cum *Alexii Comneni* respons. ad *Manuel. Straborom.* teste *Montfauc.* p. 207. — pag. 103. sqq. bibl. Coisl. edidit idem Montfauc. ex cod. XXXVI. *Alexii Comneni* decretum circa vnionem synodi cum Leone Chalcedonensi et de imaginibus, opus antea ineditum, gr. cum versione lat. — Sub eo imper. quaedam synodus fuit CPolitana, fide codic. Coisl. XXXIX. v. *Montfauc.* l. c. p. 114. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCLI. MCCCLV. MCCCLXXI. et MMDCCCLXXII. sunt *Alexii Comn.* nouellae. — *Alexii rationarium nouum* cum vetere rationario Augusti Caesaris exstat in eiusdem bibl. cod. MDCLXX. 1 et 2. et in cod. MDCCXLIX. nr. 1. 2. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. II. nr. 81. significatio synodica sub imperio *Manuelis Comneni* de non faciendis nuptiis

bec. comment. V. p. 551. sq. qui etiam adnotat, Zanetum illas *paraeneses*, gr. s. a. edidisse. *Kollarius* vero in nota B. docet, illas paraeneses esse *Alexii Comneni* monita ad Spaneam, nepotem, versibus graeco-barbaris. *Harl.*

t) Infra in tom. X dicitur p. 474. in analectis* mem. siue tom. IV. monum. Cotelerii. Paris. 1688. 4. et ex emendatione cod. a *Iac. Gronou.* ad calcem operis patris de sestertiis. Lugd. Bat. 1691. 4. — In tomo autem XII. p. 856. inesse id traditur in *Montfauc.* analectis gr. Paris. 1688. 4. p. 316. *Harl.*

u) Eiusdem argumenti auream bullam, a Manuele Comneno promulgatam memorat *Io. Cinnamus* lib. VI. p. 161. quam Cangius in notis pag. 486. monet editam anno eius imperii XV. Christi 1158.

nuptiis septimi gradus cognationis; et nr. 84. *Alexii Comnen.* nouella de sponsalibus — in cod. XL. *Alexii Comn.* nouella de testibus producendis etc. in fine [illegible], quae apud Leunclau. in iure gr. - rom. II. p. 179 — 184. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 9 et sq.) — in cod. VI. nr. 2 plur. 80. *Alexii Comn.* de contractibus matrimonii sub titulo [illegible] ap. Leunclau. tom. I. lib. II. p. 126. — ac nr. 3. eiusdem responsum de iis, qui a sententia iudicis prouocant. (*Bandin.* III. p. 179. — De *Alexii* et *Manuelis, Comnenorum*, nouellis in cod. VI. caesar. v. *Lambecii* comm. VI. part. I. pag. 50. sqq. et inprimis *Kollarii* notam *A.* — [illegible] aureae bullae *Manuelis Comneni* in cod. caesar. LI. nr. 21. (*Lambec.* VIII. pag. 994. sq.) *Harl.*

De *Isaacii Comneni* scholiis in Homerum, characteribus ducum Troian. et paralipomenis Homericis dixi lib. II. cap. 7. § 9. [vol. I. p. 558.] et lib. 4. cap. 32. [vol. VI. p. 54.]

Manuelis Comneni Legatio, missa a. C. 1170. *ad Narsesin* v), *catholicum siue generalem episcopum Armeniorum*, ab Eutychis secta ad synodi Chalcedonensis doctrinam, (quae res successu etiam non caruit,) reducendum, exposita a legato, *Theoriano*, in διαλέξει, siue colloquio, quod de religione cum catholico illo habuit, quodque primus graece ex *Io. Sambuci* codice w) descripsit et cum latina versione sua edidit *Io. Leunclauius*, Basil. 1578. 8. adiunctis Leonis M. epistola ad Flauianum, Damasceno contra Manichaeos et Leontii ac Constantini Harmenopuli et Augustini atque Hilarii fidei confessione graece et latine. Recusum postea hoc Theoriani colloquium latine in bibl. patrum edit. Lugd. tom. XXII. p. 796. graece vero et latine in Auctario bibl. patrum, curante *Frontone Ducaeo* Paris. 1624. tom. I. p. 439. *Manuelis* Comneni *epistola ad Ludouicum VII. regem Francorum*, inter scriptores rerum [illegible]rum, a Marquardo Frehero vulgatos, tom. I. p. 419. *Fabr.* De *Man. Comn.* v. *Saxii* Onom. II. p. 257. et qui ibi laudantur VV. DD. *Harl.*

ANDRONICI COMNENI, qui ab mense Nouembri a. 1183. ad Septembrem a. 1185. CPoli imperitauit x), Isaaci Comneni filius, Alexii nepos, διάλεξις μετὰ Ἰουδαίων, *dialogus contra Iudaeos*, latine e codice Sirleti versus a *Io. Leunclauio*, distributusque in capita LXIV. et a *Petro Steuartio*, (cui Andreas Schottus eum transmisit,) in tomo singulari antiquae lectionis vulgatus Ingolstad. 1616. 4. y) atque inde in bibliotheca patrum tom. XIV. edit. Colon. 1618. et tom. XXVI. edit. Lugd. pag. 39. y) Graece MS. in codice Bauarico CXXVIII. et in caesar. Vindob. vt testatur *Lambecius* lib. V. p. 169. z) seq. vbi refellit Sirletum, qui hunc [illegible] putauit

v) *Theorianus* in legatione: καὶ χειροτονήσαντες τὸν καθολικὸν τῆς Ἀρμενίων χώρας Ν[illegible]. Hic Caveo, nescio qua ratione, *Nausesis* adpellatur, *Allatio* pag 668. de consensu utriusque ecclesiae, *Nosesses*. Nescio, idemne *Theorianus*, philosophus, cuius epistolam ad sacerdotes, montana loca incolentes, de ieiunio Sabbati, diuina communione, coniugio sacerdotum et non radenda barba [illegible] *Allatius* lib. de purgatorio pag. 690 822.

w) Qui est caesar. CCLIV. v. plura de eo in *Lambecii* comm. V. p. 350. sqq. *Harl.*

x) Vide Comnenorum tabulam genealogicam in *Cangii* familiis [illegible] Anna Comnena pag. 176) et [illegible]um pag. [illegible] apud *Lambecium* lib. V. pag. 170. [p. [illegible] ed. Kollar. add. *Saxii* Onom. II. p. [illegible]]

y) Et latine solum a *Basnagio* in Canisii lection. antiq. tom. IV. p. 219. qui [illegible] dubitat, Andronicum esse verum auctorem. *Hart.*

z) f. pag. [illegible]5. sqq. ed. *Kollar.* qui aduersus Basnagium ex scriptura potissimum inscriptioni codicis

putauit non ab ipſo Andronico ſcriptum, ſed iuſſu eius compoſitum ab Euthymio Zigabeno. Sane in verſibus graecis, codici MS. praemiſſis, diſerte legas opus ſcriptum ab Andronico, et Nicetae Choniatae p. 149. ed. gr. lat. Pariſ. teſtimonio conſtat, Andronicum fuiſſe γϱαμμάτων ἔμπειϱον, καὶ ἀνὰ ςόμα φέϱοντα ἀεὶ τȣ̃ Πνευματοϱήτοϱος Παύλȣ τὰ ἐπιςόλια. Porro Liuineii argumentum, quo dialogum hunc a. C. 1327. ſcriptum diſputat, et quo moti fuerunt viri docti, vt Andronicum Palaeologum eius crederent eſſe auctorem, facile refellitur. Ait nempe Liuineius, ſcriptorem annos iudaicae captiuitatis computare 1255. quibus ſi addas 72. a Chriſto nato ad Titi triumphum, fiunt 1327. Sed Andronicus c. 41. iudaicam captiuitatem non numerat ab exciſis per Titum Hieroſolymis; ſed ab captis a Pompeio, et ab Ariſtobulo in triumphum ducto, vt patet ex capite 39. *Nam regnante Ariſtobulo, Iudaeorum principe, Romani et ſacram vrbem corrupere, et Iſraelitarum gentem vna cum principe, Ariſtobulo et liberis, mancipio cepere. Ex quo tempore vaticinium omne et regnum atque Pontificium peſſum iit, Herode extraneo Iſraelitis ab romano rege impoſito, et auguſta veſte amicto.*

INDEX ſcriptorum et aliorum quorumdam, in Alexiade Annae Comnenae memoratorum,

ad paginas editionis Pariſienſis.

 Euripi-

codicis caeſarei, vna eademque manu, qua textus ipſe, exaratae, et ob aetatem venerabilis, Lambecii ſubſcribit iudicio. *Andronicus*, ein hiſtoriſches Gemählde aus den Zeiten der Kreutzzüge. II. part. von D. *I. G. Heynig*. Berol. 1795. 8. conf. Götting. ephem. litt. a. 1759. nr. 110. p. 1092. ſqq. *Harl.*

Tragoed[ia]

Tragoedia, praef. respicit Sophoclis Aiacem flagelliferum et Euripidis Hecub. v. 518.
Io. Xiphilinus, patriarcha CPol. 75.

IX. IOANNES CINNAMUS, [aa]) (ita enim rectius, quam a Labbeo *Sinnamus* scribitur,) grammaticus βασιλικὸς, hoc est [?] notarius [bb]) in aula CPolitana, scripsit post Manuelem Comnenum, a. C. 1180. exstinctum, [cc]), ἐπιτομὴν τῶν κατορθωμάτων τῷ μακαρίτῃ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ Κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ *compendium de rebus gestis Ioannis Comneni*, (qui ab a. C. 1118. ad 1143. imperitauit,) *libro I.* Deinde ἀφήγησιν τῶν πραχθέντων τῷ ἀοιδίμῳ υἱῷ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ Κυρίῳ Μανουὴλ τῷ Κομνηνῷ, *vberiorem enarrationem de imperio et rebus gestis, quibus auctor ipse magnam partem interfuit* [dd]), *Manuelis Comneni, Ioannis F. libro II. III. IV. V. et VI.* Tot enim in codice

 Vatica-

aa) Cinnamum vocat codex Vaticanus, et Nicetas Choniates Κίνναμον Ἰωάννην in Andronico Comneno lib. II. cap. 5. vbi refert, in imperatoris huius praesentia quaedam cum dixisse de verbis Christi Ioh. XIV. 28. *Pater maior me est*, quae Andronicus aegerrime tulit. Alios porro Cinnamis, quos Cangius et Hanckius commemorant, vt sunt 1) *Cinnamus tonsor* apud Martial. VII. 63. idem, vt volunt, de quo Iuuenal. I. 24.

Patricios omnes opibus quum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.

2) *Cinnamus*, de quo inscriptio vetus apud Gruterum p. DCIX. 9. RELIQUIAE CINNAMI, TI. CAESARIS AUG. FAUSTIANI. 3) *Cinnamus*, imperialis Spatharius et iudex Iuuenaciae, pater Pandonis Clerici, cuius mentio in diplomate Ioannis, archiepiscopi Barensis, circa a. C. 851. apud Ferdinandum Ughellum in Italia sacra, in episcopis Iuuenacensibus. 4) *Cinnamus*, sacrarum largitionum Comes, de quo Io. Cantacuzenus III. 36. hist. 5) *Cinnamus*, mysticus, ex principibus aulae, et Isaaci Panhypersebasti collega, de quo idem III 89. 95. et 97. *Mich. Psellus* apud Allatium de Simeonibus pag. 150.

Τοῦ ἐν πίστει καὶ συνεσιν μένοντος
Συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς Ἐκκλησίας,
Βάρδαις, Πρωτασίοις τε Κινάμοις πλέον etc.

His inquam Cinnamis plures alii addi possunt ex Gruteriano inscriptionum opere: nec non *Leo Cinnamus*, calligraphus, a. C. 1276. de quo *Combefisius* ad scriptores post Theophanem pag. 3?1. *Montfauconus* in palaeographia graeca pag. 65. 66. *Mich. le Quien* ad Ioannem Damascenum tom. I. p. 612. et *Boiuinus* ad Gregoram pag. 804. De eodem *Petrus de Marca* in diss. de decreto papae, Vigilii, pro confirmatione quintae synodi §. 1. vbi male vocatur Leo Cinnomus, in editione certe Francofurtensi, quae mihi iam ad manus. *Cinnamorum*, inquit Allatius, *familia ad haec vsque tempora non contemnenda in Graecia agnoscitur, Sinnamorum nulla est: quae etiamsi esset, cum illa historia Cinnamum praeferat auctorem, frustra operam ludunt, qui aliter proferunt, posterioris exscriptoris incuria decepti.* Fabr. Conf. *G. Caue* H. L. SS. eccl. tom. II p. 235. *C. Oudinus* comm. de SS. E. tom. II. p. 1600. *L. El. du Pin* nouv. Bibl. des AA. E. tom. IX. p. 2?2. *Hamberg.* z. N. p. 274. sq. *Saxii* Onom. II. p. 265. qui eius aetatem adserit a. Chr. 1177. *Harl.*

bb) Vide *Hanckium* lib. I. de scriptoribus hist. Byz. cap. 36. Cangium, praef. ad Cinnamum, atque in vtroque glossario, voce *Grammaticus.* Ita hoc vocabulum etiam accipiendum supra in Leone, grammatico.

cc) Hoc Cinnamus ipse perspicue innuit, qui lib. I. cap. 1. testatur, se scripturum res gestas a duobus imperatoribus, *quorum alter* (Io. Comnenus) *nobis necdum natis decesserat, alter* (Manuel Comnenus) *nostra aetate et floruit et exstinctus est, filio* (Alexio) *adhuc impubere, imperii herede relicto*, ὧν ὁ μὲν ἔφθη πρὸ τῆς εἰς τὸν βίον ἡμῶν προόδου τὸ ζῆν ἀπολιπών· ἕτερος δὲ ἤκμασέ τε ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἅμα τῷ βίῳ τὴν βασιλείαν κατέβη λιπὼν τῷ παιδί.

dd) Eodem loco Cinnamus refert, se, vixdum adolescentem, Manueli Comneno operam suam addixisse, et susceptis ab eo plurimis in vtramque continen-

Vaticano, qui (†) tempore captae a Turcis CPoleos ſcriptus eſt, et in editione Pariſienſi numerantur, quamquam Tollius in ſua editione ex tribus poſterioribus libris vnum, tres priores mole etiam excedentem fecit. Liber quintus incipit pag. 207. edit. Tollii a verbis ὀλίγῳ δὲ ὕστερον. Liber ſextus pag. 270. a verbis ἤδη δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ Δούκας. Hic ſextus ſiue poſtremus extrema parte mancus eſt, nec conſtat, ſeptimum tantum, cuius initium in MS. legi Allatius teſtatur, an plures etiam libros Cinnamus adiunxerit, hiſtoriamque, vt eſt perquam ſimile veri, ad obitum vsque Manuelis Comneni, hoc eſt ad a. 1180. perduxerit, quae enim exſtat eius Hiſtoria, deſinit in adparatu ad obſidendam Iconium a. C. 1176.

Poſt Alexiadem voluit Cinnamo quoque edendo operam ſuam addicere *Petrus Poſſinus*, vt ex *Simonis Wagnereccii* litteris, 1648. 29. Maii datis, apud Allatium pag. 139 de Simeonibus didici. *Cinnami*, inquit, *editionem Poſſinus noſter nunc adornat.* Sed et *Allatius* ipſe libro de Pſellis, a. 1634. edito, pag. 24. ſcripſerat *in Cinnamo vertendo illuſtrandoque diu ſeſe exercere.* Nec Poſſini tamen nec Allatii editio prodiit, licet Cinnamum curante Poſſino editum tradat Koenigius in bibl. Sed primus *Cornelius Tollius*, quam praefatione ad Palaephatum a. 1649. de Cinnamo vulgando dederat fidem, exſoluit, illumque ſcriptorem ex apographo *Iſ. Voſſii*, qui ex codice Vaticano ee) deſcripſerat, Tollioque vt ederet donaverat, graece cum verſione ſua notisque vulgauit Traiecti ad Rhenum 1652. 4. Poſtea *Carolus du Freſne* Tollii editionem recenſuit, opus non in quatuor, ſed ex MS. codicis fide, (quem tamen ipſe non videtur inſpexiſſe, neque in graecis ad illum caſtigandis operam poſuiſſe,) in ſex libros digeſſit, libros capitibus diſtinxit, Tollii verſionem pluribus in locis caſtigauit, notisque eius omiſſis, quod nihil fere ad hiſtoriae Cinnamicae illuſtrationem aut locorum difficilium emendationem contineant, nouas ipſe hiſtoricas et philologicas adiunxit, et cum notis ſuis ad Nicephorum Bryennium et Alexiadem, et cum Pauli Silentiarii deſcriptione templi S. Sophiae graece et latine edidit e typographia regia Pariſ. 1670. fol. [rec. in ed. *Veneta* corp. Byzant. 1729. fol.]

Dictio huius ſcriptoris ab omnibus celebratur pura ac terſa, et Xenophontis, quem initio operis laudat, aemula. Meritoque *Reineſius* in epiſtolis ad Foſium pag. 119. ait, cum ſe probare *non tantum ob ſtilum, qui grauis, purus, terſus, et ſaeculi, quo vixit auctor, plane inſolens, ſed et ob res: tangit enim ſubinde geſta imperatorum occidentis, quae apud hiſtoricos* (†) *eius temporis ſiue Italos ſiue Germanos fruſtra quaeras.* Loca quaedam in illo ſcriptore illuſtrat pag. 126. ſq. vbi addit, optime feciſſe Tollium, ſi chronologiam ſuo ſcriptori addidiſſet et genealogiam illuſtrium hominum, quorum facit mentionem. Prius illud etiam in Pariſienſi editione deſideratur, etſi illud iam ſi quis adgredi velit, facile illud queat perficere ex praeclariſſimi Cangii obſeruatis. Scriptores nullos citat Cinnamus niſi Procopium lib. V. pag. 127. (edit. Tollii 237.) videturque illum prae ceteris imitatus, non modo dictione, ſed etiam ſententiis, in quibus eſt, quod diuinae prouidentiae, quam fiendi mortales

tinentem (occidentem et orientem) expeditionibus praeſentem adfuiſſe. Τὰ μὲν τοῦ Μανουὴλ ἂν οὐδ᾽ ἄν τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορῆσαι ἔχοι. Ἐπεὶ καὶ ἔτι μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείσταις συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἠπείρους ἑκατέρας συνέβαινεν ἐκστρατειῶν.

ee) Meminit Voſſius pater lib. IV. de hiſtoricis graecis pag. 492.

les fortunam adpellant, omnia non vno in loco [ff]) tribuit, et quod lib. VI. p. 150. (edit. Tollii 278.) vbi controuerſiam theologicam, a *Demetrio* Lampeno motam, enarrauerat, ſubiungit, ſibi ſemper ita viſum, naturam DEI [gg]) curioſius inquirere nefas vtique eſſe mortali. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο περὶ τῶν τοιούτων ἀεὶ φρονῶν διατετέλεκα, ὅτι δὴ φύσιν Θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἀνθρώπῳ ὄντι οὐκοῦν ἀνέγκλητον. Ad ea, quae de monacho, *Niphone*, Bogomilo, narrat lib. II. pag. 36. ſeq. conferendus *Allatius* de conſenſu vtriusque eccleſiae pag. 669. ſeq. qui pag. 683 ſq. exhibet etiam ſententiam de patriarcha CPolitano, Coſma, depoſito a. C. 1144. quod cum Niphone faceret.

Manuelis Comneni, imp., ἀγχίνοιαν ſingularem, qua abſtruſiſſimas controuerſias et ex Ariſtotele propoſita argumenta promte diſſoluerit, et difficillima S. ſcripturae explanarit, laudibus effert lib. VI. pag. 148. et pag. 169. 170. vbi et τὸν Σιλέντιον eius λόγον celebrat, hoc eſt orationem ſacri argumenti, cum ſilentio in conſeſſu optimatum auſcultatam, de qua plura *Cangius* in notis et in vtroque gloſſario. Nicetas de eodem Manuele lib. VII. cap. 5. καὶ ὁ βασιλεὺς τοιγαροῦν οὗτος εὐγλωττίαν εὐτυχηκὼς etc. *Hic quidem imperator natura facundus et ſuauis ſermonis adfluentia ornatus, non elegantes tantum epiſtolas ſcripſit,* ἀλλὰ καὶ κατηχητηρίους ἄδινε λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπτυσσεν ἀκοήν, *ſed et catecheticos elaborauit ſermones, et publice recitauit.* Teſtatur etiam *Cinnamus* lib. IV. cap. vlt. ſe vidiſſe imperatorem, manu ſua venas ſecantem et medicamenta praebentem aegrotis, additque, multa, Aſclepidarum ſcientiae antea incognita, ab eius ſtudio et inuentione acceſſiſſe, quae, in Noſocomiis publicata, ab omnibus deinceps poſſint cognoſci. Denique inducit illum, aduerſus tota hoſtium agmina pugnantem ſolum et vincentem, lib. II. pag. 28. ſeq. 34. ſeq. et lib. V. pag. 112.

[P] Lib. IV. pag. 102. mentio de Baſilio, diacono, qui haereſeos calumniam leuiſſima de cauſſa viris praeſtantiſſimis impegit, atque inter alios Michaëli, euangeliorum in templo Sophiae interpreti et Nicephoro Baſilacio [hh]), rhetori: qui viciſſim Baſilii dogmata reprehendenda captarunt, ipſumque et ſuffragantem illi Soterichum Panteugenum [ii]), epiſcopum Antiochenum

ff) Pag. 23. 155. 232. edit. Tollii.

gg) Confer, quae e Procopio notaui ſupra pag. 249. ed. vet.

hh) Ἦν τις Λευιτῶν, οὓς διακόνους καλοῦμεν etc. *Erat quidam Leuitarum, quos nos diaconos vocamus, nomine Baſilius. Hic ad explicandum pene in omnibus vbicunque coetibus verbum diuinum conſtitutus, tum alios, qui vel tantillum offenderant, in illis concionibus nouarum et ambiguarum ſententiarum arguere,* καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Νικηφόρον. Ἐπίκλησιν Βασιλάκιον. ὧν ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς τόδε καιροῦ κατηχητὴς ἐτύγχανεν ὤν, ὁ ἐνιαυτὸν τὰ ἱερά τε ἐπὶ τὰ τῆς Σοφίας ἱερᾶ διεξηγᾶτο τῶν Εὐαγγελίων ῥητά. Ἅτερος δὲ εὐδόκιμος ἄλλα τε τῶν ἐν λόγοις ἦν, καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός, ἀτὰρ καὶ γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ Ῥητορικὴν μεμελέτητο αὐτῷ δεξιῶς. *tum etiam Michaëlem et Nicephorum cognomento Baſilacium, rhetorices ea tempeſtate doctorem. Michaël ſacros euangeliorum ſermones in Sophiae templo interpretabatur, alter vero celebris inter eruditos et orationum inſignis artifex, adeoque multa in rhetoricen erat egregie commentatus.* De hoc Nicephoro Baſilacio, ſiue Baſilaca, dixi ſupra lib. IV. cap. 30. pag. 411. ed. vet.

ii) Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σοφίᾳ καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων, ὃς καὶ τοῦ Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαχὼν

tiochenum designatum et singulari libro, quo Platonis in dialogis similitudinem referebat, dogma suum propugnare ausum, sacro munere depulerunt.

Pontificis romani arrogantiam grauiter perstringit lib. V. pag. 127. seq. indigne ferens, eum sibi vindicare potestatem creandi imperatores, et maiestatis eorum tam exiguam rationem habere. Οἷον γὰρ, inquit, οἷον ἡ Ῥώμης ἀρχὴ etc. *Qualem enim quantamque rem, Romae principatum scilicet, barbari foedaque mancipia cauponantur, eoque iis a multis tempestatibus neque Pontifex maximus, neque Augustus fuit. Iste enim, qui imperatorio nomine superbit, praeter decorum tantae personae, pedes ipse pontificem equitantem propter cursitat, et tantum non equi eius curator est: hic vero istum talem imperatorem vocat, et pari cum principibus nostris honore vult censeri. Lepidum caput, quomodo et unde tibi ius factum est imperatoribus romanis [?] pro stratoribus* [kk] *vtendi? sed quum neutiquam id usquam acceperis, et tu pontificem, ille imperatorem, mentimini. Tu enim, qui Byzantinum Augustum solium diffiteris esse solium Romanum, dic mihi, quo tandem auctore* [ll] *papae dignitatem sortitus es? Vnus est, qui haec statuit ac decreuit, Constantinus, primus inter imperatores Christianus. Qui ergo alterum quidem institutum eius libens accipis, (thronum dico et dignitatis inter episcopos excellentiam,) alterum vero conculcas et reiicis? Aut vtrumque accipe, aut etiam alteri cede. Sed meum est, inquit, imperatores creare ac designare. Sane, quatenus manus imponis, quatenus consecras: haec autem spiritualia sunt; sed non est tuum, imperium imperatoribus abrogare, et istiusmodi res nouas moliri. Nam si vestrum erat, transferre imperium, quare non olim de illo, quum Romae esset, aliter statuisti? sed alterius id facientis inuitus atque ingratiis constitutioni acquieuit iste, qui tunc temporis vestrae ecclesiae praesidebat. Tu vero incurris offendisque in te ipsum, et nescis, te tibi ipsum esse contrarium. Quorum enim non multo ante, imperatori gratificatus, ne alloquia quidem et adpellationes accipiebas, quod neque licebat; quos stratoribus accensueras; eos nunc nescio quo pacto facis Augustos, et illum, a quo et per quem et sub quo thronum nactus es, non dico barbaro, sed tyranno, sed seruo homini parem ponis. Sed, ais, tyrannide opprimor, sed vi cogor. Non habet locum praetextus. Heri et non multo ante imperatori Manueli scis, quae pactus sis; et si in... sueris, at ...*

pr...

λαχὼν ἄνω ἔτι κεχειροτόνητο. Ὁ τοίνυν Σωτήριχος ἐκ ἀπὸ γλώσσης μόνον καὶ στόματος δόξη τῇ ἐκείνων παρίστατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγε συντάξας, οἷον ἐκεῖνος ἐξουσίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἴσχων, πολλὰ ἐν τέτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι᾽ ἅπερ αὐτός τε τὴν τῆ θρόνα καθαίρεσιν ὑπέστη. Confer Allatii praefat. ad excerpta rhetorum, et aduersus Creyghtonum p. 523. seq. vbi ipsa synodi, occasione motuum illorum habitae, acta publicaturum se recipit.

kk) Partem huius inuectiuae ex Cinnamo, adhuc tum inedito, vulgauerat *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae p. 524. notans p. 525. apud Graecos quoque non inauditum, quod patriarchae equitantis summi duces et imperii administratores habenas equi tenendo obsequium ac venerationem suam testati.

ll) Infra pag. 131 ἐδεὶ γὰρ ἄλλῳ ὅτι μὴ βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀρχιερέα προβεβλῆσθαι τῆ Ῥώμης ἐξῆν. ... καὶ ἐξὸν ὀλιγωρία τῶν ἐν ... βασιλ... τὸ τοιᾶτον ἀπεσβέσθη ἔθος, ἐδεὶς ἄλλος ἐν Ῥώμῃ ἀρχιερέα καθίστη, ἀλλ᾽ Ἐπισκοπικῶν συνόδων καὶ τῆ ... τὴν Ῥώμην Ἀρχιερατικῆ ταῦτα ἐπελᾶτο. ... *quibus nisi romanus imperator creandi Romani pontificis ius habet. Ex quo igitur Byzantinorum imperatorum contemtus morem iam soluit, nemo quenquam Romae constituit pontificem, sed is per episcoporum et romani cleri ... concilium creabatur.*

praedicant, qui litteras tuas paginis exceperunt. Ceterum vernilitas haec est, ratioque agendi indecens atque illiberalis, et cetamen instar adaptas te vicissitudinibus fortunae, et cum temporibus mutaris. Verum haec longius, quam chronicis conuenit commentariis, exsequuti sumus.

NICETAS ACOMINATUS, Colossensis siue Choniates, (Colossae enim, Phrygiae ciuitas, sequioribus temporibus Chonae mm) dictae sunt,) [*] magnis dignitatibus nn) in aula CPolitana functus est, verum, capta a Latinis a. C. 1204. CPoli, Nicaeam cum vxore grauida liberisque profugus, ibi diem obiit supremum non ante annos postremos Henrici, Graecorum imperatoris, defuncti a. 1216. Vitam huius Nicetae scripsit frater germanus maiorque natu, sed illi superstes, *Michaël Acominatus,* oo) metropolita Atheniensis, in Monodia siue lamentatione

mm) Constantinus Porphyrog. I. themate 1. Κολόσσαι, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι.

nn) De illis fuse et accurate Hanckius. Pleraeque exprimuntur in titulo operis historici: τοῦ λογοθέτου τῶν σεκρετῶν, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεως, γεγονότος δὲ καὶ ἐφόρου καὶ κριτοῦ τοῦ βήλου, καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος κυρίου Νικήτα τοῦ Χωνιάτου ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Κυρίου Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ τοῦ Κυρίου Ἀλεξίου. Confer, quae infra in Indice scriptorum a Niceta laudatorum. *Fabr.* Circa a. 1189. ab *Isaaco Angelo* Philippopoli praeesse iussus erat, teste *Saxio* in Onom. II. p. 271. sq. vbi alios citat VV. DD. *Harl.*

catena v. infra in cap. 17. huius libri p. 737. ſq. vol. VII. vet. edit. et *Oudin* de ſcriptor. eccleſ. II. p. 716. ſq. — Secundum catal. codd. Angliae etc. tom. I. in cod. *Barocc.* nr. 26. excerpta quaedam e reſponſione *Nic. Heracl.* — nr. CCXV. reſponſiones *Nic.* ad varias Nicolai, Methonenſis, quaeſtiones. — nr. CCLXIV. inter codd. Thom. Roe, et tom. II. inter codd. Th. Gale nr. MMMMMMCMXXVI. reſp. ad quaeſita Conſtantini, epiſcopi, edit. a *Leunclauio* in iure graeco-rom. tom. I. pag. 310. — tom. II. catal. inter codd. *Th. Gale* nr. MMMMMMDCCCLXXXVII. *Nic.* catena in Salomonis prouerbia. — *Dublini* inter codd. coll. S. Trinitatis nr. DCCLIV. initium catenae gr. *Nic.* in Pſalmos. — *Nic.* catena in IV. maiores prophetas cum ſenariis verſibus in ſingulos praemiſſis, in cod. *Laurent. Medic.* IX. plut. 5. (*Bandin.* I. p. 19. ſq.) — et in cod. X. plut. 9. comm. in epiſt. Paulli; v. *Bandin.* I. p. 474. ſqq. qui tamen de auctore, Niceta, dubitat. At *Io. Lamius* non dubitauit, qui de illo cod. egit et in opere de eruditione apoſtolorum cap. XIII. ſect. 1. §. 9. nr. 72. et in praef. ad Delicias eruditorum, Florent. 1738. 8. in quo tomo non ſolum de illo Niceta, quem *Serronium* cognominauit, eiusque ſcriptis diſputauit; ſed etiam ex eodem cod. Nicetae enarrationem in epiſtolam I. ad Corinthios gr. cum verſione ſua latina, et notis, admixtis aliis ineditis, publicauit, praeterea inſeruit praefationi longam diſput. de memorabilibus corinthiae eccleſiae. — Init. praef. ſcribit Lamius, Nicetam fuiſſe primum eccl. CPolitanae diaconum et magiſtrum, dein Heracleae archiep. et claruiſſe a. 1070. — *Taurini* in bibl. reg. in IV. codd. exſtant catena in euangelia Matthaei et Ioannis; — expoſitio libri Iob.; catena Pſalterii ex patribus eccl. atque comm. in XIV. oratt. Gregorii Nazianz. v. cat. codd. gr. Laur. p. 69. 93. 70. et 310. — catena in Pſalterium a pſalmo LXXX. vsque ad fin. exſtat in cod. CXC. *Coislin.* v. *Montfauc.* B. Coisl. p. 244. — *Auguſtae Vindel.* Nic. (isque dicitur *diaconus*,) catena in euang. Lucae, in *Reiſeri* cat. codd. p. 9. fin. — et in cod. *Coislin.* CCI. vbi dicitur diaconus magnae eccleſiae et doctor v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 251. — *Florentiae* in bibl. Medic. cod. II. nr. 79. plut. 5. eſt exemplum editae ſynodicae conſtitutionis ſub Michaele, patriarcha, a *Niceta*, protoſyncello et chartophylace magnae eccleſiae a. 6565. de non faciendis nuptiis in ſeptimo gradu; editum quoque in *Leunclauii* iure graeco-rom. lib. III. p. 206. — et in cod. XL. nr. 57 plut. 5. alius ſynodicae ſententiae exemplum ab eodem *Niceta* a. m. 6560. (a. Chr. 1052.) in fine paullo auctius, quam apud Leunclau. l. c. p. 210. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 9. et 78. qui in indice tom. III. p. 549. hunc Nicetam chartophylacem cum *Nic.*, Serrarum archiep. et poſtea Heracleae metropolita, eumdem eſſe ſuſpicatur. — *Pariſ.* in bibl. publ. ſunt in cod. CCXXVIII. ſcholia in epp. Paulli — in *quatuor et viginti* codd. ſunt modo plures, modo pauciores Gregorii Naz. orationes cum *Nicetae Heracl.* expoſitione: in quatuor codd. ſunt reſponſa canonica ad Conſtantinum: — in cod. MMCDVIII. ſunt nr. 3. *Nic.*, *Serrarum epiſcopi*, hymnorum quorumdam eccleſiaſticorum explicatio grammatica et philologica; nr. 13. eiusdem verſus iambici, de rebus, ad grammaticam pertinentibus, et nr. 14. eiusd. obſeruatt. grammaticae, ſoluta oratione: de quibus aliisque grammaticis ac poeticis Nicetae opuſculis v. ſupra vol. VI. p. 346. — De Niceta Heracl. catenisque eius editis v. *Hamberger* Z. N. III. p. 766. ſqq. add. *Saxii* Onom. II. pag. 192. — Lamius in praef. mem. p. XVIII. monet, Nicetae falſo tribui ab Allatio refutationem

epiſtolae

epistolae, ab Armeniae principe missae, ac defensionem synodi Chalced... ... lat. edit. in *L. Allatii* Graecia orthodoxa, tom. I. p. 663. perperam quoque ... illi a *Casim. Oudino* collectionem diuersarum opinionum et haeresium cum refut... ex SS. patribus, „id quod, ait Lamius, iam tempestiue animaduerti in Prologo ... to, praefixo primae parti *Chronici Leonis Vrbe...* vbi hunc Laurentian. codicem ve... ro suo auctori, *Nicetae Choniatae*, vindicaui.“ *Harl.*

[*Georgius Niceta*, cuius *epistola de creatione hominis* ex cod. Vindobon. in epitome Gesneriana, et ex hac ab Allatio in diatribe de Georgiis citatur, est nomen fictum et ex compendio scripturae in illo codice, *Greg. Niss. Ep.* male intellectae, ortum: nomen ... dum esse, *Gregorius, Nyssenus, episcopus de creatione hominis*, et hunc esse ... rentem, docuit *Lambec.* comm. I. p. 91. sq. vbi v. not. Kollarii. De alio v. supra Vol. V p. 648. *Harl.*

[*Niceta Gothus:* quem Athanaricus rex comburi iussit, et cuius memoria in martyrol... romano celebratur d. XV. Sept. cuius historia, conscripta ab Simeone, metaphraste, exstat in codd. caesar. latine edita a *Laurentio Surio* tom. V. de probatis Sanctorum historiis d. XV. Sept. — gr. ac lat. a *Stiltingo* e cod. Paris. in actis Sanctorum ad XV. Sept. tom. V. pag. 40 sqq. v. *Lambec.* et *Kollar.* comm. de B. caesarea, Vol. IV pag 135. *Harl.*]

Nicetas, *Maronita*, vide infra, Thessalonicensis.

Nicetas, *monachus*, vide Pectoratus. Alius *Nicetas, monachus*, saec. IX. ad quem Theodori Studitae, epistola. Alius, *monachus*, in Acapniotarum monasterio, circa a. C. 11... scripsit dialogi more disputationem de controuersiis fidei inter Latinos et Graecos, habitam Thessalonicae a Basilio, Achrideno, archiepisc. Thessalonicensi, et Henrico, ... episc. Beneuentano. Exstat MS. in bibl. Vindob *) et incipit: Μανουὴλ τῷ ἐκ ... τῷ Θεῷ πιστῷ βασιλεύοντος, καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, τοῦ Κομνηνοῦ καὶ ... γεννήτου διάγοντος ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ἱκέτης ἀνὴρ ἐξ ... Βενεβεντοῦ, ἀρετῇ καὶ λόγῳ κεκοσμημένος. *Harl.* In cod. *Bodleian.* (teste *Plaero* in itinerario per H... p. 184.) *Nicetae, monachi*, habitationis Studii Aethati centuria I. practicorum capitum. Secunda Naturalium, et tertia Gnosticorum cum libro ... cum Marco, monacho. — Eiusdem de anima, et parasido, (an, ...) et de coelesti atque ecclesiastica hierarchia. (v. infra in *Niceta Pectorato*, de cod. Veneto Marc.) — Eiusdem et aliorum varia capita. *Harl.*

[*Nicetas*, *medicus*, vid. *Nicetas*, *chirurgus*. *Harl.*]

Nicetas, *Muntanus*, siue Μουντανὸς, patriarcha CPol. ab a. C. 1186.

Nicetas, *Mytilenaeus*, vide Thessalonicensis.

[*Nice...*

*) In cod. CCXIII. nr. 11. v. *Lambecii* comm. V pag. 88. ibique Kollar.

[*Nicetae*, episcopi *Naupacti*, syntagma in Matthaei euangelium ex Io. Chrysostomo citatur inter codd. Vossianos in bibl. acad. Leidensi pag. 401. nr. 4. *Harl.*]

Nicetas, chartophylax, *Nicaenus*, de caussis, ob quas a CPolitana ecclesia romana diuisa est, citatur ab *Allatio* de consensu pag. 477. et de synodo Photiana pag. 203. vbi decimum quartum schisma numeratur Photianum. MS. in bibl. *Medicea* pluteo VII. nr. 19. f) et in bibl. regis Galliae cod. MCCCXXXIV. hoc titulo: Κατὰ πόσοις καιροῖς, καὶ διὰ ποῖα αἰτιάματα ἐσχίσθη ἀφ' ἡμῶν ἡ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία.

[P] Nicetas, *Paphlago*, Nicetas, *Paphlagoniae* episcopus. Vide supra, Nicetas Dauid.

Nicetas, *patriarcha* CPol. Vide Dalmata et Mundanus.

[*Nicetas*, *patricius*; — *Nicetas*, *praepositus*; — *Nicetas*, *Spatharius*, fuerunt inter illos, ad quos Theodorus Studita scripsit epistolas in codd. *Coislin.* seruatas. vid. *Montfauc.* Coisl. bibl. p. 313. 148. 149. 324. *Harl.*]

Nicetas, *pectoratus*, siue Sterno, (στηθατὸς) presbyter et monasterii Studiensis, quod CPoli fuit, monachus, acer Latinorum et Armeniorum aduersarius circa annum Christi 1053. de cuius scriptis consulenda, quae obseruauit Caueus. Ex libro [de process. Spiritus S. ex solo patre,] de Azymis, Sabbatorum ieiunio et nuptiis sacerdotum contra Latinos, locum graece etiam profert *Allatius* lib. de purgatorio p. 870. g). Hunc Nicetam, a papae Apocrisiariis consequutum perfectam propositionum suarum solutionem, iterum sponte anathematizasse omnia dicta et facta vel tentata aduersus romanam sedem, sicque ab eis in communionem receptum, effectum esse eorum familiarem amicum, scribit *Wibertus* in vita S. Leonis II. 5. Idem tradit, inuectiuam responsionem Cancellarii Romani Friderici, Nicetae oppositam, fuisse de latino translatam graece et coram imperatore recitatam; Nicetam vero coactum *) damnare et comburere sua scripta, habita disputatione apud monasterium Studii in vrbe CPolitana. *Fabr.* Conf. de illo *Guil Caue* h. l. litt. SS. ec l. tom. II. p. 136. *Hamberg.* Z. N. III. p. 759. et *Saxii* Onom. II. p. 181. *Schroeckh.* Hist. Eccl. XXIV. p. 219. sq. — *Nicetae*, *pectorati*, libell. contra Latinos editus et ab Apocrisiariis apostolicae sedis CPoli repertus, latine cum refutatione *Humberti*, patris purpurati, (de quo v. *Saxii* Onom. II. p. 180. et quos ille laudat.) in *H. Canisii* lectt. antiq. tom. III. p. 305 ed. Basnage. — Eiusdem carmen iambicum in Simeonem, iuniorem, gr. et lat. in *L. Allatii*

f) In cod. *Mediceo* incipit: πρῶτον ἐπὶ Γρατιανοῦ βασιλέως διὰ Παυλῖνον τὸν τῶν εὐσταθιανῶν ἀρχηγὸν, in eoque opusculo quatuordecim referre schismata. scribit *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 263. nr. 8. — *Paris.* in bibl. publ. sunt tres codd. in cod. CCXXVIII. nr. 7. *Nicetae*, *Nicaeni*, capita varia haereseos; it. caussae, cur ecclesia rom. a CPolitana diuulsa sit. — In cod. MCCCX. nr. 16. et MDCCLXVI. nr. 17. quoties et quibus de caussis ecclesia rom. discesserit a graeca. *Harl.*

g) Conf. eumdem Allatium de eccl. occid. et orient. perp. consens. II. 9. §. VI. *Harl.*

*) Ab imp. Constantino, monomacho, hortantibus Humberto, cardinale, ceterisque sedis apostolicae legatis. v. *Baron.* ann. eccles. tom. XI. a. 1054. nr. 20. 21. *Harl.*

latii diatribe de Simeonibus, pag. 168. — In msstis codicibus *Laur. Mediceis* et *Vindobon.* caesar. seruantur varia: in cod. Med. XIX. nr. 3. et cod. *Vindobon.* CCX nr. 6. opusc. ineditum, capitum asceticorum tres centuriae, v. *Bandin.* codd. gr. bibl. Laurent. I. p. 262. et *Lambec.* comm. de bibl. caesar. V. p. 216. — in cod. *Medic.* XV nr. 25. plut. 9. et caesareo cod. CCXLVII. nr. 21. atque cod. CCLXXXIII. nr. 7. Latinos de azymis, ieiunio Sabbati et nuptiis sacerdotum. (*Bandin.* ib. p. 415. et *Lambec.* V. p. 263. sq. ac p. 476.) — In cod. XXX. plut. 10. est ἐκλογὴ capitum ex sanctis patribus. Praefatio, quae praecedit, a Montfaucon. in catal. tribuitur *Nicetae.* Ex Niceta autem aliisque scriptoribus eccl. quorum nomina in margine sunt adscripta, adornata est haec collectio, teste *Bandin.* l. c. p. 494. sq. — In cod. *caesar. Vindob.* CCLXXXIII. nr. 9. est eiusdem oratio prima inuectiua contra blasphemam Armeniorum haeresin, vt scribit *Lambec.* V. p. 477. — in cod. CCLVI. nr. 18. excerpta ex Photii, *Nicetae Stethati* aliorumque Graecorum opp. contra Latinos de processione Spiritus S. de azymis etc. (*Lambec.* IV. p. 339.) — in cod. XLV. nr. 56. *Nicetae Stethati* centuria tertia epistolarum, epistolae tres de canonibus ecclesiasticis. (*Lambec.* VIII. p. 941. sq.) — In cod. Baroce. LXIX. bibl. Bodlei. *Nicetae, pectorati* centuria II. — eiusdem περὶ τῶ κατ' εἰκόνα. — Inter codd. *Norfolc.* graec. (cat. codd. Angliae tom. II. p. 84.) MMMCDXXXIV. *Nicetas Pectoratus* de coelesti hierarchia, et *Nicetas, diaconus*, in Nicetam Pectoratum. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXX. tres centuriae capitulorum asceticorum. — cod. CC. nr. 13. et CCLXXXVII. fol. 134. de azymis, de ieiunio Sabbati et de nuptiis sacerdotum. — cod. CCCXXXII. de anima et de paradiso: tertium, in prooemio memoratum opusc. de hierarchia angelica et ecclesiast. desideratur in illo cod. v. catal. codd. gr. Taur. p. 269. 298. 384. 415. — In cod. *Veneto* Marciano DLXXV *Nicetae Stethati* op. in Hexaëmeron: diuiditur in capita XV. quorum primum inscribitur λόγος περὶ ψυχῆς καὶ πρῶτον περὶ ἀγγέλων. — de paradiso terrestri capita V. — aliud opus in capp. VIII. distributum, quorum primum inscriptum est λόγος προτρεπτικὸς εἰς μετάνοιαν etc. v. cat. codd. gr. Venet. p. 301. vbi confector catalogi, „haec Nicetae, ait, opera non recensentur a bibliothecarum scriptoribus, quos vidimus." Sed forsan partim partes opusculorum sunt, partim eadem opuscula ipsa, quae tum in cod. *Paris.* mox memorando aliisque nominantur, tum quae in bibl. Escorial. extare, et a Plüero *Nicetae, monacho*, adscripta fuisse supra in: *Niceta, monacho*, vidimus. — *Parisiis* in bibl. publ. cod. CCCLXII. nr. 13. capita ascetica in tres centurias diuisa: — in cod. MMDCCXLVII. nr. 2. liber de paradiso intellectuali, de libertate, de natura actionum, de animae facultatibus et oratione. — Simeonis, theologi, vita a *Niceta Stethato* scripta: v. *Fabr.* B. Gr. Vol. VII. de elogiis vitisque Sctorum, p. 142. ed. vet. et Vol. VIII. p. 136. inter Melodos Graecorum *Nic.* in librum hymnorum Simeonis MS. in bibl. Bodlei. cod. V. *Barocc.* *Harl.*

Nicetas, *protospatharius* et *Drungarius* nauticae classis, qui scripsit codicem Colbertinum CDIC. operum Basilii M. in carcere Africae a. C. 971.

Nicetas, *pythagoreus.* Vide infra, Syracusanus.

Nicetas,

Nicetas, *rhetor*, quem audiuit Seneca, pater, Suasoria 3. vbi et impetu suo Graecis valde placuisse narrat. Meminit eiusdem Suasoria 2. et Controuers. 4. 5. 7. 8. etc.

Nicetas Sacerdos, et ipse *rhetor*, quem Romae auditum a se et Quintilianum refert Plinius VI. 6. epist. [ubi v. Catan. et Cort.] Meminit illius etiam auctor dialogi de caussis corruptae eloqu. cap. 15.

Nicetas, *rhetor*, vide supra, in Nicetas Dauid.

[*Nicetas Sceuophylax.* Nominatur ab anonymo gr. vitae Chrysostomi inter eos, qui Chrysost. vitam enarrarunt. Vide *Montfaucon*, in ed. Chrysostomi tom. XIII. praef. pag. IV. et V. *Lambecium* comment. de bibl. Caesar. de cod. XXVII. Vol. VIII. p. 635. sqq. ibique *Kollar.* not. A, qui de fide et auctoritate illorum in rebus historicis consulere iubet Acta Sctorum m. Septembr. tom. IV. pag. 406. *Harl.*]

Nicetas *Scutariota*, cuius *Homilias* III. MSS. in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio* V. pag. 190. [p. 398. ed. Kollar. cod. CCLXIII. nr. 2.] Sed alius est Theodorus Scutariota, de cuius scholiis ad Nicetae Choniatae thesaurum supra dicere me memini. Nicetae Scutariotae *epistolae* et *de arte rhetorica* MSS. in bibl. regis Christianissimi. *Fabr.* In catal. codd. Paris. in cod. MDCCXLI. nr. 14. citatur *Nicetas Scutariotes*, quod veteres scriptores potissimum sint legendi. In cod. *Laur. Med.* VII. nr. 43. plut. 55. est titulus tantum Σχέδας etc. *scheda*, *continens varia poëmata* seu sensa *domini Scutariotae*, et primus versus. v. *Bandin.* de codd. gr. II. p. 266. De epistolis v. quoque Fabr. supra Vol. I. p. 703. *Harl.*

[†] Nicetas *Seidus*, Latinorum aduersarius, ex cuius opere fragmenta apud *Allatium* contra Hottingerum pag. 591. et de consen u pag. 209. 211. 214. 476. 535. 1111. seq. Theodori Prodromi aequalem fuisse, hoc est circa saeculi XII. initia vixisse, notat p. 630. *Fabr.* Ex eius orat. de Azymis est locus de celebranda in die XXV. Martii resurrectione dominica, in cod. *Laurent Medic.* XIX. nr. 9. plut. 7. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 263. — In bibl. *Bodl.* in cod. *Barocc.* CXXXI. Nicetae Σεΐδου πρὸς Λατίνους — περὶ γενέσεως τοῦ Ἀδὰμ, τῆς Εὔας, τοῦ Σὴθ· καὶ περὶ τῶν κατ' εἰκόνα. καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἤτοι περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Harl.*

Nicetas *Serron*, supra, Heracleensis.

Nicetas, *Smyrnaeus*, *sophista*, sub Hadriano, Nerua et Traiano clarus: de quo *Philostratus* de vitis Sophistarum lib. I. cap. 19. et Suidas. Hic a Sacerdote diuersus mihi videtur, quia non reperio, eum Romae docuisse, sed Smyrnae honores gessisse, et vsque adeo non fuisse contentum scholasticorum clamoribus, quod de priore illo scribit dialogi auctor, vt professus sit, laudantem se magis quam conuiciantem vulgum extimescere. Omnino autem adsentior doctissimo amico nostro, Godfrido Oleario, qui Nicetam hunc, de quo Philostratus, eumdem esse putat cum *Niceta*, Herodis, irenarchae, patre, fratreque Dalces, cuius mentio in martyrio Polycarpi apud *Eusebium* IV. 15. hist. pag. 131.

131. 134. In eumdem *Nicetam*, *sophistam*, Antomedontis epigramma legitur in anthologia epigrammatum graecorum lib. I. cap. 44. p. 95. edit. Wechel.

Nicetas *Stethatus*, et Nicetas *Studita*, vide supra, Pectoratus.

Nicetas, *Syracusanus*, pythagoricus philosophus, apud *Ciceronem* 4. Academ. quaest. qui Eusebio XV. 55. de praeparat. Ἱκαίτης, Laërtio VIII. 15. Ἱκέτας, Plutarcho III. 9. de placitis Οἰκέτης. *Fabr.* *Hicetam* fuisse pythagoricum philos. nec *Nicetam*, philos. pythagor. exstitisse, demonstratum est supra in Vol. I. p. 847. voc. *Hicetas*. Add. *Muret.* var. lect. libr. XI. cap. 14. *Harl.*

Nicetas, Maronitae Mytilenaeus, ex archidiacono et chartophylace magnae ecclesiae CPol. metropolita *Thessalonicensis*, quem cum Niceta Choniata perperam confundit index catalogi MSS. Angliae tomo I. h) Scripsit circa a. C. 1201. *Dialogos sex de processione Spiritus S.* λόγες ς´. πρὸς διάλογον ἐσχηματισμένες περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τε ἁγίε Πνεύματος i) Interloquutores sunt Graecus et Latinus, quos Latinus fucus conciliare inter se conatur. Incipit dialogus 1. Φέρε δὴ ὦ Λατῖνε τὸ ἐριστικὸν καὶ φιλόνεικον 2. Ἀπαγγέλλω μὲν ἔναγχος, ὦ Γραικὲ, πολλὰ ἄτοπα. 3. Ἐπὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν καὶ αὖθις τιθέμενος. 4. Φέρε δὴ νῦν ἴδωμεν, ὦ Λατῖνε, καὶ εἴ τινες. 5. Λοιπὸν εἰ ἀεὶ λόγος ἕτερος, ὦ Λατῖνε, τε δόγματος, φράσον. 6. Ταῦτα δὴ φημι καὶ αὐτὸς, ἀλλά τινες. Consule *Allatium* de consensu II. 13. 5. p. 705. seq. vbi Hugonem Etherianum ab eo confutatum [?] adnotat. k) Idem ex dialogo sexto insigne fragmentum adfert lib. contra Hottingerum p. 407. seq. *Nicetae*, archidiaconi et chartophylacis CPol. anathematismi XI. contra l) Io. Italum, philosophum, Mich. Pselli discipulum, MSti in bibl. Vindobonensi. Vide *Lambecium* III. p. 165. sqq. [p. 408. sqq. ed. Kollar. in cod. LXXVII. nr. 74.] et *Allatium* de consensu II. 10. 3. p. 630. vbi illos in Triodio exstare et in graeca ecclesia, dominica orthodoxiae recitari notat. *Expositionem canonum* siue hymnorum *S. Ioannis Damasceni* MS. in bibl. Vindobonensi memorat *Lambecius* III. pag. 39. [p. 105. ed. Kollar. de cod. XXV. nr. 4.] *De miraculis S. Demetrii, martyris*, MS. in bibl. Bodleiana codice Barocciano CXXXI. *Responsa canonica* ad interrogata Basilii, Cappadocis, monachi, graece et latine in iure graeco tom. *Leunclauii* lib. V. pag.

h) Secundum catal. codd. *Angliae* etc. exstat in cod. *Barocc.* LXVIII. *Nicetae, Thessalon.* metropol. Echi et canones; in cod. autem CLVII. eius expositio primi et secundi ἤχε vsque ad odam sextam — Inter codd. *Seldeni* LIII. nr. 11. siue in cat. nr. 3 MMCCCLXXXIII. *Nicetae, Thessalon.* tribuitur prologus de peregrinatione et actibus S. Ioannis, euangelistae; in cod. Barocc. CXXXI. fin. de miraculis Demetrii, martyris, et in Aduersariis *Langbaeni* (in catal. I. p. 268.) Vol. II. nr. 25. ex eiusdem opusculi protheoria. *Harl.*

i) Exstat *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XXXVII. nr. 2. plut. 31. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. pag. 114. *Harl.*

k) Add. *Allatium* de processione Spiritus S. p. 618. 619. *Stephani de Altimura* Panopliam aduersus schisma Graecorum p. 323. sqq.

l) Fallitur *Lambecius*, qui per Ioannem illum intelligit *Philoponum*. *Fabr.* Sed ipse *Lambec.* agnouit errorem suum et correxit in additamento XIV. quod *Kollarius* Vol. III. p. 411. seq. not. A. subiecit; et Lambecius copiose disputat de *Ioanne, Italo*, eiusque fatis placitisque. adde *Lamb.* lib. VII. p. 317. sqq. de cod. LXXXVI. et *Io. Italo*. *Harl.*

pag. 345. atque iterum lib. VI. pag. 410. Fuit etiam alius *Nicetas*, archiepiſcopus *Theſſalonicenſis*, antiquior, circa a. C. 1133. Vide *Montfauconi* Palaeographiam Graecam pag. 60.

[*Nicetae, philoſophi*, (num Byzantinus is ſit, an Dauid Nicetas, non additur,) encomium ſanctorum Anargyrorum, Coſmae et Damiani, eſt in cod. *Taurinenſi* CIII. fol. 57. v. catal. codd. gr. Taur. p. 193. vbi illius confector, exſtat, ait, in *Syntagmate hiſtorico veterum Graeciae monumentorum de SS. Anargyris Coſma et Damiano*, Roma ab Allatio transmiſſo editoque cum *Wagnereccii* et *Reinholdi Dehnii* interpretatione. Vindobonae 1660. pag. 26. *Harl.*]

[*Nicetae, philoſophi*, (neſcio, cuius?) in Daphnin verſiculi iambici, in cod. *Laurent. Medic.* X. nr. 70. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 28. *Harl.*]

Index Scriptorum, et aliorum quorumdam, qui in Nicetae Choniatae hiſtoria Byz. memorantur.

ad paginas editionis Pariſienſis.

Aaron Iſaacius, latinus interpres. 95. 96. ob magiam et perfidiam excoecatus, linguaque exſecta ibid.

Ad Abgarum Chriſti litterae. 223.

Aeſopicus canis 260. Fabula de culice, qui poſt leonem oppugnatum, araneae filo implicitus omnem gloriam amiſit, 317. de leone ſub aſini pelle. 41.

Agarenus, θαυματοποιὸς, Icari more miſere cadens. 78.

Alemannorum in terram ſanctam expeditio ſub Conrado, imp. 41. ſeq. Alemanni, perinde vt Armenii, imaginum cultum reſpuunt, et azymis vtuntur in S. Coena. 257. Alemannicum tributum. 308.

Alexandri M. vox: τὰ τῇδε καὶ τὰ τῇδε πάντ' ἐμά. 309. οὐδ' Ἀλεξάνδρῳ φασὶ τὰ ἐπὶ πᾶσιν ἀπρόσκοπα. 393. Eius pectus hiſpidum. 231.

Alexius, Contoſtephanus, aſtrologus. 293.

[P] Alexius, Comnenus, Bryennii F., a Niceta monaſticis cerimoniis initiatur, et vocatur Athanaſius. 272. 273.

Ad Alpheum, fluuium, et Arethuſae fontem adlocutio, et diuinatio de mutanda Latinorum fortuna. 393.

Amazones Alemannicae cum Pentheſilea ſua chryſopode. 41.

Andronicus Comnenus, βεβαρβάρωται χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. 200. eruditorum fautor; ſed diſputationibus de religione infenſus 212. oraculum engaſtrimythi et hydromantiae adit, et ſiniſtra proloquutum ſpernit. 217. 213. Eius oratio de negligentia imperatorum. 209. eruditio 149. praeſcit primam litteram nominis ſucceſſoris. 172. eius veneficia. 167. litterae eius Bellerophonteae, Lapardae datae 180. ſeq. Theodoſii, patriarchae, de eo iudicium. 164. iam interficiendi querelae. 224. vox Κύριε ἐλέησον, et ἵνα τί κάλαμον συντετριμμένον προσεπιτιλᾶτε. 225. ſtatua eius, imagine Saturni. 213. Epicureus et Chryſippeus, laſciuia et amoribus perditus. 206. Conſtitutio in naufragorum

Elias,

Imagini-

id. 22. τὴν λεοντὴν ξυνέχειν τῇ ἀλωπεκῇ 41. 184. Lupus fub pelle ouina delitefcens. 161. Multis lacrimis tegere dolorem. 118. Μαλέαν ἐπικάμψας ἐπιλάθȣ τῶν οἴκαδε. 50. mortuo in aurem infufurrare. 107. Mercurium Moly deftituit. [!] 224 Sirenius cantus. ibid. Μυρμιδόνων μῦθος. 230. Muftelam febum prodidit. 387. ἵπτασθαι κατὰ πήγασον, pegafi inftar. 248. ὡς ψιλότερος. 224. Piftillo nudiores. 49 399. Protei inftar. 42. 159. 316. Sirenum cantus. 135. Tantali faxum. 169. Tantalea fitis 338. Tenedia fecuris. 413. pecunias prodire vetat, vt Danaën Acrifius. 39. pecuniam νεῦρα τῶν πραγμάτων ἀρίςως τῶν πάλαι τις κατωνόμασε. 42. fumum tributi dum fugiunt, praecipitant fe in ignem feruitutis 49. ἐξοςρακίζεσθαι. 54. Ὅσπαν ἀνασπᾶν ἢ τὸν Ἄθων ἐπικυλίνδειν. 55. εἰρήνης ὁ πόλεμος πρύτανις fequeftier pacis bellum. 60. ἀνὴρ ἑρμαϊκὸς ὁμȣ καὶ ἀρεϊκός. 63. φιλεῖ τὸ ἀρχόμενον ἐξομοιȣσθαι τῷ ἄρχοντι. 69. Ἡράκλειος σκύφος. 75. Θηρίκλεια χρύσεα. 79. chamaeleontem periurum ad veritatis candorem reducere. 89. Omphalae feruiens Hercules. 91. Perfei praeftigiae. 94. ναυτικὴ ἀπαιδευσία δραςικωτέρα πυρός. 109. (confer Ifidorum Pelus. II. epift. 300) κοιλάς κλαυθμῶνος καὶ ςομίον ᾅδȣ. 122. Phaëthon paternum adminiftrans currum. 146. Ixion pro Iunone nubem comprehendens. 148 procul a Ioue procul a fulmine. 148. monedulae ad aquilam confluentes. 149. Polypus petris adhaerens. 6. 151. vt equus curfor flagellis concitatus. 158. leonem rugientem irritare et camelum ad folitum vomitum prouocare. 164. Θεοκάπηλοι. 167. res fole clarior. ibid. Cyclopia coena. 171. aquilae fenium, corydali iuuenta. 175. τὴν νεύȣσαν εἰς ᾅδȣ κληρȣμενος πλάςιγγα. 180. a prouidentia ex libro vitae deletus. ibid. Phineus ab Harpyis fpoliatus. 182. Priapus. 128. Tithono et Saturno annofior. 2. 182. Caeneus ex muliere vir factus. 183. victima Telchinum. 200. infames Cambyfes, crudelis Tarquinius aut Echetus et Phalaris, vel hofpitum mactatores Taurofcythae. 200. chimaerae inftar iuncta inter fe pugnantia. 204. Bacchi inftar τὰς Θυάδας, Σοβάδας, Μαινάδας, Βάκχας ducentis. 206. Τιτανικὸν ἐμβρίμημα. 207. ex viperae carnibus panaceam venari. 208. Aeoli vtres, quibus ventos compefcit. 211. cymba Charontis. id. Iolaus hydram Herculi exurens. 215. Sardonius rifus. 218. Cyclopum more carnem et fanguinem vorare calidum et adhuc ftillantem. 220. μέγας πρεπης. 221. fenex σορεδαίμων. 222. Centauri inftar partem hominis habens. 227. afpidi, aures obturanti, canere, Aethiopem lauare. 15. clipeus plane Hectoreus. 16 λῆροι μακροί. 17. ὑπτίαις χερσὶ προσδέχεσθαι. 18. [!] Heliadum inftar flere. 25. lucernam in meridie accendere. 29. ἀπόσιτοι καρυκευμάτων ἀρεϊκῶν ibid. τοῖς δέρασιν ὄρη μετεωρίσειν καὶ μεταθήσειν κομπάζοντες. 231. τῶν χαρωνείων οἰκήσεων ἄξιος. 232. ȣ̓χ ὥσπερ ἀπὸ ῥινὸς, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ὤτων εἵλκε τὸν Αὐτοκράτορα. 261. Euripo inconftantior. 273. 288. phoenicis inftar raro confpici. 282. feq. iudicio tamquam lapide Herculeo vti. 287. fi aqua fauces ftrangulat, quid bibemus? 291. mare arare, terra navigare, montes in medium mare transferre, Olympo Athon imponere 292. fq. capita pro fcabellis fupponere. 293. flatus vehemens ex antro Corycio erumpens. 298. oculi auribus fide digniores. 299. vbi in latino citatur Comicus et fententia adfertur, quae in graeco non exftat. Fama ad lapidem Lydium, λίθον μάγνησσαν, actiones ipfas et experientiam exigenda. 299. Ἄρεος τρόφιμοι. 307. Antonios et Auguftos fomnians. 309. non magis rem nouit, quam qui in extrema Thule habitant. 312. Ἀρτέμων ὁ περιφόρητος.

X. GEORGIUS ACROPOLITA, (propium hoc familiae, [m]) non, patriae nomen,) pater fuit *Constantini Acropolitae,* [n]) qui parentis exemplo magnus Logotheta [o]) in aula

m) Vide *Allatium* de Georgiis p. 355. et *Hanckium* de Byz. rerum scriptoribus lib. I. cap. 33. *Fabr.* Add. *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 312. *C. Oudinus* in Comm. de SS. eccl. tom. III. p. 465. *Hamberger* Z. N. IV. p. 535. sqq. et *Saxii* Onom. II p. 316. *Harl.*

n) *Pachymeres* in Mich. Palaeologo VI. 26. confer *Papebrochium* tom. VII. Act. Sanctor. Maii p. 68.

o) Constantinum Acropolitam perinde, vt patrem Georgium, codices MSS. magnum Logothetam vocant, et ex illis Allatius, Lambecius, [v. ad not. d.] Caueus etc. Sed et Pachymeri VI. 9. memoratur flammis traditum σύγγραμμα τῦ παλαιῦ μεγάλυ λογοθέτυ τῦ Ἀκροπολίτυ, *Senioris magni Logothetae*, ad distinctionem nempe iunioris magni Logothetae, Constantini Acropolitae, filii, de quo verba Pachymerae perperam accipit *Allatius* de Consensu p. 780. quae ipse rectius de patre intellexit lib. de Georgiis p. 358. *Pachymeres* tom. I. lib IV. c. 28 p. 215. de Georgio Logotheta: ὁ μὲν λογοθέτης μέγας καὶ σοφὸς τὰ μάλιστα, πλὴν κατημελημένως τὰς εἰς συνάξεις ἔχων.

aula CPolitana. [¶] sed Mich. Palaeologi gratia ob repudiatam Io. Becci, patriarchae, cum Latinis concordiam excidit, scriptis aduersus Latinos, p) aliisque monumentis, quibus Sanctorum memoriam q) celebrauit, *nouique Metaphrastae* r) nomen meruit, clarus. Quando autem a Volaterrano et Io. Cuspiniano Acropolita citatur, pater Georgius intelligitur, quem *Labbeus* in protreptico ad hist. Byz. p. 49. recte monuit, illum ipsum esse *Praetorem Graeciae*, chronici a Theodoro Lascari exorsi et in recepta a Mich. Palaeologo CPoli desinentis auctorem, quem testem subinde citat *Io. Leunclauius* in pandectis historiae Turcicae: nam et Acropolitam Ephraemus in chronico metrico s) refert praetoria dignitate decoratum fuisse a Theodoro Lascari, imperatore, antequam rebus omnibus ab eo Orientem repetente, praeponeretur: Πλὴν διαθεὶς εὖ τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἅπαξ μετὰ στρατιᾶς ἐκτρέχει πρὸς τὴν ἕω, λιπὼν στρατηγοὺς etc.

Πρὸ τοῖσδε Γεώργιον Ἀκροπολίτην	*His acropolitem praeficit Georgium,*
Ἄρχοντα πάντων καὶ πρόεδρον δεικνύει,	*Cunctisque summum principem dat, quem prius*
Πρόσθεν τιμήσας τῇ Πραίτωρος ἀξίᾳ.	*Praetoris ipse ad dignitatem euexerat.*

Quum a. C. 1241. t), obiret Irene, Theodori Lascaris filia, vxor Ioannis Ducae Vatatzae, imperatoris, Georgius fuisse se ait annorum XXI u). Natus ergo est a. 1220. ex illustri genere et imperatorem ipsum cognatione *) [¶] adtingens. Ex patria vrbe CPoli, quam Latini tum obtinebant, missus deinde XVI. v) annorum adolescens et litterarum rudimenta edoctus Nicaeam,

p) Vide *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae II. 15. n. 14. pag. 779. 780. vbi duos eius de processione Spiritus S. tractatus commemorat, vnum, cuius principium est: ἄνδρες Ῥωμαῖοι, alterum, ἐμνήσθην καὶ ἄλλα λόγε τῶν ἀντιλεγόντων ἡμῖν.

q) Ex orationibus *Constantini Acropolitae* in sanctos, quas MSS. memorant *Allatius* de Simeonum scriptis p. 84. et *Caueus* parte altera hist. litterariae scriptorum ecclesiast. ad a. C. 1270. illa in *martyrem, Theodosiam,* graece ex MS. Vaticano cum Dan. Cardoni S. I. versione exstat in Actis Sanctorum tom. VII. Maii p. 69—86. et altera in S. *Iohannem Damascenum*, itidem e MS. Vaticano graece cum versione Io. Francisci de Rubeis, ICti Romani, tom. II. Maii pag. 731—760. *Fabr. Vindobonnae* in cod. CXI. nr. 17. et cod. XXXV. nr. 2. est τῦ σοφωτάτε μεγάλε Λογοθέτου Κυρῦ Κωνσταντίνε τῦ Ἀκροπολίτε *oratio in S martyrem, Theodosiam*, quae sub imp., Leone Isauro, pro cultu sacrarum imaginum passa est. De priore cod. vide *Lambec.* comm. IV. p. 140. vbi *Kollarius* verba Lambecii ex indice pag. 526. repetit. Lambec. vero, meminit, ait, huius *Constantini Acropolitae* Ioannes Cantacuzenus historiae Byzantinae lib. I. cap. 14. vbi refert, eum fuisse vnum ex imp., Andronici senioris, adsessoribus in iudicio contra nepotem ipsius, Andronicum secundum s. iuniorem. Ipsa Cantacuzeni verba sunt haec: Πρὸς τέτοις δὲ καὶ ὁ Ἀκροπολίτης ἦν Κωνσταντῖνος, μέγας Λογοθέτης ὢν καὶ αὐτός. De posteriore cod. vide *Lambec.* VIII. pag. 789. ibique Kollar. — *Paris.* in bibl. publ. est in cod. MCCXII. *Const. Acrop.* homilia in Theodosiam, martyrem. — in cod. CMLXXVI. nr. 14. in laudem Constantini M. et Helenae eius matris. — in cod. eod. in nr. 13. in laudem Georgii, martyris. — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Const. Acropol.*, sermones et epistolae, teste *Montfauc.* in B. biblioth. MSSt. I. p. 495. A. Inter epistolas *Georgii Cyprii* sunt quaedam ad Constantinum et Georgium, Acropolitas, in cod. Vindob. caesareo LXXVII. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 1068. sq. 1077. sqq. *Harl.*

r) *Allatius* de Simeonum scriptis p. 109.

s) Verba eius edidit *Allatius* de Psellis §. 79. adde *Acropolitam* ipsum c. 65. sqq. et 70. hist.

t) *Cangius* famil. Byz. pag. 223.

u) *Acropolita* cap. 39. historiae.

*) id. c. 97. et 32. vbi γένος eius περιφανής.

v) Idem cap. 29. vbi omnino legendum non ἐνδεκαέτης, vt vult Allatius, sed ἑκκαιδεκαέτης, vt recte

Nicaeam, vbi aulam habebat eo tempore Graecorumque imperium moderabatur iam dictus Ducas, qui Georgium rhetoricis, logicis et mathematicis disciplinis ab anno aetatis XVII. †) per septennium ab Theodoro Exapterygo et Nicephoro Blemmida imbuendum dedit. Inde in aulam iterum adscriptum, et ab eodem Duca carum habitum nec minus ab illo filioque Theodoro, (cuius tamen grauem indignationem ††) aliquando incucurrit, non diu post reconciliatus,) variis auctum honoribus, legationibus cum laude functum et ad magni Logothetae dignitatem euectum constat, quae copiosius ab *Allatio*, *Hanckio* et *Caueo* exposita legi possunt. Nec tamen omittendum, quod a. C. 1274. a Michaele Palaeologo missus ad concilium Lugdunense [w]) imperatoris nomine schisma eiurauit, et in Latinorum dogmatibus nihil reprehendendum videri est confessus, multis Graecis et filio ipso Georgii, Constantino Acropolita, aegerrime hoc ferentibus. Denique a. 1282. eodem anno, quo non diu post XI. Dec. viuis exemtus Michael Palaeologus est, obiit quoque Georgius, peracta legatione [x]) ad Ioannem, Bulgarorum principem, anno aetatis LXII. successoremque [y]) in magni Logothetae munere nactus est Theodorum Muzalonem.

Exstat sub huius Georgii nomine, quem Gregorius Cyprius [z]), Aristotelem et Platonem aetatis suae adpellare non dubitat, *historia* [?] *Byzantina* hoc titulo: χρονικὸν ὡς ἐν συνόψει τῶν ἐν ὑστέροις, *epitome chronica, siue historia compendiaria de rebus proximae aetatis,* siue narratio succincta *de iis, quae* (rebus per varios principatus diuisis, vide cap. 37.) *acciderunt a capta a. C. 1204. a Latinis CPoli, usque ad tandem a. 1260. a Michaele Palaeologo iterum recuperatam et latino nomini ereptam.* Hanc Galatae siue Perae in bibliotheca Georgii Cantacuzeni repertam descripsit Theodosius Zygomala Nauplius [aa]), cuius apographum *Georgius Dousa*, CPoli secum in Belgium adtulit, eoque defuncto frater *Theodorus Dousa* [bb]), vulgauit cum versione sua latina notisque, Lugd. Bat. ex officina Godfridi Basson, 1614. 8. recusam minus etiam emendate et sine notis Aureliae et Coloniae Allobrogum, siue Geneuae 1615.

recte coniicit *Hanckius* pag. 542. cuius sententiam firmat, quod se iam ἐγκυκλίου παιδεύσεως ἀπηλλαγμένον, et mox, postquam ad Ioannem Ducam venit et ab eo erudiendus magistris traditus est, XVII. annos natum Acropolita scribit.

†) Acropolita cap. 32.

††) id. cap. 63.

w) Vide Acta Concilii Lugd. sub Gregorio X. tomo III edit. Colon. 1618. part. II. p. 741. (tom. XI. edit. Labbei p. 937.) Hanckium pag. 560. seq. Odoricum Raynaldum ad a. C. 1274. n. 18. Bzovium n. 2. vbi male *Gregorius* Acropolita vocatur pro *Georgio.*

x) *Pachymeres* in Mich. Palaeolog. lib. VI. cap. 34. seq. *Possinus* ad Pachymerem tom. II. pag. 516.

y) id. in Andronico Palaeologo, libro et capite primo. [add. *Lambec.* comm. de bibl. Caes. VIII. p. 1078. *Harl.*]

z) Gregorius Cyprius, patriarcha CPol in Georgii, Logothetae, encomio: *λόγων δὲ σπέρματα καὶ σπινθῆρας, ὡς εἰπεῖν, μαθημάτων ἐν ὀρθῷ σωζόμενα ἀκμῇ ὅτι μὴ παρὰ τῷ Λογοθέτῃ, ὁ μέγας δ' οὗτος καὶ καθ' ἡμᾶς Ἀριστοτέλης οὗτος καὶ Πλάτων, ὃ ἔμοι ποτέ τούτοις παραπλησίως τὸν ἄνδρα βούλοιτό τις καλεῖν, ἢ ὡς δι᾽ἄλλο σαφέστερον, ὃν Ἀριστοτέλη νομίζειν χρεὼν οὐδὲν ἐκείνου ἀπολειπόμενον, ὅταν τι δέῃ τῆς λογικῆς ἐπιστήμης ἢ τῆς τῶν φυσικῶν ἀποφήνασθαι, Πλάτωνα δὲ θεολογοῦντα καὶ κατὰ Μοῦσαν φθεγγόμενον Ἀττικήν.*

aa) Qui multa misit scripsitque ad Martin. Crusium. v. huius Turco-graeciam libr. III. IV. et sqq. *Harl.*

bb) *Theodorus Beza* dicitur esse editurus in bibl. Leid. p. 219. *Harl.*

1615. f. cum Nicephoro Gregora et Laonico Chalcocondyla [cc]). Quamuis vero in locis obscuris Meursium se et Scriuerium subinde consuluisse Dousa profiteatur: tamen non ita feliciter in illa editione versatus est, vt non gratulandum Acropolitae sit, quod *Leo Allatius* codicem Vaticanum [dd]) eiusdem opusculi MS. graecum sub titulo *ποίημα χρονικὸν ἡμιτελὲς* nactus, illud emendauit et diuisum in capita, nouaque versione donatum in lucem iterum edidit Paris. 1651. f. Dousae notis ad calcem subiunctis [ee]). Obseruauerat autem iampridem *Allatius* in libro de Psellis [ff]), hoc non esse ipsam Acropolitae historiam, sed tantum compendium eius, nec ab auctore ipso [gg]), sed ab alio quodam, resectis, quae illi parum necessaria visa fuere, concinnatum. Ipsum porro Acropolitae opus eiusdem plane argumenti, sed pulcrius diffusiusque, inter codices MStos Chii [hh]) inuenit ac descriptum Romam aduexit, eiusque ope non modo breuiarii mutila hiulcaque et male ab exscriptoribus tractata correxit ad mentem auctoris, sed etiam historiam integram, latina sua versione et notis historicis illustratam graece et latine typis regiis edidit, compendioque in Parisiensi, quam dixi, editione praemisit. Titulus est: Ἡ *παροῦσα χρονικὴ συγγραφὴ τοῦ μεγάλου Λογοθέτου τοῦ Ἀκροπολίτου ἐστὶν, ὃς ἔκτισε καὶ τὸ μοναστήριον τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. Περιέχει δὲ τὰ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἄχρι τῆς βασιλείας* Μιχαὴλ *τοῦ* Παλαιολόγου

cc) In bibl. *Vffenbachiana* quondam fuit codex, praemissis Petri Scriuerii carmine in commendationem operis Dousici, et Acropolitae elogio, ex Gregorio Cyprio sumto, apographum Georgii Dousae, ex quo natam esse edit. Theodori Dousae, L. B. 1614. 8. contendit docetque *I. H. Maius* in bibl. Vffenbach. MSSt. pag. 566. — *Mediolani* in bibl Ambros. est *Georgii Acrop.* historia de regno CPolitano, sed num sit compendiaria, an vberior, non animaduertit *Montfauc.* in B. biblioth. MSSt. p. 497. *A.* — *Venetiis* in B. Marc. cod. CDIII. eiusdem historia, sine mutila, nec in cat. codd. gr. p. 195. discrimen quoddam significatur. *Harl.*

dd) An is est cod. *Vaticanus*, qui memoratur in *Montfauc.* B.bibl. MSSt. I. p. 6. *B.*? — *Paris.* in B. publ. cod. MMMXLI. nr. 5. (sec. catal. codd. Paris.) *Georgii Acrop.* hist. de iis, quae post vrbem captam acciderunt. — *Venetiis* in cod. *Naniano* CLIV. nr. 14. *Georgii μεγάλου λογοθέτου τοῦ ἀκροπολίτου ποίημα χρονικὸν ἡμιτελές·* Strategopulus, codicis scriptor, in fine addit: *τὸ παρὸν εἰς γαλατὰ εὗρον παρὰ τῷ εὐγενεστάτῳ ἄρχοντι κυρίῳ ἀντωνίῳ τῷ Καντακουζήνῳ, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀντέγραψα μετὰ πάσης προθυμίας τοῦτο. Τῷ ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως ἔτει αφιϛ΄ ἐν μηνὶ Φευρουαρίῳ κη΄* teste auctore catal. codd. Nanian. p. 347. Sed inprimis notandus est codex *Vindobon.* Caesar. cuius quidem meminit *Nessel.* in catal. bibl. caesar. MS. nr. LXVIII. 2. part. V. pag. 134. sed diligentius intelligentiusque describit eum *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. pag. 643. vbi numeratur codex CIV. Id quidem opus in illo codice caret auctoris nomine, et Tengnagel. tribuerat eum *Praetori Graeciae*, quem Leunclauius multis locis laudat in Pandectis historiae Turcicae, nec immerito. v. Fabric. initio huius paragraphi. Est enim Georg. Acropolita, cuius integrum opus historicum continet hic codex, ex quo Allatii editio, vitiis laborans et in fine mutilus, desunt enim, vel incuria Allatii, vel potius operarum inertia, tria vltima capita, LXXXVI. LXXXVII. et LXXXVIII. mirifice potest emendari ac locupletari. *Harl.*

ee) Inscripta est editio Γεωργίου — — *Georgii Acropolitae* Magni Logothetae historia. *Ioelis* chronographia compendiaria et *Ioannis Canani* narratio de bello CP. *Leone Allatio* interprete, cum eiusdem notis et *Theodori Douzae* obseruationibus. Accessit diatriba de *Georgiorum* scriptis. — Recusa est haec edit. in corpore Byzant. scriptor. Venet. 1729. fol. tom. XII. part. III. *Harl.*

ff) pag. 63. editionis a me curatae, vbi in ima pagina typographus pro Paris. 1651. fol. per errorem posuit 1615.

gg) Acropolitae ipsi tamen tribuit *Allatius* p. 368. de Georgiis.

hh) *Allatius* de Georgiis p. 356.]

λόγȣ. Acropolitam libenter ſequuntur recentiores ſcriptores, etiam Nicephorus Gregoras, vt in notis p. 227. et 239. idem obſeruat, qui tamen p. 249 [?] non diffitetur, pleraque exactius a Gregora tradi. Acropolitae hiſtoria (an compendium eius, non dixerim) MS. in bibl. Ambroſiana Mediolanenſi, et in bibl. regis Chriſtianiſſimi num. 734. *Fabr.* add. ſupra, in hoc vol. pag. 471. de chronico inedito. *Harl.*

In diatriba de Georgiis, quae Georgio Acropolitae ſubiuncta eſt, haec praeterea eius ſcripta ab Allatio commemorantur p. 357. *Forma de fide. De virtute et anima*, anno mundi 6771. (Chriſti 1263.) MS. in bibl. Antonii Auguſtini, cod. CLXXIV.

Ἑρμηνεία τῶν Θεολογικῶν ῥητῶν, *In theologi Nazianzeni ſententias* τȣ͂ τε' ἔςι γὰρ τὸ ἓν ςασιάζον πρὸς ἑαυτὸ, πολλὰ γίνεσθαι, *potiſt vnum ſi a ſeipſo diſcedat, multa fieri*, καὶ τȣ͂, μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔςι. *Vnitas a principio in binarium mota, in ternario conſedit.* Incipit: Πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν φίλων, ὦ θειοτάτη καὶ σεβασμιωτάτη κεφαλὴ, εἰς λόγȣς ἐλθεῖν ἡμᾶς κατηνάγκασαν. MS. in bibl. Palatina.

Precationes XIII. quas Michaeli Palaeologo, vrbem CPolin intranti, ſe compoſuiſſe narrat cap. 87. Hiſtoriae, et *Oratio de recepta CPoli*, cuius argumentum cap. 89. refert, interciderunt. [Addantur:

Oratio in templum dominicae reſurrectionis inſtauratum, in cod. MMMLXXXVIII. publ. *Pariſ. Logothetae dom. Georgii Acropolitae iambici verſus* LXIII. qui ſunt praefationis loco in Theodori Laſcaris epiſtolas. Tum Laſcaris epiſtolae 58. ad magnum philoſophum *Dom. Georg. Acropolitam* ante Marcionis legationem ad Ioannem Ducam, *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XXXV. plut. 59. quem copioſe recenſet *Bandin.* in cat. codd. gr. II. p. 555. ſq.

Ἐπιτάφιος τῷ ἀοιδίμῳ βασιλεῖ Κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Δȣ́κα in cod. *Naniano* CCLXXXI. nr. 109. v. catal. codd. gr. Nan. pag. 474.

Περὶ σηρεσκώληκος *Georgii Logothetae* interpolator de ſe ipſo: παραβολαὶ κατὰ Μάρκον, *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Voſſian. vide catal. illius bibl. p. 402. nr. 17.

Gregorii Nazianzeni orationes XVI. cum perpetuis ſcholiis, in catenae modum contextis, *Georgii Acropolitae, Maximi, confeſſoris et Baſilii minimi*, Caeſareae epiſcopi, in cod. *Naniano* cod. LXIV. v. catal. codd. gr. Nan. pag. 114. Add. infra de Gregorio Nazianz. lib. V. cap. 13. vol. VII. p. 540. edit. vet. *Harl.*]

INDEX epiſcoporum et aliorum quorumdam, in ACROPOLITAE hiſtoria memoratorum.

numeris capita, non paginae deſignantur.

Acropolitae ab Allatio subiicitur p. 149 — 186. ΙΩΗΛΟΥ, IOELIS *Chronographia Compendiaria*, res breuissime perstringens et successiones principum ab orbe condito vsque ad captam a Latinis anno 1204. CPolin, circa quod tempus vixisse auctor ipse videtur, certe non diu post scripsisse ii). Post hanc chronographiam sequitur in eodem volumine pag. 187 — 199. IOHANNIS CANANI †) Ἰωάννου τοῦ Κανανοῦ διήγησις περὶ τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει γεγονότος πολέμου κατὰ τὸ ϛϡλ΄ ἔτος, ὅτε ὁ Ἀμουρὰτ Πεῖς παρέπεσε ταύτῃ μετὰ δυνάμεως βαρείας, καὶ παρ' ὀλίγον ταύτην ἐκράτει, εἰ μὴ ἡ ὑπέραγνος μήτηρ τοῦ Κυρίου ταύτην ἐφύλαξε. *Narratio de bello CPolitano anni ab orbe condito 6930. Christi 1422. cum Amurat Beis siue* Amurates secundus, Turcarum imperator, *cum fortissimorum militum exercitu in eam irrupit, quam et expugnasset vtique, nisi immaculatissima Dei mater conseruasset.* Ait autem Cananus, vrbem conseruatam esse mira S. Mariae ope, quae, violaceis amicta vestibus et super propugnacula deambulans, hostibus terrorem ac summam trepidationem incusserit. Ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι ὑμῶν δέδωκαν μαρτυρίαν τοιαύτην, πάνυ ἐστὶν ἀληθέστατον τὸ θαῦμα τῆς παναγίας. Ἔλεγεν γὰρ ὁ Μηρσαΐτης ὁ Πατριάρχης τῶν Τούρκων, ὅτι ἡ πόλις ἐκπρόκειτο παρ' ἡμῶν αἰχμαλωτισθῆναι, ὡς οἱ σοφοὶ τῆς Περσίας εἰς τὸν καιρὸν τοῦ Μωάμεθ ἐψηφοφόρησαν περὶ τούτου, καὶ εὗρον, ὅτι εἰς τὸ ἔτος καὶ τὸν μῆνα καὶ τὴν ἡμέραν (XXIV. Augusti) ταύτης τῆς ὥρας ἡ πόλις παρ' ἡμῶν πρόκειται κρατηθῆναι. καὶ ἔμελλε τοῦτο γενέσθαι κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀστέρων, καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρονόμων, εἰ μὴ ἡ γυναῖκα ἐκείνη ἡ ὀξέα φοροῦσα καὶ περιπατοῦσα τοῦ κάστρου καὶ τῶν προμαχιώνων ἐπάνω ἀφόβως τοῦ πολέμου τὴν ὥραν ἐκείνη ἀντέπραξε τὰς δυνάμεις τῶν ἄστρων. καὶ τὴν τέχνην τῶν ἀστρολόγων· πλὴν οὐκ ἀπ' γῆς, οὐδὲ ἐξ ἀνθρώπων τὴν δύναμιν εἶχεν, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἀοράτου δυνάμεως. Ὁμοίως καὶ τὰ στρατεύματα πάντα τῶν Τούρκων ἐσυνεμαρτύρουν ἐνόρκως τὸν Μηρσαΐτην ἐκεῖνον, καὶ ἐδιηγοῦντο πρὸς

ii) Conf. *Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 281. *Harl.*

† Vixit circ. a. Chr. 1421. v. *Saxii* Onom. II. p. 407. sq. et qui ab eo laudantur. *Harl.*

πρὸς πάντας. ὅτι τοῦ πολέμου τὴν ὥραν, ὅταν μὲ θράσους καὶ ὁρμῆς ἀκρατήτου ἔφθασαν εἰς τὰ τείχη τοῦ κάστρου, ἵνα ἀναβῶσιν ἐπάνω, καὶ διώξωσι τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τὴν πόλιν αἰχμαλωτίσουν, τότε εἶδον γυναῖκα ὀξέα ῥοῦχα φοροῦσαν, καὶ περιπατοῦσαν ἐπάνω τῶν προμαχιονίων τοῦ ἔξω κάστρου. καὶ ταύτην ἰδόντες, σκότος καὶ τρέμος καὶ φόβος ἄφνω εἰς τὰς ψυχὰς εἰσῆλθε τῶν πάντων, καὶ πρὸς φυγὴν ἔβλεψαν, καὶ εἰς πόλεμον οὐδὲ ὅλως καὶ ἀπὸ δυνάμεώς τε καὶ τέχνης. Τῆς γυναικὸς γὰρ ἐκείνης ἔλαβον τὴν δειλίαν, καὶ ἠλευθερώθη ἡ πόλις. Cum vero hostes [illegible] atque aduersarii nostri hoc, ut si nomine suo, constabiliuerint, multo verissimum est hoc sanctissimae Virginis miraculum. Namque Mersaita, siue patriarcha[kk]) Turcarum, adfirmabat, propositam tunc illis fuisse ciuitatem ad praedam, quemadmodum viri docti Persae aetate Muhammet. calculauerant, inueneruntque hoc anno, mense, die, dieique hora urbem a nobis debellandam esse; et futurum id erat omnino astrorum vi, et astronomorum artificio; sed mulierem illam, violaceis vestibus amictam, per castrum obambulantem, et super propugnacula intrepide, dum pugna imbatur, vim astrorum obtudisse, et astrologorum artificia: quamuis illa non a terra neque ex hominibus, sed e caelo et inuisibili potestate vim obtinebat. Similiter exercitus vniuersi Turcarum iusiurando Mersaitae dictum confirmabant, et omnibus narrabant, pugnae hora, dum cum audacia et impetu, qui coerceri non poterat, ad muros castri peruenerant, vt adscenderent, Graecosque fugarent, vrbemque caperent, vidisse mulierem, violaceis vestibus indutam, deambulantem super propugnacula exterioris castri; qua visa statim tenebris, procella, timore, ac tremore correptos omnes in fugam se et non ad bellum dedisse, et vi influxuque illius mulieris formidinem sibi immissam, et vrbem liberatam. Haec qui credit, idem etiam fidem habebit auctori vitae S. *Nili* iunioris, qui pag. 3. narrat, Rossanam, Calabriae metropolin, ab incursionibus Saracenorum defensitatam esse a S. Maria virgine, quae super muris illius adparuit *ὡς γυνὴ πορφυροφόρος, λαμπάδας ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσα καὶ ταύτας αὐτοὺς καταβάλλουσα, καὶ τοῦ τείχους ἀποδιώκουσα.* Similiter traditum est, Heraclio imperitante CPolin precibus sanctissimae Virginis liberatam ab obsidione Persarum, quo spectat scriptum graece et latine editum a *Combefisio* tom. II. Auctarii noui pag. 805. *ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου Χοσρόης Σάρβαρον* etc. Sic Adolpho IV. comiti Holsatiae, a. C. 1227. aduersus Danos pugnanti, aiunt, visam in nubibus S. Mariam Magdalenam[ll]) amoeno iubare [illegible] protegentem ipsius copias, dextraque leuata illis benedicentem, in hostes vero radios solares vehementius retorquentem. Sed et *Zosimus*, ethnicus scriptor, lib. V. cap. 6. scribit, Alaricum, ne Athenas cum exercitu occuparet, deterritum esse conspecta Minerua, armata obambulante vrbis muros, et Achille, stante ante moenia, additque, caussam illam seruatae ciuitatis neutiquam a se praetermittendam fuisse, vtpote *θεοπρεπῆ τινα οὖσαν, καὶ εἰς εὐσέβειαν τοὺς ἀκούοντας καλουμένην.*

XI. GEOR-

kk) Quem hodie *Moustium* solent nuncupare, hunc *patriarcham Turcarum* vocat etiam p. 192. *αὐτὸς δὲ ὁ μέγιστος καὶ πολὺς παρ' ἐκείνοις ὁ εὐγενὴς πατριάρχης, ὃν ἦχον προφητικὸν καὶ Προφήτην τὸ ὄνομα Μερσαΐτης τῇ Περσικῇ διαλέκτῳ.* Saepius idem Cananus memorat Turcarum *καλογέρους* siue monachos, etiam vno nomine *Ταρχοκαλογέρους.* Similiter Chaliphas Turcarum Vrspergensis adpellat *papas et apostolicos suae gentis.* Vicissim fuit, cui papa diceretur *il Gran Turco de i Christiani*, et Mahometis III legatus Leoninum, Galliae regis ministrum, *magnum Vizirium* adpellauit, vt refert Tan. Faber ad Longinum p. 17.

ll) Vide *Lambecium* lib. II. rerum Hamburgensium p. 41. seq. edit. primae.

XI. GEORGIUS PACHYMERES, Constantinopolitano patre exsule Nicaeae circa a. C. 1242. natus ibique educatus, et postea vndeuiginti annorum iuuenis mm) Constantinopolin, a Mich. Comneno Palaeologo a. 1261. recuperatam, delatus, animum omni genere doctrinae imbuit, muneribusque insignibus in ecclesia et aula CPolitana functus, diaconum, patriarchae ἱερομνήμονα et πρωτέκδικον et imperatoris δικαιοφύλακα gessit. Manuelis Phile praeceptor fuit, qui funus eius carmine graeco iambico deplorauit, quod exhibet Allatius diatriba de Georgiis p. 373. A *Petro Halloisio vere catholici* elogio mactatur qu. 2. de scriptis Dionysii Areopagitae: quod *Allatius* nn) ipsi inuidens, *non potuit*, inquit, *esse catholicus, qui schisma* (graecae puta ecclesiae) *propugnauit, et contra romanam ecclesiam scripto etiam defendit.* Certe λατινόφρων non fuit, et patriarchis, latinae fautoribus ecclesiae, Iosepho, Ioanni Vecco et Gregorio Cyprio strenue sese opposuit. Vitam non diu videtur produxisse vltra a. C. 1310. (quamquam *Lambecius* tom. III. pag. 237. oo) et tom. VII. p. 71. pp) eumque sequutus Neilelius ait, eum anno 1340. obiisse.) Neque enim post illud temporis in historia CPol. memoratur, et historiam suam continuasset saltim ad finem imperii Andronici, a. 1332. denati, neque in anno eius XXVI. a. 1308. substitisset, si tamdiu vltra eius non modo aetatem, sed iunioris quoque Andronici annum vndecimum imperii annos suos proximus centenario produxisset.

Exstant eius *historiae Byzantinae libri XIII.* de rebus per annos XLIX. gestis, a tempore nati Michaeli Palaeologo a. C. 1258. Andronici [P] Palaeologi (senioris) vsque ad a. 1308. qui fuit annus aetatis eiusdem Andronici XLIX., imperii XXVI. Est autem opus bipartitum, nam priores sex libri res *Michaelis* Palaeologi ante imperium et ipso imperatore gestas complectuntur: posteriores libri septem tradunt, quae *Andronico* imperitante acciderunt per annos sex et viginti. Pachymeris et imperatorum, Michaelis atque Andronici, quemadmodum et Theodori Lascaris iunioris, (cuius et ipsius res in priore parte historiae Pachymeres adtingit,) icones, e MS. codice expressas, *Hieronymus Wolfius* praemisit qq) suo Nicephoro Gregorae, Basil. 1562. fol. recuso Paris. 1567 fol. Francof. 1568. fol. Idem ad voluminis calcem argumenta capitum historiae Pachymerianae, ex eodem codice MS. bibl. Augustanae versa a se latine exhibet. Fragmenta quaedam, quae in Augustano codice MS. deesse Wolfius admonuerat in Synopsi libri V. graece vulgauit *Dionysius Petauius*, ad calcem Breuiarii historici

mm) Pachymeres ipse sub initium hist. *Allatius* de Georgiis p. 365. *Hanckius* de scriptoribus hist. Byz. lib I. cap. 34. *Fabr.* *Iac. Brucker* hist. crit. phil. tom. III. p. 545. *Hamberg.* Z. N. IV. p. 859. sqq. *Saxius* in Onom. II. p. 327. *Harl.*

nn) *Allatius* de Georgiis p. 373. et de consensu vtriusque ecclesiae II. 15. 15. p. 781.

oo) In indice ad vol. III. p. 611. de codice X. qui continet psalterium totum cum catena ex operibus variorum vett. scriptorum ecclesiast. in his Pachymeris, contexta, quem recenset *Lambec.* in vol. cit. p. 53. sqq. *Harl.*

pp) f. pag. 153. ed. Kollarii, cuius notam conferes. Ibi cod. recensetur XXXIII. qui comprehendit *Georgii Pachymeris* expositionem totius organi Aristotelis, s. omnium eius librorum, qui ad logicam pertinent. Lambecius ibidem in nota 1. p. 155. *Protecdicus*, ait, suscipiebat captiuos de clero in caussis criminalibus, et de iis iudicabat, prouidebatque, ne quis iis iniuriam faceret *Harl.*

qq) Imagines Pachym. nec non imperatorum, Michaelis Palaeologi Sen. et Andronici Palaeologi Sen. aeri incisas exhibet quoque *Lambec.* ad p. 155. vol. comm. VII. — De cod. *August. Vind.* v. *Reiseri* cat. p. 68. *Harl.*

historici Nicephori, patriarchae, Paris. 1616. 8. Plura Pachymeris historiae, tum adhuc ineditae, loca graece produxit Allatius in suis scriptis, praecipue in notis ad Acropolitam, a. 1651. Lutetiae excusis. Primus totum opus e bibl. Barberina cod. CLXIII. CLXIV. in lucem protulit *Petrus Possinus*, S. I. vertitque latine, et cum versione sua ac tribus obseruationum libris vulgavit Rom. 1666. et 1669. fol. duobus voluminibus, quae rarius, quam ceteri scriptores Byzantini, Parisiis excusi, occurrunt, et centum amplius marcis Lubecensibus venduntur. Priore volumine libri sex de Michaele Palaeologo, posteriore septem de Andronico continentur. Ex obseruationum vero Possinianarum libris tribus primus glossarium verborum obscuriorum exhibet, secundus notas et castigationes, tertius chronologiam, cui iungendae rarissime itidem obuiae, *Mauritii Dandis*, presbyteri Diuionensis, animaduersiones chronologicae in Pachymeris Michaelem Palaeologum, quas in Boiuinii notis ad Gregoram laudari vidi, in ipsas necdum incidi. [Rec. Venetiis in corp. Byzant. script. vol. XIII. et XIV. v. supra p. 524.] Idem *Boiuinus* p. 760. monet, operae pretium fore, si quis editionem Romanam Pachymeris conferat cum codice MS. regio MMDXLVIII. scripto a. C. 1448. rr) quem Possinus haud vidit, vti nec mutilum Augustanum, ex quo Hieron. Wolfius argumenta, de quibus supra dixi, protulit. Nescio, an de hoc Pachymere accipiendum sit, quod Latinus Latinius tom. II. epist. pag. 102. *Sirletus*, inquit, *significat, adlatum esse [?] etiam recens Georgium quemdam variarum rerum scriptorem, qui, quum multa de primae notae philosophis tamquam censor pronunciauit, plurima etiam Aristotelis loca obscura illustrauit.* Quandoquidem Latinis haud fauet, itaque *parum aequus historicus* adpellatur *Allatio* lib. de consensu pag. 759. qui tamen alibi ss) stilum Pachymerae laudat; ceterum notat, inter Lollianum codicem in bibl. Vaticana, et Barberinum, quem emendatiorem et charactere antiquiore atque elegantiore descriptum testatur, maximum non tantum in verbis ac modo dicendi, sed rerum narratarum etiam quandoque ordine inesse discrimen, vt verisimile sit, Pachymerium duas suae historiae editiones tempori ac genio inseruientem conscripsisse, ideoque ex vtrisque multa errata corrigi, obscura illustrari, mutila suppleri, ac demum historiae corpus vnum perfectum ac integrum posse absolui. Quum idem MSS. codices eiusdem historiae, mutilum quidem Venetum in bibl. S. Marci, et Scoriacensem, et ex Posseuino, (qui male Gregorium pro Georgio adpellat,) tertium in bibliotheca Patmi insulae, quartumque regis Christianissimi commemorasset

rr) *Montfauconus* Palaeograph. graeca p. 79. *Fabr.* In catal. codd. *Paris.* bibl. publ. II. p 393. numeratur cod. MDCCXXIV. *Georgii Pachymeris historiae Byzantinae libri tredecim: praefixus sex priorum index*: exaratus vero dicitur a. 1443. *Lambecius* quoque in comm. vol. VIII. p. 1057. Kollarii dolet, Possino defuisse cod. *caesar.* LXVII. (quem Lamb. a pag. 1066. copiose recensset,) in quo sunt *Gregorii Cypri* epistolae, ex quibus multa necessaria potuissent hauriri, et historiae *Georg. Pachymeris*, operis difficilis, obscuritatem magis illustrari. Ex eodem cod. publicavit p. 1089. sq. ad supplendam historiam Georgii Pachym. libr. II. cap. 9. *formulam solemnem*, qua patriarchae, Gregorio Cypro, aduersarii promisērunt, ipsum publice declaratum iri orthodoxum et prorsus liberum ab omni labe et suspicione prauae doctrinae, si is prius scripto polliceretur, se, post acceptum illud innocentiae suae testimonium publicum, sine mora dignitate patriarchali se abdicaturum esse. — In cod. XXXIX. vol. VIII p. 819. est fragmentum *Georgii Pachym.* philosophicum, περὶ ὕλης καὶ εἴδους, κεφ. β'. in cuius initio Georg. dicitur φιλόσοφος, καὶ Δικαιοφύλαξ κληρικὸς, ὑπομνηματογράφος καὶ Πρωτέκδικος τῆς καθολικῆς μεγάλης τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας. *Harl.*

ss) Allatius de Georgiis p. 368. 369.

raſſet, *Eſt et apud me*, inquit, *integra et optimae notae. Fabr.* — In cod. *Eſcorialenſi*, (teſte *Plüero* in itin. per Hiſpan. pag. 170.) in cod. *Venet.* Marc. CDIV. (ſecundum cat. gr. codd. p. 196. poſtremus tamen liber mutilus eſt,) *Pachym.* romanae hiſtoriae libri duodecim priores. — Secund. *Montfauc.* B. bibl. MSSt. *Romae* in B. Vaticana *Georgii Pachym.* Chronicon. (I. p. 10. *A.*) — *Pariſ.* in bibl. *Coislin.* codd. CXXXVIII — CXLIII. qui ſex olim vno tempore CII. inſcripti erant, libri XIII. in primo cod. ſunt tres priores libri: vsque ad finem cap. 16. in aduerſa pagina habetur verſio latina, diuerſa ab ea, quam adornauit et edidit Petrus Poſſinus; aliquot item in margine ſcholia, quae in edito non comparent. Quomodo differant librorum numeri ab editione, docet *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 209. ſq. — *Georgii Pach.* hiſtoriam editurus erat cum verſione lat. notisque *Matthias Berneggerus*, atque maximam laboris partem profligarat; at vano Tarini, nouam quoque edit. molientis, ſtrepitu, auctoritate Rigaltii, denique morbi vehementia motus, abiecit ſuum conſilium: qua de re plura ſcripſit ad varios amicos in epiſtolis, ab *Heumanno* publicatis in Poecile, tom. II. p. 219. ſqq. inprimis p. 240. ſq. *Harl.*]

De Sapientia Indorum, quam latine a ſe verſam e graeco Poſſinus Pachymerae priori volumini, ſiue Michaeli Palaeologo ſubiecit.

Specimen Sapientiae Indorum, ſiue dialogus inter Abſalonem, Indorum regem et gymnoſophiſtam quemdam per fabulas, ſcite confictas, animi ſui ſenſa ei pandentem moresque inſtituentem, quem Poſſinus, vtpote a Mich. Palaeologo, apud Pachymerem ſingulariter commendatum, priori Pachymeris tomo latine ſubiunxit, ab eodem verſus eſt e graeco codice Allatiano *Simeonis Sethi* tt), qui in graecum ex Arabico transtulit circa a. C. 1100. in gratiam Alexii Comneni, imp. poſtea graece ex codice Holſteniano, qui exſtat Hamburgi in bibl. Iohannea, [*] hunc eumdem librum, ſed paſſim a Poſſiniano differentem, graece cum noua verſione ſua latina vulgauit *Sebaſtianus Godfridus Starckius* uu), Berolin. 1697. 8. Titulus

tt) Claruit hic Simeon Sethus, imperitantibus Michaele Duca, Nicephoro Botaniata et Alexio Comneno et in MS. regis Galliae 1261. vocatur πρωτοβεστιάρχης τῶν Ἀντιόχου h. e. *Protoueſtiarius in Palatio Antiochi* CPolitano, de quo Caugius in CPoli Chriſtiana lib. II. ſect. 16. n. 5. et ad Zonaram. pag. 46. Male inde ab Allatio de Simeonum ſcriptis p. 181. vocatur Simeon *Veſtus et magiſter Antiochenus.* De aliis huius ſcriptis poſt eundem Allatium accuratius dicam infra libro VI. vbi ad Medicos peruenero. *Fabr.* — Add. *Fabr.* X. vol. X. p. 324. ſq. et quae ego adnotaui ad vol. I. p. 650. ſq. not. *oo. Harl.*

uu) obiit Berolini a. 1713. nec ſine merito laudatur a B. D. Abrahamo Hinckelmanno praefat. ad Alcoranum, arabice primum Hamburgi editum, in quo edendo Hinckelmannum iuuit, Arabica prius ab eo edoctus. Debemus huic Starckio praeterea, vt orationes quasdam et praef. ad Andreae Mulleri Greifenhagii Alphabeta omittam, catalogum MSS. maximam partem orientalium, laudati Hinckelmanni: ſpecimen verſionis Coranicae, et verſionem germanicam libri Io. Lockii de liberorum educatione, nec non biblia hebraica forma minima et typis minutiſſimis excuſa Berolini, quibus immortuus eſt. Nam Photio contra Manichaeos, hiſtoriae Alexandri Magni hebraicae, quam Ptolemaeo Lagi codex MS. tribuit, et aliis, quae moliebatur, fata viri docti intercesſerunt. *Fabr.* v. acta erud. 1697. pag. 379. ſqq. et *Heumanni* acta philoſ. tom. II. p. 187. ſq. *Harl.*

tulus in Arabico est *Culila et Dimna* [vv]) cuius editionem pridem promisit Tho. Hyde pr..ef. ad lib. de ludis orientalium. In graeco Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης, quasi *coronatum et inuestigatorem* dicas. Liber iucundus et vtilis lectu, referrusque fabulis, lepide et ingeniose excogitatis, quibus malitia, fraudes et stultitia hominum, in vita communi et in aulis frequens, ad viuum depingitur. Dicitur scriptus ante duo amplius annorum millia, *Indorum* lingua [ww]), et deinde in gratiam Chosrois, Persarum regis, (vero nomine Nouschiruan siue [xx]) Nuschi-rauan, Iustiniano, imp., coaeui,) *persice* [yy]) versus a Peroze, siue Perzoe, medico, (alii Stephanum Edessenum adpellant.) Nec minus *syriace* [zz]), atque etiam *arabice* [a]), [F] et iterum *persice* [b]) ex

vv) Nomina haec duo *Thoum*, quae sect. I. et II. loquentes inducuntur. Θῶες genus animalis vulpi simile et in Asia atque Africa non infrequens, de quo *Bochartus* III. 8. et 12. Hieroz. pag. 794. 801. seq. 804. *Fabr.* Θῶς est Persarum *Schakal*; *canis aureus* ap. Linneum. v. meam et cel. Schreberi not. ad *Theocriti* idyll. I. v. 71. et in indice ad voc. Θῶες, *Aelian.* de nat. anim. I. cap. 7. ibique Schneider et *Harduin.* ad Plin. H. N. VIII. cap. 34. *Harl.*

ww) Saphadius commentario ad carmen Tograi, apud *Hydeum* prolegom. ad lib. de ludis oriental. d. 3. *tria sunt, quibus excellant Indi, quibusque reliquos homines praeuertant. Liber Culcila et Dimna, ludus Shatrangi, et nouem figurae numerariae.*

xx) Vide Herbeloti bibl. oriental. in *Nouschirvan.*

yy) Simeon Sethi praef. confer B. Tentzelii *monatl. Unterredungen* anno 1695. pag. 710. et a. 1697. p. 572. Possinum ad Pachymerem tom. II. p. 482. seq.

zz) Ebed Iesu in catalogo, cap. 161. auctorem syriacae versionis libri Calaileg et Damnag, ex Indico factae, laudans Bud Peridiotam.

a) Arabicam versionem MS. in bibl. Mazariniana memorat Abraham Ecchellensis notis ad catalogum Ebed Iesu p. 87. atque ex Ismaelis Schiahinsciah historia gentium narrat librum Chilah et Damnah compositum esse ab Isamo, quinto Indorum rege: arabice autem redditum ex Indico trecentis ante Alexandrum Macedonem annis. Habuit etiam arabice, sed ex recentiori longe versione B. Hinckelmannus noster et Hydeus. Verisimile enim est in hisce codicibus, quemadmodum et in Mazariniano exstare versionem arabicam factam e Persico, iussu Califae, Abialari Almanzoris.

b) Hanc fortasse ex oriente secum adtulit Christianus Rauius, in cuius spolio orientis Centur. I. num. 20. *Liber Ethicus et Politicus titulo Calae et Dimnae, Persice.* Rauii codicem exstare in bibl. Berolinensi, testatur Starckius praef. ad Sapientiam Indorum, qui praeterea notat, occurrere persice MS Vindobonae in bibl. Caesarea n. 147. et Vratislauiae et Lugduni Batauorum, fuisseque inter libros Golianos. Alterius etiam meminit interpretationis persicae *Huetius* de fabulis romanensibus pag. 22. *Califam Abiafarum Almanzorem deinde aiunt hunc librum ex idiomate persico arabice reddi iussisse: alium ex arabico in persicum denuo vertisse, postque has interpretationes persicas aliam elaboratam esse, a superioribus diuersam, ad quam tamen gallica* (Gaulmini, sub titulo fabularum Pilpaei) *interpretatio sit exacta.* *Herbelotus* bibl. orientali p. 118. *Anuar Sohaili* les lumieres de Canopus. *C'est le titre d'un livre fort fameux dans tout l'Orient, que* Hassan ben Sohail, *Vizir du Khalife Almamon traduisit du Persien en Arabe; c'est pourquoi il lui donna son nom: car Sohail en Arabe signifie l'étoile de Canopus. Cet ouvrage est originalement écrit en Indien, et a porté premierement le nom de* Testament de Houschenk, *ancien roi de Perse de la premiere dynastie, et celui de* Glauidan Khird, *c'est à dire la sagesse de tous les Siecles. Il fut premierement traduit de la langue* Indienne *en la langue* Pehelevienne, *qui est celle des anciens* Persans, *par Buzrouieh medecin du roi Cosroes, surnommé Nouschirvan, que ce Prince avoit envoyé expres aux Indes pour recouvrer ce livre. Cette traduction porta le nom Pernen de* Humaioun Nameh, *livre auguste. Aboul Maali mit cette traduction en langue* Persienne moderne: *mais son travail fut retouché et enrichi par Houssain Kaschefi, et porta depuis le titre de* Calilah u Damnah, *aussi-bien que celle qui a été faite*

ex Arabico, tum ex Arabico *Turcice* c) atque, vt dixi, *graece*, quae interpretatio in codice bibl. Vindobonensis refertur [P] ad Secundum d), philosophum, quam alii codices, vt Augustanus, Florentinus, Bodleianus, Leidensis, Holstenianus, Allatianus [*Paris*. n. MMCCXXXI. bibl. publ.] aliique referunt, vt iam dixi, ad Simeonem Sethum e). *Hebraicam* versionem f) Rabbi Ioelis memorat Germanica et Italica: et nescio quis Starckio spem eius fecerat, membrana eleganter ante aliquot saecula descriptae et multis imaginum ornamentis conspicuae. *Latinam* ex hebraica vidi apud Io. Philippum Palthenium, Gryphiswaldensis academiae, quum viueret, decus et a multis annis mihi iunctum amicitia, qui editionem eius parabat, et dedisset haud dubie, nisi morte ab hoc et maioris momenti aliis praeclaris conatibus exclusus, vel potius tot et tantis, quae patriam eius ab eo tempore vexarunt, calamitatibus praereptus

Fffff 2 fuisset,

faite en langue Turque *pour le Sultan Soliman. Car c'est un dialogue entre deux animaux, ausquels on à donné ces deux noms propres. Ces animaux s'appellent du nom de leur espece Schacal, et nous n'avons rien dans ces pays-cy, qui en approche plus que le renard, soit pour la figure, soit pour l'instinct.* Idem pag. 245. *Kondemir ait, que le libre* Calílâh u Damná *fut composé en faveur de Baharam Schah penultime Sultan de la Dynastie des Gazneuides, Prince d'un tres grand merite, et qui favorisoit beaucoup les gens des lettres. L'auteur du Lebtárikh,* (confer Schiekardi Tarich p. 144. seq.) *écrit dans la vie de ce même Prince qu'il aimoit extremement les lettres et ceux qui en faisoient profession: que l'on lui dedia plusieurs beaux ouvrages, et entr'autres celui de* Kalilah et Damnah, *composé par Nasrallah, fils d'Abdelhamid en l'etat que nous le voyons aujourd'hui dans la langue* Persienne en prose, *et que ce fut le Poëte Roudeki, qui le mit depuis* en vers. *C'est ce même livre lequel a été traduit en langue* Turque, *et qui porte le titre d'* Anvár Sohaili, *les lumieres de Sohail, ou de l'astre, qui porte le nom de Canopus.*

c) Persicae et Turcicae interpretationis bina sibi exempla MSS. ad manus fuisse testatur praef. ad Lexicon suum Franciscus a Mesgnien Meninski, illa scilicet, quae in bibl. Vindobonensi adseruantur. Turcicam sub titulo *Hamaiun Name* siue Speculum principum habuit etiam Golius et notis illustrauit, vt in catalogo eius MSS. adnotatur. Catalogum codicum orientalium bibl. Vindobonensis idem Meninskius concinnauit, vbi num. 145. versio illa a singulari elegantia commendatur.

d) Vide *Lambecium* lib. VI. pag. 119. [p. 272. sq. Kollar.]

e) Id. *Lambecius* lib. V. pag. 141. [p. 495. — edit. Kollar.] *Starckius* praefat. §. 23. Possinus in praef. ad sapientiam Indorum et glossario tom. I. Pachymeris voce ἰχνηλάτης, Allatius de Simeonibus p. 183. seq. et de Georgiis pag. 345. vbi Georgii Ceramei Iambica in Simeonis Sethi Stephaniten et Ichnelaten commemorat. *Fabr.* *Kollarius* l. c. pag. 495. notitiae Fabric. ea, quae sequuntur, addidit: „Turcicae versionis, *Humájun Nabe* inscriptae, auctor est *Hali Tschelebi*, Philippopolitanus, Turcarum disertissimus. In hispanicum idioma turcicae versionis caput primum conuertit *Vincentius Bratuti*, Ragusinus, atque in lucem protulit Madriti hac sub epigraphe: Espejo politico y moral, para Principes, y Ministros, y todo genero de personas. Traducido de la lengua Turca en la Castellana. Por *Vicente Bratuti* Raguseo, interprete de la lengua Turca de Felipe Quarto el grande Rey de las Espanas. etc. Parte primera. en Madrid. por Domingo Garcia y Morras. anno 1654. in 4. Est, vt iam monui, solum modo caput primum celeberrimi huius operis, ex quatuordecim capp. constantis. Vtrum cetera a Bratutio typis edita, vel saltim conuersa fuerint, mihi quidem non liquet. Laciniam bene longam persicae, turcicae et hispanicae versionis, tironum gratia, protulit *Meninskius*, grammaticae suae Turcicae, a. 1680. Viennae editae, adiectam. Nos in eadem Meninskiana grammatica, exercitationibus analyticis aucta, atque a. 1756. sub prelum reuocata, versionis turcicae apospasmatium quoddam vna cum analysi et versione nostra vulgauimus tom. altero pag. 243." Hactenus Kollarius. *Harl.*

f) De hac confer *Wolfii* bibl. hebraicam tom. I. pag. 468.

fuisset. Vidi autem excusam sine anni nota in forma folii, hoc titulo: *Directorium humanae vitae, interprete Iohanne de Capua* g). Vidi etiam duplicem *Italicam* h) versionem, diuerso tempore excusam, et tum inter se, tum a graeco mire differentem. Differt itidem a graeco, plurimum licet fabulas et apologos multos eosdem habeat *Gallica* versio Gilberti Gaulmini, ex Persico Nasrallae Ben Muhammed a. 1644. composita et Paris. 1698. 12. atque in Belgio recusa sub titulo *les fables de Pilpay* i) *philosophe Indien,* atque inde in hac vrbe quoque [P] Ham-

g) Titulus vnius est: *la moral philosophia del Doni tratta da gli antichi Scrittori, o vero la philosophia de' sapienti antichi scritta da* Sendebar *moralissimo philosopho* Indiano *et tradotta nella lingua Toscana da gli academici Peregrini; Venet. 1552. 4.* additis figuris siue iconibus, quae in editione Ferrar. 1610. 8. desiderantur. Altera versio illa ipsa, quam Allatius inspexit, lucem vidit Ferrariae a. 1583. 8. | *Lelo Demno* (ita male, pro Calilah u Damnah) *del Governo de regni, sotto morali essempiati animali ragionanti tra loro, tratti prima di lingua Italiana.*

h) De hac versione et editione, de auctore ipso variisque versionibus etc. copiose agit *Freytag* in adpar. litter. III. p. 106 — 118. *Harl.*

i) In catalogo bibl. Leidensis pag. 301. et in *Herbelots* bibl. orientali pag. 206. et 456. vocatur *Bidpai*, quod nomen interpretantur medicum misericordem. Sed Herbeloti verba adscribenda sunt: *Homaioun Nameh, ou Humaioun Nameh*, le livre Royal, *ou* Auguste. *C'est la traduction* Persienne *du livre intitulé Kalilah ve Damnah. Ce livre qui n'est qu'un tissu d'Apologues et de fables tirées des proprietez des animaux, fut composé par un philosophe Indien, nommé* Bidpai, *pour un Roy des Indes, qui portoit le nom de Dabschelim. Il est rempli de preceptes moraux et politiques. Nouschirvan, Roy de Perse, envoya son medecin nommé Buzruieh,* (hic in graeca versione vocatur Περζωὴ,) *exprès pour recouvrer ce livre, qui étoit gardé soigneusement dans la bibliotheque des Roys des Indes, et l'ayant entre les mains, il le fit traduire de l' Indien en langue* Pehelevienne, *qui est l'ancien* Persien, *et lui donna le nom de* Humaioun Nameh. *Abougiafar Almanzor, second Kalife des Abbassides le fit ensuite traduire de l'ancien Persien en* Arabe *par l'Imâm Abulhassan Abdallah ben Mocannâ sous le titre de* Kalilah et Damnah. *Quelque tems après le Sultan Nasser ben Ahmed de la dynastie des Samanides, le fit encore traduire de la langue Arabique en* Persien *plus moderne, par un docteur inconnu, et cette version fit mise aussi tôt* en vers *par le celebre poëte Persien nommé Roudecki. Baharam schach fils de Massoud Sultan de la dynastie de Gaznevides, non content de cette version, fit travailler Nasrallah Aboulmaala, le plus eloquent homme de son tems, sur le texte Arabique de Mocannâ, et c'est cette version* Persienne, *que nous avons aujourd'huy sous le titre de Kalilah ve Damnah. Ce livre a acquis une si grande estime dans l'Orient, que dans la fin du neuvieme siècle de l' Hegire l' Emir Sohaili Generalissime des armées de Houssain ben Mansour, ben Baicarah ou Baicra Sultan de Khorassan, qui étoit de la posterité de Tamerlan, entreprit d'en faire faire une nouvelle version,* (en langue Arabique sur l'ancien texte Persien,) *par le Docteur Hussain Vaëz dit al Kaschefi, lequelle surpasse toutes les autres en élegance et en clarté. Cette nouvelle version porte le nom d'* Anvar Sohaili, *les splendeurs, ou les lumieres de Canopus, à cause qu'elle fut faite à l'instance de l'Emir, qui portoit le nom de cette constellation: et a été traduite en langue* Turquesque en prose et en vers. *Gemali l'a mise en vers pour Bajazeth second du nom, Sultan de la race des Ottomanns.* Idem pag. 399. *Giavidan Khird*, la sagesse de tous les tems, *c'est un livre de philosophie morale, composé par Huschenk, ancien roy de Perse, lequel a été traduit plusieurs fois, et en plusieurs langues. — — Une partie de ce livre a été traduit en* François *par David Said d'Ispahan et imprimé à Paris 1644. sous le titre* de livre de lumieres *ou* la conduite des roys. *Le traducteur dit dans sa praeface, que ce livre fut traduit de Persien en Arabe par Abulhassan Abdalla, par ordre d'Abugiafar Almanzor, un des Khalifes Abbassides, mais il se trompe: car ce fut Hassan Vizir d'Almamon, qui en fit la traduction.* Idem pag. 206. Bidpai et Pilpai, *philosophe Indien, Vizir de Dabschelim, ancien roy des Indes est l'auteur* du Testament de Huschenck,

[?] Hamburgi a. 1707. 12. cum Aesopi fabulis subiecta prelo. In his recentioribus editionibus, iudicio viri eruditissimi, dum Gallica [?] elegantiora dare voluerunt, de veteris praestantia non parum detriuere: *on a gaté l'ancienne version en la mettant en meilleur françois.* Ceterum iampridem Antonius Gallandius spem fecit plenioris longe gallicae editionis videndae, siquidem is nactus est *Turcicam* versionem, editis Pilpaei fabulis quarto tanto ampliorem atque adeo integram eiusdem libri factam e Persico, cui titulus *Humaioun Nameh*, hoc est *liber imperialis* siue *regius*, quoniam artem imperandi libro illo contineri orientales sunt persuasi. *Castellana* siue *Hispanica* versio in praefatione ad Italicam memoratur; *Germanica* vero, quae ex latina Ioannis a Capua composita esse traditur auspiciis Eberhardi I. ducis Wirtenbergici, saepius lucem vidit, atque a Starckio memorantur editiones Vlm. 1483. fol. k) *Beyspiel der alten Weisen von Geschlecht zu Geschlecht* et Argent. 1525. fol. *das Buch der Weisheit, darin erlernet wird der Welt Lauff*, et sine loci notatione 1548. 4. *der alten Weisen Exempel, Sprüche und Unterweisungen:* et Francof. 1565. 8. *das Buch der Weisheit der alten Weisen von Anbeginn der Welt von Geschlecht zu Geschlecht.* *Belgica* denique Zachariae Heins, Zwollae 1623. 8. voorbeelsels de oude wysen, uyt d' Iüdische spraacke in d' Arabische etc. [Ad omnem hunc locum cf. Praefatio ad libellum inscriptum: Prolegomena ad librum Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης e cod. ms. bibl. Acad. Vpsal. edita et latine versa, dissertatione acad. quem — praeside *Io. Flodero*, Prof. etc. publ. examini submittit *Petr. Fabian. Aurivillius* — Vps. 1780. 4. *Beck.*]

Alia Pachymerae scripta edita.

Praeter historiam Byz. de qua dixi, et de cuius editione Possiniana consuli etiam potest *Io. Gallansius* in Ephemeridibus eruditorum Paris. 6. Dec. 1666. et 2. Martii 1671. extant non minus typis exscripta, eodem *Georgio Pachymere* auctore:

 1) *Para-*

schenck, *second roy de Perse de la premiere dynastie. Ce livre, qui a changé plusieurs fois de nom, est le même que* Giavidan Khird, Homaiun Namé, Kalilah ve Damnah, et Anvar Sohaili. Idem pag 465. *Il est encore aussi peu vraisemblable, que ce Prince* (Huschenck, roi de Perse,) *soit l'auteur d'un livre intitulé* Giavidan Khird, *la sagesse eternelle ou de tous tems, auquel on a donné aussi le nom de* Testament de Huschenk; *mais l'ancienneté et la reputation de ce Monarque ont fait emprunter son nom pour donner plus d'autorité à cet ouvrage, qui est d'ailleurs fort estimable, et lequel est parvenu jusqu'à nous sous le titre de* Humaion Nameh.

k) Hanc editionem vberius descripsit *Kästner* in vermischten Schriften, part. I. p. 219. sqq. Inscriptio autem haec est: Hie endet sich das buch der weisheit der alten weisen von anbeginne der welt von geschlecht zu geslecht. Gedruckt vnd vollendet durch *lienhart hollen* zu Vlm nach cristi geburt M. CCCC. LXXXIII fol. add. cl. *Zapfii* älteste Buchdruckergeschichte Schwabens p. 86. sq. inprimis clar. *Panzer* in Annalen der ältern deutschen Litteratur p. 143. sq. qui ex *Freytagii* notitia citata memoratu digniora excerpsit. Idem V. D. ibid. descripsit p. 152. edit. alteram Vlmensem ap. Hollen 1484. fol. et pag. 153. ex Gerkenii itinerar. part. I. p. 398. Das Buch der weisheit oder der alten weisen etc. Augustae Vindelic per Hans Schönsperger. 1484. fol. — p. 158. Das Buch der beispiel der alten weisen etc. Vlmae per Conr. Dinckmut. 1485. fol. — — pag. 256. Das Buch der weisheit, etc. Argentor. per Hans Grüninger. 1501. fol. — — *Freytag* l. c. p. 117. longiorem editionis alius, a Starckio omissae, dedit notitiam: Der alten weisenn exempel, sprüch mit vil schoenen Beyspielen vnd figuren erleuchtet etc. Argentor. ap. Iac. Froelich. 1539. fol. Denique iam laudauit *Brucker* histor. criticam philos. libr. II cap. 4. §. 8. tom. I. pag. 210. sqq. — *Italicas* versiones, Venetiis 1552. 4. — 1567. 8. — Trident. 1594. 8. — Vicentiae 1597. 8. — Venet. 1606. 4. — Ferrariae 1583. 8 et 1610. 8. vberius recenset *Faitoni* in bibl. degli Autori — volgarizzati tom. IV. p. 52 — 58. *Harl.*

1. *Paraphrasis operum Dionysii Areopagitae*, ad Athanasium patriarcham, tum Alexandrinum, in qua Maximum fere semper sequutus est, ita, vt Pachymerem *non magis Dionysii, quam Maximi fidissimum Paraphrasten* vocet *Combefisius* tom. I. auctar. nouiss. pag. 496. Et quando τὲς παλαιὲς laudat, Maximum praecipue intelligit, qui τῶν παλαιῶν τις a Pachymere adpellatur, tom II. edit. Dionysii Corderianae p. 64. Prodiit primum graece apud Guil. Morellium Paris. 1561. 8. hoc titulo: τῦ λογιωτάτυ καὶ σοφωτάτυ ἱερομνήμονος τῆς ἁγιωτάτης τῦ Θεῦ μεγάλης ἐκκλησίας ΓΕΩΡΓΙΟΥ τῦ ΠΑΧΥΜΕΡΗ παράφρασις εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην, ἐκ προτροπῆς τῦ ἁγιωτάτυ Πάπα καὶ Πατριάρχυ Ἀλεξανδρείας κύρυ ἈΘΑΝΑΣΙΟΥ, ἐπιδημῦντος τῇ Κωνςαντίνυ, πρὸς ὃν καὶ τὸ προοίμιον. Praeter illam editionem, (non cum Dionysii [?] operibus, vt ex Simlero scribit Allatius p. 367. de Georgiis, sed separatim excusam,) prodiit haec Paraphrasis etiam graece, iuncta scriptis S. Dionysii in editione graecolatina operum huius Lansseliana Paris. 1615 fol. nisi quod paraphrasi in epistolas Dionysii, versionem suam *Petrus Lanssellius* S. I. addidit. Totam latine vertit graeceque et latine cum Dionysii operibus et Maximi scholiis edi curauit *Balthasar Corderius* S. I. Antw. 1634. fol. *Godfridi* quoque *Tilmanni* [l]), Carthusiani, versionem Possevinus memorat, et aliam *Vincentii Marinerii* Allatius, sed typis non exscriptam. *Fabr.* Confer supra, in hoc volumine, p. 9. 12. et 13. et de codd. p. 14. 15. (vbi quoque citata est edit. Dionysii Areopagitae, cum paraphrasi *Georgii Pachym.* Venet. 1755. fol. tom. I. pag. 6 — 152.) et pag. 17. conf. *Io. Fabricii* hist. bibl. Fabric., part. I. p. 112 — 116. — Item Dionysii Areopagitae coelestis hierarchiae fragment. cum paraphrasi *Pachymer.* in cod. *Barocc.* in bibl. Bodlei. nr. 65. — paraphrasis etc. in cod. *Escorial.* teste *Pliero* in itiner. per Hispan. p. 170. — Opera Dionysii Areopag. cum paraphrasi *Georgii Pachym.* in cod. *Coislin.* LXXXV. teste *Montfaucon* in bibl. Coisl. p. 140. add. *Bandinii* catal. codd. gr. Laurent. Medic. vol. I. p. 289. *Harl.*

2. *De Processione Spiritus Sancti*, πρὸς τὺς λέγοντας, ὅτι διὰ τῦτο λέγεται πνεῦμα υἱῦ διὰ τὸ ὁμοέσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτῦ τοῖς ἀξίοις, *aduersus eos, qui dicunt, propterea dici Spiritum filii, quod eiusdem cum eo substantiae sit, vel quod ab eo dignis suppeditatur*, graece et latine exstat in tomo I. Graeciae orthodoxae, vna cum editoris, Allatii, interpretatione, Rom. 1652. 4. p. 390 — 399. Adde eundem de Consensu vtriusque ecclesiae p. 517. seq. *Fabr.* Add. infra in vol. X. p. 384. *Harl.*

3. Ἔκφρασις τῦ Αὐγυςεῶνος, *Augustalis in templo Sophiae CPolitano descriptio*, graece edita a *Boiuinio* ad Gregoram p. 764. tom. II. e codice regio MMMCXIX. De Augusteone *Codinus* Origg. CPol. n. 32. *Goarus* ad Codinum p. 130.

4. Ex *paraphrasi in totam Aristotelis philosophiam*, quae lib. XII. titulis 47. et capitibus 435. [vel potius 238. v. *Buhle* in edit. opp. Aristot. tom. I. p. 166. et *Lamb.* VII. p. 234. *Bandin.* III. p. 285. not.]

l) Reprehendit Possevinus Tilmannum, quod Pachymerem Athanasii σύγχρονον scripsit. Ac sane non fuit aequalis Athanasii illius antiqui Arianorum saeculo IV. mallei; attamen non minus certum est, etiam Pachymerae aetate fuisse patriarcham Alexandrinum nomine Athanasium, cuius plus simplici vice ille in historia sua Byz. meminit, et cui paraphrasin suam Dionysianam, suadente ipso compositam, inscripsit. *Fabr.* In cod. CMXCVI. bibl. publ. *Paris.* exstat *Ge. Pachym.* epistola ad *Athanasium*, patriarcham Alexandriae, Libyae, Pentapoleos, totiusque Aegypti et Aethiopiae. *H*

not.] comprehensa in bibliothecis quibusdam integra adhuc graece adseruatur, prodiit m), α) *Epitome Logices Aristotelis* Γεωργίε Διακόνε πρωτεκδίκε καὶ Δικαιοφύλακος τε Παχυμέρες ἐπιτομὴ τῆς Ἀριςοτέλες Λογικῆς, latine, interprete *Io. Baptista Rosario*, Paris. apud Vascosan. 1547. 8. et graece ibid. 1548. 8. et graece atque latine, *Ed. Bernhardo* curante, Oxon. 1666. 8. In hac epitome sub initium statim leguntur, quae *de sex definitionibus et diuisione Philosophiae* ediderat graece Ioach. Camerarius Lipsiae in 8. fine anni nota †), vna cum Archytae libello de decem Categoriis et cum aliis quibusdam, [P] quae supra lib. II. cap. 13. [vol. I. p. 834.] in Archyta recensui: latine vero Oporinus Basil. 8. cum Porphyrii quinque vocibus *) et Aristotelis praedicamentis a Ioach. Perionio versis. Et quae graece atque latine cum Iacobi Foscareni versione prodierunt Pachymerae *de sex Philosophiae definitionibus et de quinque vocibus ac decem praedicamentis*, Venet. 1532. 8. addita Pselli et Nicephori Blemmidae compendiis in Logicam Aristotelis. β) περὶ ἀτόμων γραμμῶν *de lineis insecabilibus* libellus saepe vtraque lingua in Aristotelis operibus editus et Aristoteli ipsi a multis, antequam errorem notarent Camotius et H. Stephanus, perperam adscriptus. Latine vertit Iac. Schegkius. Vide, si placet, quae dixi lib. III. cap. 5. §. 28. [vol. III. p. 261.] γ) *Epitome* denique ipsa *Philosophiae* latine ex interpretatione *Philippi Bechii*, philosophi ac medici, Basil.

m) Vide *Allatium* de Georgiis p. 366. 367.

†) *Fabricius* tamen infra in vol. XII. p. 523. in indice scriptorum Io. Camerarii non solum pleniorem dedit hanc inscriptionem: *Archytae* decem praedicamenta: anonymi de logica: quid et quale quid quomodo definiendum esse videatur: alterius methodus εἰς τὰς τρόπες τῆς φιλοσοφίας *Georgii Pachymerii* de sex definitionibus philosophiae: omnia graece: cum praeliminari epistola graeca *Ioachimi Camerarii* ad Michaelem Sophianum. Lipsiae typis Ernesti Voegelini, 8. sed etiam anno 1564. editionem adferit. — adde seq. notam. De plurimis codd. iam supra in vol. III. in cap. de *Aristotele* sermo fuit p. 209. not *oo*. *Ge. Pachym.* expositio totius organi Aristotelis et epitome vniversae Aristot. philosophiae; — p. 210. Pachym. libri XI. de philosophia in cod. *Bauar.* CLXX. (quorum quidam, e g. de coelo, in Aristot. ethica etc separatim in codd. aliis reperiuntur:) in cod. *Bauar.* CLXXI. est *Pachym.* epitome in metaphysicam Aristotelis — tum alia p. 216. 220. 227. 229. 258. et saepius. — In bibl. *Escorial.* sunt in aliquot codd. *Pachym.*) 1) in vniuersam Aristot. logicam et vtramque philosophiam epitome; 2) Logica et philosophia; 3) paraphrasis in libros ethicorum ad Nicomachum; 4) de mechanica, cap. 20. — 5) in quaedam Aristotelis, teste *Plüero* l. c. pag. 170. — *Florentiae* in cod. Laur. Medic. II. plut. 86. *Ge. Pachym.* compendium philosophiae ex mente Aristot. libris constans XII. titulis XLVII. capp. 258. plura vide in *Bandinii* cat. codd. gr. III. p. 285. sq. adde not. seq. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCMXXIX. MCMXXX. MCMXXXI. et MMCXXXV. exstat *Pachym.* paraphrasis in vniuersam Arist. philosophiam; in cod. MMCXXXVI. opusc. de anima. — *Vindobonae* in cod. caesar. LXVIII. nr. 1. *Pachym.* fragmenta nonnulla de coelo; — in cod. XLII. nr. 1. et cod. XLIV. nr. 2. et cod XCV. nr. 2. *Pachym.* prolegomena in Aristot. libros octo naturalis auscultationis, et nr. 18. cod. XLIV. excerpta ex *Ge. Pachym.* de coelo, sole, eclipsi solis, diebus et noctibus, et de quatuor anni temporibus. — in cod. XLIII. *Pachym.* expositio in Arist naturalis auscultat. libros octo. v. *Lambec.* comm. VII. p. 237 397. 173. 177. 178. 181. 182. — *Taurini* in bibl. regia, cod. CCCLXV. *Ge. Pachym.* librorum Aristotel. de physica auscultatione synopsis et compendiaria expositio, nondum edita. — in cod. CCLXII. prolegg. in octo libros physicorum Aristot. v. cat. codd. Taur. gr. pag. 485. et 372. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCIII. index philosophiae Pachymerae. — in cod. CCXII. Arist. ethic. Nicomach. libri X. cum *Georgii Pachym.* paraphrasi marginali nondum edita. v. catal. codd. gr. p. 112. et 114. et supra vol. III. p. 264. — In cod. *Coislin.* CLXIV. *Georgii Pachym.* philosophia, libri XII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 222. *Harl.*

*) v. supra vol. V. p. 738. *Harl.*

Basil. 1560. fol. cum Synesii orationibus [n]). Hanc epitomen *Eumoro* cuidam auctor dicauit, vt patet ex his Pachymerae ad eum versibus:

Δέχνυσο [o]) ἡμετέροιο πένϑ ἐριϑνιον ὕφος.
ΕΥΜΟΡ' ἐμῶν προπόλων πολέων κυδέςατε [p]) πασῶν

Πλὴν

n) Vide not. antec. — add. in cod. *August. Vindel. Nicephori Blemmidae* et *Georgii Pachym.* epitome philosophica, complectens logicam, ethicam et physicam: teste *Reisero* in cat. pag. 77. — *Vindobonae* in cod. caesar. LXVII. *Ge. Pachym.* epitome vniuersae Aristotelis philosophiae, diuisa in libros XII. titulos 47 et capp. 238. v. *Lambec.* comm. VII. pag. 234. sqq. vbi inter alia, „quae, ait, epitome primum quidem a *Phil. Bechio*, philosopho, medico, atque academiae Basileensis professore dialectico, ex aliis duobus msstis codd. et iis quidem, vt ipse testatur, valde lacunosis, mendosis et corruptis, in latinum sermonem translata, et a. 1560. Basil. typis Froben. in fol. latine tantum edita est; beneficio autem tertii huius codicis msti caesarei graece simul et lat. longe melius et adcuratius denuo edi poterit. Indicat hoc ibidem ipse *Sambucus* hac suae manus inscriptione: *Philippus Bechius, medicus Basileensis, conuertit Basileae, et excudit Episcopius cum Frobenio a. 1560. Verum hic codex longe duobus, quibus vti interpreti tunc licuit, integrior et probior est. Bechius saepe nec verba adprehendit, nec sensus reddidit. Sambucus hunc emit octo coronatis, missum ex Italia a. 1583.* In illo cod. praefationem excipit index totius operis, quem quidem *Leo Allatius* in diatriba de Georgiis p. 367. perperam existimabat ab alio quodam compositum; contra Lambecius, ab ipso Georgio Pachym. esse confectum, ex connexione cum praefatione manifeste adparere contendit. — Quod Lambec. et Sambuc. de cod. Vindob. praedicarunt; id etiam de cod. *Florent.* Medic. XXII. plut. 86. in quo est *Pachym.* compendium philosophiae, (vti in cod. II in superiore nota laudato) *Bandin.* III. p. 365. sq. adfirmat, ope illius codicis Medic. optimi atque integerrimi graece simul et lat. longe meliorem et adcuratiorem editionem posse adornari. Ille tamen cod. praeterea ab initio habet διαίρεσιν etc. diuisionem locorum dialecticorum, quemadmodum ipsos diuisit Italorum quidam, dictus *Boëtius*, qui quidem in gr. linguam translati sunt. Tum in fine adducuntur *Mich. Pselli* versus iambici centum sepulcrales in Pachymerem, quibus ille sui praeceptoris obitum deplorat. — In cod. I. nr. 3. plut. 86. excerpta tria ex *Ge. Pach.* paraphrasi in vniuersam Aristot. philosophiam. v. *Bandin.* III. p. 284. sq. — In cod. caesareo XCV. nr. 4. in *Arsenii*, Monembasiae in Peloponneso archiepiscopi, *syntagmate logico* insunt *Michaelis Pselli*, *Nic. Blemmidae* et *Georgii Pachymeris* opuscula varia ad logicam pertinentia, et quidem *Pachym.* libell. de sex philosophiae definitionibus; eiusdem diuisio philosophiae eiusdem libellus de quinque vocibus et libell. de decem praedicamentis. v. *Lamb.* VII. p. 380. sqq. qui quoque adnotauit, idem *Arsenii* syntagma logicum editum esse *graece* Paris. 1540. 12. et *latine*, *Iacobo Foscareno* interprete, ibid. 1541. 12. — In cod. XXXIX. nr 6. est fragment. περὶ ὕλης etc. vt iam supra adnotauimus. — In bibl. acad. *Leidensi* sunt *Hermias Ammonius* in isagogen Porphyrii. *Magentinus* in libr. Aristot. de interpretatione et in priora analytica; *Nili* de ratiocinationibus libellus. Item *Georgii Pachymerii in vniuersam Aristotelis differendi artem epitome, ex interpretatione Io. Baptistae Rasarii.* Lugduni 1547. fol. — *Pselli* introductio in sex philosophiae modos etc. — *Nicephorus Blemmidas* de quinque vocibus. *Georgius Pachymerius de sex philosophiae definitionibus* etc. graece 8. Venetiis, (vt videtur) aliqua sunt adscripta graece: in catal. B. Leid. p. 155. 163. et 165. — *Georgii Pachym.* in vniuersam Aristotelis differendi artem epitome, latine, *Io. Baptista Rasario* interprete. Paris. ap. Michael Vascosanum 1545. 8. (*Maittaire* A. T. III. p. 379.) *Harl.*

o) *Ferreus ipse sum*, inquit Allatius de Georgiis p. 372. *si quid est hisce carminibus in tota antiquitate durius. Chalybs ipse et incus et si quid est in rerum natura asperum ac peruersum, prae his carminibus mollius est et tractabilius.* Versus suos in Cometam adfert *Pachymeres* in Andronico Palaeologo lib. IV. c. 14. tom. II. p. 209. seq. et in Lunae defectionem lib. IV. c. 15. p. 211.

p) Nesselius [et ante eum Lambec. p. 236. l. c.] edidit κυδίςατε, *carissime*.

Πλὴν εὐήτριον ἐκ Σταγείρης νήματ᾽ ἔνεικε
Ταῤῥὰ καὶ εὐφυέως ξυγκερκίσαι ἤθελον αὐτὸν,
Ὥς κεν εὐπλοκίης, μηδ᾽ ὅσσος τυτθὰ λίποιτο,
Καί κεν ἀεικελίης μεταμώλια νήματ᾽ ὄλωνται.
Ἔμπης δ᾽ αὖτε καθ᾽ ἡμέτερον νόον ἔτι γ᾽ ἔλειψεν
Ἔργον ὅπως πυκάσαιμι ὑπέρτερον ἀσχολίης τευ,
Ἐντὸς ἀπαστοσύνης ἱερῶν τετελεσμένον εἰδῶν
Πρώτῃ τῇδε μεταγραφίης μάλα νηΐδι δέλτῳ,
Ἴῶ καὶ ὅσον τύχε συντελίης δέμα ὑψόθεν ἔσω,
Ὅσσον δ᾽ αὖτ᾽ ἀπέκυρσεν ἁμαρτάδος ἦεν ἐμοῖο.

Hoc eſt Philippo Bechio interprete:

EVMORE, et affines inter ſacrosque miniſtros
Maxima cura mihi, noſtrorum carpe laborum
Eximia telam non vtilitate carentem,
Rite quidem textam, complexam, at cuncta Stagirae
[?] *Fila tamen, volui ingenti quae texere et ipſe*
Pro ratione mei, ne de tam ſlamine claro
Forte quid omittatur, pereant ſi marcida fila
Diſſimilis telae. Tamen vt ſententia nobis
Firma ſtat, haud quicquam linquetur ſiue peribit.
Nempe tuis vt opus ſtudiis insigne pararent,
Per pia confectum ſacri ieiunia luci,
Quod fragili inſcriptum huic tabulae transſcribere primum,
Deinde errata mihi quoque tu dignare notare
Perfectum quoad vt fuerit, tibi coelica dentur
Dona quoad iudicis, mihi crimen id omne putetur.

In Caſaubonianis p. 21. laudatur Georgii Pachymeris *Vita Chryſoſtomi*, de qua nihil vsquam legere me memini. Quam enim habemus ſcriptam a Georgio Chryſoſtomi vitam, quod Caſaubonus ignorare minime potuit, longe antiquioris eſt, et Photio iam laudati Georgii Alexandrini epiſcopi, de quo prolixe Hanckius de ſcriptoribus Byz. part. I. cap. 10. Sed Caſauboni verba adſcribam: *Georgii Pachymeris de Vita Chryſoſtomi liber eſt eximius et propter argumentum et nonnihil etiam propter ſcriptorem ipſum: pura eſt huius oratio*, (at in Georgio Alex. ſtylum reprehendit Photius) *neque omni artificio nudata, et cura dictionis: ἐπιστάσεις αἰτιατικαὶ quales in hiſtoricis obſeruabamus, frequentiſſimae.*

Pachymerae ſcripta inedita.

Praeter *Paraphraſin in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam*, de qua iam dixi, et cuius maior pars graece adhuc in bibliothecis atque integra in Vindobonenſi q) delitеſcit, ſeruantur

q) v. notas antecedd. *Harl.*

tur in bibl. regis Galliae cod. MMMCXIX. r) Pachymeris *μελέται εἰς τὰ προγυμνάσματα καὶ εἰς τὰς στάσεις.* *Exercitamenta rhetorica in Progymnasmata et statur.* Singulorum titulos et initia exhibet *Allatius* de Georgiis p. 369 370. 371. in quibus est etiam ἔκφρασις τοῦ Αὐγουστεῶνος, quam Boiuini beneficio habere [*] nos iam monui. *Epistolas*, quas in bibliothecis Italiae latere scripsit Gesnerus, numquam reperire se potuisse, licet anxie perquisitas, testatur idem Allatius et dolet. *Eas enim, inquit, elegantissimas futuras, et dicendi antiquo nectare, praeterquam quod eo aeuo scriptores fuerunt, plenas suspicor; cum minus aliis in eloquendo Pachymerius, quod ex historia, et aliis eiusdem tractationibus colligi potest, ineptiat* †). Refert autem nactum se Pachymerae opusculum περὶ κατασκευασίας καὶ ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων *de adparatu et constructione argumentorum*, cuius initium: πᾶν κατασκευάζεται δι' ἕξ. Ait etiam, Pachymerae *libellum de quatuor mathematicis* scientiis exstare MS. in bibl. regis Galliae, sed dubitat, idemne sit, qui sub Pselli nomine editus est, et de quo *Allatius* libro de Psellis cap. 37. Sane idem scriptum Arsenius, quum primum Romae edidit, dubitauit, Euthymium ne, an Psellum haberet auctorem, licet Psello a pluribus tribuatur: *Labbeus* vero in bibliotheca noua MS. pag. 117. tamquam diuersa memorat *Georgii Pachymerae de quatuor mathematicis, arithmetica, musica, geometria et astronomia*, (quo ipso ordine etiam disciplinae illae in Pselliano libello pertractantur,) *in codice Regio DCCCLIX. et de iisdem Euthymii Pselli in codice DCCCXCI. De iisdem incerti codice CCCLXXXI. Fabr.* — Secundum catal. codd. *Paris.* vol. II. in cod. MMCCCXXXVIII. MMCCCXXXIX et MMCCCXL. *Georgii Pachym.* vel *Mich. Pselli* arithmeticae, musicae, geometriae, et astronomiae institutiones; in cod. MMCCCXLI. *Georgii Pachym.* arithmetica. (vbi primum caput desideratur,) geometria et stereometria. — In cod. MMCDXXXVIII. (e cod. *Vaticano* a. 1594. descripto,) nr. 3. *Pachym. arithmeticae* quater inchoata descriptio duorum librariorum manu diuersa; nr. 4. eiusdem *harmonicae* inchoata descriptio — in cod. MMDXXXVI. opusculum de *musica*, e veterum et recentiorum scriptis a *Georgio Pachymera* in illorum gratiam, qui rei musicae operam dant, collectus, opus ineditum, quod incipit δευτέραν ἔχει τάξιν. — In cod. *Nanian.* CCLV. Venetiis, ἡ τετράβιβλος τοῦ Παχυμέρη — tum τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ Γεωργίου πρωτεκδίκου — τοῦ παχυμέρη, σύνταγμα τῶν τεσσάρων μαθημάτων ἀριθμητικῆς, μουσικῆς, γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας. Sequuntur triginta versus iambi senarii: post hos incipit opus. Plura ex illo cod. dedit auctor cat. codd. Nanian. pag. 448. — *Leidae* inter codd. Vossianos ἁρμονικὴ Μουσικὴ Παχυμέρου. v. cat. bibl. Leid. p. 394. nr. 62. — An etiam ad Pachymerem pertineant, quae sunt in cod. *Augustano* Vindel. (*Reiser.* cat. p. 87.) epitome logica, initio mutila, reliquis etiam paginis magnam partem exesis; alia epitome Arithmetices etc., aliaque epitome musicae, geometriae, astronomiae etc. collatione cum aliis codd. certius erit definiendum. — add. supra; vol. III. p. 654. vol. IV. p. 37. et 231. et vol. V. p. 648. *Harl.*

Τὰ κατ' ἑαυτὸν *Carmina de vita sua* memorat Pachymeres et ex illis versus quosdam hexametros adducit lib. X. historiae Byz. cap. 14. et 15. *Fabr.* *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. V. plut. 87. qui continet Aristot. physicae auscultat. libros VIII. cum expositione

r) In cat. codd. Paris. tom. II. p. 584. numeratur MMCMLXXXII. add. supra, vol. VI. p. 76. *Harl.*

†) Add. supra, vol. I. p. 703. *Harl.*

fitione marginali *Georgii Pachymeris*, in fine leguntur verfus quidam heroici in laudem libri, adfcripto nomine τῦ Παχυμέρη, quos publici iuris fecit *Bandin.* in cat. codd. gr. III. pag. 385. fq. — In cod. *Veneto* Marc. qui continet *Macarii Chryfocephali* 'Ροδωνιὰν fol. 231. adducuntur excerpta ex carminibus, quae *Georgius Pachymeres* de vita fua confcripfit, ἐκ τῶν ἡρωικῶν ἐπῶν τῦ Παχυμέρη Κυρῦ Γεωργίυ, δι' ὧν τὰ καθ' ἑαυτὸν διηγεῖται ἐν τμήμασιν ἐννέα. et fol. 233 rect. τῦ αὐτῦ (Παχυμέρη) σίχοι ὑφαντοί· ἐςι δὲ ὁ ὑφαινόμενος σίχος, ἄνωθεν κάτω, καὶ κάτωθεν ἄνω· v. cel. *Villoifon* anecdot. gr. tom. II. pag. 7. inprimis pag. 76. fqq. vbi σίχυς illos, quamuis barbaros ineptosque, graece vulgauit. In verfibus autem heroicis laudatis Pachymeres, iudice Villoifonio, veteres poetas, praecipue Homerum et Gregorium Nazianzenum, non infeliciter imitando expreffit. *Harl.*

XII. IOANNES CANTACUZENUS, Cantacuzeni Peloponnefo praefecti et Theodorae Palaeologinae, imperatoris, Andronici Palaeologi, amitae, filius [s]), diftinguendus 1) a *Ioanne Cantacuzeno*, Manuelis Comneni progenero, qui aduerfus Seruios et Hungaros fortiter pugnauit et in bello aduerfus Turcos circa a. C. 1174. cecidit. 2) a *Ioanne Cantacuzeno Caefare*, quem oculis priuauit Andronicus Comnenus, et 3) a *Ioanne Cantacuzeno*, qui Defpotae dignitate vfus fuit fub Ioanne Palaeologo circa a. C. 1356. Ab his, inquam, diftinguendus *Ioannes Cantacuzenus*, imperator, litteris humanioribus perinde ac facris egregie excultus [t]) et prudentia [t]) in rebus gerendis, reique militaris peritia et animi virtute confpicuus. Hic fub Andronico Palaeologo feniore praefectus facri cubiculi, fiue magni Papiae munere infignis [u]), deinde donatus magni domeftici dignitate ab Andronico iuniore imperatore, cui a teneris peramatus et familiaris atque adeo carus fuit, vt imperii collegam fibi adfcifcere cogitauerit, conftanterque renuentem hoc aegre tulerit, et moriens a. C. 1341. filiis fuis impuberibus, Ioanni, nouem annos nato, Theodoro et Manueli delegerit tutorem. Cantacuzenus, quum tutorio nomine imperium coepiffet adminiftrare, intercedentibus variis cum Anna, quam viduam Andronicus reliquerat, diffenfionibus, per calumnias infidiasque aemulorum compulfus eft ad bellum, quod Didymotichi a. 1342. adpellatus et cum coniuge, Irene, a Lazaro, patriarcha Hierofol. coronatus imperator, aduerfus Annam filiumque eius, Ioannem, per quinquennium geffit. His poft captam 8. Ian. 1347. proditione CPolin, nihil mali intulit; fed iterum reconciliatus filiam fuam Helenam Ioanni, quod prius Anna, aemulis Cantacuzeni fuffragata, ferre noluerat, defponfauit, atque iterum follemniter CPoli proclamatus 8. Febr. imperator, coronatusque in Blachernarum templo eft a patriarcha CPol. Ifidoro 13. Mai. conforte imperii adfcito Iohanne illo Palaeologo, quindecim tuum annos nato, ita tamen [v])

Ggggg 2   vt

s) Vide, quae de Cantacuzenorum ftemmate *Cangius* in familiis Byz. p. 258. fq. De Cantacuzeno Gregoras, Ducas, Phranza, atque inprimis Cantacuzenus ipfe. *Fabr.* De *Cantacuzeno* vide *G. I. Voffium* de hiftor. graecis lib. II. cap. 28. pag. 254. *Oudin.* comm. de fcript. eccl. tom. III. p. 978. et alios, quos laudant *Fabric.* ipfe mox in nota *c. Hamberger* Z. N. IV. p. 609. fqq. et *Saxius* in Onom. II. p. 375. *Harl.*

t) *Boiuinus* ad Niceph. Gregoram 797.

u) *Cangius* famil. Byz. pag. 260. *Hanckius* de fcriptoribus Byz. lib. I. c. 36. *Henr. Warthoni* Adpendix ad Cauei hiftoriam litterariam fcriptorum ecclef. ad a. C. 1341. *Iacobus Pontanus* in Cantacuzeni Vita, hiftoriae eius praemiffa.

v) *Cantacuzenus* lib. III. cap. vlt.

vt iunior seniori potiores deferret in omnibus, ac propter aetatem nondum firmatam, decem annos administratione cederet, quibus exactis, ae quali autoritate cum eo imperaret. Sed non diu post recrudescentibus dissidiis res iterum deuenit ad bellum, in quo superior factus CPolin cepit a. 1355. Io. Cantacuzenus cessit imperio, et non diu post in Manganorum monasterio monachi habitum et IOASAPHI nomen induit, vt Irene, vxor, delituit in Marthae monasterio, Eugeniae adpellatione adscita. Per longum tempus in monastico secessu ac quiete vixisse Cantacuzenum scribit Ducas [w]), sed plane aetatem produxisse vsque ad a. C. 1411. 20. Nou. *Lambecius* ad Codinum pag. 210. obseruat ex nota Demetrii cuiusdam Leontarii, qui codici MS. Tacticor. Graecor. qui est in bibl. Barberina, adnotauit, filiam [?] eius, Lascarinam Leontariam, natam esse a. 6919. (Christi 1411.) ἡμέρᾳ δευτέρᾳ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως τοῦ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Ἰωσὴφ μοναχοῦ, *die secunda post obitum incliti imperatoris, qui in habitu monachali nomen Iosephi suscepit.* Sed tum centenario propior vel maior etiam Cantacuzenus fuerit. Et addit ipse Lambecius, hoc forte rectius intelligi de Ioanne Palaeologo, Andronici iunioris filio, quem perinde, vt Cantacuzenum, et factum esse monachum et Iosephi nomen post annos duos et dimidium, imperii adsumsisse Codinus [x]) scribit. Cantacuzenum porro, quem certe adhuc a. C. 1375. superstitem fuisse Cangius obseruauit, non minus inter milites, ducesque bellicos et imperatores sub Cantacuzeni, quam inter monachos Ioasaphi nomine omnibus saeculis celebrandum canit *Simon*, archiepiscopus Thebanus [y]), hisce versibus:

Θρυλλοῖτο νῦν δὲ τοῖς ἀπείροις τῶν χρόνων
Ὁ στρατιώτης, ὁ στρατηγὸς ὁ βρέμων
ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΣ ὡς ἄναξ ΙΩΑΝΝΗΣ,
Σεπτοῖς τε συζῶν ἁγίοις ΙΩΑΣΑΦ,
Τάξει πάσῃ γὰρ ἐξέλαμψεν ἐλλόγως.

Exstant eius *historiae Byz. libri IV.* de rebus sua aetate gestis a morte vsque Michaelis Palaeologi, 15. Octob. a. C. 1320. exstincti, vsque ad Philotheum, patriarcham CPol. anno circiter 1354. constitutum a Ioanne Palaeologo, Andronici iunioris filio. Argumentum operis ipse exponit his verbis lib. IV. cap. vlt. p. 910. ἃ μὲν ἐν συμβέβηκε Ῥωμαίοις ἐφ' ἡμῶν ἐντὸς τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα τῶν βασιλέων Ἀνδρονίκων ὁ πρὸς ἀλλήλους ἐκινήθη πόλεμος, καὶ ὕστερον ὁ μεταξὺ τῆς βασιλίδος Ἄννης καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀνερριπίσθη, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ὅσα βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης πρός τε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ματθαῖον διηνέχθη, καὶ βασιλέα τὸν κηδεστήν, τοιαῦτά ἐστιν. *Quae igitur a Romanis nostro aeuo a pluribus retro annis gesta sunt, quando inter Andronicos* (auum ac nepotem) *bellum viguit, et postea inter imperatricem, Annam,* (viduam relictam ab Andronico Palaeologo iuniore) *et Io. Cantacuzenum accensum est; et postremo, quae iuniore imperatore Iohanne* (filio Andronici nepotis), *ab vxoris* (Helenae, Io. Cantacuzeni filiae) *fratre* (Matthaeo Cantacuzeno)

w) *Ducas* hist. Byz. cap. 11.

x) *Codinus* Orig. CPol. p. 82.

y) Apud *Allatium* de Simeonibus p. 203. *Fabr.* Simeonis illius carmina XIV. ad Cantacuzenum, quorum quinque postrema adtulit Fabricius, sunt in cod. *Veneto* CLI. de quo paullo post erit sermo. *Harl.*

zeno) et socero (Ioanne Cantacuzeno) *diffidente, contigerunt, haec sunt.* Praemissae [*] sunt operi *binae epistolae* sub fictis *Nili* [z]) et *Charistoduli* nominibus. Nilus Christodulum, h. e. Cantacuzenum, rogat, vt, quae sua aetate [aa]) imperatoribus Byzantinis acciderint, vel t consignare scripto, quod Cantacuzenus sub Christoduli nomine illi pollicetur, laudatque eum, quod a se potissimum hoc requirat, quo nemo melius id praestare valeat, et deinde subdit imperatorum CPol. genealogiam ab Alexio Angelo vsque ad Michaelem Palaeologum, a. C. 1320. exstinctum.

Reprehenditur Cantacuzenus [bb]), quod paulo fusior sit in narrandis rebus suis et in laudando se modum excedere, vicissim ea, quae gloriae et famae officiebant, silentio praeteriisse videatur. Neque tamen ideo fidem ei temere detraxerim in iis omnibus, vbi aliter quaedam narrant Gregoras, Ducas, Phranzes, quibus vniuersis, etiam ipso Gregora, est plerumque adcuratior, ne de stilo dicam, cuius dignitatem et elegantiam omnes praedicant. Palamae nimium fauisse arguit *Allatius* II. 17. 2. de consensu vtriusque ecclesiae pag. 830. *Et mentitur palam Cantacuzenus, qui narrat, Barlaamum veniam ob stulte dicta petisse — — tacens contra Palamam poenas, a synodo constitutas, ne etiam ipse in posterum aliquid de dogmate pertractaret. Sed Cantacuzenus, dummodo suum tueatur Palamam, omnia inuertit* [cc]). Quidquid vero sit de Palama, saltem imperium neque per iniuriam rapuisse, neque per tyrannidem administrasse videtur, qui oblatum pridem ab Andronico iuniore accipere tam constanter recusauit, et tot testatissima alias dedit moderationis aequitatisque suae specimina: potius credibile est, quaecumque grauiora fecit, fecisse coactum aemulorum iniuriis Annaeque.

Opus Cantacuzeni e codice MS. *Bauaricae* [dd]) bibliothecae descripsit vertitque *Iacobus Pontanus* S. I. cuius versio latina cum ipsius argumentis librorum capitumque et notis in

z) Confer *Iac. Pontani* praef. ad Cantacuzenum, et *Allatium* de Nilis p. 85. nostrae editionis, qui obseruat, inde factum esse, vt a quibusdam Nilus, historicus, pro Cantacuzeno, et pro Cantacuzeni, Nili historia celebretur.

aa) Interpres Pontanus p. 3. habet: *quae superiore et hac nostra aetate.* Sed in graeco tantum est ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν. Nihil certe scribit Cantacuzenus, quod aetatem ipsius antecedat. Itaque et p. 910. idem Pontanus male: *quae nostro aeuo et superiore gesta sunt,* pro: *quae nostro aeuo a pluribus retro annis sunt gesta.*

bb) Vide iudicia de Cantacuzeno, apud Vossium, Bonam, Hanckium, Thomam Pope Blount etc. [et supra de variis monumentis, cum Nicephoro Gregora edendis et editis, nr. 7. *Harl.*]

cc) Conf. infra, vol. X. p. 468. *Harl.*

dd) In catal. codd. gr. *Bauar.* p. 72. numeratur cod. CLXXXIV. huius sententiae; *Christoduli* (h. e. Ioannis Cantacuzeni) historiarum libri quatuor de bellis et controuersiis Andronici aui et nepotis. Praeterea exstat eius historia in cod. *Coisliniano* CXLIV. atque *Montfaucon* in bibl. Coisl. p. 210. praeit, inquit, epistola Nili Christodulo: nomina fictitia sunt, et epistolae ipsius Cantacuzeni esse putantur. — Christodulus Nilo. — Initium historiae — continuo et sine titulo post epistolam ponitur. — In fine quaedam alio ordine locantur in MSto etc. — Tum in bibl. *Mutinensi* ducali, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 34. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. cod. IX. plut. 9. praemissae sunt binae epp. sub fictis Nili et Christoduli nominibus: de illo cod. et discrimine ab edit. Veneta fusius differit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. vol. I. p. 403. sq. *Harl.*

in totum opus atque explanatione dignitatum aulae et ecclefiae CPol. nec minus adiunctis annotationibus [*] historicis *Iacobi Gretferi*, S. I. prodiit Ingolftadii 1603. fol. Deinde graeca ex codice MS. bibliothecae Petri Seguierii, Franciae cancellarii, adiuncta funt in fplendida editione regia graeco-latina Parif. 1645. fol tribus voluminibus, quorum *primo* vita auctoris, explanatio dignitatum et duo priores libri, *fecundo* tertius, et *tertio* quartus, Gretferique ac Pontani notae vna cum duplici indice comprehenduntur. *Fabr.* Rec. in corp. fcript. Byzant. Venet. 1729. v. fupra, p. 524. *Harl.*

Alia Cantacuzeni fcripta.

Apologiae IV. fiue adfertio *pro chriftiana religione* aduerfus Muhamedanos ee), et IV. λόγοι fiue *libri aduerfus Mahometis errores*, quibus varia Alcorani capita confutantur. Hoc opus Cantacuzenus in monafterio fcripfit in gratiam amici fui, *Achaemenidis*, qui e Mahomedano Chriftianus monafticae vitae et ipfe nomen dedit et *Meletius* dictus eft. Eum Mufelmanus, *Sampfates* Ifphachanes, Perfa, litteris fcriptis ad deferendam chriftianam fidem follicitauerat, quas confutaturus Cantacuzenus non fatis habuit refpondere ad obiectiones; fed plurima etiam addidit ad fidem religioni noftrae faciendam, et Mahomedis explodenda commenta. Duos huius operis codices graecos MSS. quorum alterum *Emanuel Zycandyla* exaraffe fe fubfcriptione fuit teftatus, *Theodorus Bibliander* communicauit cum *Rudolpho Gualthero*, Tigurino, qui illud latine vertit ediditque cum Alcorani verfione et aliis Muhammedis fectae oppofitis fcriptis, Bafil. 1543. fol. et graeca ad calcem voluminis fubiunxit ff). Notat *Gualtherus*, multos Iudaeorum errores, quos nempe cum Mahometanis communes habent, fimul a Cantacuzeno refelli: vnde fufpiceris, libros Cantacuzeni *aduerfus Iudaeos*, Simlero memoratos, ab his non diuerfos effe. Certe editi hactenus alii nulli funt. Sed tamen *nouem fermones* Chriftoduli, monachi, aduerfus Iudaeos memorat *Labbeus* bibl. noua MSS. p. 1354. gg). Alia quoque eius monumenta inedita adhuc feruantur in bibliothecis, vt

ee) Primam apologiam ait fe fcribere Cantacuzenus a. poft Chriftu σαύρκωσιν 1360.

ff) Verfio latina *Gualtheri*, fed fine textu graeco, in perfimili fcriptorum fylloge iterum edita eft Bafil. 1550. fol. *Harl.*

gg) Libros *aduerfus Iudaeos* a libris *aduerfus Muhamedanos* omnino effe diuerfos, patet ex codd. *Veneto* Marc. CLI. atque *Parifin.* in Veneto enim funt *Chriftoduli*, monachi, f. *Io. Cantacuzeni* opera, n. 1) apologiae IV. pro chriftiana religione aduerfus Muhamedanos; 2) libri IV. f. fermones aduerfus Mahomedis errores; fubfequuntur carmina XIV. Simonis Thebani fupra memorata: 3) fermones nouem contra Iudaeos: quorum fermonum initia pofuit auctor catal. codd. gr. Ven p. 83. — duo priora opera exftant quoque ibid. in cod. DLXXVII. v. cat. cit. pag. 304. — In codd. *Parif.* bibl. publ. fecundum catal. codd. Par. vol. II. exftant in MCCXLII. nr. 3. *Io. Cantacuz.* apologiae quatuor pro chriftiana religione aduerfus Mohammedanos in gratiam Meletii fcriptae: nr. 4) eiusd. libri quatuor aduerfus Mohammedis errores; nr. 5. eiusd libri nouem aduerfus Iudaeos: in cod. MCCXLIII. nr. 1) *Cantacuz.* in Iudaeos libri IX. 2) apologiae IV. etc. fubfequitur argumentum operis, fiue praefatio, cui fubiuncta eft epiftola Mufulmani Sampfatini, Spachani Perfae, ad Meletium monachum; nr. 3) eiusd. aduerfus Mahumetanos orationes quatuor. Praefixus index capitum Alcorani, quae hifce orationibus refelluntur. — In cod. MCCLXXV. nr. 1. *Io. Cantac.* aduerfus Iudaeos libri nouem, in dialogi modum confcripti. — In adpendice in cod. MCCXLIII.

aduerfus

vt responsio duplex *ad Prochorum Cydonium* de lumine in monte Thaborio et de essentia atque operatione diuina, in bibl. Vaticana hh), et regis Galliae cod. MCMIC. ex quo locum produxit *Boiuinus* in elogiis, praemissis Nicephori Gregorae historiae, et *Allatius* de Simeonibus pag. 87. seq. *Fabr.* Secundum catal. codd. *Paris.* bibl. publ. In cod. MCCXL. nr. 1. *Prochori Cydonii* disputatio de lumine Thaborio, aduersus Palamitas: cuius disputationis summam hanc esse auctor catalogi II. p. 262. scripsit. „Prooemium breue, testimonia vndecim a *Prochoro* aduersus Palamitas adlata." — nr. 2. *Ioasaphi*, siue *Cantacuzeni*, aduersus Prochorum antirrheticae disputationes duae, vbi breuis narratio de origine et progressu totius controuersiae, aduersarii prooemia duo illorumque refutatio, singulorum capitum examen, testimoniorum explicatio ex aliis patrum testimoniis. Praefixum est argumentum historicum. Res autem, (vt verbis vtar confectoris catalogi,) sic fere narratur. Anno Chr. 1369. Byzantium ex Italia venit vir eruditus, *Paullus* nomine, qui se patriarcham CPolitanum nuncupabat, a pontifice rom. Vrbano V. ad Ioannem Palaeologum legatus. *Paullus* ille quum multa a Barlaamitis et Acindynianis CPolitanae ecclesiae crimina obiici audisset: cupiebat admodum, scire, an vera essent, quae obiicerentur. Id quum resciuisset Cantacuzenus, eum arcessiuit et, cum ipso bis terque in palatio colloquutus, ostendit, eos, qui a Barlaamo starent, male sentire, ecclesiam autem CPolitanam recta et Storum patrum dictis consentanea sapere. „Addit vero auctor catal. monendos esse lectores, non esse ex omni parte veram hanc narrationem et denique ablegat eos ad epistolam Paulli, legati ad pontificem rom., Vrbanum, scriptam ea de re, et a *Petro Arcudio* editam. — In cod. MCCXLI. nr. 1. et cod. MCCXLVII. nr. 5. *Io. Cantacuz.* antirrhetica ad loca patrum, a Prochoro Cydonio adlata, de lumine in monte Thaborio et de operatione diuina. nr. 2) eiusdem ad Paullum, e Latinis patriarch., epistola, qua Barlaami et Acindyni blasphemiam euertit; cod. est manu Manuelis Zycandylae an. 1370. exaratus. — In cod. MCCXLII. nr. 1. *Io. Cantacuz.* antirrhetica aduersus Isaacum Argyrum, monachum, qui Barlaami et Acindyni de lumine Thaborio sententiam acerrime defendebat. Praemittitur praefatio, qua res, in Barlaami caussa variis temporibus gestae, exponuntur. — nr. 2.

aduersus Mohammedis errores libri IV. in linguam graecam vulgarem a *Meletio* Syrico, rogatu Io. Basilii, Moldauiae principis, a. C. 1635. conuersi. — In cod. *Bauarico* CLXXXIX. *Io. Cantacuz* defensiones contra Mahomet libr. III. in tertio multae sunt lacunae. (catal. codd. gr. p. 73.) — *Vindobonae* in cod. caesareo XXX. *Io. Cantacuz.* apologiae quatuor pro religione christiana aduersus Muhammedanos, et quatuor λόγοι, siue orationes, aduersus Muhammedis errores. *Kollarius* in supplem. ad Lambecii comment. p. 233. sqq. multus de illo codice, scripto a. 1360. arbitratur, eum exaratum esse aut adhuc viuente Cantacuzeno, aut non multo ante illius mortem, et ex probae quidem notae exemplari descriptum. Quod vero interdum lectio codicis plenioris differt ab edito opere, Kollarius potiora discrimina indicauit. — Eaedem apologiae IV. et quatuor oratt. sunt in cod. XXXI. caesareo, ex superiore cod. probabiliter descripto, v. *Kollar.* l. c. p. 236. sq et p. 237. de cod. XXXII. scripto manu Michaelis Byzantii, Bukureschti — a. 1700. in quo sunt eaedem apologiae atque orationes, in graecum vulgarem sermonem conuersae a Meletio Zyrigo. Atque ad cognoscendam commutationem, quam lingua vulgaris graeca decursu trecentorum et amplius annorum sit perpessa, Kollarius subiecit initium versionis saeculi XIV. et initium illius a. 1700. Insuper copiose agit de Ioanne Basilio, Moldauiae principe, atque de Meletio Zyrigo vel Syrigo nec non de Mich. Byzantio, etc. — *Venetiis* in cod. bibl. Grimani *Io. Cantacuz.* contra Muhamedem, teste *Montfaucon* in diario ital. p. 40. *Harl.*

hh) Vide *Allatium* de Nilis p. 61. edit. a me curatae.

nr. 2. eiusd. colloquium cum Paullo, legato. Auctor ibi totus in eo est, vt Palamae de diuina natura deique operationibus sententiam variis patrum testimoniis adstruat. — In cod. MCCXLVII. nr. 4. *Io. Cantac.* responsio ad dicta Prochori de essentia et operatione diuina. — nr. 6. eiusd. ad Isaacum Argyrum liber de operationibus Spiritus Sancti. — In codd. MCCXLIV. et MCCXLVI. sunt *Philothei* et *Ioannis Cyparissiotae* scripta, ad eamdem controuersiam spectantia, add. not. sequentem. *Harl.*

Aduersus Isaacum Argyrum, et de dogmate Barlaami et Acindyni *aduersus Paulum*, e Latinis patriarcham CPol. Vtrumque scriptum [?] in bibl. Caesarea et regis Galliae. Vide *Lambecium* V. pag. 206. [ii]) et *Labbeum* p. 86. bibl. nouae MSS.

Epistolae

ii) De codd. *Paris.* paullo ante egimus. In cod. caesareo CCLXVI. n. 18. et 19. apud *Lambec.* V. p. 427. Kollar. sunt tantum excerpta ex *Io. Cantac.* capp. contra Paullum et contra monachum, Isaac. Argyrum. *Florentiae* in cod. Laurent. Medic. XVI. plut. 5 sunt *Io. Cantac.* 1) liber contra Palamam, in quinque sectiones diuisus. 2) sermo de discrimine diuinae naturae et operationis, in tres sectiones distributus, 3) *Octo hymni in verbum dei*, a Fabricio omissi. De singulis vberius exposuit *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I p. 38 — 4[illegible]. — In cod. VIII. maximae molis, plut. 8. continentur *Io. Cantacuz.* scripta contra Palamam, Barlaam et Acindynum, vna cum omnibus iis, quae hac super re gesta sunt. Praecedit omnibus prooemium, quod, quum fere totum sit historicum, *Bandinius*, tom. I. cat. codd pag. 342 — 349. de illo codice admodum copiosus, integrum formulis typographicis describendum curauit. Prooemium excipit Τόμος editus a patriarcha, Ioanne, et a synodo aduersus Barlaami falsam opinionem, atque *Bandin.* l. c. typis exprimi fecit nomina episcoporum et metropolitarum, qui subscripserunt: in nota autem obseruat, synodum CPolitanam, habitam pro adstruendo errore Gregorii Palamae, damnandisque Barlaamo et Acindyno, a C. 1350. sub Io. Cantacuz. et Palaeologo impp. orientis, legi tom. XV. Concilior. ed. Venetae; eam vero posse amplissimo integro volumine optimi huius codicis ope locupletari: item *Io. Cantacuz.* in hist. Byz. lib. IV. cap. 23. referre, tres diuersas synodos contra Barlaamum et Acindynum, eorumque sectatores CPoli fuisse habitas, totidemque tomos condemnationis contra eosdem editos. — nr. 3. sunt *Christoduli*, h. e *Io. Cantacuz.* sermones antirrhetici octaui, in plura capita diuisi, eos, qui ecclesiam dei, vnaque patriarch. Philotheum et Palamam, cum ipsis autem etiam tomum, a synodo contra Barlaami et Acindyni haeresin concinnatum, impugnant, refellentes, singulis aduersariorum capitibus expositis, suaque iis statim confutatione subiecta. — nr. 15. sequitur liber tertius, sermones itidem octo, in capita distributos, contra Palamam complectens — nr. 23. sequitur liber quartus, in quo sermones tres, capitibus pluribus distincti, contra Palamae sectatores. Bandinius, singulis sermonibus, pluribusque illorum capitibus expositis, in fine p. 347. sq. nomina auctorum, quorum enarrationes passim adferuntur, eruit, et ordine alphabetico digessit, singulorum etiam operibus iisdem prorsus verbis, quibus in codice adnectantur, breuiter subiectis. Denique pag. 349. iambicum carmen in laudem Io. Cantacuz. ab eodem codicis scriptore exaratum, quo totum clauditur opus, graece cum versione latina publicauit. — In cod. caesareo CCLXVI. nr. 15. est tomus condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni a synodo CPolitana conscriptus et editus a. Ch. 1351. m. Aug. cui subscripserunt *Io. Cantacuzenus* et Io. Palaeologus impp. cum multis metropolitis praecipuisque ministris ecclesiae CPolit. S. Sophiae: quorum nomina in ampla illius codicis descriptione typis repeti fecit *Lamb.* comm. V. p. 420. sqq. add. eumdem in vol. VI. part. I. cod. VI nr. 11. 12. 14. 15. pag. 58. sqq. — Io. Cantacuz. subscripsit quoque tomo synodico contra Barlaami et Acindyni errorem, in synodo acta a. Chr. 1351. teste *Montfaucon* in bibl. Coisl. n. p. 173 de cod. Coisl. C. — Praefatio ad *Io. Cantacuzeni* magnum opus contra Palamam, Barlaamum et Acindynum, vna cum synodis, aduersus has haereses celebratis, exstat in *Angeli Bandini* graecae ecclesiae monumentis. Florent. 1762. 8. vol. II. *Harl.*

Epistolae sex ad eundem *Paulum* cum duabus Pauli responsoriis, in bibl. regis Galliae et Oxoniensi Bodleiana, nr. 193.

Edictum pro tomo Synodico, a. C. 1347. factae excommunicationis Ioannis Calecae, patriarchae Cpol. Barlaamo et Acindyno fauentis, vna cum tomo ipso, in bibl. Caesarea. Vide *Lambecium* VI. p. 29. [part. I. cod. VI. nr. 13 pag. 63. sqq. et Kollar. et huius not. pag. 65. sq.]

Paraphrasis Ethicorum Aristotelis, Simlero memorata et *Labbeo* pag. 113. seq. bibl. nouae MSS. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. pag. 263. et 264. *Bandin.* de cod. Laurent. Med. III. plut. 80. in cat. codd. gr. III. pag. 173. sq. et *Montfauc.* palaeogr. graec. libr. I. p. 71. *Harl.*

MATTHAEI, Afanis CANTACUZENI *), qui Ioannis Cantacuzeni filius, ab eo pronunciatus imperator coronatusque a Philotheo, patriarcha, a. 1354. sed proximo anno captus a Ioanne Palaeologo, imperatoris titulum exemplo suasuque patris deposuit, in montem Atho secessit et monasticam vitam amplexus patre superstite decessit, *Commentarius in Canticum Canticorum* graece et latine cum notis *Vincentii Riccardi* prodiit Romae 1624. fol. De eius lucubrationibus *in sapientiam Salomonis* et *monitis salutaribus*, quas collegisse vel dictasse traditur, nihil reperi.

[*Antonius Cantacuzenus*, medicus. v. *Lambec.* comm. VI. part. II. pag. 210. de cod. VI. et *Fabric.* B. Gr. vol. X. p. 476. *Harl.*]

[*Constantinus Cantacuzenus*, Solnicus, quem virum doctum fuisse, et totam fere Europam peregrinando lustrasse, prodidit *Demetrius Procopius* de eruditis graecis, sect. 43. in Fabr. B. Gr. vol. XI. p. 784. *Harl.*]

XIII. NICEPHORUS GREGORAS, de quo abunde dictum supra p. 300. sq.

XIV. LAONICUS, siue, vt Simlero et aliis, NICOLAUS (idem enim nomen est, vt Theophilus et Philotheus: Demonicus et Nicodemus,) CHALCOCONDYLES, Καλκοκονδύλης (decurtato nomine *Chalcondyles* a plerisque dictus) Atheniensis, clarus circa a. C. 1470. Nam ad annum 1490. vel vltra perduxisse aetatem, nescio quo auctore *Vossius* scribit kk). Exstat tradita ab eo *historia de origine atque rebus Turcorum et imperii Graecorum interitu libris X*, ab a. C. 1298. atque Ottomanni I. initiis ad 1462. siue imperium adultum Mohamedi secundi ll). Adpendix breuis vsque ad a. 1565. recentiorem auctorem agnoscit, et in editionibus quibusdam desideratur. Vnde [?] nec illius rationem habuit *D. Dauid Chytraeus*, qui argumenta librorum decem Chalcocondylae exhibet in sua chronologia. Laonicus ipse scriptor minime contemnendus, vnde in *Vignolii Maruillii* Miscellaneis historico-litterariis tom. III. pag. 56. legas hoc de eo iudicium: *Comme on a joint Calcondyle, qui a traité l'histoire des Turcs, aux Auteurs de la Bizantine, on peut assurer, qu'il ne les de honore pas de se trouver a leur suite. Il a le don de reveiller notre attention, en nous donnant de la curiosité, et de ne nous pas laisser dormir sur son livre.*

Laonici

*) Vide *Cangii* CPolin Christianam p. 261. et *Rob. Geri* adpendicem ad hist. litterariam Cauei ad a. 1354.

kk) De historic. graec. libr. II. cap. 30. Add. *Hamberger.* Z. N. IV. p. 764. sq. qui Laonicum post a. Chr. 1462. adhuc in viuis fuisse prodidit, et *Saxium* in Onom. II. p. 467. *Harl.*

ll) Historia eius exstat in cod. *Escorial.* libri X. v. *Plüer* itiner. per Hispan. p. 179. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. IX. plut. 57. teste *Bandin.* in

Laonici Chalcocondylae editiones.

Latine ex verſione *Conradi Clauſeri*, Tigurini, Baſil. 1556. fol. apud Oporin. Atque collata cum *Philippi Gundelii* (haud edita) verſione, caſtigataque a *Clauſero* ipſo et alio viro docto, ibid. 1562. fol. mm) ad Nicephori Gregorae graecolat. calcem, et Francof. 1568. fol. ad calcem editorum latine Zonarae, Nicetae ac Nicephori Gregorae. Mentio apud Voſſium etiam verſionis, quam molitus *Dionyſius Coroneus*, profeſſor regius Pariſienſis, ſed illa numquam lucem vidit.

Graece et Latine, cum eiusdem *Clauſeri* verſione in tribus hiſt. Byz. ſcriptoribus iunctus Nicephoro Greg. et Georgio Acrop. Genev. 1615. fol. atque iterum ſeparatim, ſed notulis *Clauſeri* marginalibus omiſſis, ex typograph. regia Pariſ. 1650. fol. nn) in qua editione praeter varias lectiones e duobus codicibus regiis, e quibus graeca paſſim emendata, et gloſſarium *Carol. Annibalis Fabrotti*, ICti, in Chalcocondylam et Ducam, adiuncti ſunt Annales Sultanorum Othmanidarum, ab a. C. 1289. ad 1550. quos e Turcica lingua germanice verterat edideratque *Iohannes Gaudier*, dictus *Spiegel*, latine vero tranſtulit et Francof. 1596. fol. vulgauit *Io. Leunclauius*, nobilis Angriuarius, qui et ſupplementum ab a. 1550. ad 1588. Oſmanidarumque genealogiam et pandectem hiſtoriae Turcicae ſiue explicationem et deſcriptionem variarum rerum nominumque ad illuſtrandos Annales adiecit. Laonici hiſtoriam tribus in codicibus *Bauaricae* bibliothecae oo) manu exaratam exſtare graece, teſtatur Gretſerus. Locum, quo Germaniae deſcriptio continetur ex libro ſecundo, graece et latine cum notis exhibet *Freherus* inter ſcriptores rerum germanicarum.

[P] *Gallice*, hic ſcriptor cum commentario prodiit, *Blaſio Vigenerio* interprete, Pariſ. 1577. 1584. 4. et cum *Thomae Arti* continuatione ad a. C. 1612. ibid. 1612. 1620. 1650. et *Mezeraei*, vsque ad a. C 1661. ibid. 1663. fol. recherche ſur l'hiſtoire de Chalcondile, et illuſtrations de la meſme hiſtoire.

Ipſe Laonicus, inquit Bellarminus de ſcriptoribus eccleſ. *non caret narrationibus falſis, quas emere credidit, rerum noſtrarum ignarus.*

Nonnulla Laonici Chalcondylae loca reprehendit *Iacobus Gaddius* in elogio hiſtorico et tom. I. de ſcriptoribus non eccleſiaſticis pag. 119. ſq. atque *Caſp. Barthius* ad Claudian. pag 3 8. Ceterum fallitur *Henricus Wharthonus*, qui in adpendice ad hiſt. literariam Cauei ſcribit, Chalcocondylam prodiiſſe latine ex Clauſeri verſione, Pariſ. 1550. Praeter rem quoque in catalogo librorum, a Ioanne Oporino excuſorum, qui vitae eius ſubiicitur, memorari videas Laonici libros graece et latine in fol. editos: nam latine tantum illos Oporinus vulgavit, conqueſtus etiam in praef. ad edit. poſteriorem anni 1562. graecum codicem ſibi defuiſſe. Hunc

In cat codd gr Laurent. II p. 348. ſq — In bibl. *Bodlei.* cod. XII. Barocc. ſ. nr 258. in cat codd. Angl tom. I. — ibid p 263. inter collectanea Iameſii, ſelecta ex Laonico Chalcondyla. — In cod. *Coislin* CCCXIV. v. *Montfauc* bibl. Coislin. pag. 426. — Secundum *Montfauc.* B. bibl. MSSt II. pag. 728 nr. 2082. Laonici hiſtoria Turcarum, in bibl. reg. *Pariſ.* — ib. bis pag. 733. nr 2567. et 2568. — ib. pag 7·8. hiſtoria nr. 3061. — ibid. pag. 939. cod. Colbert. nr. MLXXXVI. et nr. MMMDCCCXX. — *Neapoli* in bibl. reg. cod. LXXI. *Harl.*

mm) Conf de hac aliisque edd. et ipſo Laonico Chalcocond *Io. Fabric.* in hiſt bibl. Fabric. tom. II. p. 418 — 422 *Harl.*

nn) Rec. *Venet* in corpore ſcript. Byzant. 1729. v. ſupra, in h. vol. pag. 524 ſq. *Harl.*

oo) V. cat. codd. gr. p. 72. nr. CXXVI. CXXVII. et CXXVIII. *Harl.*

Hunc Laonicum propinquitate adtigit *Demetrius Chalcocondylas*, circa a. C. 1510. octogenario maior defunctus Mediolani, de quo in grammaticis dicere me memini. [De *Laonici*, *Cretensis*, schol. in Hom. Batrachom. v. supra, vol. I. pag. 338.]

XV. GEORGIUS CODINUS, amplissimo in aula CPolitana munere Curopalatae pridem functus, postremis Palaeologorum pp) temporibus claruit, et imperio ipsi superstes fuit, siquidem libellum de imperatoribus CPolitanis claudit qq) commemoratione captae ab Agarenis, siue Turcis, vrbis a. 6961. hoc est Christi 1453. Ex eius scriptis exstant:

[*] 1. Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλλατίου Κωνσταντινουπόλεως βασιλέων καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, *De officiis et officialibus aulae imperatorum et magnae* rr) *ecclesiae CPolitanae.* Agit etiam Codinus *de festis plerisque* et *de imperatoris coronatione, inauguratione patriarchae*, aliisque; vnde in altero Bauarico codice MS. ss) titulus prioris

Hhhhh 2 partis

pp) Confer *Allatium* de Georgiis pag. 361. *Hanckium* de Byz. rerum scriptoribus cap. 10. *Warthonum* adpendice ad hist. litterariam Cauei ad a. C. 1461. et *Petrum Lambecium* in breui diss. de Codini vita et scriptis, qui negat, se Curopalatae nomen in MSS. codicibus sex, quos vidit, offendisse, putatque, impositum potius ideo, quod de officiis Palatii scripsit, quam quod ipse dignitate Curopalatae functus fuerit. Quum tamen nomen hoc Curopalatae inuenerint Iunius et Gretserus, non video, quare incredibile videri debeat, dignitatem Curopalatae gessisse. Quia autem in aliquibus codicibus omittitur, hinc adparet, esse nomen dignitatis, neutiquam vero proprium, quod non est quaerendum aliud quam Codini. *Fabr.* Add. *C. Oudin.* comm. de scriptt. eccl. lib. II. cap. 10. *Hamberger* Z. N. IV. p. 733. sqq. et *Saxii* Onom. II. p. 430. sq *Harl.*

qq) P. 82. edit. Lambecii: ἐπὶ τούτου (de Constantino Palaeologo, vltimo imp., loquitur) ἐγένετο, οἴμοι, ἡ ἅλωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν ἔτει ςϠξά, καὶ ἐγένετο, δορυάλωτος ἡ πρὶν βασιλὶς πασῶν τῶν πόλεων, ὅς καὶ ἀπεκτάνθη παρ' αὐτῶν ἐν τῇ γενομένῃ Χαλάστρᾳ αὐτός τε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδὸν, καὶ ἐκομίσατο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, μὴ θελήσας προδοῦναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατοῦ ὄντος.

rr) Primum statim caput de officialibus magnae ecclesiae, Goaro non videtur esse Codini, et in duobus regiis MSS. codicibus atque in vno eorum, quos e bibl. Bauarica Gretserus euoluit, desideratur. Deinde ordo etiam capitum in diuersis codicibus est diuersus. Vide Goari praefat. et notas p. 20. [et notit. codd.]

ss) Secundum catalog. codd. gr. bibl. elect. *Bauar.* p. 71. sunt in cod. CLXXXIII. Liber de officiis et festis Palatii CPolit. et de coronatione imperatoris. Itemque de designatione despotae et patriarchae, editus nomine *Georgii Codini*, Curopalatae. Descriptio CPolis sub eiusdem Codini nomine edita; itemque magnae ecclesiae Sophiae; Catalogus imperatorum CPolit. vsque ad Manuelem Palaeologum. Catal. patriarcharum CPolitan. vsque ad Isaiam etc. — pag. autem 74. in altero cod. CXCV. *Curopalata* de officiis aulae CPolitanae et expositio *Andronici*, quae nunc episcopales subiectae sint patriarchali sedi CPolitanae. Adiiciam simul breuitatis studio aliorum codd. notitiam. — *Florentiae* in bibl Laur. Medic. cod. XV. plut. 70. 1) Excerpta ex libro Chronicorum de originibus CPolitanis, et vnde *vrbs* dicta sit Byzantium, in quo tamen cod multa ex hoc libro fuisse ab exscriptore praetermissa, et alia transposita, animaduertit *Bandin.* de illo codice copiosus in cat. codd. gr. Laur. II. p. 675. — 2) eiusdem liber de officiis magnae ecclesiae et aulae CPolitanae, itidem diuersus ab edit. Veneta, tom. XVIII. part. I. p. 1. sqq. praecedit autem elenchus argumentorum capp. XIV. quorum prima XII. concordant cum illis, quae ex cod. regio MCXIX. adferuntur, notante eodem Bandinio; 3) eiusdem aliud opusc. sine titulo; sed est de annis ab O. C. vsque ad imperium Constantini M. et de iis, qui in ipsa vrbium regina regnarunt a Constantino M. vsque ad Constantinum, Palaeologorum vltimum, sub quo ab Agarenis capta est. Sequuntur de excidio CPolis, quae vero amanuensi potius, quam auctori adiudicanda videntur *Bandin.* l. c. qui illam particulam, et alia quaedam, quibus codici finis imponitur, gr. exscribi fecit. — *Taurini* in bibl. regia cod. CLXXXIX. 1) Excerpta ex libro chronicorum (Hesy-

partis conceptus est sic: τὰ ὀφφίκια τοῦ παλλατίου. ἔτι δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως Δεσπότου καὶ Πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. Hunc librum e codice *Iulii Pacii* descripsit, et graece cum versione sua, notis et indicibus amplissimis primus edidit *Franciscus Iunius*, latens sub nomine *Nadabi Agmonii*, a. 1588. apud Ioannem Mareschallum [tt]), Lugdunensem, 8. Postea haec eadem editio, additis aliquot plagulis novoque

(Hesychii) de originibus CPolitanis etc. 2) *Codini* op de officialibus Palatii, cui praemittitur capitum index: qui quum diuersus nonnihil sit ab eo, qui legitur in edit. Veneta a. 1729. confector cat. gr codd. Taur. pag. 284. edidit illum graec. cum versione latina; animaduertit tamen, duo postrema de imperatoribus, qui CPoli imperarunt vsque ad illius euersionem, ab Agarenis factam, et de patriarchis eiusdem CPolis, versibus iambicis, non reperiri in editionibus; penultimum tamen edidisse *Lambecium* vna cum excerptis Codini (compara, quae paullo post de cod Paris. notantur.) Insuper adnotat, expleto indice eadem legi verba, quae indici Gretseriano libro II. eiusdem commentariorum in Codinum capite primo subscripta sunt; quae quidem quid ad indicem pertineant, non videt auctor catalogi. Denique idem adnotat, non omnia capita, quae exhibeantur in elencho, esse etiam in textu codicis; deesse nonnulla, desiderari caput de officialibus ecclesiae aliaque recedere ab ordine aut lectione editionis — In cod CCLVII. (pag 370. cat.) 1) excerpta ex chronicis de originibus vrbis CPoleos. 2) de officiis et officialibus aulae CPolitanae, tum de annis ab orbe condito vsque ad imperium Constantini M. et de iis, qui a Constantino M CPoli regnarunt, vna cum opusc. de templo S Sophiae. — Opus de officialibus palatii CPolitani est quoque in cod. CVII nr. 1. cum appendice de officiis magnae ecclesiae, et in cod. CCLXXXII. fol. 208. (pag. cat. 214. et 383) — *Paris.* in bibl publ. est *Codin.* de originibus CPolitanis aut excerpta ex illis in nouem codd. — de officiis aulae CPolit. in V. codd. et de aedis Sophiae structura in codd MDCCXXVI. nr. 4. MDCCLXVI nr. 5. MDCCLXXXVIII. v. indicem ad vol. II catalog. MSSt. *Paris.* bibl. In cod. MDCCXXVI. nr 2 Codino de officiis, capp. XII. index est praefixus, qui addit caput XIII. cuius priore parte exhibetur catal. chronologicus et historicus imperatorum a Constantino M. ad Constantinum Palaeologum; altera autem, patriarcharum CPolitanorum a Metrophane ad Esaiam nomenclatio, versibus iambicis, graeca lingua vulgari. Sed verum Codinus capitis illius auctor sit, dubitat confector catalogi II pag 353. — In cod. MDCCLXXXVIII. nr. 1. *Cod.* de signis, statuis et aliis spectatu dignis, quae CPoli conspiciuntur. — *Vindobonae* in bibl caesarea, cod. CXXXIII. nr. 16. *Codini* catal. officiorum magnae eccl. CPolitanae S. Sophiae, quem *Lambec.* in comm. VII. p. 531. cum ed Goari conferre iubet: idem in vol. VIII pag 126. sq. corrigit et supplet Codini librum de aedificiis CPolit. — In cod. vol. VIII. pag. 968. sqq. cod. L. fuse recensetur, in quo est nr. 2. nomine auctoris non addito, narratio de structura templi CPol. S. Sophiae, ubique contra Franc Combefisium, aduersarium, multa pro se dicit, loca quaedam emendat ex codice, et de tempore, quando et quamdiu templum illud sit exstructum, differit. — In cod. CCXCII nr. 11. excerptum ex *Codini* origin. etc. (*Lambec.* V. p. 526.) secundum catal codd. Angliae tom. I in bibl. *Bodl.* inter codd Henr Sauilii nr MMMMMMMDLV. *Codini* origines etc cum catalogo imperatorum et patriarcharum. — tom. II. in cat. codd. eccl. Westmonaster nr. MXCIV. *Cod* origines CPol. — inter codd *Voss.* nr. MMDCCXXIX. de origin etc. cum emendatt. et notis manu Ios. Scaligeri. — in bibl. *Iacobaea* nr. 8582. *Codini* πάτρια Κωνσταντινουπόλεως, etc. et nr. 8585. de officiis magnae ecclesiae et palatii. — In bibl. *Escorial.* Codin. de honoribus, dignitatibus et officiis palatii CPolit. teste *Pillero* in itiner. per Hisp. pag 170. *Matriti* in bibl. regiae cod. XXIX. *Curopalatae* (n Georgii Codini) de officialibus palatii CPolitani et magnae ecclesiae liber, item notitia metropoleon, archiepiscopatuum et episcopatuum graecorum, incerto auctore; singula et quibus in rebus cod. hic differat ab editione, curate recenset *Iriarte* in bibl. reg cod. gr. pag. 128 sqq. *Harl.*

tt) Francofurti prodiisse hanc editionem, scribunt Hanckius et Wartholius. Sed puto Heidelbergae potius, licet Francofurtensi senatui sit ab editore, qui Francofurti ad Moenum illo tempore versabatur,

vaque titulo, in quo *Francisci Iunii* nomen, exposita est in Commelini officina 1596. 8. Quamquam Iacobus Gretserus Iunium reprehendit, *quod nouam editionem non adornarit et a se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adiutus codicibus bibliothecae Palatinae, et Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum codicis optimi Augustani: nam codicem olim fuisse in bibliotheca inclytae reipublicae Augustanae, testis est Hieron. Wolfius praefatione ad Nicetam, et ipse Seilerus, qui inde graece descripsit et latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire numquam permisit. Dico olim fuisse, iam enim non est, sed amissus est, vt ante aliquot annos ex amplissimo domino, Marco Velsero, Duumviro Augustano, intellexi: nescitur, cuius negligentia vel fraude perierit.* Tot ergo *subsidiis* (a Frehero, cui a. 1596. librum dicavit) *instructus Iunius, praesertim* translatione Seileriana, *debebat Codinum a capite ad calcem recognoscere, plurima et grauissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum Lectori proponere.* Ab eo tempore nonnulla satis acerbe, vt solet, castigauit ac reprehendit in [P] Iunii versione et adnotationibus idem *Gretserus* notis ad tomum secundum operis de Cruce, Ingolstad. 1600. 4. editum p. 577. 587. seq. 599. sq. 606. sq. 609. sq. 613. sq. etc. Idem a. 1602. 8. Ingolstadii edidit notas et varias lectiones in Codinum ex duobus MSS. codd. bibliothecae Bauaricae et vno Lautherianae, ad calcem commentariorum Mureti in Aristotelis Ethica, Oeconomica, Platonis de Rep. libros duos et Xenophontis ἀνάβασιν Cyri. Deinde eiusdem Gretseri facula, Codino accensa, prodiit ibid. 1604. 8. vna cum Mureti notis ad Sallustium et quinque primores Annalium Taciti libros. Denique totum Codini opus ad tres illos codices castigatum cum noua versione sua, et tribus commentariorum, obseruationum et emendationum libris, et dissertatione de imaginibus non manufactis *Gretserus* vulgauit Paris. 1625. fol. ex officina Seb. Cramoisii [uu]). Quamquam vero multa recte Gretserus in Codino vidit, multa etiam Meursiano Glossario [vv]) graecobarbaro adiutus potuit rectius interpretari: non minus tamen spicilegium et ipse sat amplum *Iacobo Goaro* praebuit, qui in editione Codini noua regia *Parisiensi* 1648. fol. [ww]) graeca ad duos codices bibl. regiae et tertium Allatianum emendauit, versionem per singulas paginas castigauit, nouasque pereruditas notas suas, in quibus et Iunius aliquando (vt p. 76.) vindicatur [xx]), addidit.

Adiun-

tur, dedicata. *Fabr.* Copiose recenset hanc et reliquas editt., enarrat controuersiam et de Codino atque Iunio agit *Freytag.* in adpar. litter. I. p. 554 sqq. *Harl.*

uu) Iterum gr. et lat. cum comment. in *Gretseri* Operibus, tom. XV. p. 1 sqq. Ratisbonae, 1734. *H.*

vv) Goarus in praef. *Quam infeliciter Iunius in elucidanda verborum, quibus vsus est Codinus, obscuritate desudauerit, Meursii in pluribus locis demonstrat emendatio. et instituta per Gretserum versio, ac in amplis diserrisque commentariis eiusdem Codini illustratio: sed cum ea, qua Gretserus aetate viuebat, voces illae neotericae Graeciae nondum in occiduas partes essent allatae, propterea venia dignus est vir sane de re litteraria bene meritus — Non enim ille solus est, qui ad scopulos, quos Meursii glossarium ex potiori parte ὁλοβάρβαρον exponit, allidat: Is enim cum germanam graecarum, ac vulgarium vocum mentem non sit adsequutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Graecanicae linguae bene perito corrigatur, illustretur, ac infinitis propemodum, quae possent addi, dictionibus,* (vti a *Cangio* postea feliciter et docte praestitum est,) *augeatur, faciem adhuc sequuturis praebebit lapsus occasionem.*

ww) Recus. *Venet.* in Corpore Byzant. etc. 1729. v. supra in h. vol. pag. 526. et *Baumgarten* Nachrichten von einer Hallisch. Bibl. tom. V. pag. 449. sqq. *Harl.*

xx) Non pauca etiam, quae pro Iunio, socero suo, possit reponere, habere se professus est *Vossius* lib. III. de historicis graecis p. 368. testatus insuper praef. ad libros de historicis latinis, Iunium

nouam

Adiunxit etiam ineditos ante, Officialium ecclesiae et aulae CPolitanae catalogos ex MSS. regiis p. 5. 7. 36. et ex Mazarinianis [¶] MATTHAEI, *presbyteri, monachi et medici* (Μ..αχȣ yy) καὶ θύτȣ) opusculum, versibus scriptum politicis, περὶ τῶν ὀφφικίων τȣ̃ παλατίȣ τῆς Κωνςαντινȣπόλεως pag. 8. 38. et alterius ANONYMI, versibus iambicis p. 40. nec non ex Allatianis pag. 9. Praeterea graece et latine *graecorum episcopatuum* διατύπωσιν, ante octingentos annos a *Leone Sapiente*, imp. digestam et in Caroli a S. Paullo geographia ecclesiastica pridem editam, sed per Goarum ad alium codicem castigatam p. 337 — 362. 2) ἀνακεφαλαίωσιν Πατριαρχῶν καὶ συναρίθμησιν τῶν Ἀποςολικῶν θρόνων pag. Ϲ63 — 381. quam idem Carolus a S. Paullo e codice Vaticano dederat: 3) τάξιν προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν Ἀποςολικὸν θρόνον Κωνςαντινȣπόλεως τελȣ́ντων Μητροπολιτῶν καὶ τῶν ὑπ' αὐτȣ̀ς Ἐπισκόπων p. 381 — 399. ex editione Gretseri ad Codini calcem, pag. 113. collata cum MS. regio et cum iure graeco, romano Freheri pag. 90. sq. 4) Ἔκθεσιν βασιλέως Κυρȣ̃ Ἀνδρονίκȣ τȣ̃ Παλαιολόγȣ τȣ̃ γέροντος, ὅπως νῦν ἔχȣσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ Πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς Κωνςαντινȣπόλεως p. 400 — 409. Hanc *Andronici Senioris Palaeologi*, imp. expositionem primus ad Codini calcem Iunius, p. 219. et illius exemplo Gretserus p. 117. ediderat. 5) Ἔκθεσιν νέαν, ὅπως νῦν γράφει ὁ Κωνςαντινȣπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις καὶ Ἀρχιεπισκόποις, καὶ μὴν καὶ τοῖς καὶ Μητροπολίταις καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διιθύνȣσιν. *Expositionem nouam, quomodo CPolitanus patriarcha ad papam, reliquos patriarchas et archiepiscopos, sed et metropolitanos, cunctosque saeculares dignitates moderantes nunc scribat.* p. 410 — 419. 6) *Parthenii*, patriarchae CPol. epistolam formatam, qua prosequutus est Philippum de Harlay, Comitem de Cesy, legatione functum regis Christianissimi ad Turcarum imp. et *Vrbani* VIII. papae Romani epistolam ad eundem Harlaeum p. 420. seq. Vt ad Codini librum revertar, illius MSS. codices praeter eos, quos iam laudaui, etiam Vaticanum, Scoriacensem, et Sfortianum memorat *Allatius* de Georgiis p. 362. notatque, stilo incomto ac barbaro et, qui ea aetate in populi plebisque vsu erat, scripsisse, *Praeter enim*, inquit, *rerum ac nominum difficilem intelligentiam, saepe etiam ipse modo loquendi agresti et duro sententiam obturbat et obcoecat, quem etiam exscriptorum errata, dictionesque exterae loco propriarum, doctorum incuria intrusae, reddunt obscuriorem. Pleraque ex Cantacuzeno, aliisque recentioribus historicis prope verbatim exscripsit, vt inter alios adnotarunt Pontanus zz) et Gretserus.*

[¶] 2. Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλȣ τȣ̃ χρονικȣ̃ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνςαντινȣπόλεος. *Excerpta ex libro chronico de originibus CPolitanis.* Librum chronicum intellige *Hesychii* illustris, de quo dixi supra pag. 544. sq. [vbi v. not. *tt*.] vbi et de variis huius libri editionibus: ex illo enim pleraque verbotenus Codinus expressit, ceteris, vt Lambecio notatum, additis e Glycae Annalibus, Chronico Alexandrino et alio hactenus non edito Iulii Pollu-

nouam fuisse molitum Codini editionem, solo typographi consilio suppressam, in qua magnam partem erepturus fuisset Gretsero occasionis ita in eum debacchandi.

yy) In MS. Vindobonensi, triginta versibus auctiore pro ἰατρȣ̃ legitur ἰκτρȣ̃. Vide Lambecium III. p. 469. Θύτης vero est hieromonachus. Matthaeum hunc post Alexii Angeli tempora scripsisse, notat *Hanckius* II. 8. p. 680. de scriptoribus Byz. Fortasse is haud diuersus a Matthaeo Blastare.

zz) *Iac. Pontanus*, ad Cantacuzeni lib. I. cap. 41 pag. 991. *Gretserus* ad Codinum III, 12. p. 270. edit Cramoisianae.

Pollucis, Christiani scriptoris, qui antiquo illo Polluce, cuius Onomasticon Commodo, imp., dedicatum habemus, aliquot saeculis est recentior. Prodiere hae Codini παρεκβολαὶ primum cum *Georgii Dousae*, Iani F. versione Heidelbergae apud Commelinum 1596. 8. et additis *Io. Meursii* notis Geneu. 1607. 8. denique cum versione et eruditis notis *Petri Lambecii* Paris. e typographia regia 1655. fol. [a]). Hic Lambecius longe locupletissimam Codinianorum excerptorum editionem dedit, in qua longe plura graece et latine exhibentur, collatis codicibus MSS. compluribus, duobus Holstenianis, quorum vnum Holstenius, Lambecii auunculus, a Peirescio acceperat, alterum e Vaticano codice descripserat, tertio Is. Vossii ex codice Britannico: quarto Iac. Sirmondi, quinto regio Paris. et sexto denique Romano e bibl. Vallicellana. Inde in Lambeciana editione post illa de originibus CPol. sequuntur περὶ τῆς σχηματογραφίας Κωνσταντινουπόλεως, *de forma et ambitu vrbis CPolitanae*. pag. 11. Περὶ Ἀδιαβήνης *De Adiabene*, regione Asiae vltra Tigridem, fluuium, in qua Naphtha prouenit. p. 13. Περὶ ἀγαλμάτων, στηλῶν καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *De signis, statuis* [b]) *et aliis spectatu dignis CPoli ibid.* Quae in Lambeciana editione leguntur pag. 19. B. a verbis Εὐφημίας τῆς γυναικὸς vsque ad p. 21. D. τοῦ πραστάτου, ea graece e codice Bauarico vulgauerat *Gretserus* lib. III. obseruationum ad Codinum de officiis cap. 19. quemadmodum et illa, quae pag. 23. B. a verbis περὶ τοῦ κίονος τοῦ Φόρου vsque ad verba pag. 28. C. τὸ αἰδοῖον φανῆναι μοιχευθείσης. Ceterum, quae de signis siue simulacris Gentilium Codinus hic narrat, desumsit e Phornuto et *Io. Lydi*, Philadelphiensis, libro de mensibus [c]), e quo Suidas etiam, vt Lambecio obseruatum, eadem hausit. Reliqua de statuis et rebus, in vrbe spectatu dignis, ad verbum fere descripsit ex anonymi collectaneis antiquitatum CPol. quibus titulus παραστάσεις σύντομοι χρονικαί, quas primus e codice regis Galliae *Lambecius* cum notis suis ad calcem Codini pag. 85 — 105. vulgauit [?] graece, obseruatque, excerptas esse e Theodoro Lectore, Papia, Eusebio, Socrate, Marcello Lectore et compluribus aliis scriptoribus. Anonymi collectanea eadem longe emendatius ab illo tempore graece et latine cum versione sua et notis dedit *Franciscus Combefisius* in fasciculo rerum CPolitanarum, ad calcem Allatii de Simeonibus, Paris. 1664. 4. Quumque Lambecium in notis illis non raro perstringat, Lambecius ei respondere voluit in noua, quam pollicitus est, Codini editione, quam supplemento Corporis hist. Byzantinae ex bibl. Caesarea potissimum instruendo inserere voluit. Vide lib. III. commentar. de bibl Vindobon. p. 126. [libr. VIII. p. 970. Koll.] Sed illud supplementum numquam lucem vidit [d]). Sequitur in prima illa et vltima Lambeciana Codini editione eiusdem scriptoris περὶ κτισμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *de* templis, monasteriis et aliis *aedificiis Cpolitanis* pag. 37 — 64. et περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, *De structura templi S. Sophiae* et SS. Apostolorum p. 64 — 74. quae pars etiam in Georgii Dousae editione legitur, ac denique περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν μέχρι τῆς βασι-

a) Hanc Lambecii edit. recenset *Kollarius* in Lamb. comm. de bibl. caesar. vol. I. p. 448. sq. add. *Baumgarten* Nachr. von einer Hallischen Bibl. tom. V. pag. 445. sqq. — Rec. est illa edit. Venetiis in corpore etc. v. supra in h. vol. p. 525. *Harl.*

b) Pleraque huius partis vulgauerat etiam G. Dousa.

c) edit. a *Nicol. Schow.* Lips. 1794. 8. *Harl.*

d) Fasciculum tamen schedarum variar. ad ed. suam reliquit, de quo vid. *Kollarium* in suppl. ad Lamb. p. 775. sq. et *Nessel.* cat. VI. p. 146. *Harl.*

βασιλείας τῦ μεγάλυ Κωνςαντίνυ, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν αὐτῇ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως. De annis ab orbe condito vsque ad imperium Conſtantini Magni: et de iis, qui a Conſtantino *Magno in ipſa vrbi m regina regnarunt, vsque dum ab Agarenis* (a. C. 1453) *capta eſt.* pag. 75 — 83. [De codd. iam ſupra egimus.]

INDEX Scriptorum et aliorum quorundam, qui in Codini et alterius Anonymi (quae a num. CLXXI. incipunt) Excerptis de Antiquitatibus CPol. memorantur.

ad numeros marginales editionis Lambecianae.

Eutro-

e) Sic conſtanter MSS. licet Lambecio ſit Ἀγκυρανὸς, *Ancyranus*. Vide Bandurium p. 738. 781. *Fabr.* V. D. in Baumgart. Nachr. von einer Hall. Bibl. V. p. 446. opinatur, Ἀγγυριάνον et Αἰγύπτιον propter ſimilitudinem litterarum et rerum, de iis narratarum, eſſe vnum eumdemque hominem. *Harl.*

f) V. D. in *Baumgart.* l. cit. ſuſpicatur, τὸν χρονικὸν h. l. idem eſſe ac τὴν βίβλον τῦ χρονικῦ, in prima inſcriptione memoratam. *Harl.*

g) Alii codices ὁ Λογγύριος vel Ὀλγύριος, Vide *Bandurium* p. 472. *Lambecius* malebat Ὀλύβριος ὁ Ἑλληνικός. (v. ad voc. Ἀγγυριακόν. *Harl.*]

Subiicitur in calce voluminis ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας ἃ διερμηνεύθησαν κατὰ τάξιν. ANONYMI explicatio officiorum S. ac magnae ecclesiae CPol. secundum [illegible] ordinem: quam *Bernardus Medonius*, Tolosas, e MS. codice Caroli Monchalli, archiepiscopi [?] Tolosani, primus edidit, latinamque versionem suam et glossarium, atque in margine notulas adiunxit.

Exstat quoque, sed quam Lambecius merito omisit, ab eodem Codino versa graece *Missa Gregorii I. papae*, quam cum illa graeca interpretatione (vtraque lingua, non graece tantum, vt Warthonus scribit,) Paris. 1595. 8. edidit *Fed. Morellus*, quocum illam communicauerat Ioannes a S. Andrea, ecclesiae Parisiensis canonicus. In bibliotheca Barberina memoratur praeterea editio Paris. 1583. 8. quam non vidi. Exstat et graece et latine in Frontonis Ducaei Auctario bibl. patrum Paris. 1624. tom. XII. *Scias Lector*, inquit Allatius de Georgiis p. 362, *hanc eamdem missam, multo auctiorem et perfectiorem legi in bibl. Barberina cod. LXXIV. quae tamen dicitur ab EMANVELE CHRYSOLORA esse in linguam graecam conuersa.* Λειτουργία μεταγλωττισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικὴν, παρὰ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ. Initium idem est, quod in illa, quae Codino tribuitur: ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεὺς etc.

Prodiit etiam cum Codino Lambeciano eiusdem EMANVELIS CHRYSOLORAE *h*) epistola ad Ioannem Palaeologum, imp., qua σύγκρισις siue comparatio veteris ac nouae Romae

h) Hic est, qui ex Graecia, a Turcis opprimi coepta, virisque eius nobilibus et eruditis inter primos graecas litteras in Latium reduxit et in Italia ipse substitit, quum Iohannis Palaeologi nomine legationem pro auxilio aduersus hostes impetrando obiisset. Docuit graecas literas Venetiis primum, deinde Florentiae et Romae ac tandem Ticini, atque e vita decessit Constantiae a. C. 1415. Eius Epitaphium Lambecius epistolis praemisit, quod etiam legitur in historia Concilii Constantiensis, quam viro praestantissimo Hermanno ab [illegible] debemus tom. I p. 10. sq. Addes, si vis, Iouii elogia p. 41. *Martinum Crusium* lib. V Germano Graeciae p. 234. (vbi etiam de Iohanne Ch[illegible], Francisci Philelphi socero, viro itidem [illegible].) *Isaaci Bullartii* Academiam scientiarum tom. I. pag. 265. *Hanckium* d[illegible] scriptoribus Byz. lib. I. cap. 37. *Koenigium* in bibl. *Pauli Freheri* theatrum

n..e continetur pag. 107 — 126. graece et latine, cum eiusdem Lambecii versione. Sequuntur deinde, sed graece tantum, binae eiusdem Emanuelis, iam ὠμογέροντος, epistolae ad Iohannem Chrysoloram et Demetrium Chrysoloram, Roma scriptae et Graeciae absentium Romae laude sol..ntes. [conf. D. *Boerner* de doctis hominibus graecis litterarum graecarum in Italia restauratoribus. Lips. 1750. 8. de Emm. Chrysol. pag. 1. sqq. in specie de eius epp. pag. 10. sq. et 22. sq. *Harl.*]

In notis ad Codinum pag. 187. Lambecius graece publicauit ineditam ante *orationem*, habitam a PHOTIO, CPolitano patriarcha, *in Encaeniis nouae ecclesiae* i) B. Virginis a Basilio Macedone post a. C. 879. quo restitutus est Photius, in imperatorio palatio CPolitano Calendis Maii dedicatae. Titulus est: Φωτίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἔκφρασις τῆς ἐν τοῖς βασιλείοις νέας Ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης. Incipit: Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον. Eamdem oratio-

trum virorum illustrium p. 1423. sq. etc [*H. von der Hardt* memoria Chrysolorae. Helmstad. 1718. 8. — *C. Oudin.* comm. de script. eccl. tom. III. p. 1232. — Osseruazioni di D. G. intorno a *Emanuello Chrysolora*, Ristoratore delle Lettere greche in Italia in: Raccolta d'opusc. scientif. tom. XXV. p. 24. sqq. vbi quoque pag. 291. et 323. sqq. insertae sunt *Andr. Iu. ani* orat. in funere Man. Chrysolorae et *Guarini* Veronensis, epistolae IV. de Chrysolora. — *Mehus* in vita Ambrosii Camaldulensis, p. 357 — 364. — *Freytag.* adpar. litter. III pag. 171. sqq. — *Humphr Hodius* de graecis illustribus L. Gr. — instauratoribus, Londin. 1742. 8 p. 12. ex quo indicem librorum, ab Emman. Chrysolora confectorum, et alia paucis repetii, et plura de codd. atque editt. praecipue *Erotematum* colegi: aliosque VV. DD. laudaui. — Editionis Aldinae, (in fine Venetiis in aedibus Aldi M. D XII.) cuius exemplar nactus sum, inscriptio plenior haec est: Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ. Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων. Περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων ἐκ τῶν Χαλκονδύλου. τὸ τέταρτον τοῦ γαζῆ, περὶ συντάξεως. Περὶ ἐγκλιτικῶν. Γνῶμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν. *Erotemata Chrysolorae. De anomalis verbis. De formatione temporum ex libro (Demetrii) Chalcondylae. Quartus Gazae de constructione. De Encliticis. Sententiae monostichi ex variis poetis. Aldus*, cum eius insigni typogr., in 8. — *Bandinius* in catal. codd. gr. Laurent. I. p. 129. sq. plura scripsit de *Manuele* et *Demetrio*, *Chrysoloris*, recensuitque cod. XX. plut. 6., in quo continetur 1) *Man. Chrysolorae* comparatio antiquae et nouae Romae, epistola ad Io Palaeologum, imper. haec eadem est epist. quam cum duabus sequentibus in ed. Venet. p. 81. sq. 97. et 98.) a Lambecio editam esse, iam adnotauit Fabric. et quam a *Francisco Aleardo*, Veronensi, latine versam esse, ex *Mabillonii* Museo italico, tom. I. p. 98. animaduertit *Bandin.* 2) eiusd. *Man. Chrysol.* altera epistola, Romae ad Ioannem Chrysoloram exarata: 3) eiusd. tertia ep. ad Demetrium Chrysoloram, Romae itidem data, in qua se multum delectari vetustis statuis significat; 4) eiusd. quarta epistola ad Pallantem de morte sui fratris, Manuelis, consolatoria, docta quidem et diserta, cuius initium speciminis loco graece euulgauit *Bandin.* l. c. pag. 140. et in nota 1. plura de illa aliisque Chrysolorae epistolis adtulit. — Epistolae ad regem, Io. Chrysoloram, Demetrium Chrysol. ad Pallantem in obitu germani fratris Manuelis consolatoria, a Bonau. Vulcanio latine versae, exstant in in bibl. *Leidensi*, v. catal. p. 345. nr. 30. — Adde de tribus *Chrysoloris* infra in vol. X. p. 592. sqq *Harl.*] — Huius Emanuelis Chrysolorae *Erotemata Grammatica* prodierunt graece Argentor. 1516. 4. [m. 8.] Venet. 1549. 8. et cum latina versione Paris. apud Wechel. Ceterum non dubito, librum Chrysolorae *de antiqua et noua Roma*, quem Gesnerus graece refert exstare in bibl. Medicea, et quem Vulcanius voluit in lucem dare, illam ipsam epistolam longiorem esse, quam Lambecius graece et latine edidit. Eius de *processione Spiritus S* contra Graecos, quod laudat Allatius contra Creyghtonum, miror non editum esse in eiusdem Graecia orthodoxa. Incipit: Ῥωμαίοις γράφων.

i) In vita Basilii, scripta a Constantino Porphyrog. n. 55. templum illud, siue νέα βασιλικὴ ἐκκλησία condita traditur in honorem Christi, Michaelis, archangeli et Eliae, Thesbitae.

tionem graece et latine cum versione sua dedit *Franciscus Combefisius*, in manipulo rerum CPolitanarum, ad calcem Allatii de Simeonum scriptis Paris. 1664. 4. pag. 304. seq. De Photii bibliotheca et aliis scriptis infra suo loco.

De LEONIS, imp., oraculis, quae a Lambecio ad calcem Codini subiuncta sunt, vide, si placet, quae dicta sunt hoc ipso capite pag. 364. seq. ed. vet.

De LEONE, grammatico, dictum superius pag. 380. ed. vet.

Ex scriptis, quae ad id temporis inedita idem *Lambecius*, in notis ad Codinum laudat vel profert, sunt notanda *Fragmentum de turribus vocalibus Byzantii*, quod e MS. bibl. regiae Paris. adfert n. 4. Aliud fragmentum *de promontorio Chalcedonensi* ἡραίῳ, quod deinde corrupte ἡρίον dictum est, num. 122. *Anonymus Chronographus graecus*, qui in bibl. regia adseruatur. num. 9. 18. 46. *Acta graeca Syluestri primi*, *papae*, num. 14. 56. 57. 68. *Asclepiodoti* τέχνη τακτική num. 65. *Anonymi de septem Synodis breuis narratio*, quam post Codini libellum περὶ κτισμάτων in duobus Vaticanis MSS. reperit et num. 78. integram graece edidit Lambecius. *Iulii Pollucis Chronicon*, e quo longus locus de Constantino M. et instauratione Byzantii adfertur num. 12 [k]) *Ioannis Lydi*, Philadelphiensis, περὶ πολιτικῶν ἀρχῶν, num. 154. et περὶ μηνῶν n. 26. 27. 28 29. 31. 32. 63. *Lexicon antiquum graecum* ex bibl. Seguieriana n. 18. *Manuelis Philae epigramma in B. Virginem* n. 116. *Nicetae, rhetoris, Oratio de passione S. Stephani*, *et corporis eius inuentio*. n. 99. *Nicephori Callisti syntagma de miraculis, ad fontem templi S. Mariae editis* *) *et de* [?] *eius templi structura*, MS. in bibl. Vaticana memoratur n. 116. *Procli in Cratylum Platonis*. n. 27. et *in Parmenidem*. n. 65.

XVI. IOANNIS ANAGNOSTAE, Thessalonicensis, de occupata et erepta Venetis a. C. 1430. †) per Muratem II. Turcarum principem, Thessalonica, ad amicum scripta aliquot post urbem captam annis, saepius illo id desiderante, narratio exhibetur graece et latine in Allatii συμμίκτοις p. 318 — 380. Confer *Hanckium* de hist. Byz. scriptoribus lib. I. cap. 38. p. 636. sqq. [*Henr. Wharton* ad Caue hist. litt. etc. vol. II. p. 130.]

Ex NICOLAI, patriarchae, Monodia de excidio Thessalonicensi, a. C. 904. facto, nonnulla adfert *Allatius* notis ad Acropolitam p. 248. De illo excidio supra p. 351.

k) V. *Iul. Poll.* chron. edit. *Hardt.* p. 256. sqq. et 264. sqq. et ed. *Bianconi*, sine auctoris nomine, pag. 123. sqq. cum Bianc. nota p. 127. de anno conditae CPoleos. *Harl.*

*) V. supra in hoc vol. p. 438. sq. *Harl.*

†) Vide *Allatium* de Simeonibus p. 188.

FINIS VOLVMINIS SEPTIMI.

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLVMEN OCTAVVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCII

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA.

PRAEFATIO

Quae in octauo hoc volumine reperiantur capita, partes voluminum sexti, septimi et octaui secundum vet. editionem, ea ex indice illorum subiecto facile cognosces, LECTOR BENEVOLE! Caussa vero, cur ex tribus voluminibus hocce sit collectum, haec est, quoniam multa, quae exstarent in vet. editione, vel a me in aliud iam reiecta erant antecedens volumen, locoque posita commodiore, vel post Fabricii aetatem alibi repetita

ideo-

ideoque, quae recuderentur, minus neceſſaria in praeſenti videbantur. Quapropter in continuatione capitis quinti omiſi 1) hiſtoriam *Geneſii*, in volumine VII. pag. 530. expoſitam; 2) longiorem de Caerimoniali *Conſtantini Porphyrogenneti* locum, ex codice quondam Vffenbachiano, nunc Lipſienſi, et *Maii* bibl Vffenbachiana nsta a Fabricio ſumtum, toto illo opere poſthaec in lucem edito; 3) indicem capitum in *Eudociae* Ἰωνιᾷ; 4) *Banduri* conſpectum operum *Nicephori* CPol. iam in ſuperiore volumine pag. 610. exhibitum; 5) conſpectum chronologicum hiſtoriae CPolitanae, et catalogum tam patriarcharum CPolit. poſt vrbem captam, quam imperatorum ac patriarcharum CPol. ordine alphabetico compoſitum, et alia. Contra capiti VI. addidi caput de *Cointo*, *Tryphiodoro* et *Colutho*. In volumine VII. vet. ed. tria priora capita continuerant vitam *Apollonii Dyſcoli*, *Herodianorum* aliorumque grammaticorum graecorum, nec non *Iuliani* et *Libanii*, inſertis pluribus horum ſcriptis, a Fabricio primum e MSSt. erutis. Sed illis ſupra, in vol. VI. commodior datus eſt locus, iis praeterea reſciſis, quae poſt Fabricii aetatem in aliis libris atque collectionibus partim melius curatiusque recuſa ſunt. Pariter in capite XII. *Manuelis Philae* carmina, a Fabricio olim primum publicata, ſed in Wernsdorfii editione repetita atque explicata, in noua hac editione praetermittenda iudicaui; vti

etiam

etiam indicem *Metaphrasium* Psalmorum poeticarum, non graecarum, ab instituto nostro et Bibliotheca graeca alienum.

His igitur in praesenti exclusis, factum est, vt etiam ex volumine VIII. vet. ed. caput de *Gregorio Nysseno* possem recipere. Id quidem volumen olim inceperat ab historia *Themistii* litteraria, siue capite XVIII. sed illa in vol. VI. pag. 190. nostrae editionis iam exposita est. Caput vero sequens de *Basilio* propter spatii angustias, quia illius paullo longioris repetitio superasset numerum plagellarum, huic volumini definitum, futuro volumini reseruare sum coactus.

Alio quoque tempore ea, quae vel memoria exciderant, (quod quidem in tanta rerum copia, quae premit, facile potuit accidere,) vel mihi, in pertractando hoc volumine versato, erant plane incognita, (ecquis est, qui vel in amplissima sedens bibliotheca, omnia, quae notatu digna viderentur, legerit, tenueritque memoria?) et a me, quum dies diem doceat, aut ab amicis aliisque viris doctis, quorum symbolas, admonitiones correctionesque grata mente accipiam, ad augendam emendandamque hancce bibliothecam commoda necessariaque obseruabuntur, b. c. d. sedulo colli-

gam, ſuoque loco et tempore adnotabo. Neque vero neceſſe erat, omnia, quae dici poterant, praeſertim de vita, fatis, opinionibus erroribusque, et doctrina ſcriptorum eccleſiaſticorum, et de controuerſiis diſcidiisque, in chriſtianorum ciuitate ortis, ab aliis, a me vbique frequenter laudatis, ſaepius decantata, fuſius repetere, aut latius explicare. Et tamen lubenter fateor, largam ſegetem poſſe adhuc colligi. Sic cel. *Beckio* nonnulla, eaque egregia, debes additamenta. Atque ego Viri humaniſſimi atque inexhauſtae eruditionis amicitiam, ſollertiam diligentiamque tum iis paſſim ſupplendis, quae a me omiſſa erant, tum erroribus typographicis tollendis maximi aeſtimo atque exoſculor. Ille enim, addito ſocio, (poſtquam cel. *Künoehl* Lipſienſem litterarum vniuerſitatem mutauit cum Gieſſenſi, quam in praeſenti ornat,) cl. *Roſenmüllero*, Profeſſore Lipſienſi, filio maximo natu vener. mihique amiciſſimi *D. Roſenmülleri*, omnem curam induſtriamque praeſtitit in corrigendis operarum peccatis. Et tamen, (ecquis adeo erit inhumanus, qui in tam vaſto opere, vrguentibus interdum typothetis, id miretur aut culpet?) quaedam vitia typographica *) vel aciem oculorum effugerunt, vel, quod haud raro fieri ſolet, remanſerunt.

Inſu-

*) Quaedam, in quae caſu incidi, hic corrigam omiſſa aut peccata typographica:

P. 1.

Insuper quaedam supplementa beneuole mihi suppeditarunt *Sixtius*, Theologus Altdorfinus cel. et cel. *Müllerus*, Rector scholae Citzensis, (atque ego gratus agnosco praedicoque illorum humanitatem atque promtitudinem;) sed ea, dolui, in manus meas venisse, postquam plagulae, ad quas pertinuerunt illorum obseruationes, * iam in manibus typographi Lipsiensis haeserant, nec pauca a me occupata fuisse deprehendi. De quibusdam, quia

P. 1. in indice §§. lin. 9. post τὸ, συμμίκτοι add. *XXVII. cat. episc. Byzantinor. ante Constantinum M.* et deinceps muta numerum paragraph. — Pag. 30. lin. 1. scr. *XVIII.* et deinceps pag. 33. *XIX.* pag. 35. lin. 1. *XX.* — pag. 74. lin. 1. scr. *XXII.* — pag. 83. lin. 4. scr. XXIII. et p. 85. (vbi falso numeratur 83.) lin. 11. scr. *XXIV.* ac p. 87. lin. 4. *XXV.* tum p. 99. lin. 1. scr. XXVI. — p. 101. lin. 1. corr. XXVII. et sic porro. — pag. 119. in not. *o.* lin. 6. leg. *mihi* et lin. 15. *Heliodorum.* — pag. 144. lin. suprema l. *vol. VI. p. 804 — 805.* — pag. 166. sub fin. l. *Aldina.* — pag. 168. lin. 33. l. *comparat.* pag. 184. nr. 2. l. *dubitat.* — pag. 224. lin. 6. scr. *Bollandiani.* — pag. 256. lin. 14. l. *scriptor.* et lin. 25. l. *aduersarium.* — pag. 308. lin. 18. l. *CPolitana.* — pag. 320. in not. lin. 6. l. *adnotante.* — pag. 343. in not. alter. columnae lin. 33. l. *desumta.* — pag. 362. in not. *kk* lin. 2. l. *quam.* — pag. 368. lin. 2. l. *misit.* — pag. 417. in suprema lin. male excusus est numerus *517.* — pag. 434. lin. 9. post, *quemdam* pone comma. — pag. 562. lin. 20. l. *graec.* — pag. 566. lin. 25. l. *diutius.* — Reliquas plagulas, quoniam nondum habeo, vel leuiter recognoscere nequeo. TV vero L. B. his et reliquis peccatis, siue a memet ipso, siue a typotheta commissis, beneuole ignoscas velim.

quia multas plagulas nondum accepi, dicere nequeo, num a me iam adnotata ſint, nec ne. Quare alio tempore tutius certiusque potero de iis iudicare atque pronuntiare. Clar. tamen *Mülleri* quasdam animaduerſiones hic ſubiicere haud incommodum videbitur.

Pag. 393. lin. 11. Inſcriptio editionis plenior eſt: *Diui Gregorii, theologi, epiſcopi Nazianzeni*, de theologia libri quinque, nuper e graeco ſermone in latinum a *Petro Moſellano*, Protegenſe, traducti. Baſil. apud Froben. 1523. fol. Adnexa epiſtola Petri Moſellani ad Martinum a Lochau, coenobii veteris cellae abbatem.

Pag. 399. lin. 1. Inſcriptio haec eſt: *S. Gregorii Nazianz.* *ἀπόῤῥητα*, ſiue *arcana* cum graeca paraphraſi, antehac quidem ſemel, ac graece ſaltem e reipubl. Auguſtanae bibliotheca opera *Dauidis Hoeſchelii* publicata; iam vero recognita et latina interpretatione, nec non altera latina eaque metrica cuiusdam paraphraſi donata, ſtudio *M. Iohannis Hornſchuchii*. Lipſiae. 1645. 8.

Pag. 443. lin. 3. Editio *Viennensis* reuera exstat, et Vindobonae a. 1560. 4. e prelo exiit. Atque in inuolucro exemplaris, quod seruatur in bibl. episc. Cizensi, etiam bibliopola illum annum posuit. Praefationi & dedicationi Groddecius non subiecit anni notam, sed praefixit demum versioni suae latinae, quae excipit contextum graecum et peculiarem habet inscriptionem. Integra epigraphe haec est:

Cyrilli archiepiscopi Hierosolymitani catecheses quinque ad eos, qui sunt recens illuminati. Quae nunc primum gr. et lat. simul eduntur, vt, qui dubitet de latinis, ad graecas possit recurrere; qui graecas non satis intelligat, latinas legat. *Ioanne Grodecio* interprete. Viennae Austriae, a. MDLX. (1560.) 4.

Caspar Barthius exemplari suo ad II. Eclog. Nemesiani de *Nonno* haec adscripsit: *Graecorum poetarum felicissimus. Salmas. in praef. l. de mod. vsur. de Heinsio: Quanta proteruitate atque acerbitate Nonno insultat, non talia pollicitus, dum nugatorem et ineptum omni occasione adpellat, dum haereseos Arianae arguit, dum linguae suae vocat imperitum? Sed reperiet suos vindices.*

Sed haec in praesenti sufficiant. TV vero, L. B. vale et conatibus nostris velim fauere pergas.

Scr. Erlangae d. XV. Maii a. CIƆIƆCCCII.

Gottlieb Christoph. Harless.

INDEX CAPITVM
HVIVS VOLVMINIS OCTAVI

Bibliothecae graecae libri V. et VI. de scriptoribus graecis christianis aliisque, qui vixere post Constantinum M. et post illum vsque ad captam a. Christi 1453. a Turcis CPolin.

CONTINVATIO CAPITIS V.

DE BYZANTINAE SIVE CONSTANTINOPOLITANAE HISTORIAE SCRIPTORIBVS.

CAPVT VI.

De HELIODORO et aliis scriptoribus eroticis, editis, ineditis, deperditis.

CAPVT

* Pag. 141. med. nominantur *Calliclis iambi in S. Georgium ex albo lapide ex…, …* *Philon* habere parentem, docent codd. mssti, in quibus inter Philae carmina leguntur. Vide *Bandini* catal. codd. graec. Laurent. tom. II. pag. 150. nr. XX. et pag. 172. ad nr. CCXXXIII.

CAPVT IX. (olim XIII.)

De S. GREGORIO, Nazianzeno, eiusque fratre, CAESARIO.

CAPVT X. (olim XIV.)

De S. CYRILLO HIEROSOLYMITANO.

CAPVT XI. (olim XV.)

De S. IOHANNE CHRYSOSTOMO.

CAPVT XII. (olim XVI.)

De APOLLINARI, NONNO et aliis quibusdam poetis graecis christianis.

*) Vide infra ad cap. de Phile, de edit. Wernsdorf.

CAPVT XIII. (olim XVII.)

De catenis patrum graecorum in S. Scripturae libros.

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBER V. (vol. VI. vet. ed.)

CONTINVATIO CAPITIS V.

DE BYZANTINAE SIVE CONSTANTINOPOLITANAE HISTORIAE SCRIPTORIBVS.

XVII. *De Constantino Porphyrogenneto, et collectione Hippiatricorum, de Geoponicis, de Simeone Magistro.* XVIII. *De opere Constantini Porphyrogenneti, Caeremoniale s. de officiis aulae CPolitanae.* XIX. *De Duca et anonymis scriptoribus.* XX. *De Anselmi Bandurii imperio orientali; de Hieroclis Συνεκδήμῳ; de Agapeto, Basilio Macedone, et de Athanasio Macedone aliisque fragmentis, quae insunt in Bandurii opere; de Eudociae violario: de Georgio Cyprio patriarcha.* XXI. *de Zosimo.* XXII. *Georgio Phranza, 22. Scriptores quidam hist. Byzant. inediti ac deperditi.* XXIII. *De Combefisii fasciculo originum et rerum CPolitan.* XXIV. *De Saracenicis Frid. Sylburgii.* XXV. *De historia ecclesiastica Manuelis Malaxi et aliis in Martini Crusii Turco-Graecia obuiis.* XXVI. *De Leonis Allatii συμμίκτοις.* XXVII. *Godofr. de Ville Hardouin.* XXVIII. *et alii scriptores de vrbe CPoli et rebus CPolitanis.* XXIX. *Car. Cangii merita in hist. Byzant. et elogium.* XXX. *Martini Hanckii liber de Byz. rerum scriptoribus. Rud. Cappelli Byzantina.*

XVII.

De *Vita Basilii Macedonis*, quam nepos eius, imperator, doctrinae omnis cultor instauratorque locupletissimus, CONSTANTINVS *Porphyrogenitus*, Leonis Sapientis F. scripsit, dixi hoc libro et cap. p. 349. [Vol. VI. ed. vet. Vol. VII. p. 681. sq. hui. ed.] Nunc cetera eius scripta recensere iuvat: nam quae de imperatore ipso, qui ab 6. Iun. a. 912. sub tutoribus vel cum matre, Zoë, aut Romano, socero, et ab a. 946. ad 959. solus praefuit, dicenda sunt, ex annalium saeculi decimi scriptoribus rectius Lector petet, siue veteres illi sint Zonaras, Cedrenus, Glycas aliique, et continuatores Theophanis, Simeon Magister, Georgius monachus, Leo Grammaticus, Io. Scylitzes etc. siue recentiores, Baronius, Spondanus, Antonius Pagi etc. et qui de imperatoribus copiosos commentarios edidere, *Io. Cuspinianus* etc. et qui Constantini huius vitam singulariter composuit, *Martinus Hanckius*, de scriptoribus hist. Byz. lib. I. cap. 25. p. 461 — 478. *Fabr.* Item *I. H. Leichius* de vita et rebus gestis Constantini Porphyrogen. Lipsiae 1746. 4. et praef. ad libr. de Ceremon. Byzant. *C. Oudin.*

comm.

comm. de ſcriptor. eccl. tom. II. pag. 421. ſq. *Hamberger.* Z. N. III. p. 656. ſqq. *Saxius* in Onom. II. p. 142. ſqq. et ego in Introd. in hiſt. L. Gr. II. part. I. pag. 477. ſq. plura collegi. *Harl.*

1. Exſtant igitur eius ad filium, Romanum, (a quo deinde veneno impie ſublatus eſt,) *de adminiſtrando imperio liber* ſcriptus, (ex parte [a]) ſaltem) a. 6457. (Chriſti 949.) indictione ſeptima, et a. 6460. (Chriſti 952.) indictione decima. Hunc primus e codice Palatino, qui prius Baptiſtae Egnatii fuit, edidit *Ioannes Meurſius* cum verſione ſua et caſtigationibus Lugd. Bat. 1610. 8. Deinde aliis [ ] Conſtantini huius ſcriptis praemiſſum Lugd. Bat. 1617 8. [b]). Nouiſſime eumdem librum recudi curauit *Anſelmus Bandurius* tomo priore imperii orientalis, addita verſione, paſſim a ſe interpolata et emendata, ſuppletisque in ea integris capitibus 23 et 24. de Iberia et Hiſpania, quae vtpote nimis corrupta interpretari Meurſius non fuerat adgreſſus. Graeca Bandurius caſtigauit ex MS. membranaceo bibl. regiae 2661. ſcripto annis abhinc quingentis, cuius ope quam plurimas mendas ſuſtulit, eruditas et copioſas addidit notas, praemiſitque tabulam geographicam imperii orientalis, concinnatam a geographo celeberrimo, Guillelmo Inſulano (*de l'Isle*), qua facies eiusdem, qualis fuit ſub Conſtantino Porphyrogenito et eius praedeceſſoribus, apte repraeſentatur.

2. *Tactica* ſiue βιβλίον Τακτικὸν, τάξιν περιέχον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ γῆν μαχομένων. *liber Tacticus, mari terraque pugnantium ordinationem continens.* Primus edidit, ſed graece tantum et caſtigationibus ſuis illuſtrauit idem *Io. Meurſius* ex codice bibl. Palatinae, cum aliis Conſtantini, quae iam recenſeo, ſcriptis, Lugd. Bat. 1617. 8. [v. ad nr. 1.] Palatinus ille codex deſcriptus fuit e Vindobonenſi, de quo *Lambecius* VII. pag. 201. [c]) In ... codice

a) Cap. 27. εἰσὶ δὲ μέχρις τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιὼν ἑβδόμη, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου ςυνζ. ἀφ' ἧς ἐμερίσθη ἡ Λογγοβαρδία, ἔτη 6. et cap. 45. μέχρι τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιὼν ι', ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου ςυξ. ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν φιλοχρίστων καὶ πορφυρογεννήτων βασιλέων Ῥωμαίων. *Romanum* intellige, non ſocerum Conſtantini, ſed filium, illum ipſum, cui liber inſcribitur πρὸς τὸν ἴδιον υἱὸν Ῥωμανὸν τὸν θεοστεφῆ καὶ Πορφυρογέννητον βασιλέα. De Porphyrogeniti elogio videndus praeter Cangium et alios *Seldenus* lib. 1. de titulis honorum cap. 5. *Gisbertus Cuperus* libro quarto Obſeruationum cap. 1.

b) Inſcriptio libri haec eſt: *Conſtantini Porphyrogenneti Opera.* In quibus Tactica nunc primum prodeunt. *Io. Meurſius* collegit, coniunxit, edidit. Lugduni Batau. ex off. Elzeuir. 1617. 8. In ſunt opuſcula 1) de adminiſtrando imperio etc. 2) de thematibus imperii. 3) Tactica, 4) nouellae conſtitutt. XVII. — Rec. in *Io. Meurſii* Opp. edit. Lamii, tom. VI. pag. 921. ſqq. ſed additae ſunt tantummodo Meurſii notae, omiſſis reliquorum adnotatt. Eiusdem Meurſii verſio libr. de adminiſtrando imperio ſeparatim edita eſt; contra e regione textus gr. verſio Banduri poſita. Tacticis addita eſt verſio Lamii, qui etiam adiecit Conſtantini Porph. Strategicon cum ſua verſione lat. v. *Hamberg.* l. c. — Codices libri de *adminiſtrando imperio* ſunt in bibl. publ. *Pariſ.* codd. MMIX. nr. 3. MMCMLXVII. nr. 1. et alius, ſec. indicem. — *Meurſii* edit. a. 1617. cum codd. collata, et aliud exemplar cum not. mſstis Thomae Brunii atque Iſaaci Voſſii, exſtant in bibl. Leid. vid. cat. illius bibl. p. 245. *Harl.*

c) Pag. 429. ed. Kollarii, in cod. CXI. nr. 5. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Voſſianos, *Conſtantini*, imp. ςρατηγικὸν περὶ ἐθῶν διαφόρων ἐθνῶν ibid. inter adueſaria Voſſiana, *Conſtantin.* Porphyrog. tactica naumachica. (v. cat. bibl. Leid. pag. 393. nr. 55. et p. 400 nr. 11.) — *Pa-*

codice Veronensi, quem latine vertit *Scipio Maffeius*, tribuitur Constantino, Romani imp. filio, qui praefuit ab a. C. 976. ad 1028. *Fabr.* Constantino *Rom.* F. libellus ille de adparatu bellico tam terra, quam mari, tribuitur quoque in cod. *Augustano* Vindel. teste *Reisero* in catal. pag. 67. fin. *Harl.*

3. Περὶ Θεμάτων, *de Thematibus* [d]) *imperii orientalis et occidentalis libri II.* Ex his librum priorem de thematibus imperii orientalis primus e codice Tho. Clementis, Angli, medici Mechliniensis, edidit et versionem suam notasque addidit *Bonav. Vulcanius*, Lugd. Bat. 1588. 8. apud Franciscum Raphelengium. Liber posterior de thematibus occidentis siue Europae, quem et ipse editurum se Vulcanius receperat in notis ad Agathiam p. 4. primus *Fed. Morellus* vulgauit cum libro, et cum versione sua notisque Paris. 1609. 8. Vtramque Vulcanii et Morelli [P] editionem Meursius coniunxit et, (vt vidimus,) ceteris Constantini scriptis addidit Lugd. Bat. 1617. 8. Nouissime hos duos libros *Anselmus Bandurius*, paullo ante mihi laudatus, ex codice regis Galliae MMCDXXXI. [e]) in charta bombycina, ante annos 500. exarata, castigauit, versionem nouam, siue ex veteri plurimum interpolatam, adiunxit, praemisitque *Guilelmi Insfelani* tabulam geographicam, quae imperium CPolitanum, quale ab Heraclii aeuo fuit, per θέματα digestum exhibet. Prodiit *Bandurii* imperium orientale, cuius tomo priore, libri Constantini Porphyrog. vt posteriore editoris notae continentur, Paris. 1711. fol. [Rec. Venetiis 1729. II. voll. fol. vid. supra in VII. vol. p. 528. sq.] Non minus in his duobus libellis pulcram prouinciarum et populorum, qui imperio CPolitano parebant, notitiam, eorumque origines, et antiquitates Constantinus complectitur, quam libro de administrando imperio de aliis etiam gentibus, quae adiuuare illud vel laedere bello atque infestare possent, quemadmodum et earum origines, mores et instituta pacis bellique

A 2 expo-

ris. in bibl. publ. cod. MMDXXX. 1) Tactica de naualis piraticique belli strategematibus; atque confector catal. tom. II. p. 516. sq. adnotat, liquido constare, capite 19. Leonis, imper. tactic. περὶ ναυμαχίας cum hisce tacticis collato, *Constantinum*, imp., nihil aliud egisse, nisi vt Leonis sermonem paullo elegantiorem ad vsum vulgi rudis gregariique militis adcommodaret. — 2) eiusdem praecepta et monita imperatoris seruanda, ex antiquis collecta, et capitibus CCXX. distincta. v. Leonis tactica, cap. 20. — 3) Idem de terrestri copiarum ductu et militum cura. — Constant. *strategicon* siue fragmentum illius a *Lamio* e cod. Mediceo inter Opp. Meursii tom. VI. p. 1409. esse editum, paullo ante notauimus. Atque de cod. illo Med. V. qui continet collectionem tacticorum auctorum vberrimam, et nr. 29. Const. strategicon, plut. 55. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. pag. 218. sqq. Add. supra, vol. IV. pag. 210. *Harl.*

d) Θέματα veluti *imposita* praesidia, vocatae sunt legiones militum. Hinc eodem nomine denotatae sunt Prouinciae ipsae, in quibus Legiones in praesidiis locatae fuerunt. Atque eo sensu vocabulum istud Constantinus accipit etiam in libro de administrando imperio, vt c. 27. περὶ τοῦ θέματος Λογκοβαρδίας.

e) In cat. codd. *Paris.* tom. II. numeratur cod. DCCCLIV. et dicitur exaratus saec. XIII. Codicis *Veneti* nulla fit mentio in cat. codd. graec. Ven. Marc. — *Leidae* in bibl. acad. inter codd. Scaligerian. varietas lectionum in thematibus orientis. Philoponema Constantini filii Leonis. — Ibid. inter codd. Bonauent. Vulcanii, *Constant. Porphyr.* de thematibus, quo exemplari vsi fuerunt typothetae; eiusdem notitia thematum orientis: manu Bon. Vulcan. scripta. — Eiusdem de thematibus, fragm. v. cat. bibl. Leid. p. 341. nr. 59. pag. 344. nr. 7. et 346. fin. *Harl.*

exponit; vnde non immerito librum illum, tamquam thesaurum, seruare se scripsit Egnatius f), cuius codex MS. deinde pervenit in bibl. Palatinam, ex quo ipso codice librum de administrando imperio Meursius vulgasse se testatur.

4. *Nouellae Constitutiones XIII.* cum versione et castigationibus *Io. Leunclauii* ex eius iure graeco-romano tom. I. lib. II. pag. 103. sq. et tom. II. in libro Nouellarum pag. 139. seq. Francof. 1596. fol. α) *de alienatione fundorum*, cuius constitutionis Cedreno etiam memoratae, [P] duo exempla, paullulum diuersa, vna cum synopsi eius, a Mich. Attaliata composita, adferuntur. β) *de potentibus, in praedia pauperum* g) *succedentibus*, γ) *de militibus*, δ) *de restitutione pretii militarium praediorum*, ε) *de fuga mancipiorum*, huiusque Nouellae argumentum ϛ) *de non deserendo iudicio ab iis, qui actionem instituunt*, et *de his, qui ad tres menses vel annum absunt.* ζ) *de eo, quod iudices ciuiles nihil accipere debeant.* η) *de sportulis* περὶ ἐκταγιατικῶν. θ) *de consuetudinibus.* ι) *de testamentis aperiendis.* ια) *de [illegible] scribae.* ιβ) *De his, qui caedes committunt gladio, vel magnis [illegible], vel [illegible], idque consulto.* ιγ) *De secundis, tertiis et quartis nuptiis.* Duodecimam constitutionem ediderat etiam, sed capite mutilam, *Enimundus Bonefidius* in iuris orientalis libro I. p. 10 (Paris. 1573. 8) quem vide etiam pag. 15. vbi de alia Constantini huius constitutione περὶ τοῦ [illegible] τοὺς ἀπιστάτας καὶ μουλταζ[illegible]. Constitutio XIII. περὶ [illegible], aduersus quartas nuptias, eodem loco legitur pag. 16. seq. *Fabr.* Confer infra, libr. VI. cap. 6. vol. XII. pag. 417 sqq. — In quibusdam codd. bibl. Laur. Med. *Florent.* sunt *Constant. Porphyr.* nouellae, leges atque constitutiones, quas singulas, in illis obuias, enumerat ac recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Medic. tom. I. p. 530. cod. X. nr. 2. et 4. vbi sunt illius nouellae XI. in compendium redactae. — tom. III. pag. 182. cod. VI. nr. 16. plut. 80. — pag. 186. nr. 1. et 188. sq. nr. 4 — 10. cod. VII. plut. 80. pag. 194. sqq. plures nouellae in cod. X. qui continet librum legum. — *Venetus* in bibl. D. Marci cod. CLXXIII. *Const. Porphyr.* nouellae XII. quarum principia posuit auctor catal. codd. gr. Ven. pag. 101. ibid. pag. 104. de codd. CLXXX. et CLXXXI. ac pag. 305. de cod. DLXXIX. qui continent eclogam legum *Basilii, Leonis et Constantini,* impp., primo cod. inest Const. Porph. nouella de [illegible]. — *Vindobonae* in bibl. caesarea cod. LIII. nr. 15. *Const. Porphyr.* argumentum [illegible] ecclesiae

f) *Io. Baptista Egnatius*, Venetus, libro II. de principibus romanis, vbi de Constantino Porphyrogenito: *Hic, a litteris optimisque disciplinis non abhorrens, quas paene extinctas ab interitu vindicauit, librum Romano, filio, reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum omnium foedera, hostium vires, rationes, consilia explicuit, quem nos in bibliotheca nostra, tamquam thesaurum, seruamus, in quo multa de Venetis etiam ipse disseruit.* Aliud exemplar huius libri MS. quod in bibliotheca reip. Venetae diligentissime custodiri memorat *Gyraldus* dialogo V. de Poëtis pag. 252. *Huius Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano, filio, reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum foedera, hostium vires, quae et quantae essent, aliaque omnia, ad imperium [illegible] complexus est, quem librum hodie Venet[illegible] in [illegible] peculiari bibliotheca dilig[illegible].* Codicem regis Galliae, quo vsus Bandurius, laudant Casaubonus praef. Polybio praemissa ad Henricum IV. *Seruatur in locupletissima illa Tua, DOMINE, [illegible] regia bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogeniti liber — — Dignum opus, quod Maiestatis Tuae iussu publicam aliquando lucem adspiciat.* Vide ibi, si placet, plura in eius libri commendationem.

g) Meminit *Codinus* orig. CPol. p. 157. edit. Lambecii.

ſiae in cauſſa quartarum nuptiarum etc. v. Lambec. comm. VIII. p. 1029. add. p. 938. ſq. — cod. VI. nouella de alienatione feudorum etc. v. *Kollar.* not. ad Lambecii comm. VI. part. I. p 53. — aliae ibid. p. 10. ſq. in cod II. nr. 2. et 4. — pag. 36. in cod. III. nr. 11. 19. et 23. — in cod. XLV nr. 25. nouella II. de iis, qui conſulto caedes perpetrant etc. v. *Kollar.* ſuppl. ad Lambecii comm. p. 327. ſq. — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. tredecim, modo XI. nouellae, illarumue epitome, modo aliquot, modo Leonis, Conſtantini et Baſilii epitome iuris, in 40 titulos diuiſa. vid. ind. ad vol. II. cat. Pariſ. vcc. *Conſtant. Porphyrog.* — in cod. *Eſcorial.* *Conſtant. Porphyr.* et aliorum impp. nouellae, teſte *Pliero* in itiner. per Hiſpan. p. 163. — nouella in cod. Vffenbach. nunc Lipſienſi, de quo plura leges in *Maii* bibl. Vffenb. msta, part. II. col. 527. *Harl.*

Hiſce in Meurſiana Conſtantini opuſculorum editione Lugd. 1617. 8. (poſt p. 252.) IV. *conſtitutiones nouellae* ſubiiciuntur, quas e codicibus regiis edidit auctiores melioresque *Carolus Labbeus* cum noua verſione et caſtigationibus inter ſuas impp. nouellas conſtitutt. X. Pariſ. 1606. 8. α) περὶ ϛρατιωτικῶν *de militaribus fundis, quam dictauit Theodorus,* Patricius et Quaeſtor Decapolitanus. β) *De fundis armenicis aliorum et homicidarum.* γ) *de ſportulis, de aperiendis teſtamentis, et de eo, quod certus ac definitus conſuetudinum modus eſſe debeat.* Hanc dictauit *Theophilus,* Patricius et Quaeſtor. δ) *De ſportulis, qua abrogatur ſuperior conſtitutio,* permittens iudicibus et ſcribae ſportulas accipere. Hanc dictauit *Theodoſius*, (idem, qui ante *Theodorus,*) Patricius et Quaeſtor Decapolitanus.

5. Leonis, Sapientis, et Conſtantini, filii, ἐκλογὴ τῶν νόμων. *Delectus legum compendiarius* ex Ms. Palatino et Io. Sambuci deſcriptus, et cum latina *Leunclauii* verſione editus in iam laudato eius iure graeco-romano tom. II. pag. 79 — 134. Numerus anni, quo publicatus hic delectus fuit, corruptus eſt, et pro ϛτμζ legendum ϛυμζ, qui reſpondet anno Chriſti 939. quo Conſtantinus delectum legum, a patre Leone fieri coeptum, promulgare potuit. *Fabric.* *Vindobonae* in cod. II. nr. 2. et 13. — cod. VIII. v. *Lambecii* comment. VI. part. I. pag. 25. 32. 38. et 74. ſq. — In cod. quondam Vffenbach. nunc Lipſienſi, qui quondam pertinuit ad Cuperum, et quem copioſe recenſuit *I. H. Maius* in bibl. Vffenbach. MSS. part. II p. 522. ſqq. qui titulorum XL. indicem graece cum ſua verſ. lat. publicauit. Praefationem, a *Gottfr. Maſcouio* latine verſam, adiecit *Püttmann* Memoriae Gotfr. Maſcouii, Lipſ. 1771. 8. p. 121. ſqq. v. quoque pag. 87. ſq. et confer. D. *Caſp. Achatii Beck* de nouellis Leonis etc. ed. D. *Car. Frid. Zepernick,* Halae 1779. 8. pag. 20. et p. 25. Zepern. in not. atque hunc inprimis in praetermiſſis p. 228. ſqq. de cognomine *Porphyrogeniti,* anno, quo natus eſt, ſcil. a. Chr. CMV. vitaque et p. 373. ſqq. praecipue p. 376. ſqq. *de ecloga legum Leonis et Conſtantini,* de codd. MSStis de ordine, partitione, indice etc. docte agitur. *Harl.*

De *Baſilicis*, Baſilii Macedonis et Leonis ſapientis auſpicio digeſtis, et a Conſtantino Porphyrogenneto recognitis, dicendi [*] locus erit infra libro VI. [vol. XII. p. 426. ſqq. et p. 471. ſq.] vbi etiam de operis illius Synopſi et aliis graecis ICtis. *Fabr.* Add. *Lambec.* comm. VI. part. I. pag. 1. ſqq. de cod. I. cum nota Kollarii ad pag. 2. et pag. 131. ſqq. fragm. quaedam ex baſilicis iuris, in cod. XVIII. nr. 5. 9. et 12. add. *Zepernick* ad Beckii libr. cit. pag. 286. ſqq. vt ſilentio praetermittam VV. DD. qui hiſtoriam iuris expoſuerunt. *Harl.*

6. Διήγησις περὶ τῆς πρὸς Αὔγαρον ἀποσαλείσης ἀχειροποιήτε θείας εἰκόνος Χριςῦ τῦ Θεῦ ἡμῶν. *Narratio de imagine Christi ab ipso ad Abgarum Edessae regem missa et Edessa CPolin translata a. C. 944.* Latine legitur apud Aloysium Lipomannum, atque inde apud *Surium* tom. IV. de probatis auctorum historiis ad 16. Augusti. graece ex regio codice vna cum noua versione sua notisque primus vulgauit *Franciscus Combefisius* in fasciculo originum et antiquitatum CPol. p. 75 – 101. Paris. 1664. 4. Coniecturam Lipomanni et Baronii (ad a. 944. n. 13. p. 717. ed. Antwerp. Plantin.) qui narrationem hanc Constantino, Romani filio, tribuunt, refellit praeter Combefisium [et *Lambec.* l. c. p. 413. sqq.] *Hanckius* de scriptoribus hist. Byz. pag. 475. seq. et *Antonius Pagi* in Critica Baroniana ad a. C. 944. n. 5. seq. Exstat etiam haec narratio MS. in bibl. Vindobonensi; vide *Lambecium* VIII. pag. 195. seq. [p. 410. sqq. ed. Kollar. cod. XIV. nr. 39.] et p. 198. [p. 417. sqq. nr. 40. ibique Kollar. not. *B.*] vbi refertur anonymi additamentum de illa imagine, culta Edessae, antequam CPolin transferretur. Incipit: περὶ τῆς ἁγίας ἐν Ἐδέσσῃ ἀχειροποιήτε καὶ θείας μορφῆς. *Fabric.* Est quoque illa narratio *Florent.* in bibl. Laur. Med. cod. XXX. qui continet vitas et sermones diuersorum patrum in laudem SS. a die XVIII. Iun. vsque ad XXXI. Aug. nr. 39. d. XVI. Augusti. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 456. qui praeterea citat Menaea graecor. eodem die, et *Leon. Allatii* diatr. de Simeonum scriptis p. 103. sq. — Eadem historia imaginis Christi Edessenae seruatur in bibl. publ. *Paris.* codd. MCLXXVI. nr. 40. MCDLXXV. nr. 9. MDXXVII. nr. 11. MDXXVIII. nr. 13. MDXLVIII. nr. 11. et MDCXI. nr. 17. — De imagine Edessena Christi, CPolin adlata, mentio fit apud continuatorem Theophanis in Romano, imp. p. 268. *Harl.*

7. *Orationem MS. de translatione reliquiarum S. Chrysostomi* laudat *Allatius* de purgatorio pag. 71. ad Georgium Acropolitam pag. 201. de consensu pag. 281. et de Simeonibus pag. 11. Incipit: τί τερπνότερον τῦ νῦν ὁρωμένε θεάματος, ἢ τί λαμπρότερον τῆς παρούσης ἡμέρας; Titulus est: λόγος ἡνίκα τὸ τῦ Χρυσοςόμε ἱερὸν σκῆνος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἀπετέθη. *Fabr.* — Inter vetustiores scriptores, qui vitam Chrysostomi sunt persequuti, laudatur *Const. Porphyr.* ἐγκώμιον in cod. *Vindob.* caes. XXVII. v. *Lambec.* comment. VIII. pag. 637. sqq. et, quem ille p. 639. not. 4. excitat, Sauilium in ed. Chrysostomi, tom. VIII. col. 943.. Est vero illa *Constant. Porphyr.* orat. in cod. caesareo XIX. teste Kollario in supplem. ad Lambecii comm. p. 259. sq. — in bibl. *Sfortiana*, notante *Montfauc.* in B. biblioth. MSS. tom. 1. pag. 702. *A.* — *Paris.* in bibl. publ. codd. CXXXVII. nr. 19. et MMMC. nr. 4.

Constantinus, Leonis filius, auctor esse dicitur *canticorum* (ἐξαποςειλαρίων) *ad diuina beneficia poscenda*, in cod. *Taurin.* CLXXV. v. catal. codd. regg. Taurin. pag. 260. sq. — Inter codd. *Vossian.* in catal. codd. Angliae, tom. II. p. 60. nr. MMCCX. est anonymi compellatio ad Constantinum Porphyrogen. *Harl.*

8. *Theophanis historiam*, Constantini iussu *continuatam*, memoraui supra [in vol. VII. libr. V. c. 5. §. VII. nr. 1. pag 681.]

9 Su-

9. Supereſt praecipuum opus, quod non ab ipſo Conſtantino quidem elaboratum; at egregio conſilio eius atque auſpiciis per varios viros peritos digeſtum eſt, *κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων*, ſiue *collectaneorum* et *excerptorum* hiſtorico-politicorum et moralium ſub capitibus ſiue titulis LIII. [h]) diſpoſitorum, conquiſitorumque ex probatiſſimis [P] quibusque hiſtoricis omnis aetatis monumentis. Ex tribus hiſce et quinquaginta titulis non niſi duo, neque illi integri plane ad nos peruenerunt, viceſimus ſeptimus *περὶ πρεσβειῶν*, *de legationibus*, et quinquageſimus *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*, *de virtute et vitio*. Tituli de legationibus alteram partem, a *Iohanne* quodam *CPolitano* digeſtam, ex bibl. *Antonii Auguſtini*, archiepiſcopi Tarraconenſis, vulgauit *Fuluius Vrſinus* graece Antwerp. 1582. 4. cum notis. In hac parte exſtant *παρεμβολαὶ* excerpta e *Polybio* pag. 1 — 228. e *Dionyſio*, Halicarnaſſeo, p. 295 — 312. e *Diodoro Siculo* p. 313 — 333. ex *Appiano* pag. 334 — 372. et e *Dione Caſſio* p. 373 — 447. Alteram partem eiusdem tituli de legationibus, ex recentioribus paullo hiſtoricis excerpta complexam et ab *Dauide Hoeſchelio* ex codice Bauarico CCIV. pridem vulgatam, recenſui ſupra pag. 534. ſeq. nunc tantum ex prooemio adſcribam catalogum ſcriptorum, e quibus illa collectaneorum pars concinnata fuit: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν. α΄, Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου, β΄, Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς, γ΄, Ἰωάννου Ἀντιοχέως. δ΄, Διονυσίου Ἁλικαρνασέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ε΄, ϛ΄ Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ ζ΄, Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου, η΄, Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, θ΄ Διοδώρου Σικελιώτου ι΄ Δίωνος Κοκκιανοῦ, ια΄, Προκοπίου Καισαρέως, ιβ΄, Πρίσκου Ῥήτορος, ιγ΄, Μάλχου Σοφιστοῦ, ιδ΄, Μενάνδρου προτέκτορος, ιε΄, Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.

Tituli de virtutibus et vitiis, qui in toto opere fuit quinquageſimus, priorem partem ex inſula Cypro nactus *Nic. Fabricius Peireſcius*, communicauit cum *Henrico Valeſio*, qui ex ea, quae digna luce videbantur, [P] ſelegit et cum verſione ſua notisque doctiſſimis et fragmentis Polybii, Nic. Damaſceni et Dionis, ſingulari ſtudio a ſe collectis, vulgauit Pariſ.

h) Auctor praefationis, ſingulis excerptorum titulis praemiſſae: Ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δραστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον, πρότερον μὲν etc. *Conſtantinus Porphyrogenneta, imperator, omnium, qui umquam fuerunt, rectae fidei tenaciſſimus et chriſtianiſſimus, ingenio praeditus ad rerum pulcrarum perceptionem acutiſſimo, ea denique praeſtans intelligentia, vt facile quiduis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum eſt ratus et vulgo omnibus vtile, vt libros vndique ex omnibus orbis partibus, doctrina varia refertos, conquireret, deinde vaſtam illam librorum molem, quae lectores enecabat, quum praeſertim moleſta plerisque omnibus et taedii plena ea res videretur, in partes minutas putauit diſtribuendam, et luculentam vtilitatem, quae poterat inde percipi, oculis hominum exponendam. Adeo vt hoc delectu habito maiori adtentione et adſiduitate lectioni incumbere ſtudioſi queant, et ſermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc ampiius imperator magno et felici conatu opus vniuerſum in* ὑποθέσεις διαφόρους tractatus *diuerſos numero* tres et quinquaginta *cenſuit diſtribuendum, in quibus* ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία, *quicquid magnificum habet hiſtoria, incluſum continetur, neque ineſt quicquam hiſtoriae inſertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ob diuiſionem ſententiarum ſeries operis totius vllo modo corrumpitur, verum ſeruat haec ſynopſis, vel, vt verius dicam, haec rerum cognatarum* οἰκείωσις *ſiue adunatio in ſingulis partibus concinnandis vnicuique tractatui conuenientem rationem.*

Parif. 1634. 4. In his excerptis, (quae vulgo adpellantur Peiresciana, leguntur selecta loca ex *Polybio* pag. 9 — 197. *Diodoro Siculo* pag. 221 — 413. ex *Nicolao Damasceno* περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαγωγῆς pag. 414 — 489. ex *Dionysio Halicarnasseo* pag. 490 — 545. ex *Appiano* pag. 465 — 567. ex *Dione Cassio* pag. 569 — 769. ex *Iohanne Antiocheno*, monacho, pag. 778 — 853. Excerpta ceteroqui erat haec collectaneorum pars ex scriptoribus quatuordecim, qui pag. 5. seq. hoc ordine recensentur: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν α΄, Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας, β΄, Γεωργίου Μοναχοῦ, γ΄, Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς, δ΄, Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας, ε΄, Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας, ς΄, Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας, ζ΄, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως. η΄ Θουκυδίδου, θ΄ Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Παρυσάτιδος. ι΄, Ἀρριανοῦ Ἀλεξ. — — — ια΄ Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, ιβ΄, Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιγ΄, Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην βασιλικῆς, ιδ΄, Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Additur: καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγεγράφονται. *Sequentes auctores in altero* (huius nempe tituli) *volumine recensebuntur.* Vnde patet, non integrum titulum de virtutibus et vitiis, sed priorem tantum, vt dixi, eius partem in manus Valesii incidisse, qui ea libertate vti non dubitauit, vt in his eclogis et ordine scriptores alio poneret, et ea, quae vel iam edita exstarent, vel indigna essent editione, omitteret ac rescinderet. [conf. *Zepernick*, l. c. pag. 231.]

Ex deperditis huius operis titulis primus fuit, vt in praefatione diserte traditur, περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως, *de imperatorum regumque renunciatione.* Ceterorum, vltra viginti ab Hoeschelio et Valesio obseruatorum, haec est notitia, litterarum ordine a me descripta:

Περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. *De restitutione exercitus victi.*
Περὶ ἀνδραγαθημάτων. *De fortiter factis.* p. 442. edit. Valesii, et 473.
Περὶ γάμων. *De nuptiis.*
Περὶ γνωμῶν. *De sententiis.* pag. 258. edit. Valesii et 225.
Περὶ δημηγοριῶν. *De concionibus siue orationibus* id. p. 87.
Περὶ ἐθνῶν. *De gentibus.*
Περὶ ἐθῶν. *De moribus.*
Περὶ ἐκκλησιαστικῶν. *De ecclesiasticis rebus, personisque.*
[?] Περὶ ἐκφράσεως. *De descriptionibus.* Svid. in σαμβῦκαι.
Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας. *De historia graeca (gentili.)*
Περὶ ἐπιβοῶν. *De imploratione auxiliorum.*
Περὶ ἐπιβουλῆς. *De insidiis.*
Περὶ ἐπιστολῶν. *De epistolis.*
Περὶ κυνηγεσίας. *De venatione.*
Περὶ νίκης. *De victoria.*
Περὶ οἰκισμῶν. *De coloniarum deductione.*
Περὶ παραδόξων. *De miris et inopinatis.* pag. 131. edit. Valesii
Περὶ πολιτικῆς διοικήσεως. *De rerum ciuilium administratione.*

Πε-

Περὶ στρατειῶν. *De expeditionibus militaribus.*
Περὶ στρατηγημάτων. *De ſtrategematis* pag. 34. et 42. edit. Valeſ. et 437.
Περὶ στρατῶν. *De exercitibus.*
Περὶ συμβολῆς. *De praeliis.*

10. Conſtantini quoque huius iuſſu *Theophanes* quidam *ſynopſin* totius *artis medicae*, ex Oribaſii potiſſimum ſcriptis collectam, ſeptem libris, ſiue capitibus 296. digeſſit, et eidem Conſtantino inſcripſit. Incipit prooemium: τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν etc. Exſtat hoc opus aliquoties graece MS. in bibl. caeſarea Vindobonenſi. vide *Lambecium* lib. VI. pag. 114. 116. 157. *Fabr.* In cod. XXI. nr. 9. in cod. XXIV. nr. 1. — in cod. XXV. nr. 1. et XL. nr. 8. v. *Lambec.* comm. VI. part. II. p. 262. 264. 266. et 356. ed. Kollar. ſed plura v. infra ad vol. XII. lib. VI. cap. 7. ſect. 11. pag. 685. ſq. et *I. O. Steph. Bernard* in praefat. ad ſuam edit. poſt eius demum mortem ad vmbilicum perductam, inſcriptamque: *Theophanis Nonni epitome* de curatione morborum, graece et latine. Ope codicum mstorum recenſuit notasque adiecit *I. O. St. Bernard.* tom. I. cum tab. aenea. Gothae et Amſtel. 1794. — tom. II. 1795. in. 8. *Harl.*

Aliud opus *Conſtantini Porphyrogeniti* iuſſu digeſtum, quod MS. in bibl. regia *Pariſ.* exſtat, teſte *Boiuino* ad Iulii Africani ceſtos pag. 360. In illo excerpta ex Africano et aliis ſcriptoribus. *Fabr.* — in cod. *Pariſ.* MDCXXX. nr. 6. eſt *Theophanes* de diaeta ad Conſtant. Porphyrog. ſed initium ſolum ſupereſt. *Harl.*

11. Eidem Conſtantino debemus *Collectionem Hippiatricorum* ſiue *de veterinaria medicina libros duos,* capitibus 129. diſtinctos, ex ſcriptoribus pluribus huius generis collectos[i]), et

i) Hippiatrica ſunt in cod. bibl. publ. *Pariſ.* MCMXCV. ex Soſtrato et Hippocrate collecta, et in cod. MMXCI. nr. 11. ſub titulo: Hipposophium, ſiue liber de curandis equorum morbis, in cod. MMCCXLV. ſaec. XV. manu Antonii Damilae, *Hippiatricum* ſ. collectanea e variis ſcriptoribus, de curandis equorum morbis: it. nonnulla de ponderibus et menſuris, et libri de curandis auium morbis capita nonnulla. — *Florentiae* in bibl. Laur. Med. cod. VI. nr. 7. plut. 75. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 140. qui, „praecedit, ait, tabula capitum CXXXIV. ac duplex de *ponderibus et menſuris* expoſitio, prima anonymi, altera Diodori; — — huius codicis, vtpote vetuſtatis non ſpernendae, collatio, qua noua editio paranda ſit, nonniſi magno vſui eſſe poſſit.“ — *Oxon.* in bibl. *Bodlei.* (ſecundum catal. codd. Angliae etc.) in cod. CLXIV. Barocc. *Apſyrti* veterinaria: In principio mutilata aliquot lineis: in fine vero XXV. medicamenta, vltra ea, quae in impreſſis habentur, occurrunt. Tum de menſuris et ponderibus veterinariis 158. b. ἡ οὐγκία ἔχει δράχμας η΄; Poſt tria medicamenta ſequitur Ὀρνεοσόφιον, de curis aegritudinum, quae cadunt in aues venaticas, ac de generibus canum capp. XXVI. ad Michaëlem, imp. — In cod. Guil. Laudi DLXXXIX. nr. 2. de equo et Hippiatrica. *Hebr.* — nr. 5722. de re veterinaria, *Arab.* fol. cum figg. — inter codd. Anton. a Wood. MMMMMMMMDXXXVIII. nr. 27. de medicinis equorum, *anglice.* — *Cantabrig.* in coll. S. Emanuelis; cod. XIII. Βιβλίον ἱππιατρικόν, codex vetuſtiſſimus, membr. 4. in quo, (vt ait confector catal.) plurima comparent, quae in libro excuſo deſunt, capite tamen vltimo mutilatur. — In eod. cat. tom. II. inter codd. *Voſſianos* nr. MMCCXVII. citantur Hippiatrica cum figg. et multum diſcrepantia ab editis. (In bibl.

et e graeco *latine* verſos editosque Pariſ. 1530. fol. interprete *Ioanne Ruellio,* Sueſſionenſi. [illegible] rei veterinariae nomenclaturam et breuem Diodori de ponderibus et menſuris tractationem ſubiunxit. *Graece* hi primum vulgati ſunt a *Simone Grynaeo,* ap. Io. Valderum. Baſil. 1537. 4. Codex plenior, et alio ordine digeſſus, fuit in bibliotheca cardinalis, Seripandi, atque inde in [illegible] na. Inſignis etiam codex ac vetuſtus membranaceus exſtat Cantabrigiae in bibl. colleg. Emanuelis, quo vſum ſe teſtatur Petrus Needhamus in luculenta ſua, de qua mox, Geoponicorum editione. *Italice* etiam lucem viderunt Venet. 1543. 8. et gallice per [illegible] *Maſſeum,* Campanum. Pariſ. 1563. 4. Sed en tibi indicem auctorum, [i]) e quibus graeci libri de veterinaria medicina collecti ſunt, quorum aliquos, Abſyrtum, Chironem et Pelagonium, laudat etiam *P. Vegetius,* digeſtorum artis mulomedicinae latinus ſcriptor [k]), de quo dixi in bibl. latina lib. III. cap. 12.

INDEX ſcriptorum, e quibus graeci Hippiatricon ſiue veterinariae medicinae libri iuſſu Conſtantini Porphyrogenneti collecti, et qui in illis memorati ſunt,

concinnatus a me ad paginas editionis graecae Baſileenſis.

bibl. Leidenſis, cui acceſſerunt codices Voſſiani, catalogo p. 398. nr. 50. ita deſcribitur cod. Voſſ. „Hippiatrica cum figg. et multum diſcrepantia ab editis. Titulus concipitur: Ἱπποϊατροσοφιστοῦ τοῦ σοφοῦ ῥήτορος, Ἱεροκλέους καὶ Ἱπποκράτους (ſic) καὶ τοῦ σοφοῦ [illegible]. In fine: πληρώθη τὸ παρὸν ἱπποϊατροσόφιον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ [illegible] Item ἑτέρας [illegible] ὠφέλιμους εἰς τὰς ἰατρείας τῶν ἵππων ἐκ πολλῶν [illegible], et ita ſine eadem adpellatio." *Harl.*

k) In praefat. conf. cel. *Schneider* ad illam et in praefat. in Scriptor. rei ruſt. vett. [illegible]rum, tom. IV. p. 15. ſqq. et 22. ſqq. *Harl.*

l) Militaſſe ſub Conſtantino Magno in [illegible] ad [illegible]rum, notat Cangius et [illegible] bolicitlae Ionias MSS. *Fabr.* *Eudoc.* pag. 65. a Villoiſon. edit. de quo Eudociae loco, [illegible] rato cum Suida, et de Apſyrto ipſo v. *Schneider,* l. c. p. 23. ſq. *Harl.*

Her-

5. *Descriptio et Encomium vrbis CPol.* quam habuit Bonau. Vulcanius, exstat hodie inter alias Gregorii Cyprii *orationes* siue *declamationes* in bibliotheca Lugd. Bat. *Fabr.* In cod. *Leid.* nr. 6. *Cyprii βασιλικὸς, sermo regalis*, siue de rege. Inc. καινὸν [illegible], θειότατε βασιλεῦ. — nr. 10. opusc. incipiens, τὸν μὲν υἱὸν τοῦ θεοῦ [illegible] Ἰταλοί, *filium quidem dicunt Itali*; nr. 13. *Cyprii chria:* (quae etiam cum VI. orat. *Georgii* eiusque *laude maris* exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. MMMMX.) inc. Σωκράτης μὲν ἐπαινέτην — nr. 14. [illegible], Φιλαργύρου παῖς τοῦ πατρὸς, *filius auari patris.* nr. 15. *Potidaeatae*, (Potidaeatae, populi,) ab Atheniensibus obsessi, sese inuicem comedebant. Athenienses improbitatis insimulant Corinthii, (quorum colonia erat Potidaea.) Athenienses defensi. inc. Ἄνδρες λακεδαιμόνιοι. — nr. 16. Φιλόσοφος ἀνελθὼν εἰς ἀκρόπολιν, *philosophus, quum adscendisset in arcem, et tyranno persuasisset, deponere principatum.* — *Macarium Chrysocephalum* in Ῥοδωνιᾷ in cod. Veneto Marc. varia excerpta ex Gregorii Cyprii oper. dedisse, n. p. 203. ex epistolis, pag. 204 — 207. ex eius oratt. in *S. Georgium*, in *Euthymium*, in *S. Marinam*, in [illegible] *Areopagitam*, in *imp. Mich. Palaeologum*, in *imp. Andronicum*; ex eius declamatione, μελέτη ἐν ᾗ ἀντιλέγει φιλόσοφος λέγοις ἐκστήσας τύραννον et ex declamat. ἐν ᾗ φιλάργυρος παῖς ἀπολογεῖται ἀποκηρυττόμενος. (quae est nr. 14. in cod. Leid.) *Harl.*

6. *In imperatorem Andronicum* et in *Michaelem Palaeologum* declamationes Panegyricae, nec non *in Dionysium Areopagitam*, in *Marinam*, martyrem, et in S. [illegible], episcopum Madytenum, memorantur ab *Allatio* pag. 423. de Georgiis. *Fabr.* Hae et aliae declamationes sunt excerptae in cod. Marciano modo memorato; tum in codd. *Parisinis* et *Vindobon.* vt iam paullo ante ad nr. 7. ostendimus. Praeterea in quatuor codd. *Paris.* orat. in laudem *Andronici*, imper. et in cod. MMMX. in laudem *Mich. Palaeologi.* *Harl.*

Vt a Gregorio Cyprio ad Banduriuin iterum reuertar, ex monumentis ineditis, ab ipso laudatis, nihil hoc loco praeterea memorandum venit, quam ANONYMI *catalogus* [illegible] *plex vrbium, quae nomen mutarunt*, Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν εἰς ὕστερον. [illegible] paullo diuersus, quam Codino de officiis magnae ecclesiae in edit. Paris. p. 404. subiectus est, e codice recenti MS. Baluziano integer graece exhibetur in notis, ad Constantinum Porphyrogenitum p. 10. sq. Confer, quae περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων edidit e MS. Veneto *Allatius*, ad Acropolitae cap. XXIV. p. 241. atque inde *Hudsonus* in adpendice tomi IV. geographorum graecorum minorum p. 43.

XXI. ZOSIMVS, comes et exaduocatus fisci, a Photio cod. XCVIII. et in MSS. [illegible] dictus, quos Leunclauius, H. Stephanus et Sylburgius inspexerunt, [et in cod. Medic. Laurent.] Κόμης καὶ ἀποφισκοσυνήγορος. Filius fortasse fuit Zosimi illius, ad quem n[illegible]

Vae

Epiri praesidem leges Valentiniani et Valentis a. C. 373. latae exstant in codice Theodosiano. Scripsisse [?] videri possit non post Eunapium modo, sed *Olympiodorum, Thebanum* ...que, (adeoque post a. C. 425. quem lib. V. cap. 27. [aa]) citat, vbi de Rauenna, vrbe, differit, ...unquam locus ille glossema videtur *Lambecio* VI. p. 188. [p. 424 Kollar.] et vide, si placet, ...e de Olympiodoro notaui supra pag. 238. [bb]). Laudat praeterea Herodotum obiter IV. [cc]) et *Quadratum*, historicum, V. 27. ac *Pisandrum* V. 29. qui libris LX. scripsit ἡρωϊκὴν ...γαμίαν, poemate illo heroico omnem propemodum historiam complexus: male enim ...simi interpres verba ὁ τῇ τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστο...ν περιλαβὼν, vertit: *qui heroicarum diuersarumque nuptiarum titulo totam hanc propemo... historiam complexus est.* Etiam pro Ἡρωϊκῶν apud Zosimum legendum Ἡραϊκῶν, ... Svida, tum ex *Macrobio* potissimum adparet lib. V. cap. 2. Saturnal. vbi ait, Virgilium ...raque libri 2. Aeneidos paene ad verbum transscripsisse a Pisandro, *qui inter graecos poetas ...net opere, quod a nuptiis Iouis et Iunonis incipiens vniuersas historias, quae mediis omnibus ...culis vsque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt, in vnam seriem coactas redegit et vnum ... diuersis hiatibus temporum corpus effecit, in quo opere inter historias ceteras interitus quo... Trojae in hunc modum relatus est.* Patet, Ἡραϊκὴν adpellatam, quod a Iunonis cum ...e nuptiis opus inciperet: Ἡρωϊκὴ certe vocari non potuit, quia Iupiter et Iuno neuti...m in heroum classe, sed Deorum. Et Ἡραϊκὴ dictum, vt Ἑρμαϊκὴ σειρὰ et alia simi... [dd]). Quod vero Pisandrum a Virgilio exscriptum putauit Macrobius, fortasse fefellit ...a ratio, et Pisandrum antiquissimum illum poetarum Camiraeum habens in animo non ...itauit, hunc alterum longe fuisse Virgilio iuniorem, quippe qui floruit sub Alexandro ...mmaeae, filius Nestoris, Larandensis, Seuero imp. clari, vt duobus locis diserte adfir... Svidas. Ceterum, vt ad Zosimum sermo noster reuertatur, *Polybii* plus semel mentionem

...) Conf. de *Zosimo G. I. Vossium* de histor. ... lib. II. cap. 20. *G. Caue*, hist. litt. SS. eccl. ... I. p. 468. *Tillemont.* Hist. des Emper. tom. ... p. 594. *Hamberger* Z. N. III. pag. 94. sqq. ...cii Onom. I. p. 493. *I. F. Reitemeieri* comm... de Zosimi fide, stilo et historicis, quos ... sequutus est, scriptoribus in (Volborthii) ...iotheca philologica, vol. II. Lips. 1780. 8. ... 225. sqq. inprimis eiusdem V. D. disquisitio ... Zosimum eiusque fidem, praefixa illius edi... Zosimi. pag. XV. sqq. Atque ego in Introd. ...itt. l. gr. tom. II. part. I. pag. 571. iam plura ... Zosimo collegi. *Harl.*

aa) Conf. *Reitemeieri* comment. p. 611. sq. ad ...im. V. 26. sqq. et *Lambecii* comm. VI. p. 412. ... praecipue p. 417. sqq.

bb) s. in hac noua edit. in vol. VII. pag. 542. ... ego quoque in nota animaduerti, Lambecii ...icium esse a Reitemeiero improbatum. De ...te autem Zosimi dissentiunt viri docti. Fabricii rationibus subscribit *Hamberger*, nec multum discedit *Saxius*, cui Zosimus circa a. 451. collocandus videtur. *Valesii*, qui Zosimum Anastasii, imperatoris, aequalem fuisse putabat, sententiam examinauit ac reiecit *Reitemeier*. init. disquisitionis. Hic vero ex Zosimo ipso demonstratum iuit, *Zosimum* vixisse sub exitum saeculi quinti, postquam res romana in prouinciis iam corruerat. *Harl.*

cc) Vbi v. *Reitem.* comm. pag. 588. *Harl.*

dd) Ad locum *Zosimi* V. 29. v. cl. Reitemeieri, (qui in textu retinuit defenditque τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν, et versionem lat. a Fabricio culpatam,) inprimis Heynii adnotatt. ibi l. p. 644. Sed quinam intelligendus sit Pisander, et quomodo locus sit legendus atque interpretandus, diuersa variorum V. D. indicia iam exposui in vol. I. pag. 590. not. *tt*. add. in vol. I. pag. 215. §. III. et pag. 581. obseruata, atque *Kusteri* duas longas notas ad Suidam vol. III. p. 107. *Harl.*

tionem facit ee) et l. I. c. 57 testatur, se perinde, vt Polybius in suo historiarum opere exposuit, qua ratione imperium perexiguo tempore non totis certe LIII. annis Romani adquisiuerint, similiter indicaturum, quomodo hoc idem Romani iterum temporis non magni spatio ignauia, ac sceleribus suis corruperint perdiderintque. *Eunapii* quanquam nusquam meminit, tamen historiam strenue exscripsisse Photius animaduertit ff). Εἴποι δ' ἄν τις, ὡ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν. Ea vero, quae de Constantino, tyranno, habet libro VI. et quae de Alarico ac Stilicone scribit libro quinto, cuncta ferme ex *Olympiodoro* mutuatum (gg) esse, notat *Henr. Valesius*, ad Sozom. p. 170. gg). Quoniam porro Olympiodorus historiam suam vsque ad Valentiniani III. siue Placidi imperium produxit, quod coepit a. C. 425. hinc constat, Zosimum nostrum non ante id tempus historiam suam composuisse. Post Arcadii et Honorii tempora reiicit etiam *Euagrius* III. 41. caussidicus, cum de Constantino magno falsa tradidisse, commentatum, οὔτε ἀκοὴν οὔτε ἀλήθειαν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου, ἢ καὶ μετ' αὐτοὺς γεγονότα. *Fabr.* v. *Reitemeieri* comm. ad Zosimum pag. 551. sqq. *Harl.*

Aetatem tulit eius ἹΣΤΟΡΙΑ siue ἹΣΤΟΡΙΚΟΝ, νέας ἐκδόσεως, λόγοις ϛ', *historiae libri VI*, ex noua siue altera auctoris editione. Argumentum operis et de stilo iudicium a Photio rectissime mutuabor. Σύντομος δὲ καὶ τὴν φράσιν εὐκρινής τε καὶ καθαρὸς, οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένος. Ἄρχεται μὲν κ. τ. λ. *Succinctus est, dictione perspicuus ac purus, nec suauitatis expers. Incipit historiam velut ab Augusto, sed imperatores vniuersos, ad Diocletianum vsque percurrit, nudam quasi commemorationem atque [illegible] singulorum tradens. De potitis imperio post Diocletianum copiosius tractat libris [illegible]. [illegible] primus imperatores ab Augusto ad* hh) *Diocletianum vsque recenset. Libro [illegible] finem inuenit, in iis desinente temporibus, quibus Alaricus Romam iterum obsidens ciuibus ad inopiam redactis obsidionem soluit eisque dixit imperatorem Attalum, quem deinde [illegible] abdicauit imperio, quod regnum sibi traditum aduersus Honorium Augustum parum recte [illegible]* [illegible]

ee) v. *Reitemeieri* comm. pag. 551. etc. *Harl.*

ff) v. *Reitem.* comm. pag. 545. pag. 590. pag. 565. sq. pag. 577. 579. et eiusdem praefix. disquisitionem pag. XXVIII. sq. Add. eiusdem comm. in bibl. phil. cit. pag. 277. sqq. vbi copiosius est de *Eunapio*, eiusque *Chronicor. libris XIV*, et *historia Iuliani* fideque historica, et quomodo eum sequutus sit Zosimus. *Harl.*

gg) Praeterea consuluit Zosimus *Syrianum*, philosophum, (IV. 18. §. 8.) quem is auctorem carminis in Achillem dicit, ac *libros oraculorum Sibyllae Erythraeae*, vel Epiroticae Phaëllonis, quae tum euoluit, tum oracula ex iis nonnulla exscripta adtulit: (II. 6. et II. 37.) plura insuper scripta ei ob oculos fuisse, docet *Reitem.* in comm. in bibl. philog. cit. pag. 235. Inprimis ex *Dexippi* libris historicis sumsit ea, quae Claudii II. temporibus, a quibus suam [illegible] inchoauit Eunapius (vide supra, [illegible] VII. [illegible] sq.) priora sunt. v. *Reitem.* l. [illegible] et in comm. ad Zosim. pag. 532. [illegible] igitur fides pendet quasi ex scriptorum, quos praecipue sequutus est, aut in auxilium quasi [illegible], adhibito tamen iudicio, auctoritate, vt bene [illegible] teque demonstrauit, ita tamen, vt Zosimi peccata haud reticeret, cel. *Reitem.* in disquisitione etc. pag. XXVIII — XXXV. *Harl.*

hh) Hodie postrema pars libri primi, ea nempe, quae a Probo vsque Diocletianum, desideratur. Ante caput XXIII. libri quinti, [illegible] duarum paginarum in fol. in codice MS. [illegible] mano, teste Montfaucono p. 215.

frare videretur. *Sarus autem, simultates aduersus Alaricum exercens, cum trecentis, quibus aeerat, aci Honorianas partes accedens et belli societatem pollicitus, Alarici rebus impedimen-m iniecit.* Gesta haec sunt, in quibus desiuit *Zosimi* historia, anno Christi 410. Hono-imp. 16. Theodosii iunioris 3. Atque ex illo Photii loco patet, historiam Zosimi, iam ipse legit, non longius productam fuisse, quam in nostris codicibus exstat, quam-iam *Vossius* lib. II. de hist. graecis cap. 20. verisimile putauit, paullo vlterius progressum. *am quaedam in fine deesse, nemini,* inquit, *puto esse obscurum* ii). Hoc tanto minus ihi persuadeo, quod alteram editionem Zosimi euoluisse se Photius testatur, atque ita telligendum, quod in MSS. codd. ἱστορία νέα inscribitur, non quidem respectu anti-iorum temporum Romani imperii, ab aliis scriptoribus memoriae proditorum, vt Sylbur-o visum, sed respectu antiquioris editionis, quam Zosimus ante hanc in lucem et manus] hominum emiserat. In Arcadii et Honorii temporibus illum substitisse, Euagrius quo-e adnotatum reliquit lib. V. c. vlt. περὶ δὲ τῶν ἑξῆς χρόνων (post Arrianum et Asinium uadratum) Ζωσίμῳ ἱστόρηται μέχρις Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν βασιλέων. Librum certe timum vsquam exstitisse, praeter Sigonium nemo adfirmauit.

Vetus nec iniusta querela est, Zosimum, ethnicum scriptorem, christianis impera-ribus, Constantino M. inprimis et Theodosio, iniquiorem se praebuisse. Hoc iampridem et

ii) *Vossii* iudicio haud subscribit, eique Pho-m expresse reclamare, contendit *Lambec.* comm. . p. 425. sq. et de titulo τῆς νέας ἐκδόσεως agit g. 420. cf. quae scripsi in Introd. in hist. l. gr. :. pag. 371. sub fin. Atque cl. *Reitemeier.* in squis. pag. XXI. seq. negat, Zosimum historiae ie eo, quo nunc terminatum videmus, anno o. finem consulto suaque sponte imposuisse. ntra statuit, aut Zosimum seu morte, seu alia a sinistra fortuna impeditum fuisse, quo minus toriam vltra a. 410. continuando excidium perii eiusque caussas explicaret, aut partem eris, ab auctore ad finem perducti, temporis uria intercidisse. „Aperte enim, ait Reite-ier, profitetur Zosimus suum consilium, (IV. 4 et 5.) perducendi historiam ad suam aeta-n, quae ab anno, in quo historia eius nunc osistit, plus ferme, quam sexaginta annorum tio distat. Porro desiderantur caussae calami-um, quibus vrguebantur Romani, et oracula, ibus occasus imperii praedictus, quamquam fine historiae vtramque rem se adferre et do-re velle pollicitus est. (I. 58, 9. IV. 28. 3.) tis rationum est ad intelligendum, iacturam simum in postremis libris fecisse, cuius ipsius vestigia adhuc in mutila periodo vltima ex-stant.“ Concludit igitur, Euagrium quidem ac Photium non pleniorem Zosimi historiam, quam nos, habuisse; iacturam vero, siue iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem accidisse; si absolutam eam habuisset suis numeris, plura ex eo in rem suam probabiliter adtulisset. Tum docet Reitem. quomodo Zosimus epitomatoris officio perfunctus sit, et, quum in postremis libris, qui periere, locum, qui esset historiae illustrissimus, de calamitatum ac ruinae imperii romani caussis, Zosimus pertractauerit: istas caussas, ad excidium regni adeo efficaces, ex reliquis libris, vbi eas Zosimus obiter adtigit, diligenter eruit, et summam illarum caussarum praeclare collectam pag. XXII. sqq. dedit. Atqui, quoniam Zosimus in illis nunc perditis libris monachorum molimina fraudesque aperte indicauerit, (conf. libr. V. 23, 8.) eorumque prauis consiliis, machinis et arrogantiae maxime adscripserit caussas ruinae imperii, ac de Constantino ac Theodosio, summis illorum benefactoribus, iudicarit liberius: fieri potuit, vt sacerdotes pro ea, qua valuerunt, auctoritate, iam mox post editos illos libros, hos omni studio operaque opprimerent atque delerent. *Harl.*

ei exprobrarunt, ne de recentioribus [kk]) iam commemorem, idem *Photius*, tum *Euagrius* III. 40 et 41. et *Nicephorus* XVI. 41. seq. Io. Leunclauius quidem, vir [illegible], apologiam aduersus hos Zosimi, qui ipsi omnia debet, obtrectatores, scribere non dubitauit; neque adeo negauerim, christianis principibus etiam illis, quos nominaui, fuisse, quae nec taceret et merito reprehenderet cordatus et nulli partium studio deditus historiae scriptor. Confirmat quoque nonnulla, a Zosimo tradita, *Io. Andreas Bosius* de Pontificatu maximo imperatorum christianor. cap. 6. tom. V. thesauri antiq. rom. Graeuiani p. 301. 302. et ante eum *Iacobus Gothofredus* notis ad cod. Theodos. tom. VI. pag. 257. 258. vt, quod Christianus licet, haruspices Constantinus consuluit. Sed quum non Christiani tantum testentur scriptores; sed etiam ex ipsis ethnicis, Praxagoras Atheniensis, qui, *Photio* teste, cod. XLI. ionica dialecto libros duos de Constantini magni vita scripsit, eumdem, quemadmodum idem *Photius* cod. LXII. auctor est, ita praedicet, vt omni virtute non minus quam prosperis successibus omnes ante se imperatores adfirmet superasse, ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεύσαντας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο, hinc mirum mihi videtur et malignum eorum iudicium Christianorum [ll]), qui, quum apud Eusebium, illorum temporum scriptorem (et qui post iam defunctum, imp., vitam eius edidit, ne hoc auribus ipsius datum esse putes,) quum apud sexcentos scriptores Christianos legunt aliqua in laudem Constantini, iis omni studio detrahunt fidem; at quum [illegible] vnus Zosimus post centenos amplius annos Constantino atrocissima quaeque impingit crimina; haec arripiunt protinus, et verissima esse profitentur ideo, quia hoc, qui narrat, fuit a Christiano nomine alienus. Quemadmodum vero ipse Zosimum, quem venustissimum scriptorem adpellat lib. II. notatorum iuris p. 275. a Leunclauio recte in multis defensum esse haud nego; ita non possum tamen non probare Mottani Vayeri de illo iudicium [mm]), quod ex gallico latine interpretabor.

I

kk) Vide apud *Tho. Pope Blount*, in censura scriptor. *Hanckium* de scriptoribus Rom. *Caueum* hist. lit. *Io. Andream Bosium* diss. de periocha Iosephi de CHRISTO pag. 30. *Barthium* ad Claudian. p. 553. b. 560. a. *Fabr.* *Tillemont.* in: Hist. des Empereurs, tom. V. p. 740. et alibi, *R itim.* comm. pag. 549. sqq. et in disquisit. praemissa, pag. XXXI. sqq. vbi medium tenet. *H.*

ll) Vide Hallenses obseruationes selectas tom. I. obs. 22. seq. et *Godfridum Arnoldum* in Apologia haereticum lib. IV. c. 2. cui respondit M. *Io. Frid. Corinnus* in examine corporis doctrinae subiecto c. 15. p. 222. seq.

mm) *Mottanus Vayerus*, iudicio de hist. graecis tom. I. opp. pag. 336. seq. Adde pag. 674. sq. *Fabr.* Cel. *Schirach* in: Historische Briefe Hal. u. Magdeb. 1770. 8. pag. 10. sqq. Zosimi fidem valde celebrat tuetur que, et contra scriptores eccles. loquaces nimiosque C[illegible] M. admiratores ac praecones [illegible] culpat. Constantinum vero ipsum ac Theodosium [illegible] ter culpat, inquiritque diligentius in caussas [illegible] nae imperii romani. [illegible] in: Geschichte [illegible] Verfalls u. Untergangs des röm. [illegible], et v. Schreiteri germ. et hic in notis saepius qui [illegible] adpellant iureque laudant praecipue tom. VI. VII. et VIII. Zosimum: neque [illegible] adeo [illegible] sunt eius admiratores, praecipue Schreiter, [illegible] non videant et agnoscant illius [illegible] peccataque. Sic tom. VI. pag. [illegible] culpat Gibbon in Zosimi narratione de Theodosio [illegible] studium, et Schreiter in nota Zosimum, O[illegible] piodorum, Malchum historicos vocat [illegible] torios et in tom. VII. p. 58. vocat Zosimum [illegible] tum studiosum et [illegible] Th[illegible] 419. tom. VI. Schreiter [illegible] egat Zosimo [illegible] que aciem iudicii, et pag. 425. eius [illegible] imp. christianos omnium notat. Add. tom. [illegible]

I [illegible]

verum fatear, etsi eruditissimus Leunclauius Zosimum in non paucis bene tuetur, docet-, parum aeque sensisse eos, qui historicum ethnicum, qualis ille fuit, aliter, quam prae se t, animatum esse voluerunt, vel non potuerunt ferre, quod vitia primorum christianorum eratorum tetigisset, quorum de virtutibus non siluit: negari tamen nequit, locis infinitis illo proditum animum, Christianismo infestiorem, quam leges historiae permittebant. Nam ...ur sane, cum non praeter rem reprehendisse impositum a Constantino Chrysargyri tri-..., quod Anastasius deinde sustulit: recte etiam improbasse luxum imperatoris et prodi-...em, et quod vxorem, Faustam, hypocausti aestu suffocarit, filiumque, Crispum, Zeloty-, ac si cum matre consuesset, incensus, interfecerit. Fieri enim potest, vt Eusebius Con-... ipso vel saltem Constantio, filio, imperante non ausus sit talia commemorare, vt ...emus accidere iis omnibus, qui scribunt de rebus, principes suos spectantibus. Sed et ...nde quoque constat, multa alia reprehendenda Constantinum commisisse. Quo sorori Con-...ntiae gratum faceret, ab exsilio reuocauit haeresiarcham, Arium, et S. Athanasium magno ...icorum dispendio Treuiros relegauit. Non potest tamen in Zosimo ferri, quod vniuer- Constantini actiones, quantum valuit, in malam partem est interpretatus. Hunc si au-s, ideo Christianorum sacra amplexus Constantinus fuit, quod paganorum nullae lustratio-s essent expiandis eius sceleribus; itaque ab Aegyptio, nescio quo, persuasum religioni ...istianae nomen dedisse, quippe quae criminum quorumcumque veniam promitteret. Perinde, si Zosimus intima mentis Constantini, et omnia consilia eius fuisset scrutatus, aut perspe-...m habuisset, quo gratiae lumine anima eius benignitate numinis illustrari potuerit. Quum ...rat controuersias, quae cum adfine suo, Licinio, ipsi intercesserunt: omnis culpa est penes ...nstantinum nn), cui nulla fides pietasque. Nec satis est, adfirmare, Licinio Constantini ...u guiam laqueo fractam Thessalonicae contra fidem, coniugi eius datam: addit [P] enim ...simus, sollemne hoc fuisse Constantino, fidem fallere ac peierare; neque vllam omittit ipsi

obtre-

...44. 49. 250. 311. vbi narratio Zosimi (V. pag. . sq.) vocatur ieiuna: et saepius. Fabric. in . IX. cap. 58. de Photio addiderat quaedam, ...e huc referenda duxi. „De Zosimo ipso, in-...t, in gratiam eorum, qui, vbi de Constantini rebus agitur, illius vnius testimonium sex-...tis Christianorum libenter praeferunt, ad-...bo hanc censuram *Richardi Bentleii* †) in ...te II. obseruatt. ad Antonii Collini librum ...libertate cogitandi p. 21. *Zosimus, misellus superstitioni penitus obnoxius scriptor, atque ... auctor parum idoneus, ad quem noster li-...ter cogitandi signifer prouocat. Hic breuem ...m historiam non minus ethnica fraude et hy-..., quam malitia aduersus Christianos re-... ...dit. Hic lectores suos pascit Palmyre- et Sibyllinis oraculis, miraculisque Veneris ...omnibus, aurum et argentum facientis a-...s innatare: praesagiis et somniis anilibus, ...minibusque ac terrae motibus velut totidem prodigiis: cadauere hominis mortui inter medium exercitum euanescente, ominibus et praesagiis aruspicum per pecudum exta: adparitione Palladis, capite Gorgoneo, spectro Achillis, idolis ligneis, omnem ignis vim eludentibus et diuina vindicta perornatum collo simulacri Rheae detractum sollicitata. Hic denique est, qui Romam, ab Alarico captam, omissioni paganorum sacrificiorum imputat, et Romani inclinationem imperii, a neglectis per Constantinum ludis saecularibus suspendit.*" Hactenus *Fabricius*.

†) Remarks upon a late discourse of freethinking, parte II. p. 21. *Zosimus a poor superstitious creature* etc.

nn) *Libanius* Orat. 3. tom. II. p. 106. diserte testatur, Constantinum vicisse, sed Licinium τὰς συνθήκας κινῆσαι *pacta violasse*. Confer, quae *Io. Andreas Bosius* diss. de periocha Flau. Iosephi de Christo c. 2. §. XIV.

obtrectandi eumque lacerandi occasionem. Neque in solo Constantino animum eius Christianismo infestum videre licet. Nam decrementum imperii romani contemtui auitae religionis ethnicae tribuit; et singillatim, omissis Diocletiani aetate saecularibus ludis. Calamitatum, quae Gratiani tempore acciderunt, hanc ait fuisse caussam, quod ille, vt Christianus, nomen Pontificis maximi ethnici [oo]*) insignibus ac titulo vti, licet hoc nec ipse sibi Constantinus religioni duxerit. Quando Theodosius monuit senatum romanum de omittendo cultu idolorum, professusque est, se nolle amplius sumtus ad sacrificia et hostias praebere: Zosimus senatum* [pp]*) inducit respondentem, neutiquam esse consentaneum, vt deserant patrios ritus, quibus obseruatis iam mille et ducentos annos rebus prosperis vsi fuissent, atque in eorum locum amplectantur religionem, expertem rationis, ad eamque compelli se patiantur. Nec minus animum eius parum aequum et iram ostendit iniuriosa ordinis monachorum descriptio* [qq]*), quos ait omnium fere bona ad se rapere sub praetextu eleemosynarum, inter pauperes dilargiendarum. Hypocrita et malus ipsi est Olympius* [rr]*), auctor interitus Stiliconis, non minus quod huius semper conatur tueri innocentiam, quam quod ille magni fuit inter Christianos nominis, vt adparet vel ex epistolis, quas Augustinus* [ss]*) ad eum exarauit. Ceterum nemo, opinor, Zosimo habebit fidem, quando non modo Ioannem Chrysostomum* [tt]*) pro seductore populi traducit; sed etiam Innocentium primum, quem* πόλεως Ἐπίσκοπον vrbis episcopum *adpellat, ait, permisisse ethnica sacrificia pro salute Romae fieri* [uu]*), quum Alaricus eam obsideret.*

Minus porro mirabimur, ita aduersum sacris nostris et ab iis abhorrentem Zosimi animum fuisse, si, quantum idem superstitionibus idololatricis quibuscunque tribuerit, considerauerimus. Hinc plures narrat fabulas, quas historia indignas pronunciarem, nisi consimiles etiam reperirentur in iis, qui cum summa laude in hoc genere scribendi sunt versati. Primo statim libro [vv]*) post captam ab Aureliano Zenobiam refert oracula, et prodigia persequitur, quae Palmyrenorum, Zenobiae parentium, interitum antecesserunt. Idem famis tempore prope Rhenum narrat pluisse frumento* [ww]*), vnde panis coqueretur alendo exercitui Probi, qui inde victoriam ab hoste retulit. Fabula de Valesio, per vocem diuinam monito* [xx]*), vt Cereri ac Proserpinae sacra faceret, libro secundo occurrit. In quarto libro legas* [yy]*), Athenas totamque terram* [zz]*) Atticam immunem praestitam e magno terrae motu, per sacra, Achilli [illegible] facta a quodam Nestorio, hierophanta. Libro quinto eaedem Athenae liberantur eiusdem Achillis ac Mineruae phasmate siue spectro adparente et Alarici molliente animum, quam fabulam doctissimo Baronio* [a]*) explodendam relinquo. Iouis etiam et Mineruae simulacra in incendio, quod Arcadii, imp., temporibus CPoli accidit, per miraculum seruata* [b]*) commemorat. Denique malorum omnium, quae Stiliconem eiusque familiam adflixerunt, caussam, ait, fuisse diras Virginis cuiusdam Vestalis* [c]*), quas mala imprecata fuerat Serenae, Stiliconis coniugi, quod [illegible]m,*

oo) lib. IV. c. 36.
pp) IV. 59.
qq) V. 23.
rr) V. 32.
ss) Augustin. epist. 124. et 129.
tt) V. 23.
uu) V. 41.
vv) lib. I. c. 57.
ww) lib. I. c. 67.
xx) lib. II. cap. 1.
yy) IV. 18.
zz) V. 6.
a) ad a. C. 395. n. 16.
b) Zosimus lib. V. c. 24.
c) lib. V. c. 38.

...ium, collo simulacri Rheae circumiectum, sibi temere adplicuisset, et eam ipsam ob caussam, ...d illum collo suo applicuit, hanc impietatem strangulatione punitam fuisse, Serenamque ...uo ceruicem illam praebuisse elidendam, qua diuae mundum iniecerat.

Errores quosdam Zosimi perstringit *Anton. Posseuinus* in Adparatu sacro, et Ba-nius passim in Annalibus. [Atque Herodianus, etiam Claudianus, poeta, in Rufino res ...quot melius rectiusque enarrant explicantque.] *Iohannes* quoque *Tristanus* tom. II. operis ...aestantissimi, quo vitas imperatorum e numis illustrauit pag. 650. *Zosime,* inquit, *qui ...trouve toujours le plus fautif de ce peu d'historiens que nous avons.* Temporis notas ...od nusquam fere addit, defectus est illi cum pluribus aliis scriptoribus communis. Zo-...num, diligentissimum quamuis ἀττικωτάτȣ Xenophontis imitatorem, noua saepe ac ...raecis non recepta vocabula vsurpasse, notat *Schurzfleischius* Epist. arcan. tom. I. p. 383.

[Codices atque] Editiones Zosimi.

[Codd quidem MSSt. plures, potissimum ex *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSSt. cl. ...*itemeier* praefat. pag. X. sqq. laudauit. Sed iuuat, notitiam codd. hic repetere atque, ...antum fieri potest, augere. — Cod. *Vatican.* memorat Reitemeier; etiam paucis cod. ...*orent.* bibl. Laurent. Medic. cum scholiis quibusdam, ad marginem rubrica adpositis; sed ...piosius eum describit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. p. 690. et ex eo primum ex-...rpit scholion gr. in quo grauiter carpit Zosimum, et in fine: χριστιανομάχος γὰρ, in-...it, ἦν ὁ κατάρατος οὗτος Ζώσιμος. Scriptus vero est cod. (vti in fine diserte dicitur,) ...orentiae sumt. Laurentii de Medicis, manu *Ioannis Rhosi,* Cretensis, a. MCCCCXC. ...23. m. Sept. (v. quoque de illo Rhoso *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 81.) — *Venetiis* in ...l. Marc. cod. CCCXC. in 4. (catal. cod. gr. p. 193.) — *Paris.* in bibl. publ. secundum ...al. codd. Paris. vol. II. in cod. MDCCXXV. nr. 2. in quo tamen primi libri finis et secun-... initium desideratur, et in cod. MDCCCXVII. nr. 9. caput primum, illiusque prima tan-...n et secunda pagina. — De cod. *Coislin.* CL. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 215. qui, ...um, ait, hic codex ex eodem exscriptus sit, ex quo manarunt editt. omnes, vt ex hia-...us iisdem arguitur; paucas praefert lectionum varietates. — Inter codd. Mendozae a So-...iano II. Turcarum imp. donatos, teste *Iriarto* in cat. codd. Matrit. p. 277. nr. CCCXLVII. De *edd.* v. *Reitem.* praef. p. VI. sqq. *Harl.*

...tina,

Leunclauio interprete, Basil. 1576. ex off. Petri Pernae fol. cum Procopio, Agathia, Iornande. Et in tomo tertio historiarum *Iohannis Philippi Vorburg.* Francof. 1650. fol. praemissa Leunclauii Apologia. *Fabr.* Alia, (ait Reitem.) quamuis non totius historiae, versio, passim discrepans, exstat in historia Augusta, quae circa an. 1600. lucem vidit. *Harl.*

...raecolatinae post primores duos libros, ab *H. Stephano* vna cum *Io. Leunclauii,* (licet auctoris nomen dissimuletur,) versione ad calcem Herodiani a. 1581. 4. atque inde Lugd. 1611. 8. editos, additis breuibus Stephani castigationibus, siue notulis. A Leunclauio

 graeca

graeca etiam H. Stephanus acceperat, vt patet ex centuria epistolarum philologicarum, a Goldasto editarum, epist. 72. p. 305.

Libri sex integri, a *Fried. Sylburgio*, Veterensi, ad duos MSS codices, Thuanum et Palatinum, recensiti, cum versione ex secundis *Io. Leunclauii* curis, adiectis eiusdem Apologia pro Zosimo aduersus Euagrii, Nicephori Callisti et aliorum acerbas criminationes, Sylburgiique castigationibus: inter romanae historiae scriptores graecos minores. Francof. apud heredes A. Wecheli 1590. fol.

[*] Cizae 1679. 8. Libri duo primores primum, deinde vniuersi sex cum versione Leunclauii ex edit. Wechel. et Apologia pro Zosimo et cum notis H. Stephani, ac Sylburgii curante *Christophoro Cellario*, Smalcaldiensi, qui et ipse animaduersiones suas adiunxit. Dicata est haec editio, capitibus primum distincta, Ioanni Georgio Graeuio. Recusa anno 1714. Ienae, 8.

Oxon. 1679. 8. cura *Thomae Smithi*, typis nitidis. [Cum adnotatt. ad Zosimum simul et Constantinum purgandum, vt et imperatori reuerentia et historico fides constaret.

Nouissima optimaque editio est, sic inscripta:

Zosimi historiae, graece et lat. recensuit, notis criticis et commentario historico illustrauit *Io. Frid. Reitemeier*, I. V. D. Ad calcem subiectae sunt animaduersiones nonnullae *C. G. Heynii*, Lips. 1784. 8. Insertae sunt *Io. Dan. Ritteri*, Prof. quondam Witteb. animaduersiones, ad exempli, quo vsus erat, oram adscriptae. Idem *Ritterus* ediderat obseruatt. histor. Wittebergae 1742. 4. in quibus pag. 14. debacchatur in Zosimum eiusque animum, ad lacerandos imp. christianos pronum. — *G. I. G. Haymannus* in progr. conscripsit notas quasdam ad Reitemeierianam Zosimi editionem. Dresdae 1786. 4. *Harl.*]

Gallica, *Ludouico* [d]) *Cousino* interprete, Paris. 1678. 4. et Amst. 12. vna cum Xiphilino et excerptis e Zonara. *Fabr.*

[Librum II. gallice vertit *Rainsantius*, in Diss. sur douze medailles de jeux seculaires de l'Emp. Domitien. Versalii 1684. 4. v. Acta erud. a. 1685. p. 442. med.

Anglice: The new History of Count *Zosimus* etc. cum notis, ex edit Oxon. gr. lat. paullo ante memorata depromtis. v. *Brüggemann* View. etc. p. 435.

Italica versio num exstet, dubitatur in *Paitoni* bibl. — volgarizzati, tom. IV. pag. 247. — Versae quoque sunt Zosimi historiae in linguam *Slauicam*; cod. exstat in bibl. *Coislin.* teste *Montfaucon.* in Bibl. bibl. MSSt. II. p. 1042. D. *Harl.*

A. 1

d) Obiit *Cousinus*, Curiae Monetalis praeses, cui praeter alia scripta gallicam versionem scriptorum quorundam hist. Byz. et multos annos Ephemeridum litterariarum Parisiensium debemus, a. 1706. mense Martio. Vide illas Ephemerides a. 1708. mense Ianuario sub init. et noua litteraria Hamb. 1707. p. 149. seq.

Alii Zosimi.

mus, eruditus Plinii iunioris libertus, quem laudat [libro V. epist. 19. *Est homo probus, officiosus, litteratus et ars quidem eius et quasi inscriptio Comoedus, in qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam, vtitur et cithara perite vltra quam Comoedo necesse est. Idem tam commode orationes et historias et carmina legit, vt hoc solum didicisse videatur.*

mus, Gazaeus vel Ascalonites, sophista temporibus imp. Anastasii clarus, teste Suida scripsit lexicon rhetoricum, (in limine Suidae memoratum inter libros, quibus ipse plurimum vsus,) et Commentarios in Demosthenem, (quos in Vaticana bibl. adhuc suo tempore superesse MSS. scripsit Gesnerus,) ac Lysiam [e]). Sunt, qui hunc cum historico nostro confundant, vt Antonius Riccobonus lib. de historia pag. 5. Interfectum a Zenone, imp., refert *Cedrenus* p. 291. [add. supra, vol. VI. p. 141. et 245.]

mus, Thebanus Panopolita, teste *Photio* cod. CLXX. (Suidae Alexandrinus, fortasse quoniam Alexandriae vixit.) qui ad sororem, Theosebiam, scripserat ordine litterarum *libros XXVIII.* χυμευτικῶν, *commentariorum chemicorum.* Fallitur A. Schottus, qui hunc Zosimum cum historiarum scriptore eundem habuit, (probante licet *Balth. Bonifacio* in iudicio de Historicis et *Petro Lambecio* lib. VI. comment p. 177. seq. [f]) et χυμευτικοὺς λόγους vertit *libros frigidos*, tum a Photio Thebanum Panopolitam [P] existimauit, haberi non Zosimum istum, sed auctorem, cuius opus Photius [g] ibi recenset, qui, CPoli post Heraclii tempora versatus, Zosimi istius testimoniis vsus est. Οὐ μόνον δὲ ὑπὸ τῶν προειρημένων ἀγείρει καὶ συντίθησι τὰς μαρτυρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν χυμευτικῶν (male editum χειμευτικῶν) Ζωσίμου λόγων. Θηβαῖος δ' ἦν οὗτος Πανωπολίτης, ὃς οὐκ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν, ἐν οἷς καὶ Ἑβραϊκῶν λέξεων ἐκτίθεται σημασίας, καὶ τῶν Ἀποστόλων ἕκαστος ἔνθα τὸ σωτήριον ἐκήρυξε μάθημα, καὶ ἐν ᾧ τρόπῳ τῶν ἀνθρωπίνων πόνων ἀνεπαύσατο. Ex hoc loco patet, Zosimum illum fuisse Christianum: neque tribus saeculis ante CHRISTVM natum floruisse, vt in Lud. Morerii lexico legas. Atque exstant in MSS. codicibus adhuc inter Chemicos graecos Zosimi magni, Panopolitae Thebani, fragmenta, de quibus dicturus infra sum libro VI. cap. VIII. [vol. XII. p. 752. sqq. p. 761. etc. ibi quoque p. 764. 771. et 776. de *Zosimo Thebano*, dicto, ἀρχαῖος et ὁ μέγας. Multos codd. indicatos reperies in Montfauc. Bibl. bibl. MSSt. ex. gr. in cod. Parif. II. p. 742. B. C. D E p. 1200. C. ter, in bibl. Pelifer. etc. Plures excitabuntur ad cap. 8. libri VI. *Harl.*] Iam in transcursu liceat notare hallucinationem Labbei, qui in bibliotheca noua MStorum velut duos diuersos Chemicos scriptores laudat Zosimum, Panopolitam, atque Zosimum, Thebanum. Suidas ait, illud opus a nonnullis etiam inscriptum χειρόκμητα, siue χειροτεχνήματα, ita enim cum doctissimo Borrichio verbum

e) V. supra, vol II. pag. 770. not. s. et pag. [illegible] add. p. 415. sqq. *Harl.*

f) Pag. 401. sq. ed. Kollar. cuius not. conf. [illegible]

g) V. infra, vol. IX. vet. ed. p. 431. de Photio, cod. CLXX. *Harl.*

verbum illud apud Suidam vel lego, vel interpretor. De Democriti χειρόκμητοις, diversi plane generis problematis dixi vol. II. lib. II. cap. 23. de quibus confer *Menagium*, ad Laërt. IX. 49. Ex eodem Suida constat, hunc Zosimum *Platonis* etiam vitam composuisse, vnde Platonis eum scholae fauisse suspiceris.

Zosimus, presbyter, cuius et Maronis vitia passim perstringit et ad quem saepius scribit *Isidorus Pelusiota* in epistolis. Libro IV. epist. 174. ad eumdem Zosimum verba λαθὼν δὲ λίθον ἀκοντίσαι κατὰ τῦ ἁλόντος verte: *et modo latuerit aliquis, lapidem possit in eum qui deprehensus est peccator, proiicere.* Perperam enim ibi eruditus interpres: *quasi clanculum lex lapidem contra deprehensum in eiusmodi peccato proiecisset.*

[*Zosimus*, Alexandrinus, Platonis vitam, nunc deperditam, composuit. v. supra, vol. III. p. 142. *Harl.*]

Zosimus βιβλιοφόρος, ad quem idem *Isidorus* lib. III. epist. 86. vbi monet eum, vt amico adcurate indicet τὸν στιχισμὸν τῶν βιβλίων, hoc est non, vt interpres, *seriem atque ordinem librorum;* sed *numerum* στίχων siue *versuum*, e quibus de mole ac pretio librorum constabat.

Zosimus, Thasius, epigrammatum graecorum scriptor, e quibus nonnulla supersunt in Anthologia p. 105. 565. 566. edit. Wechel. *Fabr.* v. supra, vol. IV. p. 499. In ed. *Iacobs* tom. III. p. 157. sq. Epigr. quoddam docte explicat *Imm. G. Huschke*, in analectis criticis in Anthol. gr. Ienae et Lips. 1800. 8. p. 136. sqq. *Harl.*

[*] Zosimus, Tharasae in Numidia episcopus, qui concilio Carthag. de rebaptizandis haereticis cum S. Cypriano interfuit a. C. 255.

Zosimus, episcopus Neapolitanus in Campania, ab Arianis suffectus in locum Maximi, de quo Baronius ad a. C. 359. n. 57. seq.

[*Zosimus*, episcopus, nominatur in cod. *Colbert.* scripto a. 890. apud *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 270. — *Zosimus*, Citri episcopus, infra §. 28. — *Zosimus*, medicus, infra, vol. XIII. pag. 456. *Harl.*]

Zosimus, martyr, cuius meminit in epistola S. Polycarpus: ne dicam de aliis martyribus hoc nomine apud Baron. in Martyrolog. Rom. et Posseuinum in Adparatu. *Fabr.* Vita et martyrium Zosimi in cod. Taurinensi CXV. fol. 65. *Harl.*

Zosimus, papa, qui in episcopatu ecclesiae romanae Innocentio I. successit a. C. 417. mortuus a. 418. 17. Sept. Eius duae epistolae ad Africanos de caussa Pelagii, editae primum e MS. Vaticano a Baronio ad a. C. 417. n. 19. licet a Marco Antonio Capello, Franciscani ordinis monacho et aliis quibusdam in dubium vocentur, Zosimo recte vindicatae et emendatius descriptae exhibentur a *Io. Garnerio* tom. I. Operum Marii Mercatoris pag. 201. seq. Adde *Paschasium Quesnellum*, ad opera Leonis M. p. 453 seq. et 511. seq. Epistolae encyclicae, qua Pelagiani condemnantur, fragmenta, exstant apud Augustinum et Prosperum et tom. II. concil. edit. Labbeanae pag. 1613. Alias Zosimo huic tributas epistolas spurias esse, docet Launoius parte altera operis de duobus Dionysiis, neque quicquam a Natali Alexandro pro illis adlatum est

quod

quod non idem Launoius iam confutauit in iterata editione, quae vindicias aduerfus Menardum continet. Adde B. D. *Reiferi* Launoium confefforem p. 803. feqq. *Fabr.* Conf. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom VI. p. 334. ed. Manfi. — et in B. Gr. vol. VIII. p. 588. vet. ed. — vol. IX. p. 396. de collect. conciliorum. — In *Petri Couftant* epiftolis roman. pontific. — a S. Clemente I. — Innocentium III. tom. I. Parif. 1721. fol. p. 935. Zofimi, papae, epiftolae XV. p. 963. Paulini, diaconi, libell. Zofimo oblatus, et p. 994. Tractoriae *Zofimi* tria fragmm. et in adpendice, inter adulterina fcripta, p. III. *Zofimi* ad Simplic. Viennenfem. cf. *Baumgart.* Nachr. von merkw. Büch. tom. VI. p. 440. not. *f.* *Zofimi*, papae, epiftola ad Eficium, epifc. Salernitan. in bibl. *Vaticana*, tefte *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. tom. I. p. 105. A. *Harl.*

nus, nouae Epiri praefes fub Valentiniano et Valente, ad quem a. C. 373. datae leges lib. VI. cod. Theodof. tit. 31. de ftratoribus et lib. XII. tit. 10. de praefectianis. Hunc Zofimum hiftorici noftri parentem fuiffe fufpicatur Iacobus Gothofredus tom. IV. p. 572.

nus, fiue Zofimas, abbas, cuius διαλογισμὸς edidit *Petrus Poffinus* in thefauro afceetico p. 279. Antiquiorem Ioanne Mofcho et circa a. C. 432. clarum in Palaeftina afcetam celeberrimum fuiffe, editor contendit. Zofimi, abbatis Cilicis, meminit Mofchus in prato fpiritali c. 123. 124. 127. 166. *Fabr.* *Zofimae,* abbatis, capita, quorum init. Ἀρχόμενος ὁ ἀββᾶς Ζωσιμᾶς ἔλεγεν ὅτω πρῶτον ποιήσας τὸ σημεῖον τῦ σαυρῦ ἐν τῷ σόματι, in cod. *Veneto* Marc. CDXCVIII. (cat. codd. gr. Ven. p. 261.) — Inter codd. *Nanianos* cod. CXIV. nr. 1. *Zofimae,* abb. documenta, διδασκαλία. Incipit eodem modo, quo cod. Marcian. mem. — Idem opufculum eft Florentiae in cod. III. nr. 12. plut. 10. bibl. Laurent. Medic. tefte *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 471. et in codice caefar. Vindob. CCXXXIV. nr. 27. v. *Lambec.* comm. V. p. 156. ibique Kollar. *Harl.*

nus, monachus et anachoreta, ad quem Photii epiftolae.

imus, difcipulus Sergii, Manichaei, nominatur cum exfecratione a Photio in epitome narrationis de Manichaeis repullulantibus, edit. a *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 349. fqq. vbi ille Zofimus pag. 373. fin. occurrit.

mo, nefcio cui? tribuitur libellus περὶ ἁρμονικῆς, *de harmonica,* in cod. Matrit. XLVII. fed perperam. Atqui *Meibom.* edidit inter antiquae muficae auctores, vol. I. illum libellum; fed fub *Euclidis* nomine, eiusque fententiae fubfcripfit *Iriarte* in cat. codd. gr. pag. 163. fq. *Harl.*]

mae Apocalypfin reiicit Nicephorus, homologeta, in iure graeco-romano Freheri tom. I. pag. 196.

ma, feruae nomen in veteri epigrammate graeco Anthol. f. 341.

Zofima, Tigranis, Armeniae regis, vxor, a Pompeio in triumpho ducta. *Plutarch.* in Pompeio pag. 643.

veteribus infcriptionibus frequentiffimum Zofimorum et Zofimarum nomen. Vide praeter indices Gruteri *Reinefium* p. 615. Infcript. *Sponii* itinerarium p. 88. b. et 108. edit.

 ger-

germanicae, *Montfauconi* Diarium Italicum p. 118. et 70. *T*[illegible] de [illegible] Vett. c. vlt.

XXI. GEORGIVS PHRANZES h) illustri genere, et imperatorem ipsum i) per affinitatem contingente, natus est CPoli 30. August. a. C. 1401. k) parentibus a. 1417. pestilentia correptis et extinctis, inter imperatoris Manuelis Palaeologi cubicularios l) et biennio interiecto inter secretarios receptus, tum eidem Manueli, tum filiis illius Ioanni, (cui a moriente patre singulariter commendatus m) fuerat,) et Constantino carus, varias legationes [illegible] obiit: consilio atque opera vtrique adfuit, Glarentzam in Peloponneso [illegible], Constantinum ad Patras a. 1429. obiecto corpore suo, exemit hostibus, et pro eo capi n) passus est. Restitutus interiecto tempore *Protovestiarii* o) munere a. 1432. et praefectura Spartana a. 1446. p) auctus fuit, quumque ad firmandam Constantino post Iohannem, fratrem, a. 1448. exstinctum, successionem in imperium aduersus fratrem illius, Demetrium q), fuisset, et ad magni Logothetae r) dignitatem ab eo fuisset euectus: non diu post, capta a Turcis a. 1453. CPoli, et ipse cum omnibus suis venit in potestatem s) Turcarum. Inde venditus t), et in libertatem iterum adsertus in Peloponneso primum apud Thomam Palaeologum, despotam, Constantini fratrem, versatus, vxorem a seruitute adseruit, et, Peloponneso etiam a Turcis capta, in Italiam se recepit, Romaque et Venetiis lustratis Corcyram rediit atque monachi habitum amplexus, pro Georgii nomine *Gregorius*, t) vti vxor eius pro Helena Eupraxiae nomine appellari voluit a. 1468. In hoc monasterio a Corcyraeis quibusdam nobilibus viris rogatus scripsit *Chronicon rerum Byzantinarum libris IV.* ab a. C. 1401. ad 1477. u), quo ipso anno die 29. Martii inopia, morbo et senectute fractum illud absoluisse se, ipse in calce libri postremi auctor est. Incipit similiter vt Acropolita: τὸ τῆς ἱϛορίας χρήσιμον καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ πολλοὶ συγγραψάμενοι. Hoc opus graece necdum lucem vidit *). At *Iacobus Pontanus* S. I. graecum codicem nactus in bibliotheca [illegible]

h) Vide *Allatium* de Georgiis p. 425. seq. *Martinum Hanckium*, de scriptoribus hist. Byz. part. I cap. 40. pag. 645. seq. *Henr. Warthonum*, adpendice ad hist. literariam script. eccles. ad a. C. 1424. et *Iac. Pontanum*, prolegom. ad Phranzam. *Fabr.* Add. *C. Oudin.* comm. de script. eccl. tom. III. p. 2597. *Hamberger Z. N.* IV. p. 812. sq. cl. *Meusel* in bibl. historica vol. V. part. I. p. 277. sqq. et quae scripsi in introd. in hist. ling. gr. II part. I. p. 552. sq. — Cel. *Alter* edidit gr. vt paullo post vberius ostendemus, *Phranzae* Chronicon. *Harl.*

i) Soror Phranzae nupsit Gregorio Palaeologo Mamonae, magni ducis, Mamonae, filio, vt ipse testatur libro I. cap. 38. Illum Gregorium genti Angelorum Palaeologinorum accenset *Cangius* in familiis B. z. p. 254. Vxorem quoque Phranza duxit a. 1438. Helenam, Alexii Palaeologi Tamplaconis filiam, ex qua filios tres filiamque vnam suscepit. Vide eum II. 17.

k) *Phranzes* ipse lib. I. cap. 21.

l) Lib. I. cap. 38. et 41.

m) Lib. II. cap. 1.

n) Lib. II. cap. 5. seq.

o) *Phranzes* lib. II. cap. 10. et in [illegible] *Ad hunc modum ego quoque Georgius Phranzes et Protovestiarius* etc.

p) Lib. II. cap. 19.

q) Lib. III. cap. 1.

r) Lib. III. cap. 6. pag. 163. seq.

s) Confer *Hanckium* p. 661. seq.

t) Phranzes ipse in prooemio et lib. III. cap. [illegible]

u) Non 1457. vt legitur in *Vossii* hist. [illegible] lib. II. cap. 50.

*) Tempore scil. Fabricii. Nunc editum esse postea cognoscemus. *Harl.*

arica Monachiensi v), quae abundare ipsi aut aliena esse videbantur, omisit w), cetera ne vertit, et *tribus libris* distinxit, capitulisque subdiuisit, notis etiam et explicatione nitatum illustrauit, atque ita contractum latine edidit, ad calcem historiarum Theophy-ti Simocattae, graece et latine vulgatarum, Ingolstad. 1604. 4. x). Sed Pontanum um de Phranzae opere et sua editione loquentem audiamus: „Opus autem ab auctore suo sunc in modum distributum est. Primo libro de quatuor, (tot enim facit,) sex impera-ores Palaeologos complectitur, quorum princeps est Michael, quem Comnenum cogno-inat, (fuerunt quippe Palaeologi materno genere Comneni, vt ex initio historiae ad-rebit;) is, qui Constantinopolim per annos sexaginta, plus minusue a Latinis obtentam cuperauit. Vltimus illorum sex est Manuel, in quo liber finitur. Secundo res Ioannis, ii Mannelis, persequitur. Genuit autem filios senos, Ioannem, Andronicum, Theodo-m, Constantinum, Demetrium, Thomam. Tertium fratri et successori Ioannis, Con-antino, dat: quo imperante, et quidem paucissimis annis, Constantinopolis vi et armis uicta, in Turcarum impiorum ditionem concessit. Quartum, eumdemque postremum, dissidiis, et intestinis duorum fratrum, [?] Palaeologorum, Demetrii puta, et Tho-ae, bellis in Peloponneso, et Mahometis II. qui Constantinopolim subegit, fraudibus rapinis ibidem describendis potissimum ponit, vniuersamque narrationem paullo supra num Christi MCCLIX. quo Michael Palaeologus imperium iniuit, exorsus, ad annum CDLXXVII. producit, atque ita annos minimum CCXVIII. comprehendit, tantillo li-o, chartis tribus: vtinam vero etiam ita doctis et laboriosis, vt is, de quo istud poeta eronensis cum admiratione adfirmauit."

„At enim quoniam scriptor iste παρεκβάσεων, seu digressionum refertior est, earum multae ad historiam ipsam prorsus nihil pertinent, quin potius eius grauitati dignitati officiunt: ac proinde non sine iactura modo, verum etiam commode, et vti-er abesse possunt, consilium fuit, iis praetermissis, totum corpus, (tametsi per se haud magnum,) compendio quodam cogere, quaeque libro quarto insigniora, magisque emorabilia reperiuntur, ea tanquam accessionem ad aedes cum tertio coniungere, et ratione ipsum tertium cumulatiorem efficere. Quem enim, obsecro, secta Mahome-a, ex *Ioannis Cantacuzeni* contra eandem sectam orationibus tot paginis descripta et rehensa, delectet? Odio plusquam Vatiniano Mahometismum odit Protouestiarius, atque propter Turcas. Ideo se tenere non potuit, quin repertorem illius, et sane pluries, gitaret, eius genealogiam, mores, incrementa, dogmata insectaretur. Sed nunc non t his locus, ait Flaccus. De cometa viso quum agit, quid illic complura meteora, fulgur, fulmen, tonitru, terrae motum, ipsorum cometarum generationem, elemen-„torum

Cod. CCIII. In catalogo MSS. Bauaric. pag. male excusum φαντζῆ pro Φραντζῆ.

) *Allatius* de Georgiis pag. 426. *Pontanus ius laudem nec contemnendam promeritus, multis reprehenditur, primum, quod graece edid rit, secundum, quod opus obtruncatum epitomen redactum, non integrum emiserit.* Adde *Casimiri Oudini* commentar. de scriptoribus eccles. tom. III. pag. 2598. seq.

x) Ex typographia Adami Sartorii. Dein illud opus ex Pontani edit. recusum est cum *Genesii* hist. Byzantina. Venet. 1733. fol. v. supra, vol. VII. pag. 529. et 533. *Harl.*

„torum quoque rationem, philosophica inquam, ὠ πάνυ φιλοσόφως explicare [illegible]?
„Res suas, easque minutas saepe, et quas magnopere scire nullus cupiat, [illegible], et
„ambitiosus adducit. Non schisma, et defectionem Graecorum ab ecclesia romana, (quod
„tamen toti occidenti est persuasissimum,) sed peccata, vt Niniuitarum, aliorumque popu-
„lorum, et oraculum de Ismaelitarum, (vnde Turcae sint propagati,) imperio augendo,
„qua de re scriptum est in Genesi, haec, inquam, in caussa fuisse, cur perierint, Lati-
„nosque a Graecis potius, quam Graecos a Latinis desciuisse, longa disputatione contendit.
„De quatuor monarchiis, etiam ex prophetis, Daniele et Zacharia, fusius [?] disserit.
„Symbolum item Nicaenum, secundum singula verba e scriptura sacra tam noui, quam ve-
„teris testamenti contextum et conflatum demonstrat. Tandem capita quaedam fidei profi-
„tetur, quod sollemne fuit ad monachorum ordinem sese adgregantium, in quibus ipsis
„quaedam non romana, et catholica cernuntur. Haec et huius farinae alia ad historiam
„nihil facere, lectorique molestiam magis creatura, qui non videt, nihil videt. Porro,
„quae libro primo de Osmanidarum imperatorum origine, successione, rebus gestis de in-
„sula Creta, et aduersum barbaros propter eam perpetratis disseruntur, ac praeterea alios
„quosdam locos, etsi historiae minus proprios, minus tamen ab ea alienos, nec inutiles,
„et graues reliqui. Nec vereor, ne quis factum hoc meum secus interpretetur, qui claris-
„simos vtriusque linguae historicos, aliosque scriptores egregios similiter ob solam longi-
„tudinem in epitomas contractos non ignorat, quos in praesentia nominare nihil necesse
„est. Quod lib. III. ex narratione senis cuiusdam de rebus Indicis parum credibilia refert,
„sciendum, apud Plinium et Diodorum Siculum haberi similia. Ad haec quaedam ob-
„scura et intricata, scribae, an auctori vitio danda? detraxi, nullo rerum notabili detri-
„mento, in quorum intelligentia, vt quis diu se torqueret, operae pretium non est visum.
„Prudenter enim Nicetas in vestibulo, seu praefatione operis sui, qua historiam [illegible],
„si quisquam alius, commendauit: *Quidquid enim non apertum est, atque in [illegible] posi-*
„*tum, historia abominatur: quidquid simplex et naturale est, et intelligentiae omnium, libera-*
„*ter admittit.* Protouestiarius ipsemet vndecim libros Nicephori Gregorae in sex p[illegible]
Κρυπτὸν πρόσωπον γαστρὸς ἐντὸς μητέρος
Τῇ λευκότητι, τῆς δὲ φαιδρᾶς οὐσίης
Θησαυρὸς ὡς ποικίλος ἐκφεύγει χεροῖν
Ἀφὴν, ἐρᾶν δὲ κάλλος οὐδεὶς ἰσχύει
Ἐκ κοιλίας τῆς μητρὸς ἀλλ' αὐτὸς βοᾷ.
Πάρειμι τοῖς ζητοῦσιν ἐν μέσῳ πέλων.
Ὁρῶντες ἀγνοοῦσιν ὅνπερ τοῖς κόποις
Ζητοῦσι καὶ μοχθοῦσιν ὡς πλανώμενοι,
Ἐκεῖσε ὧδε ἀσχολοῦνται εἰς κενόν.
Ἐγὼ δὲ ὡς ὑπουργὸς ἀτιμώμενος
Δοῦλός τε πάντων οὐδαμοῦ ἀφίσταμαι.
Κτηνῶν γάρ εἰμι δοῦλος, εὑρήσεις δέ με
Ὅπου δ' ἂν οἰκήσωσιν ἄνθρωποι ὅλοι,
[illegible] οὖν πορευθεὶς μακρὰν ἐκτέμνων ὁδόν.
[illegible] γὰρ πέλω εἰς πόντον, εἰ ἐκεῖσε μέν.
Ἐκ τῆς θαλάττης εἰς νέφος εὑρίσκομαι,
[illegible] γὰρ ὥσπερ ἀτμὸς ἐκ πόντου μέσου.
[illegible] ἔχων χιτῶνα καὶ καλύπτομαι
[illegible] τῆς ὁμίχλης καὶ μέλανσις με σκέπει,
[illegible]νέρχομαι δὲ καπνὸς ὡς λεπτὸς πάνυ
[illegible] ἔχει με κρύπτων ἐν αὐτῷ ὅλον,
[illegible]κομαι δ' ἔκλαμπρος ἔκστιλβος [illegible]
[illegible] ὅταν με ἐκπλυνεῖς θείῳ πυρ
[illegible] παρόντων καὶ ὕδωρ τὸ πόντιον

Μέτρῳ χέων με εἰς πρόσωπον αὖ πάλιν.
Διχῶς μερίζομαι γὰρ εἰς τρεῖς γίνομαι
Κάτω ἄνω τε πατρὶ καὶ τῇ τεξάσῃ.
Αὐγή με λευκὴ μεννᾷ τῶν σπλάγχνων μέσον,
Πατὴρ φύσας δὲ πυρὸς ἐξελεύσεται
Θνήσκων βίου· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν ὡς φονεὺς
Κτείνω ἐῶν ἔξοικον ὄρφανον πάλιν
Ὕλης ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ἴχνος μὲν φέρειν
Λαβὼν δ' ἀπ' αὐτοῦ σθένος εὑρεθήσομαι,
Κρείττων ἔχων τῆς σφῶν τε μορφὴν εἰκόνος,
Ξανθὸν φέρων τὸ εἶδος, ἀλλὰ πρὸς βραχὺ
Ὀφθήσομαι μέλας δὲ ποικιλοχρόους
Βρύων χρυσόσπερμόν τε καὶ χρυσοζώμιον
Ὃ καὶ χρύσανθον εἶδος ἐκ μετάλλου χρυσῆς
Ποικιλόμορφον ὤχραν ἀργυρόχρυσον
Χρυσάργυρον ξανθόχρουν αὖθις πορφυροῦν
Ὡς κυτρινόπρασόν τε πυῤῥοφεγγίτης
Χρυσοῦ κόραλλός εἰμι ταύτας ἐκφέρων
Τὰς χρόας, ἄνθη πάντα καὶ χλοηφορῶ·
Ὅταν δὲ ἴδῃς ταύτας εἰς τὸ ἐμφανὲς
Μορφῆς ἐμῆς τὰς χρόας ἐκμορφουμένας,
Πρόσελθε γεννηθέντι παιδίῳ νέῳ
Ἐμοὶ μέλανι ὄντι καὶ κεκρυμμένῳ
Σκότει ἀφαίστῳ οἷα καὶ τῇ ἀχλύι
Ἀλλ' ἔνδον ἐκστίλβοντι καὶ κεκασμένῳ
Γάλακτι ἐκθήλαζε μασθῶν μητρώων
Θηλῆς γάλα πρὸς ὀλίγον πότιζέ με,
Θρέψον με μικρὰ μικρὰ νήπιος πέλω
Ἕως ἂν ἔλθῃ ἰσχὺς ἐκτρέφουσά με
Ἄγουσα εἰς ἀνδρεῖον εὔρυθμον μελῶν·
Εἰς σχῆμα δ' αὖ τέλειον εὔμορφον πάνυ.
Ἐγὼ γὰρ ἀνδρωθεὶς μὲν λεπτυνθήσομαι
Τραφεὶς λίαν ξιφικῶς ἀκμάσω νέος
Τῇ ποιότητι τεσσάρων τῶν στοιχείων
Καὶ ἐν νέφει ὡς λεπτὸς ἀτμὸς ἵξομαι
Ἀὴρ γὰρ εἰς κόλπους με θάλπων βαστάσει
Ἔνδον δέ με ἔχων πῦρ ὑψωθήσομαι
Ἀρθεὶς ἕως τε ὕψους, ὄμβρος ἔσομαι
Οἷα τε γαῖα ξηρὰ θέων μου νάμα
Φύτλης ἐμῆς γεννηθεὶς ὡς ὑπερφυῶς
Τῶν στοιχείων τὴν ποιὰν εὐκράτως ἔχειν

Κατα-

Κατακλύσαι ἀρδεία γῆν ἐκβλαςάνειν,
Διαφόρες παντοίας ἀνθῶν εἰδέας.
Ἠκαμένος γὰρ ἀτμὸς ἐκ γῆς εἰς νέφος
Ἐξ ὑγρᾶς ἐσίας τε θᾶττον γίνεται
Ὕδωρ βρέχον τὴν γαῖαν ἐκβλαςάνειν γένη
Τῶν ἀνθέων παντοῖα καὶ καρποφορεῖ,
Οὕτως γὰρ ἡ τῆς ξηρᾶς ἐκλυθήσεται
Φύσις πρὸς ὑγρὰν ἐκρέεσα καὶ νάμα
Ὑπερφυῶς εἰς θεῖα ἐκτραπήσεται
Καὶ τὴν μέλανσιν λευκότητα ποιέει,
Αὕτη γὰρ ἡ λεύκωσις ἔςαι δευτέρα
Ἥνπερ ποθεσι τῶν σοφῶν ἀνδρῶν γένος
Ἰδεῖν ὅταν μέλανσις ἐκ γαίας τραφῇ
Τῆς ὥσπερ ἐσης νεκρᾶς ἐξ ὕλης πάχες
Εἰς φαιδρὸν ὄμμα λευκότητος ὡς χιὼν
Τὸ θεῖον ἐκβλύζεσα νέκταρ ἐκ μέσε
Πηγαίας ὡς φέρεσα τὸ ζητέμενον
Ἀφροσελήνης ξανθὸν ἐντὸς γαςέρος
Τὸ κάλλος ἐξαςράπτων αὐγὰς ἐκφέρει
Λευκὴν μὲν ὄψιν δεικνὺς ἔκςιλβον πάνυ
Χρυσάνθιον κόραλλον, ἀλλ᾽ ἀσώματον
Εὐειδὲς εὐέκλαμπρον ἀςραπήχροον
Ζώνας χρυσιζέσας τε καὶ χλοηφόρες
Πέμπων σέλας καὶ λάμψιν αὖθις ἡλίε
Λεύκωσιν ὡς κάλυμμα ἔξωθεν φέρων
Ἔνδον δὲ τοῖς βλέπεσιν ὥσπερ πυρφόρος
Λαμπτὴρ φλογηφόρος τε φεγγίτης μέλας
Τὰς τῶν λίθων ποικίλας ἐκπέμπων χρόας
Ὡς ἄμπελον χλωρὸν τὸ εἶδος τῶν φύλλων
Ὡραῖον, εὐειδὲς μὲν ἄνθος βλαςάνων
Ἐκ τεττάρων κλάδων δὲ συγκινωμένων
Ὁμε μίαν πρὸς ῥίζαν εὔκαρπον φέρει
[?] Πέπειρον ἀρδευθέντα βότρυν ὡς μέλι
Τὴν ποιότητα γεύσεως κεκτημένον
Λευκὸν πάνυ πρόσχημα καὶ μορφὴν ἔχει,
Οὗτος δὲ λευκὸς βότρυς εὐθαλὴς πέλων
Λειέμενος ταῖς χερσὶν οἶνον βλαςάνει dd)
Πυῤῥὸν μὲν ὥσπερ αἷμα γεύσει εὔκρατον
Εὔοσμον ἐξ ἓ βάπτεται ἡ πορφύρα
Τῇ κογχύλῃ μιχθεῖσα πόντε ἐκ μέσε

Ἐρυθρὰ

dd) ἐλυσεῖα cod. Leid. *Harl.*

Ἐρυθρὰ ὥσπερ ἀτμὸς εἰς νέφος θέσει.
Ἀνέρχεται γὰρ ἐκ θαλάσσης ἐκφάναι
Νυμφοστολούσης παρθένου φαιδρὸν γάλα
Βρέφους νέου τεχθέντος εἰς διατροφὴν
Ἀνδρωθὲν [ee]) ἔσαι γὰρ τεκούσῃ ὡς υἱὸς [ff])
Ζευχθεὶς δὲ ταύτῃ αὖθις ὡς νικηφόρος
Ὀφθήσεται τὸ θῆλυ ἐκκαλούμενος
Πρὸς συμπλοκῆς ἕνωσιν εἰς συνουσίαν.
Ταύτης ἑνωθείσης δὲ φαιδρῶς ἄῤῥεν [gg])
Πρὸς δευτέραν πλοκήν τε καὶ μίξιν πάλιν
Ἔσαι ὅλη [hh]) ἔκστιλβος ἀχλὺν τοῦ σκότους
Ὕλην γεώδη ἐκβάλλουσα εἰς τέλος
Καὶ μίγνυται εἰς ζεῦξιν οὐκ ἀφίσαται
Τῇ δευτέρᾳ πλοκῇ τε θᾶττον ἐκτελεῖ
Πρώτης κλειδὸς, πλήρωσιν ὡς καὶ τὸ στέφος
Λευκώσεως πληροῦσα ἔργον δευτέρας [ii])
Χρήζουσα μηδὲν εἰς τελείωσιν πάλιν
Τὸ σῶμα λευκαίνειν πᾶν οἷον καὶ θέλει
Τῶν τεσσάρων βάπτουσα σωμάτων φύσιν
Λευκὴν φέρουσα καὶ διώκουσα σκότους
Τὸ ἐμφωλεῦον ὡς κάλυμμα ἀχλύος
Ἔκστιλβον ἔκλαμπρόν τε δείκνυσι πλέον
Φωτὸς σελήνης, ταῦτα λευκαίνει ὅλα
Νικῶντα λευκότητι λεύκωσιν πᾶσαν.
Ἑξῆς τε δευτέρα κλεὶς ἄρχεται πάλιν
Ξανθώσεως λεύκωσιν εἰς ξανθὸν φέρειν
Ξανθόν τε δεικνύουσα τῆς μορφῆς ὅλην
Ἐργάζεται γὰρ αὖθις ὥσπερ καὶ πάλαι,
Οὕτως γὰρ ἡ ξάνθωσις εἰς πέρας φέρει
[P] Ἄριστ' ἐκπλήρωμα καὶ κεκοσμένον
Πληρουμένων τῶν βαθμῶν εἱρμὸν καὶ τέλος,
Ὥσπερ γὰρ ἡ λεύκωσις, οὕτως γίνεται
Ξανθώσεως τὸ ἔργον ἐκπληρούμενον
Εἰς κέρδος ὄλβιόν τε τὸν κόπον φέρει,
Καὶ χαρμονὴν πάμπλουτον ἐξάγει κόπους
Πάροιθεν οὓς ἐπείρας, ὥστε πλουσίως
Τῶν τούτου δραγμάτων πλέον μὲν ἐκφέρειν
Φόρους καὶ δεικνύει τὸν μισθὸν εὐφραδέστατον

L..

[ee]) ἀῤῥενωθὲν cod. Leid. *H.*
[ff]) [illegible] cod. L. *H.*
[gg]) ἄῤῥεν cod. L. *H.*
[hh]) ὕλη cod. L. *H.*
[ii]) Ex verss. 201 et 202. in cod. L. vnicus [illegible] factus: πρώτης κλειδὸς πληροῦσα ἔργον δευτέρας. [illegible]

Εἰς ἐκβολὴν πενίας αὖθις εὕρεσιν
Πλούτου τε καὶ ὄνησιν ἔνθεον βίῳ
Οὕτω γὰρ εὐπραγοῦντες ὀφθῶμεν σοφοὶ
Χρήζοντες ὧδε μηδὲν ἔκ τινος βροτοῦ
Μὴ ἀσχολούμενοι δὲ πάμπαν ἐν βίῳ
Ἀλλὰ Θεῷ λατρείας αἶνον προσφέρειν
Στέργειν ποθεῖν τε τρυφὰν ἡτοιμασμένον
Ἄπονον χαρὰν καὶ δόξαν ἔνθεον χάριν
Πτωχοῖς νέμειν δέοντα καὶ πάντας θέλειν
Σώζειν τε καὶ λύτρωσιν ἐξ ὀργῆς νέμειν
Καὶ χεῖρας συμπαθείας ἐκτείνειν πᾶσιν
Καὶ εὐπραγεῖν καὶ μηδὲν ἔκφαυλον λέγειν
Ἢ τεκταίνεσθαι σκάνδαλόν τι εἰς πέλας
Ἀλλ' εὐφρονεῖν εἰς πάντας εὐπροσηγόρους
Εἶναι θέλοντας, κλῆρον ὄλβιον μέγαν
Ζωῆς ἔχειν μιμητὰς ἔργοις ἐνθέοις
Τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ θείῳ ἐν λόγῳ
Πράξει τε φωσφοροῦντας εἶναι ὡς σέλας
Μηδὲν λέγειν εἰς πρᾶξιν ἀλλ' εἴ τι φρονεῖν
Πένητας εὐποιΐᾳ συμπαθεῖν ὅπως
Τὸν πλοῦτον ἐκκενοῦντες εἰς αὐτοὺς ῥᾷον
Εὕρωμεν ἔργων μισθὸν ἡτοιμασμένον
Ἐντεῦθεν ἐκδημοῦντες ὡς ἄνδρες σοφοί.
Οὗτος γάρ ἐστιν εὐσεβείας ἔνθεος
Ἀγὼν πόθος τε θερμὸς εἰς θεότροπον
Ζῆλον τελούμενος, ἀνδρεία φρενῶν
Καὶ σώματος κάθαρσις ὥσπερ καὶ ψυχῆς.
Οὕτως γὰρ εὐπραγοῦντες ἀξιόκλεοι
[?] Ἐσόμεθα πρὸς Χριστόν, ὡς καὶ τῷ στέφει
Στεφηφοροῦντες αὖθις ἐσθλῶν πράξεων
Σκηπτουχίας τῶν κλήρων ἀξιούμεθα
Ἐκλάμψεως εἰς δόξαν αἴγλης καὶ φάους
Τιμῆς σέβας εὔκλειαν εὐσεβεστάτοις
Ἄναξι πιστοῖς προσφέροντες ἐντίμως
Τοῖς τὸ κράτος καὶ σκῆπτρα γῆς πιστευμένοις
Ὡς χριστολάτραις kk) οὖσι δόξης ἐμπλέοις,
Ὑμνοῦντες, εὐλογοῦντες, αἰνοῦντες Θεὸν
Ὑπέρθεον τὸν ll) φωτὸς ὄντα αἴτιον
Ζωῆς χορηγὸν καὶ θέλοντα τοῖς βροτοῖς †)

kk) χριστοκάτραις cod. Leid. *Harl.*
ll) τοῦ cod. L. *Harl.*
†) τοὺς βρότους cod. L. *H.*

Αὐτρεαστιν εὑρεῖν ὥσπερ ἀμπλακημάτων 265
Οὕτως τυχεῖν μέλλουσαν εὔκλειαν πάλιν,
Καὶ προσφέρειν λατρείαν αὐτῷ τῷ μόνῳ
Θεῷ Λόγῳ σὺν Πατρὶ θείῳ Πνεύματι
Εἰς κυκλικοὺς αἰῶνας αἰώνων, ἀμήν *).

V. Fuere et alii Heliodori, quos praesenti loco succincte persequar. Nonnulli quidem *nostro antiquiores*, vt 1) *Heliodorus* Γαζοφύλαξ Seleuci, regis, iussu eius, templum Hierosolymitanum spoliaturus, de quo 2. Maccab. III. Vide Io. Valentem ad annum imperii Seleucidarum 136. Olymp. 150. 4. 2) *Heliodorus*, Atheniensis, qui Athenaeo et Harpocrationi ὁ περιηγητὴς, et 3) *Heliodorus*, alter Atheniensis, tragicus, Galeno memoratur. De vtriusque scriptis agit Meursius in bibl. Attica et *Vossius* p. 372. de hist. gr. [v. supra, vol. II. p. 306. et infra in Elencho medic. vett. vol. XIII. p. 175. sq.] 4. Rhetor, *Heliodorus*, Graecorum *longe doctissimus*, cuius meminit *Horatius* lib. I. Sat. 5. †) 5) *Heliodorus*, stoicus, qui L. Iunium Silanum, discipulum suum, testimonio apud Neronem oppressit. Schol. *Iuuenal.* Sat. 1. vers. 33. et 35. 6) *Heliodorus*, philosophus et rhetor, qui Hadriano, imp. ab epistolis fuit. *Spartian.* Hadriano c. 15. et 16. Dio lib. LXIX. p. 789. Nescio an diuersus. 7) *Heliodorus, Syrus*, Auidii Cassii pater, rhetor, et praefectus Aegypti. *Xiphilin.* p. 810. 8) *Heliodorus*, Cassii filius sub M. Antonino deportatus. *Iul. Capitolin.* in M. Antonino c. 26. 9) *Heliodorus*, Alexandrinus, Ὀλυμπιονίκης, Olymp. 248. 10) *Heliodorus*, fatorum interpres, siue mathematicus, (h. e. astrologus), cuius meminit *Ammianus* XXIX. 1. [v. supra, vol. IV. p. 142. 154. et 164. et *Lambec.* VII. p. 193. vbi eumdem facit cum Heliodoro, Larissaeo, v. ibi *Kollarii* not. *A.* et p. 197. n. 11. *Harl.*] Nescio, an ab hoc vel quinto diuersus sit 11) *Heliodorus*, stoicus, qui [illegible] recensetur inter scholiastas Arati. 12) *Heliodorus*, Arabius Sophista, sub Antonino Caracalla, de quo *Philostratus* 2. de Sophist. p. 620. Huic Aethiopica tribuenda suspicantur auctor graeci scholii, quod Heruagianae librorum Heliodori editioni subiicitur, Sorellus et alii, parum certa coniectura, et Socratis Photiique testimoniis aduersante. 13) *Lucius Aurelius Heliodorus*, eiusque filius. 14) *Aurelius Valerius Heliodorus*, Palmyreni, in inscriptione Palmyrena XIII. 15) *Heliodorus* Prusaensis. 16) *Heliodorus*, medicus chirurgus, cuius mentio apud *Iuuenalem* VI. 373. [de *Heliodoris*, medicis et chirurgis, v. infra in elencho medic. vol. XII. p. 175. sq. *Harl.*] 17) *Heliodorus*, metricus, siue qui de metris comicis scripsit, laudatus Hephaestioni, Rufino et Prisciano. [v. supra, vol. VI. p. 368.] Idem forte, quem citant *Eustathius* [et schol. Venet.] ad Homerum. 18) *Heliodorus*, martyr sub Aureliano, de quo martyrologia 21. Nou. 19) *Heliodorus* presbyter, qui contra Manichaeos scripsit, teste *Gennadio* c. 6. de Scriptor. eccles. 20) *Heliodorus*, qui martyrium obiit Antiochiae sub Diocletiano. Martyrolog. 28. Sept. 21) *Heliodorus*, libertus et procurator Vibiae Aure-

l ..e

*) In fine cod. L. εἴχει *Harl.*

†) Vers. 3. vbi pro *longe doct.* alii legunt *linguae doct.* v. supra, vol. I. p. 512. sq. vol. VI. p. 206. sq. ibique not. *g.* p. 368. et p. 447. tum inter eos, qui in scholiis Homer. ab Villois. editis et Eustath. comm. in Hom. citantur, cl. *Villoison* prolegg. ad Apollonii Soph. Lexic. homer. p. XIV. sq. et LXI. sq. — *Heliodori* cuiusdam opusc. grammaticalia in cod. reg. Matrit. v. *Iriarte* cat. codd. gr. p. 318. sqq. *Harl.*

[illegible] Sabinae, Marci Antonini filiae, in veteri inscript. apud *Begerum* tom. II. thesaur. Brandeb. p. 676.

Alii aequales nostri: 1) *Heliodorus,* de quo saepius meminit Hieronymus, in epist. [illegible]um episcopum adpellans. Confer *Baronium* ad martyrolog. 3. Iulii mm). Hunc eumdem cum Aethiopicon scriptore viri docti faciunt, sed, quia est res incerta, illum h. l. separatim memorare volui. 2) *Heliodorus,* monachus, ad quem *Nilus* in epistolis lib. I. epist. 41. et lib. II. epist. 46. 3) Alius, vt puto, *Heliodorus* Silentiarius, ad quem idem Nilus IV. 61. Nescio quisnam ex hisce, vel diuersus ne ab omnibus sit *Heliodorus,* ad quem exstant epistolae Synesii, alius certe, cuius in epistolis Libanius meminit. *Fabr.* *Libanius* in epist. 437. ad Olympium Πολίτης, ait, ἡμῖν καὶ συνήθης Ἡλιόδωρος, καὶ δεινὸς εἰπεῖν, *Heliodorus et ciuis noster est et familiaris et orator egregius:* vbi Wolf. in nota p. 222. mai. ed. intelligit *Heliodorum,* Aethiopicorum scriptorem; idem Libanius in seq. epistola nuntiat Araxio, Heliodorum venisse in Italiam: in ep. 595. scripsit Libanius ad Heliodorum, quem quoque Wolfius in nota p. 286. Aethiopicorum censet esse scriptorem. — Num vero idem sit Heliodorus, quem Libanius Siderio in epist. 310. commendat, scribitque, se neque *Herodianum* videre vmquam posse contristatum, nec illum posse videre *Heliodorum* pereuntem, rogatque, vt huic, nihil ex petulantia, sed ex inopia forte committenti, multam remittat, nec maius ab eo exigat tributum, valde dubito. Alius etiam esse videtur *Heliodorus,* filius Atrei, in XIII. ep. ad Atreum inter latin. epp. in qua suadet Libanius, vt adolescens se arti orandi potius quam medendi consecret. An hic postea medicis fuit adnumeratus? Idem in ep. 72. ad Cyrillum inter latinas de *Heliodoro,* (nescio, quo?) aduentante scribit.

Inter poetas *epigrammatarios* occurrit quoque *Heliodorus* quidam. vide supra vol. IV. p. 477. et in *Leon. Philarae* anecd. anthol. gr. MS. in *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 519. *Harl.*

Alii iuniores nostro Heliodoro, 1) *Heliodorus,* martyr, in Africa, de quo martyrolog. 6. Maii. 2) *Heliodorus,* Antiochenus, presbyter, circa a. C. 440. cuius de virginitate libellum memorat *Gennadius* c. 29. de Scriptoribus eccles. 3) *Heliodorus,* de quo Honoratus Massiliensis in vita Hilarii Arelatensis p. 111. *In his profectibus constitutum subditus ardor accendit, vt Heliodori matrem haeresis Arianae vinculis colligatam expeteret* (leg. expediret), *illuminaret, attraheret.* 4) *Heliodorus,* quem filium suum vocat *Sidonius* Apollinaris IV. epist. 10. 5) *Heliodorus,* Alexandrinus, Hermeae F. Ammonii frater. Praetereo 6) *Heliodorum,* presbyterum, qui puer, quum, disciplinam subterfugiturus, [*] ad concauam fluuii cuiusdam ripam lateret, ab homunculis quibusdam in terram pygmaeorum delatus, et post longam temporis moram matri suae restitutus est, quam fabulam ex Siluestri Giraldi itinerario

mm) *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossianos est *Heliodori, episcopi,* ad Hieronymum, presbyterum, cum rescripto Hieronymi longissimo, in quo plurima de Christi natiuitate et morte. v. cat. bibl. Leid. p. 379. nr. 28. in cat. codd. Angliae etc. tom. II. nr. MMDVI. inter codd. Voss. sic citatur: *Chromatii et Heliodori* ad Hieronym. epistola cum Hieronymi rescripto. *Harl.*

rario Cambriae lib. I. cap. 8. plura transſcribens quam credens refert *Io. C... Bec-mannus* Hiſtor. orbis terrarum geographica et ciuili p. 364. ſeq. 7) *Heliodorum*, praefectum Caſſiodori conſanguineum, lib. I. Var. epiſt. 4.

Alii denique incertae aetatis, vt *Q. Soſius Heliodorus* in vet. inſcript. apud Fabretum p. 253. *Heliodorus*, cuius Epitaphium, graecis ſcriptum litteris, in Aegypto teſtatur ſe reperiſſe *Vanslebius* p. 374. relat. de Aegypto. Tum ille, cuius Epitaphium legitur ad Gades Hiſpaniae in hanc ſententiam:

D. M. S.

Si lubet, legito.

Heliodorus insanus Carthaginienſis ad extremum orbis ſarcophago, teſtamento me hic iuſſit condier, vt viderem ſi quiſpiam me vnquam inſanior ad me viſendum ad haec vsque loca penetrauerit.

Omitto, quod apud *Themiſtium* Orat. II. p. 30. (Orat. 14. edit. Petauii) vbi Philo et *Heliodorus* ſophismatum κυριεύοντος et κερατίνου inuentores memorantur, pro Heliodoro Diodorum (Cronum) non abſurde legit Ioannes Harduinus. *Fabr.* *Heliodorus*, ſi lectio vera eſt, inter Aſcetas nominatur in *Io. Geometrae* νέῳ παραδείσῳ v. infra vol. IX. p. 26. vet. ed. *Harl.*

Supereſt vnus adhuc dicendus HELIODORVS, Lariſſaeus **), ſub cuius nomine Optica, ſiue κεφάλαια τῶν Ὀπτικῶν, paucis foliis conſtantia, edita ſunt graece et latine Florentiae apud Iuntas 1573. 4. et ibidem italice, *Ignatio Dante* interprete, vna cum Opticis Euclidis 4. Ad editionem Florentinam hunc libellum [*] graece et latine Hamburgi curauit recudi *Frid. Lindebrogius* anno 1610. 4. et *Tho. Galeus* Cantabrigiae cum opuſculis mythologicis, phyſicis et ethicis a. 1670. 8. [Sed omiſſa ſunt in ed. Gal. Amſtelod. 1688. 8.] Prodierunt etiam *Heliodori Lariſſaei* optica, ſed pleniora et in duos diſtincta libros cum interpretatione et animaduerſionibus *Eraſmi Bartholini* Pariſ. apud Cramoiſium 1657. 4. — [*Damiani Heliodori* de opticis libri II. gr. et lat. per *Eraſmum Bartholinum* cum ... animaduerſ. Pariſ. 1657. 4. v. cat. bibl. Leid. p. 170. — *Heliod.* Capita opticorum graece ...

**) Diu poſt Tiberium ſcripſiſſe oſtendit ſe, vbi narrat, eum ſe nocte quoque viſu valuiſſe, Τοιὰς καὶ νύκταρ ὁρῶν οἷας ἐκεῖνος ὁ Τιβέριος γέγονεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. Confer, quae viri docti ad Sueton. Tiberio cap. 68. Laudat et Ptolemaei Ὀπτικὴν πραγματείαν, vt Platonem quoque et Euclidis τοιχᾶν optica, atque Heronem, ut nanicum, ἐν Κατοπτρικοῖς. Multis idem ... contendit, videre nos non per ſolam immiſſionem radiorum ex obiectis, ſed et per ... ἀφ' ἡμῶν φῶς ſiue per lucem, ex ... emiſſum, quod multis hodie praeter rem viſum videtur.

edidit vertitque latine et illustrauit *Antonius Matani*, philos. professor in acad. Pisana, Pistorii 1758. 8. et p. 37. sqq. dissertat. addidit epistolarem *de Heliodoro Larissaeo. Harl.* Κεφάλαια illa, quae Florentiae edita dixi, in quibusdam codd. MSS. inscribuntur: Δαμιανȣ Ἡλιοδώρȣ Λαρισσαίȣ περὶ ὀπτικῶν ὑποθέσεων κεφάλαια [oo]). Vide *Labbeum* bibl. nou. MSS. p. 119. *Damiani* Heliodori nomen inuenio etiam in codicibus Is. Vossii, Galei, et Gudii: tum in eo, qui exstat in Iohannea nostra cod. LVI. MS. fol. Inter MStos codices Is. Vossii est etiam *Heliodorus* de mensuris ac ponderibus [v. cat. bibl. Leid. p. 392. nr. 25.] Et *Labbeus* Bibl. nou. MSS. p. 117. memorat *Domni*, siue *Domneni Larissaei*, philosophi, enchiridion introductorium in mathematicam [in cod. *Paris.* bibl. publ. MMCDIX. et MMDXXXI. *H.*] et Enchiridion arithmeticae. [Enchir. in cod. Coisl. CLXXIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 229.]

VI. De fabula erotica, quae sub ATHENAGORAE nomine prodiit, supra dixi. *Fabr.* vol. VII. p. 98. sq. Fabr. h. l. inseruerat longam *de la Croze* epist. ad *Io. Chr. Wolf* de libro Athenagorae supposito, de vero amore et loco, in Dosiadae ara illustrato: sed, vt iam supra l. c. p. 100. monui, eam, quia repetita est in Thesauri epist. Lacroziani tom. III. p. 249. sqq. hoc quoque loco excludendam duxi. Paucas tantum Fabricii adnotationes, quoniam desunt in Thes. illo epist. hic, ne alii frustra illas desiderarent, retinui. Ad p. igitur in illo Thesauro 256. ad locum verbaque de la Croz. *Eustath. qui παρεκβάσεις suas* etc. Fabric. animaduertit: „Potuit etiam respicere in illum poetam scholia, quae hodie in manibus doctorum sunt, et in quibus ad Isthm. od. V. leguntur haec verba: ἑκάστῳ δὲ τῶν ἀστέρων ὕλη τις ἀνάγεται, ἡλίῳ μὲν χρυσὸς, σελήνῃ δὲ ὁ ἄργυρος, Ἄρεϊ σίδηρος, Κρόνῳ μόλιβδος, Διῒ ἤλεκτρος, Ἑρμῇ κασσίτερος, Ἀφροδίτῃ χαλκός." — Ibid. ad verba: *forte et alii Eustathio antiquiores* etc. Fabric. adscripsit: „*Olympiodor.* in 3. Meteorolog. p. 59. b. ἰστέον δὲ καὶ τȣ̃το, ὅτι θεῖος Πρόκλος ἐν τοῖς εἰς Τίμαιον ὑπομνήμασιν ἀνάγει τὰ μέταλλα εἰς τȣ̀ς ἑπτὰ πλανωμένȣς, λέγων ἀνακεῖσθαι τὸν μὲν μόλιβδον τῷ Κρόνῳ διὰ τὸ βαρὺ καὶ συγνὸν καὶ ψυχρὸν, τὸ δὲ ἤλεκτρον τῷ Διῒ διὰ τὸ εὔκρατον καὶ ζωογόνον τȣ̃ ἀστέρος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μίγμα τιμιώτερόν ἐστι χρυσȣ̃ καὶ εὔκρατον· τῷ δὲ Ἄρεϊ τὸν σίδηρον, διὰ τὸ τμητικὸν καὶ ὀξύ. Ἡλίῳ δὲ τὸν χρυσὸν, ὡσανεὶ πηγῇ φωτὸς ὄντι. Ἀφροδίτῃ δὲ τὸν χαλκὸν διὰ τὸ ἀνθηρὸν καὶ ὅτι πλησίον ἐστὶ τȣ̃ ἡλίȣ, ὥσπερ καὶ χαλκὸς τȣ̃ χρυσȣ̃. Ἑρμῇ δὲ τὸν κασσίτερον διὰ τὸ διαφανὲς καὶ στιλπνὸν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τῆς σελήνης, ὥσπερ ὁ κασσίτερος τȣ̃ ἀργύρȣ. Τῇ δὲ Σελήνῃ τὸν ἄργυρον, ἐπειδὴ καὶ ὁ ἄργυρος παρὰ χρυσῷ τιθέμενος δοκεῖ καταλάμπεσθαι ὑπὸ τȣ̃ χρυσȣ̃ καὶ φωτεινότερος γίνεσθαι, ὥσπερ ἡ σελήνη ὑπὸ τȣ̃ ἡλίȣ καταλάμπεται. Constantinus Manasses, sed Eustathio iunior p. 3. Annalium:

Ὁ

oo) *Damianus Larissaeus* in cod. *Argentorat* v. *Lorenz* in: Schlözer. Briefwechsel. p. 199. — Sub nomine *Heliodori Larissaei* optica in cod. bibl. publ. *Paris.* MMCCCXLII. nr. 4. et MMCDLXXVI. cum interpretatione latina. In cod. autem MMCCLIII. nr. 3. *Damiani*, Heliodori filii, capita opticarum hypotheseon. — In cat. MSSt. Angliae etc. tom. II. nr. MMCCLXIV. inter codd. *Voss. Dam. Heliod.* philos. opticorum libri II. — inter codd. *Gale* nr. MMMMMMLXIX. *Damiani* optica, gr. — nr. MMMMMMLXXVI. *Heliodori* astronomica doctrina de decanis totius Zodiaci, — nr. MMMMMMLXXVIII. *Heliod.* optica, gr. et lat. auctiora et cum aliis codd. collata. *H.*

Ὁ Κρόνος ἦν μελάντερος, μολίβδινος τὴν χρόαν,
Ἔλαμπε Ζεὺς ὡς ἄργυρος, Ἄρης φλογώδης ὤπτο,
Ἐξέλαμψεν ἥλιος λαμπρὸν ὡς εὔροιζον χρυσίον,
Ἀντηύγει δ' ὡς κασσίτερος σφαῖρα τῆς Ἀφροδίτης,
Ὡσεὶ χαλκὸς ἐρυθραυγὴς Ἑρμῆς ἐλαμπτηρεύχει,
Διαφανὴς ὡς ὕελος ηὔγαζεν ἡ σελήνη.

— Ad p. 256. *Thesauri* etc. ad verba in *Apuleio*, in *Heliodori Aethiopicis* etc. Fabr. in nota scr. „Multa in hanc sententiam *Iac. Tollius* in fortuitis." et ibid. ad versum in Ara Dosiadae; μήτε ταγχούρων Fabr. notauit haec: „Is. Vossius legit μήτε Γάγγου. Alias coniecturas vide in Hadr. Relandi part. II. diss. misc. p. 247. 248." — De *Dosiada*, eiusque ara et Holoboli in illam scholiis, v. supra, vol. III. p. 810. sqq. — *Gallice* versus est libellus: *Du vrai et parfait Amour escrit en grec par Athénagoras, philosophe athénien. — traduit en françois par M. Fumée, sieur de Genillé.* Paris. Dan. Guillemont. 1612. II. voll. 12. teste *de Bure* in catal. des Livres du Cabinet de feu M. Louis-Jean Gaignat, tom. I. p. 542. Antiquiorem ed. citat Fabr. supra, vol. VII. p. 98. *Harl.*

VII. ACHILLES TATIVS, (velut Tatii libertus vel filius, vt Salmasio placet,) apud Suidam pp) Στάτιος, Alexandrinus, ethnicus primum, post Christianus, ac, si eidem Suidae credimus, episcopus, incertae admodum aetatis, praeter librum περὶ σφαίρας cuius pars hodieque exstat qq) sub titulo: *Isagoges in Phaenomena Arati*, scripsit et libros VIII. Ἐρωτικῶν τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, siue *de amoribus Clitophontis et Leucippes.* Laudatur a *Photio* cod. LXXXVII. et XCIV. et CLXVI. *Michaeli Psello* apud Allatium c. 4. de patria Homeri, p. 1753. et a *Iohanne Pacca* in Allatii συμμίκτοις p. 10. cui dicitur ὁ τὴν Λευκίππην γράψας. Exstat et MS. in bibl. Io. Mori Eliensis episcopi n. 219. rr) Photii (vel Leonis philosophi potius) iambos decem in hos Tatii [illegible]

pp) Et *Eudoc.* in Ἰωνιᾷ p. 69. vbi etiam *poeta* dicitur. Add. supra, libr. III. c. 18. §. 23. vol. IV. p. 41. sqq. vbi de incerta Achillis aetate, eiusque libr. περὶ σφαίρας et libro erotico etc. tam in textu, quam in notis ego et Fabric. iam plura adnotauimus. Num igitur *Bourdelotii* iudicium, Achillem fuisse simiam Heliodori, stare possit, aut num a Musaeo Achilles imitatione sit expressus, incertum est et vero dubium. Atque ibidem et in Introd. in hist. L. Gr. II. 1. (vbi a p. 284. de *Achille Tatio* copiosius egi et alios laudaui VV. DD.) quid de mutua eroticorum imitatione, quam opinionis errore quidam finxerunt, sit statuendum, iam meam dixi sententiam. conf. *Dorville* ad Pselli iudicium in Misc. obs. crit. vol. VII. tom. III. p. 374. sq. Cl. Mitscherl. hanc Fabricii nostri de Achille Tatio narrationem maximam partem recudi fecit, et vero egregie auxit post praefationem ad suam edit. Adde *Weidleri* hist. astronom. p. [illegible] Salmasii ac Bodenii praefationes, illorum [illegible] praefixas, et *Vauassor.* de ludicra dictione [illegible] IX. p. 158. sqq. ibique Kappii not. p. 15[illegible] Lips. 1722. 8. *Boden.* [illegible] scripsit pro[illegible] Achille Tatio, Wittenb. 1[illegible] 4. [illegible] nomine et aetate Achillis [illegible] qui [illegible] saeculum vixisse opinatus est, de libro eius [illegible] et editionibus, de cod. Bauarico, vnde [illegible] variarum lection. [illegible] collegit, et [illegible] num edit. [illegible] dedit specimen. *Harl.*, [illegible] Vermischte Schriften tom. II.

qq) Vtrumque opus antequam Christianus [illegible] ab Achille scriptum [illegible] viri docti, [illegible] lus in Almagesto.

rr) Quibus codd. vsus sit Salmasius, [illegible] adnotauit. De aliis igitur pauca [illegible]

libros ex inedita epigrammatum graecorum Anthologia Salmasius suae Tatii editioni praefixit. [Reddidit Reiske in Anthol. p. 126. adhibita medela. *Harl.*] Latine primum lucem viderunt *Anniibale Cruceio*, Mediolanensi, interprete Basil. 1554. 8. apud Heruagium. Deinde graece e codice Palatino vulgauit, Cruceiique translationem adiunxit *Io. Commelinus, Hei-*[illegible] anno 1606. 8. cum Longo et Parthenio ss). Emendatiorem ab eo tempore editionem debemus *Claudio Salmasio* Lugd. Bat. 1640. 12. qui vsus codice Thuanaeo, et collatione duorum exemplarium bibliothecae christianissimi regis, tum codice Casauboni, qui est in bibliotheca reg. Angliae, atque comparatione codicum, Romani ac Florentini, tantam in illis varietatem reperit, vt non dubitaret, duas olim ἐκδόσεις huius scripti ab ipso Achille tt) prodiisse uu). Idem Salmasius graecis a se recensitis adiunxit iam dictam Cru-

cod. *Veneto* D. Marci DCVII. non *Agathiae* Daphniaca, (vt *Zanettus*, falso deceptus titulo, in cat. codd. gr. Ven. p. 314. crediderat;) sed *Achillis* fabulam de Clitophontis et Leucippes amoribus contineri, cl. *Villoison* in suis animaduu. ad Longum p. 1. et in anecd. gr. II. p. 243. indicauit. — Cod. CCXI. *Monach.* in bibl. elect. Bau. (in cat. codd. gr. p. 76.) laudat Boden. in praef. sua et in prolusione mem. qui variis locis manifeste depravatis desiderat medicinam. — *Paris.* in bibl. publ. in cod. MMDCCCXCV. — MMCMIII. et MMCMXIII. — In *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 34. C. *Romae* in bibl. Vatic. inter codd. reginae Succiae, nr. 936. — ib. p. 505. E. *Mediolani* in bibl. Ambros. — p. 632. D. *Londini* in bibl. reg. — sec. cat. codd. Angliae etc. II. nr. MMMMMMMMMDLXIV. in cod. bibl. *Iacobaeae* — nr. MMMMMMMMMCDV. inter codd. *Mori* episc. Noruic. — *Florentiae* in bibl. monast. Camaldul. Achilles Tat. cum aliis scriptor. eroticis, teste *Montfauc.* in Diario ital. p. 365. sq. *Harl.*

ss) Ex cod. satis bono. Sed antea lucem vidit: Narrationis amatoriae (*Achillis Tatii*) fragmentum, e graeco in latinum conuersum, *L. Annibale Cruceio*, Mediolanensi, interprete. Lugd. ap. Seb. Gryphium 1544. 8. Epistola nuncupatoria data est Mediolani nonis Octobr. 1543. v. *P. Ant Crevenna* in cat. libr. part. II. Amst. 1776. 4. p. 173. et *Paitoni* in bibl. degli autori-volgariz. tom. I. p. 1. qui prouocat ad Biblioth. des Romans avec des Remarques critiq. sur leur choix et leurs differentes Edd. par *M. le C. Gordon de Percel.* (Amsterd. 1724. 8. II. tom.) tom. II. p. 7. *Harl.*

tt) Inscriptio libri haec est: *Achillis Tatii* de Clitophontis et Leucippes amoribus libri VIII. *Longi*, sophistae, de Daphnidis et Chloes amoribus libri IV. *Parthenii* Nicaeensis de amatoriis affectibus lib. I. Iterum edita gr. ac lat. In bibliopolio Commeliniano M. DC. VI. (1606. 8.) Scatet vero illa ed. mendis: lacunae hinc illinc comparent, et duae fere paginae, 210 et 211. in extremo libro desiderantur. Neque *Commelin.* operi vltimam admouère manum, neque id absoluere potuit; sed illo fatis intercepto, ex eius sorore nepotes Iudas et Nicol. Bonnuitii profligarunt laborem. Codex vero ille Palatinus cum aliis demigrauit Romam. Inter libros *Vossianos* fuerat exemplar cum MSSt. collatum; secundum catal. codd. Angliae, tom. II. nr. MMDCCXXXII. — Aliud exemplar cum MSS. I. Scaligeri notis, in bibl. quondam Burmanni II. v. illius bibl. catal. inter codd. MSSt. etc. p. 45. MMMDCCLXXXIII. *Harl.*

uu) Ex Thuanaeo cod. qui fluxerat ex codd. regiis Paris. sicuti hi ex Florentino, qui ab ed. Heidelb. adeoque cod. quondam Palat. valde dissident, Salmas. suppleuit χάσματα prioris edit. et defectus. V. eius praefat. Boden. vero de duplici illa, quam Salmasius putarat, ἐκδόσει ita haud inepte iudicat: „Examinanti mihi ista dissidia curatius, locosque plures conferenti, venit in mentem, alteram editionem fortassis ab auctore fuisse scribae dictatam in calamum, alteram sua manu scriptam. Namque ego multa spuria deprehendi in vocabulis eiusdem similisue soni, quae librarius minus recte videretur auribus excepisse. Ita sunt alii codd. ab auctoris autographo, quod correctius fuit, descripti, et alii ab exemplo librarii, quos vero, vti per manus in manus venere, posteritas deinde locis diuersis sensim sensimque emendauit, quoniam et hi inter se dissident." Hactenus Boden. *Harl.*

ceii, (qui male Cruccius apud Voſſium p. 315. de hiſt. graecis.) verſionem, et in calce libri breues notas, in quibus varias lectiones perſequitur et interpretem ſubinde caſtigat. *Si plus otii*, inquit, *adfuiſſet, nouam verſionem adiunxiſſem. Hoc cum non potuerim, melius iudicaui relinquere integram, quae iam prodiit, quamuis infinitis locis vitioſam et a mente graeci auctoris longiſſime recedentem, quam eam interpolare. Nunquam probaui huiusmodi interpolatores alienarum curarum — — Siue bene ſiue male alicui ceſſerit ſtudium auctoris alicuius graeci in latinum conuertendi, cur ignorare poſteros hoc nolumus, quid quisque in eo genere recte an ſecus ediderit. Si plura bona malis in verſione erunt, ita illa confeo laudanda, vt de his admonere lectores rudiores putem neceſſarium, non tamen, vt licentiam hanc mihi permittam, qua vnum opus de meo et alieno, paene rem monſtro ſimilem componam. — — Si autem plura vituperanda laudandis interpres aliquis dederit, quid reliquum eſt, niſi vt noua alia ſubrogetur in locum eius, quae peſſima ſit, modo quis id poſſit aut velit.* Gothofredus quoque Iungermannus nouam Tatii editionem verſionemque molitus fuiſſe cognoſcitur ex litteris Gruteri, [?] quae leguntur inter Gudianas p. 210.

[Multo poſt ſucceſſerunt vno eodemque anno *Lud. Dutens*, in nitida Achillis Tatii edit. Pariſ. 1776. 8. et, qui plura praeſtitit, *Boden*, profeſſor quondam Wittebergenſis, poſtquam antea ſcripſerat proluſionem ſupra memoratam. Editio vero inſcripta eſt: Ἀχιλλεως Τατιȣ — de Clitophontis et Leucippes amoribus libri VIII. varietate lectionis notisque *Cl. Salmaſii*, *I. B. Carpzouii* vv), *T. B. Bergeri* ac ſuis illuſtrati a *Beniamin Gottlieb Laur. Boden* P. P. O. Lipſiae, ſumt. I. Fr. Iunii 1776. m. 8. Cod. Bauar. quidem vtebatur; a Reiskia acceperat varias Palat. cod. lectt. a Grulichio exempl. Commel. cum cod. Caſaub. collatum; ſed tamen textum fere Salmaſianum reddidit, ſuasque coniecturas, paucas admodum easque leues, in notis repoſuit. Eius enim opera maxime verſatur (atque ea ratione bene meruit de Achille Tatio,) in comparandis aliorum eroticorum ſcriptorum locis ſimilibus. Neque omnino placuit labor Boden. cenſori in bibl. critica Amſtel. I. part. II. p. 43. ſqq. qui primum dedit argumentum fabulae ad intelligendam totius operis ſummam, et ad iudicium de artificio atque compoſitione, de virtutibus vitiisque illius rite ferendum in primis vtile plerumque; deinde p. 58. de edd., inprimis Bodeniana, iudicauit, denique p. 59 — 62. ſubiecit doctas acutasque, potiſſimum ſcriticas, notas in plura Achillis Tatii loca. — Ex illa bibl. crit. argumentum Mitſcherlich. in ſua edit. poſt praefat. p. XI — XX. atque obſeruatt. plurimas criticas, p. V. praefat. bene fecit recudi. Mitſcherlich enim nouam eamque criticam curauit editionem, multis locis vel ex codd. lectionibus vel de coniectura aliorum correctis. Inſcriptio haec eſt:

Ἀχιλλεως — *Achillis Tatii Alexandrini de Clitophontis et Leucippes amorum libri VIII.* graece et latine (ſcil. cum Cruceii verſione,) textum recognouit, [illegible]

[illegible]

vv) Sumtae ſunt Carpzouii notae ex eius libro obſeruationum philologicarum in Palaephatum periculum: acc. aliae animaduerſſ. in nonnulla *Muſaei* et *Achillis Tatii* loca. Lipſ. 1743. 8. Eius tamen obſſ. paucae ſunt, eaeque longae; ſed Carpzouii notas neque emendando neque [illegible] auctori inſeruire, indicant cenſor [illegible] Batauus, qui Bergeri not. maioris aeſtimat, et Mitſcherlich. *Harl.*

lectionis varietatem adiecit *Christ. Guil. Mitscherlich,* prof. Gotting. Biponti ex typogr. societatis. 1792. m. 8. Alia est inscriptio generalis: *Scriptores erotici graeci volumen I. Achillem Tatium continens. Harl.*

Gallice anonymo, (*Francisco Belleforesto* forte, vide A. Verdier Bibl. Gallicae p. 5. et Crucimanium p. 9.) interprete. Paris. 1568. 1575. 8. — [françois par Jean *Baudoin* avec des argumens et des figg. en taille-douce. Paris. Sim. Février 1635. 8. v. de Bure in catal. L. I. Gaignat. tom. I. 1769. 8. p. 543. — Aliam gallicam vers. Amstel. 1733. memorat *Bode* in praef. p. IX. — cum notis D··· D··· Hagae Comit. ap. Isaac. Beauregard. 1735. 8. — *Mercier* Abbé *de St. Leger* versionem Achillis Tatii et reliquorum eroticor. scriptor. laudaui supra ad §. V. — Per *Perron de Castera.* nouv. edit. cum notis et quatuor figg. tom. II. Paris. 1796. 8. — per *Clement* ib 1800. 12.

De versione *Francisc. Ang. Coccii,* (Coccio da Iano h. e. da Arezzo) *italica* et pluribus illius editionibus, interdum dubiis, harumque diuersitate copiosus est *Paiton.* in bibl. degli Autori - volgar. tom. I. p. 1 — 6. Prius vero fragmentum illud, a Cruceio latine conuersum et supra iam memoratum, sine nomine Achillis Tatii, in linguam italicam a *Lud-Dolce* translatum est: *Amorosi ragionamenti. Dialogo - tradotto per M. Lodouico Dolce,* dai fragmenti d' uno antico scrittor Greco. In Vinegia, appresso Gabr. Giolito de Ferrari 1546. 8. — iterum, correctius. ibid. 1547. 8. — Tum *Coccii* versio Achillis Tatii edita est aut recusa saepiusque nouum accepit tantummodo titulum, Venet. 1551. (in fine 1550.) 8. — 1560. 8. — 1563. 8. bis, (nominibus tantum typographorum mutatis,) — 1568. 8. — 1578. 8. — Florent. ap. Phil. Iuntam MDIIC. in fine 1597. 8. sec. bibl. des Romans, tom. II. p. 7. ibid. 1599. sed secundum Fontanin. della Eloquenza Italiana. (Venet. 1737. 4. p. 560.) atque in Creuennae cat. l. c. anno 1598. 8. — castigatius, in Trivigi, 1600. 8. bis, mutato bibliopolarum nomine: — Venet. 1608. 8. — et Florent. apud Iuntas 1617. 8.

Germanice versus est Achilles Tatius, Francof. 1670. 8. et a *Seyboldio* ex ed. Commeliniana. Lemgou. 1772. 8.

Anglice, Londini 1577. 4. Oxon. 1638. 8. — Lond. 1720. 12. *Harl.*

Alia scripta deperdita huius scriptoris a Suida [atque Eudocia l. c.] memorantur: Ἐτυμολογίαι, et ἱστορία σύμμικτος, in qua mentionem fecit de viris insignibus ac clarissimis

VIII. LONGVS incertae et ipse aetatis scriptor, et vix cuiquam veterum memoratus. in Iungermanni codice vocatur Σοφιστής, et post Heliodorum scripsisse videtur, eumque locis quibusdam imitatus esse ww). Exstant eius *libri quatuor* Ποιμενικῶν τῶν

R 3 κατὰ

ww) *Saxius* in Onom. I. p. 472. refert eum ad initium saeculi V. *Boddenius* coniicit, eum saeculo IV. aut V. floruisse. - De Longo plura [illegible] in Introd. in hist. L. Gr. I. part. I. p. 558. sqq. vbi p. 560. iam animaduerti, quoniam in codice quodam Cassini loco Λόγγου scriptum exstet λόγου ποιμενικῶν, in eoque vocantur λεσβιακῶν ἐρωτικῶν λόγοι δ', quaestionem ortam esse, num *Longus* vnquam exstiterit, et annon illius nomen ex lectione λόγου sit effictum. — Codices *Longi* pastoralium exstant in bibl. publ. *Paris.* nr. MMDCCCXCV. MMCMIII. et cum coniectis ad marginem

κα-ὰ Δάφνιν καὶ Χλόην, *Pastoralium de Daphnide et Chloë*, quos Politiano pridem laudatos c. 2. Misc. et a *Iac. Amioto gallice* versos, Paris. 1559. 8. primus graece in lucem edidit ex *Aloysii Alemanni* bibliotheca Florentiae apud Philippum Iuntam a. 1598. 4. cum variis lect. *Raph. Columbanius*. Opus hoc, prosa amoena graeca scriptum, latino carmine in expositis suis reddidit *Laurentius Gambara*, iam tum senex xx), *sed libere adeo, vt saepe vix Longum agnoscas, adeo multa addit, demit, mutat, vt taceam, quod saepe nec mentem Longi fuerit assecutus; quippe poeta melior quam graece intelligentior*, vt ait *Vossius* p. 517. de hist. graecis, et ante eum Iungermannus praef. ad Longum: *Non eo fine Gambara suos expositos cecinit, quod voluerit interpretem Longi agere. Quia suo sibi modo immutat, mutilat, confundit Longiana. Et de ipsius peritia* Ἑλληνισμοῦ *ne quid aduersi pronunciasse videar, dicant tibi doctissimi illi, quos laudis et honoris gratia nomino, Stephanus et Vulcanius.* Ex hac Gambarae Metaphrasi factum est, vt *Mallincrotus* p. 59. paralipom. de historicis graecis et post eum *Moreri*us in lexico perperam tradiderint, Longum carmine heroico de amoribus Daphnidis et Chloes scripsisse, cum prosa opus suum graeca contexuerit. Graece et latine cum versione *Gothofredi Iungermanni* editus est Longus Hanouiae a. 1605. 8. additis ad calcem voluminis breuibus interpretis, sed eruditis notis, in quibus praeter Florentinam edit. codices MSS. *Fuluii Vrsini*, Romae collatos, consuluisse se testatur. Cum *Laurentii Gambarae* liberiore, (de qua supra dixi,) Metaphrasi Longus etiam prodiit cum aliis scriptoribus eroticis, ex Commelini officina Heidelbergae a. 1606. 8. Post gallicam, quam memoraui, Amioti translationem *anglice* vertit *Georgius Thornley* [?] Lond 1657. 8. Iungermanni vero interpretationem ignorans *Petrus Moll*, Snecanus, professor graecae L. in academia Franequerana aliam versionem Longi latinam adornauit, quam quum absoluisset, demonstrata licet ipsi postea ab amico Iungermanniana editione, noluit labores suos sibi perire; sed Longum cum noua versione sua et vberioribus notis edidit Franequerae 1660. 4. — [Splendida est editio, a Nealmo, bibliopola Paris. curata: *Longi pastoralium de Daphnide et Chloë libri* quatuor. Graece et latine, (n. cum versione Molli lat.) Editio noua vna cum emendationibus vncis inclusis, distincta viginti nouem figg. aeri incisis a B. Audran, iuxta delineationem celsiss. Ducis Aurel. Philippi, et tabula ab A. Coypel delineata. Acc. alia ornamenta ab A. Cochin, partim a C. Eisen adornata, et Sim. Fokke in aes eleganter incisa. Lutet. Paris. 1754. 4. conf. noua acta erudit. a. 1754. m. Iun. part. I. p. 297. sqq. — Nitida est editio a *Ludou. Dutens*, Paris. 1776. 12. curata — *Beniam. Gottlieb Laur. Boden* denuo edidit Longi pastor. gr. cum *Laur. Gambarae* expositis atque indice, *Molli*que versione lat. ac tum superiorum copias in suam transtulit et tum illas suis locupletauit. Lips. 1777. 8. — Nouam contextus gr. ex libris tam scriptis, quam editis correcti recensionem fecit, in doctisque animaduerss. (symbolis quoque a Valckeu.

marginem emendationibus, partim coniecturalibus, partim e Fuluii Vrsini codice inito descriptis, nr. MMCMXIII. — *Florentiae* in bibl. monast. Camaldulens. cum aliis scriptt. eroticis, teste *Montfauc* in diario ital. p. 365. — Secundum cat. codd. Angl. tom. II. inter codd. *Is. Vossii* nr. MMCCXCI. et inter libros *Ed. Bernardi* cum scriptis codd. collatos etc. nr. [illegible] CDXVI. *Harl.*

xx) Apud Vossium pro *ante annos CLXX* haud dubie legendum *ante annos* [illegible] Gambarae poemata et in his expositi eius [illegible] runt Antwerpiae a. 1509. 8. [illegible] liber ex[illegible] est a. 1049.

cken. Wyttenbachio, Henn. Tollio et Nic. Hinlopen collatis,) et plura ſanauit, quae viderentur, vulnera, aliosque illuſtrauit auctores *Io. Bapt. Caſp. d'Anſſe de Villoiſon.* gr. ac lat. excud. Fr. Amb. ſumt. Guil. Debure. Pariſ. 1778. II. tom. in 4. et 8. — Textus, a Villoiſonio conſtitutus, in ſplendida editione typis Bodonii, in typogr. regia, gr. eſt recuſus Parmae 1786. med. 4. cum proloquio (Paciaudi,) de libris antiquiorum non minus quam recentiorum eroticis. Plura vide in Lipſ. A. L. Anz. a. 1799. nr. 2. et 3. nec pauca ibi excerpta ſunt ex Paciaudi proloquio. — Recentiſſima eſt editio: Λογγȣ — *Longi paſtoralium* de Daphnide et Chloë libri IV. gr. ac lat. Acced. *Xenophontis* Epheſiacorum — libri V. Textum recognouit — *Chr. Guil. Mitſcherlich.* Biponti 1794. 8. — *Amioti* verſio gallica prima eſt a Fabricio iam indicata: ſed ſaec. XVIII. ſaepius recuſa, Amſtel. cum figg. ap. du Villard 1716. 12. et ap. viduam Marel 1718. (v. *Nicer.* Memorias etc. tom. IV. p. 226. ex interpr. germ. Baumgarten.) In primis notanda eſt editio ornata figg. a Duce Aurelianenſi delignatis et a Bened. Audran aeri inciſis: princeps eaque magnifica edit. eſt: *Les Amours paſtorales de Daphnis et Chloë* trad. du grec de *Longus*, en françois, par *Iacq. Amiot.* Ouvrage enrichi de figures en taille douce graueés par Benoiſt Audran, ſur les deſſeins de M. le Duc d'Orleáns, Regent du Royaume, (Paris) 1718. in 8. Haec edit. rariſſima habetur, quia tantum 250. exempl. ex prelo exierunt, nec vendebantur in tabernis librariis, ſed a Duce Aurel. donabantur hominibus. v. *Clement* bibl. curieuſe etc. tom. I. p. 285. *Freytag.* in analectis litter. p. 23. ſq. Bibliothéque des Romans par *le C. Gordon de Percel.* tom. II. p. 5. *Adelung* in Fortſetz. vnd Ergänz. — Iöchers allg. gel. Lexicon. vol. I. in vita *Amioti* p. 735. qui memorat editt. poſt mortem Duc. Aurel. prelo ſubiectas (Pariſ.) 1745. 8. — Par. ſine anni et loci nota, 12. et Pariſ. 1731. 12. — *Crevenna* catal. libr. part. II. ed. in 4. p. 171. ſq. qui etiam laudat: Les Amours — par *Longus.* Double Traduction du Grec en François de M. Amiot et d'un Anonime, miſes en parallele, et orneés des Eſtamp. de B. Audran. Pariſ. 1757. 4. inprimis *Bure* in: Bibliogr. inſtruct. Belles-Lettres, tom. II. p. 95. ſqq. qui memorat quoque edit. Pariſ. lat. et franco-gall. 1754. min. 4. pluribus aliis figg. Cochin. aliorumque locupletatam. — In nouis actis erudit. loco ſupra citato p. 299. laudatur quoque editio: Amours de Daphnis et Chloë, avec figg. par un Eléve de Piccart. Amſtel. 1750. 12. — par *Anſſe de Villoiſon* avec des figg. Pariſ. 1787. mai. 4. — *Gallice*, vertit quoque Longi paſtor. *Petrus de Marcaſſus.* Pariſ. 1626. 8. item *Mercier* in bibl. des Romans. ſupra citata. — *Germanice* (Grillo.) Berol. 1765. 12. reſciſis locis parum verecundis. *Harl.* In *italicam* linguam transtulerat Longum *Annibal Carus*, teſte *Gaddio* de ſcriptoribus non eccleſiaſticis tom. I. p. 122. ſed edita non eſt, quod ſciam, illa verſio. [*Italicas* binas verſiones recenſet *Paiton.* in bibl. degli Autori — volgarizz. tom. II. p. 218. ſq. Altera *Io. Bapt. Manzini*, Bonon. 1643. (male in Bibl. des Romans p. 5. legitur 1647.) 4. eſſe videtur potius imitatio ac paraphraſis, quam interpretatio. — Altera, auctore *Caſp. Gozzio* eſt ex graeco ſermone facta, Venet. 1746. 8. *Harl.* —] *Huetius* libro de fabulis Romanenſibus p. 67. *Cum puer eſſem*, inquit, *Longum latine interpretandum ſuſcepi, cum nondum haberem exploratum, quid in eo laudabile eſſet, quid vitioſum, et quantum eius lectio pueritiae damnoſa ſit, quam parum etiam aetati prouectiori decora.* Quae porro in Longo laudentur vel etiam reprehendantur, tum apud eundem Huetium, tum apud *Baylium* in Lexico, vbi voles, videbis. A Barthio quidem II. 8. Aduerſar. celebratur

his

his verbis: *Iucunda sane commentatio Longi, sophistae, simplicitate cum rerum natura certans, fortunae vero ludibriis et inopinatis euentibus cum cothurno et socco quibusuis.* [add. iudicia VV. DD. a Iungermanno in praef. sua collecta. *Harl.*]

IX. EVSTATHIVS, siue, vt in codicibus quibusdam vocatur, EVMATHIVS yy), auctor *XI librorum*, qui exstant, *de Ismeniae et Ismenes amoribus*, siue dramatis zz) prosa graeca scripti καθ᾽ ὑσμινίαν καὶ ὑσμίνην, patria Macrembolites fuit, siue Parembolites, vrbe Aegypti, vt obseruauit If. Casaubonus, quem consule epistola CCCCXXIII. ad Iungermannum. In codice *Mediolanensi*, teste *Vossio*, p. 491. de hist. graecis, vocatur *Eumathius Macrembolites Protonobelissimus*: ita enim legendum pro *Protonobelissimus*. In codice cardinalis Barberini etiam *Eumathius* Macrembolites dicitur, teste Holstenio adnotationibus ad Ortelium p. 111. In alio codice, quem memorat Cangius in Glossario graeco, vocabulo Νωβελίσιμος: Ποίημα Εὐςαθίȣ Πρωτονωβελισίμȣ καὶ μεγάλȣ χαρτοφύλακος τὸ καθ᾽ Ὑσμινίαν δρᾶμα, βιβλία περιέχων ιά a). Vix dubitandum adeo mihi videtur, auctorem illum diuersum esse ab Eustathio, archiepiscopo Thessalonicensi, de quo dixi nonnulla lib. II. c. 3. §. 9. Quo tempore autem vixerit, adhuc requiro. [[?]] Primus graece vulgauit cum eleganti versione doctissimus *Gilbertus Gaulminus*, Molinensis. Paris. 1617. 8. cui editioni anno proximo 1618. accessere eiusdem Gaulmini praefatio ac notae; in quibus p. 21. quatuor codicibus MSS. vsum se fuisse testatur, regio, Maussaci, et aliis duobus, quorum vnum suum subinde adpellat. Latina versio sola cum Parthenii eroticis recusa est Lugd. Bat. 1618. 12. Editionem huius Eustathii molitus etiam fuerat *Iungermannus* b), sed morte praeuentus est Hanouiae a. 1610. — [Gaulmini editio typis repetita est gr. (sed emendatior et correctior,) ac latine, curante *Lud. Henr. Teuchero*, ap. Breitkopf. et soc. 1797. 8. Est nitida editio. — *Eustathius* de Ismeniae et Ismenes amoribus, et *Parthenius Nicaeensis* de amatoriis affectionibus. *Latine* Lugd. B. 1618. 12. — Amorum Ismenes Ismeniaeque historia ab *Eustathio* XI. libris comprehensa, Lugd. Bat. ex offic. *Iacobi Marci* 1634.

yy) Vide *Maussacum* ad Harpocration. p. 277. *Iungermannum* ad Longum p. 220. 223. *Allatium* de aetate et interstitiis ordinum apud Graecos p. 186.

zz) Ismenias ipse in extremo libri XI. Κλήσει δὲ ἔςαι τῇ βίβλῳ τὸ καθ᾽ Ὑσμίνην δρᾶμα καὶ Ὑσμινίαν ἐμέ.

a) Praeter codd. a Fabricio nominatos, sunt sex codd. mssti in bibl. publ. Paris. n. DLXXXIII. nr. 22. fragmentum; — MMDCCCXCV. Eustathii libri XI. — sub nomine autem *Eumathii* in cod. MMDCCCXCVII. quod exempl. a viro quodam docto cum Vatic. codd. collatum esse, testatur confector cat. codd. Paris. II. p. 567. — in cod. MMCMVII. nr. 2. *Eustathii protonobilissimi Macrembolitae* de Ismen. — amoribus libri XI. — in cod. MMCMXIV. nr. 1. *Eustathii protonobilissimi et magni Chartophylacis Parembolitae* — libri XI. Praemittuntur versus qui sunt iambici. Sic quoque in cod. MMCMXV. nisi vt loco *Parembolitae* dicatur *Macrembolita* — *Monachii* in bibl. elector. cod. CCXI. *Eustathii, philosophi*, libri XI. de amore etc. — *Vindobonae*, *Vindel.* auctore *Reisero* in cat. codd. p. 68. in [illegible] Eustathii philosophi *poema de Hysmine et Hysmenia*: cod. hinc inde deficiens: — [illegible] autem alius cod. *Eustathii drama de Hysmine et Hysmenia.* — *Venetiis* in bibl. D. Marci, *Eustathii* — fabula; cuius vero initium deest, teste *Villoison.* in Anecd. gr. tom. II. p. 242. — in bibl. Escorial. teste *Plüero* in itiner. per Hispan. p. 168. *Harl.*

b) Vide epistolas Gudianas p. 210.

1634. 18. — Eadem ed. omnino est typis renouata, ita vt singulae paginae lineaeque inuicem sibi respondeant, sed inscripta est, et titulus figura aen. ornatus: *Eustathii* de Ismeniae et Ismenes amoribus. Lugd. Bat. apud Dau. Lopez de Haro. 1644. 18. Lopez autem Haro eamdem epistolam nuncupatoriam ad studiosam iuuentutem in academia Lugd. B. quam Iac. Marcus praefixerat suae edit. etiam recudi fecit, sed, (quod turpe fuit plagium,) suum nomen adscripsit. Marci exemplaria habent puriorem chartam et nitidiores typos, et in Lopez. ed. est in nota numeri, in summa linea, error typographicus, 701. loco 170. — In linguam *Franco-gallicam* conuersus est libellus, praeter versiones a Fabricio memoratas, a *G. Colletet*. Paris, du Bray 1628. 8. — a *Beaumarchais*, Amstel. 1729. 12. — (a Beauchamps,) Hagae Com. (siue potius, Paris, ap. Coustelier,) 1743. 8. (mai. 12.) cum figg. — *Italica Laelii Carani* versio, quam Fabricius iam excitauit, recusa est Venet. 1560. min. 8. et ibid. 1566. 8. v. *Paiton*. bibl. etc. II. p. 60. sq. — *Germanice* verterunt anonymus ex graeco textu et versione italica, (*Ismenius. Histori von der Lieb des Jünglings Ismeni vnd der Jungfrawen Ismene.*) Argentor. 1573. — *Io. Christophorus Artopeus*, (scribitur ab aliis *Artopeius*,) *dictus Wolkenstern*, cum figg. Argentor. 1594. 8. (atque in exemplari meo in titulo longo diserte scribitur *von Ioh. Christ. Artopeo genandt Wolckenstern in Teutsch gefertigt.*) — rec. ibid. 1610. 8. (v. Kritische Beiträge etc. part. X. p. 215.) — ex versione latina *G. S. M.* (h. e. *Georg. Schirmer, Magistri,*) cum XI. figg. Lipsiae 1663. 12. — optime *Ernestina Christina Reiskia*, in lib. *Hellas* inscripto, tom. I. p. 101 — 206. Mitau. 1778. 8. v. *Degen* Litterat. der deutsch. Vebersetz. der Griechen, tom. I. p. 284. sqq. — In Obss. miscell. vol. III. tom. I. p. 100 — 103. quaedam Gratiani de S. Bauone (h. e. *Io. Alberti*) animadu. in Eustathium s. (quod is probare videtur,) Eumathium. *Harl.*] Exstat praeterea in *italicam* translatus linguam a *Luelio Carani*, Florent. 1550. 8. atque ex italico in *gallicam* ab *Hieronymo d' Avost de Laval* Paris. 1582. teste Francisco Crucimanio bibl. Gall. p. 168. et 238. praeter versionem gallicam *Ioannis Loveau*, Aurelianensis. Lugd. 1559. 8. Laudauit etiam hunc scriptorem, antequam a Gaulmino ederetur, Rigaltius ad Onosandrum etc. Salmasius praefat. ad Tatii amores: *In Germania cum essem, animus fuit in vnum corpus omnium ἐρωτικῶν scripta concludere. Et habui tunc plura, quae eo tempore edita nondum erant, vt Eustathium ex codice Augustano mihi descriptum et Cyrum Prodromum ex Palatino.* Cum superioribus neutiquam conferendum hunc Eustathium, sed admodum rudem Heliodori, Tatii, Longique imitatorem, nec verisimilitudine fictionis nec inuentionis dispositionisue elegantia lectiori se probantem notat *Huetius* p. 62. sq. libri de origine fabular. Romanens. Isaacus vero Casaubonus in Casaubonianis p. 13. testatus, hoc opus legisse se in codice MS. H. Stephani, (quo etiam Palladii liber de Brachmanibus continebatur,) *Est sane eiusmodi*, inquit, *quem legisse me non poenitet, non legisse haud magni-faciam. Inuentiones frigidiusculae, narrationes fere ὁμοειδεῖς καὶ πιθανὸν οὐκ ἔχουσαι. Dictio negligens saepe, interdum affectata putidiuscule. Verbis quibusdam et phrasibus ad satietatem scriptor vtitur. Vix aliquot periodos reperias sine nomine ὅλος.*

X. THEODORVS PRODROMVS, siue, vt in MStis codicibus frequenter, Cangio teste, adpellatur, PTOCHOPRODROMVS, inter monachos *Hilarionis* cognomen adeptus, claruit circa saeculi a Christo nato duodecimi initia, Alexio et deinde

Ioanne c) Comneno, imperium tenentibus, scripsitque *de Rhodantes et Dosiclis amoribus* libros IX. versu iambico, quos cum versione sua prosa et versibus [?] mixta notisque praeclaris edidit vir reconditae eruditionis, a quo Eustathium vulgatum iam dixi, *Gilbertus Gaulminus*, Paris. 1625. 8. Edidit autem e Salmasiano codice, a Peiresicio etiam mutilo, vnde lacunas eius suppleret, qui per Barclaium erotica e codice Vaticano describi curauerat, vt testatur *Gassendus* in vita Peireskii lib. III. ad a. 1619. *Fabr.* In cod. *Veneto* D. Marci sunt de amoribus Drosillae et Chariclis libri IX. versibus iambicis, quos *Zanetti* in cat. codd. gr. Marcian. p. 199. *Theodori Prodromi* esse scripserat, et inter Theodori ἀνέκδοτα duxerat reponendos; sed inficetam illam fabulam habere parentem *Nicetam Eugenianum*, cl. Villoison et in animaduerss. ad Longi pastoralia, vbi larga illius specimina protulit, et in Anecd. gr. p. 242. docuit. Versio Mercieri gallica: v. supra ad Heliodorum. *Harl.*

XI. Alia Theodori huius scripta, qui honoris causa subinde d) *Cyrus*, hoc est κυρὸς siue κύριος, *Dominus* Theodorus (ὁ φιλόσοφος κυρὸς Θεόδωρος) a Graecis dicitur, scripta non pauca exstant, quae breuiter commemorare non fuerit a praesenti loco alienum.

2. Ἀμάραντος ἢ γέροντος ἔρωτες. *Amarantus siue senilis amor*, dialogus prosa scriptus, cum IX. amorum libris, modo memoratis, a Gaulmino latina versione donatus, et primum vtraque lingua editus.

3. Ἀπόδημος φιλία, *Amicitia exsulans*, Dialogus versibus iambicis, cum *Conradi Gesneri* versione saepius vulgatus ad calcem Stobaei. Tiguri 1543. 1559. etc. fol. Graece primum prodierat inter alia, de quibus mox, Theodori poematia Basil. 1536. 8. — [*Cyri Theodori Prodromi* exsulans amicitia, gr. lat. *Conrado Gesnero* interprete, Paris. ap. Guil. Morelium. 1549. 4. (*Maittaire* A. T. III. p. 581.) — gr. cum notis *Mich. Maittaire*, in eiusd. misc. graecor. aliquot scriptorum carminibus, Lond. 1722. 4. p. 92. *Harl.* —] Latine vertit praeter Gesnerum et *Hieron. Erardum*, *Io. Lalicius*; Paris. 1559. 4. Exstat et gallice hoc titulo: *Amitié banni du monde: par Cyre Theodore, Poete Grec, et traduit en vers François par* Jean Figon *de Monteilimar en Dauphiné, à Tholose* 1558. 8.

4. Poematia cetera ex Sim. Grynaei codice a Io. Hontero et Hieronymo Gemusaeo recensita, iunctimque graece (parum emendate) edita Basileae 1536. apud Io. Bebelium 8. et cum versione latina, argumentis et notis *Hieremiae Erardi*, Lips. 1598. 8. haec sunt:

Τερψ-

c) Vide *Allatium* de consensu ecclesiae orientalis et occid. p. 629. et aduersus Creyghtonum p. 9. [et *Saxium* in Onomast. II. p. 219. atque *Hamburger* Zuverl. Nachr. IV. p. 176. sqq. qui, eum, scribit, adhuc vixisse circa a. 1143. idemque iam laudat *Caue* H. L. SS. EE. tom. II. p. 191. et 226. *C. Oudin.* comm. de SS. EE. tom. II. p. 973. *Petr. Lazeri* praef. in epp. Theodori Prodromi, et *R. Ceillier* hist. gen. des AA. E. tom. XXI. p. 531. *Harl.*

d) Falluntur itaque, qui Cyrum pro nomine proprio Theodori Prodromi habent. Vide *Barthium* XXIX. 19. Aduersar. *Gaulminum* in limine notarum, *Antonium Borremansium* p. 8. veterarum Gorinchemensium, et *Cangium* in Kύρ. Nec minus fallitur Kuenlerius, qui Prodromum a. C. 444. floruisse scribit in bibliotheca. Idem ait *Cotyaei* in Phrygia fuisse *episcopum*, quo auctore vel teste antiquo, nescio.

Τετράστιχα ἰαμβεῖα καὶ ἡρῷα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἐν τῇ γραφῇ, *Argumenta sius scripta librorum sacrorum, tetrastichis iambicis eademque heroicis scripta in Pentateuchum, Iosuam, Iudices, quatuor libros regum, totidem euangelistas et Acta apostolorum.* Prodierunt haec emendatiora separatim graece et latine sub titulo: *Cyri Theodori Prodromi epigrammata* [*] *nunc primum latinitate donata, cura et interpretatione* Guidonis de Sovigny, *Blaesensis, Congregat. Oratorii Domini IESV presbyteri.* Iuliomagi 1632. 4. addita ad calcem plurium locorum castigatione. Non tamen primus haec epigrammata Souignius transtulit: nam multis ante annis *Ioannis Ributti* versionem Geneuae excudisse tradit Crispinus, quamquam ipse, fateor, in hanc numquam incidi. Tetrasticha illa cum anonymi commentario graeco grammatico exstant MSS. in bibl. Vindob. teste *Lambecio* VI. p. 32. seq. *). Epigrammata tria cum versione et notis exhibet *Gretserus* tomi tertii de Cruce, libro quarto.

[*] ... ...

S 2 Τετρά-

*) s. p. 73. ed. Kollar. in cod. VII. nr. 12. Hoc loco, breuitatis caussa, alios indicabo codd. in quibus insunt *Theodori Prodr.* poemata varii generis. *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. LX. nr. 9. est index graecus quorumdam poematum *Theodori Prodromi*, Ioann. Pselli, Philae, Callielis et Nicephori Callisti, quae omnia cum praefixo eodem indice iunctim edita esse ab *Hier. Guntio*, Basil. 1536. adnotat *Lambec.* III. p. 273. — *Paris.* in bibl. publ. *versus in hexaemeron* in cod. CCCXCVI. nr. 13. — CD. nr. 7. — *Iambi in varia vtriusque testamenti capita*, et nr. 15. atque in cod. MMLXXXVII. nr. 55. *versus politici ad Io. Porphyrogenitum*, adu. Persas proficiscentem. — in cod. CCCLXV. nr. 5. *in dominicas festiuitates.* — CMXCVII. nr. 4 *in crucem* etc. — MCXLVIII. nr. 4. tetrasticha heroica *in varia vtriusque testamenti capp.* quae enumerat aliaque tradit auctor cat. codd. Paris. quondam regg. II. p. 223. — MCCLXXVII. nr. 7. tetrast. iambica et heroica *in dies domino vel B. Virgini sacros.* — MMDCCCXXXI. nr. 3. tetrasticha *in V. et N. T.* nr. 4. carmina inedita *in Theodotum patriarcham.* — *Alii versus* in cod. MCCCX. nr. 47. poema, versibus politicis: diuiditur in duo libros; in libro priore *de paupertate* conqueritur; in posteriore inuehitur in abbatem: opus ineditum: inc. μόλις τολμάσας βασιλεῦ — MDCXXXVII. nr. 2. *imperatorum a Constantino M. ad Andronicum seniorem catal.* versibus politicis trimetris, et nr. 3. *patriarcharum CPolit. a Metrophane ad Callistum catalog.* — MDCXXX. nr. 11. anonym. catal. imperatorum CPolitanorum, versibus iambicis; idem prorsus cum illo, qui inter opp. Theodori Prodromi editus est. Similis catal. anonymi est in cod. MMLXXXVII. nr. 3. — MMLXXV. nr. 36. versus *ad Andronicum imp.* — MMDCCCLXX. nr. 2. versus *in prouidentiam.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. in cod. X. nr. 80. et 83. plut. V. *ob vxorem Logothetae* et *versus in S. Barbaram*, (*Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 28. et 29.) — in cod. II. nr. 1. plut. 31. monosticha (iambica) *in festa Sctorum* cuiuslibet diei totius anni, a primo die Sept. et desinit in XXXI. Aug. non commemorantur a Fabricio. — nr. 2. eiusd. forsan Hymnus *ad imp. D. Ioannem* in *natiuitate Christi ad populum*, versibus politicis: — nr. 3. eiusdem Hymn. *ad imp. D. Io. Comnenum in baptismate Christi ad populum*, verss. politicis. — nr. 4. eiusd. Breue s. *epistola ad D. Constantinum Bardachlam*, tamquam ab orationibus monasterii Paschasiorum, nomine vniversi collegii fratrum. — nr. 8. tetrasticha iambica et heroica (LXXXXI.) *in capita, quae narrantur a IV. euangelistis, etiam in actis Apost. libris regum* etc. item in cod. XXXV. nr. 1. pars illorum tetrastich. in dominicos festos dies. (*Bandin.* II. p. 75. sqq. et p. 467.) — cod. XIX. nr. 225 — 231. tetrastichon *in helluonem;* versus XV. *in lectum;* versus XIII. *contra Eunuchos;* versus anepigraphi; tetrasticha IX. *in coelestes potestates;* versus XVI. anepigraphi. (*Band.* II. p. 171. sq.) — In cod. XXIII. nr. 5. et 4. plut. 69. duo tetrasticha iambica, quae *Bandin.* II. p. 643. graece exscripsit. — *Venetiis* in bibl. D. Marci cod.

Τετράστιχα ἰαμβεῖα καὶ ἡρῷα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἐν τῷ βίῳ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τοῦ ἁγίου Χρυσοστόμου. *Argumenta siue capita praecipua de vitis sanctorum trium Hierarcharum Gregorii Naz. Basilii Magni et Io. Chrysostomi, tetrastichis iambicis et heroicis comprehensa.*

Προσφωνητικοὶ *elegi, quibus Paulum apostolum, tres iam dictos Hierarchas, nec non Gregorium Nyssenum et S. Nicolaum alloquitur.*

Ἴαμβοι σχετλιαστικοὶ εἰς τὴν πρόνοιαν, *Carmen iambicum querulum et expostulatorium de prouidentia, quod malis bene, bonis male fit.* Emendauit *Eustathius Swartius* lib. I. Analectorum cap. 11. et latinis Iambis reddidit c. 12. Lugd. Bat. 1616. 4. [in cod. Ven. Marc. cat. p. 213. iam antea cit.]

Εἰς τὸν Βαρέα τὸν καταφλυαρήσαντα αὐτοῦ τὸ τοῦ αἱρετικοῦ ὄνομα. *In Barun* f), qui per calumniam illi, quod humanioribus litteris paullo largius se imbuisset, nomen *haeretici* impegerat *inuectiua versibus iambicis.* Ex hac non omittendus locus, quo de se et parentibus suis auoque et auunculo episcopo loquitur:

Ἐγὼ, κάκιστε, δυσσεβὴς εἰς τὸν λόγον
Ὃς πατέρων μὲν ἐξέφυν θεοφρόνων
Τὴν πίστιν ἔκ τε πραγμάτων πιστουμένων
Καὶ κλήσεων μάλιστα χριστωνυμίας
[?] Πάππου γὰρ εὐμοίρηκα Προδρομωνύμου
Καὶ θεῖον ἔσχον χρηστὸν ὠνομασμένον
Τῆς Ῥωσικῆς πρόεδρον, ἀβρὸν ἐν λόγοις,
Ὑφ' οὗ ἀναχθεὶς εὐσεβῶς ἀνεγράφην.

At

cod. CDXXXVI. praemittuntur Luciani dialogis inter alia fragmenta, *Theod. Prodromi* ὡς ἀπὸ τῆς σεβαστοκρατορίσσης (Irenes) πρὸς τὸν εἰκαῖον ἄνδρα. eiusd. iambi σχετλιαστικοὶ *in prouidentiam,* (cat. codd. gr. Ven. p. 213.) — Ibid. inter codd. *Nanianos* cod. CCLXXXI. sunt plura (89) poemata versibus politicis, quae num, saltem omnia, vti suspicatur confector cat. codd. Nan. gr. p. 462. sqq. *Theodoro Prodromo* sint tribuenda, alterius erit inquisitionis. — In cod. *Escorial. Prodromi* Tetrast. iambica et heroica in ea, quae summatim dicta sunt in veteri enarratione super hexaëmer. et alia similia in sacra festa dominica et in miracula a Christo facta: — eiusd. et Iosephi *expositio in Psalmos* v. *Pilleri* itinerar. per Hisp. p. 192. — *Neapoli* in bibl. regia cod. II. *Theodori Prodr.* iambi aliquot; eiusdem epist. ad Logothetam Stephan. Meliteuum et alios, cum alia epistola, cuius init. τοῦτο ἐκεῖνο γλῶσσα. — Ibid. in bibl. August. S. Ioann. ad Carbonar. cod. XXXI. *Prodromi* iambi varii argumenti. *Harl.*]

f) Gesnerus *in Bareum.* Gaulminus *Baream,* sed nomen hominis Βάρυς, ad quod alludens Theodorus: ὄντως βαρὺς σὺ, καὶ γυναικὶ καρδίαν. Et mox vult componi ex βὰρ, quod filium denotat, (non Graecis quidem, sed Syris,) et ὗς, quod suem,

Τὸ βὰρ γὰρ υἱός ἐστιν Ἑλλάδι φράσει
Τὸ δ' ὗς ἀγρίδηλος ἐστιν ἡ σημασία. *Fabr.*

Florent. in bibl. Laur. Med. cod. XXVI. in plut. 72. τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου στίχοι τριακόσιοι ἓν (301) γινόμενοι περί τινα Βαρέα. v. *Bandin.* l. c. III. p. 40 qui notat, tantum esse versus 292. iambic. *Harl.*

At vero, si ad haeretici nomen sufficiat, litterarum humaniorum pleniores haustus mente imbibisse, haereticos fore etiam Basilium, Gregorios, Chrysostomum, Maximum.

Ἄρ᾽ αἱρετικὸν ὡς λόγοις τεθραμμένον
Καλεῖς λόγων ἄμοιρε, τοῖς ἐξωτέροις·
Ὡς συγκαλύψῃς τὴν ἑαυτοῦ μωρίαν,
Κάλει τὸ λοιπὸν αἱρετικὸν, εἰ θέλεις,
Τὸν Γρήγορον νοῦν τὴν Βασιλείου χάριν,
Τὸ χρύσεον μέλισμα τοῦ Χρυσοστόμου,
Τὸ Γρηγορίου φθέγμα τοῦ Νυσσαέως,
Τὸν Μάξιμον, τὸ θαῦμα τῆς ἡσυχίας,
Οἷς εἰς τόσον μέτεστι τῶν ἔξω λόγων,
Ὡς καὶ Πλάτωνας ἐκτρέπειν καὶ Σωκράτας.
Εἰ μὲν τὸ λεχθὲν αἱρετικίζειν λέγεις
Συναιρετικίζοιμι τοῖς λελεγμένοις.

Εἰς εἰκονισμένον τῷ βίῳ, *in imaginem vitae*, versus politici.

Νουθετικοὶ κατὰ φθονούντων, iambi *ad inuidos*.

Iambi ἀνεπίγραφοι *in hortum*.

Exstant in eodem volumine adiuncta etiam aliorum auctorum quaedam carmina ac poematia, de quibus alibi: *Rhetoris*, nescio cuius, in S. Chrysostomum, Pselli in tres Hierarchas et sanctas septem synodos, Emanuelis *Phile*, (Φιλοῦ), ὅτε ἐπὶ χρονογραφίᾳ μεταβληθεὶς ἀπητήθη ὅρκον περὶ ἀσφαλείας, Iambi ad imp. Michaelem Palaeologum, quibus nihil se aduersus illum scripsisse testatur, et propter ea, quae in chronographia scripserat, pulsus in exsilium, veniam ac securitatem postulat. *Calliclis* iambi in sacram crucem ab Augusta porphyrogenita, Anna Alexia, ornatam, in Christum in cruce, et in S. Georgium ex saxo candido sculptum: *Nicephori* denique *Callisti Xantopuli* synopsis S. Scripturae et alia carmina, de quibus supra, [vol. VII. p. 440. sq.]

Extra illud volumen prodiit

5. *De sapientia dissertatio*, siue inuectiua in illud poetae, ἡ πενίη σοφίην ἔλαχεν, *sors pauperum*, *sapientia*, graece e bibl. regis christianissimi vulgata a *Federico Morello*, qui latinam quoque versionem addidit. Paris. 1608. 8. [vid. supra, notit. codd. et in cod. bibl. publ. *Paris.* MMMLIX. nr. 3. *Harl.*

Inedita Theodori Prodromi scripta.

6. *Lexicon*, quod citat Meursius in glossario graecobarbaro.

7. Ἐξήγησις siue *expositio in canones siue Hymnos, festis dominicis* g) *consecratos, a Cosma episcopo Maiumae et Io. Damasceno.* MS. in bibl. Vaticana, Caesarea, Mutinensi

g) Δεσποτικαὶ ἑορταὶ Graecis adpellantur adnunciationis B. Virginis, Natiuitatis Christi, Purificationis B. Virginis, Epiphaniae, siue baptismatis Christi et transfigurationis, resuscitationis Lazari,

nensi aliisque. Vide *Lambecium* lib. V. p. 276. 277. [h]). *Montfauconi* Diarium italicum p. 32. et *Labbei* bibl. nou. MSS. p. 97. Fragmenta exinde proferunt *Gretserus* tom. III. de cruce libro IV. et *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecorum p. 74. seq. Ab hoc opere Theodorus, qui illud Orphanotropho cuidam inscripsit, ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων π... σαφηνιστὴς dicitur Nicephoro Blemmidae Orat. 1. de processione Spiritus S.

8. *Epitome commentariorum Theodoriti in Psalmos. Labbe* p. 78. bibl. nouae MSS. *Fabr.* In cod. CXVIII. reg. *Matrit.* fol. 16. in L. priores psalmos interpr. v. *Iriarte* catal. codd. gr. p. 478. Codicem *Escurial.* iam in notitia cod. plurium memorauimus. Ex Theodoreto autem hanc expositionis epitomen compilasse, et multa ad verbum transscripsisse Theodorum Prodromum, Iriarte etiam ex comparatione vtriusque expositionis docet. *Harl.*

9. De processione Spiritus S. λόγος aduersus Latinos. Incipit: Φανερόν ἐστιν, ὅτι ὥσπερ ὁ υἱὸς, οὕτω καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἴεται ἐκ Πατρὸς μόνου ἔχειν ὕπαρξιν. Allatius p. 629. sq. de consensu vtriusque ecclesiae.

10. *Grammati*

ri, festum Palmarum, Ligni seu crucis, resurrectionis, adscensionis, missionis S. Spiritus, et adsumtionis B. Virginis. *Fabr.* Conf. cod. Laur. Medic. XXV. nr. 2. plut. 58. et *Bandin.* de illo, in cat. codd. gr. Laur. II. p. 467. *Harl.*

h) In cod. CCCXV. nr. 1. vol. V. comm. *Lambecii*, p. 579. ed. Kollar. Lambecius, epigraphe graeca, recentiore manu scripta, τοῦ φιλοσόφου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς θείαις καὶ δεσποτικαῖς ἑορταῖς μελουργηθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν μελῳδῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ motus, tribuit istam expositionem *Theodoro Prodromo*. Sed Kollarius in nota *A.*, illam expositionem esse *Georgii* aut *Gregorii Pardi*, metropolitae Corinthi, docet auctoritate codd. Vatican. ab *Allatio* in diatriba de Georgiis eorumque scriptis p. 418. sq. laudatorum, et in codic. Vindob. CCCXX. nr. 1. (p. 587. vol. V. Lamb. quem vid.) disertis verbis et vetusto calamo *Gregorio* Metropol. Cor. adscribitur expositio in Canones s. cantica ecclesiastica festorum dominicorum totius anni etc. Idem Kollar. in nota memor. obseruat, cantica subiuncta esse ab Aldo, Venet. 1501. *Prudentii* sanctique *Procopeni* poemat. versione prosaica κατὰ πόδα e regione adposita. Tres tamen canones s. cantica ecclesiastica, ostendit Kollarius, in cod. occurrere, quae in Aldina aliisque editt. desunt. — Eadem expositio, *Theodoro* adsignatur in cod. Vind. CCCXVII., sed dissentiente Kollario p. 585. vol. V. Contra ea expositionem, quae seruatur in cod. CCCXVI. cum prooemio ad Orphanotrophon, (de cuius dignitate munereque v. Lambec. not. 3. p. 583. sq.) et nomine interpretis, Theodori, non addito in cod. CCCXVIII. recte tribui Theodoro Prodromo, is censet. — In vol. III. p. 172. cod. XLV. nr. 6. Κύρου Θεοδώρου τοῦ φιλοσόφου ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τῶν θείων καὶ δεσποτικῶν κανόνων, quae Lambec. interpretatur: *Excerpta ex Dom. Theodori philosophi et Abbatis explicatione difficiliorum vocabulorum et phrasium in canonibus s. canticis sacris hymnorum atque dominicorum festorum:* enimuero non intelligendum esse *Theod. abbatem*, sed longe iuniorem Theod. Prodromum, contra Lambecium et Caueum, animaduertit *Kollarius* in not. *A.* p. 173. et 181. Fabric. noster in vol. IX. p. 166. not. *c.* vet. ed. — *Paris.* in bibl. Coislin. cod. CCXIX. *Theod. Prodr.* enarratio in canones etc. inc. ab exaltatione crucis. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 273. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCCCXCVIII. τοῦ χειροδρόμου (s. Theod. Prodromi,) εἰς τὰς ... (XIII.) tum in historiam Chrysostomi, Basilii Nazianzeni et Nysseni; in trullam monasterii Pantocratoris (in monte Atho;) in imaginem Christi in eod. monasterio, et εἰς τὸν μῦνα. (cat. cod. gr. Marc. p. 262.) — In *Naniano* cod. CLXXV. et CLXXVIII. expositio in canones, confectorem cat. codd. gr. Nanian. p. 334. sq. imprimis p. 386. — *Taurini* in bibl. regia, cod. CCLII. cum prooemio ad Orphanotrophum. plura in cat. codd. gr. Taur. p. 369. *Harl.*

10. *Grammatica quaedam*, ad calcem Demosthenis obuia, in bibl. Vindobonensi, vt notauit *Nesselius* parte IV. p. 62. in Codice philologico CV. *Fabr.* Iis, quae supra, vol. VI. p. 350. scripta sunt, adde *Theod. Prodr.* erotemata, ad grammaticam spectantia, in cod. *Mazinensi*, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 408. — in cod. CCCCXCI. *Veneto* D. Marci. v. cat. codd. gr. Marc. p. 257. *Harl.*

11. *Poema astronomicum*, versibus politicis ad Sebastocratorissam, Irenem. Vide *Lambecium* VII. p. 83. *Fabr.* s. p. 179. ed. Kollar. cod. XLII. nr. 24. tum in cod. *Vindob.* CXIII. nr. 2. de quo *Kollar.* in supplem. ad Lambecii comm. p. 668. — Idem *Kollar.* ib. p. 751. recenset cod. CXXVIII. in quo nr. 6. est *Theod. Prodr.* nondum edita *prosopopoeia XII. mensium*, qua singuli docent, quid cuiusque tempore agricolis ceterisque agendum, vel non agendum sit, versibus iambicis: ibid. nr. 7. sunt incerti auctoris praecepta, tuendae valetudinis gratia data, ὑγιεινὰ παραγγέλματα. versibus XXVIII. iambicis. Vtrum vero eiusdem sint Theodori Prodromi, et an vnquam viderint lucem, Kollarius decernere non audet. *Harl.*

12. *Poema in duos libros distinctum*, versibus itidem politicis. Horum priore libro paupertatem suam deplorat, ad imp. Manuelem Comnenum; altero inuehitur in abbatem suum, siue ἡγέμενον. MS. in regis Galliae codice MCCCXXXIV. et laudatur a Cangio in graeco glossario. *Fabr.* V. supra, in notitia codd. — In cod. *Veneto* Marc. CDXII. fin. est *Prodromi* monodia in Andronicum Comnenum; inc. σκηναὶ καὶ γραφαί. *Harl.*

[*] 13. *De Mure*, ex codice regio laudat idem Cangius. *Fabr.* Conf. supra, vol. I. p. 337. not. *b.* *Harl.*

14. *In posteriora Analytica Aristotelis*, et περὶ ἐπιδεικτικῶν Romae in bibl. Vaticana, teste Gesnero. *Fabr.* Add. supra, vol. III. p. 215. — in cod. *Neapol.* regio CXX. — in cod. *Veneto* Marc. CCII. (catal. p. 111. fin.) — in cod. regio *Taurin.* CVIII. fol. 282. (cat. codd. gr. Taur. p. 215.) — in cod. bibl. *Paris.* MCMXXXII. nr. 2. secund. catal. codd. tom. II. p. 421. sic citatur: *Theodori Prodromi* paraphrasis in analytic. posteriorum Aristotelis librum II. siue potius in *Leonem Magentinum*, Mitylenaeum metropolitam, *de demonstratione.* Opus ineditum: inc. ὁδὲ τοῦ Ἀριστοτέλους μεγαλονοίας. *Harl.*

15. *De pauco et multo, magno et paruo, quod non sint relatiua sed contraria.* Labbe p. 115. *Fabr.* In cod. regio *Taurin.* XCIII. fol. 66. (cat. codd. gr. Taur. p. 184.) — in codd. *Paris.* bibl. publ. MCMXXVIII. nr. 3. — MCMXXXII. nr. 3. — MMCCCL. nr. 3. *Harl.*

16. *Ad quaesita Sebastocratorissae, Irenes, breuis enarratio*, in bibl. regis Galliae. l. p. 90. *Fabr.* De cod. *Veneto* v. antea, ad nr. 4. in notitia codd. — add. paullo antea ad nr. 10. et *Bandin.* in cat. gr. Laur. Med. II. p. 245. de cod. VII. nr. 2. plut. 55. *Harl.*

17. *Epistola ad Gregorium*, monasterii insulae Oxiae abbatem. Incipit, οἴμοι θεσπέσιε καὶ σοφὲ μου πάτερ. Vide *Lambecium* lib. V. p. 233. [p. 480. ed. Kollar.]

18. Aliae

18. Aliae *epistolae* in bibl. Bodleiana, inter codices Baroccianos n. CXXXI. teste Caueo. *Fabr.* In cod. bibl. publ. *Paris.* CCCXCVI. nr. 33. *Theod. Prod.* ad imperat. epistolae tres, ineditae dicuntur. — in cod. Neapol. reg. CXX. — Sed post Fabricii mortem editae sunt *epistolae* XIV. graece cum versione *italica Petri Lazeri*, S. I. et latina anonymi et varietate lectionis, in Miscell. ex MSS. libris bibliothecae collegii romani S. I. Romae 1754. tom. I. p. 1. sqq. et *tres epistolae*, gr. ibid. tom. II. p. 562. sqq. *Harl.*

19. *Declamationes.* in cod. *Paris.* bibl. publ. MMDCLII. in catal. II. p. 534. sic citantur, nr. 10. inedita declam. *de mure* (an illud, quod nr. 13. Fabric memorauit?) — nr. 11. cur Gregorius Nazianzen. natalem domini ceteris omnibus festis diebus anteponendum esse duxerit: — nr. 12. de quadragesima ante Christi natiuitatem et de tertiis ac quartis nuptiis, ad Alypiam. — nr. 13. ad Meletium, an ieiunium sextae feriae obliget. — nr. 14. an carne vesci liceat sexta et quarta feria, si in eas incidant festa dominica. — nr. 15. ad Nilum, quo tempore anima infantis corpus subeat, — nr. 16. ad eumdem, de illis, qui in domino moriuntur. — nr. 17. an hominum vita certis limitibus definita sit. *H.*

XII. BARLAAM et IOASAPHI, siue IOSAPHATI *vita, historia ex interiori Aethiopia seu Indorum regione in S. vrbem translata per* IOHANNEM, *monachum de contubernio S. Sabae.* Hic est titulus libri (dramatibus eroticis vtique, sed castis ac piis adscribendi,) in codice Palatino. Vide *Sylburgii* catalogum MSS. p. 115. Prodiit latine separatim Antwerpiae in 12. et saepius inter scripta *S. Iohannis Damasceni*, e versione, non Gregorii Trapezuntii, vt habet titulus, sed Trapezuntio antiquiore, qua Vincentium Bellouacensem iam vsum obseruat *Allatius* libro de Georgiis p. 376. Sunt, qui *Iohannem Sinaitam*, qui sub Theodosio vixerit, alii *Iohannem Climacum*, qui et ipse monachus Sinaita circa a. C. 564. claruit, libri graeca prosa compositi auctorem esse velint, cui etiam tribuitur in codicibus MSS. bibl. Paulinae Lipsiensis. Vide Ioach. Felleri catalogum p. 157. 163. Latinam versionem veterem nonnulli adscribunt *Anastasio*, bibliothecario, circa a. C. 870. celebri. Confer *Casp. Barthii* notas ad Hermae pastorem p. 910. et eiusdem aduersaria p. 2951. *Labbei* bibl. nou. MSS. p. 192. Ab eo tempore latine denuo transtulit *Iacobus Billius* Paris. 1577. et gallice Paris. 1578. 8. Damasceni esse, post Bellarminum non abre plerique eruditi dubitarunt, vt notauit Rob. Cocus censurae scriptor. vet. p. 428. seq. Graece e codice bibl. regiae se editurum inter dubia scripta Ioh. Damasceni tomo tertio recepit, qui iam duobus voluminibus genuina illius monumenta praeclaro studio expoliuit vulgauitque, vir doctissimus, *Michael Le Quien*, monachus O. P. *Fabr.* Sed non exstat lib. in ed. Lequiniana. v. infra in vol. VIII. cap. 30. p. 817. vet. ed. de Damasceno, vbi Fabr. plura scripsit de illa historia. — *Liber Barlaam et Iosaphat* s. l. et a. (Spirae circ. an. 1476.) fol. v. catal. libr. ducis de la Valliere, tom. II. pag. 598. *Gemeiners* Nachricht von den in der Regensburg. Stadtbibl. befindl. Büchern p. 69. sqq. *Panzer* A. T. III. pag. 30. nr. 67. qui in vol. IV. pag. 93. nr. 158. ex *Denis.* suppl. p. 505. refert edit. inscriptam *Liber gestorum Barlaam et Iosaphat seruorum dei,* s. l. et a. in 4. — Praeter ea *Gemeiner* l. c. memorat edit. Argentorati 1485. (quae si est genuina,) Basil. 1558. et Colon. 1593. et obseruat, diuersam esse interpretationem ab illa, quam *Vincentius Belouacensis* XV

64. speculi histor. contractam inseruit, et integram dedit *Iac. Billius*. Paris. 1577. — Antiquas duas *germanicas* versiones recenset *von Heinecken* in neuen Nachrichten, part. I. p. 250. sqq. alteram inscriptam: *hie vahet an eyn gar löblich vnd heylsam aller christgläubigen cronica, Sagend von eynem heyligen Kunig mit namen Iosaphat, wie der ward bekeret von eynem heyligen vatter vnd aynsidelr genannt Barlaam*, sine l. et a. nota, fol. (Augustae Vindel. typis Zaineri 1470. v. *Zapfii* Augsburg. Buchdruck. Geschichte p. 141. qui vero aliam dedit libri inscriptionem); et alteram sine l. et a. et typographi nota; (probabiliter tamen Aug. Vindel. typis Anton Sorg.) — De editione: *Das Buch der christlichen Lere der histori Iosaphat vnd Barlaam*, sine loco et anno (1477.) fol. v. Beyträge zur kritischen Historie der deutschen Sprache etc. part. XXVIII. p. 657. sqq. vbi fusius describitur et argumentum libri cum specimine quodam versionis exhibetur. In eodem vol. part. XXVII. p. 406. copiose recensetur cod. mst. membr. cuius maxima pars ab interitu seruata poeticam historiae Barlaami et Iosaphati continet versionem. Add. cel. *Panzeri* Annalen der ältern deutschen Litteratur p. 23. et 97. — *Graece* exstat in cod. caesar. XXI. nr. 10. v. *Lambec*. comment. VIII. p. 614. sqq. qui Billii, Damasceno eam historiam adserere conantis, iudicium adfert, Kollarius tamen p. 619. nota *A*) addit, Billii rationibus commoueri non potuisse *Le Quien*, vt illam adiiceret Damasceni operibus. — Eadem historia est in codd. caesareis XXII. XXIII. XXIV. XXV. nr. 1. v. *Lambec*. VIII. p. 623. sqq. — *Monachii* in bibl. elector. cod. XVII. v. cat. codd. Bauar. gr. p. 5. — *Taurini* in bibl. regia, codd. CCIII. et CCVII. v. confectorem catal. codd. Taur. p. 302. vbi is, „multa, ait, quoque de hac historia legesis in prolegomenis Leonis Allatii editioni opp. Damasceni praemissis, num. XLIV. sqq. vbi et varias editt. latinas enumerat, et circa genuinum libri auctorem, atque historiae veritatem adcuratum examen instituit,“ et p. 394. — *Paris*. in XVII. codd. bibl. publ. n. CMIII. vsque ad CMVIII. MCXV. — MCXXV. vsque ad MCXXXIII. — MCLXII. et MDCCVI. — In bibl. *Bodlei*. in cod. *Guil. Laudi* DCCXXVII. — in cod. Bodl. MMDXL. nr. 3. sic citatur in cat. codd. Angliae etc. I. p. 134. „Historia de rege *Auennur* et eius dicto contra Christianos, secundum Vincentium 15. libro speculi historialis. Absoluitur capp. 16. neque aliud esse videtur, quam historia *Barlaam* et *Iosaphat* secundum Ioan. Damascenum.“ — *Oxoniae* in bibl. collegii corporis Christi, nr. MDIX. inscribitur in cat. mem. liber gestorum Barlaam et Iosaphat, per Damascenum. — ib. in bibl. coll. S. Mariae Magdal. nr. MMCXXIX. historia Ioasaphi e monasterio S. Sabae, siue vita Ioasaphi et Barlaami, vulgo adscripta Io. Damasceno. — *Cantabrigiae* in coll. Sidney-Suffex, nr. DCCXLVIII. *Io. Damasc*. liber gestorum Barl. et Iof. — ib. in coll. S. Benedicti, nr. MDCXXXV. de gestis Barl. et Iosaph. etc. lat. — In tom. II. in bibl. eccl. cathedr. *Wigorniens*. nr. CMI. vita Barl. et Ios. — inter codd. *Burscough*. (cat. p. 332.) nr. MMMMMMMMDCXLVI. excerpta de hist. Barl. et Ios. — inter codd. *Wheler*. (cat. II. p. 358.) n. MMMMMMMMMMCXXXVII. hist. Barl. et Ios. *H.*

[T] NARRATIO EORVM, QVAE APOLLONIO REGI CONTIGERVNT, e graeco versa ab homine Christiano i), ante mille annos, exstat latine, e MS. bibl. Augustanae

i) *Symposio* versionem illam, incerta coniectura, tribuunt *Io. Meursius*, et *Casp. Barthius* lib. VIII. cap. 1. Aduersariorum. Nempe in illa p. 699. et 700. eiusmodi aenigmata legi obseruauit, qualia Symposii habemus, de quibus dicere me memini in Bibliotheca Latina.

ſtanae vulgata a Marco Velſero Auguſtae Vindel. 1595. 4. atque inter eiusdem opera iu.. ctim curante Chriſtophoro Arnoldo edita ibid. 1682. fol. p. 681 — 704. C... vt in extremo narrationis illius legitur, *Apollonius ipſe deſcripſit, duo volumina perſcrip... vnum in templo Epheſiorum, alterum in ſua bibliotheca collocauit.* [Is Welſerus in praemiſſa cenſura tradit, graecum exempl. reperiri CPoli inter libros Manuelis Eugen... et in bibl. caeſ. Vindob.] Eamdem narrationem latine, ſed multis locis ab impreſſa diſcrep.. antem habuit MStam Theodorus Canterus, vt teſtatus eſt litteris ad Ioannem Meurſium. Gallice etiam prodiit Roterdami 1710. 8. hoc titulo: *Les avantures d' A... de Tyr, par M. le Br.* Et carmine politico graecobarbaro, Venet. 1696. 8. apud Nicolaum Glycem, διήγησις ἀρεαιοτάτη, Ἀπελλωνίε τε ἐν Τύρῳ ῥημάδα. *Fabr.* Incipit hiſtoria Apollonii regis, ſ. l. et a. 8. *Panzer.* A. T. IV. p. 85. ex Denis. ſuppl. p. 492. — Ge... *Apollonii*, regis Tyri et Sidonis, ab Antiocho, rege Syriae, a regno Tyri et Sidonis fugati, in cod. *Bodlei.* XLV. ſ. num. MMDXL. cat. codd. Angliae etc. Verſio *germanica* prodiit Auguſtae Vindel. typis Güntheri Zainer. 1471. fol. v. *de Bure* bibliogr. inſtructiue, B. L. tom. II. p. 100. nr. MMMDCCXXXI. et cl. *Panzer.* in: Annalen der ältern deutſchen Lit... p. 61. qui animaduertit, libr. eſſe ex latino Godofr. Viterbienſis chronico excerptum. — Eadem ſ. *die Hiſtori des Küniges Appollonii.* ibid. typis Io. Bemler. 1476. 4. — ibid. exc. Ant. Sorg. 1480. 4. v. *Zapfii* Augsb. Buchdruck. Geſchichte, tom. I. p. 37. ac 56. et *Panzer.* libr. cit. p. 92. et 115. — Vlmae ap. Hans Zainer 1499. 4. *Panzer.* ib. p. 243. — *Gallica: Avantures d'Apollonius de Tyr,* Roman traduit du Grec par *M. le Brun* Pariſ. 1798. 18. — *Italica* verſio: Iſtoria di Appollonio di Tiro in ottava rima. Venet 1486. 4. — et ſ. loci nota a. 1489. 4. quas edit. indicat cel. *Panzer* A. T. III. p. 238. et IV. p. 49. ſed ignorauit *Pitoni*, qui in bibl. degli Autori-volgarizz. I. p. 79. ſq. recenſuit editt. Mediolan. 14.. 4. — Venet. 1520. 4. et 1629. 8. — ibid. (1560.) 8. — Taruiſii 1... 12. — Mediolani (1560.) 8. — *Belgicam* interpretationem, Delphis 1493. 4. ex aliis recitat *Panzer* A. T. I. p. 373. *Harl.*

[*XENOPHONTIS, Epheſii, Epheſiaca.* De illis Fabric. h. l. ſcripſerat: „de quibus Suidas: Ξενοφῶν Ἐφέσιος ἱςορικὸς Ἐφεσιακά· ἔςι δὲ ἐρωτικὰ βιβλία ι περὶ Ἀβροκόμε καὶ Ἀνθίας. Huius operis erotici libri quinque habentur graece in monaſter... S. Virginis, monachorum Caſſinenſium ordinis S. Benedicti ſub num. XCIV. Florentiae, teſte *Bernhardo Montfaucon*, diarii italici p. 365." Adde L. B. Locellam in praef. ad ſuam edit. p. XIII. In praefatione autem ad vol. XIV. haec, quae ſequuntur, ſuppleuit Fabr. „Interim dum praeſens volumen excuditur, adlata ad nos ſunt *Xenophontis iunioris*, patria Epheſii, *Epheſiaca*, ſiue *de Abrocomi et Anthiae amoribus libri ...* Hunc altero antiquiore Xenophonte, Athenienſi, non inſuauiorem dixerat *Politianus*, locum ex libro primo, latine a ſe redditum, referens cap. 51. Miſcellaneorum [a]). Et eſt ſane ſuauis lectu ac delectabilis hic ſcriptor, dictio pura, elegans, candida, facilis: narratio preſſa, aperta, mirabilis, amoena. *) Neque enim ſi legiſſet, velut in exemplum λόγε σαφεῖ citaturus fuiſſet

a) Pag. 63. ſq. in Gruteri Theſ. crit. et locum reperit *L. B. Locella* in Animadv. in Xenophont. Epheſiaca p. 132. ſq. *Harl.*

*) Add. *L. B. Locellam* in praef. p. VI ſq. qui etiam aliorum VV. DD. iudicia de Fabula et ſtilo Xenophontis, Epheſii, collegit. *Harl.*

[illegible] magnus *Grotius* ad Ephes. IV. 29. λόγος σαπρὸς, *sermo putidus, id est, obscoenus, qualia* [illegible], *credo, haberemus, si exstarent Ephesiaca Xenophontis* †). Certe multa obscoena in Xenophonte hoc neutiquam offendas, qui quando scripserit distincte, nec verbo prodit, perinde vt nec Suidas, in cuius codicibus libri decem Ἐφεσιακῶν numerantur, siue librarii errore, siue Suidae: nam quinque tantum libri sunt, et absolutum est [illegible] suum. Scripsisse ante Heliodorum, facile mihi persuaserim *l*). Vt eum in lucem protraheret, memini ante aliquot annos operam dedisse *Gisbertum Cuperum*, sicut ex eius litteris, ad me datis, didici. Idem in epistola *m*) ad Zachar. Goetzium, rectorem Osnabrugensem, data 16. Maii 1710. *Significo, me id agere per amicos, quos Romae* [illegible] *amplissimae et reuerendissimae dignitatis, vt Xenophontis Ephesiaca typis describantur, quae in bibliotheca quadam Florentiae seruari certior factus sum: spero, me tem* [illegible] *vt illa impetrem.* Ex illa bibliotheca monachorum Cassinensium codicem graecum nactus vir conspicuus doctrina et ingenio, atque Florentiae suae decus ingens et lumen, *Antonius Maria Saluinus*, qui tot alios scriptores graecos eleganti veste Florentina induit, et eadem lingua *Charitonis Aphrodisiensis* octo libros de amoribus Chaereae et Callirhoes proxime *n*) est daturus, etiam *Xenophontis* Ephesiaca italice in lucem protraxit primus, *degli amori d'Abrocomo et d'Anthia*, Florentiae 1723. 12. nondum anno interiecto recusa curante *Pe-*

†) *Lenglet du Fresnoy*, sub falso nomine *Gordon de Percel*, edidit: De l'usage des Romans, in cuius vol. II. p. 19. (a. 1734.) inscripto: *Bibliotheque des Romans*, putabat, aut somniabat, Xenophontis Ephesiaca omni tempore fuisse incognita, immo Saluinium, conficto quodam veteris graeci auctoris nomine, fabulae, a se conscriptae, maiorem celebritatem voluisse sibi parare. Et tamen *graeco-latina* ed. a. 1726. iam prodierat. Atqui *L. B. Locella* in praef. p. VII. not. 5. bene depexuit Galli loquacitatem et ignorantiam *Harl.*

l) De aetate hominis dissentiunt viri docti. Immo vero, quod Suidas duo alios *Xenophontes* scriptores fuisse eroticos tradat, (v. infra inter deperditos script. erot.) *I. B. Bodon.* pag. 12. praef. ad suam Longi edit. suspicatur, tres istos Xenophontes esse ὁμώνυμος. *Saluinius* in praef. ad suam vers. italic. Xenoph. Ephesii existimabat, in toto Xenophonteo libello nulla deprehendi posse indicia aetatis, qua floruerit. *Doruillius* in praef. ad Charitonem, Xenophontem esse censuit iuniorem Heliodoro, Achille Tatio et Longo, *Bodon.* Parmensis typographus eius aetatem reiicit ad finem quinti saeculi. *Burmanno* I. in epist. ad De la Croze in Thes. epistol. Lacroz. I. p. 75. videtur non multum abesse ab aetate Luciani. Contra *L. B. Locella* in praef. mem. p. VI. sqq. cum *Iano Casperio*, cuius *Specimen dissertationis* de Xenophonte Ephesio sine loco et anno, (a. 1740.) excerptum dedit, rescisis partim falsis, partim superuacaneis, aliis verius breuiusque expositis, et nouis accessionibus ornauit, Locella igitur multis argumentis demonstrauit, Xenophontem Ephesium fabulam suam, quasi rem, suo saeculo, actam narrasse, et ante Constantinum M. probabiliter circa Antoninorum tempora, siue rectius saeculo post Christum natum secundo exeunte aut saltem tertio ineunte scripsisse. Atque postremo animaduertit cum Hemsterhusio, inesse in nostri fabula moris antiqui vestigia quaedam non facile obuia, et inprimis probam graecitatem et priscam stili simplicitatem prodere saeculum secundum vel tertium. Idem aliorum praua de nostro eiusque stilo atque aetate iudicia somniaque examinat refutatque. *Harl.*

m) In epistolis de re numismatica ad Zach. Goetzium, editis Witeb. 1716. 8. p. 20.

n) Giornale de' letterati d'Italia tom. XXXVI. p. 331. *Fabr.* sed in lucem non emisit Charitona. v. paullo post de hoc scripta. *Harl.*

tro Antonio Rolli °), Londini 1723. 12. Latinam quoque laudati *Saluini* verſionem ᵖ) et graeca ab eodem recenſita exſpectare iubebamur; ſed interim *Xenophon* emendate ac nitidis typis *graece* excuſus prodiit Londini, ſubiuncta ad calcem voluminis perſpicua latina verſione *Antonii Cocchii*, Florentini, 1726. 4. [q]) cum qua Graecis ſtatim ad latus poſita recudendum breui accepi in Belgio typis Leidenſibus [r]). Sed et *anglicanam N. Rooke* interpretationem [s]), typis exſcriptam, eodem anno 1726. Argumentum totius narrationis lingua *gallica* exhibuit ſollers Pariſienſium eruditorum in diario nupero [t]) induſtria addiditque cenſuram ac iudicium, doctrina et ingenio ipſorum digniſſimum." Hactenu *Fabricius*.

Poſtc

o) Id. p. 551. *Fabr.* — *Locella* l. c. p. XVII. 58. prodiit, ait, Londini 1723. 12. et, vt videtur, mutato ſolum titulo, Florentiae eod. anno. Idem narrat, *P. M Paciaudium* in proloquio de libris eroticorum antiquorum ad Parmenſem *Longi* paſtoral. editionem negaſſe, *Londini* fuiſſe vmquam excuſam hanc interpretationem. Sed *Paiton.* in bibl. degli autori — volgarizz. tom. IV. p. 48. memorat tantum editionem Londin. per Io. Richard, nulla Florentinae ed. mentione facta, et ex dedicatione Rolli quaedam refert. Ita quoque *Brüggemann* View etc. p. 431. Londinenſem edit. laudat. — Recuſa eſt illa *Saluini* verſio auct. et correct. Londini ap. hered. Pickard. 1757. 12. et in Sylloge eroticorum graecor. (*Romanzieri Greci,*) vol. I. Florent. 1792. 12. *Harl.*

p) Giornale etc. ibid. *Fabr.* Id teſtabantur quoque *Brenemannus* in epiſt. ad Cuperum, *litterarum eius criticarum* p. 572. et *P. Burmann.* I. in Theſ. epiſt. Lacroziano I. p. 72. *Brenemannum* ipſum ſuſcepiſſe editionem Xenoph. epheſiac. tum adhuc ineditorum, ſed rem optatum exitum ſortitam non eſſe, narrauit *Drakenborch* in ep. ad De la Croze in Theſauro laud. I. p. 118. qui in alia epiſt. ibid. p. 114. *Cocchium* male vocauit *Collum* add. ibid. p. 121. inprimis p. 128. Drakenb. epiſtolas. Nec Abr. Torrenii conſilium, auctoris noſtri edendi, (v. Theſ. laud. p. 73.) exitum habuit proſperum. *Harl.*

q) Bibl. ancienne et moderne tom. XXVI. p. 435. Iournal des Sav. a. 1726. Dec. p. 550. a. 1728. Fevr. p. 154. Acta erudit. 1727. p. 191. *Fabr.* Sed Cocchii ed. eſt valde negligenter curata excuſaque. Iſte enim indiligentius deſcripſit apographum Saluinii, multa perperam ſcripſit interpunxitue, alia plane omiſit. Haec et alia acriter notauit et demonſtrauit *I. B. Locella* praef. p. XIV. ſq. Cocchii interpretationem lat. non eam, qua alii eum mactarunt, laudem merere, monet Locella et in praef. p. XVII. et in multis notis in indice rerum, voc. *Cocchius* iam citatis. Cocchii ed. inſcripta eſt Ξενοφῶντος Ἐφεσίου — — *Xenophontis Ephesii Ephesiacorum libri V. de amoribus Anthiae et Abrocomae.* Nunc primum prodeunt e cod. vetuſto — — Florentiae, cum lat. interpretatione *Antonii Cocchii* Florentini. Londini: typis Guil. Bowyer. 1726. 4. Cocch. tamen reliquit exemplar, in quo multa et in textu ex collato cod. Caſſinenſi, et in ſua interpretatione correxerat: quod [illegible] eius de Cocch. opera iudicium in praef. p. X ſqq. — conf. *Brüggemann* View etc. p. 430. ſ. *P. M. Paciaudium* autem in proloq. de libr. erot. antiquor. ad Parmenſem Longi paſtor. edition. alioſque, quando negant, Cocchii editionem Londini prodiiſſe, ſed Florentiae typis eſſe excuſam contendunt, valde errare, docet *Locella* l. c. p. XIV. not. 31. *Harl.*

r) Brenemann. Lugd. B. ap. Luchtmannos ed. Xenoph. moliri, narratur quidem in Act. erud. Lipſ. a. 1727. p. 191. et Fabricium illum [illegible] dum ſuperiora ſcripſerat, in animo habuiſſe [illegible] detur. Sed rem caruiſſe exitu, paullo ante oſtendimus. *Harl.*

s) Iournal des Savans 1727. Iuin. p. 280. *Fabr.* In *Brüggemann* View p. 431. ſic citatur: *Xenophon's* Epheſian Hiſtory: or the Love-Adventures of Abrocomas and Anthia. In five books. Translated from the Greek. By Mr. Rooke. London: printed for I. Millan etc. 1727. 8. *Harl.*

t) Id. 1728. Fevr. p. 158. 173. edit. Amſtel.

Postea ter est Xen. Ephes. libellus in linguam franco-gallicam conuersus: prima, sat fidelis, facta est interpretatio ab anonymo: Les Ephésiaques de Xénophon Ephésien, ou les Amours d'Anthie et d'Abrocomas, traduits en françois. Paris. 1736. 12. siue potius à la Haye, vt legitur in alio eiusdem libelli titulo, cum a. 1737. Altera a *Iourdano* quodam Massiliensi, non ex graeco sermone, sed ex versionibus Cocchii et Saluinii, quibuscum toties errauit, quoties ipsi alucinati sunt, misere concinnata; est enim infidelissima et monstrum potius versionis declaratur a censore in Mémoires pour l'histoire des sciences, a. 1748. m. Iun. atque a *Locella* tum in praef. p. XVII. sq. tum passim in adnotatt. (v. indic. rer. voc. *Iourdan.*) Inscripta est: *Traduction françoise des Avantures d'Abrocome et d'Anthia par Xenophon d'Ephese*, 1748 12. sine loco. — Tertia a *Mercier, Abbé de St. Leger,* in supra laudata Bibliothèque des Romans etc. vol. I.

Omnia fere Londinensis exemplaris menda, paucis modo tacite correctis, retinuit, et vero noua inuexit Lucensis typographus, Franc. Bonsignori, qui recudit textum graecum ed. Londin. additis versionibus Cocchii latina, Saluinii italica, et Iourdani gallica. Lucae 1781. 4. v. *Locella* praef. p. XV. — Lucensis edit. vitia retinuisse et noua addidisse, textum gr. et Saluinii vers. italicam modo temere, modo male immutasse, suisque adulterasse additamentis, menda tamen nonnulla correxisse melioresque lectiones, sed etiam, in textum intulisse editorem Vindobon., Locella in suis adnott. passim docuit. v. eius indic. p. 299. voc. Editionis Vindobon. curator etc. et in praef. p. XV. sq. vbi inter alia crimina conuitiaque eum nominat teterrimum veteris graeci scriptoris editorem, „cuius nomen, ait, (ipsi ignotum,) ad calcem ineptae suae graecobarbarae praefationis litteris Π. Ι. indicatur.“ Enimuero editor fuit *Polyzor Hiereus,* qui aliquando fuerat professor graec. ad eccles. Graecor. non vnitarior. sed 1793. in patriam suam, Epirum, reuertit: vulgo vocabatur *Platonicus*. Epigraphe autem edit. est: Ξενοφῶντος Ἐφεσίου τὰ κατὰ Ἀνθίαν καὶ Ἀβροκόμην νῦν πρῶτον Ἑλληνιστὶ μετὰ τῆς Ἰταλικῆς μεταφράσεως τοῦ σοφωτάτου Antonio Saluini τυπωθέντα διὰ φιλοτίμου δαπάνης τοῦ χρησιμωτ. ἐν πραγματευταῖς Παναγιώτου Δήμητ. Χ. Νίκου τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Αὐστρίας, 1793. 8. — Et tamen multo plura post Cocchium praestari potuerant ab editoribus, quod Alberti, Abreschius, praecipue Hemsterhusius in emendanda explicandaque Xenophontis historiola cum summa laude versati, ope artis criticae ingeniique sagacis beneficio multa loca, vel desidia Cocchii vel tarditate librarii corrupta, in Miscell. obseruatt. Belg. feliciter sanarunt, aut acute ingenioseque tentarunt. Primus, sub nomine *Gratiani de S. Bauone,* in vol. III. tom. I. p. 97 — 100. (Amstelaed. 1733. 8.) reposuit stricturas in Xenoph. Ephesii erotica. *Abreschius* scripsit notas criticas et grammaticas in Xen. Ephesium in vol. X. tom. II. p. 201 — 218. in tomo III. p. 345 — 358. item in Miscell. obss. nouis tom. III. p. 1 — 36. et tom. VI. p. 489 — 512. — *Hemsterhusius* denique medicas manus feliciter adhibuit infinitis paene luxatis locis in notis atque emendatt. ad Xen. Ephesium in vol. III. tom. III. pag. 402 — 422. (statim ad initium s. pag. 1. ἁβροκόμης cum spiritu aspero scribendum censuit, et sic edidit *Locella,* cuius notam doctam p. 122. sqq. edit. conferes,) — in vol. V. tom. II. p. 232 — 292. — vol. V. tom. I. p. 17 — 32. — tom. III. p. 49 — 72. — vol. VI. tom. I. p. 292 — 303. — tom. II. p. 201 — 218. — Illorum, Doruillii, qui in animadu. ad

ad Charit. multa Xenoph. Eph. loca emendat, aliorumque monitis opibusque prudenter vsus, cod. Florentino in multis locis per amicos denuo collato, *L. B. Locella*, ab ingenii bonitate, iudicii acumine, scientia copiaque litterarum graecarum pariter commendabilis, ita emendatiorem melioremque dedit Xenoph. Eph. historiam, multis lacunis expletis, vt in praef. p. XXII. iure gloriari posset, nouum iam fere prodiisse Xenophontem Ephesium. Inscriptio autem haec est: *Xenophontis Ephesii de Anthia et Habrocome Ephesiacorum libri V.* graece et lat. Recensuit, suppleuit, emendauit, latine vertit, adnotationibus aliorum et suis illustrauit, indicibus instruxit *Aloys. Emeric. L. B. Locella*, S. C. R. A. M. a consiliis aulae. Vindobonae apud A. Blumauer. 1796. min. 4. Locella in suis copiosis eruditisque adnotatt. loca difficiliora critice, antiquarie et grammatice explicuit. Loca, quoties Xen. Eph. siue e cod. Florent. emendatus suppletusque aut siue probabili coniectura, siue meliore distinctione correctus aut coniectura tentatus aut ab aliorum coniecturis vindicatus sit, in indice rerum p. 300. sq. abunde designantur, et in indice graeco vocabula, quae in H. Stephani et D. Scotti lexicis non reperiuntur, vel auctoritate carent, diligenter notantur. Pag. 170. fin. obseruat, ab *Antonii Diogenis* imitatione totum pendere eroticorum scriptorum genus. Conf. etiam ephem. litt. Götting. 1796. nr. 155. p. 1548. sqq. nou. vniuers. bibl. germ. Kilon. vol. 37. part. I. fasc. I. p. 18. sqq. Ien. A. L. Z. a. 1797. m. Febr. nr. 37. pag. 289. sqq. vbi praeterea de ingenio eroticorum adeoque etiam nostri fertur iudicium.

Nouissima *Xenophontis Ephesiacorum* ed. gr. et lat. curata est a *Mitscherlichio* et addita eius edit. *Longi* pastoralium. — Num editio, quam molitus est *Anton. Hackius Tresling*, lucem adspexerit, nescio et fere dubito. Ille vero scripsit obseruatt. criticas in libr. I. et II. in Aduersariorum criticorum specimine, Groningae 1792. m. 8. neque tamen obss. illius plausum Locellae, qui p. 263. eum vocat *mirificum*, tulisse videntur. *Germanicas (Bürgeri)* Lips. 1775. 8. et *(Häusslini)* Onold. 1777. 8. ad latina Cocchii verba probabiliter compositas versiones valde damnat et commiseratione potius, quam reprehensione dignas esse censet *Locella* in praef. p. XVIII. sq. — Libera et decurtata est interpretatio *Ern. Christinae Reiskiae* in lib. zur Moral etc. Lips. 1782. 8. p. 285. sqq. — Ex versione Saluinii italica potissimum confecta interpretatio, multis tamen pro lubitu variaque ratione in Xenophontis historia mutatis, additis aut detractis, prodiit Stutgartiae: *Abrokamas und Anthia oder der Triumph ehelicher Treue. Nach Xenophon.* Mit einer italienischen Uebersetzung, (Saluinii,) vnd einem Titelkupfer. Stutgard. 1798. 8. cf. nou. vniu. bibl. germ. vol. 44. p. 374. et Ien. A. L. Z. a. 1799. nr. 77. *Harl.*]

[*CHARITONIS*, *Aphrodisiensis, de Chaerea et Callirrhoë amatoriarum narrationum libri* VIII. Fabricii aetate inediti. Hinc tantum de iis ea, quae sequuntur, scripserat. „Etiam hoc opus eodem in loco, (n. Florentiae in monasterio S. Virginis,) manu exaratum occurrere, testatur Montfaucon. Sed et in *Vaticana* bibl. exstat, teste *Huetio* p. 69. et *Mallincrotio* in paralipom. de historic. graecis, ex Dithmaro Mülero Tremonensi, editore eroticorum Andreae Capellani.“ Hactenus *Fabric.* De Charitone pauca dici possunt, et *Doruille* in praef. notisque, quae vel certa essent, vel probabilia, iam exposuit. Ortus fuit Aphrodisiade in confiniis Lydiae et Cariae, ac rhetori, Athenagorae, a manu (ὑπογρα-

ρεύς) v. Dorv. comm. p. 1. sqq. vbi quoque plures recensentur *Charitones*. Noster vero eidem Dorv. in praef. p. XIX. sq. vixisse videtur post Heliodorum, Achillem Tatium et Longum, immo post Xenophontem Ephesium. Atque *Locellae* in praef. ad Xen. Eph. p. VI. not. 3., nostrum Photii saltem aeuo antiquiorem fuisse, valde credibile est. Ingenio et dictione non minus, quam inuentione atque exornatione fabulae cedit superioribus eroticis, caret tamen insignibus illorum vitiis. Atque, vt verbis vtar Doruillii, praef. p. XIX., historici more, modo probabilitate narratorum lectorem detinere magis, quam delectare et mouere sategisse videtur: nihil ab eo fictum, quod ad miraculum accedat; quo in genere Heliodorus ipse et Achilles Tatius sibi indulserunt aliquando: episodias nullas inseruit, et circa alia ornamenta; quae tamen fabula, ad animos deliniendos vnice composita, non tam admittere, quam etiam postulare videtur; nimis quoque parcus ac sobrius. Eius autem amatorias narrationes Doruillius primus ex cod. Florentino in lucem produxit: nam in cod. quodam *Vaticano* illas quoque exstare, dubitat Dorv. saltem nihil potuit certi rescifcere, nec *Montfaucon* in Bibl. bibl. MSSt. inter codd. Vatic. talem memorat, quamquam tom. I. p. 414. sqq. E. et A. cod. Florent. in quo erotici scriptores cum aliis continentur, vberius recenset: curatiorem tamen eius notitiam dederunt *Cocchius* in praef. Doru. p. XV. sq. et *Locella* praef. ad Xen. Ephesium p. XIII. sq. Charitonis quidem narrat. amat. ex cod. illo exscripserant et publici iuris facere voluerant Saluinius et Cocchius; item Torrenius. (v. Thes. epistol. Lacroz. I. p. 72. 118. et 121.) Sed aliis laboribus distracti rem ad exitum non perduxerunt. Cocchius igitur concessit et suum et Saluinii apographum Doruillio, cuius rogatu Reiske, tum Leidae commoratus, contextum graecum, qui prelo pararetur, descripsit, sed, inuito Doruillio, suas hinc inde infarsit coniecturas, quas Doru. partim sustulit, partim in animadu. indicauit. Idem Reiske confecit versionem latinam u), et emendationes atque coniecturas suas in Charitonem subministrauit. Tandem comparuit editio, inscripta: *Χαρίτωνος Ἀφροδισιέως τῶν περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιῤῥόην ἐρωτικῶν διηγημάτων λόγοι η΄, Iacobus Philippus D'Orville publicauit animaduersionesque adiecit.* Amstelod. apud Petrum Mortier 1750. 4. II. voll. quorum prius continet textum graecum et Reiskii versionem lat. vsque ad libr. VII. — posterius vero versionem lat. libri VIII. Reiskii emendatt. etc. et vberrimum Doruilli commentarium, qui vere dici potest graecae eruditionis thesaurus; in quo praeterea infinita paene veterum auctorum loca emendantur atque illustrantur. — Illam Doruill. editionem iterum et emendationibus virorum doctorum adiectis auctiorem ita recudi fecit cel. *Beckius* Lipsiae. 1783. 8. vt et suas et Abreschii, Reiskii, Valckenarii ac Piersonii coniecturas adiiceret. — In linguam *germanicam* conuersa est Charitonis historiola (ab *Heyne*,) Lips. 1753. 8. — in linguam *gallicam*, a *Larchero*, additis notis, Paris. 1763. 8. (v. *Klotzii* acta litteraria vol. III. part. IV. p. 429. sq. et *Villoison* in prolegg. ad Homeri Iliada p. XLVI. not.) — a *Fallet* cuius versio valde liberalis esse dicitur, Amstel. 1775. et 1776. 8. tom. I. II. nou. edit. Syracus. et Paris. 1784. 8. II. tom. — a *Mercier*. cum reliquis eroticis scriptor. in: Bibliotheq. des Romans. — in linguam

u) Quae ab *Antoniolio* in epistola, Pisis edita, reprehensa et notata fuisse dicitur. v. *Saxii* Onom. p. 474.

linguam *italicam* s. l. 1752. 4. et Venetiis. 1755. 8. v. *Paitoni* bibl. degli autori volgarizz. I. p. 199. sq. — In linguam *anglicam*, Londin. 1764. 12. II. voll. *Harl.*]

De aliis, quae edita graece supersunt scriptis eroticis, alibi iam in hoc opere dicere me memini, sunt autem *Anacreontis*, *Sapphonis*, *Alcaei*, aliorumque lyricorum poemata, amores spirantia, de quibus lib. II. cap. 15.

Platonis, philosophi, ἐρωτικὸς, Phaedrus et epigrammata lasciua, de quibus lib. III. cap. 3. [vol. III.]

Demostheni tributa oratio ἐρωτικὸς inscribitur, de qua lib. II. cap. 26. [vol. II.]

Parthenii Nicaeni amatoriae narrationes, de quibus lib. III. cap. 27. [vol. IV. p. 305. sqq. Add. *Cononis* narrationes, *Ptolemaei* historiae ad variam eruditionem pertinentes: *Parthenii* erotica, gr. cum notis variorum et suis emendatt. edidit, ac de eiusdem nominis veteribus scriptoribus praefatus est *Lud. Henr. Teucherus*. Lipsiae 1793. 8. In Parthenii textu quaedam correxit *Teucher*. — *Cononis* narrationes L. ex Photii bibliotheca edidit et adnotatt. illustrauit *Io. Arnold Kanne;* praefixa est epistola ad Heynium; adiectum *Chr. Gottl. Heynii* spicilegium obseruationum in Cononem. Gottingae 1798. 8. — *Parthenii*, Nicaeensis, narrationum amatoriarum libellus, emendatus studio *Lucae Legrand*, prof. litter. graec. Basileensis, in lucem editus curante *C. G. Heyne*, ibid. eod. an. cum Heynii epist. ad Legrand. Vterque lib. etiam iunctim editus habet inscriptionem: *Cononis* narrationes quinquaginta et *Parthenii* narrationes amatoriae. ib. 1798. 8. *Kanni* opera praecipue versata est in illustrandis, qui enarrantur, mythis. — *Eustathius* de Ismeniae et Ismenes amoribus; et *Parthenius* Nic. de amatoriis affectionibus, *latine*. Lugd. B. 1618. 12. — *Gallice* vertit vna cum Plutarchi narrationibus amatoriis (les affections d'amour,) *Mercier* in bibl. des Romans, vol. I. Paris. 1796. 12. Add. Introd. in hist. L. Gr. I. part. I. p. 581. sq. *Harl.*

Plutarchi ἐρωτικὸς et amatoriae narrationes, de quibus lib. IV. cap. 13. num. 97. et 98. [vol. V. p. 187.]

Luciani, Samosatensis, Λούκιος, ἔρωτες ad Theomnestum, et dialogi meretricii, de quibus lib. IV. cap. 18. [vol. V.]

Epistolae eroticae *Aristaeneti*, *Alciphronis*, aliorumque, de quibus lib. II. cap. 1[illegible]. [vol. I.]

Musaei carmen de amoribus Heronis et Leandri, de quo lib. I. cap. 16. [vol. I.]

XIII. *Ineditos* huius argumenti scriptores graecos hosce obseruaui, qui a viris doctis aliquando, si tanti videbitur, in lucem protrahentur.

1. IAMBLICHI, liberti, Marco Antonino imperante clari, *Babylonica de Sinonidis et Rhodanis amoribus* memorata *Suidas*, qui libros XXXIX. et *Photio* cod. XCIV. qe

1) Ῥοδάνης, Suidae Ῥοδᾶνις viri nomen, Σινωνὶς virginis, non contra, vt *Maussacus* p. 156. ad Harpocrat. notauit eo nomine a *Reinesio* p. 363. Var. lect.

10) P. 235. sqq. ed. Rhotomagi, 1653. confer, vol. IX. de Photio, p. 404. *Harl.*

... libros XVI. numerat et argumentum eorum compendio recenset. Meminit Iamblichi iterum inter scriptores eroticos *Photius* codice CLXVI. Suidas in Γάρμος et Φάρμακον et *Theodorus Priscianus*, siue Octauius Horatianus lib. II. de re medica cap. 11. apud quem pro *Sirii aut Amblii* legendum *Syri Iamblichi*, vt notant *Reinesius* p. 514. Var. lectt. et *Vossius* p. 548. de hist. gr. fragmentum quoddam illius operis Leo Allatius cum versione sua edidit in graecorum rhetorum et sophistarum excerptis Romae a. 1641. 8. sub falso nomine rhetoris *Adriani*, inter cuius declamatiunculas nihil declamationis simile habens quarto loco legitur. Sed in codice bibl. Florentinae, vnde exscripsit Is. Vossius, inscribitur: Ἐκ τῶν Ἰαμβλίχου ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν, περὶ Γερώδου *) Βαβυλωνίων βασιλέως, teste *Colomesio* p. 16. opusc. Opus integrum fuit manu exaratum in bibliotheca Scorialensi, si catalogo MSS. fides, (non edito illi Alex. Boruoetii, sed Martini Lafarinae, abbatis et Philippi IV. a domesticis sacris et consiliis, quem ἀνέκδοτον habuit Isaacus Vossius.) Verum bibliotheca illa periit incendio anno 1671. †). Dicuntur Iamblichi Babylonica edere voluisse

1) *Ancy-*

*) *Vossius* pater p. 548. de hist. gr. legit περὶ ... de *progressu regis Babyloniorum*. Sane apud Photium regis nomen Γάρμος, non Γερώδης.

†) In notitia codd. gr. Escorial. et a Pliiero et ...kio exhibita, nomen Iamblichi erotici invenire non potui: neque reperi codicem Iamblichi memoratum in catalogo codd. quos possedit Burmannus II. mstor., subiecto catalogo illius bibliothecae. Et tamen scriptor ille libri erotici mst. fuisse apud Burmannum, et hic illum editurus dicebatur. *Reiske* ad Constantin. Porphyrogen. de caerimoniis aulae byzantinae, tom. II. p. 4. sq. Addere quoque liceat mihi, quae cl. *Villoison* in indice rerum ad Anecdota graeca, voc. *Scheffer* p. 511. adnotauit. *Ericus Fant* in specimine ...io histor. litteraturae graecae in Suecia, Vps. ...7. p. 94. de Christinae, reginae, meritis litterarum et intima L. Gr. peritia atque codd. graecorum vbique comparandorum diligentia docte disputans, „opera, ait, I. Vossii, qui Belgium ...ratum, Galliam et Germaniam impensis ... peragrauit, vt rariora compararet h... ...s ge... ...is cimelia. — — — *Iamblichi chronicon Babylonicum* et Philostorgii Arriani historiam ecclesiasticam, immodico, et, quod vix fidem inuenit, pretio (*cent soixante mille ecus*) redemisse ...ratur: quod chronicon quum adulterinum esse ...iur probauerint eruditi, non optimum harum rerum arbitrum et mercatorem Vossium ...de constat." *Arckenholz* Memoires de Christine, tom. I. p. 268. Idem *Fant* in nota subiecta ad h. l. ibid. p. 94. „*In Matrit hat sie* (regina Christina) *auf den einzigen Codex Mscr. Iamblichi eine Tonne Goldes angewendet, weil er so ung mein rar war*, verba sunt *Schurzfleischii* in Notitia litteraria p. 4. citata a Plantin. l. c. p. 38. (i. e. in *Olauii Plantin*, Angermannia Sueci, Vindemiola litteraria, in qua Hellas sub Arcto, siue merita Suecorum in linguam graecam breuissime et modestissime exponuntur, Wittebergae 1736. 8.) Sic autem pergit Ericus Fant. " Io. Henr. Boeclerus etiam in commentario de rebus saec. IX. ecclesiasticis p. 509. haec habet: *seruata sunt illius* [Iamblichi, qui Babylonica scripsit,) *opera in Palatio Escuriali regis Hispaniarum, quae regina Sueciae maximis sumtibus redemit, quod vnicum illud exemplar in tota rerum natura exstaret; quorsum nunc delatum fuerit, nescio.* Quam fidem haec mereantur, non iudicamus" inquit Fant, cuius doct. viri, vt et cl. Arckenholzii pace mihi dicere liceat, haec Iamblichi Babylonica non magis fuisse babyloniae *historiae chronicon*, quam historiae aethiopicae chronicon censenda sunt Heliodori Aethiopica; at vero haec Iamblichi Babylonica fuisse fabulam Milesiam, de Rhodanis et Sinonidis amoribus, libris XVI. compositam. — Confer *le Beau* iunior. in actis acad. Inscr. tom. XXXIV. p. 57. sqq. et nostras animaduerss. ad primum *Longi* ποιμενικῶν libr. p. 4. Videndum autem, an hoc Iamblichi Babylonico-

1) *Aloysius Alemannus*, de quo *Ioh. Woweranus* II. 10. epistolar. (in litteris datis Florent. Cal. Sept. 1601.) *Aloysius Alemannus is, qui Longi pastoralia vertit* z), *nescio quae Iamblichi inedita parat.* 2) *Gothofredus Iungermannus*, de quo Scaliger in Scaligeranis secundis p. 222. [s. pag. 410. ed. Amstel. 1740. voc. Iungerm.] *Iungermann donnera amatoria de Iamblichus, qui a esté du temps de Commodus.* Iungermannus ipse praef. ad Longum: *si mihi fauebis, — — dabo operam, vt alium [illegible] rum amoenissimum hactenus ἀνέκδοτον publice habeas.* 3) *Gilbertus Gaulminus*, qui in notis ad lib. de vita et morte Mosis, illa citat p. 283. et p. 216. *Ad Iamblichum in βαβυλωνιακοῖς plura dicemus.* Quo tamen in loco non [P] integrum opus Iamblichi, sed tantum epitomen eius, a Photio concinnatam, promittere Gaulminus videtur *Colomesio* p. 264. Galliae orientalis. Diuersus fuit hic Iamblichus et antiquior Iamblicho itidem Syro, Chalcidensi, qui sub Constantino, imp. claruit, de quo dixi supra lib. IV. [cap. XXXI. p. 758. sqq. et inprimis de Iambl. erotico p. 759.] Confer scholion graecum, ab Hoeschelio editum, p. 937. ad Photium, e quo disces, Iamblichum, Babylonicorum scriptorem, genere Syrum, Babylone a nutritio suo educatum fuisse captumque inter alios, quum Traianus, imperator, Babylonios bello inuasisset: ex quo Suidas forte Iamblichum illum ἀπὸ δούλων, siue mancipium fuisse scribit. Alioqui Babylone scribam regis gessit hic Iamblichus, linguae syriacae et babylonicae peritus et postea graecam etiam ita edoctus sub Traiano, (Ionsius sub M. Antonino, Scaliger sub Commodo vixisse adfirmant,) vt rhetor non ineptus illa quoque lingua euaserit.

2. ANONYMI *de amoribus Callimachi et Chrysorrhoës* versibus politicis, laudat *Meursius* in glossario graecobarbaro vocabulo βάνειν et alibi passim.

3. NICETAE EVGENIANI poesis *de Charicellis et Drosillae amoribus*, ad imitationem Prodromi aa) philosophi, vide *Labbeum* bibl. nou. MSS. p. 220. *Fabr.* Conf. supra vol. VII. p. 749. fin. adnotata. *Harl.*

[P] 4. ANONYMI ποίημα, scriptum ante annos 400. *de amoribus Lybistri et Rhodamnes*, MS. in cod. Colbertin. MMMMMCCCLXXXIV. Citat *Meursius* glossario graecobarbaro in γαστάνιον et alibi. Crusius Turco-Graecia p. 489. 490. Cangius in Βιτζέα etc. A[illegible]

rum apographum enim ceteris Christinae libris in Vaticanam bibl. delatum fuerit, si tamen illud vnquam e Scorialensi bibliotheca habuit Christina, numquam certe insano illo 160000 nummorum pretio emtum." Hactenus cl. *Villoison*. — *Montfaucon* in Bibl. biblioth. MSSt. I. p. 348. sq. memorat cod. XII. plut. 57. bibl. Laurent. Medic. in eoque inesse scribit *parecbolas* ex Callimaco, Adriano rhetore, *Iamblichi historia babylonica*, etc. Sed *Bandin.* qui eumdem codic. vberius recensuit, nullam Iamblichi illius iniicit mentionem. Add. *Saxii* Onom. I. p. 316. qui Iamblichum illum, prodit, vixisse imperantibus M. Aurelio et Commodo circ. a. Chr. 175. *Harl.*

z) Non vertit, sed tantum edidit Longum Alemannus; itaque recte Colomesius in Woweri verbis exhibet *dedit*. Addes hunc Aloysium Alemannis, quos singulari libro descripsit *Vrbanus Gotfridus Siberus*, Lips. 1710. 4.

aa) Theodori Prodromi, de quo supra § 8.

mentum et ſpecimen ex Cruſio adſcribere placet: *Conſtat verſibus politicis: id eſt, bina dimetra iambica, (quorum poſterius, catalecticum) habentibus. Vt cum Rhodamne, quae adhuc repugnarat amanti Lybiſtro, iam benigne reſpondet, ipſe gaudet:*

Ψυχὴ γὰρ ἐρωτότρωτος, ὅσα ψυχοπονέσῃ:
Χάνει τὲς πόνες, ἂν γλυκὺν μάθῃ τῦ πόθε λόγον.

Anima enim amore vulnerata, quamuis multum doluerit;
perdit dolores, vbi dulce perceperit de amore reſponſum.

In talium vero dimenſione, συναίρεσις fit:

Πόσες κινδύνες ἔπαθα, καὶ ἀνάγκας ὑπεξάθην;
Τί πράγματα ἐσυνέβησαν διεσέναν εἰς ἐμέναν;
Πέτρας ἀνάχες ἔσθησιν, καὶ σιδηρὶν καρδίαν:
Ναμετὰ συνεπάσχησες, τὰ ἐπάσχησα δι' ἐσέναν.

O quot pericula adii, quot neceſſitates ſuſtinui?
O quae acciderunt propter te, (cara Rhodamna,) mihi?
Saxeum ſi habuiſſes ſenſum, et ferreum cor,
Certe in his condoluiſſes, quae paſſus ſum propter te.

Addam ſane totius fabulae huius argumentum: quantum ex mutilo, et transpoſita hinc inde folia habente, fragmento, colligere potui: ordinans hoc modo narrationis ſeriem.

Lybiſtrum, ingenio formaque praeſtantem iuuenem, Chriſtianum, regem latinum, ...um triſtiſſime vagantem, (quia magico dolo ſuam cariſſimam vxorem, Rhodamnam, amiſerat, ...amque requirebat.) inuenit quidam, nomine Clitophon, et ipſe amore triſtis. Hi vna amicitiam iuramento ineuntes firmant. Huic Lybiſter narrat: quomodo initio amorem contemnens, ...ea, occaſione venationis et ſomnii, in eum inciderit; itaque centum miniſtris comitatus, ... regionem ethnici regis Chryſi venerit: ac poſt multos totius biennii labores, ſpecioſiſſimam ...us filiam conſilio amici, multis litteris ſagitta in arcem eius, nomine Argyrocaſtrum, con...tis, operaque Eunuchi adhibita, concilians, nomine Rhodamnam, (victo Aegyptio rege, ...iderico, qui riualis eius erat,) in matrimonium duxerit: ſucceſſorque regni, a ſocero de...natus fuerit. Deinde dolo [?] Friderici, (ſicut a vate ei praedictum fuerat,) magia cu...dam anus, ſibi ſua cara Rhodamna erepta fuerit. Exiuerat ergo moeſtiſſimus, cum cen...m miniſtris, quaerens ipſam per mille pericula: miniſtris in varia loca quaerendi cauſſa di...ſſis, qui, biennio exacto, ad eumdem locum redirent. Tunc inuenerat eum ille Clitophon; ...i Lybiſtro poſcenti viciſſim de ſua fortuna exponit; ſibi nomen Clitophontem eſſe: ex regia ...milia Armeniae deſcendiſſe; et, quod filiam patrui ſui, nomine Myrtanam, deperiſſet, metu ...nſi profugiſſe. Proficiſcuntur dehinc vna per loca difficillima: ſomnium Lybiſtri de aquila ... perdice, vt fauſtum, Clitophon exponit. Reperiunt Friderici anum, ignorantes ſcelus ...s, et ab ea decipiuntur. Tandem, Clitophontis fideli prudentia Rhodamna reperitur: et ...biſter, (quem ipſa ſcelere anus necatum eſſe putauerat,) ad eam cum ſummo gaudio reducitur

ritur. Redeunt ad locum, vbi initio Lybister a Clitophonte inuentus fuerat. Reperiunt et in loco constituto centum illos ministros.

Summa cum laetitia ad Argyrocastrum redeunt: vbi Clitophonti, gratitudinis ergo, Lybister sororem Rhodamnae, nomine Melanthiam, vxorem dedit.

Ita biennium Lybister consumsit, in concilianda sibi et ducenda Rhodamna: biennium in eadem reperienda consumsit et demum reducenda. Πολὺ τὸ ἔλεος πάθος vtrique: et alicubi, τὸ τῆς ἡδονῆς. *Loci communes praecipui:* 1. *De vi amoris.* 2. *de bono verae amicitiae.* 3. *quod industria et constantia omnia vincat. Omnia castissima et honestissima. Vetustum autem esse eum libellum, (cui non pauca initio, medio et fine, desunt,) colligo non modo ex chartarum carie et attritu; sed etiam ex iconibus, vbi nulli sclopi apparent; sed arcus et sagittae, et musicae testudines. Fortasse illo tempore exstitit, quo Germani, Galli et Veneti Constantinopolin ante 370.* [bb]) *annos per Flandrenses comites tenuerunt. Nomen enim Frederichi germanicum est. Item* σκέλπε, *scelm. In congressu equestri, Lybister ad Fridericum:* καὶ ἐγὼ τῶν ἀπεκρίθηκα, τόρα ἀποθνήσκεις σκέλπε, *Ego ei respondi: nunc moreris, scelesté.* Haec Crusius.

5. ANONYMI διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη τοῦ Ἡμπερίου θαυμαστοῦ, *Narratio amatoria de quodam Henperio,* versibus politicis graecobarbaris, MS. in bibl. Caesarea Incipit: Καὶ πῶς να γράψω τὴν ἀρχὴν etc. Ἀρχὴ τῆς διηγήσεως τῆς χώρας τῆς Πρεβέντζας. Ἄνθρωπος μέγας θαυμαστὸς αὐθέντης τῆς Πρεβέντζας. Vide *Nessellium* I. p. 342. *Lambecium* V. p. 262. *Fabr.* In ed. Kollar. p. 350. de cod. CCXCVIII. nr. 17. *Harl.*

6. Anonymi διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη Φλωρίου τοῦ πανευτυχοῦς καὶ κόρης Πλατζαφλώρης. *Narratio versibus politicis graecobarbaris* [?] *de amoribus Florii et Platzaflorae.* Incipit: Εἰς Καβελλάρης εὐγενὴς ἐρμώμενος ἐκ Ῥώμης. Exstat MS. in eadem bibl. Caesarea. Vide *Nessellium* I. p. 313. et Lambecium V. p. 264. [p. 554. sq. ed. Kollar. in cod. antea memorato, nr. XXX.]

[7. In cat. codd. *Paris.* bibl. publ. II. p. 167. cod. MMDCCCXCVIII. nr. 1. sic citatur Anonymi *de amoribus Thesei et Aemiliae libri duodecim,* lingua graeca vulgari, versibus politicis scripti. Opus Venetiis editum. In catal. autem Pinell. tom. II. p. 309 nr. 4461. sic: *Theseus et Aemiliae nuptiae,* poema in libros XII. tributum, graeco vulgari lingua. Venetiis, fratres de Sabio 1529. 4. Liber rarus. *Harl.*]

XIV. *Restant Scriptores erotici deperditi, quos litterarum ordine strictim recensere iuuat*

Agathiae Δαφνιακά, de quibus dixi supra in Agathia lib V. c. 5. [vol. VII. p. 569.]

Ammonius, Antiphanes [cc]), *Apollodorus, Aristophanes,* Byz. *Gorgias* et *Lynceus, Samius* scripserant de meretriculis Atheniensibus, teste Athenaeo, qui et ipse de illis non pauca

bb) Crusii liber prodiit a. C. 1584.
cc) Forte apud *Athenaeum* XIII. p. 586. pro Ἀντιφάνης legendum Ἀριστοφάνης.

pauca narrat libro XIII. Ex quo multa, quae de scortis famosioribus collegit Io. Textor in officina sua, non longe ab extremo libri. Dixere olim in laudem Naidis meretricis *Alcidamas*, pro Phryne *Hyperides*. [Add. quae de hetaeris Athen. docte et subtiliter exposuit *Iacobsius* in *Wielandi* Attico Museo vernacule scripto T. II. Part. 3. p. 125. T. III. Part. 1. p. 1. sqq. Part. 2. p. 171. sqq.]

Antonius Diogenes de Diniae ac Dercyllidis amoribus et quae ipsis, in vltimam vsque Thulen et vlterius oberrantibus et iactatis, acciderunt, admirandarum atque incredibilium narrationum libri XXIV. Isidorae, sorori, inscripti, quorum argumentum recenset *Photius* cod. CLXVI. suspicans, auctorem non diu post Alexandri M. [dd]) tempora vixisse, Lucianoque et Lucio atque aliis, qui dramata eiusmodi et commenta erotica scripserunt, occasionem et materiam praebuisse. *Antiphanes*, cuius ibidem meminit, fuit Antiphanes Bergaeus, de quo Scymni Chii locum adtuli lib. I. c. 22. §. 4. [vol. I. p. 196.] cui adde *Strabonem* lib. II. p. 102. vbi Pytheae, Euemeri et Antiphanis ψευσμάτων mentionem facit. [*Strab.* I. p. 81. ibique Casaubon. ed. Almel.]

[*Ariphradem* inter impuros homines nominat *Lucian.* in Pseudologista, cap. 3 vol. III p. 164. ed. Reitzii. *Harl.*]

Aristides, Μιλησιακῶν impudicorum libellorum scriptor, quos latine verterat *Sisena*, teste *Ouidio* II. Trist. vers. 443. [vbi v. interpr. in ed. Burm.] Mentio illius operis apud eumdem v. 413. Plutarchum in Crasso, Appianum Parthicis, Lucianum amoribus aliosque. Vide *Politianum* c. 16. Misc. et Vossium de hist. gr.

[*Aristo*, Iulietes, e Iulide, Cei insulae oppido, peripateticus, circa Olymp. CXL. clarus ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν ὁμοίων laudatur ab *Athenaeo* IV. 15. XV. p. 674. [v. supra, vol. III. p. 467. sqq.] Sed et *Aristoni, Chio, stoico*, ἐρωτικὰς διατριβὰς tribuit *Laertius* VII. 163. [v. supra, vol. III. p. 540. sqq. *Harl.*]

Aristotelis ἐρωτικῶν libri. Vide quae supra III. 6. in scriptis huius philosophi deperditis.

Astyanassa, περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν. Suid.

Botrys, Siculus, lasciuus et obscoenus scriptor, cuius meminit Timaeus apud Polybium in excerptis Peiresc. p. 52. quem locum describit Suidas in Δημοχάρης. Add. eumdem Suidam in Βοτρυσταγῆ ἔργη et *Athenaeum* VII. p. 322. vbi Botrys παιγνίων quorumdam apud Messanenses repertor memoratur: [ex quo loco, male intellecto, *Tiraquell.* in L. XI. connub. p. 186. a. et p. 191. b. Bothryn inter feminas eruditas recenset conf. Wolf. in catal. feminar. olim illustr. subiuncto Wolfii mulier. graec. — fragment. Londini (Hamburg) 1739. 4. p. 300. *Harl.*] Fuit et *Botrys* medicus Atheniensis, Plinio

dd) Longe iunior videtur *Francisco Vauassori*, lib. de ludicra dictione p. 148. *nam et duplex nomen*, inquit, *inusitata res veteri Graeciae, et nomen romanum in graecum hominem nisi forte libertum minus cadit, neque, quod grauissimum est, tum nata gens Antonia aut facta vox aut audita temporibus illis. Suspicio quoque est, nondum cognitam Thulen, insulam, de qua isti ferebantur inscripti libri.* Confer tamen, si placet, quae contra Vauassorem disputat *Baelius* in Lexico tom. I. p. 163.

nio laudatus et Galeno, qui eius compositiones medicas memorat III. 1. de medicam. κατὰ τόπους. [v. supra, ad vol. II. p. 116. *Harl.*

Cadmus, Archelai F. Milesius, quem iuniorem Suidas vocat, scripsit, eodem teste, λύσιν ἐρωτικῶν παθῶν libris XIV.

Capito, Alexandrinus, ἐποποιὸς, ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν. *Athen.* X. p. 425. *Fabr.* Conf. *Schneideri* pericul. critic. ad Cephal. p. 130. *Harl.*

Cleanthis stoici περὶ ἔρωτος et ἐρωτικὴ τέχνη. Laërt. VII. 175.

Clearchi ἐρωτικὰ laudat *Athenaeus* XIII. p. 573. πρῶτον ἐρωτικῶν id. XV. p. 669. et aliis in locis.

Cleomachus, pugil, mollium et cinaedicorum scriptorum auctor, vt colligas e *Strabone* XIV. p. 648.

Cleomenis, Laminthii, et Sapphonis ἐρωτικὰ μέλη memorat Athenaeus XIII. p. 605. [v. supra, ad vol. II. p. 117. *Harl.*]

Damascium cum Achille Tatio, Heliodoro aliisque huius commatis scriptoribus coniungit *Photius* cod. CLXVI. propter libros quatuor παραδόξων διηγημάτων, de quibus cod. CXXX. [v. infra vol. IX. de Photio, p. 416.] Incertum, an idem hic sit Damascius Damascenus, de quo infra inter philosophos. [conf. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 329. *Harl.*]

Diogenes, cynicus, ἐρωτικὸν scripsit teste *Laertio* VI. 80. et inter lasciuorum auctores scriptorum referuntur ab Apuleio in Apologia.

[*DIOGENIANVS*, cuius lib. amatorium e codice Paris. descripsit *Schweighaeuserus*, filius. et editurus est *Mitscherlich.* in collectione eroticorum. De aliis *Diogenianis* v. supra, vol. V. p. 109. §. IV. *Harl.*]

Elephantis, (siue, vt Suidae in Ἀστυάνασσα dicitur, Ἐλεφαντίνη,) femina lasciuorum poetria carminum, de quibus vide, quae viri docti ad Priapeia, Martialem XII. 43. et Suetonium Tiberio c. 43. *Ez. Spanhemius* diss. IX. de vsu numismatum p. 771. seq. [illegible] περὶ κοσμητικῶν memorat *Galenus* libro et capite 1. de medicamentis [?] κατὰ τόπους. Male *Cleophantis* in quibusdam Plinii editt. vt notatum Tiraquello. Emplastrum [illegible]phantinum, incertum, an ab hac Elephantide, laudat Celsus. *Fabr.* Conf. *Olearii* diss. de poetriis graecis, §. XXIX. pag. 152. sq. subiunctam *Io. Christoph. Wolfii* poetriarum [illegible] fragmentis. Hamburg. 1734. 4. *Harl.*

Epicurus, inter alia περὶ ἔρωτος [illegible] scripsisse traditur a Laertio X. 27.

Eubius. Ovid. II. Trist. versu 416. *Eubius*, *impurae conditor historiae.*

Euenus ἐν τοῖς εἰς Εὔηνον ἐρωτικοῖς citatur ab *Artemidoro* lib. I. c. 5. vbi ex eo profert notationem nominis cameli, quod dicatur quasi κάμμηρος, *curuans femora*, vt legas etiam in etymologico magno. Perstringit idem opus *Arrianus* IV. 9. Epictetearum: ἀντὶ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην ἀναγινώσκεις καὶ Εὔηνον, οὐδὲν ἀπ᾽ ὄλλυσαι; *In locum philosophicorum scriptorum Chrysippi ac Zenonis iam lectitas impudicas fabulas*

in Milesias Aristidis, et Eueni amatoria: nonne plurimum inde perdidisti? Confer, quae de Eueno vtroque supra lib. II. c. XI. §. 7. [vol. I. p. 728. sqq.]

Hemitheon, de cuius Sybaritide, siue Sybariticis libellis *Politianus* c. 15. Misc. et *Nic. Heinsius* ad Ouidii 2. Trist. 417.

Heraclidis, Pontici, ἀκέσιος ἐρωτικὸς ἢ Κλεινίας. *Laert.* V. 87.

Herodianus. Theodorus Priscianus, siue Octauianus Horatianus lib II. Logico cap. 11. p. 85. *Vtendum sane lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, vt sunt Amphipolitae Philippi, aut Herodiani, aut certe Syri Iamblichi, vel ceteris suauiter amatorias fabulas describentibus.*

Lucius, Patrensis, (ex Patris, Achaiae vrbe,) in *libris Metamorphoseon*, e quibus Lucianus Asinum suum expressisse videtur *Photio* cod. CXXIX. quamquam prius subdubitanti, vtrum Luciani διήγησιν amplificauerit potius Lucius. Lucium hunc, Patrensem, graecum scriptorem cum Apuleio, Madaurensi, (cui Lucii praenomen ex eiusdem Lucii imitatione vulgo perperam tribuitur,) latino fabularum Milesiarum scriptore perperam confundit *Hendreichius* in Pandectis Brandenburgicis tom. I. p. 234. Ab hoc Lucio Tertullianus c. 3. Apologetici Lucium dixit pro homine amoribus perdito: *Qui iuuenis, quam Lucius, quam amasius.* [v. infra, vol. IX. de Photio, p. 416. ed. vet.]

Lysiae, rhetoris, epistolae ἐρωτικαί. Suid.

Melesermi, Atheniensis sophistae, epistolarum amatoriarum libri XIV. Suid. [De hoc et Lysiae epist. ἐρωτικαῖς v. supra vol. I. p. 697. sq. §. XLI. *Harl.*]

De Menandri Ἀφροδισίοις dixi lib. II. c. 21. *Fabr.* in vol. II. p. 461. *Harl.*

Misthonis Sybaritae, hominis impuri, meminit *Lucianus* in Pseudologista tom. II. p. 434. [cap. 3. tom. III. p. 164. sq. ed. Reitz. *Harl.*] sed scriptorem fuisse non innuit, non magis [?] quam Ariphradem et Bastam Chium. Vnde notandus *Nic. Heinsius* ad Ouidii 2 Trist. 417.

Mnaseae ἐρωτικὰ *Aelian.* XVII. 46. hist. animal. sed legendum Εὐρωπιακὰ cum *Reinesio* p. 71. epist. ad Daumium ee), vbi promittit eroticos se scriptores vir doctus recensiturum in sexto Variarum libro, sed qui lucem non vidit. Apud *Plutarchum* in libro, quod non liceat suauiter viuere secundum Epicurum pag. 1101. Xylandri versio exhibet: *Scripsit in amatoriis poeta,* Sed in Graeco aliter est, et coniungenda sunt verba ἀφίησιν ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, tum sequitur: ὡς ὁ ποιητὴς εἴρηκε.

[*Monimes.* v. vol. I. p. 698. *Harl.*]

Pam-

ee) Cel. *Schneider* in sua Aeliani edit. dedit Μνασέας ἐν τῇ Εὐρώπῃ Διός, et p. 563. in not. damnat Gesneri emendationem nimis violentam ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, nec nouit, qui Mnaseae ἐρωτικὰ laudet. Gronouius ἐν τοῖς Εὐρώπης δευτέρῳ legit, et ita, ait Schneiderus, *Athenaeus* XII. p. 530. ἐν τρίτῳ τῆς Εὐρώπης laudat Mnaseam; quum antea VII. p. 296. ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Εὐρωπιακῶν dixisset. Patrensis patria fuit. cf. *Vossius* de historicis gr. I. cap. 21. supra, vol. II. p. 131. nr. XL. et VI. p. 573. *Harl.*

Pamphila, Epidauria, scripserat inter alia, quae memorat Suidas [item *Eudocia* p. 360. sq.] etiam περὶ Ἀφροδισίων.

Paxamus δωδεκάτεχνον composuerat teste eodem *Suida*, ἔστι δὲ περὶ αἰσχρῶν σχημάτων. Ita leg. pro ἔτι δέ. Confer eundem Suidam in Δωδεκαμήχανον et Schol. Comici ad ranas.

Persei, stoici, περὶ ἐρώτων. *Laert.* VII. 36.

Phanoclis, poetae elegiaci, ἔρωτες, siue καλοί, citantur a *Clemente Alex.* Protreptico p. 24. et lib. VI. Strom. p. 627. vbi Demosthene iuniorem docet. Vide et *Stobaeum* Grotii p. 262. et *Scaligerum* ad Euseb. p. 41. seq. [Plura vide ad vol. II. fin. f. p. 814. *Harl.*]

Philaenis. Vide infra in Polycrate, et Adr. Iunium adagio *Philaenidis commentarii*, Suid. in Ἀστυάνασσα. [supra, vol. III. p. 614.]

Philippus, Amphipolita, Rhodiacorum libros, valde obscaenos, teste Suida, [it. *Eudocia* p. 422.] scripsit. Hunc ipsum citat in Ἀποσιμῶσαι. Adde et Theodori Prisciani locum supra in Herodiano.

Polycharmi, Naucratitae, librum περὶ Ἀφροδίτης *de Venere Dea* citat *Athenaeus* XV. pag. 675.

Polycrates, Atheniensis, sophista, turpissimum opus περὶ σχημάτων Ἀφροδισίων, (consimili scelere, quo parentum nostrorum memoria nebulo quidam impudentissimum librum edidit sub nomine Aloysiae ff) Sigaeae,) vulgauerat sub nomine *Philaenidis*, Leucadiae matronae honestissimae, vt testatur Aeschrion apud *Athenaeum* VIII. p. 335. Confer Epitaphium Philaenidis Samiae auctore Dioscoride, quod ex Anthologia inedita primus vulgauit *Ez. Spanhemius* p. 764. diss. 9. de vsu numismatum, et emendatius [?] *Guil. Fleetwood* p. 338. Vet. Inscription. Memorat ὑπομνήματα Φιλαινίδος Timaeus apud *Polybium* p. 53. excerpt. Peiresc. et Suidam in Δημοχάρης. Adde *Clementem Alex.* p. 40. Protreptici, *Athenaeum* X. p. 457. *Suidam* in Ἀστυάνασσα, *Lucianum* amoribus tom. I. p. 894. Meminit Philaenidis inter meretrices etiam *Cleomedes* lib. II. p. 477. *Athenaeus* V. p. 220. *Fabr.* Add. supra vol. VI. p. 136. vol. III. p. 72. §. II. *Harl.*

Protagoridae, Cyziceni, ἀκροάσεις ἐρωτικὰς citat *Athenaeus* IV. p. 162. *Fabr.* Conf. vol. II. p. 670. not. llll. *Harl.*

Pythonicus, Atheniensis. Vide *Athenaeum* V. p. 220.

De *Sophoclis* ἐραστῶν dixi lib. II. cap. 17.

Sotades, mollium et lasciuorum auctor carminum, de quo dixi lib. II. c. 22. [vol. II. pag. 495. sq.] vt et de aliis cinaedologis.

Sphaerus, stoicus, scripserat διαλόγους ἐρωτικούς. *Laert.* VII. 178.

Sy...

ff) Vide V. C. Ioh. Molleri Homonymoscopiam p. 35. Tenzelii *Monatliche Unterredungen* a. 1693. p. 166. seq.

Sphodrias, cynicus, in τέχνῃ ἐρωτικῇ citatur ab *Athenaeo* IV. p. 162.

Θεόκριτος, εἰς ἔρωτα μέλος. *Athen.* XIV. p. 475. num Anacreontis?

Theophrasti ἐρωτικὸς, *siue* περὶ ἔρωτος liber. Vide supra III. 7. in scriptis huius philosophi deperditis, [vol. III. p. 449.]

Xenophon, Babylonius, Βαβυλωνιακά. Ἔστι δὲ ἐρωτικά. Suid.

Xenophon, Cyprius, Κυπριακά. Ἔστι δὲ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία. περί τε Κινύραν καὶ Μύῤῥαν καὶ Ἄδωνιν, Suid. *Fabr.* Iam supra in nota prima ad Xenophontem Ephes. obseruaui, Bodon. suspicari, illum, et duo, qui hic nominantur a Fabricio, *Babylonium* atque *Cyprium* esse Ψευδωνύμους, quia scriptores erotici libenter verum nomen suum celassent. Namque minus verisimile illi videtur, tres exstitisse huius nominis eroticos fabulatores; contra arbitratur, homines istos celeberrimo illo Musae atticae nomine libellis suis gratiam quamdam conciliare cupiuisse. Neque illa suspicio prorsus contemnenda videtur *Locellae* in praef. p. VI. not. 4. ad edit. Xenoph. Ephes. *Harl.*

Zeno, stoicus, inter lasciuorum scriptorum auctores refertur ab Apuleio in Apologia. Eius ἐρωτικὴ τέχνη. Laert. VII. 24.

Zonaei epistolae ἐρωτικαί. Suid. [v. supra vol. I. p. 697. §. XLI. *Harl.*]

[Fabric. hic addiderat indicem homonymorum, in sex voluminibus huius bibliothecae (vet. edit.) distinctorum. Sed nomina illa in indice generali locum etiam obtinebunt. Quare loco illius indicis, antequam ad scriptores ecclesiasticos progrediatur oratio, propter temporis rationem ea, quae in vol. I. p. 556. sqq. de *Quinto Smyrnaeo*, *Colutho* et *Tryphiodoro* de industria omisi, hic persequar et absoluam. Quae ibi a Fabricio iam scripta et a me adiecta sunt, nemo hic denuo requiret.

COINTVM, siue, vt latinis litteris scribitur, *QVINTVM*, *Reinesius* in iudicio de chemicor. codice Gothano p. 750. in *Fabricii* B. Gr. vol. XII. scribendum esse contendit *Corinthum*. Regionem vero Smyrnaeensem fuisse Cointi patriam, cl. *Tychsen* in commentat. supra memor. speciose ostendit p. 5. sq. et locum Cointi libr. XII. 304. sqq. interpretatur. Idem nimis subtilem esse Fabricium iudicat, quando is ne ex illo quidem loco intelligi existimet, poetam Smyrna oriundum fuisse: sed tantum vixisse ibi aliquamdiu. Pag. 9. sqq. refutat miram Barnesii opinionem, qui ad Iliad. β', 219. verisimile putat, *Quintum Smyrnaeum Calabrum* (vti scribit,) *eumdem esse cum Quinto Ennio*, et in aetatem Cointi curiosius inquirit. Pag. 13. adnotat, praeter carmen praetermissorum ab Homero, *Quinti* habitos esse versus de laboribus Herculis, qui exstant gg) in Anthol. IV. cap. 8. et *Brunckii* analect. II. p. 475. quoniam eos tribuat Quinto *Tzetzes* Chil. I. 38. vers. 489. sed videtur

gg) Sub Quinti Smyrnaei nomine, in cod. *Vossiano*. v. cat. B. Leidensis p. 398. — in cod. *Veneto* Marc. DXVII. v. cat. codd. Ven. gr. p. 278. in cod. *Paris.* CCCXCVI. nr. 21. in cod. *Augustano*. v. *Reiser*. cat. p. 85.

videtur ille Tychsenio memoria lapsus, quum meminisset, descriptos esse a Quinto labores Herculis, atque, quam ille habet libr. VI. 200. sqq. rerum Herculis, in scuto Eurypili expressarum, descriptionem, de cuius tamen auctore ipse Tzetz. dubitasse videtur, plane aliam, ab istis versibus esse diuersam. Similiter, ait Tychsen., epigramma, quod sub *Quinti* nomine publicauit, ex Anthol. msta Bodlei. *Merrik* in diss. in Tryphiod. p. LIII. non est Quinti nostri, sed, vt ipse obseruat, *Quinti* cuiusdam *Maecii*, cuius plura extant epigrr. in Anthol. libr. I. sc. VI. 3. Tum in sect. II. p. 14. sqq. erudite pulcreque agit iudicatque de carmine, chronologia et orationis indole; de poeticis carminis virtutibus, quibus superat Coluthum, Tryphiodorum, vitiisque. In sectione III. disputatur de auctoribus, quos sequutus est poeta in fabulis tradendis: in sect. IV. de vtilitate et praestantia huius carminis: in sect. V. recensentur edd. et ex Montfauconii potissimum Bibl. biblioth. MSS. codd. in sect. VI. proponitur specimen emendatt. et obss. ad loca difficiliora Quinti Smyrnaei. Quae omnia digna sunt, quae legantur, nobisque faciunt otium. Sed noua, quae promittitur, editio nondum adspexit lucem. Adde *Hamberger.* (qui eum ante a. 518. vixisse ponit,) Zuverl. Nachr. III. p. 307. sqq. et *Saxium* in Onom. II. p. 20. sqq. qui quaerit, an *Cointus, Coluthus* et *Tryphiodorus* possint ad tempora *Anastasii Aug.* referri.

Sequitur, vt primum *codd. msst.* dein *editiones* paucis recenseamus. *Venetiis* in bibl. D. Marci CDLVI. post Homeri opera, a fol. 218. sunt *Quinti Smyrnaei* paralipomena. v. cat. codd. gr. Marc. p. 245. — Ibid. in cod. CCLXXXIX. nr. 5. *Naniano* est fragmentum, liber I. v. cat. codd. Nan. p. 486. — *Florentiae* in bibl. Laur. Med. cod. membr. XXIX. plut. 56. saec. XV. Κοΐντου Καλαβροῦ [hh]) παραλειπόμενα, *Bandin.* in cat. codd. gr. illius bibl. II. p. 330. eum codicem vocat optimum, et subscriptionem gr. monitumque scriptoris *Georgii Tribizii*, Graecorum, Venetiis degentium, sacerdotis, (cuius nullam facit mentionem *Montfauc.* in Palaeogr. gr.) reddit, in qua is profitetur, se transscripsisse hunc librum Quinti poetae ex codice corrupto, et alia quidem correxisse; alia vero, vt habet exemplar; non enim potuisse fieri, vt omnia, quae quidem dilucide non nouerit, corrigerentur. — Ibid. in cod. XIX. chart. saec. XV. plut. 59. Κοΐντου τὰ μετὰ τὸν Ἕκτορος θάνατον, ὅσα πέπρακται ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ Τρώων ἐν Τροίᾳ, καὶ ὅπως ἑάλω τὸ Ἴλιον, v. *Bandin.* II. p. 646. — Ib. cod. XXIX. plut. 31. (tom. II. p. 103. *Band.*) est edit. Aldina, in membranis expressa typis, *Cointi, Tryphiodori* et *Coluthi* in min. 8. sine anni nota. — *Neapoli* in bibl. Augustinens. S. Ioan. ad Carbonariam nr. 50. Q. Calabri τῶν Ὁμήρου παραλειπ. libri VII. — *Mediolani* in bibl. Ambros. vnus codex. — Duo codd. qui sunt in bibl. regia *Matritensi*, diligenter recensuit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matr. pag. 124. sqq. cod. XXVIII. ex quo et argumenta, libris XIV. praefixa, atque a Constantino Lascari confecta, graece promulgauit, et p. 128. specimen dedit variarum lectionum; potissimum indicat multos versus, qui pleniores vel emendatiores in cod. illo reperiuntur: pag. autem 192. sqq. copiosius describit cod. LVII. manu Const. Lascaris exaratum, ex eoque enotauit et Lascaris notitiam de

Cointo

hh) Ex hoc addito voc. et quod inscriptiones Tychsen in comment. laud. p. 14. qui p. 8. et ss. variant in libris scriptis, patet, inscriptt. non ab animaduertit, e codice, in Calabria reperto, duauctore ipso, sed a librariis fuisse praefixas. cf. xisse nostra exemplaria.

Cointo, gr. cum verſione latina, et multo plures varias lectiones, quarum nonnullae firmant Rhodomanni coniecturas. — In bibl. *Eſcorial.* duo codices ii). — *Vindobonae* in bibl. caeſarea, cod. XCI. *Quinti Calabri* paralipomena etc. et cod. V. Homeri Ilias et Odyſſea cum notis ſeu rhapſodia *Quinti Smyrnaei*, teſte *Neſſelio* in catal. codd. caeſar. part. IV. p. 52. et 5. (ſiue rectius poſterior continet Quinti paralipomena, auctore *Schow* p. 60. epiſt. mox citandae.) — *Monachii* in bibl. elect. Bauar. cod. chart. CCXL. *Quinti Calabri* libri XII. v. cat. codd. gr. etc. p. 83. Plurimos horum codd. *Nic. Schow*, in epiſt. crit. altera ad Tychſenium, (Romae 1790, 4. p. 60. ſqq. recenſuit addiditque notitiam codd. *Vaticanorum* nr. CIII. — nr. MCDXX, ex priore deſcripti, (vtrique autem praemittuntur Conſtant. Laſcaris argumenta, ab iis, quae Iriarte ex codd. Matrit. publicauit, parum diuerſa) — et nr. CXLVII. et *Barberini*, nr. CLX. illos, quos conſuluit, ratione bonitatis ac praeſtantiae in claſſes IV. diſpeſcuit, ac Venetum Marc. Vatican. tertium atque Neapolitan., ex eodem, vt videtur, fonte deductos, in primo ordine collocauit, denique ex iis collegit largum variarum lectionum atque emendationum ſpicilegium, adſperſis quibusdam obſeruationibus. — Citatur Quintus Smyrn. in homericis ſcholiis Marcianis, a Villoiſonio editis. Add. quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. I. part. I. p. 412.

Editiones hae fere ſunt. Princeps eſt *Aldina*, ſed plena mendis, vt iam notauit Gesnerus, ex cod. quodam valde corrupto, qui lacunas habuit non paucas: Κοιντȣ Καλαβρȣ παραλειπομενων Ὁμηρȣ, βιβλια τεσσαρεσκαιδεκα. *Quinti Calabri derelictorum ab Homero libri quatuordecim. Tryphiodori excidium Troiae. Coluthi raptus Helenae,* gr. ſine vlla nota, cum ſigno Aldi in fronte et in fine. 8. In Serie dell' edizioni Aldine, pag. 159. additur nota: „Si reputa del 1521. ma non v'è fondamento per aſſerirlo.“ In bibl. caeſar. Vindobon. eſt exemplar cum Io. Curterii notis msst. v. *Schow* l. m. p. 61. et in bibl. Leidenſi exempl. manu Frid. Sylburgii emendat. v. cat. illius, p. 26. — Recuſa eſt illa edit. trium poetarum, graece, ita, vt paginae pares eſſent, ſed mendorum numerus augeretur, Baſileae per Sixtum Henricpetri. 1569. 8. Praemiſſa eſt epiſtola nuncupatoria *Freigii*, graece ſcripta, de poeſeos praeſtantia. Exemplari, quod eſt in bibl. Leidenſi (v. catal. illius p. 261.) aliqua manu ſua adnotauit *Gerard. Falkenburgius*. — Latina proſa vertit Quinti carmen *Iodoc. Valeraeus*. Antwerp. 1539. 8. — Lugd. 1541. 8. kk) — Fabricius, *Bernardi*, aiebat, *Baldi*, (latinam, an hetruſcam?) non vidi: nec illam vidit *Paiton*. in bibl. degli autori — volgarizz. tom. III. p. 198. Sed hetruſca eſt, adhuc inedita. *Schow* quidem l. m. p. 86. adnotat, *Bernardinum Baldum*, Vrbinatem, circa finem ſaec. XVI. florentem, [nat. 1553. den. 1617. v. *Saxii* Onom. III. p. 543. et *Clement*. bibl. cur. hiſtor. et crit. II. p. 372. ſqq.] et in Quinti carmine vertendo textum ed. Ald. ſumma vbique fide ſequutum, lacunam libri X. 340. ſqq. ex ingenio ſuppleuiſſe. Verſus illos, *italice* ſcriptos, ex proprio auctoris

ii) Cod. hunc Eſcor. praeſtantiſſimum eſſe iudicauit cl. *Tychſen* in litteris ad me datis: ex eoque Quint. Smyrn. pluribus verſibus auctum editurum ſe promiſit, in genere ſex vel ſeptem codicum collationibus in reſtituendo hoc poeta vſus.

kk) Sic citarunt illas editt. Fabricius et Tychſen. Sed in catal. biblioth. Leidenſis p. 261. ita: *Iidem* (libri Q. Calabri) *graece* et *lat.* per *Iodoc. Velaraeum*, *Baſil.* 1569. ſed *latina* Antwerp. 1539. 8.

auctoris apographo, adhuc inedito, in bibl. Albana Romae seruato, descripsit. Denique obseruat, vitam illustris illius hominis diligenter expositam esse in libro: *Vita di Monsignore Bernardino Baldi da Vrbino, primo Abate di Guastalla, Parma* 1783. 8. ibique in elencho operum editorum et ineditorum p. 208. de hac Quinti Calabri versione copiose disputari.

Casparis Barthii metaphrasis, qui tom. I. ad Statium p. 584. testatur, se adolescentis aetate Quintum Smyrnaeum correxisse et latino carmine transtulisse, lucem non adspexit. Idem vero, Scaliger, Reinesius, Heinsius frequentem poetae iniecerunt mentionem, et quidam emendationes fecerunt ad loca carminis corrupta. Singulatim edidit *Brodaeus* Turonensis *notas et emendationes in Oppianum, Quintum Smyrnaeum et Coluthum,* Basil. 1552. 8. quas deinde recepit *Claud. Dausqueius*, cuius *Adnotamenta in Q. Calabri, seu Cointi Smyrnaei paralipomena;* item in *Tryphiodorum et Coluthum* prodierunt Francof. 1614. 8. Dausquei tamen, in Rhodomannum iniusti, adnotatt. valde spernit Paw in praef. ad suam edit.

In *Michael. Neandri* Opere aureo, in tomo II. (qui vt in titulo exaratum legitur, continet, *Coluthi* Helenae raptum, *Tryphiodori* — de Troiae excidio: *Cointi Smyrnaei* — de Troiae excidio *libros duo*, *eiusdem* reditum Graecorum, libr. vnum ll) in fine: Lipsiae imprimeb. Io. Steinmann. a. M. D. LXXVII. 4.) singuli libri habent peculiares inscriptiones: Quare Quinti Smyrn. carmen hanc prae se fert, Κοιντȣ του Σμυρναιȣ Ἰλιȣ ἁλωσεως βιβλίον ἕν· i. e. *Cointi Smyrnaei,* popularis Homeri, poetae vetustissimi et suauissimi, *Ilii excidii libri duo. Reditus Graecorum, capta Troia, liber vnus.* Expositi olim in schola Ilfeldensi, et editi nunc studio, industria et labore *Laur. Rhodomanni,* Cherusci. Lipsiae. In calce totius operis: gr. cum versione Neandri latina. Lipsiae imprimebat Io. Steinmann. a. MD. LXXVII. 4. mm) Rhodom. praemisit praefat. graecis et latine versis versibus, in eaque refert, se inter auditores Neandri tunc fuisse, atque ipsum, Quinti libros praelegentem, auscultasse;

ll) Sunt, ait *Tychsen* l. c. p. 40. libri XII — XIV. Quinti, quorum hunc (vltimum) male ad νόστοι refert, quum adpareat, desinere eum in profectione Achiuorum, ab Troia euersa. Ceterum hic titulus fraudi fuit viris doctis, vt diuersa carmina putauerint Paralipomena et Ἰλίȣ ἅλωσιν. conf. Fabr. B. Gr. (cuius locum paullo post dedimus.)

mm) Hanc anni notam habet meum exemplar. Fabricius scripserat 1575. Tychsen vero, Lipsiae 1573. (separatim, vt credo,) 4. ad calcem operis aurei, a Neandro editi Lipf. 1577. 4. Neander vero iam antea euulgarat opus: *En lector librum damus vere aureum planeque scholasticum*, quo continentur haec: Τα χρυσα καλȣμενα πυθαγορȣ επη — — — *Pythagorae* carmina aurea; *Phocylides* poema admonitor. *Theognidis* — gnomologia; *Coluthi* — Helenae raptus; *Tryphiodori* — de Troiae excidio. Omnia graeco latina, conuersa simul et exposita a *Mich. Neandro* Soranienfe. Basileae per Io. Oporin. in calce — MDLIX. 4. In hoc opere, quod tribus constat paruis tomis, quorum singuli suam habent inscriptionem et praefat. suumque indicem, (tot equidem habeo tomos,) deest Quinti Smyrnaei carmen cum aliis, quae accesserunt edit. Lipsiensi, vt iam quoque animaduertit *Freytag* in Analect. litter. de libris rarior. p. 628. Teste *Bünemanno* in catal. scriptor. rarissimorum p. 101. in sectione librorum Petauii, ed. [illegible] pro XV. flor. vendita est. Conf. *Volborth.* Lobschrift auf Mich. Neander. Götting. 1777. 4. pag. 49.

ſcultaſſe; pari modo ſingulis praefixit libris argumentum: margini autem adpoſuit multas emendationes atque coniecturas ſagaces. Inter ea *Guil. Canterus* XVII. Quinti loca emendauit in I. Nouar. lect. cap. VII. quae omnes emendationes praeter vnam lib. VII. v. 520. iam ſunt apud Rhodomannum. Qui tamen, ait *Tychſen* p. 40. neſcio, an viderit Canteri correctiones; quippe qui vix praeteriiſſet illam, quae eſt optima in loco adfecto.

Idem *Rhodomannus*, cuius ſtudio, ingenio operaque Quintus multum debet, ſanatis per totum carmen permultis locis luxatis corruptisque, totum Cointi carmen recenſuit, et cum verſione noua ſua proſaria poſt triginta annos, per quos in priuatis ſcriniis delituerat, ſecundis curis emendata et caſtigationibus edidit graece et latine. Inſcriptio libri haec eſt:

Ἰλιας Κοιντȣ Σμυρναιȣ *ſeu Quinti Calabri paralipomena, i. e. derelicta ab Homero, XIV. libris comprehenſa, in quibus hiſtoriam belli Troiani ab interitu Hectoris ad excidium et calamitoſi Graecorum reditus homerico orationis genere perſequitur. Latine olim reddita et correcta a Laurentio Rhodomanno. Nunc acceſſit epitome gemina tum Homeri, tum Cointi tum vniuerſae hiſtoriae Troianae, itemque Dionis Chryſoſtomi oratio (XI.) de Ilio non capto, auctore et interprete eodem.* Hanouiae 1604. 8. Rhodomannus Aldinum exemplar non habuit; ſed tantum excerptas lectiones; ad exemplar autem Baſileenſe, paucis correctis, quae aperta erant librariorum aut operarum vitia, deſcribendum curauit textum graecum, operarum vero tarditate haud paucis foedatum peccatis. Vnde factum eſt, vt quaedam emendaret Rhodom. Baſileenſis vitia, quae recte ſe habebant in Aldina edit. Id etiam, quia emendationes ad finem continua ſerie, verſibus tantum indicatis, poſitae ſaepe duobus aut tribus locis, ſunt quaerendae, ad vſum valde eſt incommodum. Praefat. excipiunt argumenta Iliados, periochas Homeri is vocat, a Rhodom. verſibus graecis et latinis; tum argumenta in Quinti libros XIV. ſimili ratione confecta. Poſt indices adiectae ſunt *Io. Hartungii* notationes de nomenclatura librorum Quinti, prouerbiis, ſententiis etc. parum fructuoſe et vno alteroque folio conſtantes, et Rhodomanni τρωικα, ſ. epitome hiſtoriae Troianae, e variis auctoribus decerpta, gr. ac lat. quod carmen multi laudarunt, vt antiquum; et titulo iam memorata [nn]). — Huius Rhodomannianae editionis exempla quaedam quum in officina libraria Wecheliana adhuc ſupereſſent, a. 1614. quo lucem viderunt *Claudii Dausquii* notae ſupra memoratae, Francof. ex eadem Wecheliana ſ. Aubriana officina, in 8^{uo}. quo facilius iunctim venderentur, nouus a typographo titulus, *Troia expugnata ſeu ſupplementum Homeri — — auctore Quinto Calabro, graece, interprete Laur. Rhodomanno, cum Cl. Dauſqueii adnotamentis*, etc. Quinto eſt praefixus, atque inde factum eſt, vt in quibusdam exemplis edit. Rhodomannianae compareat annus, non 1604. ſed 1614. „De Rhodomanno, ait Fabricius, adponam vnicum idque rectiſſimum iudicium *Caſp. Barthii* LIX. 1. Aduerſar. *Locus is Calabri vulgo corruptus circumfertur;*

nn) In bibl. Leidenſi eſt exemplar, vbi paſſim ſunt adnotata viri docti. v. catal. illius bibl. pag. 261.

tur: ſed nos eruditiſſimi Rhodomanni emendationem merito ſequemur, qui eum diuinum poetam totum in ſe redegerat, adeo, vt ſimilia eidem rara felicitate ſcribere poſſet. Quo quidem viro graecum poetam neminem vmquam meliorem habuiſſe Germaniam noſtram exiſtimo, cuius poematis plerisque talibus ſi nomen abeſſet, nos antiquum auctorem, et non de buccenibus aliquem adſcripturum fuiſſe, rectiſſime iudicauit Ioſ. Scaliger. Quintum vt hiſtorici magis, quam poetae functum officio reprehendi ab *Udeno Niſiello* in parte IV. progymnasmatum, italice editor. notauit *Laurentius Craſſus*, in opere de poetis graecis, eadem lingua vulgato, p. 438. At *Bailletus*, Gallus, fallitur, qui iudic. de poetis, tom. II. p. 524. adfirmat, Quinto praeter XIV. libros paralipomenon Homeri, binos tribui ſeorſim ſcriptos de Ilii excidio. Nam duodecimus et decimus tertius ex illis XIV. ſunt, quos Michael Neander ſeorſim in aureo opere edidit ſub titulo Ἰλίȣ ἁλώσεως βιβλία δύο." Hactenus Fabr. adde *Tychſen* l. c. p. 40. fin.

Poſt longum temporis interuallum nouam curauit editionem, ſuperioribus quidem praeſtantiorem, et ab typorum elegantia et ad vſum commoditate laudabilem, neque tamen criticis probatam, *Ioan. Cornelius de Pauw;* nimis autem ſeuerus et iniquus fuit cum in auctorem carminis, quem valde culpat, tum in bonum Rhodomannum. Inſcriptio autem haec eſt:

Quinti Calabri praetermiſſorum ab Homero, libri XIV. graece, cum verſione latina et integris emendatt. Laur. Rhodomanni, et adnotamentis ſelectis Claudii Dauſqueii, curante Io. Cornelio de Pauw, qui ſuas etiam emendationes addidit. Lugd. Bat. ap. Io. van Abcoude. 1735. mai. 8. Namque quam feſtinanter tractarit auctorem, qua mira licentia verſatus ſit in metris, et quae alia commiſerit peccata, aut quae omiſerit, (neglexit enim Canteri obſeruatt. notasque Scaligeri ac Falkenburg. mſtas, quas tamen in manibus habuit, nec conſuluit codd., Aldinam vero edit. conſuluit,) oſtenderunt cenſor in Actis erud. Lipſ. a. 1736. p. 112. ſqq. cum primis *Doruillius*, qui pari acerbitate, ſed acriore iudicio et curatiore litterarum graec. ſcientia perſtrinxit temerarias illius emendationes in libro, cui titulum fecit, *Vannus critica in inanes I. Corn. Pauonis paleas etc.* Amſtel. 1737. mai. 8. p. 346. ſqq. in primis p. 577 — 595. Idem animaduerſſ. ad Charitona de multis Q. Calabri locis ſuam dixit ſententiam. — Add. *Tychſen* l. c. p. 43. ſq. Poſtea *Pierſon* in Veriſimilibus etc. aliquot Quinti locis manum medicam adhibere ſtuduit. In linguam *italicam* Quinti carmen ab *Ant. Mar. Saluinio*, Patau. ap. Cominum, eſſe translatum, prodit *Patton.* l. c. pag. 197. ſq. *Harl.*]

[*COLVTHVS.* De hoc praeter ea, quae ſupra in vol. I. p. 557. ſcripta ſunt, v. Lennepium, Hamberger. et Saxium, a me in Introd. in hiſt. L. Gr. I. part. I. vbi plura notaui de *Colutho* p. 408. ſqq. citatos, atque cl. *Ge. Nic. Brehmii* bibliograph. Handbuch etc. part. II. Lipſ. 1800. 8. p. 301. ſqq. De edd. *Aldinae, Baſil. Lectii* et *Mich. Neandri*, it. de verſione lat. *Iod. Valaraei* it. de *Io. Brodaei* et *Claudii Dauſquii* notis atque caſtigationibus conf. ad Comtum Smyrnaeum paullo ante obſeruata. Quare h. l. pergimus, primum codd. MSSt. qui quidem omnes fere ex vno fonte, forſan ex codice, quem Beſ-

ſario

ſario in Apulia reperit, deriuati eſſe, aut ad familiam illius pertinere videntur, enumerare. *Fabricius* memorauit ſuum cod. Coluthi et Tryphiodori, ſcriptum ante annos circiter trecentos, qui olim fuit Eliae Putſchii. Collationem illius diligentem, a Reimaro factam, *Lennep* habuerat auxilio Ruhnkenii. — *Voſſianum* in bibl. Leidenſi acad. cod. inter optimos cenſet idem *Lennep.* illiusque collationem acceperat a Valkenario; beneficio autem Doruillii varias codd. *Florentini* [oo]), duorum *Pariſ.* [pp]) regg. et *Mediolanenſis Ambroſ.* de quibus omnibus Lennep. in praef. ſua ad Coluthum curatius diſſerit. Idem ibidem quasdam recenſet editt. — *Coluthi* Lycopolitae Thebani — de raptu Helenae: ac iudicio Paridis. Poema: nunc primum ab *Helio Eobano Heſſo* latino carmine redditum. Epithalamion Helenes ex *Theocrito. Moſchi* amor fugitiuus. Eodem interprete. Erphurdiae, excud. Melchior Saxus. 1553. 4. v. *Freytag* Nachr. von ſelten. Büchern p. 198. et *Panzer.* A. T. VI. p. 504. — recuſ. inter alia Eob. Heſſi poemata, Francof. 1564. 8. p. 715. — *Coluthi* — raptus Helenae per *Renat. Perdrierium* ad verbum translatus, cum breu. *Bernardi Bertrandi* annotatt. et *Tryphiodori* — de Ilii expugnatione libell. ab eodem *Perdrierio* verſus. Baſil. ex off. Io. Oporini. 1555. 8. (*Maitt.* A. T. III. p. 668.) — *Coluthus* legitur ad calcem nonnullarum Homeri editionum, vt in gr. lat. ap. Paul. Steph. 1604. 12. — in graeca et graeco-latina, quam curauit *Aemilius Portus,* Geneu. 1609. 12. v. ſupra, vol. I. p. 418. — *Col.* Helenae raptas et *Tryphiodori* Ilii excidium. graece, cum verſione latina et expoſitione *M. Neandri.* Avenione. Io. Crispin. 1574. 16. (v. *Hamberger.* III. p. 305. ſq.) — idem poemation, gr. Pariſ. e typogr. Stephani Preuoſteau, her. G. Morelii. 1586. 4. (*Maittaire* A. T. tom. V. p. 304.) — *Franc. Sfondrati,* Cardinalis, de raptu Helenae, libri III. Venetiis 1559. et in *Leodegarii a Quercu* farragine et in *Gruteri* deliciis poetarum Italorum. — Cum verſione proſaria *Stephani Vbelii,* Gymnaſiarchae Doccomiani, Coluthus prodiit Franequerae 1600. 8. — De raptu Helenae liber, graece, ab *Helio Eobano,* Heſſo, latino carmine redditus: Acceſſit *Muſaei* opuſculum de Herone et Leandro, graece, ab *And. Papio,* latino carmine expreſſum. (edente *Henr. Rumpio.*) Hamburgi, P. Lang. 1617. 8. — Hunc poetam emendatiorem cum ſcholiis graecis, variis lect. obſeruationibus philologicis, gloſſario Coluthiano et diſſertatione de CLXI. troiani belli ſcriptoribus editurus erat D. *Valentin. Erneſt. Loeſcherus* [qq]), ſed poſtea propter muneris forſan rationem aliosque labores fidem non exſoluit. Qui tamen, vt ipſe adfirmat in Stromat. p. 468. partem eorum, quae natus XVII. annos adoleſcens conſcripſit, publicavit in libro, inſcripto: *Valent. Ern. Loeſcheri* S. Theol. D. Senat. eccleſ. et Superint. Dresdens. *Stromateus,* ſiue diſſ. ſacri et literarii argumenti, ineditae partim hactenus, partim editae olim, ſed reuiſae nunc et locupletatae etc. Wittembergae ap. Saxon. 1734. 4. ſect. XIII. et XIV. Lectionum Coluthianarum lib. ſingular. p. 313 — 468. In prioribus ſect. XIII.

oo) Qui continet *Coluthum* et *Tryphiodorum,* v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 98. Eſt vero cod. XXVII. plut. 31. In eadem bibl. in cod. XXIX. plut. 31. eſſe Aldin. ed. membranis impreſſam, iam ad Cointum Smyrn. adnotauimus.

pp) Codd. MMDC. et MMDCCLXIV. in priore, quo iure neſcio, nr. 4. citatur in catal. codd. Par. II. p. 526. nr. 5. *Coluthi* de raptu Helenae poema, et nr. 4. *eiusdem poema de Troiae excidio.*

qq) Conf. noua litteraria Hamburg. a. 1704. p. 265.

XIII. capp. agit docte, ſed nimis copioſe de Colutho, eius nomine, patria, aetate, ſtilo, imitatione, de fatis carminis Coluthiani, de editionibus verſionibusque illius et de commentariis in Coluthum etc. In ſect. XIV. p. 344. ſqq. ſequuntur luxuriantes, quae ſpirant quidem magnam eruditionem atque diligentiam, ſed iuuenile quoque ingenium, quod ſibi temperare non poteſt, adnotationes in Coluth. libr. I — II. verſ. 25. philologicae, grammaticae atque per occaſionem aliorum auctorum loca emendantur illuſtranturue. — Tandem, poſt longum temporis interuallum Coluthus nouu veſte indutus et multis dotibus ornatus prodiit in lucem cura *Lennepii*, adhuc litterarum cauſſa in academia Franequerana verſati, cuius editio hucusque optima et pleniſſima habetur:

Κολȣθȣ — *Coluthi raptus Helenae.* Recenſuit ad fidem codd. MSS. ac variantes lectiones ac notas adiecit *Io. Dan. a Lennep.* Acced. eiusd. animaduerſionum libri tres, tum in *Coluthum*, tum in nonnullos alios auctores. Leouard. ex off. Guil. Coulon. 1747. 8. gr. cum latina Lennep. verſione. Quod in codd. ſcribitur Κολλȣθος, ſ. Κολλυθος, dubitare videtur Lennep. in praef. p. XIX. ſq. an recte Coluthus ille Thebanus auctor poematii ſtatuatur, et non meliore iure *Colluthus* quidam (ſed homo ignotus) nomine eius auctor haberi queat: quod vix putem, ſi quidem tituli, qui in fronte carminis leguntur, a recentiore quadam manu, facile in nomine auctoris errante, procul dubio ſunt adſcripti. Longa doctaque cenſura, futuro Coluthi editori haud negligenda, eſt in nouis actis erudit. Lipſ. 1748. m. Iul. p. 398. ſqq.

Ἑλένης ἁρπαγὴ Κολȣθȣ Θηβαιȣ Λυκοπολιτȣ ἐποποιȣ. *Il Rapimento d'Elena del Poeta Coluto Tebano di Licopoli.* Tradotto in verſi Italiani dal Dott. *Angelo Teodoro Villa* Accademico Tranſormato. in fine: in Milano, 1749. 12. v. *Paitoni* bibl. degli aut. — volgar. I. p. 272. Illam edit. non vidi; ſed melior, ſaltem auctiorque eſt altera, quam habeo:

Ἑλενης — *Il Rapimento d'Elena* — dall' Ab. *Ang. Teod. Villa* — Aggiuntevi le varianti Lezioni ed alcune Note all' originale, tratte da un MS. dell' Ambroſiana. Nuoua Edizione, accreſciuta di varie oſſervazioni e dell' italiana verſione delle Orazioni di *Gorgia* e d'*Iſocrate* intorno ad Elena. Il tutto col Teſto *greco* di rincontro. In Milano 1752. rr) 8. Acc. e cod. Mediol. (de quo agit p. LXII. obſſ.) vita Coluthi gr. cum verſione italica, et variae lectt. aliae. Pag. XII. ſqq. item habet cum ſuis cenſoribus in Nouelliſta Florentino a. 1750. et in eph. litt. Ratisbon. a. 1750. part. X. Edit. autem Lennep. ignorauit. Obſeruatt. ſunt maximam partem grammaticae, antiquariae ac mythologicae, et ſuam verſionem frequenter cumparat cum ea, quam *Corrad. dall' Aglio* confecit ediditque in ſeq. libro: *Elena Rapita di Coluto* poeta Thebano tradotta nouellamente dal Greco in verſi Italiani dal Sig. Ab. *Gianfranc. Corrad. d'Aglio* con vna prefazione critica contro le traduzioni di Omero, Sofocle ed Anacreonte fatte dal Salvini, Marchetti, Corſini, Regier, Lazarini,

rr) Haec anni nota MDCCLII. clare ſignificata eſt in meo exemplari. In *Paitoni* autem bibl. l. c. et in *Pinelli* cat. tomo IV. ſcribitur: a. 1755.

Lazarini, ed altri. etc. parte prima. Satyrae et epigrammatia, parte seconda. In Venezia. 1741. 4. v. *Paitoni* l. c.

— *Coluthus* graece ex recensione Lennepii, ed. *Phil. Scio de S. Miguel*, cum vers. latina ad verbum tum metrica propria et hispanica *P. Ignat. Garcia de Antonio.* Matrid. 1770. 4. — Ego vero edidi *Coluthi* carmen, graece ex Lennepii recens. cum animaduerss. vna cum Aristophanis Pluto, Noribergae 1776. 8. et super *Coluthi* carm. de raptu Helenae quatuor prolusiones academ. scripsi Erlangae 1775 — 1777. fol.

Conuersum quoque est carmen in linguam *anglicam a Chstph. Marlowe,* 1587. — cum notis ab *Edw. Sherburne* (cum aliis poematibus,) Lond. 1651. 8. et adnexa est haec versio eiusdem anglicae Tragoediarum Senecae interpretationi, ib. 1702. 8. v. Act. erud. Lips. a. 1702. p. 522. sq. — a *Franc. Fawkes* cum notis, vna cum Apollonio Rhodio, anglice verso. Londin. 1780. 8. — a *W. Beloe*, ibid. 1786. 4. rec. in eiusd. *Beloe* poematib. et versionibus. ibid. 1788. 8. v. *Brüggemann* View etc. p. 236. et 440. sq. — *Germanicam* suam versionem Fabricio ostendit L. *Christian. Henr. Postellus:* quae quidem num typis expressa sit, nescio, et fere dubito. — Versum vero est carmen *germanice* a *Bodmero*, Tiguri 1753. 4. (v. Beck in: Einige Schriften der Altdorf. deutschen Gesellschaft, p. 127. sq.) rec. in eiusdem *Kalliope*, ibid. 1767. Bodmer in praef. nimius est Coluthi laudator. — a *Grillo*, Halberstadt. 1771. 12. a. *Car. Aug. Küttnero*, primum cum versis ab eodem Theocriti, Bionis et Moschi idylliis, Mitau. 1772. 8. dein in eiusd. collectione: Veberfetzungen einiger Dichter etc. Altenburg. 1784. 8. — *germanico* carmine non tam vertit, quam liberiore imitatione expressit *Alxinger* in Wielandi deutsch. Merk. m. Iul. Winar. 1785. 8. p. 1. sqq. — Varia Coluthi loca emendarunt explicueruntue *Dorville* ad Chariton. *Warton* ad Theocr. XI. 27. *Meddenbach Wakker* in amoenitatt. litterariis cap. IX. p. 53. sqq. — *Reiske* ac *Bernard* in epistolis mutuis, ad vitam Reiskii, ab huius vxore conscriptam, *Pierson* in Verisimilibus p. 257. *Harl.*]

[Coluthum, etiam Quintum Smyrnaeum, quae editiones et qui codices mssti habeant comitem *TRYPHIODORVM*, et paullo ante ad istos poetas et supra in vol. I. p. 558. §. VIII. iam expositum est. Add. a me adnotata in Introd. in hist. L. Gr. I. part. II. p. 41. sq. Fabr. in vol. I. loco cit. ea, quae sequuntur, adiecerat. ,,Graece separatim editum est a. 1617. 8. curante *H. Rumpio* in vsum Gymnasii Hamburgensis. Nonnulla eius loca emendat et illustrat *Paullus Leopardus,* vir harum litterarum adprime peritus, XIX. et XX. libro emendationum. Praestantissima editio est, quae cum versione duplici (prosa et eleganti carmine,) ac notis *Nicodemi Frischlini* et castigatt. *Laur. Rhodomanni* lucem vidit, Francof. 1588. 4. Vertit etiam *Guil. Xylander* carmine, ad calcem Diodori Siculi, Basil. 1578. fol. post priorem versionem, quam similiter carmine elaborauerat vix sedecim annos natus, et, inscio ipso, Oporinus ediderat. *Claudii Dausqueii* notis in Quintum et Coluthum animaduerss. eiusdem in *Tryphiodorum* exstant adiectae, vt paullo ante monere me memini. Scripta *Tryphiodori* deperdita sunt: Μαραθωνιακὰ et τὰ κατὰ ἱπποδάμειαν, tum παράφρασις τῶν Ὁμήρȣ παραβολῶν et Odyssea λειπογράμματος de

 Vlyssis

Vlyſſis laboribus et fabulis eum ſpectantibus, de qua ſupra [lib. II. cap. 5. nr. CXVIII. vol. I. p. 526.] dixi." Hactenus *Fabric.* Add. *Tryphiod.* Ilii expugnatio, graece, a *Friderico Iamotio* verſibus latinis reddita, et annotatt. quibusdam illuſtrata. Lutet. ap. Mich. Vaſcoſan. 1557. 8. v. *Menken* cat. I. pag. 163. et *Maittaire* A. T. tom. III. p. 700. vbi is dubitat, num haec editio fuerit prior, quia priuilegium Vaſcoſanus impetraſſet VII. id. Febr. a. 1553. — Meliores ſunt edd.

Τρυφιοδώρȣ — *Tryphiodori* Ilii excidium, cum metrica *Nicod. Friſchlini* verſione et ſelectis virorum doct. notis. Lacunas aliquot ex cod. Mſto [ss]) expleuit, et ſuas adnotatt. adiecit *Iac. Merrick,* A. B. e coll. Trin. Oxon. Oxonii, e theatro Sheldon. 1741. mai. 8. conf. noua acta erudit. a. 1744. p. 389. ſqq. vbi ſimul *Merrickii* verſio eiusdem carminis *anglica, the Deſtruction of Troy* etc. cum notis, Oxon. e theatro Sheldon. 1739. mai. 8. recenſetur.

Τρυφιοδώρȣ Ἰλίȣ ἅλωσις de pluribus mendis purgata et notis illuſtrata a *Thoma Northmore,* A. B. Lond. Cantabr. et Oxon. 1791. mai. 8. quae editio optima dicitur a *Brüggemanno* in View etc. p. 441. et laudatur in Gotting. ephem. litter. a. 1794. nr. 77. p. 776. — Contra haud magni aeſtimatur ed. *Bandin.* qui *Tryphiodorum* graece cum interpretat. latina et *Saluinii* italica atque codd. Mediceorum varietate et ſelectis adnotationibus repetiit Florent. 1765. 8. Notae ſunt Neandri, non, Bandinii. v. *Klotzii* acta litter. vol. IV. part. IV. p. 455. ſqq. Atque e cod. *Matrit.* regio LXI. poteſt carmen locupletari atque emendari. Namque, docente *Iriarto* in cat. codd. gr. Matrit. p. 214. ſq. in illo conſtat carmen verſ. 683. atque in eo deficiunt octo verſus, contra quatuordecim exſtant, qui in excuſis deſiderantur; varias vero lectiones Iriarte oſtendit prope innumerabiles, ad nouam eius editionem adornandam vſui maximo futuras. Denique Conſtantinus Laſcaris, qui id, vt ipſe in fine teſtatus eſt, deſcripſit Mediolani 1465. paſſim ad marginem adſcripſit notas atque emendationes. — Tryphiodorus, Coluthus etc. ſi res narrant, quorum Homerus non meminit, ideo notatu digni ſunt, quod e fontibus, hodie ſiccatis, forſan hauſerint, in reliquis parum habere auctoritatis videntur *Woodio* in: Verſuch veber das Original Genie des Homers, p. 216. ſq. vers. *german.* *Harl.*

ss) Olim Fabriciano, a Reimaro communicato.

CAPVT

CAPVT olim II. *)

De scriptoribus quarti saeculi [Christianis], S. Athanasio et Ephraimo Syro.

I. *Vitae S. Athanasii scriptores.* II. *Plures eo nomine.* III. *Codd. mssti atque editiones.* IV. *Scripta Athanasii in tomo primo editionis Montfauconi, cum variis obseruationibus.* V. *Scripta in tomo secundo siue primi parte secunda.* VI. *In tomo tertio, quo dubia et supposita continentur.* VII. *Supplementum scriptorum Athanasii in noua collectione SS. patrum a Montfaucono editum: noua supplementa et editio recentissima.* VIII. *Scripta Athanasii deperdita.* IX. *De S. Ephraemo eiusque scriptis syriacis.* X. *De iis, quae graece exstant; et de codd.* XI. *De iis, quae latine hactenus prodierunt.* XII. *Alii Ephraemi.*

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

S. ATHANASIVS, Alexandrinus, post Alexandrum a. C. 326. 17. April. defunctum episcopus, et Arianae haereseos inter grauissimas persequutiones constans et strenuus oppugnator, obiit a. C. 373. 2. Maii *a*), vt praeter alios notauit *Quesnellus* ad Leonem M. p. 503. Vitam eius fuse ac diligenter scripsere, gallico quidem idiomate, *Godfridus Hermantius*, (Tillemon-

*) Hunc ordinem secundum tenere debuerat; sed, vti in praefat. ad vol. VII. iam monui, per errorem id caput loco suo remotum est et excidit. Quare praeter temporis ordinem id serius reuocare cogor. *Harl.*

a) Contra alii Athanasium vita decessisse contendunt a. C. 371. alii, vt *Pagius* crit. in annal. Baron. *Norisius* in censura contra Io. Garnerium p. 45. *Tillemontius*, inprimis *Montfaucon* in vita Athanasii, *Hamberger* in: Zuverl. Nachr. II. p. 779. *Saxius* in Onomast. I. pag. 395. Gibbon. etc. a. Ch. 373. alii a. Ch. 375. Baronius vero mortis tempus et diem adserit anno Ch. 372. III. Maii eiusque rationes vberius explanare atque stabilire studuit *Iust. Fontaninus* in peculiari de anno emortuali S. Athanasii, patriarchae Alexandrini, dissertatione, subiuncta ipsius historiae literariae Aquileiensi, (Romae 1742. 4.) p. 441 — 456. vbi aliorum quoque, tam veterum quam recentiorum hominum, in his Montfauconii sententias ac rationes recensuit atque examinauit copiosius, quae diss. recusa est in quarto vol. nouiss. Athan. editionis Patauinae. Adde *Walch*. H. E. p. 1309. sq. cui Pagii, Montfauconii et aliorum sententia prae reliquis pondus quoddam habere videtur. — Dein historiolam, Athanasium adhuc puerum episcopi personam gessisse, et ludendo imitatum esse caerimonias ecclesiae, praecipue sacra ritusque lauacri peragendo alios pueros christianae disciplinae initiasse, auctore *Rufino*, libro X. hist. eccl. cap. 14. quem *Socrates* schol. H. E. libr. XV. p. 44. sq. Vales. *Sozomen*. H. E. II. cap. 17. p. 466. sq. aliique sunt sequuti, alii veram esse; alii vero iure maiore fabulosam statuerunt. Conf. Acta Sanctor. m. Febr. vol. III. 1684. *Io. Andr. Schmidii* disp. *Puer Athanasius baptizans*. Helmstad. 1701. rec. 1726. 4. *Montfaucon* epist. an vera narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero etc. Paris. 1710. et rec. in bibl. Bremens. class. IV. p. 221. sqq. add. *Du Pin* nouam bibl. auctor. ecclesiast. tom. I. pag. 60. et 90. not. *d* et *Papebroch*. in vita Athanasii, in Actis sanctorum m. Maii Antwerp. 1680. tom. I. p. 186 — 258. qui historiolam de sacris illis lauacris propugnare adlaborauit. Postea, vt Arianorum malleus (interdum iusto acrior,) habebatur; ita quoque ab illis saepe ita con-

lemontii memoriis tum adhuc ineditis vſus.) libris XII Pariſ. 1671. 4. duobus vol. et *Tillemontius* tomo memoriarum eccleſiaſticarum octauo, ibid. 1702. 4. demum vulgato: latine vero *Papebrochius* in Actis ſanctor. ad 2. Maii tom. I. p. 186. ſqq. ad 258. et in Addendis, tum tom. VII. p. 546. ſqq. qui p. 548. etiam vitae Athanaſii, ab *Adelperto*, priore S. Vdalrici Auguſtano, ſcriptae, meminit. *Benedictini* in limine voluminis primi luculentae ſuae operum Athanaſii editionis, in quo habentur etiam graece et latine Nazianzeni oratio XXI. *b*) in Athanaſium, tum vita eiusdem incerto ſcriptore, quae incipit ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑπομνήματα, et latine exſtat apud *Surium*, 2. Mai. itemque alia ex *Photii* cod. CCLVIII. et tertia ex *Metaphraſte*, quae incipit: πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων. Denique quarta, latine ex arabico verſa, interprete Euſebio Renaudoto, elogiaque Athanaſii, a Petro Felckmanno collecta ex antiquis ſcriptoribus. Omitto vitam Athanaſii, ſcriptam a *Io. Tortelio Aretino*, praemiſſamque opuſculis Athanaſii latine editis, Pariſ. 1520. et in tomo tertio *Lipomanni*, de vitis ſanctorum recuſam *c*): et *Antonii Probi* orationem Athanaſianam Lipſ. 1584. 4. Et quae accuratiore ſtudio de Athanaſio tradidere *Caueus* in vitis patrum, anglice editis, tom. II. et

contuſus eſt, vt accuſatus atque infamatus ab iſtis quinquies ab imperatoribus in exſilium mitteretur; ſed, ſedatis turbis, iterum iterumque reuocaretur. Tandem, iuſta cauſſa victrice, et compoſita tempeſtate vltimam vitae ſuae partem in munere ſuo Alexandrino obeundo transegit pacatam et tranquillam. Sed acerba illius fata pluribus perſequuti ſunt praeter Du Pin, et *I. Matthi. Schroeckh.* in hiſtor. eccleſ. chriſtiana tom. V. p. 401. ſqq. praecipue tom. VI. in hiſt. Arianiſmi p. 52. ſqq. et tom. XII. p. 101 ſq. ceterosque hiſtoriae eccleſ. ſcriptores tam veteres quam recent. M. *Mart. Lubathus* in diſp. de exſiliis Athanaſii, Witteb. 1691. 4. M. *Chriſtoph. Reuchlini.* in diſp. Arianiſmi antiqui et noui breues lineae, praeſide *Io. Ad. Oſiandro* habita, Tubingae 1688. 4. §. V. IX. X. XII. — *Fontanin.* in hiſt. litt. Aquil. laudata p. 108. ſqq. 155. ſq. (vbi quoque dicitur Athanaſius vniuerſam Italiam docuiſſe diſciplinam monaſticam et vitam S. *Antonii*, auctoribus monachis Italis, ad vitam monaſticam in occidente commendandam, a. C. 365. graece ſcripſiſſe; quam Euagrius presbyter, a. C. 370. fecit — latinam,) ibid. p. 262. — *Io. Sartorius* in diſſ. de Athanaſio in perſequutione fugiente, 1697. *Harl.*

b) Hanc orat. in linguam latinam tranſtulit *Georg. Trapezuntius*, ſuaſore Nicolao V. pontif. rom. eaque exſtat in cod. Vat. MMMMCCIL. teſte *Zeno* in diſſ. Voſſian. tom. II. p. 9. add. *Saxii* praef. ad hiſtor. litter. typograph. Mediolan. p. 10. *Harl.*

c) *G. I. Voſſius* de hiſtor. latin. lib. III. cap. 7. ſcripſerat, Io. Tortellium Eugenii poſtulato, ex variis conſarcinaſſe Athanaſii vitam, eamque etiam eſſe in *Wicelii Hagiologia.* Enimuero erraſſe illum, animaduertit *Zenus* in diſſ. Voſſiane tom. I. p. 148. ſq. et illam vitam, ſcribit a Georg. Wicelio in Hagiolog. Moguntiae 1541. fol. p. 134. eſſe editam. At Fabricium non minus, quam Zenum a vero diſceſſiſſe, oſtendit *Goetzius* in Memorabilib. bibl. Dresden. I. p. 359. vbi cod. membran. aliquot ſcriptorum Athanaſii, latine verſorum, praemiſſa *vita S. Athanaſii Alexandrini epiſcopi e graeco in latinum traducta a Io. Archipresbytero Aretino*, recenſet. Fabricium igitur, quando ait, a Io. Aretino Tortellio *ſcriptam* eſſe vitam Athanaſii, ex initio tituli codicis ſui memorato refutat, tum ipſe Tortellius in epiſtola ad Eugenium, epiſcopum, nuncupatoria, „viri, ait, admirabilis Athanaſii vitam *e Graecorum codicibus* in noſtrum ſermonem conſcripſi.“ Voſſii autem, quem Fabricius eſt ſequutus, et Zeni narrationem, illam vitam a Wicelio in Hagiologio publicatam eſſe, ea de cauſſa reiicit, quia Wicelius tantummodo initium et finem quatuor foliis enulgauit, in codice vero Dresdenſi integra vita XXIV. folia compleat. Deinde obſeruat, vitam Athanaſii, in illo codice deſcriptam, omnino eſſe diuerſam ab ea, quam Lipomannus edidit. Denique ſuſpicatur, integram non niſi in ed. Opp. Athanaſii, Pariſ. 1520. fol. productam eſſe. *Harl.*

et in hist. literaria, tum *Ant. Pagius* in critica Baroniana, et *Sam. Basnagius* in annalibus, tom. II. p. 731. sqq. et tom. III. *Conradus* quoque *Samuel Schurzfleischius*, Witebergae a. 1690. singulari diss. cui generalis titulus: *ex historia ecclesiastica*, est praefixus [d]), Athanasii caussam egit, obiectasque ei criminationes quasdam diluit. *Bernardus* vero *Montfauconus* tomo secundo collectionis nouae patrum Paris. 1706. fol. animaduersiones XXII. eruditas in vitam et scripta Athanasii praemisit, in quibus plerumque dissidet a Tillemontio, cuius octauus memoriarum tomus demum post Athanasium, a Benedictinis in lucem editum, prodiit. *Fabric.* Multo plures vel vitam Athanasii exposuerunt, vel de eius scriptis, ingenio, dicendi genere, virtutibus et erroribus iudicarunt, interdum in vtramque disputarunt partem. Vita gr. scripta, etiam in edd. gr. et lat. edita exstat in cod. Barocc. CCXL. in *Vindob.* XXXI. n. 20. v. *Lambec.* comm. VIII. pag. 718. in cod. *Florent. Med.* XVII. pl. IX. v. Bandin. cat. I. p. 417. et p. 498. de cod. II. plut. XI. Vt autem veteres, *Hieronymum* in catal. scriptor. eccles. cap. LXXXVII. *Theodoret.* H. E. lib. I. cap. 14. *Sozomen.* lib. II. c. 17. *Philostorgium* in H. E. pluribus locis, eosque, quos iam laudaui, omittam, e multis paucos nominabo recentiores. The History of de Life and Actions of St. Athanasius, Lond. 1684. 8. — *Athan.* vita in: History of the Works of the Learned, for Iuly. 1699. pag. 377. sqq. — *Io. Moller.* in Homonymoscopia etc. (Hamburgi 1697. 8.) p. 419. sqq. vbi multi citantur VV. DD. et p. 422. sqq. de symbolo fidei Athanasiano copiose agitur. — *Iac. Basnage* in: histoire de l'Eglise p. 86. sqq. et 1098. *Oudin.* in comment. de scriptor. eccles. tom. I. p. 325. sqq. *Stolle* in: Nachricht. von den Kirchenvätern. p. 230. sqq. — *I. Fabric.* in historia bibl. Fabricianae part. I. p. 93 — 99. — *R. Ceillier* hist. gen. des aut. eccles. tom. V. p. 150 — Vita *S. Athanasii*, a theologis Viennensibus concinnata. Viennae 1707. 8. — *Andr. Kalleri* diss. de Athanasio. Vitemb. 1674. 4. — [*Io. Dom. Mansi* de epochis conciliorum Sardicensis et Sirmiensium, qua occasione rerum Athanasii chronologia restituitur. Lucae 1746. 8.] *Nathan. Lardner* in: Credibility of the Gospel history. part. II. vol. VIII. Lond. 1750. 8. cap. LXXV. p. 220. sqq. — *Gibbon* in: history of the Decline and Fall of the Roman Empire, cap. XXI. copiose persequitur historiam Arii et Arianismi, atque Athanasii, (quem laudat et defendit,) eiusque fatorum, modo tristium, modo laetorum; et motuum ecclesiasticorum non minus quam ciuilium, secundum germanicam Schreiteri versionem. vol. V. inprimis de Athanasio p. 129 — 181. p. 420. sqq. tum vol. VI. p. 163. *Semler* in historia dogmatum christian. praemissa Baumgarten. theol. polem. tom. III. §. 84 — 88. p. 67. de Athanasii narrat. de synodis arianis et formulis fidei ac de Athanasii scriptis et doctrina. Insuper laudaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 229. sqq. (nec paucos citauit *Walch.* in bibl. patrist. p 42. sq.) Athanasius autem vt in vita, ita etiam post mortem magnas excitauit tragoedias: siquidem qui Arii sectae et erroribus fauebant, vt Philostorgius et Eusebius e veteribus, e recentioribus *Sandius* in nucl. histor. eccl. p. 121. et pluribus locis, *Gottfried Arnold* in: Kirchen - vnd Ketzer - Historie, part. I. lib. IV. cap. 4. §. 11. sqq. [e]) *Whiston*, de quo haud ita multo post erit sermo, et multi alii; ii, nec raro

d) Rec. in eius volum disputationum philologic etc. Lips. 1700. 4. *Harl.*

d) Vindicias Athanasii, Christoph. Sandio et Gothofr. Arnoldo oppositas scripsit *Henr. Benzelius*, huiusque disp. exstat in *Benzelii* syntagmate dissertatt. a *Kappio* collectarum, Francof. et Lips. 1745. 4. tom. II. p. 354. sqq. — Arnoldo etiam opposita est disp. *Henr. Klausingii* de Athanasio vindicato. Lips. 1724. 4.

paro iusto aequoque durius iudicabant de eius fide, animo ingenioque. Atque quam impie et inique cum eo egerint Eusebiani, qui eum caedis, magiae et aliorum scelerum facinorumque atrocium apud imperatores et in synodis incusarunt, ex scriptoribus historiae eccles. constat. Conf. quoque *Mart. Hankium* de Byzantinarum rerum scriptor. P. I. cap. 1. de Eusebio, inprimis §§. 154. sqq. p. 70. sqq. Contra, qui puriori doctrinae addicti a partibus orthodoxorum, (quos vocant,) stabant; ii equis viris defenderunt et summis laudibus ornarunt Athanasii constantiam, fidem, ingenii, naturae et orationis dotes et praestantiam, atque Arianos et Eusebianos mire infamarunt. v. *Thom. Pope Blount* censur. celebr. author. p. 223. sqq. Enimuero extra intraque muros Iliacos peccatum esse, negari non potest. Atqui Eusebio cessit Athanasius ingenio, in primis eruditione. Moderate sobrieque iudicat de eo *Walch* l. c. p. 1314. qui eius et virtutes et vitia aequa lance ponderat; per aequitatem tamen decere statuit, eum excusare, non perstringere. — Inter recentiores Athanasii oppugnatores eminet *Guil. Whiston*, Anglus, qui, Arianismi patronus callidusque defensor, Athanasium, perpetuum et acerrimum arianae haereseos hostem, multorum insimulauit criminum, et hominem nulla fide dignum fuisse ostendere, at irrito labore, conatus est; sed multorum animos stilumque in se acuit. Quaedam de illa controuersia inter *Whistonum* et *Styan Thirlby*, vindicem nominis et honoris Athanasiani, aliosque diu agitata, obseruauit *Walch*. l. c. p. 1315. sq. plura ego adnotaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 231. sq. ibique iam laudaui vberiores librorum Whistonianorum censuras in *Baumgarten*. Nachricht von einer Hallisch. Bibl. tom. IV. p. 237. sqq. p. 357. sqq. Secundum temporis ordinem illos pluresque libros in Anglia, in vtramque partem compositos, diligenter enumerauit *Brüggemann* in View etc. p. 400. sq. Omnes tamen Whistoni libros, pro Arianis et contra Athanasium scriptos, non minus, quam eos quibus errores Whistoni detecti eiusque argumenta copiosius sunt refutata, curate lateque recenset *Ern. Ludou. Rathlef* in vita Whistoni, in: Geschichte ietztlebender Gelehrten, part. IV. Cellae 1742. 8. p. 349. sqq. Quare metuens, ne longiore illorum commemoratione molestus fiam lectoribus, libri tantum, a me et a Baumgartenio omissi, mentionem faciam: A second Letter to *Wm Berriman, D. D.* In which his Review of his Remarks on the Introduction to the History of the Inquisition and the Characters of St. *Athanasius* and Martyr Laud are farther stated and supported. By *Sam. Chandler*. London. 1733. 8. — Quae de morte Arii narrat Athanasius, eorum fidem ac veritatem corroborat aliorum testimoniis et defendit ab Arnoldi et Whistoni dubitationibus prauaque interpretatione *Io. Frider. Wucherer*, theologus quondam Ienensis, in progr. de Arii, verae diuinitatis hostis morte misera ex antiquitatis ecclesiasticae monumentis clarissime ostensa, Ienae 1730. 4. — *Io. Christ. Guil. Augusti*, Prof. Ienens. in: Apologien v. Parallelen theologischen Inhalts. Gerae et Lips. 1800. 8 nr. 3. Arium, Athanasium et Paulum comparat, Athanas. in doctrina de Christi deitate errasse, et Arium, Pauli doctrinam sequutum et recte docuisse opinatur. *Harl.*

II. Plures fuere Athanasii: nam praeter sex martyres hoc nomine, de quibus *Bollandus* tom. I. Act. Sanctor. ad 13. Ianuar. p. 768. et *Athanasium*, Corinthi archiepiscopum, de quo tom. II. Maii p. 54. [v. ad nr. 65.] fuit *Athanasius*, presbyter Alex. Cyrilli

A..x

Alex. sororis filius. cuius libellus ad Leonem, papam, aduersus Dioscorum graece exstat et latine in Actis Synodi Chalced. Act. 3. *Athanasius*, a. 1290. patriarcha CPol. Latinorum hostis, de quo *Allatius* p. 182. seq. de libris eccles. Graecorum. *Boiuinus* ad Niceph. Gregoram p. 750. sq. 760. etc. [lib. V. 5. p. 558. sq. tom. VI. [ed. vet.] *Athanasius*, Ancyranus, episc. a. 372. denatus, paterque cognominis, de quo S. Basilius epist. 54. [*Athanasius*, in Syria episcopus, auctor historiae imaginis Berytensis. v. infra in recensione Opp. ed. Montfauc. tom. III. n. 68. Iisi a Lambecio tribuuntur multa opuscula; vide notam sequentem. — De *Athanasio*, patriarcha *Antiocheno*, claro sub finem saeculi XVII. et initio XVIII. eius fatis, et libro, s. synopsi historiae patriarcharum Antiochenorum a Petro vsque ad a. 1702. vulgari graeco sermone conscripta, valde copiosus est *Kollar*. in supplem. ad Lambec. comment. p. 451 — 459. — *Athanasius*, scriba Catharinae, huius scripsit martyrium, in cod. Barrocc. CLXXX. Oxon. in bibl. Bodlei. V. et Neapolitano LV. Varii *Athanasii* nominantur aut eorum scripta indicantur in *Montfauc*. bibl. Coislin. passim, v. indic. ib. n. V. — *Athanasii*, Cretensis, patriarchae CPolit. epistolae varii argumenti, in cod. reg. Neapolit. 166. et in cod. CCXLIII. selecta capita XXII. *Athan.* monachi. v. supra vol. V. pag. 791.] *Athanasius*, patriarcha Alex. cui Georgius Pachymeres inscribit suos in Areopagitam commentarios. *Athanasius*, praepositus Paulopetrii circa a. C. 818. Vide Theodori Studitae epist. II. 13. *Athanasius*, Theodori Studitae discipulus, de quo in eius vita mentio. Ad eum epistola Theodori 48. lib. I. *Athanasius*, Anazarbensis, Arianus, cuius meminit S. Athanasius de synod. Arian. tom. I. edit. Lips. p. 886. vbi fragmentum ex eius scripto ad Alexandrum, episcopum Alex. *Athanasius*, Hieromonachus, cuius manu descriptum a. C. 1459. octoechum seruat bibliotheca Caesarea. *Lambec*. V. p. 286. f). Omitto *Athanasium*, vivum exustum, sub Valente. Ammian. XXIX. 3. *Athanasium*, Thaumaturgum, de quo Act. Sanctor. tom. I. Iunii p. 326. seq. *Athanasium*, scholasticum, cuius de criminibus aiunt MS. exstare in bibl. Vaticana. *Athanasium*, Byz., rhetorem, a. C. 1640. clarum, de quo [vol. VI. p. 124.] dixi, *Athanasium*, Synadenum, quem memorat *Allatius* de consensu p. 837. aliosque. [v. indicem ad libr. V. vol. VI. p. 755. ed. vet. tum in vol. X. p. 491. et add. indic. v. *Athanas*.

III. *Codices et Editiones S. Athanasii.*

[Primum haud paucos memorabo *codd. msst.* in quibus plura continentur opuscula Athanasii; de aliis in notitia edit. Montfauconii vel a Fabricio iam dictum est, vel commodior erit dicendi locus. — Multa Athan. opuscula comprehendunt codd. *Paris.* bibl. publ. CDLXXIV. et CDLXXV. — Anecdotum περὶ τῶν ἀζύμων publicauit *Iriarte* p. 299. sq. catal. codd. gr. Matrit. e cod. LXXXII. et Athanasio tribuitur; atque Iriarte, „id opusculum, ait, neque inter germana, neque inter dubia spuriaue Athanasii occurrit; neque vel ipsa vox *Azyma* in eius Opp. indice vsquam adparet. Quamobrem, *cuiuscumque demum sit*, ineditum rati, huc transscribere non alienum ab

f) In illo opere, tom. V. recensentur plura opuscula *Athanasii* iunioris, qui circa a. Chr. 765. floruit, et inter suppos. occurrunt. *Harl.*

ab ecclesiastica eruditione duximus.“ Idem p. 353. sex excerpta, ad mores vitaeque sanctitatem spectantia, quae neque inter fragmenta opp. edit. neque in Montfauc. collectione noua reperit, e cod. LXXXV. enotauit: addidit vero, se adicuerare non audere, ex quo vel quibus eiusdem diui praesulis desumta sint. Forsan tamen, quod inscriptio est, πατριάρχυ Ἀθανασίυ, illa alium, ac nostrum Athanas. habuerunt parentem. — *Plüer* in itinerario per Hispan. p. 160. XV. codd. bibl. *Escorial.* indicat, in quibus plura Athanasii scripta, interdum bis terue, continentur, add. *Montfauc.* bibl. bibliothecar. MSS. I. p. 617. et 618. — *Lamius* in Deliciis eruditor. Florent. 1743. 8. edidit catal. graec. incertae biblioth. in qua erat nr. 10. p. 13. *Athanas.* in prophetas etc. et nr. 11. p. 15. *Athan.* sermones III. adu. Arianos eiusque respons. — *Constantinopoli* in bibl. Iac. Marmoretae *Athanasii* explicatio in Psalterium Dauidis, et oratt. dialecticae contra Arium coram Constantino M. in concilio Nic. habitae fuisse dicuntur, sec. catal. MSSt. graecorum, qui CPoli apud Christianos olim adseruabantur, rec. in noua librorum rarior. collectione, fascic. III. p. 441. *Mosquae* in bibl. synod. sunt teste *Athanasio Schiada* in cat. codd. msst. graec. illius bibl. Mosquae 1723. 4. p. 44. *S. Athan.* orationes — p. 58. varia illius scripta, et opusc. ad Antiochum. — In ead. bibl. cod. XXV. continet catenam patrum in Esaiam; in hac ex scriptis Athanasii, a *Matthaei* in Not. codd. pag. 36. indicatis, varia adferuntur. *Montfaucon* in bibliotheca bibliothecarum MSSt. noua incredibilem paene numerum codd. qui in variis custodiuntur bibliothecis, excitauit. Ex multis paucos, in quibus plura iunctim inesse feruntur, et generatim designantur, indicabo codd. *Romae* in bibl. *Vaticana*, Athan. opera contra Arianos, et sermones 32. tum sermones tres, (p. 13. et 27.) de incarnatione Christi et de trinitate, (p. 33. D.) — aduers. Arium, Sabellium et Photinum; tum exhortatio ad monachos. (p. 48. nr. 1496.) — *Athanas.* vita, ter. (pag. 75. B.) — exemplar fidei Athanasii, Augustini, Hieron. (p. 94. C.) — *Io. Aretini* interpretatio vitae S. Athanasii. (p. 136. D.) — *Romae* in bibl. *Ottobon.* Ath. vita et opp. gr. tum Athan. vita et alia. (p. 188. D. et A.) — Ibid. in bibl. patr. S. Basilii, Athanasii et aliorum homiliae: vita Antonii et certamina Athanasii (p. 196. A. p. 198. D. ter.) — *Florent.* in bibl. Benedictin. B. Mariae, Athan. quaestiones ad Antiochum. (p. 415. B.) Epist. ad Luciferum, et alia spuria scripta. (p. 416. D.) *Ath.* opera, interprete Ambrosio Camaldulensi. (p. 418. C. et p. 431. cum vita Athan. per Io. Torr. in bibl. Barthol. Fesul.) — Ibid. in bibl. S. Marci Dominican. plura *Athan.* opusc. et vita (p. 419. et p. 420. C.) — *Venetiis* in bibl. *Iustinian.* plura Athan. opuscula genuina et spuria. (p. 483.) — *Patauii* inter codd. Triuisan. *Athan.* quaedam, graece. (p. 488. D.) — *Veronae* in Museo Io. Saibantae, *Athan.* opera omnia. (p. 490. C. ex Maffei Verona illustrata, part. III. p. 242.) — *Mediolani* in bibl. *Ambros.* plura opusc. et fragmm. Athan. vol. III. et *Probi* sententiae in Athan. Sabellium et Arium. (p. 493. et 522. D.) ibid. Athan. commentaria vera in Psalmos, ex bibl. Scorialensi exscripta, vnde, Montfauc. adnotauit, ea, quae desiderabantur in commentario, se exscripsisse: praeterea adiecit notam, quam Fabr. infra, nr. 34. ex illius diario ital. reposuit. — ibid. *Athan.* in secundum domini aduentum sermo, et Eugenii, diaconi, legatio ad Athanas. et synodum Alex. pro caussa Marcelli, a Montf. in collectione etc. edita (p. 527. sq.). *Basileae* multa Athan. opera, bis; atque alteri

alteri codici multa sunt inserta, quae ad historiam synodi Nicaenae pertinent. (p. 609. F. et A.) — *Londini* in bibl. regia, Athan. opp. lat. ter. (p. 628.) — Inter codd. bibl. *Sfortian.* vita Athanasii, et alia eius opusc. (pag. 695. 696. 697. 699. 701.) — Inter codd. monast. S. Petri *Pratellens.* Athan. de imagine etc. in symbol. Athan. (pag. 1265. B. 1266. B.) — inter codd. bibl. *Divio-Benignianae* varia Athan. scripta, lat. (pag. 1287. D.) — In bibl. abbat. *S. Remigii Rhemensis,* Athan. disp. contra Arium, historia de imagine Berytensis ad Marcum, papam, ad Liberium, papam, et huius responsio. tum Ath. altercatio contra Arium, Sabell. et Photinum (p. 1282. E. 1290. B.) — *Paris.* in bibl. Mazarin. erant multi codd. Athanasii (p. 1300. A. et p. 1309. A. in catena in duodecim prima capp. Lucae, multo ampliore ea, quam lat. edidit Corderius ex cod. Caesareo.) — alia opusc. in codd. Mazarin. (p. 1311. B. p. 1312. D. E. p. 1313. D. p. 1314. D. p. 1316. B. p. 1317. C. p. 1320. B.) — Inter codd. bibl. Cathedral. *Carcassonae,* altercatio fidei inter Arium et Athanasium. (pag. 1352. A.) — *Paris.* in bibl. S. *Victoris* quaedam Athanasii. (p. 1369. C. et 1370. D.) Index graecus operum (32.) Athan. ex cod. *Veneto* Marc. excerptus (p. 477. D.) Tum memorantur Athanasii supposititia quaedam, epistolae nondum cusae, (p. 184. D. 198. 236. D. 531. C.) ad Athan. legatio Eugenii Diaconi. (p. 528. b.) in laudem Athan. orat. funebris. (p. 694. C. E.) Index epistolarum circa caussam Arii et Athanasii, in bibl. *Paris.* (p. 899. A.) etc. add. indicem alterum ad tom. posteriorem. — *Lamius* in praef. ad Delicias eruditorum, Florent. 1740. 8. describit codicem, in quo praeter alia multa sunt catal. operum Athanasii, graece, et epistola quaedam Athanasii. — In cod. biblioth. *Bauar. Monach.* XCIIX. sunt permulta Athanasii scripta, enumerata in cat. codd. gr. pag. 36. — *Augustae Vindel. Athanasii* et aliorum sententiae contra Arianos, et aliud. (v. ad nr. 42.) (*Reiser* cat. codd. pag. 22. et 40.) — In cod. *Caesareo* LVII. *Vindobonae* vltra quinquaginta continentur Athan. scripta, quae copiose recensuit *Lambec.* in commentar. de bibl. Caes. III. pag. 213. sqq. In eodem codice sunt imperatorum, synodorum, episcoporum, presbyterorum aliorumque multae pro Anastasio aut ad illum scriptae epistolae, v. *Lambec.* l. c. pag. 237. sqq. — In cod. CLXIV. nr. 2. Fragm. histor. de S. Luciani, presbyteri Antiocheni et martyris translat. gr. sacrorum bibl. V. T. v. *Lambec.* IV. vol. 364. est particula synops. SS. v. infr. nr. 56. — In cod. CXXX. 15. est iudicium de Athanasio aliisque. v. *Lambec.* VII. p. 530. sq. — *Venetiis* in codd. XLIX. et L. bibl. Marc. sunt multa Athanasii scripta, germana aeque ac dubia spuriaque, quorum titulos leges in cat. codd. graecc. pag. 30 — 32. — *Taurini* in bibl. regia cod. lat. CCI. scr. a 1493. complectitur varia *Athanasii* opuscula, *Omnibono Leoviceno* (Leoniceno,) interprete, quae recensentur in codd. lat. bibl. illius, pag. 55. sq. — *Patauii* in bibl. quondam Nic. Triuisani, *teste Tomasino* in biblioth. Patau. MSSt. p. 115. *Athanasii quaedam gr.* vetustissima. — In multis codd. bibl. *Florent. Medic.* passim reperiuntur opuscula Athanasii, quorum multa suis locis indicabimus. In cod. tamen XX. cod. XXIII. plut. IV. plura iunctim comprehensa exstant, de quibus vide *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 542. sq. et 546. sqq. In aliis codd. et catenis reperiuntur excerpta aut fragmenta, de quibus vide *Bandin.* in indice, s. tom. III. p. 478. — *Florent.* in bibl. B. Mariae plures libri. v. *Montfauc.* Diar. ital. p. 370. sq. qui passim plura

plura Athanasii scripta in var. bibliothecis Ital. seruata refert. — *Oxon.* sec. cat. codd. Angl. et Hib. nr. 36. Ath. sermo (sic.) nr. 1952. plura scripta, lat. et in bibl. *Bodlei.* nr. 1918. nr. 2033. plures libri Athan. — nr. 2129. Excerpta ex Athanasio aliisque de poenis peccantium. — 2200. lat. Ath. contra gentiles ad Macarium; de incarnat. verbi atque aduentu Christi; disput. contra Arium. — Ibid. inter codd. *Bodlei.* nr. 26. sex epist. canonicae. — nr. 86. Athanasii et Basilii epp. canonicae. — nr. 133. quaedam epistola. — Permulta scripta in bibl. *Bodlei.* inter codd. gr. *Thom. Roe* nr. 275. — Ibid. inter codd. *Oliu. Cromwell* cod. 277. nr. 29. de virgine, quae Alexandriae Athanasium excepit. — inter codd. *Guil. Laudi* nr. 691, 5. contra Macedonium, pneumatomachum, cum aliis Athan. scriptis. — nr. 726. sermo 1. gr. — nr. 1053. II. sermones. — Inter codd. orient. *Roberti Huntingtoni,* (cat. codd. Angl. etc. I. p. 282. nr. 6069.) homiliae Athanasii et Io. Chrysostomi pro dominicis totius anni, arabice, litteris syris. — *Cantabrigiae* in bibl. collegii S. Trinit. nr. 317. Opp. voll. II. gr. — Inter codd. bibl. *Norfolcianae* (catal. II. p. 83.) nr. 3375. ex *Athanasii,* Chrysostomi et Basilii homiliis excerpta, *arabice.* — In cod. 5918. *Th. Gale,* quaedam Athan. et in cod. 5948. decem opusc. — in cod. *Car. Theyeri* (cat. codd. Angl. II. p. 201.) nr. 6542. de humanitate verbi aliaque opp. latina per *Ant. Becariam.* — inter codd. *Edu. Bernardi* nr. 7381. (cat. II. p. 226.) excerpta theolog. ex Athanasio et aliis (et p. 357.) nr. 9082. codd. *Wheleri,* quaedam Athan. graece. — In bibl. *Iacobaea,* (cat. II. p. 241.) nr. 7898. *Athan.* libri duo. — *Dublini* in collegio S. Trinit. nr. 277. 16. Ath. ep. ἑορταστικὴ. caret initio et incipit pag. 922. apud Balsamon. — [illegible] in bibl. regia, cod. CC. Athan. vita, et eiusdem opuscula XVIIII. — in cod. XIX. ex sermone *Athanasii* diuisio psalmorum. — *Leidae* in bibl. publ. aliquid ex Athanasio MSto bibl. *Basileensis.* v. cat. p. 338. fin. — In bibl. *Coislin.* cod. XLV. continet plurima Athan. opera. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 115. sq. qui ex illo cod. opp. Ath. recognouit et emendauit, initioque suae edit. catalogum eius cod. posuit. — In cod. CCCV. eiusdem bibl. est *Georgii Chronicon* in eoque longae Athanasii aliorumque laciniae sunt intertextae, auctore *Montfaucon.* l. c. pag. 420. et 421. — *Teste cel. M*[illegible] p. 3. et 4. bibl. *Nanianae* inter *latinos* codd. bibl. *Nanianae,* (nunc D. Marci,) in cod. IV. est *Ath. fides catholica,* et in cod. V. in catena in 58. priores psalmos, interpr. *Dan. Barbaro.* Multa latent fragmenta in Nicetae, Niconis aliorumque collectionibus et in *Catenis* in codd. *Venetis* D. Marci, (vid. cat. codd. gr. p. 35.) *Coislinian.* (quos iam consuluit Montfauc.) *Vindobon.* (v. *Lamb.* comment. III. p. 575. V. 135.) *Parisin.* et aliis. De editis et MSStis *catenis,* in quibus Athanasii loca citantur, etiam v. *F*[illegible] B. Gr. VII. p. 734. 739. 744. 753. p. 759. fin. 765. init. p. 778. XIV. p. 787. XVII. [illegible] XVIII. 790. et de fragm. in Theodoreti script. ib. p. 436, 15. et vol. VIII. p. 618. 3. p. 801. in. vet. edit. Quae omnia copiosius referre, foret molestum, nimisque longum. Haud pauca fragmenta eruit Montfauconi diligentia, alia tamen aliorum inuestigationi atque industriae reliquit. — Multa vero scripta olim ab haereticis et orthodoxis sub nomine *Athanasii* per fraudem sunt venditata; neque vero illorum conlectores sibi semper cauerunt. De Apollinaristis v. *Fabr.* B. Gr. VII. pag. 665. nr. 15. vet. edit. Hinc tanta librorum sub Athanasii nomine euulgatorum caterua est enata; de quibus

quibus postea in recensione edit. Montfaucon. erit sermo. Ad editionum igitur commemorationem peruenimus. g)

Latine. *Athanasii* comm. in epist. S. Paulli, *Christoph.* de *Persona* interprete. Romae 1477. fol. per Vdalricum Gallum. *Maittaire* A. T. IV. p. 284. ibique not. citat edit. illam sub a 1469. idem fecit *Fabric.* B. Gr. tom. VI. pag. 288. vet. ed. qui illa comment. non Athanasio, sed *Theophylacto*, Bulgarorum episcopo, vti du Pin. et Oudin. l. c., tribuit, et plures indicauit edd. sed ille annus, vt ex vltima pag. clare colligitur, intelligendus est de eo, quo Persona verterat opusculum. Plura disputarunt de illa ed. rom. *Foss.* de codd. (editt.) bibl. Magliab. I. p. 218. *Audiffredus* in cat. edd. roman. saec. XV. p. 217. *Clement* Bibl. curieuse etc. II. p. 176. sq. Male citat Maitt. IV. p. 372. ex aliis, edit. Rom. per *Georg. Sachsel* et *Barth. Golsch.* Romae 1477. fol. add. *Mittarell.* adpend. edd. saec. XV. pag. 31. *Panzer* A. T. p. 467. sq. et *Zeni* diss. Voss. tom. II. pag. 145. sq. qui pag. 134. docet, nomen ab aliis male scribi *Porsena*, atque ego de illa aliisque edd. egi in Introd. in *hist.* L. *Gr.* II. 2. pag. 225. sqq. — Editio illius libri et versionis *Romana*, a. 1496. fol. est, vti edit. Rom. 1469, quam multi genuinam habent, (v. *Marchand* Histoire de l' Origine et — de l' Imprimerie, pag. 117.) spuria et Abbas S. Leodegarii in suppl. ad historiam Marchandii pag. 160. eam ad chimericas omnino ablegat, vti ait, nec dissentit Audiffredus l. c. pag. 338.

Athanasii libri quidam, (*liber I. contra haereticos* et *liber II. contra gentiles*,) interprete *Omnibono Leoniceno*; (sed correcta est versio a Barnaba Celseno) impr. Vincentiae a Leonardo Basiliensi. 1482. fol. sic adnotantibus *Schnizero* in notitia bibl. Neostad. ad Aissum, part. III. pag. 138. *Panzero* A. T. III. p. 515. (qui plures laudat V. D.) et *Seemiller* incunabul. bibl. Ingolstad. IV. p. 4. sed paullo curatius agit de illa *Lambacher* in Biblioth. antiqua Vindobonensi ciuica. part. I. pag. 79. sq. et multa corrigit, ab Elia Dupinio et Oudin. perperam tradita de editionibus. Continentur enim in illa edit. etiam *epistola encyclica ad Aegypti et Lybiae episcopos*, nec non *epistola de S. Spiritu ad Serapionem.* Pleniorem tamen notitiam dedit cl. *Fossius* l. c. tom. III. p. 13. sq. secundum quem praeter ea insunt *contra Arianos sermo primus; oratio de incarnatione*, sine titulo; *oratio contra Arianos*, sine titulo; *de incarnatione dei verbi et contra Arianos*, sine titulo; *dialogus* s. disp. *cum Ario.*

Athanasii explanationes symboli, orationis dominicae, salutationis angelicae etc. ex Tho. Aquin. codd. collectae. Rom. 1481. 4. Maitt. I. p. 160. ex bibl. Barberin.

Athan. opusc. in Psalmos, *Angelo Politiano* interprete, (e cod. gr. mutilo versum) Venetiis 1498. et Florent. 1499. inter *Politiani* opera fol. v. *Foss.* l. c. II. p. 390. sqq. et p. 856.

Athan. in Psalmorum effectus et proprietates diuina sequestratio. (Augustae Vindel. ap. Io. Froschauer.) s. l. et a. 4. (*Panzer* A. T. I. p. 141. ex Meuselii Magaz. II. p. 278.) — sine loco 1500. 4. (*Panzer* I. p. 141.)

g) Quas editiones Fabr. h. l. excitauit, eas quoque idem in delectu argumentorum et syllabo scriptor. de veritate religionis christ. p. 80. sqq. (vbi de Athanasio quaedam adtulit,) paucis recensuit.

Athan. de Homousio contra Arium. etc. Paris. 1500. fol. (*Panzer* II. p. 337.)

Athan. in psalmos opusc. pulcherrimum: — In calce. Rostochii 1514. 4. est versio ep. ad Marcellin. v. *Widekind*, von raren Büchern. part. I. pag. 233.

Athan. in librum Psalmorum, e graeco in latinum translatus, interpr. *Io. Reuchlin.* Tubingae ap. Tho. Anshelmum Badensem. 1515. 4. Est etiam versio potius epistolae ad Marcellinum, (v. nr. 33.) a Reuchlino e cod. meliore, quam eo, quo vsus erat Politianus, facta. v. *Clement* l. c. p. 177. sq.

Liber *S. Athanasii* de variis quaestionibus nuper e graeco in latinum traductus, *Io. Reuchlin* interprete. Adhuc item annotationes *Capnioniae*, (quae Reuchlini adnotatt. eruditiores sunt, quam Athan. quaestiones, et vltra dimidiam libelli partem implent.) In calce. *Hagenoae*, ex offic. Tho. Anshelmi Badensis. 1519. 4. inf bibl. Erlang. acad. Lambach. pag. 150. not. meminit editionis *Hagenoae* 1512. 4. Reuchlinus, ex codice suo graeco se vertisse, testatur in praefatione, etiam propter narrationem de se suisque adversariis memorabili, conf. *Blausus* Beyträge — von seltenen Büchern, tom. II. p. 253. — Romae 1523. Adde infra. ad nr. 64.

Athanasii Opera n. (Theophyl.) commentar. in epist. S. Paulli; libri II. aduersus gentiles; disp. contra Arium coram Probo, iudice; opusc. in titulos Psalmor.; exhortatio ad Monachos; libell. de passione imaginis domini nostri; epistolae nonnullae pontificum ad Athanasium, et huius ad eosdem; *Christph. Porsena* (rectius, *Persona*,) *Ambrosio* (Camaldulensi) *Monacho* et *Angelo Politiano* interpretibus. Paris. Io. Paruus 1519. fol. et, accedente *libro de variis quaestionibus*, e versione Reuchlini, ibid. 1520. v. *Lambach.* p. 80. — Editio posterior Paris. repetita est, sed, vt typogr. in praemisso monito ait, a viris doctis summo sudore castigata, Argentin. ap. Io. Knoblauchum, 1522. fol. acc. ab initio Erasmi Roterodami Paraclesis, et a fol. CCXCV. Athanasii vita, a *Io. Aretino* conscripta. — Aliam Colon. 1532. 8. ex off. Euch. Ceruicorni Maitt. in indice p. 88. et Fabric. nostro loco, et Lugdun. 1532. fol. *Zenus* l. c. pag. 145. sq. memorarunt.

Athan. liber de passione ac cruce, per *Erasm. Roterodam.* nunc primum versus, s. l. et a. 8. — *Athanasii symbolum:* cum luculenta expositione *F. Bernhardi de Lutzenburgo.* — noua edit. variis adnotatt. atque commentariis adaucta. — In calce: Explicit breuis elucidatio symboli Athanasii. „Impressa Colonie in aedibus Quentelianis.“ 1517. 4.

Io. Chrysostomi et *Athanasii* lucubrationes aliquot, nunc primum versae et in lucem aeditae (sic.) per *Erasmum.* Basil. ap. Io. Froben. 1527. fol. sunt vero Athan. epistolae II. de S. Spiritu; de decretis Nicaen. contra Eusebium; de passione Domini; de verbis euangel. *euntes in vicum*, de virginitate; de verbo contra S. Spiritum; de S. Spiritu, v. *Lambach.* l. c. pag. 80. not. et *Maitt.* A. T. II. p. 686. — Eadem in tomo VIII. Erasmi operum.

Athan.

Athan. libri contra idololatriam gentium et de fide sancte Trinitatis. (libr. XI.) cum praefat. D. Mart. Lutheri et *D. Io.* (Bugenhagii) *Pomerani*, cuius opera Athanasii libri restituti et aediti sunt. Wittembergae 1532. 8. In calce: excussum Wittembergae per Nicol. Schirlentz. MDXXXII. Quaedam de rara hac edit. (quam ipse habeo,) notauit *Clement* l. c. pag. 178. Bugenh. in praef. ait, se in quodam volumine, *Antidotum* inscripto, praeter alios libros, inuenisse Ath. libros de vnita deitate trinitatis, sed corruptissimos et mire interpolatos, se vero offendicula abstulisse. Idem addidit *Cyrilli Alexandrini* episc. de epistola Athanasii ad Epictetum testimonium, ex secunda epist. ad Successum; ipsam Athanasii epistolam ad Epictetum; Athan. epist. ad episcopos Africae; disput. inter Athanas. et Arrium (sic) siue Arianum quempiam, coram Probo, rudice; *Io. Maxentii*, theologi antiqui, libellum fidei etc.

Athan. ad Marcellinum in librum Psalmorum, *Capnione* interprete, accessit Psalmorum omnium, iuxta hebraicam veritatem paraphrasticae interpretationi, authore *Ioanne Campensi.* Paris. per Franc. Regnault. Expensis — Thome Bertheleti Londonensi thipographii regii. a. 1534. 4. teste *Brüggemann* View pag. 398. *Harl.*

Praefationes editionibus a. 1482. 1520. et Lugdunensi [?] 1532. praemissas Montfauconus exhibet in tom. II. nouae collectionis patrum.

Athanasii opera a *Petro Nannio* collecta et latine versa. Basil. *) 1556. et 1564. quatuor tomis, quorum tres primores a Nannio, quartus ab aliis versa continet. et Paris. 1572. et 1581. quibus in editionibus quinquepartitis Vita S. Antonii cum dialogis V. de Trinitate, Beza interprete, et Epistola ad Ammonium accessit. [h]) Atque iterum Paris. 1608. et 1612. ex recensione et cum notis marginalibus *Frontonis Ducaei.* Basileensem Nannii editionem recenset Bellarminus de scriptoribus eccles. Parisienses, Posseuinus.

Epistola ad Amunem, Festalisque vndequadragesima et ad Rufinianum. Paris. 1574.

Nonnullae S. Athanasii homiliae, in Bibliotheca concionatoria *Francisci Combefis.* Paris. 1662. fol.

*) Paucae quaedam *Latini Latinii* in hanc edit. obseruationes leguntur in eius Bibliotheca sacro - profana p. 181. [v. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. vol. I. fasc. III. p. 562. sq. *H.*]

h) Ad quinquepartitas edd. pertinet sequens, eaque locupletior: *Athanasii — Opera, quae extant, omnia. Nunc demum praeter* ceteras editiones indefesso labore, solertique studio et industria doctissimorum virorum post primam graeco - latinam germanicam editionem correcta et aucta; deinde variis annotatt. et innumeris S. S. locis margini adscriptis locupletata. Adiecta postremo varia eiusdem opuscula, aut nunquam antehac typis excusa aut seorsum edita etc. Coloniae Agripp. sumt. Anton. Hierat. 1617. fol. In hac edit. praeter particulas, a Fabricio memoratas, reperiuntur alia adhuc XVI. scripta, Athanasiana dubia spuriaue: tum orat. Gregorii Nazianz. de laudibus Athanasii, vita Athanas. incerto auctore, Io. Lampad. interpr. vita seu certamen Athan. a diuersis auctoribus; oratio de vita, certaminibus et laudibus Athanasii, a viro quodam docto conscripta. *Harl.*

Graece et latine.

[Ἀθανασίε — *Athanasii dialogi* V. *de sancta trinitate. Basilii* libri IIII. adu. impium Eunomium. *Anastasii* et *Cyrilli* conpendiaria orthodoxae fidei explicatio. Ex interpretat. Theodori Bezae. *Foebadii* s. Foebadii [aut *Phoebadii*] liber contra Arianos. Quae *Athanasii*, Anastasii et Cyrilli sunt, et quae Foebadii, nunc primum eduntur; (graece ex cod. Geneu. cum lat. vers.) a. 1570. 8. excud. Henr. Stephanus. Beza, qui in praef. de illis libris agit vberius, animaduertit, quatuor priores de S. trinit. libros in codice inscribi Athanasio, ab aliena autem manu ad primi dialogi marginem adnotatum esse: τὸν παρόντα διάλογον οἱ μὲν Ἀθανασίε οἱ δὲ Μαξίμε εἶναι λέγεσιν. Beza tamen iudicat, illos nihil habere, Athanasii vel nomine indignum; vel temporibus non congruens; *quintum* vero librum esse non tam dialogum, quam compendium quoddam, vel ab ipso Gregorio Nazianzeno, acerrimo Apollinaristarum oppugnatore, vel ex aliqua ipsius disputatione excerptum. adde infra, nr. 174. *Harl.*]

Cum versione Petri Nannii, et aliorum, Heidelbergae ex officina *Commelini* 1601. fol. 2. Voll. addita a *Petro Felckmanno* adpendice notisque et variis Lect. ex codice Doxopatri Basileensi, collato cum aliis MSS. Graeca in hac edit. ex codicibus Palatinis et Augustanis expressa sunt, additique egregii indices. Haec editio recensetur a Posseuino in Adparatu. *Fabr.* De hac edit. v. *Io. Fabric.* historiam bibl. Fabric. I. pag. 93. sqq. et *Goetz* Mem. bibl. Dresd. I. p. 363. Quaedam exemplaria, vti Dresdense, prae se ferunt notam anni 1600. et Goetz. animaduertit, in illo Dresd. exemplari deesse Athanasii fragm. a Felkmanno, (qui post mortem Commelini curam editionis suscepit,) collecta, item varias lectiones atque adnotationes, et vtramque ad Luciferum epistolam aliamque ad monachos. Haec omnia, tamquam adpendicem, anno sequenti adiecta et nouo titulo notaque a. 1601. instructa fuisse exemplaria reliqua, haud male coniicit. *Harl.*

Parisiensis anni 1627. fol. duobus Voll. curante *Io. Piscatore*, quae, vtut nitida, tamen in Graecis et versione haud pauca mutauit satis infeliciter, Benedictinorum et Baluzii praef. ad opuscula posthuma Petri de Marca iudicio, et varias lectiones Felckmanni, minime contemnendas, omisit, indicesque minus accuratos, at locupletes, Caueo notante, exhibet. Recenset hanc editionem *Labbeus*, et ex Labbeo *Hendreichius* in Pandectis Brandenburg.

Lipsiensis 1686. fol. quae Coloniae nomen falso praescriptum habet, Parisiensem ex asse refert, nisi quod minus emendata est, adiunctumque habet syntagma doctrinae, quod anno priore ediderat Parisiis *Andreas Arnoldus* Norimbergensis. *) *Fabr.*

Arnoldi, qui opuscula mem. in Anglia partim ex Vossiana, partim ex Bodleiana bibl. descripserat, edit. est inscripta: *S. Athanasii* — Syntagma doctrinae ad Clericos et Laicos. *Valentiniani* et *Marciani*, impp., epistolae duae ad Leonem M. *Theodori Abucarae* tractatus

*) Conf. Acta erudit. Lips. 1686. p. 370. *Harl.*

tus de vnione et incarnatione. Singula, praeter Marciani priorem epistolam, latine extantem, vtraque lingua primum prodeunt cum notis, edente *Andrea Arnoldo*, C. F. Noribergensi, Lutetiae 1685. 8. Arnoldo cum Vossio videbatur Athanasio vindicare syntagma; sed aliter sensit vir quidam doctus in nouellis reipubl. litterariae, m. Iul. 1685. p. 744. sqq. gallice scriptis, v. Act. erudit. Lips. a. 1685. mens. Nou. pag. 509. sqq. vbi non solum Arnoldi edit. recensetur, sed etiam subiungitur *Excerptum* (e lingua gallica in latinam translatum,) *ex epistola Rothomago, auctori nouellarum reipubl. litterar. transmissa, qua ostenditur, scriptum non ita pridem ab Arnoldo publici iuris factum, non esse diui Athanasii.* — De edit. Lips. v. eadem acta erud. a. 1686. m. Maio, p. 270. sq. *Harl.*

Parisiensis Anni 1698. fol. tribus voll. plenior longe accuratiorque, ad MSS. codices diligenter recensita, diuisa in sectiones, et ordine temporum disposita, versioneque vel noua vel longe castigatiore, (est enim non raro, vbi Nannius *) etiam praeclare licet de Athanasio promeritus, cespitauit,) et notis eruditis, indicibus locupletissimis, pluribusque nouis Athanasii opusculis et Onomastico, siue Lexico, vocum minus obuiarum locupletata, curante post *Iac. Lopinum* ʳ) a. 1693. 22. Dec. denatum, eiusdem ordinis Benedictini monacho doctissimo, *Bernardo de Montfaucon.* De hac editione licet in Actis Eruditorum Lipsiensibus, [a. 1699. p. 193. sqq.] in Ludolphi Neocori Bibl. nouorum librorum, [tom. IV. 1699. m. Ian. et Febr. p. 3. sqq. et m. Mart. atque April. pag. 155. sqq.] in Iac. Bernardi Nouellis Reip. litterariae, aliisque diariis siue ephemeridibus A. 1699. dicta non pauca fuerint, [add. *Stolle* l. c. p. 234.] operae pretium tamen existimaui, eamdem hoc loco paulo diligentius recensere, subiungereque, quae post illam deinde ab eodem Montfaucono edita Athanasii scripta sunt, annotatis ad ea, quae prius iam vulgata exstabant, paginis editionis Lipsiensis, quae Parisiensem Anni 1629. ex asse exprimit. Nota illius editionis erit praemissa L. litera. Primum a Montfaucono editis praefixus asteriscus. *Fabr.* Priori tomo praemissa est praefatio, quae septem habet partes, in quarum prima agitur de *manuscriptis* Athanasii operumque eius *editionibus;* (inter MSS. eminent Basileense et Paris. bibl. reg. n. MMCCLXXXIV.) in secunda de stilo Athanasii; in tertia de amissis Athanasii operibus; in quarta de doctrina Athan. in quinta de haereticis, ab Athanasio impugnatis et memoratis; in sexta de disciplina ecclesiae, Athanasii aeuo vsitata; in septima variae obss. continentur. Neocorus s. Küster. l. c. ex illa praef. luculenta dedit excerpta. *Fabric.* in nota ad delectum — de veritate christ. p. 82. „huius, ait, editionis suscipiendae se suasorem fuisse profitetur *Casim. Oudin.* in triade diss. pag. 75. et in ea adornanda etiam elaborasse Anton. Pouget, Benedictin. p. 76. Conatu laudatissimo ordinem chronologicum in illa obseruare instituit Montfauc. Quum autem de plerisque non constet certo plane, hinc ordinem materiarum praeferri optabat Tillemont. quo Athanasii opera digerit tom. 8. memor. p. 732. sqq." *Harl.*

IV. Tomo

*) Notarunt hoc Hermantius praef. ad vitam Athanasii, ac Montfauconus ad Athanasium passim, et in Palaeographia Graeca p. 545.

r) v. Hist. des Ouvrag. des Savans. a. 1689. Mars. p. 91.

IV. TOMO PRIMO.

1. *Libri duo aduersus gentes*, quorum posterior est *de incarnatione*, περὶ ἐνανθρωπήσεως siue ἐνσωματώσεως τοῦ θεοῦ λόγου. p. 1-97. L. I. p. 1. Hos, ante ortam haeresin Arianam circ. a. c. 318. scriptos libros praeclaros lectuque dignissimos, latine verterunt praeter Nannium *Omnibonus Leonicenus* et *Ambrosius Camaldulensis*. Coniecturam Petri Allixii, qui ad scriptorem antiquiorem, qui ad saeculi secundi finem floruerit, referre eosdem malebat, refellit Caueus in hist. litt. scr. eccl. p. 122. a. *Fabr.* Secundum *Basnag.* a. nal. tom. III. p. 38. libri scripti sunt a. C. 330. In cod. Colbert. inscribitur Κατὰ Ἑλλήνων. in cod. Coislin. Κατὰ εἰδώλων. Epitomen germanic. dedit vberiorem notisque eruditis illustrauit *Roesler* in: Bibl. der Kirchenväter, tom. II. pag. 337 — 374. *Semler* l. c. pag. 104. seq. vtrumque librum putat haud genuinum esse fetum ingenii Athanasiani. — add. *Io. Phil. Baraterii* Lettre sur deux ouvrages attribués à S. Athanase: 1) le discours contre les Grecs. — 2) l'incarnat. du verbe: in Biblioth. germaniq. tom. XL. pag. 80. — Sunt vero libri illi in codd. *Paris.* bibl. publ. nr. CCCCLXXV et MMCCCCLXXXXVI. cat. codd. tom. II. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. LVII. n. 1. 2. (*Lambec.* III. col. 214.) — *Romae* in bibl. Ottobon. liber primus contra Gentiles, *Io. Beccaria* Veron. interprete. (*Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 185. D.) — *Florent.* in bibl. S. Marci. Dominicanor. contra gentiles interpr. *Ambrosio Camaldul.* (*Montf.* l. c. pag. 420. A.) — *Ibid.* in bibl. Laur. Med. cod. XII. plut. 6. fragm. gr. ex or. περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 119. n. 12.) — libri duo, in cod. LXXXXVIII. *Mon. Bauar.* (v. cat. codd. gr. p. 36.) Excerpta ex his aliisque Athan. libris in cod. Mosquensi XXV. teste Matthaei in notitia codd. p. 56.

2. *Expositio fidei*, siue, vt a Facundo XI. 2. adpellatur, *Symboli Expositio* p. 99 — 102. L. I. p. 240. *Fabr.* Genuinum esse Athanas. scriptum dubittat *Semler* p. 110. adde pag. 104. not. In cod. *Escorial.* vbi permulta Athan. scripta custodiuntur, v. *Plüer* itiner. per Hispan. pag. 160. — *Paris.* in quinque codd. bibl. publ. teste catal. tom. II. — *Taurini* in cod. LXXXIV. bibl. reg. *Athan.* fidei expositio, ex actis concilii V. oecumenici, v. cat. codd. gr. pag. 179. — *Florent.* in bibl. Laur. Medic. cod. XII. nr. 5. plut. 4. expositio fidei. (*Bandin.* catal. codd. gr. I. p. 534.) — *Vindobonae* in bibl. caes. cod. LVII. nr. 37. (*Lambec.* l. c. pag. 228.) — In cod. *Bodlei.* CCCXXX. *Oxon.* nr. MLVIII *Franc. Iun.* nr. MMMMMCXXXVII. *Norfolk.* n. MMMCCLVIII. (cat. codd. Angl. et Hibern. tom. I. et II.) Conf. *Fabric.* in delectu etc. p. 78. sqq. vbi etiam memorat, versionem syriacam libri de incarnatione, compositam circa a. Chr. 564. ex Syria a. 1717. Romam secum adtulisse Ioseph. Assemanum, Maronitam. — cl. *Alter* in praef. ad Phranzae chronic. p. 14. sqq. et in libr. docto, Veber Georgianische Litteratur, Wien. 1798. 8. pag. 70. sqq. add. infra ad nr. 88. *Harl.*

3. *In illud* Matth. XI. 27. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo*, aduersus prauam Eusebianorum interpretationem p. 103-108. L. I. p. 149. *Fabr.* In cod. *Paris.* bibl. publ. CCCCLXXIV. et CCCCLXXV. — in cod. *Vindob.* (*Lambec.* III. p. 224. sq.) In cod. *Escurial.* v. *Plüer* l. c. *Harl.*

4. En-

4. *Encyclica ad episcopos Epistola* A. 341. ſcripta ſuper ordinatione Piſti et Gregorii, quos Arianes ſub Conſtantio Euſebiani in ſedem Alexandrinam ſurrogarant. p. 110 — 118. L. I. p. 942. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* (*Lambec. III.* pag. 216. 9.) *Harl.*

[P] 5. *Apologia contra Arianos* (in prioribus editt. *Apologia ſecunda*) ſcripta circa A. C. 350. p. 123 — 205. L. I. p. 719. Huius primam partem ante Nannium verterat *Eraſmus*, omiſſa, quam Atharaſius optimo conſilio addidit, egregia monumentorum veterum collectione, e qua ſingularis lux hiſtoriae eccleſiaſticae horum temporum accenditur. Ex his Epiſtola ad Dionyſium * p. 195. a Montfaucono primum e MS. regio edita eſt, et p. 150. addita epiſtola Sardicae ſynodi ad epiſcopos Aegypti et Libyae, quam prior Pariſienſis T. I. p. 760. omiſerat. *Fabr.* *Pariſ.* in codd. CCCXXII. cum not. criticis V. D. CCCCLXXIV. CMLI. bibl. publ. — *Vindobon.* in bibl. caeſ. v. *Lambec.* III. p. 232. p. 237. ſq. vbi dicitur *apologia ſecunda*, et cui inſertae ſunt 34. epiſtolae, a diuerſis pro Athan. ſcriptae: et VII. p. 353. nr. 11. in vtroque cod. eſt epiſtola ad Dionyſium. Eſt quoque in conciliorum edit. reg. tom. III. Labbei tom. II. et Harduin. tom. I. vid. infra vol. XI. pag. 373. *Harl.*

6. *Epiſtola de decretis ſynodi Nicaenae*, quod recte haereſin Arianam damnauerit p. 208 — 242. L. I. p. 248. In hac Epiſtola p. 253. edit. Lipſ. alterius, prioris ad eundem ſcriptae meminit: εἰ καὶ φθάσας διὰ τῆς προτέρας ἐπιστολῆς τῆς πρὸς σὲ γραφείσης πλατυτέρῳ τῷ κατ᾽ αὐτῶν ἐλέγχῳ χρώμενος. et p. 261. καὶ σὺ δὲ γράφων ἐδήλωσας. *Fabr.* Cod. CCCCLXXIV. bibl. publ. *Paris.* et in cod. *Vindob.* caeſareo, LVII. bis. *Lamb.* III. pag. 225. 7. *Harl.*

7. *De Dionyſii, Alexandrini epiſcopi ſententia*, quod non ſenſerit cum Ario, p. 243 — 262. L. I. p. 548. *Fabr.* In tribus codd. *Paris.* bibl. publ. et *Vindobon.* mem. Lamb. III. p. 232. nr. 46. *Roesler* l. c. pag. 375. ſqq. amplam. dedit epitomen et vberiores ſubiecit adnotationes. *Harl.*

8. *Epiſtola ad Dracontium*, monaſterii praefectum, qui, epiſcopus Hermopoleos electus, aufugerat, ſcripta A. C. 354. vel 355. p. 263 — 268. L. I. p. 954. *Fabr.* v. *Lambec.* l. c. pag. 247. nr. 97. *Harl.*

9. *Epiſtola Encyclica ad epiſcopos Aegypti et Libyae*, contra Arianos, ſcripta A. C. 356. p. 270 — 294. L. I. p. 283. Ex hac etiam repetita *contra Arianos oratio breuis* L. II. p. 22. in edit. Montfauconi p. 283. ſeq. *Fabr.* In cod. LVII. *Caeſar.* nr. 4. et 122. ac fragmentum ib. nr. 19. v. *Lambec.* pag. 215. 217. et 223. In concilior. ed. reg. tom. III. Labbei tom. II. et Harduini tom. I. v. *Fabr.* B. Gr. XI. p. 378. *Harl.*

10. *Apologia ad imperatorem, Conſtantium*, ſcripta eodem anno 356. p. 295 — 319. L. I. p. 673. *Fabr.* conf. *Lambec.* III. pag. 226. vbi de *Marci* oratione contra Arianos, ſcriptis Athanaſii intermixta, is eſt copioſus, et pag. 246. nr. 94. vbi inſertae ſunt tres imper. Conſtantii epiſtolae, quarum prima ad Athanaſium ſcripta fuit. *Harl.*

11. *Apologia de fuga sua*, cum a Syriano, duce, persequutionem pateretur, scripta A. C. 357. vel 358. p. 320 — 330. l. I. p. 701. *Fabr.* In cod. *Paris.* bibl. publ. CCCCLXXIV. et in cod. *Vindobon.* v. Lambec. III. p. 246. nr. 56. *Harl.*

12. *Epistola ad Serapionem* [k]), episcopum Thmuitanum, scripta A. 358. *de morte Arii,* p. 340. — 342. L. T. I. p. 670. *Fabr.* In cod. *Escorial.* v. *Plüer* l. c. pag. 160. — in cod. *Laur. Medic.* v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 120. nr. 14. — In cod. *Mosquensi* XII. laudatur et fragm. exhibentur *Athan.* ad Serap. epist. et ex lib. περὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων. v. *Matthaei* Notit. MSSt. — Mosq. p. 22. — In XVI. codd. bibl. *Paris.* publ. sunt multae Athanasii epp. quas omnes et singulas indicare, longum foret. *Harl.*

13. *Epistola ad monachos*, veluti prologus ad Historiam rerum gestarum ab initio Arianismi ad A. C. 357. Arianorumque dogmatum confutationem. p. 343. 344 L. I. p. 808. *Fabr.* In cod. *Oxoniensi* nr. 65. catal. — In cod. *Vindobon.* mem. de quo conf. *Lambec.* III. p. 244. *Harl.*

14. *Historia Arianorum* usque ad A. 357. initio mutila et a rebus anni 335. incipiens. p. 345 — 395. L. I. p. 810 — 868. a verbis: Αὐτοὶ δὲ ὧν ταῦτα ἐμηχανήσαντο. (Depositio Arii et sociorum ab Alexandro, Alexandriae archiepiscopo p. 396. sq. quam primus e codice regio graece [?] cum latina versione sua vulgauerat *Cotelerius* notis ad Constitutt. apostolicas lib. VIII. c. 28. et encyclica eiusdem Alexandri epistola p. 397 — 402. quae minus emendate occurrit apud *Socratem* l. I. c. 6. *Gelasium* lib. 2. Hist. concilii Nicaeni cap. III. *Nicephorum* VIII. 8. et in hist. tripartita lib. I. cap. XIII) [in cod. *Paris.* CCCCLXXIV. n. 11 et 12. in cod. *Vindobon.* CLVII. *Lambec.* III. p. 232. sq.]

15. Λόγοι siue *libri quatuor aduersus Arianos.* p. 405 — 645. L. I. 306. Nonnulli quinque numerant. (atque ita *Photius* Cod. 140.) [v. infra vol. IX. pag. 418] vna computata Epistola cyclica ad episcopos Aegypti et Lybiae (supra num. 9.) Confer Petauium de incarnatione lib. V. c. XV. §. 9. *Fabr.* In cod. *Coisliniano* CCLXXXXVIII. *Ath.* de *oeconomia* dei verbi in carne et de trinitate; et *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 415 esse, scribit inter Athanasii opera, tom I. pag. 595. suae edit. conf. ad nr. 22. et 44. — In cod. LVII. mem. *Vindobon.* nr. 5. 6. et 7 et *Lambec.* III. pag. 215. obseruat, in ed. Paris. (priore) epistolam cyclicam ad episcopos etc. perperam vocari orationem I. contra Arianos, et orat. I. II. et III. (tot sunt in illo cod.) male nominari oratt. II. III. et IV. — In eod. cod. nr. 32 exstat oratio *sexta* contra Arianos. — In codd. CCCCLXXIV. CCCCLXXV. DCCCLIV. DCCCLIX. *Paris.* bibl. publ. — *Oxoniae* in cod. Bodlei. MMDLXIV *Athan.* opusc. contra Arianos — *Cantabrig* in cod. collegii reg. nr. MMCLXVII. contra Arianos: deest principium. — Excerpta in cod. *Venet.* Marcian. DIV. teste *Villoison* Anecdot. gr. II. pag. 247. init. et in cod. *Mosquensi* XIII. ex libro I. teste *Matthaei* — in notitia codd. synod. Mosquens. p. 21. *Harl.*

V. TO-

k) Male πρὸς Ἀπίωνα *ad Apionem* legitur apud Theodoritum lib. I. c. 14. Hist. Eccles.

V. TOMO SECUNDO,
siue Tomi primi parte posteriore.

16. *Ad Serapionem, Thmueos episcopum, Epistolae IV.* e quibus prima, tertia et quarta est de diuinitate Spiritus S., secunda de Filii diuinitate. p. 647 — 714. In prioribus editionibus perturbato admodum ordine leguntur hae Epistolae *prima* L. T. I. p. 173. *secunda* I. p. 166. *tertia* II. p. 10. *quarta* II. p. 16. et I. p. 970. in illud Matth. XII. 32. *quicunque dixerit verbum contra filium hominis.* Primam vertit ac secundam Nannius, tertiam Erasmus, quartam incertus. *Fabr.* Vide de cod. *Vindob. Lambec.* III. p. 216. sq. nr. 10. et 11. p. 218. nr. 17. pag. 223. nr. 29. ibique Kollar. nr. 30. et 31. vbi inscribitur πρὸς Σαραπίωνα. — vol. V. p. 307. nr. 3. — *Bandin.* cat. codd. gr. Medic. vol. I. pag. 536. de cod. XII. n. 25. et 26. plut. IV. vbi n. 27. sequitur *Athan.* epistola catholica. — In cod. *Bodlei.* nr. LXXXV. et MMCCXC. — in cod. *Mosquensi* XIII. ex epistola II. v. *Matthaei* l. c. pag. 22. — ibid. excerpta ex Athan. περὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων. — *Harl.*

17. *Epistola de Synodis* Arimini in Italia et Seleuciae in Isauria celebratis, scripta. A. C. 359. p. 716 — 769. L. I. p. 869. *Fabr.* v. *Lambec.* l. c. III. p. 245. nr. 93. *Harl.*

18. *Tomus ad Antiochenos* missus A. 362. p. 770 — 777. L. I. p. 570. Male Epistolam inscribunt nonnullae priores editiones. *Fabr.* In cod. *Paris.* 475. In cod. *Vindobon.* apud Lambec. III. p. 228. nr. 38. et ibid. p. 248. nr. 99. de ep. Athan. ad imp. Iouianum de fide, et nr. 100. de Iouiani ep. ad Athanasium. et nr. 103. de alia Athan. ep. ad Iouianum. add. nr. 48. *Harl.*

19. Iouiani, imp. [f]) Epistola ad Athanasium de eius restitutione, scripta A. 363. Athanasii *ad Iouianum de fide.* Arianorum ad Iouianum ἐντυχίαι, siue petitiones aduersus Athanasium. p. 779 — 784. L. I. p. 245. II. p. 27. *colloquia* vocauerat prior interpres, *Io. Lampadius.*

20. *Vita S. Antonii* ad monachos, in peregrina regione versantes, scripta circa an. 365. pag. 793 — 866. L. II. 450. Primus ex Boico codice, non emendatissimo, non tantum graece, (vt est apud Caueum,) sed cum versione sua et notis ediderat *Dav. Hoeschelius*, additis ex H. Sauilii codice variis lectt. Augustae Vindel. 1611. 4. Benedictini ad MSS. codd. plures recensitam ediderunt cum versione noua sua, et antiqua [?] *Euagrii*, presbyteri Antiocheni, ad Innocentium missa et iam olim lecta Hieronymo, quam post Mombritii, Surii aliorumque editiones emendatius vulgarunt *Rosweidus* in Vitis Patrum T. I. p. 25. seqq. et *Bollandus* 17. Ianuar. T. II. Act. Sanctor. p. 107. De MS. codice Caesareo vide *Lambecium* lib. V. p. 297. *Fabr.* s. secundum ed. Kollar. p. 624. sq. *Florent.* in cod. Medic. XVII. nr. 17. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 417. qui praeterea citat *Tillemont.* tom. VII. Memor. pag. 101. sq. — *Venetiis* in cod. XCII. nr. 7. *Naniano.* (v. catal. codd. gr. pag. 182.) — Secundum *Montfauc.* in bibl. bibliothec. MSS. in bibl. *Vatic.* inter codd. reginae Sueciae, Athan. de vita Ant. interprete *Euagrio;*

f) Memorat *Epiphanius* LXVIII.

grio, (tom. I. p. 47. nr. 1486.) *Euagrii* tamen verſio minus ſincera habetur et *C—us* in hiſt. litt. ſcriptt. eccleſ. p. 181. dubitat, eam, quam hodie legimus, verſionem ad iq. Euagrium, presbyterum, habere auctorem. — *Romae* in bibl. patrum S. Baſilii, vita S. Ant. et Athanaſii quaedam ſuppoſititia: et ibid. in bibl. Monaſt. Saluat. Baſilianorum, Athan. vita Ant. it. vita et certamina Athanaſii, nec non Athan. in S. *Andream*. (ib. p. 198. C. D.) — *Florent.* in bibl. Benedictin. B. Mariae, vita Anton. (ib. p. 414. C. et p. 416. D.) ead. ex graeco verſa a *Franciſco Zephyro*. — *Paris*. in bibl. Pottier de Tours. (II. p. 1306. C.) — ſecundum eumdem *Montfauc*. in bibl. *Coisliniana*, cod. CCLVIII. (p. 304.) — cod. CCLXXXII. (p. 399. vtroque loco de lectione quadam graeca is agit) — in cod. CCCVII. nr. 8. (p. 423.) — in cod. CCCLXVIII. ſunt Athan. martyrium SS. Menae, Hermogenis et Eugraphi, quae vero narratio Montfauc. videtur eſſe Graeculi cuiusdam, nomen Athanaſii ementiti; — tum vita Antonii, vbi rurſus locus controuerſus adducitur, poſthaec vita Athanaſii, huiusque ſermo de virginitate. (pag. 565.) — *Taurini* in cod. bibl. reg. CXV. et CXVI. in quorum poſteriore eſt quoque vita et mores S. *Athanaſii*, (ex Metaphraſte:) v. catal. codd. gr. *Taur.* pag. 218. et 220. — ſec. catal. codd. *Angl.* et *Hibern.* in codd. *Oxon.* nr. MIMLXXIV. in *Bodlei.* nr. CLVIII. et CLXXXIII. — *Paris*. in XIII. codd. bibl. publ. (cat. codd. tom. II.) — verſio vitae, in cod. *Veneto S. Michael.* v. *Mittarell.* cat. pag. 78. — *Wolfg. Lazius*, Pſeudo-Abdiae hiſtoriae certaminis apoſtolici, (Baſil. 1552. fol.) ſubiunxit *Antonii vitam*, ab Athanaſio ſcriptam, ex verſione Euagrii, presbyteri, v. infra, vol. IX. pag. 31. not. add. ibid. pag. 56. inter Sanctorum elogia et vitas, et pag. 27. ſq. de *Herib. Rosweydi* vitis patrum illarumque editt. In libr. I. eſt vita Antonii, *Euagrio* interprete. Valde quidem commendatur vita Antonii ab incerto graeco poeta, in *iambis* in ſermones SS. patrum, edit. ab *Amadutio* in anecdotis litterar. vol. II. p. 31. verſ. 70. vbi v. not. Mingarelli: at enim vitam, quam hodie terimus, propter multas fabulas aliasque narrationes pueriles inſulſi hominis commentum eſſe, nullus dubitat *Scultetus* in medulla theol. patr. pag. 480. Itidem *Iac. Basnage* in diſſ. epiſtolicar. tertia pag. 112 — 114. copioſe illam recenſens vitam, hanc, quae nunc legitur, aut eſſe omnino ſpuriam, aut ſaltem ab interpolatore miſerrime foedatam iudicat p. 136. Neque diſſentiunt *Arnold.* qui eam germanice vertit inter vitas patrum, et *Stolle* l. c. p. 243. ſq. aliisque. *Sam.* tamen *Basnage* Annal. tom. III. p. 38. *Caue* et editor. Benedictini eam germanam, quamquam interpolatam, cenſent. Contra *Oudinus* l. c. pag. 358. ſqq. vndecim argumentis, ſat grauibus, oppugnat ſententiam eorum, qui fidem illius vitae tueri ſuſtinuerunt. *Harl.*

21. *Epiſtolae duae ad Orſiſium, abbatem*, excerptae ex auctore vitae S. Pachomii (in appendice ad Acta Sanctor. T. III. Maii. p. 49. 50.) Et *Narratio ad Ammonium*, epiſcopum, et alios de fuga ſua ſub Iuliano Auguſto (ex eadem appendice p. 71.) p. 867 — 869.

22. *Tomus de Incarnatione DEI Verbi* περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ θεοῦ λόγου, *et contra Arianos*, ſcriptus poſt A. 364. pag. 871 — 888. l. I. pag. 595. *Fabr.* In cod. *caeſareo* LXXVII. nr. 54. vbi legitur περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος, teſte *Lambecio*, III. p. 394. ſq. — *Leidae* inter codd. Voſſian. vide catal. et ſupra ad nr. 15. p. 401. *Harl.*

23. *Epi-*

23. *Epistola* episcoporum Aegypti et Libyae nonaginta et B. Athanasii contra Arianos *ad Afros episcopos*, scripta circa A. 369. p. 891 — 900. L. I. pag. 931. *Fabr.* Conf. *Lambec.* comment. tom. III. p. 247. nr. 98. — In cod. *Ebor.* nr. XXXVI. secund. cat. codd. Angl. et Hib. tom. II. *Harl.*
24. *Epistola ad Epictetum*, Corinthi episcopum, contra haereticos, de incarnatione CHRISTI peruersa sentientes. Scripta circa A. 371. p. 901. — 910. L. I. p. 581. Exstat apud Epiphanium LXXVII. 3 — 13. tom. I. opp. p. 997. Citatur a *Ratramo* c. 9. de partu Virginis, T. I. spicilegii Dacheriani p. 342. vbi male *ad Epictetum* legitur. *Fabr.* vid. *Lambec.* III. p. 218. nr. 14. pag. 394. nr. 52. — *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. pag. 130. nr. MMMMMIMLXXXII. add. *Walch* bibl. patrist. pag. 232. qui notat, eam epist. iam ante Cyrillum Alex. ab hostibus veritatis esse deprauatam. *Harl.*
25. *Epistola ad Adelphium*, episcopum Onupheos Lychnorum et confessorem, contra Arianos. Scripta circa eundem annum 371. pag. 911 — 917. L. I. p. 155. *Fabr.* De nr. 25 — 27. v. *Lambec.* III. pag. 222. nr. 25. pag. 227. p. 231. nr. 41. vbi in cod. epistola exarata dicitur πρὸς Μάξιμον Ἐπίσκοπον; et pag. 218. nr. 15. contra Apollinar. de salutari aduentu Christi; ac nr. 16. contra eundem περὶ τῆς σαρκώσεως, de incarnatione Christi, add. ad nr. 40. *Paris.* bibl. publ. codd. MCCCI. et MDCXXXI. *Harl.*
26. *Epistola ad Maximum, philosophum*, eodem scripta tempore. p. 918 — 920. L. I. pag. 162. [in cod. *Paris.* CDLXXV. nr. 13. in cod. *Medic.* v. *Bandin.* l. c. I. p. 546. sqq.]
27. *De Incarnatione CHRISTI contra Apollinarium libri duo.* p. 922 — 955. L. I. p. 614. 633. [in cod. *Paris.* CDLXXV. nr. 4.]
28. *Epistola* breuis *ad presbyteros, Iohannem et Antiochum*, et alia *ad Palladium, presbyterum*, scriptae sub extremum anni 371. vel initium 372. p. 956. seq. L. I. p. 951. 952. *Fabr.* In cod. Medic. teste *Bandin.* II. cat. p. 456. nr. IX. — in cod. *Bodlei*, nr. MMMXCI. catal. — in cod. *Vindobon.* v. Lambec. III. nr. 95 et 96. — in cod. *Veneto* D. Marc. LXXIX. pag. 55. catal. *Harl.*
29. *Epistola ad Ammunem*, monachum, περὶ ὀνειρωγμοῦ m) et ex *Epistola vndequadragesima festali* n) fragmentum de libris canonicis S. Scripturae: atque *Epistola ad Rufinianum*, episco-

Aa 3

m) In quibusdam codd. legitur περὶ γονοῤῥύας, vt in cod. *Medic.* XXII. n. 22. plut. 5. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 47.) Epistola ad Ammunem est quoque in cod. *Medic.* XL. nr. 28. — in cod. VIII. nr. 56. in cod. I. nr. 12. plut. X. in quibus omnibus est etiam fragm. epist. de festis. (*Bandin.* I. p. 47. 74. nr. 28. in quo cod. finis editae epistolae non respondet; pag. 399. et 468.) — epist. *ad Rufinian.* est in cod. XXX. et XXXVII. v. *Bandin.* I. pag. 74. et 400. et tom. II. pag. 547. in cod. XXVIII. — et in cod. *Mosquensi*, teste *Matthaei* in notitia codd. bibl. synod. pag. 57. — *Epist. ad Ammun.* in cod. Vindob. XII. nr. 15. teste *Kollario* supplem. Lambec. comm. VIII. pag. 878. nr. 22. et 886. nr. 32. ac 33. pag. 1012. sq. nr. 26. — in cod. XVIII. nr. 4. inter varia diuersorum patrum eccles. fragm. canonica ex epist. ad Ammun. teste *Lambec.* VI. part. I. p. 130. — In cod. *Escor.* teste *Plüer* l. c. pag. 160. — In *Britannia* sec. catal. codd. Angl. et Hibern. tom. I. in bibl. *Bodlei.* nr. XXVI. CLXXXV. CCV. CCXC. bis. in tom. II. nr. MDCCCXXXVI — cum scholiis in cod. *Galei*, nr. MMMMMIMV et, pag. 362. nr. MMMMMMMMMCLXXXXVIII., 34. Conf. infra, vol. IX. pag. 55. et 585. *Harl.*

n) *Nonam Paschalem* Athanasii *Epistolam* vocat *Turrianus* lib. I. pro Canonibus Apostolor. c. 11. Fuerit haec ex Epistolis Athanasii festalibus, S. Hieronymo memoratis in Catalogo S. E.

episcopum pag. 959 — 964. [*] Hae epistolae inter alias canonicas ante prodierant graece et latine Gentiano Herueto interprete cum scholiis *Theodori Balsamonis.* Paris. 1620. fol. et in Synodico Magno siue Pandectis Canonum *Guil. Beueregii* T. II. pag. 36. Oxon. 1672. fol. Vertit etiam *Io. Curterius.*

30. *Epistolae duae ad Luciferum,* Calaritanum, post A. C. 355. scriptae, et *latine* tantum inter Luciferi scripta seruatae, vna cum *Epistola ad monachos* de vitandis Arianis et his, qui cum illis communicant. Scripta post A. 364. p. 965 — 967. *Fabr.* v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSSt. II. p. 1247. B. — cat. codd. Angl. et Hib. II. p. 199. nr. MMMMMMMCCCCLX. bibl. *Treyer;* in illo inesse dicuntur *Athan.* de S. Trinitate et Spir. S. epistola ad Lucifer. nec non altercatio eius contra Arium, Sabell. et Photinum, latine. *Harl.*

31. * *Fragmentum ex Epistola festali, XXXIX.* data A. 356. (quales complures Athanasius in exsilio scripserat in coetu fratrum legendas illisque solandis comparatas, conf. *Hieronym.* de script. eccl. cap. 87.) p. 968. *Latine* tantum ex codice Colbertino. *Fabr.* Fragment. ex epistola XXXIX. festali, quosnam V. et N. T. libros Christianus orthodoxus habere debeat, gr. est in cod. *Vindob.* LIX. teste *Lambec.* III. pag. 259. ex eadem ep. fragment. gr. cum interpretatione in cod. *Medic.* XL. nr. 29. plut. 5. sed, vt ait *Bandin.* I. pag. 74. finis codicis non conuenit cum edito, quum heic longius in illo, quam in hoc producatur interpretatio. v. *Balsamon.* syntagm. pag. 920. adde de aliis codd. *Bandin.* I. pag. 399. nr. 36. et 468. nr. 12. — In cod. gr. *Taurinensi* CV. v. Catal. pag. 196. *Harl.*

32. *Liber de Trinitate et Spiritu S.* itidem *latine* tantum p. 969 — 981. male Vigilio Tapsensi tributus a Chifletio. Incipit: *His qui Filium DEI creatum esse profitentur, nequaquam de Spiritu S. dabimus responsum. Fabr.* Conf. infra, nr. 93. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. p. 1242. B. — in cod. Oxon. MMXXXIII. sec. catal. *Harl.*

33. *Ad Marcellinum* epistola, praefixa interpretationi Psalmorum. p. 982 — 1003. L. I. p. 959. Verterat, sed mire decurtatam, *Angelus Politianus.* Etiam *Io. Reuchlino* interprete prodiit Antwerpiae 1537. vna cum Ioh. Campensis enchiridio Psalmorum. Praefigitur itidem, (sed initio mutila,) Catenae Psalmorum, a *Balthasare Corderio* graece et lat. Antwerp. A. 1643. fol. editae. Ex codice antiquissimo Alexandrino graece in sua LXX. interpretum editione vulgauit et Psalmis praefixit V. C. *Io. Ernestus Grabe.* Quoniam in hac epistola Athanasii ne verbum quidem de inscriptionibus Psalmorum legitur, itaque Benedictini merito iudicant aliud fuisse S. Hieronymo laudatum Athanasii ad Marcellinum opus *de titulis Psalmorum. Fabr.* Exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. CMXXXVII. nr 5. — in cod. *Bauar.* XCVIII. cat. p. 37. in codd. *Vindobon.* VI. de quo vide *Lambec.* III. pag. 57. sq. inprimis *Kollarii* notam, qui animaduertit, illam Athanasii epistolam plerumque psalmis praemitti; at rarissime occurrere integram; saepius mutilam, interdum ita interpolatam, vt vix quidquam Athanasii retineat, etc. Idem sentit in nota ad pag. 82. de cod. XIX. in quo prima prooemii ad Psalmos particula, maiori sui parte cento est, ex paragraphis excerptisque epistolae Athan. consutus; multo tamen contractius est principium vtroque illo, quod Corderius in lucem protulit.

lit. In eodem cod. partem prooemii secundi sextam excipit *Athanasii de interpretatione Psalmorum* epistola ad Marcellinum, sed mutila: teste *Lambec.* p. 88. sq. — nec non in cod. LVII. nr. 19. vbi, num integra sit illa, nec ne? nihil adnotat *Lambec.* III. p. 220. sq. — In cod. Th. *Bodlei.* nr. 1982. cat. — In cod. *Guil. Laudi*, bibl. Bodlei. nr. 710. — In bibl. *Laurent. Medic.* cod. III. nr. 17. plut. VI. de quo et de illa epistola multus est *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 89. Post Montfauconium *Cardin. Antonellius* integram illam praefixit Athanasii comment. in Psalmos mox memorandis. Porro est in aliis codd. *Laurent.* de quibus vide *Bandin.* I. p. 543. nr. 22. tom. II. p. 477. nr. 7. pag. 308. nr. 9. A *Nicolao* autem *Antonello* in cod. Barberino alia Psalmorum expositio graeca cum latina versione est reperta et ex illo primum edita:

Athanasii interpretatio Psalmorum siue de titulis Psalmorum. Romae ap. Ios. Collin. 1746. fol. Editor in praefatione de cod. agit. Postea Antonellius, vbi reperit in vaticana bibl. codicem, qui idem opus gr. cum antiqua versione latina continet, in adpendice lectiones illius cod. a lectionibus Barberin. discrepantes dedit, librum illum in praefat. docta et ad historiam interpretationis sacrorum librorum antiquam perquam vtili, Athanasio vindicare studuit. Enimuero, tanta lectionum in codd. varietate, nisi ab alio Athanasio profectum sit opus, id sane clarum est et manifestum, genuinum episcopi Alexandrini opus iam antiquioribus temporibus valde fuisse interpolatum et ab aliena manu auctum. Interpretationes vero ipsae breues sunt atque valde allegoricae. Criticam tamen artem in explicandis graecis Psalmorum versionibus iuuare possunt. *Harl.*

54. * *Expositiones in Psalmos*, quarum exigua apospasmatia quaedam verterat Politianus, atque priores editiones graece et latine exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla et Corderius vulgauerant in Catenis Patrum ad Psalmos; sed Benedictini longe copiosiores in totum Psalterium, licet nec ita plenas aut integras, e codicibus regiis et Colbertinis Catenarum et expositionum in Psalmos offerunt p. 1009 — 1239. o) Mediolani in bibl. Ambrosiana occurrunt commentaria Athanasii in Psalmos, graece descripta ex codice Bibl. Scorialensi, et latine reddita siue ab Antonio Giggeo, siue alio quodam. Ex illis argumentum in Psalmos dignum lectu, et supplementa quaedam commentariorum dedit *Montfauconius* in Collectione [305] noua Patrum T. II. p. 70 — 101. *Animaduertendum est*, inquit idem in Diario Italico p. 12. *alium etiam commentarium in ista Bibliotheca, nec non in Museo Iustiniano Venetiis* (adde p. 69.) *occurrere, qui Athanasii nomen praefert; at Athanasii Magni esse nequit.* Istius initium est: Μακάριος ἀνὴρ etc. ἄυτη ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀριμαθίας. p) Athanasius in Psalmos ex versione

o) in cod. *Bodl.* MMCCCXXVIII. et aliis, quae continent caten. in psalmos, latere videntur alia fragm. *Harl.*

p) Ex cod. quoque *Scorialensi* descriptus erat is, qui in bibliotheca olim fuit *Uffenbachiana*, et a *I. H. Maio* in Biblioth. Vffenb. MSta, part. III. pag. 485. sqq. curate designatus codex, cuius quidem scriba *Andreas Darmarius Epidaurius* in calce et nomen suum et an. αφοδ h. e. MDLXXIV. indicauit, atque id opus adsignauit Athanasio. Continet autem id vol. *Athanasii commentarium in omnes Dauidis psalmos*, et initium commentarii in Psalmum I. conuenit cum

fione latina *Eliae Ehingeri*, qui codice graeco biol. Auguftanae q) vfus fuit, extlat MS. in bibl. Iohannea huius vrbis Hamburgenfis. Habuit etiam Athanafii in Pfalmos Commentarium, graece defcriptum Wagenfeilius, vnde adferuat eumdem Lipfiae in patria mea thefaurus librarius ampliflimi Senatus. Expofitionem Athanafii in Pfalmos *Serviana lingua*, (eft haec Slauica dialectus,) MS. in bibliotheca S. Saluatoris Bononiae, atque *arabice* vna cum epiftola ad Marcellin. in bibl. Ambrofianae codice 300. annorum memorat idem Montfauconus ad Athanaf. T. I. p. 1005. et 1006. *Fabr.* Germanice quoque verfus eft liber, a *Georg. Spalatino*, teftibus *Lambechero* in biblioth. antiqua Vindobon. ciuica pag. 81. et *Zapfio* in: Augsburgs Buchdruck. Gefchichte part. II. pag. 152. Infcriptio haec eft: *St. Athanafius — biechlein veber das haylig buch den Pfalter.* — In calce *Gedruckt in der Kayferlichen ftat Augfpurg durch Sigismunden Grymmen Doctor, Anno* MDXXI. (1521.) 4. Conf. fupra ad Origenis exegetica gr. nr. 6. adnotata. Anglice verfus eft lib. et praefixus verfioni Pfalmorum anglicae eique metricae, Lond. ap. Io. Day in 4. fine anni nota. conf. *Brüggemann* View etc. p. 399. — De codd. addam pauca. In bibl. publ. *Parif.* in cod. CLXXIV. nr. 3. eft locus de Pfalmis — in cod. MCLXXIII. nr. 8. Ath. homilia in Pfalmum 34. — *Vindobonae* in cod. caefareo XIX. v. *Lambec.* et Kollar. III. pag. 81. fqq. et infra ad nr. 56. — in cod. CLXXXIIX. nr. 22. expofitio pfalmi 103. ex *Athanafio*, Eufebio aliisque collecta. (*Lambec.* IV. p. 457.) In *Britannia* fec. cat. codd. Angl. et Hibern. *Athan.* expofitio Pfalterii in bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* nr. 118. ib. Catena in Pfalmos cum variis prolegom. *Athanafii*, Eufebii etc. nr. 223. — eiusdem com. in Pfalmos nr. 289. n. 8. cod. Cromwell. — In bibl. *Coislin.* cod. LXXX. in margine ad Theodoreti interpretat. Pfalmorum 150. excerpta ex *Athanafio* aliisque. adde ad nr. fequentem collecta. *Harl.*

35. *Fragmenta* commentariorum Athanafii *in Pfalmos*, a Petro Felckmanno collecta e Nicetae metropolitae Heracleae, συναγωγῇ ἐξηγήσεων in priores Pfalmos LXXII. MSta in bibl. Palatina. pag. 1241 — 1262. L. II. pag. 511. *Fabr.* In cod. *Veneto* D. Marci CCCCCLXXVIII. *Athanafii* interpretatio in *Pfalterium* et *Cantica* V. et N. Teft. Atque confector catal. codd. gr. pag. 304. codicem, ait, vidit et opus hoc recenfuit *Montfaucon.* diar. ital. pag. 433. vide eiusdem collect. nouam PP. tom II. pag. 70. — In *Britannia* fec. catal. codd. Angl. etc. in cod. *Bodlei.* nr. 1982. Pfalterium et cantica S. S. cum catena graec. patrum Athanafii et alior. — inter codd. *Laudi* nr. 710. fragmenta *Athanafii*, *Bafilii* et aliorum in Pfalmos, vna cum interpretat. *Canticorum* S. S. — cat. vol. II. p. 186. inter codd. *Th. Gale*, n. 5891. excerpta ex Athan. Alex. expofitione in Pfalmos. Varia fragm. quorum quidem tituli ita vetuftate confumti effe dicuntur, vt vix vllum amplius litterarum veftigium adpareat, in cod. *Medic.* XII. nr. 17. plut. 6. tefte *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 120. *Harl.*

36. *

cum eo, quod Fabricius ex Montfauc. diario ital. laudauit: Μακάριος ἀνὴρ etc. αὕτη ἡ προφητεία κληρωταῖ etc. Quoniam Montfauc. in noua collect. patr. vulgauit enarrationem Athanafii in LXXV. pfalmos priores, *Maius* ex cod. Vffenbach. fpeciminis loco commentarium adfcripfit in Pfalmum vltimum, gr. cum verfione lat. notisque paucis breuibusque criticis. *Harl.*

q) v. *Reifer* cat. codd. pag. 41. nr. 74. *Harl.*

36. * *Fragmenta* variorum Athanafii fcriptorum ex Nicetae Heracleotae catena in Iobum, auctiora et emendatiora ex codice regio MMCDXXXIV. pag. 1262 — 1265.
37. Fragmenta expofitionis Athanafii *in Canticum Canticorum*, (ex Commentariis variorum in Canticum, quae graece edidit *Meurfius* Lugd. Bat. 1617. 4.) p. 1265.
38. * *Fragmenta* Athanafii ex Catenis *in Matthaeum*, Marcum, Lucam, I. ad Corinth. et ad Hebr. editis ex MSS. pag. 1266. feqq. et ex Euthymii Panoplia p. 1274. feqq. [v. ad nr. 95.]
39. * Breuis expofitio Symboli, e codice Vaticano et regio p. 1278. feq. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* CCL. nr. 21. et 22. v. *Lambec.* et *Kollar.* tom. V. pag. 320. fq. — in cod. Laur. *Medic.* XII. nr. 4. plut. IV. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 534.) add. infr. ad nr. 88. *Harl.*
40. * Fragmentum *aduerfus Apollinarium* e codice Vaticano. p. 1279. Fabr. In bibl. publ. *Paris.* cod. MCCCI. (Athan.) dialogus aduerfus Apollinarium; — In cod. *Vindobon.* XLVI. eft, obferuante *Kollario* ad Lambecii comment. III. p. 173. fq. *dialogus Athanafii cum Apollinario.* In cod. LVII. nr. 16. de incarnatione contra Apollinarium oratio, v. nr. 27. adde ad nr. 25. *Harl.*
41. *Fragmenta* Athanafii e Theodorito, Gelafio, Synodo VI. Damafceno et Catena MS. in Lucam, collecta a Felckmanno pag. 1282 — 1289 [v. infra, nr. 91.]
42. * *De nouem Herodis morbis*, r) *de falfis Prophetis*, de fenfu dicti Matth. V. 28. *qui refpicit mulierem*, fragmenta expofitionis Athanafii Alex. *in Matthaeum* e codice Barocciano p. 1289. feq. cum fragmento expofitionis *in Pfal.* CXLVIII. p. 1291. fq. et alio ex Cod. Vaticano DCCXC. nr. 12. ἐκ τῦ κατὰ αἱρέσεων. p. 1292.
43. * Alia *fragmenta* quaedam, in quibus graecum *Epiftolae ad Eupfychium*, (latine tantum inter Felckmanniana editum p. 1287.) et *Epiftolae dogmaticae ad Antiochenos* ex Concilio Lateranenfi, alia item ex Facundo, Concilio Hifpalenfi, pag. 1293 — 1295. *Fabr.* *Athanafii* et multorum alior. fragm. et teftimonia de duabus in Chrifto naturis, in cod. *Vindobon.* tefte *Lambec.* III. p. 396. fq. vbi v. Kollar. et infra, nr. 58. notam. Multa alia fragm. partim indicauimus; partim colligi poffunt ex variis codd. ex gr. in cod. *Bodl.* CCXCI. — inter codd. *Langbaen.* pag. 276. cat. codd. Angl. II. etc. *Harl.*

VI. *TOMO TERTIO.*

Dubia: s)

44. *De incarnatione* περὶ σαρκώσεως τῦ Θεῦ λόγυ, (ex Cyrillo Alex. ad Auguftas, T. V. Opp. parte 2. pag. 47.) pag. 1. feq. Incipit: ὁμολογῦμεν τὸν υἱὸν τῦ Θεῦ, τὸν πρὸ αἰώνων

r) *Auguftae Vindel.* in cod. bibl. publ. *Athan. de morte Herodis*, tefte *Reifero* in cat. pag. 40. vid. infra, nr. 94. *Harl.*

s) Quae dubia aut fuppofititia fint Athanafiana, diligenter copiofeque inquifiuit *Oudin.* l. c. pag. 328. fqq. quod breuitatis ftudio femel adnotabo. add. *Stolle* l. c. et *Walchii* bibl. patrift. pag. 222. fq. vbi iam citatur *Georg. Henr. Gorzii* fchediafma hiftorico — criticum de dubiis Athanafii fcriptis, quae in noua operum eius editione leguntur. Lipfiae 1689. 4. *Harl.*

νων κ. τ. λ. L. T II. pag. 30. Vertit *Io. Lampadius*. *Fabr.* *Vindobon.* in cod. LVII. nr. 9. oratio de incarnatione verbi, eiusque corporali ad nos aduentu: inc. αὐτάρκως ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες — Ib. nr. 102. et in cod. XC. nr. 18. confeſſio de incarnat. dei verbi: inc. ὁμολογοῦμεν etc. *Lamb.* III. p. 214. et 248. ac VII. p. 361. — In cod. *Bauar.* CXII. alius Ath. ſermo de incarnatione et S. Trinitate: inc. οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφάς. v. catal. codd. gr. pag. 44. ex illo ſermone locum adtulit *Damaſcenus.* v. infra, in vol. VIII. pag. 796. ed. vet. — In cod. *Medic.* XII. nr. 14. plut. 6. fragm. ex orat. περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ λόγου (*Bandin.* cat. I. p. 130. in cod. LXXVIII. *Vindob.* nr. 45. inſcribitur idem ſermo περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ λόγου, v. *Lambec.* III. p. 394. ſq. et conf. ad nr. 43. — Excerpta in cod. *Moſquenſi* XIII. teſte *Matthaei* in noritia codd. Moſq.) Adde ib. apud Bandin. pag. 310. med. locum Athanaſii, ex Anaſtaſii Sinaitae homilia prolatum. Ex Athan. orat. περὶ σαρκώσεως τοῦ θεοῦ λόγου citantur loca in Cyrilli Alex. oratione, obſeruante *Fabric.* in B. Gr. V. 27. vol. VIII. pag. 567. XV. vet. ed. *Harl.*

45. *Teſtimonia ex S. Scriptura* de communione naturali eſſentiae Patris, Filii et Spiritus S. pag. 3 — 28. L. I. p. 209. *Fabr.* conf. *Lambec.* comm. III. p. 221. nr. 21. In cod. reg. *Taurin.* LXXXIIII. capitula L. de conſubſtantialitate Patris et Filii et Sp. S. vt verbis vtar confectoris catal. codd. gr. Taur. pag. 179. — In cod. *Bauar.* XCIIIX. v. catal. p. 37. *Harl.*

46. *Epiſtola Catholica* ad epiſcopos Aegypti, Syriae, Ciliciae, Phoeniciae et Arabiae p. 29. ſq. L. I. p. 570. in qua hoc eſſe σύμβολον fidei ſuae confitetur: ὁμοούσιος ἡ τριάς, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος. Ὁ δὲ μὴ συντιθέμενος, ἀνάθεμα ἔστω. En paucis verbis, quae fuſius explicantur in ſymbolo *Quicunque*, quod vulgari adpellatione Athanaſianum vocamus! *Fabr.* In mem. cod. *Bauar.* — in cod. *Vindobon.* LVII. nr. 4. (*Lambec.* III. p. 215) *Harl.*

47. *Refutatio hypocriſeos* in Epiſtola *Meletii et Euſebii Samoſatenſis* ad Iouianum, imp. (ſcripta A. C. 363. et a Socrate III. 25. Hiſt. relata) p. 31. ſeq. L. I. p. 572. *Fabr.* In memor. cod. *Bauar.* et mem. cod. *Vindob.* LVII. nr. 13. et emendatiore epigraphe, nr. 230. (*Lambec.* III. p. 217. ibique Kollar. et pag. 230. nr. 42.) *Harl.*

48. *De incarnatione verbi* Epiſtola, cuius auctor Neſtorianam haereſin, Pauli Samoſateni veſtigiis inſiſtentem, videtur perſtringere. p. 33. ſeq. L. II. p. 591. Incipit: Ἐλύπει μὲν τὴν ἁγίαν Σύνοδον Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἡ καινοτομία. *Fabr.* In cod. *Vindob.* LVII. nr. 22. vbi teſte Lambec. III. pag. 221. initium eſt: ἐλύπει μὲν τὴν ἁγίαν Σύνοδον etc. — In cod. *Pariſ.* CDLXXV. (in quo multa Athanaſii ſcripta, in his tria *de incarnatione* continentur,) nr. 3. de incarnatione verbi epiſtola, quae, (vti confector catal. codd. regg. vol. II. p. 67. notat) alium ab Athanaſio auctorem habere creditur, add. ad nr. 19. not. *Harl.*

49. *De aeterna Filii et Spiritus S. cum DEo exiſtentia* contra Sabellianizantes, (πρὸς τοὺς Σαβελλίζοντας) pag. 37 — 48. L. I. p. 650. Hunc horum ex homilia 27. Baſilii contra

tra Sabellianos, Arium et Anomoeos magnam partem descriptam esse, notat Montfauconus. *Fabr.* In cod. *Paris.* CCCCLXXV. nr. 10. — in cod. *Vindob.* LVII. nr. 39. (*Lambec.* III. p. 229.) *Harl.*

50. [?] *Quod vnus sit Christus,* Homilia in Natalem Christi. p. 49 — 53. l. I. p. 664. Etiam in hac videtur pugnari aduersus Nestorianos, et aliis etiam argumentis abiudicauerat eam Athanasio *Petauius* IV. 1. §. 7. de Trinitate. *Fabr.* In cod. *Vindob.* mem. nr. 40. et in cod. LXXVIII nr. 53. *Lambec.* III. p. 229. et p. 394. 53. *Harl.*

51. *De Sabbato, Dominica die, circumcisione et baptismate.* p. 55. L. I. p. 964. Athanasio fortasse haud indignum opusculum. Adde quae latine leguntur L. II. p. 640. *Fabr.* In codd. *Paris.* CDLXXIV. et CDLXXV. et *Vindobon.* LVII. nr. 35. (*Lambec.* III. p. 225.) *Harl.*

52. *Homilia de semente,* Matth. XII. 1. seq. quae incipit: ἐν ἡμέρᾳ σαββάτε συνήχθημεν p. 60. L. I. p. 1060.

53. *In illud* Matth. XXI. 2. *profecti in pagum* etc. p. 73. L. I. p. 983. [v. *Lambec.* de c. *Vindobon.* III. p. 223. nr. 26.]

54. *Homilia* in Matth. XXVII. 33. seq. *de passione et cruce Domini* p. 80. L. I. p. 992. [Vertit Erasmus. *Fabr.* Fragment. orat. in cod. *Vindobon.* LVII. nr. 18. vbi v. Kollarium vol. III. p. 219 sq. post *Oudin.* l. c. p. 387. contra Cauei iudicium disputantem; integra est orat. in eodem cod. nr. 28. *Harl.*

55. *Liber de virginitate et ἀσκήσει.* p. 110. L. I. p. 1043. Sub Athanasii nomine aliquid ex hoc libro citatur in Epistola Hadriani, papae ad Carolum M. T. VII. Concil. p. 916. Vertit Erasmus. Athanasio abiudicant praeter Erasmum, Abr. Scultetum aliosque *Chamierus* T. II. panstratiae XIX. c. 4. §. 3. *Fabr.* *Vindob.* in cod. caesareo LVII. nr. 20. (*Lambec.* III. p. 221.), sine nomine auctoris, in cod. *Coislin.* CXXIV. fol. 175. de quo v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 200. et pag. 565. de cod. CCCLXVIII. Athanasio auctore nominato. — In cod. regio *Taurinensi* CC. (catal. pag. 299 *Harl.*

56. *Synopsis S. Scripturae* p. 126. L. II. p. 55. Eximium hoc opus latine vertit *Wolfgangus Musculus:* Athanasio abiudicare non audet *Godfr. Hermantius* in vita Athanasii T. I. p. 509. seq. 722. seq. nec *Tillemontius*, artic. 37. not. 45. nec ipse dubito, auctorem illius esse Athanasium; sed alium annisque centum nostro iuniorem, illum nimirum Alexandrinum episcopum, medio saeculo quinto clarum, in cuius gratiam Euthalius, Sulcensis episcopus, Acta Apostolorum et Epistolas recensuit. Sane argumenta Euthalii a Io. Henr. Boeclero *) partim, deinde integriora a *Zaccagnio* **) vulgata, hinc inde cum synopsi Athanasiana verbotenus conspirant. Ceterum argumenta, quibus vetustiori et magno Athanasio haec Scripturae S. synopsis, licet alioqui praeclara

 et

*) In editione graeca Noui Test. Argentorat. 1645. 12.

**) In noua collectione veterum monumentorum Rom. 1698. 4.

et lectu inprimis digna, abiudicatur, vide apud *Montfauconum* in praefat. et animadversione XV. ad vitam et scripta Athanasii T. II. collectionis veterum Patrum, vbi inter alia ostendit, per πυκτία τῶν θείων γραφῶν, quae ad imp. Constantium, misisse se testatur Athanasius in Apologia ad eum scripta, nihil intelligere aliud, ac libros ipsos sacrae Scripturae. Prior prologus Ecclesiastico Siracidis in plerisque editt. praemissus, depromtus est ex hac Synopsi Athanasiana. *Fabr.* *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. Medic. I. p. 87. ea, quae continentur in cod. III. nr. 2. plut. 6. et in quibus disseritur de praecipuis graecis V. T. versionibus, desumta videntur ex Athanasii synopsi S. S. discrepare tamen dicuntur multis in locis, praecipue in fine, ab eius edit. Paris. tom. II. p. 203. — In eod. cod. nr. 13. dissertatio de libri Psalmorum diuisione, contracta videtur Bandin. ex vberiore Athanasii synopsi S. S. Operum tom. II. p. 150. — nr. 17. est Athan. ep. ad Marcellinum, (v. nr. 53.) — *Vindobonae* in cod. Caesareo III. sunt fragmenta tria, quorum duo nondum edita putantur, de quibus late disputant *Lambec.* III. p. 32. sqq. atque *Kollar.* qui in nota prima contra Fabricium statuit, Athanas. Alexandrinum episcopum, auctorem esse synopseos S. S. id vero opusc. posterioribus saeculis a variis possessoribus fuisse passim interpolatum auctumque, atque in aliam fere formam mutatum; in altera autem nota incertus est, num posteriora duo apospasmatia ex Athan. synopsi excerpta sint, nec ne? — In cod. XIX. (in quo est Psalterium in XX. sectiones s. καθίσματα, *sessiones*, diuisum,) sunt plures partes ex Athanasii epist. ad Marcellinum, ex eiusdem argumento in Psalmos et synopsi S. S. depromtae, atque *Lambec.* insignem locum graecum, antea nondum editum, cum vers. lat. et notis breuibus tom. III. p. 86. sqq. *lat.* euulgauit. *Kollar.* vero in nota obseruat, idem supplementum postea ex cod. Paris. regio a Cotelerio in notis ad patres I. saec. tom. I. p. 452. ed. Clerici, et a Benedictinis in edit. Athanasii Paris. ex eodem codice, collato cum exempiari Anglicano graece fuisse editum; sed neutrum illorum meminisse Lambecii et cod. Vindobon. (v. *Lamb.* comm. III. p. 82. et 85. sqq.) — In cod. LX. sub Athanasii nomine, synopsis in V. T. siue epitome historiae sacrae V. T. (vsque ad interitum Absalonis,) quod vero opusc. huius cod. *Lambec.* III. p. 268. supposititium habet et omnino diuersum esse, scribit, ab altera illa *synopsi S. S.* in ed. Paris. prior. tom. II. p. 55 — 157. et Kollar. id confirmat. In catena in Psalterium, in cod. XIV. est, adnotante *Kollario* ad Lambec. III. p. 65. exordium desumtum ex *Athan. synopsi.* — In cod. XXXVI. n. 3. est anonymi cuiusdam auctoris narratio fabulosa de morte Abrahami, et de corporali eiusdem translatione in coelum per Michaelem, archangelum, cuius mentio fit in Athanasii synopsi inter scripta V. T. apocrypha spuriaque; quem Athan. locum vulgauit *Fabric.* codicis pseudepigraphi V. T. p. 4 2. v. *Lambec.* VIII. p. 794. sq. ibique *Kollar.* et hunc quoque de auctore illius fabulae ad *Lambecii* comm. V. . 31. A. vbi eadem fabula in cod. CCCXXXVII. exstat, et eiusdem Athan. synopsis citatur. — Ad illam synopsin pertinuit quoque fragm. historicum de *S. Luciani*, presbyteri Antiocheni, translatione graeca V. T. in cod. Vindob. CLXIV. nr. 2. (*Lambec.* IV. p. 364.) A *Kollario* in supplem. ad Lambec. comment. recensetur cod. XII. in cuius primo loco esse dicitur *Ath. synopsis S. S.* initium autem et titulum hunc prae se fert: Ἀθανασίου — πρὸς Ἀντίοχον etc. — *de plurimis et necessariis quaestionibus, de quibus*

in

in diuinis scripturis controuertitur. *Interrogatio.* etc. Pertinere igitur ad nr. 63. potius videtur. *Harl.*

S u p p o s i t a.

57. *Disputatio contra Arium in Concilio Nicaeno.* p. 206. L. I. p. 111. Ita vulgo inscribitur, licet potius contineat διάλεξιν iunioris cuiusdam, in diuersorio habitam. Vertit Omnibonus Leonicenus. *Fabr.* In cod. *Escorial.* v. *Plüer* Itinerar. p. 160. — in cod. *Taurin.* reg. LXXXIV. (catal. codd. gr. p. 179.) — *Vindob.* in cod. LVII. nr. 3. (*Lambec.* III. p. 214. et de fragmento quodam, lib. IV. p. 403.) *Harl.*

58. *Contra omnes haereses*, Arianos, Tropicos siue Pneumatomachos, Paulum Samosat. Manichaeos, Marcionem, Valentinum, Basilidem, Hieracam, Nouatum, Phryges siue Montanistas, et Apollinaristas. p. 230. L. I. p. 1077. *Fabr.* In cod. *Monach. Bauar.* LXXIII. sunt sermones XX. S. Athanas. contra Macedonianos aliosque haereticos, (cat. p. 24.) sed hi sermones esse videntur ii, qui infra, nr. 75. memorantur. — *Oxon.* in colleg. corporis Christi, nr. 1510. (catal. codd. Angl. et Hib. tom. I. part. II. p. 51) *Ath.* contra haereticos, cum nota praefixa: „Non ab ipso Athanasio scriptus, sed a Vigilio, martyre, vt probat Cassander." — In cod. *Vindobon.* LXXVII. nr. 58. (*Lambec.* III p. 396. sq.) est inter patrum testimonia de duabus in Christo naturis fragm. *Athanasii.* cum inscriptione: τῦ μακαρίυ Ἀθανασίυ ἐκ τῦ καθ' αἱρέσεων λόγυ. et Kollarius in nota, hoc fragm. ait, non legitur in spuria illa aduersus haereses oratione, quae a Montfauc. edita habetur Opp. Athanas. II p. 230. quod, quum Athanasii stilum et doctrinam redoleat, manifesto argumento est, aliam olim contra haereses D. Athanasii orationem fuisse vulgo notam: spuriam vero istam ab infacundo quopiam Graeculo, qui romanae sedi voluerit adulari, esse compositam. — Idem fragm. diversum est ab illo, quod a Montfauc. editum legitur tom. I. part. II. p. 1292. Hactenus *Kollarius.* add. *Oudin.* l. c. 349. sqq. *Harl.*

59. *In historiam Melchisedech* 239. L. II. p. 7. vertit *Io. Lampadius.* Merito tamquam indignum Athanasio reiicit *Leydeckerus* de Rep. Hebraeorum T. I. p. 63. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* CCXLII. nr. 4. vbi quoque *Lambec.* comm. V. p. 232 sq. ex eo, quod auctor in fine narationis concilii Nicaeni oecumenici primi ita fecisset mentionem, quasi id iam longe ante aetatem suam fuerit celebratum, colligit, alium Athanasium, iuniorem, architectum historiolae imaginis Berytensis; etiam parentem huius scripti de Melchisedecho fuisse. Idem sentit *Lambec.* tom. VIII. p. 766. sq. de alia anonymi cuiusdam narrat. de *Melchisedecho et Loto* in cod. caesareo XXXIV. nr. 11. vbi tamen Kollarius cum editoribus Benedictinis id opusculum fuisse commentum nugacissimi cuiusdam graeculi, nomine Athanasii abusi, censet. Adde *Fabricium* nostrum in codice apocrypho V. T. p. 311. et 333. *Harl.*

101. *Fragmentum contra Macedonianos*, et alia *contra Nouatianos*, atque *de amuletis* ſiue περιάπτοις aliaque varii argumenti ex codd. MSS. regiis et Colbertinis. p. 102 — 106. *Fabr.* Hinc inde in codd. ſupereſſe fragmenta, nomine Athanaſii, quo iure, qua iniuria, praefixo, iam animaduertimus. Sic opuſc. a graeculo quodam ſuppoſitum Athanaſio, paraeneſis aſcetica, in cod. *Vindobon.* CLXXIX. teſte *Lambecio* IV. pag. 419. — in anonymi cuiusdam locis communibus aſceticis, e variis ſcriptoribus eccleſ. collectis et in ſermones LXIII. diuiſis, quorum tamen XXXVII. priores exſtant in cod. Vindob. CCLI. quem vberius recenſet *Lambec.* V. pag. 324. ſqq. — In cod. *Veneto* D. Marci DCVIII. exſtare dicitur *S. Athan.* explicatio ſomniorum iambico metrico, atque ordine alphabetico conſcripta (catal. pag. 314.); ſed videant acutiores! — Vel *Lexicon* tribuitur Athanaſio, in cod. *Pariſ.* bibl. publ. MMDCXVII. (catal. codd. regg. II. pag. 529.) Enimuero, (vti iam ſupra monui,) multis viris celebribus accidit, vt libri, etiam futiles, auctoritate quaſi et ſplendore nominis illorum muniti et commendati, ab aliis euulgarentur. Atqui quando bonus Athanaſius, ab aduerſariis doctis indoctisque, etiam ab imperatoribus perpetuo agitatus, ſaepe exſul et in variis terris errans, licet ferream habuiſſet induſtriam ingenioque abundaſſet fertiliſſimo, potuerat omnia iſta opera, quae Athanaſii nomen prae ſe ferunt, numero fere infinita, interdum mole grauia, conficere! Quidquid eſt, Montfauconii tamen et Benedictinorum ſedulitas in conquirendis Athanaſii ſcriptis, ſiue genuinis, ſiue adulterinis, eorumue fragmentis reliquit aliis ſpicilegium. *Montfaucon.* quidem nr. 101. fragmenta e libris Athanaſii contra Nouatianos, (qui etiam καθαροὶ dicebantur,) publicarat; ſed *Io. Chriſtoph. Wolf* in anecdotis graecis, tom. IV. pag. 52 ſqq. ex catena mſta in acta apoſtolorum et ſeptem epp. catholicas, quam ſeruat biblioth. collegii noui Oxonienſ. cod. LVIII. (de quo diligenter diſputat in praefat. ad tomum tertium,) duo Athanaſii loca, quae in illa catena ad actus apoſtol. illuſtrandos adferuntur, primus in lucem protulit: et priorem quidem ad cap. VIII. v. 24. ex ſermone *tertio* contra Nouatianos: ex quo demonſtrat Wolfius, non *duo*, quos ſuſpicabatur Montfaucon, ſed *tres* minimum libros aduerſus illos Nouatianos ab Athanaſio fuiſſe ſcriptos. Poſterior locus ad cap. XVI. 3. ex ſermone II. fuit excerptus.

Alia euulgauit *Scipio Maffei* part. III. Oſſervazioni letterarie, iterumque cum aliis diſquiſitionibus in: Storia teologica delle dottrine e delle opinioni — del libero arbitrio etc. Veronae 1742. fol. vbi in altera parte nr. XI. pag. 254 ſqq. eſt: frammento inſigne

 di

di storia ecclesiastica del quarto secolo, s. vita Athanasii et historia Arianismi et haereseos Meletianae illustratur in notis que explicatur: de quo posteriore libro plura vide in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern etc. tom. VII. pag. 152 sqq. Haec omnia quae Benedictini Paris. et post haec ipse Montfaucon. Maffeius ac Wolfius collegerant, aliaque recepit *Nicol. Anton. Giustiniani*, episcopus Patauinus, in nouam editionem:

Athanasii opera omnia, quae exstant, vel sub eius nomine circumferuntur. — Opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Nouissimis nunc curis emendatiora et quarto volumine aucta. gr. ac lat. Patauii 1777. fol. Tria volumina priora reddunt editionem Benedictinorum; quartum vero ea, quae post illam Montfaucon et in collectione noua et in bibl. Coislin. vna cum pluribus locis, ex epp. festal. a Cosma in topographia christiana seruatis, et ex praef. Montfauc. ad Cosmam (in collect. noua) cap. VI. de Athan. epp. fest. pasch. nec non omnia, quae Wolf ac Maffeius emiserunt in lucem; tum sequitur Athanasii interpretatio Psalmorum, ex Montfauconi collectione, et alia, siue de titulis Psalmorum, ab *Nic. Antonello* edita, postea V. L. cod. Vatic. aucta. In praef. ad IV. vol. duo Athanasii fragmenta noua in lucem prolata sunt. At plura addere atque praestare debuerat editor. Conf. ephem. litterar. Gotting. a. 1778. part. 114. pag. 921 sqq. *Athan.* fragmenta sunt quoque in *Gallandii* biblioth. graeco-lat. veterum patrum etc. V. p. 161. *Harl.*

VIII. Scripta S. Athanasii deperdita, vel inedita.

Contra haereses. Vide tom. I. edit. nouiss. pag. 1292. *contra Valentinianos* id. pag. 1274. *contra Macedonianos,* Montfauconi supplement. pag. 102. *contra Nouatianos,* id. pag. 103.

Ad monachos, Arianorum dogmatum confutatio. tom. I. pag. 342. 956.

Contra Vrsacium et Valentem liber. tom. I. p. 1287. ex Hieronymo.

Contra Arianos, super dicto, nunc anima mea turbata est. tom. I. pag. 1286.

Disputatio cum Ario in Synodo Nicaena. tom. III. pag. 205. dd)

Ad Iouinianum. tom. I. pag. 778.

Liber de titulis siue inscriptionibus Psalmorum. tom. I. pag. 981. 1287. ee)

Commentariorum in Psalmos bona pars.

In

dd) In cod. *Vindobon.* CLXXIV. exstat fragm. disputat. S. Athanasii cum Ario in concilio Nicaeno habitae a verbis Arii ἐγὼ γὰρ πάντα τὰ ἐνδύματα τῆς πλάνης ἀποδυσάμενος etc. vsque ad finem verborum Athanasii et simul totius disputationis καθὼς ἔφη ἡ ἀλήθεια, teste *Lambecio* IV. pag. 4 4. *Harl.*

ee) Lucem vidisse illum librum opera Antonelli et in noua editione Patauina, paullo ante significauimus. *Harl.*

In Ecclesiasten et Cantica Canticorum. Phot. cod. CXXXIX. ff)

In Cantica Mosis et Mariae, sororis, MS. in bibl. Ambros. vide tom. I. pag. 1006 et 1008.

In Matthaeum. tom. I. pag. 1266 sq. 1289. et supplement. p. 24.

In Lucam. Vide supplement. pag. 42.

In Ioannem. Meminit Thomas Aquinas, notante Caueo.

Sermones Consolatorii ad virgines. tom. III. pag. 110. ex Theodoriti II. 4. Hist.

Synodicon. tom. I. pag 716. ex Socratis lib. I. c. 13. hist. Nomina episcoporum, qui concilio Nicaeno interfuere, in Synodico illo lecta olim a Socrate, leguntur etiam hodie in Athanasii epistola ad Aegyptios et Africanos, inserta Apologiae contra Arianos, quae secunda vulgo dicitur.

Epistolae variae, de quibus Photius cod. XXVII. testatus, illis additam fuisse Apologiam pro fuga, quae exstat. Exstant et aliae Athanasii epistolae, sed plures interciderunt, vt *ad Eupsychium,* de qua tom. I. pag. 1287. [¶] 1293. *ad Rufinianum,* Act. I. Synodi II. Nicaenae et *epistolae festales,* quarum ad quadraginta octo olim numeratae fuerunt. Vide Montfauconi prolegomena ad Cosmam Indopleusten cap. VI. et tom. I. Athanas. pag. 968. Et *epistolae canonicae,* vt de qua tom. III. pag. 125. ex Balsamone ad Can. XXVII. Carthag.

Homiliae variae etc. *Fabr.*

Iis, quos et in hac paragrapho passim, et in Introduct. l. c. laudaui viros doctos, qui de Athanasio aut eius scriptis egerunt, hic quosdam alios, qui Athanasiana aut explicuerunt, aut transtulerunt in alias linguas, commemorare iuuat.

Arnoldus Greuius adstruxit Athanasii relationem de Arii morte ab Obseruatoris Halensis cauillationibus. Vitemb. 1722. 4.

De la Croze in thesauro epistol. tom. III. pag. 3. ex Athanasii silentio colligit, locum 1. Ioan. V. 7. esse spurium: pag. 177 sq. docet, formulam, *vnam naturam verbi incarnatam,* perperam et mala fide a Cyrillo, qui eam ex lacunis Apollinarii hausisset, S. Athanasio adtribui; idque agnoscere et frustra excusare *Le Quien* in prolegomenis editionis suae operum Damasceni fol. XLIII. col. 3. §. 17. — pag. 129. ex fine epist. ad Epictetum obseruat formulas et perpetuum morem Nestorianorum ad naturas Iesu Christi, contra Apollinarii discipulos, distinguendas.

Arianos impudentissime finxisse, ab Athanasio *Arsenium,* lectorem quondam Athanasii, dein episcopum ciuitatis Hypselitarum, esse trucidatum, docet M. *Pylius* in obseruat. de eruditis, de quorum morte falsus rumor, in Miscellaneis Lipsiens. tom. IV. pag. 99 sq.

ff) Fragmenta occurrunt in ed. fragmentorum ex commentariis in *canticum canticorum.* sub nomine Eusebii editorum. v. infra lib. V. cap. 4. pag. 95. nr. 12. vol. VI. vet. edit. περὶ τῶν ἀζύμων· in cod. *Matritensi.* vide supra, sect. III. init. notitiae codd. *Harl.*

sq. — in tom. IX. p. 117. ab *Adelfo* demonstratur, ab Athanasio propter ignorantiam linguae hebraicae bonam caussam male *esse defensam* contra Arianos.

Historia christianorum dogmatum ab aetate *Athanasii* vsque ad Gregorium M. (germanice scripta,) auctore *Io. Christ. Frid. Wundemann;* etc. pars I. Lips. 1798. 8. II. qq. de quo libro vide *Gableri* neues theolog. Iournal, a. 1799. vol. III. part. I. pag. 42 sqq.

Antonii vita, ab Athanasio scripta, et in anglicum sermonem translata, est in *Stephens's* Ascetick, Londini 1697. 8. et rec. in *Whiston's* Collection of ancients Monuments relating to the Trinity and Incarnation etc. ibid. 1713. 8. p. 143 — 196. — In eadem collectione pag. 20 sqq. legitur versio anglica opusc. de incarnatione et aliorum.

Athanasii oratt. quatuor contra Arianos et orationem contra gentiles e lingua graeca transtulit in anglicam, et praefixit obss. contra Whistonum *Samuel Parker.* Oxon. 1713. 8. II. voll.

A brief Account of some Expressions in *S. Athanasius* his Creed by *Gabriel Towerson.* Oxon. 1663. 4.

The Acts of Great *Athanasius* with Notes, by way of illustration, on his Creed, and Observ. on the learned vindication of the Trinity and Incarnation by D. *William Sherlock.* 1690. 4. — rec. in *(Iohn' Biddle's)* Faith of one God. Londin. 1691. 4. — De his aliisque, quae ad historiam Athanasii spectant, libris et in Britannia editis v. *Brüggemann* View etc. pag. 398 sqq. add. eund. in Supplem. to the View p. 75.

In *Paitonii* biblictheca degli Autori antichi — volgarizzati, vol. I. pag. 132 sqq. vberius indicantur et recensentur libri sequentes:

Vita di S. Sincletica, scritta da *S. Atanasio* — tradotta dall' Original Greco in Latino da *Davide Colville* Scozzese, ed in Lingua Franzese da *Arnaldo Dandili* e vltimamente nell' Idioma Toscano da un Sacerdote Lucchese etc. in Lucca 1720. 8.

Trattato di *S. Atanasio* della semplice e pura Chiesa d'Iddio etc. tradotto in lingua Toscana per *Graziano Perugino.* In Venezia. 1545. 8.

Notabile historia del miraculoso sangue uscito di una santa Imagine di Nostro Signore Giesu Christo, martirizzata da Giudei, scritta da *S. Atanasio* e tradotta dal Signor *Gio. Giacomo Pisani.* Con una breue narrazione dell' istesso, come una ampolla di detto sangue fosse portata da Costantinopoli in Venetia, ove si conserva, et si mostra nella Nobilissima Chiesa di S. Marco. In Venetia. 1593. 4.

Notabile hist. — Christo, fatta per man *di Nicodemo,* martirizzata da Giudei nella Citta di Baruti. Scritta — — di S. Marco il Giovedi Santo et la Vigilia dell' Ascensione. In Venezia. 1602. 4.

Parafrasi sopra il Simbolo di S. Atanasio di *Cornelio Aiello.* Napoli 1629 et in nota subiuncta Paiton. de aliis Symboli et Athanasii in Psalmos edd. pauca tradit. *Harl.*

IX. S.

IX. S. EPHRAIM, Nisibenus, Syrus, Iacobi Nisibeni discipulus, diaconus, atque, si auctori Praedestinati haeres. 57. et Menologio Graecor. 28. Ian. fides, etiam presbyter Edessenus, A. C. 375. denatus, vir ardore pietatis et facra eloquentia insignis, de quo Acta Sanctor. tom. I. Febr. pag. 49. sqq. *S. Chrysostomus* sermone de falsis prophetis tom. VI. pag. 4?1. [gg]) *Palladius* Lausiaca p. 113. *Sozomenus* III. 16. et quae ex Greg. Nysseno [hh]), Amphilochio atque aliis praefixa operibus Ephraemi sunt ab Gerardo Vossio [et Assemanno]: Metaphrastes item atque Anonymus in Ephraimi vita, qui graecae editioni Oxoniensi Ephraemi subiiciuntur.

[*] *Σύρων καὶ παῖδες φασιν ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγράψαι. Phot.* cod. CXCVI. *Multa syro sermone composuit,* inquit *Hieronymus* c. CXV. catalogi. [vbi v. interpp. p. 2?4. sq. ed. Fabr.] et *ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem scripturarum publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitarentur.* *Andreas Masius* praef. ad Mosen Barcepham de para-

gg) Elogium, quod Chrysostomus, siue Io. Nesteutes, Ephraimo tribuit, quia insigne est, adscribendum putaui: Ποῦ Εὐόδιος ἡ εὐωδία τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διάδοχος; ποῦ Ἰγνάτιος τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον; ποῦ ὁ Διονύσιος τὸ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ; ποῦ Ἱππόλυτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος; ποῦ Βασίλειος ὁ μέγας καὶ μικροῦ δεῖ τῶν Ἀποστόλων ἰσόῤῥοπος; ποῦ Ἀθανάσιος ὁ ἅγιος καὶ πλεονέκτης τῶν ἀρετῶν; ποῦ Γρηγόριος ὁ δεύτερος Θεολόγος καὶ ἀήττητος στρατιώτης, καὶ ὁ τούτου συνώνυμος; ποῦ Ἐφραὶμ ὁ πολὺς, ἡ παραμυθία τῶν ἀθυμούντων, ἡ παιδαγωγία τῶν νέων, ἡ χειραγωγία τῶν μετανοούντων, ἡ κατὰ αἱρετικῶν ῥομφαία, τὸ δοχεῖον τοῦ πνεύματος; *vbi Ephraim ille magnus obtorpescentium excitator, afflictorum consolator, iuuenum in disciplina instructor atque excitator, dux poenitentium, framea ac spiculum adversus haereticos, et Spiritus S. habitaculum?*

hh) Greg. Nysseni ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πατέρα Ἐφραίμ. tom. II. Opp. pag. 1027. Amphilochii comparatio inter Basilium M. et Ephraimum. Confer, quos laudat *W. E. Tenzelius* diss. de Ephraim Syro. Arnstad. 1685. et in diss. selectis exercit. VII. part. I. pag. 275 sqq. recusa. *Tillemontius* tomo VIII. Memor. hist. eccles. *Mich. Hoyerus*, monachus Augustinianus, lib. de vita S. Ephraemi, Duac. 1640. 12. *Io. Morinus* de sacris ecclesiae ordinationibus pag. 490. etc. Etiam ab Eusebio Pamphili memoratum Ephraimum scripsit *Photius* cod. CXCVI. sed Eusebium pro Sozomeno nominasse coniicit *Cotelerius* ad tom. III. monument. eccles. graec. pag. 556. licet Eusebius etiam meminisse Ephraemi potuerit, si audimus subscriptionem graecam antiqui MS. Constantinopolitani apud Vossium pag. 813. quo S. Ephraemi dicitur ἠσκῆσαι ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ πρώτου βασιλέως, ἠκμᾶσαι καὶ μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ Οὐάλεντος, ἐφ' οὗ καὶ ἐτελειώθη. *Fabr.* Attamen Fabric. infra, libr. V. c. 38. de scriptoribus in Photii bibl. censurae subiectis, de cod. CXCVI. „Eusebius, inquit, de Ephraimo, vtpote longe iuniore, meminisse non potuit: itaque Photius memoriae lapsu illi tribuit, quod de multitudine scriptorum Ephraimi legerat in Sozomeni III. 16.“ *Tenzel* vero in Exercit. sel. I. p. 274. non refragabor, ait, *Andreae Riueto* lib. III. critici sacri cap. 21, existimanti, Ephremum *Constantino M. imperatore natum esse,* quum videam, *Bollandum* nr. 14. idem ex Menologio graeco et breuiori Ephremi biographo notasse, eiusque natales ad exordia imperii Constantini retulisse. — Praeterea pluribus dein monstrat *Assemann.* in Proleg. ad Opp. Ephraemi I. §. V. p. VII. vitam Basilii M. et Ephraemi, Syri s. vt Vossius partem illius n. c. XIII. inscripsit comparationem ac similitudinem quamdam S. S. patrum Basilii et Ephraim, Syri, perperam tribui *Amphilochio;* contra a vetustissimo quidem auctore conscriptum, a recentioribus autem mire interpolatam esse: in qua sententia antea iam alii sunt versati. *Harl.*

paradiso, qui Ephraimum non semel laudat: *Mihi doctor meus syrus saepe solebat dicere, nullius alterius scriptoris plura praestantioraque de rebus sacris volumina apud Syros ferri, quam Ephraemi, vt mihi cum Augustino nostro conferendus videretur ἐν τῇγε πολυγραφίᾳ.* Vniversos s. scripturae libros ἀκριβῶς ἑρμηνεῦσαι πρὸς λέξιν illorumque abditos sensus lumine spiritus illustrasse, testatur *Nyssenus* in eius vita p. 1033. (tom. II. Paris. 1615.) Ex his *commentarios in Genesin et Exodum* cum LII. *homiliis* syriaco sermone nactus est D. *Robertus Huntingtonus,* vt ex eius epistolis pag. 8. et 10. adparet ii) Hebediesu in catalogo librorum chaldaeorum nr. 60. *Ephraem magnus,* inquit, *qui propheta Syrorum* (et οἰκουμενικὸς διδάσκαλος,) *cognominatus est, edidit commentarios in libros Geneseos, Exodi, Sacerdotum, siue Levitici, Iosuae, filii Nun, Iudicum, Samuelis, libros regum, Dauidis, Isaiae, Duodecim et Ieremiae, Ezechielis et beati Danielis. Exstant etiam eius libri et epistolae de fide ecclesiae atque eiusdem orationes metricae,* (τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν, [h. e. versuum, linearum] memorat *Sozomenus* III. 16. adde de hymnis eius *Theodoritum* IV. 29. Hist. *Morinum* de sacris ecclesiae ordinationibus p. 419. 490.) *adhortationes, cantica, officia defunctorum omnia, adpositiones alphabeti,* kk) *disputationes cum Iudaeis, nec non adversus Manichaeum, Bardaisanem, Marcionem et Ophitas, demum dissolutio impietatis Iuliani.* Servantur nonnulla Ephraemi lingua syriaca etiam in bibliothecis Angliae, et iam pridem Iacobus Golius ex oriente scripta Ephraemi non pauca in Belgium secum adtulit, et Visserius Ephraemum *de sapientiae amore* et alia eius syriace scripta Lugdunum Batauor. transmisit, e quibus nonnulla punctis animasse vocalibus et latine vertisse se testatur *Lud. de Dieu* praef. ad Comment. in Acta Apostolor. Confer *W. E. Tenzelii* diss. select. pag. 298. sq. *Institutio Ephraemi ad monachos* exstat syriace MS. in bibl. Caesarea, vt notauit *Lambecius* tom. I. pag. 171. ll) Habui et ipse vnam alteramque Homiliam Ephraemi syriaca lingua, descriptam ex codice bibl. Bodleianae, quam mecum et haud paucas graecas communicauit doctissimus vir, qui Oxoniae e MSS. codd. descripsit *Io. Adolphus* [†] *Hofmannus,* Ploenensis. Illas ego, syriace et latine vt ederentur mm), misi Lipsiam ad D. Godfridum Olearium, neque ingratum spero fore viris eruditis videre, quatenus syriaca versio sacrorum librorum, praecipue N. T. distet ab illa nn), qua S. Ephraimus vsus est. *Precationes binas* Ephraemi habes in Seueri Alex.

ii) Quae syriaca lingua scripta in Assemanni edit. viderint lucem, postea indicabimus. *Harl.*

kk) Punctorum vocalium inuentionem, litteris syriacis adponi solitam, Ephraemo Syri tribuunt. Vide Abr. Ecchellensis notas ad Ebed Iesu Catalogum. Negat tamen illum inuentorem *Io. Morinus* lib. II. Exerc. Bibl. XVIII. c. IX. pag. 547. sqq.

ll) In *Lambecii* comment. ed. Kollar. sunt vol. I. p. 503. nr. XXVIII. et pag. 412. nr. CLXXX. indice Kollario in not. 1 et 2. Ephr. Syri institutio ad monachos, et hymni aliquot in B. virg. Mariam etc. lingua syriaca. Ibidem pag. 771. nr. XXXVII. et XXXVIII. plura esse opuscula Ephraemi gr. ex Neapolitana biblioth. in Caesaream Vindobon. translata, ex catalogo italico significat. *Harl.*

mm) Illae tamen ab Oleario non sunt editae. *Harl.*

nn) *Andreas Mullerus* pag. 27. sqq. de versionibus syriacis sacror. libror. recte non audet adfirmare, versionem syriacam N. T. quam hodie habemus, illam ipsam esse, in quam Ephraim Syrus et Iacobus Nisibenis olim commentati sunt.

Alex. siue Antiocheni potius libello de ritibus baptismi et sacrae synaxis, quem syriace et latine edidit *Guido Fabricius Boderianus* Antwerp. 1572. 4. pag. 127. sqq. Bardesanis haeresin ab Ephraimo, Syro, confutatam testatur *Theodoritus* I. de haereticis fabulis. *Fabr.*

Epimetron.

De Ephraemo Syro praeter eos, quos Fabricius iam laudauit, et praeter scriptores historiae ecclesiasticae multi alii vario modo scripserunt aut iudicarunt. En quosdam e multis!

Guil. Caueus in historia litteraria scriptor. eccles. pag. 149. — in antiquitatibus patrum et ecclesiastic. tom. II. pag. 1105. sqq. vers. german.

Gothofr. Vockerodt in comment. de euangelicae veritatis et pietatis doctore antiquo, Ephraemo, syro, Gothae 1710. 4.

M. Io. Christoph. Coler. in disquis. (parum) critica in selecta historiae litteratae de Ephraemo et Io. Damasceno, Syris, capita. Vitembergae, 1714. 4.

Du Pin nouvelle Biblioth. des Aut. eccles. tom. II. pag. 145 sqq. aut in Bibliotheca noua eccles. auctorum, II. p. 249 sqq.

Sam. Basnage in Annal. tom. III. p. 50 sq. 71.

Gottlieb Stolle Nachricht von den Kirchenvätern etc. pag. 343 sqq.

Oudin. de scriptor.-eccles. tom. I. pag. 494. sqq. qui in quatuor capitibus docte et copiose agit: 1) refert iudicia et narrationes veterum de operibus Ephraemi; tum recenset cap. 2) opera illius edita, vberrime vero a Vossio iunctim euulgata; cap. 3) codd. msst. opera varia Ephraemi continentes; cap. 4.) codd. msstos opusculorum singularium.

Gottfr. Arnoldi Denkmahl des alten Christenthums oder des H. Macarii vnd anderer Männer der alten Kirche, (Gregorii Nazianz. Zenonis Veron. *Ephraemi*, Syri, *Nili*, *Sixti* II.) auserlesene Schriften, cum praef. S. I. Baumgart. ed. 4. Lipf. 1740. II. voll. 8.

I. G. Walch in H. eccl. N. T. pag. 1328. sqq.

sunt. *Fabr.* Add. de duplici S. S. versione syriaca, et qua ratione Ephraem antiquissimam in suis commentariis sit sequutus, *Bened.* praef. ad tom. III. circa fin. — De versionibus *syriacis* atque *arabicis* v. Assemann. in bibl. orientali vol. I. et in ed. Opp. quae syriace sunt edita, (de quibus post haec sermo erit,) in prolegg. ad vol. II. pag. LIV sqq. et praef. ad vol. IV. — Libellum a Guid. Fabric. Boderiano editum et a nostro Fabricio in textu memoratum, de ritibus baptismi et sacrae synaxis, perperam tribui Antiocheno, statuit *Assem.* prol. ad vol. I. Opp. pag. XIV. add. pag. XI. fin. et pag. LXXXVIII. Insuper tribus illis locis agit de versionibus quorumdam Ephraemi hymnorum syriacis, a Io. Cardin. Bona et Abrah. Echellensi factis. adde infra ad §. XI. fin. adnotata. *Harl.* *Theoph. Lebr. Spohn* Collatio versionis Syr. quam Peschito vocant, cum fragmentis in commentariis Ephraemi Syri obviis, Spec. I. L. 1745. 4. II. Vit. 1792. Ei. Diss. de ratione textus biblici in Ephraemi Syri commentariis obuio eiusque vsu critico. L. 1786. 4.

I. G. Chaufepié in nouv. diction. hist. et crit. h. v. qui in notis A. et B. de quaestione controuersa, agit, num Ephraemus natus fuerit patre christiano, an idolorum cultore, et an a Basilio doctus fuerit linguam graecam: atque in not. D. de Ephraemi scriptis num genuina sint, nec ne eorumque editionibus, etc.

Inprimis *Ios. Sim. Assemannus* de vita scriptisque Ephraemi optime meruit. Is autem primum in Bibliotheca orientali Clementino Vatic. tom. I. Romae, 1719. fol. pag. 25 sqq. edidit vitam Ephraemi syriacam et breuiorem et longiorem, in qua haud pauca enarrantur de eo fabulosa, latine vertit et notis illustrauit, atque commentar. de vita illius, scriptis eorumque editionibus subiunxit: tum in prolegomenis ad vol. I. Opp. Ephraemi de vita, scriptis, codd. atque editionibus illius egit copiose, multaque collegit, vt postea paullo distinctius ostendemus. Excerpta luculenta ex bibl. orientali Vaticana de vita Ephraemi dedit cl. *Aug. Frid. Pfeiffer*, collega mihi amicissimus, in: *Ios. Sim. Assemanns orientalische Bibliothek oder Nachrichten von syrischen Schriftstellern, in einen Auszug gebracht, Erlang.* 1776. 8. pag. 11 — 33.

Theoph. Spizelius in vetere academia Iesu Christi, Augustae Vindel. 1671. 4. pag. 95. exhibuit eius imaginem, aeri incisam, et locis ex Gregorio Nysseno, Sozomeno ipsiusque opusculis Ephraemi excerptis eius pietatem demonstrare voluit. Pari modo illustrauit vitam Ignatii, Polycarpi, et reliquorum scriptorum ecclesiast. quorum vitas operaque in superiore volumine sumus persequuti.

P. Dominici Schramm analysis Opp. SS. patrum etc. tom. XII. continens opera, supplementa ad opera S. Ephraem, Syri — cum duplice indice, Augustae Vindelic. 1789. Mai. 8.

Gaab (in praesenti Professor. Tubingensis,) primas vitae Ephraem. pragmaticae lineas duxit in *Pauli*, Profess. Ienens. Memorabilien etc. vol. II. Lips. 1792. nr. V. — *Zorni* diss. de nostro exstat in Miscell. Groning. fasc. II.

Io. Petrus Kohlius, in academia Petropolitana historiae ecclesiasticae et litterarum humanior. olim Professor, edidit Introductionem in historiam et rem litterar. Slauorum, in primis sacram. Altonau. 1729. 8. et libr. II. non solum cap. 1. 2. pag. 218 sqq. de opusc. Ephraem. versione slauonica, eiusque variis egit editionibus, praecipue Moscouiensi, quae auspiciis Petri, imper. Ruthenorum, 1701. prodiit; sed etiam duos Ephraemi sermones de sacra coena, qui nec in versione Vossiana exstant, nec in graeca edit. Oxoniensi, ex slavonica lingua vertit et primus produxit in lucem. In adnotationibus autem ad illos quoniam Kohlius demonstratum iuit, Ephraemum doctrinae Lutheranae esse testem ac vindicem, et saeculum Ephraemianum plane alienum fuisse ab errore *transsubstantiationis*, quam vocant, Pontificiorum, grauem nec indoctum nactus est aduersarium, *Petrum Benedictum* e soc. Iesu, (qui quidem in adprobatione nominatur auctor.) Is vero scripsit *Antirrheticon*, seu confutationem adnotationum Io. Kohlii ad geminos S. Ephraemi de sacra coena sermones, Romae ap.

ap. Io. Mariam Saluiam, 1740. Mai. 8. et veritatem doctrinae, quam romanae ecclesiae adseclae profitentur, tuiturus, omnibus eruditionis viribus solitorumque armorum artibus adhibitis, debellare Kohlium, et probare adnititur, primum, verba Ephraemi illum minus recte intellexisse; deinde sermones, a Kohlio promulgatos, non esse Ephraemi, et priorem quidem sermonem statuit esse magnam partem ex capite XIV. libri quarti de orthodoxa fide S. Ioannis Damasceni descriptum, et quae illis adsumenta sint adiecta, ea ex Chrysostomo, Esaia, Macario, et ex ipso Ephraemo compilata suspicatur: alterum autem sermonem, censet, haud alium esse ab illo, qui vitarum patrum libro V. insertus libell. 18. de praeuid. ab Abbate Daniele ad S. Arsenium referatur. Argumenta tamen, a Benedicto prolata, minus grauia esse, iudicat *I. G. Walch* in bibl. patrist. pag. 407. Plura autem monet contra Benedictum auctor censurae in supplem. ad noua acta erudit. tom. V. sect. III. pag. 102 sqq. Lips. 1745. — Recusum tamen est illud *Antirrheticon* in vol. I. Opp. Ephraemi, ed. Assemanni, post prolegomena; et adiunctum est *de eodem eucharistiae sacramento Antirrheticon alterum aduersus Le Brunum,* (qui Ephraemum fecisse arguitur Photinianum,) et *Eusebium Renaudotum,* (quem le Brunus exscripsisse adcusatur;) *in quo contra vtriusque hypothesin adseritur S. Ephraemi eiusque discipulorum de forma huius sacramenti vera et certa doctrina, et Syrorum anaphorae cum eodem S. doctore, et communi Theologorum definitione conciliantur.* Renaudot. autem *P. Nicole* et *Ant. Arnaud* libro: la perpertuité de la foi de l'eglise catholique touchant l'Eucharistie, tom. III. Paris. 1664. 12. adiecit quartam partem a. 1711. et quintam partem, continuationem operis, 1713. add. *Assem.* prol. ad vol. III. gr. p. LV sqq.

Nath. Lardner in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. IX. Lond. 1753. 8. cap. CII. de Ephraemo disseruit.

Illi et antiquiores et recentiores scriptores quoniam vitam, et placita Ephraemi copiosius exposuerunt: equidem ab instituti ratione, veras falsasque narrationes aut diuersa de eo iudicia repetendo, aberrare et tempore atque patientia lectorum abuti recte viderer. Quare pauca tantum memorare licebit. De patria eius, Nisibi, clarissima Mesopotamiae vrbe, plurimi consentiunt. Qui Edessam locum illius natalem fuisse scribunt, illi eo decepti fuisse videntur, quod Ephraemus plurimam vitae partem ibi transegit, ibidemque munere diaconi functus est. Eum vero *presbyterum* fuisse Edessenum, iure negant plurimi; et ex turbidis Pseudo-Amphilochii fontibus in recentiores auctores error ille manauit. Saltem Ephraemus ab antiquis scriptoribus graecis et latinis semper diaconus, nunquam *presbyter* adpellatur. Plura in hanc sententiam et de controuersia illa, num a Basilio consecratus, aut, vti dicere solent, fuerit ordinatus, per miraculum quoddam, quod fabulam sapit, precibus illius peritiam linguae graecae quoque, item num aliarum linguarum facultatem consequutus sit, disputant *Tillemont* Mem. tom. VIII. p. 744. etc. *Walch.* hist. eccl. pag. 1328 sqq. *Assemann.* in B. orient. vatic. I. p. 44. (qui pag. 55. euincere adlaborat, Ephraemum praeter linguam patriam, i. e. syriacam, etiam calluisse linguam graecam, aegyptiace loquutum esse et non nihil scripsisse, nec linguae hebraicae fuisse rudem. aliis vel negantibus vel angustis limitibus circumscribentibus illarum scientiam,) et in prolegg. ad vol. I. Opp. §. V. pag. VIII. sq. at-

 que

que in prolegg. ad vol. III. p. XLIV. ſqq. ad quae infra de vol. III. initio ſcripſi, ac *Tenzel.* l. c. p. 274. ſq. Maior tamen diſſenſus eſt ob nimiam, praecipue tabularum eccleſiaſticarum, discrepantiam, quo anno et quo die Ephraemus diem obierit ſupremum. Eum ſub Valente, imperatore, deceſſiſſe,tradit *Hieronymus* de viris illuſtr. p. 204. et in nota *r.* Fabricius, „A. C. ait, 375. vel 378. colitur eius memoria a Graecis 28. Ianuar. a Latinis 1. Febr. v. acta Sanctor. ad illum diem pag. 49. ſq." Ad ann. 378 referunt mortem Ephraemi, poſt Bollandum atque Labbeum, Bebelius et Heumſchius in aetatibus patrum pag. 193 ſq. quibus ſubſcribit *Tenzel.* l. c. pag. 276. In Menologio Graecorum, ab Arcadio Romae, et a Pinello Venetiis edito, aetas Ephraemi ad Theodoſii M. tempora producitur. Atque *Pagius* in crit. Baron. ad a. Chr. 378. nr. III. p. 447. tom. V. contendit quoque, Ephraemum temporibus Theodoſii M. floruiſſe. Verum enim vero illam ſententiam grauibus impugnat argumentis *Aſſemannus* et in bibl. orient. I. pag. 54. et vero in prolegom. ad vol. I. Opp. §. IX. pag. IX ſq. Priore loco, docet, Ephraemum vltra menſem Iunium anni 378. nequaquam produxiſſe vitam; maxime quum ſub Valente, qui die IX menſis Auguſti eiusdem anni interiit, paullo poſt Ephraemi obitum catholici ab Arianis ex Edeſſae eccleſiis fuiſſent eiecti, Theodoſius autem regnare coepiſſet menſe Ian. a. 379. quatuor integris poſt Valentis interitum menſibus. Differre tamen ſcriptores ſyros, ibidem oſtendit; nam ſecundum illos Ephraemus obiit die IX, aut ſecundum Dionyſium, Iacobitarum patriarcham, d. XIX. Iun. anni Graecorum 684. „qui Graecorum annus, ait, reſpondet vulgari Chriſti epochae 373 ex mente vero Dionyſii et ſcriptoris chronici Edeſſeni, incidit in annum Chriſti 375. nam iſti volunt, Chriſtum natum a. Graecorum 309." Ad locum vero chronici Edeſſeni, in eod. vol. pag. 397. vbi mens. Iunio, die nona a. (Graecorum) 684. ex hac vita migraſſe Ephraemus dicitur, adnotat, Ephraemi mortem vltra annum Chr. 373. protrahendam non eſſe nec vllo modo poſſe differri ad a. 378. vel 380. quod praeter Syrorum auctoritatem coniicit ex tempore motae a Valente, imper., aduerſus catholicos Edeſſenos perſequutionis (de qua pag. 398. varia obſeruat,) a. vel 371. vel 372. vel demum 373. Atque in proleg. ad Opp. Ephr. I. pag. IX. ſect. IX. in qua de menologio Graecorum et tempore, quo e vita exceſſerit Ephraemus, curioſius fuſiusque diſſerit, cum Syris mortem illius ponit in anno Chr. 373. Sed de vita fatisque et diſciplina Ephraemi et ſcriptores tam veteres quam recentiores, quos recenſuit *Aſſemannus* in bibl. orient. Vat. I. et in vol. I. Opp. Ephraemi, vbi plurimorum narrationes iudiciaque de illo recudi fecit, ipſeque Aſſemannus, copioſius egerunt. Vt in laudando, ita in vituperando illo modum nonnulli exceſſerunt; v. *Walch* l. c. pag. 1333 ſqq. qui ſobrie moderateque de eo iudicat; idem ibid. poſt alios V. D. pag. 1335. in primis *Aſſemann.* praefat. ad vol. I. pag. III. ſq. iniquum iudicium, quod tulit *Riuetus* in crit. ſacr. lib. III. cap. 21. pag. 334 ſq. de ſcriptis Ephraemi, latine editis, vt fidem et auctoritatem illorum labefactaret, caute circumſcripſerunt, et grauiter refutarunt.

Quum Aſſemanni ſtudium operamque in ſcriptis Ephraemi recenſendis edendisque aliquoties laudauerimus, et deinceps ſaepius memorare debeamus: de duplici eius labore, antequam ad Fabricium redeamus, quaedam praemonenda ſunt. Quare primum, quid in *Bibliothecae orientalis* vatic. vol. I. ad illuſtrandam Ephraemi hiſtoriam litterariam praeſtiterit, paucis expediemus. Primum acta Ephraemi ex duobus codd. ſyriacis excerpta pag. 25 ſqq. dedit

dedit syriace cum versione sua latina et adnotationibus. Tum a pag. 55. ipse Assemannus de illius scriptis plura tradit: a pag. 63. vberius recenset opera Ephraemi, quae *syriace* exstant, 1) commentarios in S. S. 2) a p. 80. cap. II — VII. hymnos XV. de natiuitate domini nostri Iesu Christi. 3) hymnos de paradiso, de ecclesia, de virginitate etc., de fide, aduersus haereses; 4) a pag. 132. de defunctis odas, cantus et carmina; 5) p. 138 sq. hymnos paraeneticos XV. 6) p. 139 sqq. sermones XXXI de diuersis heptasyllabos; 7) §. XII. pag. 149 sqq. opera Ephraemi, quae *arabice* exstant, et p. 156. indicat opera tum inedita Ephraemi, quae *graece* supersunt in msst. codd. Vatican.; posthaec dedit syllabum operum omnium S. Ephraemi, quae antea recensuerat ex codd. msstis Vaticanis syriacis, arabicis et graecis: denique plenum concinnauit indicem opp. Ephraemi, a Gerardo Vossio editorum, cum indicio graecorum codd. Vaticanorum, in quibus singula supersint illa opuscula, adspersis hinc inde obseruationibus. Deinde, suadente et praefante Angelo Maria Quirino, patre purpurato, *Ios. Sim. Assemannus* eiusque socii multo pleniorem summo studio pararunt editionem, inscriptam:

Του — Ἐφραιμ τȣ Συρου τα ευρισκομενα παντα. *Sancti patris nostri Ephraem Syri opera omnia quae exstant, graece, syriace, latine, in sex tomos distributa, ad msst. codd. Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, noua interpretatione, praefationibus, notis, variantibus lectionibus illustrata, nunc primum — e bibliotheca Vaticana prodeunt.* Romae ex typographia Vaticana 1732 — 1746. VI. voll. fol. Assemannus constituerat secum, singula Ephraemi opera in sex tomos diuidere, quorum tres priores graeca; tres autem posteriores syriaca comprehenderent. Sed edito tomo primo gr. ac lat. quum a pontifice romano rei sacrae caussa in Syriam mitteretur, consilium, ne longiore itinere, maior editionis mora iniiceretur, ita mutatum est, vt interea opera syriaca, tribus voluminibus, euulgarentur, curante inprimis *Petro Benedicto,* Maronita, societatis Iesu, qui duobus tomis prioribus praefatus est, syriaca latine vertit, notasque adiecit: post cuius obitum tertium tomum pari studio curauit *Stephanus Euodius Assemannus,* archiepiscopus Apamensis. Quare *tres tomi graeci* opera et studio *Iosephi Assemanni* lucem viderunt hoc ordine; tomus I. a. 1742. — tom. II. a. 1743. — tom. III. a. 1746. — *Syriaci* autem tomi, inscripti: — *Ephraem opera omnia, quae exstant, graece, syriace, latine — e biblioth. Vaticana prodeunt. Syriacum textum recensuit Petrus Benedictus, soc. Iesu, notis variantibus animauit, latine vertit et variorum scholiis locupletauit. Tomus primus syriace et latine. Romae ex typographia Vaticana.* 1737. — *tom. II.* 1740. — *syriacum textum recensuit post obitum Petri Benedicti — Stephanus Euodius Assemannus.* tom. III. 1743. Summam omnium operum, praecipue syriacorum, et praefationum Benedicti, qui opera vindicat Ephraemo, atque vtriusque Assemanni dedit *Kl.* in Baumgartenii Nachricht. von merkwürdigen Büchern, tom. VII. pag. 409 — 463. add. acta erud. Lips. a. 1738. p. 289 sqq. a. 1745. p. 577 sqq. et a. 1747. pag. 673 sqq. et Iourn. des savans. 1739. M. Iul. p. 291. a. 1744. m. Dec. p. 475. et a. 1744. m. Ian. p. 97 sq. Assemannus in praefat. praesertim altera et in prolegg. ad vol. I. graec. multa congessit ad historiam vitae opusculorumque atque codicum editionumque illustrandam. In altera igitur praefatione late disputat in cap. I. critice atque historice, de graecis et latinis vitae Ephraemi scriptoribus aut iis, qui illius scripta laudarunt, aut operum catalogum texuerunt.

cap.

cap. II. de latinis antiquis verſionibus tum ſcriptis tum editis. cap. III — IX. de edit. tum latinis, quam graeco-latinis et graeca Oxon. cap. X. de graecis msstis Ephraemi codd. quae in bibliothecis cuſtodiuntur, quorum antiquiſſimus eſſe videtur *Barb*[illegible] cod. a. 892. Tum ſequuntur Graecorum Latinorumque veterum de noſtro teſtimonia, in ea paginarum ſerie pag. I — LI. Poſthaec pag. LII — LXXX. praefationes epiſtolaeque ſuperiorum editionum, et quae alii, Bellarminus, Poſſeuinus, Bollandiani ſocii, Natalis Alexander aliique haud pauci de Ephraemo ſcripſerunt, in his. quae Fabricius b. l. B. Gr. et Oudinus de eodem late diſſeruerunt. Deinde p. LXXXI — CII. recenſio ſermonum Ephraemi; qui latine ſunt excuſi, et qui exſtant msſti. Denique ampliſſimus catalogus ſermonum graecorum, quot quot exſtant vel impreſſi, vel in msst. codd. bibliothecarum Vaticanae, monaſterii Cryptae Ferratae et Baſilii M. de vrbe, Barberinae, Othobonianae, Caeſareo-Vindobonenſis, Coislinianae, Ambroſ. Mediolanenſis, Mediceo-Laurentianae, Oxonienſium et reliquarum in Anglia et Hibernia, Lugduno-Batauae; nec non ſermones ex catalogo msst. graecorum apud Poſſeuinum in adparatu, et initia ſermonum, qui exſtant in codd. antea memoratis, ordine alphabetico, atque initia ſermonum, qui in codd. Vaticanis deſiderantur.

In prolegom. ad tom. II. primum caput exhibet catalogum ſermonum Ephraemi, qui exſtant in codd. msst. bibliothecarum Venetae D. Marci, Paſſioneae, Vallicellianae et Moſcouenſis; tum ſequitur nr. V. index ſermonum Ephraemi XLIII. qui exſtant *ſlauonice* in codice impreſſo Moſquae a. 1701. ex recenſione Io. Petri Kohlii, inter illos reperiuntur ſermones, qui deſunt in ed. Oxon. et Kohlius addidit nonnullos ſermones recens verſos. In cap. II. agitur de latinis Ephraemi interpretationibus Ambroſii Camaldulenſis, Petri Franc. Zini et Gerardi Voſſii. Oudinum, qui Ambroſianam conuerſionem plus iuſto extollit, eamque primam omnium fuiſſe adfirmat, praeter eas, quas in prolegg. ad tom. I. pag. XII. et LXXXI ſq. protulit verſiones, alias, ante Ambroſium factas, ex variis codd. eruit. Porro plures notat errores, a Tenzelio et Kohlio commiſſos, et cauſſam agit verſionis et fidei Voſſianae. In cap. III. in genere de graecorum et latinorum msstorum codd. Ephraemianos ſermones complectentium, fide atque auctoritate, contra Tenzelium, qui in exercit. ſel. p. 285. praefracte negauerat, graecas omnes. quotquot manu exaratae in bibliothecis ſeruantur, verſiones auctoritatem vllam fidemue mereri, contra Riuetum, qui in Critico ſacro, ea omnia, quae Voſſius translata dedit, Ephraemi opera pro genuinis nobis obtruſa audacter pronuntiat, et contra Kohlium, qui genuina quidem pleraque exiſtimanda eſſe cenſet, quae in primo Voſſianae editionis tomo continentur; ſed non pauca ſecundi tomi, et maximam partem eorum, quae in tomo III. proſtant, pro ſuppoſititiis habet: qua in re Kohlium vehementer errare, fuſe diligenterque oſtendit in cap. IV. et ſingulos ſermones, quos Kohlius ſpurios opinabatur, Ephraemo, tamquam parenti ſuo, vindicat. — De tomo III. agemus, recenſione ed. Oxon. abſoluta. Simili ſtudio verſati ſunt Benedictus et Aſſemannus iunior in hiſtoria ſcriptorum codicumque, *ſyriace* exaratorum, vt poſtea paucis adnotabimus. Quod vero Poſſeuinus, Oudinus, cumprimis Aſſemannus in colligendo conficiendoque codd. *graecorum* indice diligentiſſime ſunt verſati: equidem nolo repetita illorum notitia tempus et chartam perdere, et acquieſcam in paucorum codd. [illegible] omiſſorum, commemoratione. Aſſemanno autem in ſua editione eumdem ſermonum ordinem, qui eſt in edit. Oxon. ſeruante,

te, post haec in enumeratione opusculorum Fabriciana, et paginam ed. Assemannianae tantum addere, et quae Assemannus adiecerit, commodius adnotare licebit. Id adhuc obseruabo, eumdem vt plurimum retinuisse contextum gr. edit. Oxon. nonnumquam tamen marginalem lectionem admisisse in textum; in versione denique latina subinde recessisse a versione Vossiana: neque tamen hoc fecit, vt Vossii fidem in dubium vocaret: qua de re contra Kehlium in prolegg. ad vol. II. pag. 28 sqq. plura disputat.

Secundum cel. *Matthaei* notitiam codd. MSS. graec. bibliothecar. Mosquens. synodi pag. 4. sunt cod. tertio culpa bibliopegi ante opus Antiochi, Pandecten, et post illud octo folia membranacea inserta, quae quinque Ephraemi opuscula, sed vt plurimum mutila, licet nomine illius non addito, comprehendunt — Pag. 16. in cod. XI. qui continet Patericum siue varias adhortationes et narrationes ex variis scriptis et vitis patrum, est vita Ephraemi. — Pag. 61. duo codd. nr. XXXIX. et XL. qui continent Ephraemi scripta. — *Constantinopoli*, in bibl. Principis Antonii Cantacuzeni variae Ephraemi orationes graecae, de poenitentia, temperantia, eleemosyna, mansuetudine etc. de Antichristo, consummatione saeculi, et tremendo aduentu Iesu Christi fuisse dicuntur in catal. MSSt. graecor. Constantinopoli etc. rec. in noua librorum rariorum conlectione, fasc. III. pag. 440. — Inter codd. *Nanianos* graecos (secundum illorum catal.) sunt aliquot Ephraemi sermones, in cod. LIX. cod. LXIII. nr. 8. et 19. cod. LXXXIII. nr. 1. in cod. LXXVII. 38 sermones et paraeneses breues. — in cod. LXXXV. nr. 1. — in cod. LXXXVI. περὶ ἀρετῆς καὶ κακιῶν 23 breues sermones, qui vnum opus efficere videntur, et alii 30 breues sermones; — in cod. CXXVIII. nr. 4. plures serm. — in cod. CLIII. nr. 13. sermo in Iosephum. — De codice Ephr. rescripto *Parisiensi* et *Vindobon.* v. cel. *Alter* in lib. Ueber Georgianische Litteratur, Wien. 1798. 8. p. 243. et quos ille laudat. — In bibl. *Escorialensi* sunt, auctore *Pluero* in itinerario per Hispan. pag. 167. *Ephraem, Syri, Abbatis* (sic) vita; tum illius sermones varii pro diuersis adsumtibus; sermones lingua armenica; de diuina caritate; de Antichristi aduentu et saeculi consummatione cum Chrysostomo, de efficacite Daemonis bonum odium habentis, cum Chrysostomo; de lapsis ex propria negligentia, et excusantibus excusationes in peccatis, cum eiusdem vita; de pulcerrimo Ioseph. — Secundum *Montfaucon.* in diario italico pag. 319 et 320. *Neapoli* monasterium S. Seuerini habet codicem XII. saec. in quo inesse dicuntur quaedam S. Ephraemi, et alium, qui continet *Ephraemi*, diaconi, et *Io. Chrysostomi* de reparatione lapsi: pag. 362. *Florentiae* in cod. monasterii Annuntiatae etc. *Ephraemi* sermones quidam; et p. 371. ibidem, *Ephr.* Syri, diaconi, sermones, interprete Ambrosio Camald. et epistola eiusdem Ambrosii ad Cosmum Mediceum, a. 1458. Febr. 9. — *Neapoli* in bibl. regia in cod. CCXLIII. sermo πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐμπαθῶς διαγόντων. — et in bibl. Augustinens. S. Ioann. ad Carbonariam, nr. 10. collectanea Anastasii Sinaitae, Origenis, *Ephraem Syri,* et aliorum. — In bibl. *Erlangens.* cod. lat. membran. *Ephr. de compunctione animae* libri VI. de quo eiusque argumento late disputat cel. *Pfeifferus* in Beyträgen zur Kentniss alter Bücher v. Handschriften. part. I. Curiae Varisc. 1783. pag. 82 sqq. et varias easque memorabiles adfert lectiones, et alia notatu digna. — In bibl. quondam *Vffenbachiana,* nr. 8 — 10. Ephr. sermo, de oratione; alius, cuius init. ἡμεῖς δὲ πάλιν περὶ ἀγάπης ἔτι βραχέα λαλήσομεν, atque commendatio hymnorum sacrorum, in ecclesia receptorum. nr. 23. sermo

in transfigurationem seruatoris, teste *I. H. Maio* in bibl. Vffenbach. mssta pag. 431. et 434. — In *catenis* et collectionibus Niconis, Antiochi Monachi, Nicetae etc. occurrere fragmenta doctoris, summa auctoritate nominisque fama in oriente florentis, facile est intellectu. Assemannus quaedam collegit: adde eumdem in prolegg. ad vol. I. pag. XI. et XIX. *Possevin.* adpar. tom. III. p. 21. infra quoque in vol. VII. p. 736. 775. 790. et vol. VIII. p. 618. pag. 801. etc. ver. edit. *Harl.*

X. *Graeca* versio antiqua scriptorum non paucorum Ephraemi, luculentis et maioribus theatri Sheldoniani typis a. 1709. fol. in lucem edita est Oxonii ex XVIII. codd. MSS. Bodleianis curante *Eduardo Thwaites*, quam editionem, quia latina versione destituitur, ita recensebo, vt illis Homiliis et scriptis, quae latine etiam exstant, paginas adscribam latinae versionis *Gerardi Vossii*, praepositi Tungrensis, ex editione, quae ad manus mihi est, Coloniensi a. 1603. fol. [et ego paginas ed. Assemann. adpingam. *H.*]

Gr. pag. 1. περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν *de virtutibus et vitiis.* [*Assem.* I. p. 1 sqq.] Lat. tom. I. pag. 25. ad monachos Metebenos directum hunc librum testatur Photius cod. CLXIX. Verterat ante Vossium *Franciscus Zinus.* [v. supra de cod. Naniano.]

12. ἔλεγχος αὐτῦ καὶ ἐξομολόγησις. *Reprehensio sui ipsius atque confessio.* [*Assem.* I. pag. 18 sqq.] tom. I. pag. 68. Haec primum locum occupauit inter λόγυς Ephraemi vndequinquaginta, laudatos Photio.

15. πρὸς καθαίρεσιν ὑπερηφανίας. *Ad euersionem superbiae.* [*Assem.* I. pag. 23 sqq.] tom. I. pag. 88.

19. λόγος κατανυκτικός. *Sermo de compunctione animi.* [*Assem.* I. p. 28 sq.] tom. III. pag. 590.

28. λόγος ἀσκητικός. *Sermo asceticus.* [*Assem.* I. p. 40 sqq.] tom. III. p. 539 oo).

46. κατὰ μίμησιν τῶν παροιμιῶν. *Ad imitationem prouerbiorum.* [*Assem.* I. p. 70.] tom. III. pag. 509.

47. περὶ φόβυ τῦ Θεῦ. *De timore DEI.* [*Assem.* I. p. 71 sqq.] tom. III. pag. 510.

Gr.

oo) Hunc sermonem de vita religiosa et monastica, quem *Kohius* l. c. 289. vocat adulterinum, *Assemann.* prol. ad Opp. II. pag. XLIV seq. vindicat Ephraemo; indicat codd. in quibus ille sermo est, et docet, contra Tillemontium tom. VIII. pag. 756. ed. Paris. 1713. qui propter mentionem terrae motus, quo corruit Nicomedia, Persarumque in Mesopotamiam inruptionis, ab Ephraemo factam, illam orat. ad tempora Constantii aut Valentis referre maluit, quomodo verba Ephraemi sint intelligenda et quo pacto Tillemontii sententia queat cum Syrorum Graecorumque annalibus conciliari. Pari doctrina *Assemann* ibid. p. XXXII. sq. vindicat sequentem sermonem I. asceticum ad imitat. prouerbiorum Ephraemo a Kohii dubitationibus. *Harl.*

Gr. pag. 76. πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐμπαθῶς διαγόντων καὶ τιμὰς ἀπαιτούντων. *Ad eorum correctionem, qui vitiose viuunt et honores adpetunt.* [*Assem.* I. p. 111 sqq.] tom. I. p. 92. Vertit et *Zinus.*

82. [*] ἔλεγχος αὐτοῦ καὶ ἐξομολόγησις. *Confessio et sui ipsius reprehensio.* [*Assem.* I. p. 119 sqq.] Lat. tom. III. pag. 599. Incipit: ἐν πολλοῖς ὑμῖν ἀδελφοὶ δοκῶν χρησιμεύειν. Vertit idem *Zinus* [rr]).

100. περὶ τῶν παθῶν. *De passionibus* siue *perturbationibus animi.* [*Assem.* I. p. 144 sqq.] tom. I. p. 130.

102. περὶ μετανοίας. *De poenitentia.* [*Assem.* I. p. 148 sqq.] tom. I. p. 144.

106. περὶ κατανύξεως. *De compunctione.* [*Assem.* I. p. 154 sq.] tom. I. pag. 138.

*110. λόγος κατανυκτικός. Incipit: ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ὄρθρου λίαν ἀναστὰς, ἐπορευόμην ἐγὼ σὺν τοῖς. [*Assem.* I. p. 158 sqq.]

112. λόγος ἕτερος κατανυκτικός. *Sermo alius de compunctione.* [*Assem.* I. p. 161.] tom. I. p. 135.

*115. λόγος παραινετικός. Incipit: πρόσεχε σεαυτῷ, ὦ νεότης, ποθοῦσα ἀσκῆσαι, μήποτε παρέλθωσιν. [*Assem.* I. p. 166.]

[*) Λόγος εἰς δευτέραν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In secundum aduentum domini nostri Iesu Christi.* *Assem.* I. pag. 167. hac intexta inscriptione segregat sermonem huncce a superiore; atque obseruat in proleg. ad I. pag. XX. hunc sermonem in II. aduentum Christi in ed. Oxon. ad calcem p. 116. lin. 13. adpositum, pag. 136. iterum occurrere, praefixo suo titulo, εἰς δευτέραν παρουσίαν etc. in voluminibus autem Ephraemi msstis alicubi plures simul coniungi sermones, quos ex aliorum codicum fide ipsaque argumenti ratione separandos esse constet. *Harl.*]

119. εἰς πατέρας τελειωθέντας. *In sanctos patres, qui temporibus suis consummati sunt* [qq]). [*Assem.* I. p. 172.] tom. III. pag. 766.

pp) *Kohlius* l. c. et *Riuet.* crit. lib. II. cap. 21. Ephraemi *Confessionem* et *testamentum* (infr. ex edit. Oxon. pag. 365.) libris spuriis adnumerant. Secus sentit *Assemann.* proleg. ad vol. I. p. X. et proleg. ad vol. II. pag. XXXVI. sq. ac XXXIX — XLIV. vbi Kohlii praesertim argumenta operose euertere studet, variaque adfert, ad historiam quorumdam capitum christianae disciplinae illustrandam. *Harl.*

qq) *A Kohlio* p. 259. hunc sermonem inter adulterinos male recenseri, adnotat *Assemann.* in proleg. ad vol. I. pag. XLVII. et plura de eo, et tribus sequentibus docte animaduertit: primum refert codd. in quibus ille exstat, graecos, slauonicum et arabicum; (conf. bibl. orient. Assem. tom. I. p. 152.) tum obseruat, huic sermoni tres sequentes continua oratione ita adiungi, vt vnum efficiant sermonem, recte tamen a graeco interprete e syriaco textu diuisim esse expressos; Ephraemum vero in concinnandis iis carminibus, quae *de defunctis* inscribuntur, tetrasyllabo et heptasyllabo metris vsum fuisse, liquere ex iis, quae tom. III. syriace et latine prodierunt e Nitriensibus codd. De multiplici metrorum genere, quod Ephraemus vsurpauit, modorum compositione, a Bardesane et Harmonio mutua sumta, egit in bibl. orientali tom. I. pag. 61. Quod vero Ephraem in hoc sermone celebrat *pastores,* βοσκοὺς, Mesopotamiae, hos Assemann. ex Ephraemo, eiusque interprete arabico, ex Sozomeno et Tillemontio docet, fuisse eremicolas, qui, per montes vagantes, instar pascentium pecorum herbas comedebant. *Harl.*

Gr. pag. 122. λόγος ἕτερος εἰς πατέρας τελειωθέντας. *Sermo alius in sanctos patres, suo tempore defunctos.* [*Assem.* I. p. 122 sqq.] tom. III. pag. 769.

125. τοῦ αὐτοῦ λόγου τετρασύλλαβα ἤτοι μέτρον. *Ex eodem sermone tetrasyllaba oratio, siue metrum.* [*Assem.* I. p. 181.] tom. III. p. 772.

126. λόγος ἑπτασύλλαβος ἤτοι μέτρον. *Sermo heptasyllabus, siue aliud metrum.* [*Assem.* I. p. 182.] tom. III. p. 773.

127. περὶ φόβου ψυχῶν. *De timore animi.* tom. I. p. 66. [*Assem.* I. p. 183 sqq.] Vertit ante Vossium *Zinus.*

12[illegible]. εὐχὴ ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ διδασκαλίας. *Precatio ex S. Ephraem doctrina.* [*Assem.* I. p. 187.] tom. I. pag. 247. Vertit et *Zinus.*

130. ὑπομνηστικὸν, ἤτοι ἐπιστολή. *Admonitoria oratio in formam epistolae.* [*Assem.* I. p. 188 sqq.] tom. II. p. 275.

134. περὶ ψυχῆς ὅταν πειράζηται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, πῶς ὀφείλει μετὰ δακρύων τῷ θεῷ προσεύχεσθαι. *Quomodo anima cum lacrymis ad Deum recurrere debeat tentationis tempore.* [*Assem.* I. p. 193 sqq.] tom. I. pag. 62.

135. ἐξομολόγησις ἤγουν προσευχὴ πρὸς θεόν. *Confessio siue precatio ad Deum.* tom. I. p. 250. [*Assem.* I. p. 199 sqq.]

136. εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. *In secundum aduentum Domini nostri IESV CHRISTI.* tom. I. pag. 239. rr) Ephraemi λόγους de hoc argumento laudat *Nyssenus* pag. 1035.

140. [[illegible]] περὶ ἀρετῆς πρὸς νεώτερον ἀσκητὴν κεφάλαια δ'. *Adhortationes* IV. *de virtute ad monachum nouitium.* Lat. tom. II. p. 280. [*Assem.* I. p. 201 sqq.]

150. περὶ ἀρετῆς κεφάλαια δέκα. De virtute, capita decem. tom. II. pag. 2[illegible]. [*Assem.* I. p. 216 sqq.]

159. εἰς τὸ, πρόσεχε σεαυτῷ. *Attende tibi ipsi,* capita XII. tom. II. p. 307. [*Assem.* I. p. 230 sqq.]

Pag. 569. *Canticum spiritale in laudem et amorem doctrinae et sapientiae ad iuuentutem christianam,* cum varr. lectt. Init. *Largire, o deus! doctrinam.* Voss. II. p. 267. Hymni quidam, syriaca lingua in cod. XXVIII. Vindob. v. *Lambec.* I. p. 303.

Pag. 571. *Sententiae ex Ephraemi Syri operibus eiusque vita selectae, et in collationibus SS. antiquorum patrum graecorum repertae.* Cum notis margin. Voss. III. init. Sunt in antiquo gr. msto Vatic. nr. DCCC. etc. Conf. *apophthegmata Ephraemi*, quae gr. ac lat. dedit *Cotelerius* tom. I. monument. eccles. graecae p. 431 sqq.

Pag. 574. *Threni, id est lamentationes virginis, matris Mariae, super passione domini.* Inc. *stans iuxta crucem pura et immaculata virgo.* Voss. III. p. 697. Supra ad pag. 294. edit. iam egimus de illis.

Pag. 575. *Sermo de Mariae laudibus.* Init. *Inuiolata, integra, planeque pura et casta virgo.* Voss. III. p. 705. conf. *Assem.* prol. ad vol. II. p. LVII. et ad vol. III. p. LIV.

Pag. 577. *Ad dei genitricem oratio.* Inc. *Immaculata et intemerata, incorrupta et prorsus pudica.* Voss. III. p. 708.

Pag. 578. *Pia et humilis ad deum oratio.* Inc. *Hei mihi, hei mihi, Domine, tanta sunt vitia atque peccata mea.* Ex cod. Vatic. antiquo DXVII. Voss. III. p. 621.

Pag. 579. *De die iudicii.* Init. *Obsecro igitur vos, fratres carissimi.* Ex cod. Palatino DLVI.

Pag. 581. *Dicta S. Ephraem.* ex codd. Palat. Inter praeclaras vereque pias sententias haud desunt fabulae aut narratiunculae ad laudem et seueritatem vitae monasticae commendandam fictae: et credulus Ephraemus fidem iis adhibuisse videtur. Vltima tamen admonitio Ephraemo tributa, *de oratione vel sermonibus otiosis,* cuius initium: *licet in multis rebus, fratres carissimi* etc. est vicesima nona inter homilias *Caesarii*, episcopi Arelatensis, tom. III. orthodoxographor. per Grynaeum ed. Basil. 1569. pag. 1918. teste *Assemanno* et in margine et in prolegom. pag. LV.

Pag. 589. *De poenitentia:* init. *plerosque cernimus in ecclesia constitutos,* ex cod. Vatic. MMMMMMMCCCCXLIII.

Pag. 601. *In natiuitatem domini canticum,* et aliud, p. 602. *de Maria et magis:* latine; partic. hiemalis officii syriaci, excus. Romae 1656. pag. 577. ac pag. 625. latine edidit *Io. Baptista Marus*, Romae 1645. 4. pag. 7.

Pag. 603. *Oratio* (s. breuis precatio,) *in natiuitatem domini.* Partic. hiemal. officii syriaci cit. p. 604. lat. ed. *I. B. Marus* cit. p. 16.

Pag.

— Pag. 604. *Hymnus.* inc. *Gloria trinitati.* Sed hic hymnus et antecedens oratiuncula et oratio sequens p. 604. f. precatio, *fide obtulit Abel,* in Officio quidem et Missali Syrorum exstant; Syris tamen testibus ad Ephraemum neutiquam pertinent, animaduertente *Assemanno* in prolegg. ad vol. III. pag. LV. qui, „idem, ait, dicendum de illa precatione, pag. 606. *Tribue mihi domine,* quae a Syris ad Completorium recitatur: etsi enim Ephraemi nomen praefert, sic tamen ad Ephraemum spectat, sicuti quicumque in Officiis diuinis et Missalibus Syrorum occurrunt hymni, nominibus Ephraemi aut Iacobi praenotatis, de quibus tom. I. bibl. orient. pag. 60. — Carmen *de amore doctrinae* in omnibus fere codd. Ephraemo tribuitur; etsi illud nonnulli Nestoriani ad Narsetem, doctorem, referunt. Canticum denique *in natiuitatem Domini deque Maria et magis* ex illo Ephraemiano opere est desumtum, quod *de natiuitate Domini* inscribitur, quo de opere vide tom. I. bibl. orient. pag. 80. obseruata." Hactenus Assemannus.

Pag. 605. *Precatio,* syriace, cum versione lat. et notis criticis. Apud *Fabric. Boderianum* in lib. Rituum baptismi et sacrae synaxis, pag. 127.

Pag. 606. Alia *precatio,* cum not. criticis, syriace ac lat. apud. *Boderian.* pag. 129.

Pag. 608. *Duo sermones,* e slauonico versi et editi a *Io. Petro Kohlio,* Alton. 1729. pag. 372. Prior, *de sanctissimis et viuificantibus christianis sacramentis;* posterior, *de oblatione,* scil. *προσφορᾷ sanctissimi panis.* Tomum claudunt indices et initia sermonum etc. vti in tomis prioribus.

In tom. IV. Opp. siue tomo I. *Syriacorum* opusculor. quorum textum recensuit *Petr. Benedictus,* notis vocalibus instruxit, latine vertit et variorum scholiis locupletauit, post praefat. continetur *Explanatio in Genesin* pag. 1. — *in Exodum,* pag. 116. — *in Leuiticum,* pag. 236. — *in Numeros,* pag. 250. — *in Deuteronomium,* pag. 269. — *in Iosue,* pag. 292. — *Iudicum,* pag. 308. — *in Regum primum* — *quartum* pag. 331 — 567.

Tomus V. Opp. siue tom. II. *syriacorum* continet *Explanationem* in Iobum, quatuor maiores prophetas, tum Hoseam, Ioelem, Amos, Abdiam, Micheam, Zachariam et Malachiam, pag. 1 — 315. — *in selecta SS. loca sermones exegeticos* XI. pag. 316. — *in natalem domini sermones exegeticos* XIII. pag. 396. — *sermones polemicos aduersus haereses* LVI. pag. 437 — fin. *Benedictus* binis tomis praemisit praefationes, in quibus de Ephraemo eiusque doctrina, interpretatione, placitis, scriptis Syriacis etc. agitur.

Tomus VI. Opp. siue tom. III. *Syriacorum,* a *Stephano Euodio Assemanno* post obitum Petri Benedicti editus, comprehendit 1) *Acta,* siue vitam *Ephraemi,* syriaco-lat. pag. I. prolegomenorum. 2) *Ephr. sermones polemicos aduersus scrutatores* LXXXVII. pag. 1. — 3) in idem argumentum *sermones* III. pag. 164. — 4) *aduersus Iudaeos sermonem* I. pag. 209. — 5) *Necrosima seu funebres canones* LXXXV. pag. 225. — 6) *de libero humanae voluntatis arbitrio, sermones* IV. pag. 259. — 7) *Paraeneses, seu adhortationes ad poenitentiam* LXXVI. pag. 367. — 8) *de Paradiso Eden, serm.* XII. pag. 562. Textus gr. non inuenitur. Prouocat vero ad illud opus *Georg. Syncell.* in Chronographia, ed. Paris. 1652.

pag.

pag. 15. add. *Assem.* bibl. orient. tom. I. p. 84. — 9) *de diuersis sermones* pag. 509 — fin. In praef. de vita Benedicti et argumentis contentorum late agitur. In Baumgarteni Nachrichten etc. summam singulorum tomorum et praefationum referri, iam supra monuimus. — Commentarios quoque in N. T. scripsisse Ephraemum, patet ex catenis in Matthaeum et Marcum, a Corderio editis, ex fragmentis in eod. Vaticano aliisque obuiis. Atque, quos S. Gregorius Nyssenus indicat et Gregorius Tagritensis, auctor XII. saeculi, se vidisse, testatur, P. Benedictus, iis si potiri licuisset, in praef. ad tom. IV. fatetur, septimum tomum, fortasse etiam octauum et nonum fuisse addendum. Alia praeterea scripta, modo recte, modo perperam tributa Ephraemo, citari ab antiquis, sed periisse temporis iniuria, ab Assemanno et partim a nobis iam est adnotatum. *Harl.*

Quae *latine* edidit Vossius, Tungrensis, ad ea msstis graecis codicibus Vaticanis et Sfortiano atque duobus Cryptae ferratae vsus est; [*] quorum vnum a *Iona* quodam, iussu *Niconis*, scriptum a. Chr. 531. ex subscriptione sibi persuasit in praef. et pag. 812. sed in numero illo errorem esse, notat *Bernardus de Montfaucon* in Palaeographia Graeca pag. 48. Meminit is p. 78. etiam Colbertini codicis; quemadmodum codicem, qui in bibl. Patrum Oratorii exstat, laudat *Richardus Simon* tom. II. Epistolarum, gallice editarum, epist. XIV. pag. 82. et notis ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 286. codices regios *Labbeus* in bibl. noua MSS. [in primis Assem.] nec dubium ex Caesareanis MSS. de quibus *Lambecius* tom. I. pag. 117 seq. vv) tom. III. pag. 104 seq. et tom. IV. atque V. pluribus locis itemque tom. VIII plura posse graece proferri, quae Vossius tantum latine extulit, nonnulla etiam, quae ab illo plane sunt praetermissa, vt tom. IV. Lambec. pag. 170. [384. ed. Kollar.] memoratur S. Ephraemi λόγος περὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου δαίμονος. Incipit: πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἀκούσατε, πολλάκις γὰρ ἐχθρὸς ὑποβάλλει τῷ ἀνθρώπῳ, λέγων, ἀκμὴν νεώτερος εἶς, ἀπόλαυε τῶν ἐπιθυμιῶν σου. Illud quidem *de Spiritu S.* volumen, quod graece cucurrisse se testatur S. Hieronymus, et animum sublimis ingenii etiam in translatione cognouisse, cap. CXV. de S. E. nusquam hodie exstat, quod sciam, neque illa ww) εἰς τὸν παράδεισον δογματικά, quae citat *Syncellus* pag. 15. et Syra lingua legisse Moses Mardenus [*] videtur. *Graecorum quanta foret vtilitas,* inquit Combefisius in Bibl. Concionatoria, *vel pauca illa prodeunt, quae Graecum nactus codicem interpretatione noua post Vossium repraesentaui. Ea mente ac sensu Galliae clerus, ad comitia generalia ex more congregatus, IOANNI AVBERTO, Collegii Laudunensis praeposito, pro ipsius, quo fungebatur, eiusdem cleri interpretis munere iusserat, vt Ephraemi sanctissimi opera vtraque lingua vulgaret. Coepta editio Vitreanis typis, nec vltra sexaginta folia perducta, cum segnius agenti Auberto mors incidit, atque illius irritum conatum fecit.* Ad illam editionem perficiendam nomine cleri Gallicani Vaticanos codices expetenti abbati

vv) Siue ed. *Kollar.* pag. 212 sqq. vbi quoque Ambrosii Camaldul. praef. Lambec. recudi fecit pag. 215 sqq. Sed codd. Vindobon. Assemannus iam recensuit, et ex illis scripta Ephraemiana graece edidit, vti passim a nobis antea est obseruatum. Atque orat. περὶ τῆς ἐνεργείας, graece edita est ab *Assemanno* tom. III. operum p. 365. *Harl.*

ww) Sed ab *Assem.* in tom. VI. siue III. Syriacorum p. 562. esse editam, ex superioribus constat: et conf. *Assem.* prol. ad vol. I. pag. XI. *Harl.*

abbati cuidam, vsum eorum negatum legas in *Tillemontii* memoriis hist. eccles. tomo VIII. p. 750. Laudandus sane Vossius Tungrensis, quod tot pia praeclari doctoris opuscula vndique collegit et versione atque scholiis eruditis illustrauit, etsi graeca simul ab eo edita multi eruditi [xx]) optarunt. Ceterum notandum, non omnia Vossium e graecis vertisse, aut primum transtulisse; sed vsum esse antiquioribus latinis, quas in bibliothecis reperit, versionibus; confer eius scholia ad sermon. de transfiguratione Domini tom. III. p. 691. seq. tum etiam editis Ambrosii Camaldulensis, (cuius praefationem quoque ad Cosinum Medicem sua ad pontificem, Sixtum V. epistola imitatus est, vt notatum *Lambecio* lib. I. pag. 123. [p. 212. Kollar.] et Petri Francisci Zini, Iuliique Clementis. Quod vero Ambrosii et Zini, quorum versiones interpolauit, ne meminisse quidem dignatus est, haud minus ideo reprehensionem virorum doctorum incurrit, quam quod partes in codicibus, quibus vsus pro lubitu diuulsit ac discerpsit. [yy]) Antiqua versio latina duorum S. Ephraemi sermonum, a *Laurentio Alexandro Zaccagnio* [zz]) edita e codicibus Vaticano et Casanatensi, illa ipsa est, quam paucis interpolatam Vossius pag. 617. et 483. exhibuerat, vt conferenti adparebit. Atque ante aliquot saecula iam sermones varios S. Ephraemi latine fuisse translatos, constat vel ex *Vincentio Bellouacensi*, qui XV. [XXIV.] 87. speculi hist. refert, se legisse S. Ephraemi *opuscula de poenitentia, de luctaminibus saeculi, de compunctione cordis, de beatitudine animae, de resurrectione et de die iudicii.* Eadem *Io. Trithemius* commemorat, additque alia *de contritione cordis, de cogitationibus, de praedicatione dura, de celebratione dura et planctu super Edessenam* [a]) *urbem.* Nam de Spiritu S. volumen, ex Hieronymo repetitum, non a Trithemio inspectum existimo, quia alioqui prima verba libri adiungere, vt in aliis fecit, non intermisisset.

[P] Quae *Ambrosius Camaldulensis* vertit, haec sunt: 1. *De poenitentia.* Incipit: *Dilectissimi, nihil sanctae caritati praeferamus, multa enim negligendo peccauimus diebus singulis et horis et momentis.* 2. *de caritate et extremo iudicio.* 3. *de iudicio et resurrectione.* 4. *de vita et exercitatione monastica.* 5. *quod non oporteat ridere, sed flere et lugere.* 6. *ad animam negligentem.* 7. *ad monachos de SS. patribus, qui illo tempore requieuerunt.* 8. *de armatura monachi et quod oporteat monachum veluti militem in acie semper assistere.* 9. *de poenitentia et conuersione.* 10. *de secundo domini aduentu.* 11. *de timore DEI.* 12. *de angustia, qua premitur anima, quum ex pugna contra se hostis infirmior fit.* 13. *de compunctione.* 14. *de passione Domini Salvatoris.* 15. *ad eos, qui Filii naturam scrutari volunt.* 16. *de Anti-*

xx) Combefis. Bollandus, Caueus, Oudin. Dupin. v. Assem. praef. ad vol. I. p. 1. et prol. p. XVII. sq. *Harl.*

yy) *Lambec.* quoque l. c. Vossium plagii quasi incusauit; sed ab vtroque crimine probe et abvnde defendit Vossium Assemannus proleg. ad vol. I. cap. VII. pag. XVIII. sq. et ad vol. II. §. VII. pag. XXIII. sq. *Harl.*

zz) In Collectaneis monumentorum veterum ecclesiae graece, Rom. 1698. 4.

a) Neque librum *de planctu super Edessenam vrbem* Trithemius inspexisse; sed ex Gennadio recensuisse, ac pro *Nicomedia* Edessam substituisse oscitanter, videtur *Assemanno* in prol. ad vol. I. cap. II. p. XII. vbi plures testes, et plures latinas versiones antiquas recenset, tam scriptas, quam editas, de quibus supra iam egimus. Idem ibid. pag. LXXXI. sqq. vberius recenset sermones Ephraemi, qui latine typis prodierunt, quique exstant manu exarati. *Harl.*

Antichristo. 17. *de virginitate.* 18. *de laudibus martyrum.* 19. *Laudatio S. Iosephi, patriarchae.* *) *Fabric.* Editiones versionis Ambrosianae nonnullas commemorat *Clement* in Bibl. histor. et crit. I. pag. 257. sq. not. plures vero et ego in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. et p. 261. *Assemannus* in prolegg. ad vol. I. pag. XIII. sq. qui praeter ea de hoc Ambrosio, Constantiae 1490. mortuo, eiusque versione quaedam adnotauit. Secundum illum igitur et l. c. et pag. LXXXIV. vbi pluribus illum describit c), est princeps editio: *Sermones quinque,* (scilicet, qui sunt secundum ordinem, a Fabricio designatum, serm. IX. XI. XIII. XII. I. cum seqq. sectionibus,) sine nota a. et typographo, in 4. exstat in bibl. Vatic. sed vltimum sermonem excipit liber *de infantia saluatoris*, iisdem typis: pagina tamen 99. sed diuersis typis, haec adnotatio habetur: *Impressus per Mag. Bartholomaeum Guldin de Sulz, anno Iubilaei* 1475. *die vero Mercurii penultima Augusti.*

Sermones Ephraem diaconi, secundum traductionem ven. patris Ambrosii Camaldulensis. In fine: *Impressum Florentiae per me Anton. Bartholom. Mischomini.* M.CCCC.LXXXI. (1481.) fol. v. *Maitt.* A. T. IV. p. 420. *Fossii* catal. codd. saec. XV. impressor. in bibl. Magliab. I. pag. 636. *Pinelli* cat. I. p. 60. *Panzer* A. T. I. p. 409.

S. Ephraem, Syri, sermones XIX. *latine ex interpretat. Ambrosii Monachi Camaldul.* In fine: *Impressum Brixie per presbyterum Baptistam Farfengo.* A. D MCCCCLXXXX (1490.) 4. v. *Fossium* l. c. *Mittarell.* adpend. ad cat. codd. bibl. Venet. S. Michael. p. 146. *Panzer* l. c. pag. 251. atque *Audiffred.* in specim. editt. Italic. saec. XV. pag. 161. qui vero in nota suspicatur, Orlandium (p. 162.) et Maittarium (IV. pag. 518.) dum editionem Operum Ephrem *Brixianam* a. 1490. referunt, sed adscribunt *Iacobo Britannico*, verisimiliter errare.

Sermo S. Ephrem de penitentia ab Ambrosio e greco in latinum traductus. Acc. alii IV sermones eiusdem S. E. ex eiusdem Ambrosii versione Romae, s. l. et a. charactere minus eleganti Silberi. 4. v. *Audiffredi* spec. edd. rom. saec. XV. pag. 362.

S. Ephrem sex sermones selecti. Norimberg. per Anton. Koburger. 1492. fol. (*Panzer.* II. p. 211.) Ego vero, num illi sint ex versione Ambrof. an ex antiquissima, a *Vincentio* *Bello-*

b) Copiosius recensentur ab *Assemanno* prol. ad vol. I. pag. LXXXII. sq. Is vero indem et paginas, quibus singuli exstent sermones in edit. Ambrosianae versionis, Florent. 1481. 4. ac Patauina, a. 1585. 8. et in Opp. Ephraemi edit. Vossianae, diligenter indicat, et, vbi opus videbatur, alias adspergit obseruationes. Sic comparando docet latius, in sectionibus primi sermonis Vossianam editionem non nihil discrepare ab Ambrosiana, et quae Ambrosius vno habeat tenore, ea separatim atque in diuersis tomis apud Vossium cum diuersitate quadam lectionis ab initio, et peculiaribus inscriptionibus legi. Sic quoque sermo nr. 4. in edit. Voss. vti in plerisque msstis in duo sermones est separatus: quorum prior tom. III. pag. 54. inscriptus est *de vita et exercitatione monastica;* posterior autem tom. II. p. 217. *de conuersatione monastica.* Add. *Assem.* prol. ad vol. I. pag. LXII. *Harl.*

c) Idem subiungit indicem XX. Ambrosianorum sermonum, in msstis codd. latin. Vaticanis. Viginti autem et vnus numerantur, quoniam quartus sermo in duo diuisus est: add. ib. pag. LXXXI. De Ambrosio Camaldul. v. *Bayle* Diction. tom. II. voc. *Camaldoli.*

Bellouacensi, a Fabricio paullo ante memorata, definire nequeo. Hanc autem exstare in duabus sequentibus edd. inscriptis:

S. Ephraemi opuscula de compunctione cordis, de iudicio dei et resurrectione, de beatitudine animae, de poenitentia et luctamine spiritali, de die iudicii. 8. absque l. et a. vberius demonstrat *Lambacher*. in bibl. ciuica Vindobon. I. pag. 82. Sex quidem sermones in titulo designantur; sed is *de compunctione cordis* adiectum habet alterum opusculum, quod alias inscribitur *de contritione cordis*, cuius, vt separati opusculi, meminerunt *Trithemius* script. eccles. cap. LXXVIII. et alii.

Libri Sancti Effrem libri de compunctione, (et reliqui, qui in superiore edit. ex antiquissima versione nominantur,) s. l. et a. in fol. charact gothico. In bibl Erlang. rarissimam illam edit. comparato alio eiusdem edit. exemplo, diligenter copioseque describit *Pfeifferus* V. C. in Beyträgen zur Kentniss alter Büch. v. Handschrift. part. I. pag. 96 sqq. add. *Hockeri* biblioth. Heilsbronnens. p. 136. Eadem esse videtur editio, cuius exemplar describit *Seemiller* in bibl. *Ingolstad.* incunabulis typogr. part. II p. 169. et in catal. bibl. Huberi pag. 32. datur *Ioanni Amerbachio*, teste *Panzero* A. T. I. p. 198. nec diuersa forsan ab ea, quam cel. *Panzer* A. T. IV. pag. 124. ex Denis Suppl. p. 558. adfert. — Sermo Ephr. de *oratione vel sermonibus otiosis* exstat inter homilias *Caesarii*, ex vers. anonymi antiqui. v. supra ad p. 581. vol. III. Asseman.

Tum alias versionis *Ambrosianae* editt. memorant Assemann. et *Clement* loco citat. et alii: *Parisiens.* 1505. 4. ap. Iean Petit. — ib. 1515. 4. (cat. bibl. Tellerianae p. 23.) — *Argentor.* typis Martin. Schureri, 1509. 4. — sec. Fabric. Oudin. Assemann. sed rectius, credo, per *Matthiam Schurer*, qui praefatus est, teste *Panzero* VI. p. 46. ex *Thott.* cat. VII. p. 124. et *Gras* Merkwürdigk. p. 79. — Fabr. addiderat, Argent. iterum prodiisse 1585. 8. — *Coloniae Agripp.* typis Melchior. Nouesiani, 1547. 8. in qua tamen edit. tum ex Ambrosii, tum ex anonymi veteris interpretatione insunt Ephraemi opuscula, et Vossius in ea orationem *de transfiguratione*, legit, v. *Tentzel* loco a Fabr. citato. — *In sacra eremo S. Mariae de Ruah in agro Patauino,* cura et studio Fr. Simeonis ex Capua Camaldulensis, 1585. 8. Hanc esse editionem, cuius Fabric. cum huius anni et formae nota post mentionem Argentorat. a. 1509. factam meminerat, nullo alio indicio addito, Clement. pag. 258. suspicatur. *Harl.]*

Ex his Ephraemi sermonibus sunt, quos *Gallice* dedit *Petrus Cueveret.* Paris. 1520. sub titulo *la fleur de predication.* Germanice vero *Io. Schwaigerus,* Mogunt. 1565. 8 *Fabr.* *[Italice,* interprete *Ludouico de Orcis,* Brixiensi canonico regulari Lateranensi, Venet. 1545. 8 notante *Assemanno,* prol. I. p. XIII. *Clement* l. c. qui quidem nomen interpretis omisit; sed tamen obseruat, quosdam viros doctos dubitare, an ex versione Ambros. italica versio sit profecta. Sed ex praef. quam *Paitoni* in bibl. degli autori etc. II. p. 1. recudi fecit, contrarium fit manifestum. Id etiam adnotandum venit, *Clement*, (sed ex Haym Notizia de' Libri rari p. 297.) hunc adferre titulum libri: *Sermoni di Sant' Efrem,* nuovamente dal Greco nella volgar lingua tradotti *da Ambrogio Eremita* Camaldolese. In Venezia 1545. 8. Contra apud *Paitonium* neque in titulo, qui integer adponitur, et signatus est a. MDXLV. neque in fine, cui subscriptus est a. MDXLIIII. sed in dedicatione anonymi excerpta legitur nomen

Ambrosii. Ex diuersitate autem annorum in titulo et in fine notatorum Argellatus opinionis errore duas finxit editiones, a. 1544. et 1545. Eodem Paitonio teste, in tomo II. delle *Vite de' SS. Padri,* Florent. 1731. est *La vita di Abram Romito scritta da S. Efrem,* et Basilii oratt. est insertus tom. I. pag. 148. *Succinto discorso di S. Efrem della Virginità*, interpr. *Hilarione* quodam. *Harl.*]

Male sermones XXI. ex Ambrosii versione numerat *Lambecius* tom. I. p. 121. [220. Koll.] eumque sequutus *Warthonus* adpendice ad Cauei hist. literar. pag. 84. edit. Geneuens. Vnde fallitur etiam *Tentzelius* p. 281. diss. select. *Fabr.* Sed Lambecium, Warthonum et Tentzelium *Assemannus* prol. cit. pag. XIV. vindicat a crimine erroris, animaduertendo, codd. quoque mss. tos in numero sermonum, ab Ambrosio versorum, variare, quum duo Vaticani latini habeant sermones XXIII. Vrbinatensis vero et Caesareus Vindobon. serm. XXI. denique Vatican. MMMMMMLIII. serm. XXIII. in editt. quidem sermones XIX. vbique numerari; discrimen autem esse non in re, sed in numero, quia alicubi sub vno numero plures contineantur sermones, qui alias in plures diuidantur numeros, id, quod *Assemann.* p LXXII et LXXIV. commonstrat, singulos, qui in libris tam scriptis quam editis exstant, recensendo sermones. — Ex Ambrosii versione receperunt nonnullos sermones *Aloysius Lipomanus* tom. VIII. vitarum Sanctorum, Romae 1560. (qui in aliis vsus est Iulii Clementis et veteris anonymi interpretatione,) et *Laurentius Surius* (ex Lipomanno,) de vitis Sanctorum tom. I. III. IV. VI. et VII. Colon. 1570 — 1581. atque *Franciscus Combefisius* in bibl. concionatoria, Paris. 1662. qui quidem XVI. serm latine ita euulgauit in pluribus tomis, vt in aliis modo Ambrosianam versionem, modo Vossianam sequeretur, alicubi vteretur anonymi interpretatione, interdum nouam adornaret: id quod vberius exposuit *Assem.* p. XV. inprimis, singulos persequendo, pag. LXXII. vbi recenset sermones, ex versione antiqui anonymi a Lipomano et Surio receptos, pag. LXXXVII. LXXXVIII et CII. *Harl.*

Petrus Franciscus Zinus, canonicus Veronensis, Venet. 1574. 8. haec a se Ephraemi opuscula latine versa in lucem edidit, plura etiam pollicitus: 1) *De timore animi.* 2) *Preces.* 3) *De virtutibus et vitiis.* 4) *De gratia DEI.* 5) *De linguae morbo et ceteris vitiis.* 6) *De compunctione.* 7) *De poenitentia et confessione.* 8) *Reprehensio sui ipsius atque confessio.* 9) *De charitate.* Incipit: *Si tibi ea potestas concessa sit, frater charissime, vt omnibus linguis loquaris.* 10) *De vita spiritali ad novum abbatem capita XCIII.* 11) *De exercitatione.* Incipit: *qui te ad virtutem ac pietatem exerces, attende tibi et caue, ne dies tuos in rebus inanibus consumas.* 12) *Eorum correctio, qui, cum vitiose vivant, honores petunt.* 13) *De virginitate et castitate.* 14) Alius sermo *de castitate.* 15) *Beatitudines LV.* 16) *Beatitudines aliae.* 17) *De recta vitae ratione capita LXXXIX.* Incipiunt: *Si rectam viuendi rationem diligis, humilitatem amplectere.* 18) *De beatitudine et miseria* [d]). Nonnulla Ephraemi

d) Addita est vita Ephraemi, a Gregorio Nysseno gr. scripta, et a Zino versa. Duae autem exstant editiones Zini. Prior prodiit Venetiis ap. Rampazetum, 1561. 12. Posterior vna cum asceticis opusculisque Nili, Marci et Isaiae, Venetiis ap. Bologninum Zalterium, 1574. 8. (non, vt Combefisius tom. I. bibl. concionatoriae p. 10. scribit, 1575.) Plura vide apud Assem. I. p. XIV. et LXXXVI. *Harl.*

mi opuſcula ex Zini interpretatione Dillingae etiam prodiiſſe ſcribit [P] *Simlerus*, et ex eo *Labbeus* tom. I. pag. 285. de S. E. nimirum a. 1562. atque adeo ante editionem Venetam (a. 1574.) quam recenſui. *Sunt enim mihi ad manus* (accuratiſſimi *Ittigii* verba ſunt praef. ad librum de bibliothecis patrum p. LXXIII.) *diuina quaedam S. Ephraem opera e graeca lingua in latinam verſa, Petro Franciſco Zino interprete, Dillingae* 1562. *apud Sebaldum Mayer.* At enim *Tentzelius* p. 281. diſſ. ſelect. negat, quod Dillingana editio Zino debeatur, *quae enim Dillingae* a. 1563. *impreſſa mihique ad manus ſunt, obſtetricante* Iacobo Menchuſio Belſtano *lucem publicam adſpexerunt, qui in dedicatione refert, duos ſibi ad manus fuiſſe antiquos codices latinos MSS. ob varias lect. nonnihil diſcrepantes. Duabus quoque partibus abſoluuntur opuſcula Ephraemi ab ipſo edita, prior conſtat libellis* quinque de tremendo die iudicii et reſurrectione vniuerſali, de iucunditate et gaudio ſupernorum ciuium et regni coelorum, de munditia animae et laudibus CHRISTI, *poſterior continet* monita B. Ephraem de defectu religionis, de poenitentia [e]). *Gallice* vertit pleraque *Franciſcus Feuardentius,* Pariſ. 1579. 1583. 1590. 1602. 8.

Gerardi Voſſii Tungrenſis editio, quam totam recenſent Labbeus, Caueus, [Oudin. et Aſſemann.] primum lucem vidit Romae tribus vol. quorum I. 1589. II. 1593. [f]) et III. 1597. fol. prodiit. Recuſa auctior Colon. 1603. et 1619. (cuius editionis exemplaribus quibusdam praefixus a. 1675.) et Antwerp. 1619. Sermones aliquot ex eiusdem interpretatione prodierant Romae 1582. 4. [g]) et Ephraemus de paſſione CHRISTI et threni ſanctiſſ. Virginis prope crucem ſtantis ibid. 1585. 12. Pariſienſem editionem Operum Ephraemi ex Voſſii verſione memorat Combefiſius in bibl. concionatoria, tom. I. p. 10. memoriae, ni fallor, lapſu pro Antwerpienſi, niſi *Claudii de Chantelou* bibliothecam aſceticam, Pariſiis a. 1661. 4. ſex voluminibus editam intellexit, cuius tomo II. et III. multa Ephraemi latine continentur. [v. Aſſem. p. C. ſq.] Quae in Voſſiana editione deſiderantur Ephraemi *Cantica in natiuitatem Domini et Epiphaniam* ſiue *de Maria et magis,* ex ſyriaco latine reddita per *Abrahamum Ecchellenſem,* vulgauit *Io. Baptiſta Marus* [h]) presbyter Romanus I. V. D. et collegiatae eccleſiae S. Angeli in foro piſcium canonicus. Rom. 1645. 4. *Fabr.* Praeterea *Bollandini ſocii*

e) Enimuero Tenzel et Fabricius errant, confundendo binas Dilinganas editiones. Prior enim edit. a. 1562. complectitur opuſcula, a Zino conuerſa; poſterior autem a. 1563. obſtetricante Iac. Menchuſio in lucem emiſſa continet quosdam Ephraemi ſerm. anonymo interprete, quos idem Menchuſius in praef. recenſet, adnotante *Aſſem.* p. XIV. ſq. *Harl.*

f) Emendandae Tentzelii diſſ. ſelectae p. 279. vbi legitur editionem anni 1589. recuſam auctius a. 1593. [Tertium vol. MDXCVIII. euulgatum eſſe, ſcribit *Aſſemannus* I. p. XVI. vbi et p. LXXXVIII. ſqq. copioſius recenſet edit. Voſſiau. *Harl.*]

g) *Aſſemann.* I. pag. XVII. notam anni 1582. ex errore typographico ortam eſſe ratus, oſtendit, illam *romanam* quinque ſermonum Ephraem. edit. prodiiſſe cum ſcholiis Voſſ. ex typographia Vaticana, 1592. 4. et pag. C. dat indicem illorum V. ſermonum pleniorem. *Harl.*

h) Idem *Marus* edidit ſermones aliquot S. Auguſtini e bibl. Vaticana et Barberina cum notis Rom. 1644. 4. Eius ſermonem in natali S. Iohannis Baptiſtae. ibid. 1647. 4. Acta SS. martyrum, Paternuthii Copretis et Alexandri. 1645. 4. Victoris papae III. ſermones. 1615. 8. et Petri Damiani opuſcula de viris illuſtribus Caſinenſibus 1655. 8.

in Actis Sanctorum, 1. Febr. 16. Martii, 9. et 14. Iunii quaedam Ephraemi opuscula ex Vossii interpretatione, et vitam S. Abramii, eremitae, d. XVI. Mart. etiam graece p. 741. ediderc. v. *Assem.* prol. ad I. vol. p. XV. et C. — *Io. Cardinalis Bona* rerum liturgic. libr. I. cap. IX. p. 86. Paris. 1678. hymnum Ephr. in liturgia, quum incensum offertur, canendum, e syriaco latinum euulgauit, cuius initium: *Gloria Trinitati.* Sed hic hymnus, ad normam quidem rhythmi Ephraemitici, qui septem constat syllabis, elaboratus, de quo Tillemont. tom. VIII. p. 758. non esse Ephraemi ipsius, ait *Assemann.* in bibl. orientali tom. I. p. 60. et in prolegg. ad tom. I. Opp. Ephr. p. XVI. *Harl.* — De scriptis Ephr. cf. *Gaab* Züge zu einer pragm. Biogr. Ephraem des Syrers in Paulus Memorab. I. p. 136.

[*] XII. Cum Ephraemo, Syro, de quo hactenus dixi, non confundendus *Ephraim*, itidem Syrus ex Comite orientis Antiochiae (circa a. Chr. 526. teste Theophane et Euagrio IV. 6.) episcopus a. 545. cuius mentio in vita Simeonis, stylitae, iunioris tom. V. Maii p. 317. 335. quique laudatur Actione X. concilii Chalcedon. [i]) et ex cuius scriptis excerpta ap. *Photium* cod. CCXXVIII. et CCXXIX. vbi verba ὃς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας ἡγεῖτο, A. Schottus [k]) male vertit *qui de sacris Antiochiae legibus narrat,* sensus enim est, eum sacra tunc Antiochiae moderatum, siue ecclesiae episcopum fuisse, vt notauit *Pearsonius* part. I. Vindic. Ignatii cap. X. Vixit adhuc a. Chr. 546. quo subscripsit Iustiniani, imp. edicto aduersus tria capitula *sui potius honoris quam veritatis dilector*, vt scribit *Facundus* sub extremum libri IV.

Ephraemus, CPolitanus, qui versibus iambicis chronicon scripsit, MS. in bibl. Vaticana, ex quo subinde quaedam citat *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 699. 701 sq. 725. 776. et de Psellis p. 42. Scripsit circa saeculi XIV. vt videtur, initia.

Ephraemi, Chersonis episcopi, (al. archi-Episcopi et martyris,) sermonem περὶ τῶν θαυμάτων τοῦ ἁγίου Κλήμεντος p. 90. de Simeonum scriptis memorat Allatius. Incipit: ἐξελθόντος Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου Γαλιλαίας. Alium sermonem memorat idem p. 93. et 96. περὶ τοῦ θαύματος τοῦ εἰς παῖδα γενομένου παρὰ τοῦ ἱερομάρτυρος καὶ Ἀποστόλου Κλήμεντος. Incipit: Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν ἁγίοις αὐτοῦ εὔκαιρον μετὰ τοῦ Προφήτου. Hunc posteriorem latine dedit *Surius* 29. Nov. graece et latine *Cotelerius* tom. I. Patrum Apostolicor. ad calcem Clementinorum pag. 811. edit. Amst. *Fabr.* Posterior sermo exstat gr. in cod. *Augustano Vindel.* (v. *Reiser.* catal. pag. 2. nr. 11.) et in cod. *Mosquensi*, teste cl. *Matthaei* in notitia codd. gr. bibl. Mosquens. pag. 37. nr. 8. Add. *Assemann.* prol. ad vol. I. Opp. pag. XI. fin. *Harl.*

Ephraim

i) Fabricium erroris arguit *Assemann.* Prolegg. ad vol. I. pag. XI. §. XII. atque animaduertit, Ephraemum, qui laudatur actione X. concilii Chalced. non esse Antiochenum patriarcham, sed Edessenum diaconum; Antiochenum vero laudari in concilio Lateranensi sub S. Martino et in concilio CPolitano III. s. sexto generali aduersus Monothelitas, act. X. concil. Labb. tom VI. p. 907. et 925. — Plura vid. infra vol. IX. inter scriptores in *Photii* bibl. censurae subiectos, p. 477 sqq. Sermonem *ad Ioannem. monachum*, tribuere malit Assemannus Ephraemo Antiocheno. v. supra inter sermones tom. III. editos pag. 407. adnotata. *Harl.*

k) Decepit Schottus Vsserium, Sirmondum, Blondellum, Riuetum et Albertinum pag. 886. de Eucharistia, quos reprehendit *Colomesius* p. 68. Obseru. sacrar.

Ephraim, monachus et *hegumenus,* in monasterio S. Pauli Latris in Patruo, cuius mentio in nota, codici antiquo graeco Operum Ephraem Syri adiuncta, apud *Montfauconum* p. 78. Palaeographiae graecae.

Ephraim, Mylassae in Caria episcopus, et ab hoc diuersus.

Ephraim Cariae, monachus, vnus e melodis siue hymnographis Graecorum.

CAPVT VII. (olim XI.)

De S. Epiphanio et aliis graecis scriptoribus, qui Haereticorum historiam tradidere.

I. *S. Epiphanius, Constantiae Cypri episcopus.* II. *Alii Epiphanii circiter viginti.* III. *Epiphanii Constantiensis operum editiones et codd. MSS.* IV. *Scripta genuina edita.* V. *Perdita.* VI. *Dubia vel ad iuniorem Epiphanium referenda.* VII. *Inedita.* VIII. *Alii graeci de haeresibus scriptores vberiores, Irenaeus, Theodoritus, Leontius, Euthymius Zigabenus, Nicetas Choniates.* IX. *Alii breuiores, vt Iosephus, Hypomnestici scriptor, Anastasius Sinaita, Sophronius, Timotheus, presbyter, Io. Damascenus, Io. Zonaras, Matthaeus Blastares* etc.

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

S. EPIPHANIVS, Palaestinus Eleutheropolitanus, linguarum l), hebraicae, syriacae, aegyptiacae, graecae et ex parte latinae peritus, factus est episcopus Constantiae, (quae antea Salamis,) in insula Cypro ab a. Chr. 367. vbi tanta sanctitatis laude vixit, vt ante a. Chr. 647. Epiphanii nomine templum iam a Cypriis consecratum fuisse constet ex Anastasii Sinaitae quaest. XCIV. quod a Sabino, eius discipulo, suscitatum et vniuersae euangelicae historiae picturis decoratum narrat *Theodorus Studita* m) in antirrhetico secundo pag. 130. tom. V. Opp. Sirmondi, et Synodus VII. Act. VI. Multa de eo narrantur miracula s. fabulae. Obiit in itinere n), proximus vel etiam maior centenario a. Chr. 403. die 12. Maii. Vita, quae sub

l) *Hieron.* contra Rufin. p. 151. b. 158. c. edit. Francof. adde *Petav.* ad Epiphan. pag. 8.

m) Verba *Theodori* sunt: Ἐπιφάνιον ἴσμεν καὶ ἅγιον καὶ μέγιστον ἐν θαυματουργίαις οὗ νεὼν ἤγειρε μετὰ πότμον Σαβῖνος ὁ ἐκεῖνος (interpres vertit *domesticus* quasi legerit οἰκεῖος) αὐτοῦ μαθητὴς διαγεγραμμένον ἐκ πάσης εὐαγγελικῆς ἱστορίας. Ibidem meminit orationis, quam in laudem Epiphanii habuit Leontius, Neapoleos in Cypro episcopus: ἀλλὰ γὰρ καὶ Λεόντιος ὁ τῶν λόγων τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἐξηγητὴς ἐν αὐτῇ τῇ Κύπρῳ τῆς ἐκκλησίας Νεαπόλεως ἀρχιερατεύσας, περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων, ὁποῖος ἦν ἀκράδαντος, ὁ περὶ αὐτὸν λόγος διδάσκει τρανώτατα, μηδὲν περὶ τοῦ θείου Ἐπιφανίου ἀπηχὲς φθεγξάμενος. Synodus VII. siue Nicaena secunda, tom. III. Binii pag 654. καὶ γὰρ ναὸν ἀνεδείμαντο ἐν τῇ Κυπρίων νήσῳ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ὀνομάσαντες αὐτὸν τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς (Ἐπιφανίου) καὶ μετὰ πολλῶν εἰκονικῶν στηλογραφιῶν καὶ αὐτοῦ εἰκόνα ἐν τῷ ναῷ ἀνέθηκαν. *Fabr.* De cod. S. Euangelii, manu Georgii, sacerdotis Rhodii, *in templo Magni Epiphanii* reposito, v. *Montfauc.* Palaeogr. gr. pag. 63. *Harl.*

n) *Socrates* VI. 14. *Sozom.* VIII. 15. *Niceph.* XIII. 13. Hist.

ſub *Ioannis* et *Polybii,* diſcipulorum Epiphanii, nomine fertur ex Sim. Metaphraſte, (latine apud Lipomannum tom. VI pag. 35. et Surium ad 12. Maii) graece et latine tom. II. Epiphanii edit. Petau. pag. 318 353 — 383. exiguam [*] fidem meretur et longe iuniorem ſcriptorem arguit, vt agnoſcunt viri docti, et iam pridem *Baronius* ad a. Chr. 372. nr. CX. profeſſus eſt, *auctorem eſſe mendacem, multaque finxiſſe.* Confer *Dan. Papebrochii* reſponſionem ad exhibitionem errorum Sebaſtiani a S. Paulo, Artic. XII. §. 9. et in Actis Sanctor. tom. III. Maii XII. p. 36. ſeq. Videndus etiam de Epiphanio *Iulius Bartoloccius* tom. I. bibliothecae rabbinicae p. 424. ſq. et D. *Spizelius* Academia vet. Ieſu Chriſti p. 105. ſeq. Ineditum graecum ſcriptorem vitae Epiphanii noſtri laudat et ex eo aliquid profert *Cangius* in δύο δύο et alibi. *Fabr.* Vitam, quae ſub nomine Ioannis et Polybii circumfertur, parum fidei mereri, etiam adfirmant *Tillemont* in Mem. eccleſ. tom. X. part. III. pag. 803. ed. Par. 1705. 4. not. 1. (qui a p. 484 — 521. perſequutus eſt vitam ſcriptaque Epiphanii; pag. 802 ſqq. ſcripſit Notes ſur S. Epiphane;) *Oudin.* in comment. de ſcriptor. eccleſ. tom. I. col. 527 ſq. *Caueus* in hiſt. litter. ſcriptori eccleſ. vol. I. (Baſil. 1741. fol.) pag. 231 ſqq. (cui quidem Epiphanius parentibus videtur ortus eſſe iudaeis, quod auctor vitae memor. tradit; quem tamen ipſe Caueus incerta, ne dicam magnam partem fabuloſa narrare iudicat,) *Iacq. Ge. de Chauſepié* in Nouveau diction. hiſtoriq. tom. II. voc. *Epiphane,* not. *A.* qui not. *B.* de Epiphanii ſcriptis horumque editt., copioſe agit, et alii. Multa dici poſſent de odio eius aduerſus Origenis dogmata eiusque inde ortis cum Ioanne, epiſcopo Hieroſolymitano, et Ioanne Chryſoſtomo, epiſcopo CPolitano, litibus rixisque immodeſtis, de eius ingenio acerbo et violento, ſtilo haud polito placitisque, de eius virtutibus et vitiis: ſed breuitatis ſtudio, nolo repetere, quae vberius expoſuerunt praeter memoratos viros doctos, *Hieronymus* de viris illuſtr. cap. XCIV. ibique adnotatores pag. 203. ſq. in I. A. Fabricii bibl. eccleſiaſtica. — *L. Ell. du Pin* in nouv. Biblioth. tom. II. p. 295 ſqq. (contra *Scultetum,* qui in Medulla theologiae patrum p. 711 ſqq. Francof. 1634. 4. Epiphanium tamquam aduerſariam diſciplinae pontifici rom. addictorum, ſaltem diſſentientem ſiſtere ſtuduit, acerbe disputat;) *Stolle* in Nachricht von den Kirchenvät. p. 325 ſqq. (qui multos alios laudat,) — *R. Ceillier* in Hiſt. gen. des Aut. eccleſ. tom. VIII. p. 631 ſqq. — *Dallaeus* de vero vſu patrum p. 272. aut ed. Geneu. a. 1632. p. 138. 376 ſq. — *I. G. Walchius* in Hiſt. eccleſ. N. T. pag. 1322. ſqq. — *Chriſti. Frid. Roesler* in Bibliothek der Kirchenväter, part. VI. ſiue periodi II. part. II. paene tota, in qua Ancoratus, praecipue Panarii ſummam dedit, doctasque adiecit obſeruatt. — anonymus (Abb. *Iac. Gervais,* qui multa bene docteque, multa vero praue et nimio partium ſtudio abreptus ſcripſit, et p. 405 ſqq. Scultetum mem. copioſe refutare adgreſſus eſt,) in: L'Hiſtoire et la vie de St. Epiphane — avec l'analyſe des Ouvrages de ce Saint, ſon Apologie contre les Proteſtans, et des Notes critiques et hiſtoriques. Paris. 1738. 4. *I. Matth. Schröckh.* chriſtl. Kirchengeſch. part. X. pag. 1. ſqq. vt alios hiſtoriae eccleſiaſticae conditores praetermittam. — A Photio in narrat. de Manichaeis repullulantibus edita a *Montfauc.* in Bibl. Coiſlin. p. 349 ſqq dicitur p. 354. ὁ πολὺς ἐν θαύμασιν Ἐπιφάνιος. — Vita Epiphanii, auctore Ioanne, Epiphanii diſcipulo, et Polybii, epiſcopi ciuitatis Rhinocurorum, in reliqua vitae Epiphanii, in cod. IX. (qui continet vitas et politias quorumdam patrum,) nr. V. et VI. plut. XI. bibl. *Laurent. Medic.* teſte *Bandin.* in cat. codd. gr. illius bibl. I. pag. 503. et ibid. pag. 100. de cod. IV. plut. VI. ſub fin. inter vitas Sctorum eſt excerptum ex Epiphanii vita. — Vita et miracula

Epi-

Epiphanii Constant. in bibl Bodlei. in cod. *Barocc.* CCXL. — Fragm. vitae in cod. *Vindob.* CCLI. qui locos Epiphanii aliorumque multorum communes aliaque continet, et a *Lambec.* V. p. 325 sqq. copiose recensetur. — Vita Epiphanii et loca ex eius libris in *Niconis* collectione locorum S. S. et scriptor. eccl. in cod. *Coislin.* XXXVII. (*Montfauc.* bibl. Coisl. p. 111.) — ex vita eius loca in cod. CXVII. et CXXII. (id. ib. p. 191. et 198.) — In cod. *Mosquensi* synod. XLI. vita Epiphanii et Polybii episc. in Epiphanium, (v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 61.) etc. *Harl.*

II. *Alii Epiphanii.*

Ab hoc distinguendi 1) *Epiphanius, patriarcha CPol.*, ab a. Chr. 520 — 535. de quo multa in vita S. Andreae τȣ σαλȣ apud *Papebrochium* tom. VI. Maii [o]). Illius et *Hormisdae, pontificis,* epistolae mutuae leguntur latine in conciliorum collectione Biniana tom. II. et Labbeana tom. IV. Eius decretum contra Seuerum et Petrum legitur in Synodo V. tom. II. *Binii* p. 755. [p]) Ad hunc Epiphanium Nouellae Iustiniani, imp.

2) *Epiphanius, scholasticus* [q]), circa eadem tempora clarus versione latina historiae ecclesiasticae tripartitae, quam in compendium Cassiodorus [r]) misit, et codicis encyclii [s]) episto-

o) Conf. *Lambec.* comm. B. Vindob. VIII. pag. 804 sqq. cum nota Kollarii. — In cod. CXIV. *Barocc.* bibl. Bodl. est *Epiphanius*, patriarcha, de excommunicatione Latinorum per Graecos propter controuersiam de processione Spiritus S. — *Monachii* in bibl. Bauar. cod. CXVIII. liber, quomodo et quando Latini a Graecis separati sint, (cat. codd. gr. Bau. pag. 50.) — In *Nicetae Choniatae Acominati* Panoplia, cod. Baluz. est in tomo X. decretum *Epiphanii*, patriarchae CPolit. et synodi, ibid. congregatae, contra Seuerum, Zooram et Petrum, Monophysitas, teste *Montfaucon.* in Palaeogr. gr. pag. 331. *Harl.*

p) Vide infra de concilior. editt. vol. XI. pag. 424. vbi quoque memoratur indiculus directus a Ioanne, episcopo, vel ab *Epiphanio, presb. de Thessalonica:* ibid. pag. 431. sqq. In concil. edit. reg. tom. XI. Labbei tom. V. et Harduini tom. II. an. 536. de actis concilii CPol. sub Mena, occurrunt Hormisdae ep. ad *Epiphanium CPol.* — Ioannis CPolit. epist. ad *Epiphanium, Tyri episcop.* — *Epiphanii Tyrii* et aliorum ad Ioannem CPol. — Sententia *Epiphanii, patriarchae CPolit.* et synodi contra Seuerum et Petrum. — Canonum epitome, neque accurata, neque antiqua, nomine *Epiphanii*, CPolitani, ad Iustinianum, imp., titulis 136 arabice, in cod. CXVIII. 29. bibl. publ. *Paris.* v. cat. codd. Paris. I. pag. 114. *Harl.*

q) *Sigebert* de script. eccles. cap. XII. *Voss.* de Hist. lat. p. 257. *Fabr.* Conf. *Fabr.* B. L. med. et inf. aet. tom. II. pag. 101 sq. ed. Mansi, vbi de historia tripartita, de versione lat. cod. encyclici, et versione lat. antiqq. iudaic. Iosephi atque Clementis Alexandr. adumbrationum, quae Epiphanio scholast. a nonnullis tribuuntur, ac de editt. copiosius agitur. Item differitur de eo eiusque scriptis a *Guil. Caue* l. l. vol. I. p. 495. *R. Ceillier* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. XVI. p. 186. *Hamberg.* Z. N. III. pag. 354 sqq. *Harl.*

r) *Cassiodor.* diuin. lect. cap. XVII. et praef. ad hist. tripartit. *Fabr.* Vide supra in vol. VII. p. 425 sqq. et add. cod. chart. saec. XV. in bibl. S. Michael. *Venet.* teste *Mittarellio* in Bibl. codd. msst. p. 342. qui adnotat, in eo cod. varias lectiones non raro legi; et cod. *Patauin.* bibl. patrum Eremit. indice *Iac. Phil. Tomasino* in Bibl. Patauin. msstis. pag. 76. *Harl.*

s) Idem *Cassiodor.* cap. XI.

epistolarum synodalium a. 458. pro defensione concilii Chalcedonens. ad Leonem. imp., qui in Labbei et Baluzii [t]) conciliis editus est [u]). Videtur et idem elaborasse in transferendis Cassiodori suasu antiquitatum iudaicarum libris Flauii Iosephi, et Clementis Alex. in epistolas canonicas adumbrationibus, de quibus alibi dixi. Commentarium Didymi in Prouerbia et Epiphanii, antistitis Cyprii, volumen breue in Canticum Canticorum ab amico suo, viro disertissimo, Epiphanio, transferri se fecisse testatur Cassiodorus cap. V. diuinar. lect. Eiusdem Didymi expositionem VII. epistolarum canonicarum, id. cap. VIII. Sed hae tres versiones editae non sunt, quod sciam.

3) *Epiphanius, diaconus Catanensis,* in Sicilia, qui interfuit synodo Nicaenae II. a. Chr. 787. *Fabr.* v. *Mongitor.* Bibliothec. Siculam, tom. I. p. 184. *Caue* l. c. I. p. 640. ad a. 787. *Harl.*

[*] 4) *Epiphanius,* Cypri archiepiscopus, iunior, cuius nomine a. Chr. 680. in Synodo sexta actione XVIII. subscripsit Theodorus, Trimethuntis episcopus, vt Petauius Simondus monuit. *Fabr.* *Epiphanii, archiepiscopi Cypri,* (num huius iun. an tertii?) in Hexaëmeron, gr. in cod. *Veneto* D. Marci LXIV. inc. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν. etc. plura dabit auctor catal. codd. Marc. gr. p. 44. An ad hunc pertinet, quod infra nr. IX. inter scripta Epiphanii Constant. perdita numeratur? Fabric. in indice suo h. v. Epiphanio, Cypri episc. iuniori, adscribit sermones, quos in sanctor. elogiis et vitis. vol. IX. p. 94. 111. 113. et 129. indicat. *Harl.*

5) *Epiphanius,* Cypri archiepiscopus, tertius hoc nomine, de quo Caueus ad a. Chr. 870. Eius epistola ad Ignatium, patriarcham Constantinopol., tom. III. concil. Binii edit. 1618. parte II. p. 731.

6) *Epiphanius,* monachus ac presbyter, ex cuius libello de vita B. Mariae Virginis nonnulla adfert *Allatius* ad Eustathii Hexaëmeron p. 285. et de Simeonum scriptis p. [illegible] ex quo posteriore loco patet, diu post Andream Cretensem et Ioannem Thessalonicensem scripsisse, quos sanctis patribus adnumerat [v]). Eiusdem περὶ τοῦ βίου καὶ πράξεων, καὶ τῆς

[t]) Qui Labbeum. ed. contulit cum II. codd. et restituit, quae in graec. ed. 1608. erant corrupta, atque Harduin. tom. II. p. 689. *Harl.*

[u]) Epistolae illustrium personarum pro concilio Chalcedonensi. latine (interpr. *Epiphanio,*) in *Surii* coll. concil. 1562. *Binii* coll. 1606. tom. II. p. 143. valde interpolatae, decurtatae et perperam auctae in ed. concil. Rom. 1608. *Harl.*

[v]) In cod. *Barocc.* CXLII. n. 20. bibl. Bodl. *Epiphan. monachi et presbyt.* character B. Virginis et Domini nostri; inc. οἱ ἀφωρισμένοι τόποι, atque auctor catal. codd. Angliae I. p. 18. addit: „idem, vt videtur, de dissidio quatuor euangelistarum circa resurrectionem Christi: incip. κατὰ Ἰωάννην Μαρία μόνη. — In cod. *Coislin.* CCXCVI. fol. 13. *Epiph.* etc. de vita sanctissimae deiparae. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 41[illegible]. [illegible] eandem, quam *Fabric.* infra, vol IX. p. 110. inter elogia et vitas Sctorum recenset vberius. — Idem [illegible] ibid. p. 54. scriptum, quod incipit." [illegible] *Allat.* de Simeonum scriptis, pag. 90.) [illegible] πολλοὶ ἀπεγράψαντο βίους, s. *Vitam S.* [illegible], *apostoli*, auctore *Epiphanio*, monacho et presbytero, refert et iam citat *Tillemont* [illegible] tom. I. memor. p. 341. qui acta fabulosa esse probat pag. 620. sq. ed. Paris. Add. *Lambec.* comm. de bibl. caesarea IV. p. 502. sq. et V. p. 55. sq. — E[illegible] *Naniano* edidit gr. cum vers. lat. et [illegible] *Io. Aloysius Mingarellius* in *Anecdotis* Anecdotis litter. tom. III. pag. 39 — 85. *Serm. de vita* [illegible]

τῦ ἁγίυ Ἀποςόλυ Ἀνδρέυ memorat *Allatius* de Simeonibus p. 90. atque accepi, exstare in bibl. regis Galliae codice MMCMLI. fol. 233. Nescio, an ab hoc diuersus statuendus sit *Epiphanius*, monachus Hagiopolita, siue Hierosolymitanus, de cuius periegesi Syriae et vrbis sanctae dixi lib. IV. cap. IV. §. 18. *Fabr.* In vol. IV. p. 663. atque pag. 670. iam animaduerti, cel. *de Sainte-Croix Epiphanii, monachi,* enarrat. geograph. Syriae et vrbis sanctae cum aliis geographis editurum esse. — add. supra in hoc vol. pag. 99. — Epiphan., presbyterum et Hagiopolitam, a Mingarellio pro vno eodemque haberi, paullo ante notatum est. A *Maittario* in A. T. tom. V. part. I. siue indice, pag. 367. adfertur liber, inscriptus: „Expositio thematum dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt; authoribus et testibus oculatis, poeta graeco anonymo, et *Epiphanio, monacho,* S. vrbis ciue logographo minime spernendo. *Fed. Morellus* Professorum et interpr. reg. Decanus, graeca e bibl. Vaticana eruta et descripta recognouit, et politicos seu dithyramb. versus graecos trimetris lat. expressit. Index non inanis accessit. Lutet. ap. Fed. Morel. typogr. reg. 1620. 4." Eodem Maitt. ibid. obseruante, eorum editio in 8. eadem est, nisi vt in hac textus Epiphanii graecus desideretur, et *Nicephori Callisti Xanthopuli* carmen, a *Fed. Morello* versum, inseratur. Huius editionis insigne, arbuscula rore rigata, cum lemmate, *Me non terra fouet, coelesti rore viresco. Harl.*

7) *Epiphanius,* cui scriptum de miraculo Eucharistiae tribuit Theophilus Raynaudus tom. VI. Opp. p. 389. Vide infra inter scripta S. Epiphanii nr. XVII.

8) *Epiphanius, diaconus,* ad quem S. Isidori Pelusiotae epistolae.

9) *Epiphanius, Pergae episcopus,* qui subscripsit concilio Chalcedonensi. Alius episcopus Heracleanus, et alius item Tyriorum, [v. ad nr. 1.] alius, cuius epistola ad Synodum V. tom. II. Binii p. 736.

10) *Epiphanius,* episcopus Afer, de quo Martyrologia 7. April.

 11) *Fla-*

simae deiparae et de ipsius annis καὶ τῶν τῆς αὐτῆς χρόνων haud eleganter, multo minus venuste scriptum. Tum sequuntur p. 84 sq. adnotatt. In prima statim nota, „Allatius, ait, in diatr. de Simeonum scriptis pag. 106. opusculi huius titulum adferens legit: καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνων· quae verba Fabric. in codice apocrypho N. T. p. 43. sic vertit: *et de eius vitae temporibus.* Attamen, Graecis minus antiquis saepe χρόνοι sunt potius *anni*, quam *tempora.*" In prooemio Epiphanium, presbyterum, auctorem illius sermonis et Epiphanium, monachum Hagiopolitam, vnum esse eundemque, ex stili similitudine colligit, nec ab eorum sententia, Epiphanium, presbyterum, esse quoque auctorem orationis in S. Andream, apostolum, est alienus: ipsum autem Epiph. neque ante vndecimum Christi saeculum, quia Hippolytum, Thebanum, saec. X. aut XI. viuentem, citet, neque post decimum tertium, quia ex illo opusculo fragmentum protulisset Nicephorus Callistus, in hist. eccl. II. cap. 23. adeoque saec. circiter duodecimo in viuis fuisse, iudicat. *Mingarellius* de eodem cod. egit in epistola ad Aegidium, fratrem suum, Bononiae 1770, quum in editum *S. Gregorii Thaumaturgi* sermonem in lucem proferret, et in cat. codd. gr. Nanianorum pag. 106. cod. LXIII. nr. 40. add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 259. sq. Id. *Mingar.* ibid. p. 94. adiecit notis breuem *S. Andreae Cretensis* vitam s. elogium e cod. Naniano CXXVII. *Harl.*

11) *Flauius Annius Eucharius Epiphanius* sub Honorio et Theodosio praefectus vrbis, A. C. 414. de quo *Iac. Gothofredus* ad cod. Theodos. lib. V. de domest. et protector. et *Gruteri* inscript. pag. CLXX. 5.

12) *Epiphanius, monachus,* ad quem epistolae S. Nili. Videndumque, an diuersus ab hoc *Epiphanius*, Lector, ad quem idem Nilus scribit.

13) *S. Epiphanius, Ticinensis* siue *Papiensis episcopus*, qui magna apud *Theodericum*, regem, gratia valebat, circa a. C. 490. cujus vitam scripsit successor Ennodius, vide *Surium* et *Bollandum* ad $\frac{22}{21}$ Ianuar. et *Sirmondi* Ennodium tom. I. Opp. Sirmondi p. 1647. seq. *Tillemont.* tom. XVI. memor. hist. eccles.

[†] 14) *Epiphanius,* chartarius, siue chartularius comitis patrimonii, cuius meminit *Ennodius* VII. 1. et 10. epist.

15) *Epiphanius, Petraeus,* Syrus, Iuliani et Vlpiani, rhetorum, discipulus, qui et in patria et apud Athenienses docuit. De illo Eunapius et Suidas [w]), qui scripta etiam reliquisset, *περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάσεων. Προγυμνάσματα. Μελέτας. Δημηγορικόν. Πολεμαρχικόν. Λόγους ἐπιδεικτικοὺς* et *σύμμικτα θεωρήματα.* Eius [illegible] in Bacchium. Sozom. VI. 25. Ad hunc Epiphanium Libanii epistolae.

16) *Epiphanius, Mileti episcopus,* qui interfuit synodo septimae, siue Nicaenae secundae, vna cum *Epiphanio, episcopo Eleuthernae* et altero *Λάμπης* siue Lampae, et *Epiphanio Hegumeno,* siue *archimandrita Paranandi,* et *Epiphanio, diacono Catanensi,* episcopi Sardiniae vicario, qui sermonem panegyricum finita illa habuit, qui latine exstat tom. III. Binii pag. 708.

17) *Epiphanius, Selybriae* in Thracia episcopus, quem Suidas narrat scripsisse *λόγον ἀντιῤῥητικὸν* aduersus iconocautas, siue eos qui imagines cremabant.

18) *Epiphanius, patriarcha,* de origine dissidii inter Graecos et Latinos, ex quo profert nonnulla *Allatius* contra Creygthonum. pag. 377. 571.

19) *Epiphanius, Alexandrinus,* sacrorum Osiridis et dei *Αἰῶνος*, siue Aeui, interpres, de quo Damascius apud Suidam. *Fabr.*

Ab *Epiphanio*, nescio quo? nec *Lambecio* in comm. bibl. caesar. IV. p. 304. satis cognito, in cod. CLXIV. nr. 4. proponuntur cuidam S. viro *quaestiones variae ex N. S.* et ad illas memorati viri sancti *responsiones.* Inc. sine vlla inscriptione: *ὁ δὲ Ἐπιφάνιος παραλαβὼν τὸν μακάριον, ἔρχεται εἰς τὸν ἅγιον Ἀγαθονίκην.*

Ad *Epiphanium, filium,* scripsit *Theo,* Alexandrinus, expositionem s. syntagma secundum in expeditos Ptolemaei canones. v. infra, vol. VIII. vet. ed. pag. 212. et *Bandini* indic. ad cat. codd. gr. Laur. voc. *Theonis.*

w) Et Eudocia in Ἰωνιᾷ p. 165. vbi legitur δημάρχης. *Harl.*

Epiphanius, (an Theonis filius?) et *Andreas* περὶ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, graece, in cod. II. *Ge. Wheleri* in catal. codd. Angliae etc. II. p. 357. nr. 9073. *Epiphanii*, *Nemesii episcopi*, fragm. ἐκ τοῦ περὶ φιλανθρώπου, in Florilegio etc. in cod. *Naniano* CXXXII. pag. 307. catalogi. *Harl.*

III. *Editiones S. Epiphanii.*

Graece primum Ancoratum, Panarium, Anacephalaeosin et librum de mensuris ac ponderibus edidit *Io. Oporinus* ex codice, quem Melanchthon et Ioach. Camerarius a Io. Lango, Erfurdiensi, acceperant. Basileae Io. Heruagii sumtu et typis A. 1544. fol. Haec editio manu Iosephi Scaligeri et Dan. Heinsii passim notata fuit in bibl. Nic. Heinsii. *Fabr.* Est quoque exempl. in bibl. acad. Erlang. — *S. Epiphanii Opp.* cum collat. codd. et notis msstis exstant in bibl. *Ed. Bernardi*, secundum cat. codd. Angliae etc. II. p. 227. nr. 7421. in bibl. autem *Leidensi* Epiph. Opp. gr. Basil. 1544. et eadem lat. per *Io. Cornar.* ib. 1578. fol. cum multis *Ios. Scaligeri* notis, margini adscriptis. v. cat. bibl. Leid. p. 39. *Harl.*

Latine eadem quatuor Epiphanii scripta ex *Iani Cornarii* versione prodierunt primum Basileae a. 1543. fol. edente eodem Oporino. Nam editiones Basil. anni 1533. et 1540. quas Elias du Pin et Guil. Caueus post Posseuinum memorant, nusquam exstant, vt recte obseruat *Casp. Sagittarius* in introductione [?] ad hist. eccles. p. 794. Et apud Gesnerum male excusum 1533. pro 1543. Ceterum in editionibus Basil. a. 1545. 1560. x) 1578. fol. Paris. 1564. 8. apud Andoenum Paruum accessit libellus de vita prophetarum ex versione *Albani Torini*, et epistola ad Ioannem, Hierosolymitanum episcopum, S. Hieronymo interprete. Et in edit. Paris. 1566. fol. Theodoritus de haereticis fabulis. Hinc *Seb. Cramoisius* in sua editione Paris. 1612. fol. non modo Cornarii y) versionem ex obseruationibus Iac. Billii lib. I. cap. 18. et lib. II. cap. 13. variis in locis emendari curauit, sed etiam adiunxit graece et latine Physiologum et sermonem in festum palmarum cum versione et notis *D. Consali Ponce de Leon*, Hispalensis, et Homiliam de sepultura CHRISTI cum versione *Stanislai Phoenicii.*

Editiones *Graecolatinae*, 1) Parisiensis, sectionibus, siue capitibus, distincta cum versione et eruditis notis Dionysii Petauii. S. I. qui praeter edit. Basileensem vsus est codice regis Galliae et variis lect. cod. Vaticani, quas Andreas Schottus cum illo communicauerat. 1622.

x) In ed. a. 1560. in fronte scriptum est: *D. Epiphanii* — contra octoginta haereses opus — — *Iano Cornario* — interprete. Vna cum aliis eiusdem D. Epiphanii operibus, partim nunc demum vltra superiorem editionem adiectis, partim etiam multo quam antea emendatioribus, quorum catalogum versa pagina ostendet. — Basil. per Ioannes Oporin. et Heruagium. At in pag. versa excusum est: Epiphanii epist. ad Ioannem, *Constantinopolitanum* episc. sed a manu docta in exemplo, quod exstat in bibl. Erlang. correctum est *Hierosolymitanum*. et ita recte excusum legitur pag. 585. edit. *Harl.*

y) Plura etiam loca in versione Cornarii castigat *Latinus Latinius* bibliotheca sacro — profana pag. 112.

1622. fol. duobus voluminibus, quae editio a Labbeo recenſetur. Quod porro Salmaſius ait, *nullam paginam verſionis Petauianae inſignibus aliquot erratis vacare*, iniquius dictum videri poſſit, niſi maiore etiam iniquitate Petauius Cornarii verſionem conculcaſſet vt *barbaram inſulſamque*, quo niſi praeeunte, dubito, an vnquam Epiphanii verſionem auſus fuiſſet, vel abſoluiſſet. Plura loca, a Petauio minus recte intellecta, illuſtrant *Salmaſius* ad Solinum, qui foeneum interpretem p. 432. vocat, et de transſubſtantiatione pag. 55. 540. et de Coma pag. 92. inprimis ſub Franciſci Franci nomine contra Cercoëtium ſiue Petauium pag. 73. ſeq. etc. *Gatakerus* toto capite XXXVI. in quo etiam permulta Epiphanii loca emendantur, aduerſar. poſtum. et ad M. Antoninum pag. 48. 135. 155. etc. *Rich. Montacutius* in apparatu ad origines eccleſiaſticas pag. 191. 206. et in originibus tom. II. pag. 11. ſeq. *Io. Croius* in ſpecimine coniecturarum ad quaedam loca Origenis, Tertulliani, Irenaei et Epiphanii, Pariſ. 1632. 8. et in obſeruatt. ſacris p. 147. 156. 160. *Pearſonius* praelect. ad Acta Apoſt. p. 51. *Dodwellus* de ſucceſſione pontificum p. 298. ſeq. *Cotelerius* p. 220. ad Chryſoſt. in Daniel. et [illegible] ad Damaſceni haereſes, atque in aliis ſcriptis, Acta Sanctor. Iunii tom. I. pag. 19. *Cangius* in Συμψέλλιον etc. Omitto *Iacobi de Ardenna*, decani Ceſtrienſis, caſtigationes in Epiphanium et Petauium de ſacra euchariſtia, de coelibatu ſacerdotum et de orationibus pro defunctis, Lond. 1683. 4. Albaſpinaeum narrat *Rich. Simon* tom. I. epiſt. ſelect. pag. 12. minatum fuiſſe, ſe effecturum, vt quaedam in notis Petauii publica cenſura condemnarentur, quod tamen non effecit.

z) Lipſienſis a. 1682. x) fol. quae Coloniae nomen praefixum gerit, et ad verbum Pariſienſem exprimit, additis, quae in illa deſiderantur, Henrici Valeſii oratione in obitum Petauii et elogio eius atque ſcriptorum elencho ex Nathanaelis Sotuelli Bibl. Ieſuitica, et Petauii elencho diſpunctiuncularum Maturini Simonii de poenitentiae ritu veteri in eccleſia, ſiue appendice ad Epiphanianas animaduerſiones, edita primum Pariſ. 1624. 8. et Gabr. Albaſpinaeo inſcripta, atque capitibus miſcellanearum exercitationum, Salmaſio oppoſitis, et ad calcem operum Iuliani, Pariſ. 1641. 4. pridem vulgatis. Memini, me ex B. Ittigio audire, *Iacobum Thomaſium*, prolegomena noua huic Epiphanii editioni praemiſſurum, multa, ad illum facientia, collegiſſe, ſed illa deinde, neſcio quam ob cauſſam, praetermiſſa. Etiam in Actis Erud. 1682. pag. 94. legas. editorem addere voluiſſe, quae Salmaſio ſub Antonii Kerkoëtii nomine Petauius reſpondit, ſed id facere veritum, quod Petauius ipſe nomen ſuum illis praeſcribere noluiſſet. *Fabr.* *Hamberg.* l. c. pag. 7. adnotat, quae *Iac. Thomaſ.* in prolegg. praemittendis, a Fabr. memoratis, de Epiphanii editt. nonnulliſque eius ſcriptis collegiſſet, ea a *Io. Gottl. Krauſe* in vmſtändlicher Bücherhiſtorie p. 262. eſſe publicata. Add. *Io. Fabr.* in hiſtor. bibl. Fabr. I. p. 116 ſqq. vbi multus eſt de ed. Colon. de Epiphanio, eius ſcriptis, erroribus et alios laudat. VV. DD. *Harl.*

Editiones

x) In cat. *Askew.* p. 57. nr. 1581. editio *Colon.* forſan per errorem typothetae citatur a *1652.*

add. quae ſcripſi in Introd. in hiſt. L. Gr. II. 2. p. 257. ſq. *Harl.*

Editiones promissae et codices MSS.

Pransos paratos in Epiphanium commentarios habere se et nouam illius scriptoris editionem curaturum professus est *Petrus Lansselius* in praefat. dispunctionis calumniarum, quas vocat, Casauboni ad quaedam S. Iustini, martyris, loca.

Multis locis emaculauit Epiphanium *Ioannes Croius*, multa correxit *Ioannes Pearsonus*, Cestriensis episcopus, teste Caueo, quae forte aliquando in lucem proferentur. Commentarium suum in Epiphanii Panarium memorat *Eduardus Bernhardus* notis ad Iosephum pag. 323.

[†] Epiphanii Panarium elegantissimis characteribus MStum se esse nactum, scribit *Caspar. Barthius* notis ad Claudianum poetam pag. 243. editionis Hanou. 1612. 8. quam iuuenis admodum edidit. Codicem MS. in bibl. publica *Ienensi* laudat *W. Ernestus Tentzelius* in dialogis menstruis, germanice editis a. 1692. pag. 883. *Fabr.* *Iac. Colletum* moliri nouam *Epiphanii* edit. in qua praecipue *Panaria* ex cod. Veneto Marc. CXXV. infinitis locis emendentur, prodit Villoison in Anecd. gr. II. p. 245. Per hanc occasionem nominabo primum codd. nonnullos, in quibus plura Epiphanii scripta sunt coniuncta, vel obiter citantur. Alios singulorum scriptorum codd. deinceps partim singulatim memorabo, — partim ad nr. 1. — Secundum *Montfaucon.* Bibl. bibliothec. MSS. I. p. 123. A. in B. *Vaticana* Epiph. de religione christiana, id. in Cantica. — in bibl. *Mediol.* Ambros. *Epiphanii* p. 513. Epiph. de paradiso et alia, it. vitae fragm. — p. 496. in sepulcrum Christi; de mensuris et ponderibus; in die palmarum sermo; opusculum de *azymis;* in die paschatis sermo; excerpta ex eodem *de Graecorum differentiis.* — pag. 619. E. in bibl. *Scorial.* regis Hisp. *Epiphanii* sermones varii, de XII. lapidibus ad Diodor. Tyrium; de sepultura Christi: (add. *Püeri* itinerar. per Hisp. p. 167.) — p. 697. D. E. bis in bibl. *Sfortiana*, *Epiphanii* sermo in sepulturam Domini et in Ioseph ab Arimathia, et in descensum ad inferos: — p. 702. C. E. in eadem bibl. Epiphan. *de signo crucis, quae adparuit Constantino M.* et serm. in sepulturam domini (rursus, p. 704. C.) et descensum eius ad inferos, et p. 707. A. in ead. bibl. Epiph. de aduentu Christi, et de passione eius auctoritates S. S. — *Mosquae* num, (vti alicubi legere me memini,) in bibl. Synod. scripta Epiph. adhuc inedita lateant, alii inquirant. In *Schiadae* quidem catal. codd. gr. in bibl. synodali pag. 58. generatim memorantur *Epiphanii Cypri*, *Anastasii* Sinaitae et aliorum *varia theologica.* — In cl. *Matthaei* notitia codd. gr. Mosq. praeter orationes quasdam et fragmenta in catenis, nullius scripti inediti Epiph. mentionem reperi. Forsan V. ille doctus in pleniore catalogo quaedam in lucem producet. *Harl.*

IV. *Scripta genuina, quae exstant.*

1. *Ancoratus*, tom. II. pag. 1. ἀγκυρωτὸς veluti ancora quaedam fidei, ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νοῦν ἄγουσα. *expositio fidei catholicae aduersus octoginta haereses breuiter asserta,* scriptaque ad Tarsinum, Matidium, Numerium. aliosque

pres-

presbyteros et monachos, Suedris Pamphyliae degentes, et ad Palladium ac Seuerinum, magistratus, anno Diocletiani XC. Valentis decimo, Gratiani sexto, vt diserte traditur tom. II. pag. 1. et 123. hoc est A. C. 373. [aa]) Hic liber ab Epiphanio dictatus et ab Anatolio quodam, qui pag. 125. nomen suum non dissimulat, calamo exceptus, memoraturque S. ... VIII. 15. Graece et latine cum versione et notis *Viti Amerbachii*, et quibusdam Ioh. Chrysostomi Homiliis prodiit Augustae Vindel. 1548. 8. Photius Ancorati meminit, vocatque ... Πανάριον, cod. CXXIII. quae descriptio rectius conuenit ἀνακεφαλαιώσει, de qua inferius num. III. Ex capite XII. et XVI. Ancorati excerpta sunt, quae MSta memorat *Lambecius* III. pag. 163. 164. *Fabr.* In edit. Kollar. p. 486. sq. de cod. caes. LXXXIX. nr. 23. Est fragm. ex Panario, et quidem ex refutatione haereseos 78. Antidicomarianitarum appellatae, de Iosepho, sponso Mariae et de eiusdem liberis ex prima vxore, Salome. Id fragmentum mstum, obseruat Lambecius, non mediocriter differre ab edit. Epiphanii, Paris. 1622. p. 1039. — In cod. caesareo LXXVII. nr. 68. et 69. sunt ex Ancorato c. 12. et 16. excerpta s. explicationes ep. Paulli ad Cor. I. 2. vers. 10. et Matth. XXIV. 36. ac Marci XIII. 32. Lambec. III. p. 405. et Kollar. not. In cod. CXXVII. nr. 4. est liber I. Panariorum ita vt ... in aliud opus Epiphanii, Ἀνακεφαλαίωσιν, transiliret, delibatis ex eo Meletianis etc. quod vberius ostendit *Kollar.* in supplem. ad Lambec. pag. 738 sq. tum, eodem ..., sequitur nr. 6. haeresis Epiphanii LVIII. s. LXXVIII. quam *Antidicomarianitarum* [bb]) vocat, et nr. 7. haeresis LXVIII. siue LXXX. contra *Massalianos* [cc]), quibus coniunguntur *Martyriani*, qui e Graecis sunt, et *Euphemitae* ac *Sataniani*: nr. 13. ac 15. est sylloge variorum quaesitorum, in sacras potissimum litteras, ex Epiphanio, Anastasio, Theodoreto multisque aliis excerptorum. — Ex Epiphanii Panario atque Anchorato et de XII. lapidibus eiusdem sunt loca in Anastasii quaestionibus ac responsionibus etc. in cod. *Coislin.* CXV. et locus e Panario, in cod. CXX. teste *Montfauc.* in Bibl. Coisl. p. 188. et 193. — Eodem auctore in diario ital. pag. 365. *Epiphan. de haeresibus.* ... Florent. in cod. bibl. eccl. annuntiat. — *Florentiae* in bibl. Laurent. in cod. IV. plut. 6. qui continet expositiones sacrorum praeceptorum, Epiphanii occurrunt loca plura ἐκ τῶν κατὰ αἱρέσεως τῶν λεγομένων ἀποστολικῶν etc. tum ἐκ τῶν πανταρίων et ex libro περὶ πίστεως λόγε. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 98. sq.) — in cod. XII. plut. 6. reperiuntur 1) synopsis Anchorati, 2 et 3) epistolae ad Epiphanium; 4) huius responsum, quod vniuersam fidei doctrinam s. *ancoram* etc. complectitur. In hoc cod. *Ancora* continet CXVIII. capp. quibus *Panarii* pars, tum partes libri de mensuris ac ponderibus, et *interpretatio nominum hebraicorum* adnectuntur; cum vberrimis scholiis margin. praecipue in expositionem fidei, quorum vnum ... *Bandin.* libr. mem. I. p. 118. — In cod. XVI. plut. 9. qui *Nili monachi varia* continet, sunt plura ex Ancorato excerpta. (*Bandin.* I. pag. 413.) — et in cod. I. nr. 24. quaedam ex libro I. de haeresibus. (*Band.* I. p. 469.) — In cod. XXI. plut. 59. fragment. operis, Ancora s. expositio etc. inscripti; praemissis vita Epiphanii et epistolis Matidii etc. ac Palladii ad illum

aa) *Tillemont* l. c. Not. 3. docet, scriptum esse Ancoratum ante 25. Febr. a. 374. *Harl.*

bb) v. *Walch* Entw. einer vollst. Gesch. der Ketzereien etc. tom. III. p. 577. sq. et *Lambec.* VIII. p. 297 sqq.

cc) Conf. *C. G. F. Walch* l. cit. III. p. 481 sqq. 491 sqq. infra vol. IX. p. 392. not. de Photii ... LII.

lum (*Bandin.* II. p. 538.) denique in cod. VIII. nr. 20. vbi excerpta theologica de Spiritu S. sunt collecta, laudantur quoque loca ex Epiphanii Ancorato. (*Band.* III. p. 324.) — *Oxon.* in cod. Barocc. CCVI. f. Anastasii quaestion. et respons. sunt loca ex Epiphanii Ancorato, ex libro de lapidibus in pectorali sacerdotis, et in aliis de CXXII. prophetis et prophetissis, et de XVI. prophetis ac morte ipsorum. — *Parisiis* in bibl. publ. cod. DCCCXXXV. Epiphanii 1) *Panarii* liber tertius; 2) *Ancoratus;* 3) *Panarii* epitome; 4) lib. de ponderibus et mensuris. — In *Ioseph: Mariae Thomasii Institution. theologicis antiquorum patrum* (III. voll. Romae ex typograph. congregat. de propaganda fide, 1709. 1710. 1712. 8.) est in vol. tertio *Epiphanii* Ancoratus, breuis expositio fidei catholicae, atque Anacephalaeosis, gr. ac lat. cum variis emendatt. quibus Petauii editio erudite castigatur. v. Lips. act. erud. a. 1714. m. Mart. p. 123 sq. et *Fabr.* infra in vol. XIII. p. 749. sq. Summam *Ancoratis, Panarii* atque *Anaceph.* fecit *Schroeckh* l. c. pag. 14 — 96. et excerpta dedit *Roesler* in: Bibl. der Kirchenväter, tom. VI. pag. 4 sqq. *Harl.*

2. Πανάριον, *arcula*, siue *canistrum* plenum remediis aduersus venena haeresium LXXX. *αὐτὸ τοῦτο Πανάριον εἴτ' οὖν κιβώτιον ἰατρικὸν καὶ θηριοδηκτικὸν, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἱρέσεις ὀγδοήκοντα, αἵτινές εἰσι θηρίων εἴτ' οὖν ἑρπετῶν αἰνίγματα* (f. *δήγματα.*) Sic Epiphanius ipse, titulum operis sui explicans in anacephalaeosi et in epistola ad Acacium et Paulum, presbyteros et archimandritas in regione Carchedonensis et Beroeae Coeles Syriae, a quibus ad confutandos haereticos inuitatus est anno Diocletiani XCII. Valentiniani et Valentis duodecimo, Gratiani octavo, [dd]) hoc est A. C. 375. per epistolam, quam pertulit Marcellus quidam, et quae cum Epiphanii [p] responsione panario, totum prius volumen in edit. Petau. implenti, praemittitur. Πανάρια vocant Anastasius Sinaita, Photius cod. CXXIV. Suidas: Arethas in Apocalyps. 3. et 6. Παναρίων βιβλίον. Mich. Glycas epist. ad Nilum, monachum, apud Allat. pag. 29. de purgatorio. Πανάριον Epiphanii codices et Oecumenius in Epist. Iudae pag. 346. Laudant praeterea hoc aduersus haereses opus plerique veteres, vt Hieronymus et qui *ἱερὰν βίβλον* vocat Theodorus Studita lib. I. epist. 40. Ex Epiphanio librum suum de haeresibus excerpsit *Io. Damascenus.* Igitur et in codice MS. Vindobonensi apud *Lambecium* VIII. p. 426. [ee]) Damasceni liber inscribitur *τοῦ μακαρίου* Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου

dd) Anno Gratiani nono Valentis decimo tertio, Valentiniani iunioris primo scribere se ait haeres. LXVI. 20. tom. I. p. 638. *Fabr.* *Pagius* in critic. Baron. ad a. Chr. 375. nr. X. p. 427. tom. V. demonstrauit, *Panarium* a. Chr. 374. scriptum esse videri. Vide *Saxii* Onom. I. p. 425. — Conf. *Schroeckh* loco ante laudato, *Bayle* Diction. v. Epiphane p. 43. sq. not. B. et *Sculteti* medull. theologiae patrum p. 549. sqq. ed. Francof. *Harl.*

ee) Pag. 898 sqq. cum not. Kollarii. — In cod. *Coislin.* XXXIV. est fol. 190. verso Epiphanii de haeresibus, i. e. pars ipsius epistolae ad Acacium et Paullum: sequuntur summaria initio tomorum *Panarii* praefixa, vsque ad haeresin Theodotianorum, quae est 8. libri 2. tom. I. fol. autem 195. *Epiph.* de haeresi Massalianorum fine initio, et eodem folio verso iterum de Massalianis ex Theodoreti H. Eccl. l. IV. cap. 10. Est autem, (vti adnotat et plura de argumento cod. disputat *Montfauc.* in Bibl. Coisl. pag. 88.) liber de haeresibus a Mich. Lequien adsertus *Io. Damasceno*, particulas memoratas ex Epiphanio et Theodoreto in suum librum ad verbum transferente. — Pariter Huetius *philosophumena,* quae sub *Origenis* nomine circumferuntur, Epiphanio nostro

Κύπρου διήγησις σύντομος τῶν ἐκτεθεισῶν αἱρέσεων πασῶν ἤτοι δογμάτων. Sequutus et Epiphanium Philaſtrius eſt, licet non laudet de nomine, vti nec Theodoretus, de quo vide, ſi placet, *Garnerium* in auctario Operum Theodoreti p. 245. 489. 491. Auguſtinus vero non videtur Panarium Epiphanii legiſſe, neque *ἀνακεφαλαίωσιν*, quam habemus, ſed tertium aliquod de haereſibus opus, in ſex breues tributum libellos, vt narrat in praef. et haereſi 57. vt adeo de haereſibus illis octoginta in pluribus ſcriptis ſuis diſſeruerit, niſi *ἀνακεφαλαίωσιν* in ſex libellos olim tributam fuiſſe dicamus, vti Panarium ipſum diuiditur in libros tres, et libri ſinguli iterum in tomos, primus in tres, ceteri duo in binos, vt ſeptem libri prodeant. Auditorem adloquitur Epiphanius haereſi LXIV. 5. *ὅπως γνῷς, ὦ Φιλόκαλε ἀκροατά,* perinde vt in libro de menſuris ac ponderibus c. 2. *ἐπίστασαι τοῦτο, ὦ ἀκροατά.* Sic auctor redargutionis ſchiſmatis anglicani, ab Hodio editus pag. 30. *παρατήρει δὲ καὶ σὺ πάλιν ὁ ἀκροατής.* Quamquam vero Epiphanius neque in deſcribendis haereſibus ff) ſemper ſatis accuratus eſt, vt qui leuibus auditiunculis quandoque fidem **) habuit, atque aduerſarios grauat non raro ſententiis vel conſequutionibus, de quibus fortaſſis nunquam cogitarant, neque in [P] confutandis erroribus ſemper aeque felix eſt, nec ſolidis vbique augumentis militat: gg) tamen propter quamplurima notata egregie, et multa ex fide dignis hauſta monumentis et antiquioribus ſcriptoribus teſtimonia atque obſeruationes, merito a viris doctiſſimis hh) habitus eſt quidam antiquitatis eccleſiaſticae theſaurus, dignus vtique, in quo exponendo eruditus aliquis et iudico pollens vir etiam poſt Petauium diligentem operam ſtu-

noſtro tribuit. v. ſupra, vol. VII. p. 228 ſq. — Per hanc occaſionem alios codd. in quibus *πανάριον* exſtat, omiſſis iis, quorum mentionem ad nr. 1. iam inieci, paucis commemorabo. — *Venetus* in bibl. D. Marci, cod. CXXV. *Epiph. Panaria.* (cat. codd. gr. Ven. p. 71. Sed, animadvertente cl. *Villoiſon.* in Anecd. gr. II. p. 244. ſq. ille cod. ex quo infinitae eaeque maximi momenti, lectionum varietates erui poſſint, non procedit, niſi ad libr. II. c. 2. Panar. p. 605. ed. Petau. proinde deſunt in illo tres Panariorum tomi. — In bibl. *Coislin.* cod. CCCLXIII. fol. 141. Ex Panariis *ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου.* ibid. locus *ἐκ τῆς Ἀρίου αἱρέσεως* tribuitur Epiphanio; contra in cod. XXXVII. Athanaſio. v. *Montfauc.* B. Coislin. p. 562 ſq. — In bibl. caeſ. *Vindob.* cod. CLXVI. nr. 1. Theodoreti interrogat. et reſponſionibus etc. intermixtae et ſubiunctae ſunt expoſitiones Epiphanii ex Panario et aliorum. — In *Panario* (tom. I. p. 24. ed. Petau.) agitur de haereſi Samaritarum, et, vt in cod. XL. nr. 16. eſt anonymi adnotat. hiſtorica de origine nominis Samaritarum. v. *Lambec.* VIII. p. 828. — In cat. codd. Angliae etc. II. Londini in *bibl. Sionenſi* cod. IV. ſ. nr. 4068. catalogo haereticorum, excerptisue e multis auctoribus praemiſſa ſunt *Epiphanii* ſummaria et in cod. I. *Thom. Gale* ſ. nr. 5835. eſt Epiph. compendium de haereſibus. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXXIII. Panariorum libri II. — et in cod. DCCCLIII. nr. 17. excerpta ex panario. *Harl.*

ff) Melanchthon IV. Epiſt. 89. ad Camerar. A. 1529. *Attuli a Lango huc Epiphanii graecos libros περὶ αἱρέσεων, qui mihi valde placent. Propemodum Hiſtoriam veteris eccleſiae continent. Ex his decreui excerpere ἐπιτομήν.* et Epiſt. 90. *ἱστορικὰ in illo libro ſunt multa, et indicantur magis quidem, quam exponuntur hae res, quae alibi non exſtant. Diſputatio autem huius auctoris περὶ δογμάτων et languidior eſt, et illae etiam narrationes non vbique diſertae ſunt, et alicubi negligenter perſcriptae.*

**) D. *Chriſtianus Kortholtus* notis ad Iuſtinum, martyrem p. 41. *Dallaeus* de vſu patrum pag. 272.

gg) *Photius* cod. CXXII. *ἀσθενὴς δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων συμπλοκαῖς.*

hh) *Scaliger.* ad Euſeb. et in Scaligeranis, et elench. trihaereſ. c. XV. Iſ. Caſaubonus etc.

ſtudiumque collocet. De incomta et ſalebroſa oratione multum Petavius et Dallaeus ii) conqueruntur, et iam Photius notavit, τῶν ῥημάτων καὶ τῆς συντάξεως τὸ ἰδίωμα in illo minus probari. Et tamen Hieronymus c. CXIV. Catalogi et ex eo Suidas ſcripſerunt, Epiphanii volumina *ab eruditis propter res, a ſimplicioribus propter verba, lectitari.* In chronologia fere ſemper inſiſtere cum veſtigiis Euſebii, monet *Petauius* in notis p. 16. non raro tamen turbare et hallucinari, idem non vno in loco obſeruat. Ad haereſin LI. conferenda *Aegidii Bucherii* diſſ. de paſchali Iudaeorum cyclo. Locum Haereſ. LXXVIII. p. 1039. aliter legi in MS. Vindobonenſi, notauit *Lambecius* III. p. 196. [p. 486 ſq. ed. Kollar.]

3. Ἀνακεφαλαίωσις, Panarii *Epitome* ad eosdem presbyteros, Acacium et Paulum, tom. II. p. 126. Videndum diuerſusne ſit λόγος σύντομος τῶν αἱρέσεων, qui MS. fuit apud clariſſ. Galeum, teſte Caueo. *Fabr.* — *Auguſtae Vindel.* in cod. bibl. publ. bis exſtat *Epiphanii* ſynopſis haereſεων, quarum matres et prototypi quatuor erant, n. βαρβαρισμὸς, σκυθισμὸς, ἑλληνισμὸς, ἰουδαισμός. v. *Reiſer.* cat. pag. 13. et 23, 9. — *Dublini* in B. colleg. S. Trinit. cod. CXXXVII. ſ. in catal. codd. Angliae II. 2. p. 24. nr. 278, 36. Anacephalaeoſis. Alios iam ad nr. 1 et 2. atque editionem *Ios. Mar. Thomaſii* ad nr. 1. memoraui. *Harl.*

4. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν *liber de ponderibus et menſuris*, tom. II. p. 158. quem Epiphanii eſſe genuinum foetum haud dubito, licet leuia et inepta multa in eo deprehendere ſibi viſus ſit *Latinus Latinius* tom. II. Epiſt. pag. 144. Partem poſteriorem a cap. 21. graece et latine vulgauit *Stephanus le Moyne* in Variis ſacris tom. I. pag. 470. [ſ] ſubiuncta pag. 490. antiqua verſione latina, ante inedita. Ad locum cap. 1. huius libri, quo notas biblicas exponit Epiphanius, coniecturas meas aliquando propoſui D. Mayero, qui eas probari ſibi teſtatus eſt in Hiſtoria verſionis germanicae Bibliorum D. Lutheri p. 210. Locus cap. 4. vbi ἀρὼν exponitur ἡ τῆς διαθήκης κιβωτὸς, illuſtrat verba Anaſtaſii Sinaitae lib. XII. anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron, pag. 26. quem intelligere ſe negat eruditus interpres. De operibus illis viginti duobus, quae cap. 21 ſq. a Deo condita ſcribit Epiphanius, quaeque reſpondere vult totidem libris veteris Teſt. litterisque alphabeti, confer *Lambecium* lib. III. pag. 40. 101. et 196. *Fabr.* In cod. *Vindob.* caeſ. LXXXIX. nr. 19. *Lamb.* III. p. 483. nr. 19. cum nota Kollarii. — Fragmentum in *Lamb.* comment. III. p. 472. et 477. tum in cod. CCLXXXII. nr. 5. CCLXXXIII. nr. 10. et vol. VII. p. 533. in cod. CXXXIII. nr. 22. ſed ab ed. Petau. tom. II. p. 158. mire diſſentit, adnotante Kollar. ad V. p. 471. B. et ad VII. p. 533. A. in cod. CXXVII. nr. 5. et 8. opus, at mutilum, legitur, teſte *Kollario* in ſupplem. ad Lamb. comm. p. 739 ſeq. — *Montfaucon* in Palaeogr. gr. p. 365 ſqq. copioſe agit de notis menſurarum ac ponderum, et de notis marginalibus librorum; pag. 370 ſqq. ex Epiphanio poſuit atque explicuit tabulam notarum pro menſuris et ponderibus. — Breue excerptum de menſuris etc. in cod. Laurent. XXXVIII. nr. 8. plut. 59. teſte *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 570. *Paris.* in B. publ. quinque codd. eſt Epiph. libr. de ponder. etc. v. ind. ad vol. II. cat. codd. v. *Epiphan.* in cod. CXLVI. membran. eſt catena in Pſalmos ex *Epiphanio* aliisque multis ſcriptoribus eccleſ.

 con-

ii) *Dallaeus* de vſu patrum p. 158.

contexta. Praemittuntur inſtar prolegomm. 1) *excerpta ex Epiph. de LXX. interpretibus, aliisque variarum verſionum auctoribus* et 2) anon. de eodem argumento excerpta. Pariter in cod. Medic. III. plut. VI. qui continet caten. patrum in Pſalmos, praemittitur *Epiph.* de LXX. interpret. etc. ſiue potius epitome eorum, quae Epiph. in libro de ponderibus etc. memoriae prodidit, indice *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 87. Atqui *Montfaucon* tom. I. *Hexaplorum Origenis*, (Pariſ. 1713. fol.) p. 86 ſqq. prolegomen. (in bibl. Bahrdtii edit. tom. I. p. 177 — 182.) ex cod. reg. Pariſ. CXLVI. ac Vaticano edidit *S. Epiphanii* περὶ τῶν ὁ ἑρμηνευτῶν καὶ τῶν παρερμηνευσάντων, *de LXX. interpretibus et de aliis, qui ſecus interpretati ſunt*, epitomen eorum, ſed differentem in quibusdam, quae in *Epiphanii* libro de ponderibus ac menſuris, de eodem argumento leguntur. De *ſyriaca* epitome narrationis Epiphan. v. *Bruns* in Eichhornii Repertorio für bibl. v. morgenländiſche Litteratur, part. XIV. p. 391 ſqq. Conf. ſupra, vol. III. p. 690 ſqq. — De Epiphanii narratione cap. 3. 6. 9. 10 et 11. de verſione LXX. gr. epiſtolisque regis Ptol. ad Iudaeos, et de comparata Ariſteae narratione late differit cl. *Ern. Frid. Car. Roſenmüller* in: Handbuch für Litteratur der bibl. Kritik und Exegeſe, tom. II. p. 370 ſqq. Gotting. 1798. 8. et p. 412 ſq. — Add. *Bayle* l. c. *Harl.*

5) *Epiſtolam ad Iohannem, Hieroſolymitanum* (male *CPolitanum* habet Poſſeuin.) epiſcopum, cui arrogantiam et Origenis defenſionem exprobrat, latine tantum ex Hieronymi, qui illius in epiſt. CI. ad Pammach. meminit, verſione tom. II. Epiphan. pag. 312. et inter Hieronymi Opera Epiſt. LX. tom. II. Pro extrema parte huius epiſtolae laudata in libris Carolinis IV. 25. et Synodo Pariſ. p. 335. de imaginibus cap. VII. et a Tubingenſibus ad patriarcham Ieremiam, qua vſus imaginum in eccleſia improbatur, confer, quae differunt *Natalis Alex.* Sec. IV. cap. VI. artic. 28. *Elias du Pin* tom. II. bibl. eccleſ. p. 237. ac praecipue *Io. Dallaeus* de imaginibus lib. II. cap. 4.

6) *Epiſtola* breuis *ad Hieronymum*, qua eius et Theophili Alex. zelum aduerſus Origenem probat. Haec latine legitur inter epiſtolas Hieronymi LXXIII. tom. II. et Theophili libris (ſiue epiſtolis potius) paſchalibus praefigitur in Haereſiologia Heroldi p. 613. et in bibliothecis patrum: at a Petauio omiſſa eſt. Apud eumdem Hieronymum exſtat et epiſtola (66) Theophili Alex. ad Epiphanium. *Fabr.* De vtraque epiſtola v. not. *B.* in *Bayle* Dict. *Epiph.* p. 44. — *Epiphanii* epiſt. ad Hieronym. eſt *Oxon.* in cod. XX. bibl. collegii Baliolenſ. ſ. nr. CCCCXXVI. cat. codd. Angl. I. part. II. p. 10. et *Dublini* in cod. VII. 12. (ſ. nr. 147. cat. cit.) coll. S. Trinitatis, *Pariſ.* in B. publ. inter codd. latin. in cod. MDCCCCXC. nr. 1. *Epiph.* epiſt. ad Io. Hieroſolym. et in codd. MMCLXXII. et ſeq. ep. ad Hieronymum. — *Venetiis* in B. Michael. teſte *Mittarellio* in catal. codd. p. 351. et in aliis epiſtolarum Hieron. codd. atque edd. — In cod. *Coislin.* CCCV. fol. 207. ſunt in vna et dimidia pagina quaedam *ex Epiphanio de Origene*, teſte *Montfauc.* in B. Coisl. pag. 421. *Harl.*

7) Περὶ τῶν δώδεκα λίθων, *de gemmis* in veſte Aaronis. Praeter rem optimus Caveus librum de lapidibus inter inedita Epiphanii refert. Nec minus falluntur, qui librum hunc Epiphanio abiudicant. Prodiit cum verſione *Iolae Hieronis*, Tarentini, Tiguri 1582. atque in Petauii edit. tom. II. p. 225. tum in *Matthiae Hilleri* libro de duodecim gemmis in pectorali ſummi pontificis, Tubing. 1698. 4. et in ſyntagmatis eius hermeneuticis 1711. 4. qui obſer-

obseruationes suas et Salmasii (ex Plinianis eius exercitatt. ad Solinum) addidit. Id. p. 110. [P.] notat, de gemmis ante Epiphanium scripsisse Theophrastum Eresium, Dioclem, Iubam, Mauritaniae regem, Xenocratem Ephesium, Sudinem, Metrodorum Scepsium, Satyrum, Aiacem Plistonicem, Demostratum, Zenothemin, Sotacum, Callistratum, Isineniam Olympicum, Archelaum, qui in Cappadocia regnauit, Horum, Democritum, Zoroastrem, Zachariam Babylonium et alterum Xenocratem. Conferendus etiam *Ed. Bernhardus* notis ad Iosephum pag. 180. seq. et *Io. Braunius* lib. II. de vestitu sacerdotum Hebr. cap. VIII. seq. In omnibus his editionibus omissa est *Epiphanii Epistola ad Diodorum Tarsensem,* cui librum consecrauit, quae latine exstat apud Facundum lib. IV. c. III. tom. II. Opp. Sirmondi p. 517. Hieronymus epist. CXXVIII. de vestitu sacerdotum ad Fabiolam tom. III. p. 42. *Sufficiat, quod et sanctus papa, Epiphanius, egregium super hoc* (de gemmis duodecim, quid vnaquaeque valeat, et quomodo virtutibus singulae comparentur,) *volumen edidit, quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris. Arethas* ad Apocalyps. IV. 3. de lapide sardio: λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰατρεύειν οἰδήματα etc. Epitomen ediderat *Conradus Gesnerus* cum corollario, in collectione scriptorum, qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566. [1565.] 8. atque ex alio codice MS. cum *Francisci Turriani* versione Petauius tom. II. p. 233. Illa ipsa Epitome sub Epiphanii nomine tota legitur in Anastasii Sinaitae quaestionibus, quaestione XL. *Fabr.* Genuinum et integrum Epiphanii esse dicitur opusc. quod, in antiqua lat. versione repertum, ex cod. Vaticano, in calce tamen haud integro, prodiit huius sententiae: *Epiphan. de XII. gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum liber ad Diodorum. Prodit nunc primum ex antiqua versione latina. Opera et studio P. Francisci Igginii, qui et notas adiecit,* Romae, ap. Zempel. 1743. 4. In praefat. enarratur historia huius opusculi et auctorum, qui gemmas illas descripserunt. Idem contra Fabricium negat, epitomen, ab Anastasio Sinaita editam, et ipsius Epiphanii commentat. vnam esse eamdemque, libellum vero a Gesnero editum ipsum quoque non nisi prolixiorem epitomen operis esse censet p. XVI. f. Conf. ephem. litt. Lips. a. 1745. p. 347. et Gotting. ephem. litter. a. 1745. p. 409 sq. In manibus habeo editionem siue collectionem illam plurium scriptorum, inscriptam: „De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis et huiusmodi libri aliquot, plerique nunc primum editi. Opera *Conradi Gesneri.* Quorum catalogum sequens folium continet. Tiguri, excudebat Iac. Gesnerus anno M.D.LXV. (1565.)" 8. Insunt autem opuscula sequentia, quorum quodlibet peculiarem habet inscriptionem: 1) *Io. Kentmanni,* Dresdensis medici, nomenclaturae rerum fossilium, quae in Misnia praecipue — inueniuntur. 2) eiusdem calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera XII. etc. 3) de metallicis rebus ac nominibus, obss. variae ex schedis *Ge. Fabricii.* 4) *Seuerini Goebelii,* medici, de succino libri II. — — cum corollario Conr. Gesneri. 5) *Valerii Cordi* de Halosantho, seu spermate Ceti cum corollario Conr. Gesneri. 6) *S. Epiphanii, episcopi Cypri, de duodecim gemmis, quae erant in veste Aaronis, liber graecus et latinus, Iola Hierotarantino interprete, cum corollario C. Gesneri.* 7) *Fr. Ruei,* medici Insulani, de gemmis aliquot, iis praesertim, quarum D. Ioannes in Apocalypsi meminit et aliis — libri II. 8) *Conr. Gesneri* de rerum fossilium, lapidum et gemmarum maxime, figg. et similitudinibus liber cum iconibus plurimis. — *Epiphanii* liber in titulo peculiari excusus dicitur *Tiguri* M. D. LXVI. (1566.) In epistola nuncupatoria scripsit Gesner, se exemplar mstum accepisse a Gaspare a Nydbruck, Ferdinandi

Romanorum et Maximiliani Bohemiae regum a consiliis, et marginibus suas, quae frequentes sunt, adiecisse emendationes, ex coniectura enatas. *Codd.* notitiam addere iuuat. Duo *Vaticanos* indicat *Montfauc.* in B. biblioth. MSSt. I. p. 13. D. et p. 33. D. nr. 921. et in alium *Vatic.* in bibl. reginae Christinae, pag. 64. D. et p. 88. C. — tum p. 169. A. *Roman.* in B. patrum S. Basil. *Epiphanii ep. ad Diodorum*, gr. (conf. quoque *Montfauc.* in diario ital. p. 215.) — Idem tom. II. p. 1193. B. codicem in *Pelliserii*, in bibl. Abbatiae S. Petri de Selincurte dioec. Ambianensis nominat. — *Venetiis* inter codd. Nanianos in cod. CXXXII. in collect. sententiarum e S. S. et patribus p. 77. adfertur explicatio omnium XII. lapillorum ex ipso Epiphanio: — in cod. CCXCVII. nr. 5. p. 75. *Epiph.* de XII. lapillis. v. catal. codd. Nan. gr. pag. 307. et 499. — *Ibid.* in bibl. *D. Marci*, cod. CCCCXCVIII. de duodecim lapidibus et signis, in cat. codd. gr. Marc. p. 261. indicatur; sed cl. *Villoison* in Anecd. gr. II. p. 246. animaduertit, in illo cod. nihil aliud reperiri, nisi quaedam excerpta ex illo libro. — *Oxon.* in B. Bodlei. sec. catal. codd. Angliae etc. I. in codd. *Barocc.* CXXIX. CXXXI. sed mutilus ibi est liber, CCVI. et inter codd. *Th. Roe*, nr. CCLXIII. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. CCXIII. nr 13. — in cod. XXV. nr. 8. teste *Lambec.* comment. IV. p. 89. et V. p. 269. sq. — *Paris.* in bibl. publ. exstant in octo codd. v. ind. cat. Par. II. v. *Epiph.* — Epitome in cod. regio *Matrit.* CX. indice *Iriarte* in cat. codd. gr. pag. 436. — Inter codd. *Eparchi* nr. 7. *Epiphan.* ad Diodorum, Tyri episcopum, de XII. lapidibus; de iisdem compendiosior tractatio; eiusdem Epiphanii aliae quaestiones: v. Fabr. B. Gr. X. p. 479. vet. ed. *Harl.*

V. *Scripta perdita.*

8) *Epistolae* [kk]) quamplurimae, vt quas Hieronymus Apolog. 2. in Rufinum p. 165. ait, se Epiphanio ad sugillationem Rufini dictasse, et vna brevis in laudem *S. Hilarionis*, eremitae, A. C. 371. defuncti, de qua idem Hieronym. in prologo vitae Hilarionis: *Quanquam S. Epiphanius, Salaminae Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quae vulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes. Fabr.* Ex epistola ad monachos (de abstinentia a cibo) *Florentiae*, in cod. Laur. Medic. VI. nr. 7. plut. 86. cum Damasceno de eodem argumento. (*Bandin.* cat. codd. gr. Med. III. pag. 295.) In cod. Paris. bibl. publ. MMDCCXXXI. nr. 6. *Epiphan.* nescio, qui? de epistolico charactere. *Harl.*

[*] 9) *In Hexaëmeron.* Anastasius Sinaita lib. VII. in Hexaem. inter eos, qui historiam creationis Mosaicam expositione litterali interpretati sunt, laudat τὸν λόγοις καὶ ἔργοις τρισ-μακα-

kk) Praeter epistolam, Panario praemissam, ad Paulum et Acacium, exstat etiam *Epiphanii* epistola, quam in Arabiam misit aduersus Antidico Marianitas haeresi LXXVIII. 2. sq. et haec est, quam respicit LXXIX. 1. Sic haeresi XLII. 11. sqq. inseruit librum suum, corruptionibus Marcionis in Luca et Apostolo oppositum, quem Sixtus Senensis perperam existimauit ab auctore inscriptum fuisse *pauimentum*, quum Epiphanius tom. I. p. 310. tantum dicat, ex pluribus suis aduersus Marcionem obseruationibus ἐδάφιόν τι συντάξαι se collegisse.

μακάριςον Ἐπιφάνιον. *Fabr.* Vide supra, ad nr. 5. de aliis Epiphaniis. Aut est ne pars libelli *Epiphanii* Constant. de mensuris et de ponderibus? (part. II. p. 178. ed. Paris. Petau.) Atque separatim scripta exstat in cod. *Vindobon.* LXXXIX. nr, 19. *Epiphanii* Cypri recensio viginti duorum operum Hexaëmeri creationis mundi. v. *Lambec.* comm. III. p. 483. ibique Kollarii notam *A.* — item in cod. CLXXXV. *Barocc.* bibl. Bodl. et Epiphanius in Hexaëmeron, *arabice*, ibid. nr. 8511. inter codd. Rob. Huntington. *Harl.*

10) Λόγος εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Andreas Caesar.* in Apocalyps. I. p. 7. Videtur enim diuersum vtique notare sermonem ab iis, quae ex Ancorato Epiphanii Haeresi 74. contra Pneumatomachos differuntur, quoniam, quae Andreas ex illo λόγῳ de hymno Seraphico adfert, ibi non inuenio.

11) Κατὰ τῶν εἰκόνων σύγγραμμα, *Scriptum aduersus imagines*, quod memorat, sed tamquam Epiphanio suppositum reiicit *Theodorus Studites* in antirrhetico secundo tom. V. Opp. Sirmondi p. 130. licet dubitare possis, num singulare scriptum Epiphanii ibi innuat Theodorus, et non locum, quo imagines improbat in panario, haeresi LXXIX. disputans aduersus Collyridianos. quem Epiphanio insertum et adulterinum esse contendit *Io. Damascenus* Orat. 2. de imaginibus et *Ieremias Patriarcha* ad Tubingenses pag. 246. confutatus a Tubingensibus p. 335. vel locum alterum, a patribus quarti concilii CPol. adlatum ex *Epistola ad Theodosium, imp.*, qui exstat in septima synodo siue Nicaena secunda Act. 6. sectione V. et quem itidem suppositum esse clamarunt Nicaeni tom. III. Binii p. 653. 654. quos refellit *Dallaeus* de imaginibus p. 212 sqq. Eodem synodi septimae loco λόγοι οἱ κατὰ τῶν εἰκόνων et βίβλοι Epiphanio suppositae memorantur, quae mox λογίδια et ψευδήγορα κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων συγγράμματα adpellant, et paucissima eorum exemplaria exstare testantur, cum cetera Epiphanii scripta per vniuersum orbem terrarum celebratissima sint, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηνται. Multa certe scripsisse Epiphanium et in extrema senectute etiam varia cudisse opera, testis in Catalogo cap. 114. *Hieronymus.*

VI. *Dubia, vel quae iuniori cuidam Epiphanio tribuenda videntur.*

12) Περὶ τῶν προφητῶν, πῶς ἐκοιμήθησαν καὶ ποῦ κεῖνται. T. II. p. 235. *De Prophetis eorumque obitu et sepultura*, liber plenus incertis [427] et parum credibilibus narrationibus. Incipit a Nathane, et desinit in Ioanne, baptista. Ediderat adiuncta versione *Albanus Torinus* Basil. 1529. 4. apud Cratandrum, cum Nazianzeni carmine de miraculis, per euangelistas narratis, atque Hieronymo, Sophronio et Gennadio de scriptoribus eccles. [v. *Maittaire* A. T. II. p. 716. et cat. B. Leid. p. 40. bis, cum Voss. V. L. ex codd.] Hinc cum commentario *Iacob. Zehnerus*, Schleusing. 1612. 4. vir, indignus, qui ob vnam notatam alteramque hallucinatiunculam tam putido et acerbo Petauii fastu praef. ad tom. II. Epiphanii exciperetur. Petauius e MSS. regiis emendauit et capita quaedam, insigniter discrepantia, graece adiecit ex codice Augustano: plurimum enim in hoc scripto inuicem abeunt libri, manu exarati, vt de *Vindobonen-*

bonenfibus notauit *Lambecius* III. pag. 197 fqq. [ll]) V. p. 280. Non dubitant viri docti, effe Epiphanio fuppofitum, ac pleraque fimilia leguntur in Pfeudo *Dorotheo*. (quem graece et latine recudi feci Hamb. 1714. 8.) et in Chronico Pafchali, quod Alexandrinum vulgo vocant. Confer *Papebrochium* tom. III. Maii, p. 49. *Huetium* Demonftrat. euangel. propofit. IV. vbi de prophetis difputat, et *Cangium* ad Chronicon Pafchale pag. 504. 505. *Cotelerium* ad Conftitutt. Apoftol. IV. 6. vbi ex MS. regio edidit breue fcholion Epiphanii *de LXXII. prophetis et decem prophetiffis.*

13) Φυσιόλογος, διεξελθὼν περὶ τῆς ἑκάστου φύσεως τῶν θηρίων τε καὶ τῶν πετεινῶν. *Phyfiologus de natura ferarum et volucrum*, tom. II. pag. 189. cum notis et verfione *D. Confali Ponce de Leon*, Hifpalenfis, qui ediderat Rom. 1587. 4. recufum Antwerp. 1588. 8. addito fermone in feftum palmarum: Et minore forma Rom. 1601. Habuit eumdem libellum MS. Gefnerus; fed ampliorem, capitibus 39. diftinctum, quum in vulgatis tantum fint capita 25. Vide eius praef. ad librum Epiphanii de gemmis. Citat etiam in opere de animalibus paffim vt de quadruped. p. 955. *Rhinocephalus ceruicem habet equinam, cum vniuerfo corpore, [illegible] ore eructat, quibus homines pereunt. Phyfiologus auctor obfcurus.* Confalus ipfe, tribus MSS. vfus, vno Sirleti, altero Francifci Turriani et tertio Panormitano, teftatur, fe vndecim capita omififfe *ob infanabiles deprauationes.* Videtur auctor huius libri antiquior effe Epiphanio, nam citatur ab Origene Homil. 17. in Genef. XLIX. et Rufino de benedict. patriarch. In decreto Gelafiano de libris apocryphis §. 65. memoratur *liber Phyfiologus, qui ab haereticis confcriptus eft et B. Ambrofii nomine praefignatus, Apocryphus.* Forte auctor decreti vidit veterem libri illius verfionem latinam, Ambrofii nomine praenotatam. *Fabr.* Addam *codd.* notitiam: Eft vero Phyfiologus *Vindobonae* in B. caef. codd. CCCXX. nr. 6. (in quo graeca eft infcriptio: τοῦ Ἐπιφανίου ἐκ τοῦ Ἀριστοτέλους, Φυσιολόγου τῶν ζώων, et *Lambec.* comm. V. p. 591 fqq. ex eodem titulo manifefte adparere iudicat, per *Phyfiologum* non effe intelligendum alium, ac *Ariftotelem*, cuius etiamnum exftant de hiftoria, de partibus et de generatione

ll) Seu pag. 487. ed. Kollar. In illo cod. infcriptio eft: περὶ τῶν ἑξ καὶ δέκα προφητῶν, (n. ab Hofea vsque ad Danielem,) καὶ πόθεν ἦσαν, καὶ πῶς ἐτελειώθησαν. In adpendice quaedam narrantur de prophetis, *Elia* et *Elifeo.* Praeter ea eft in bibl. *Bodlei.* cod. Barocc. CCVI. *Epiph.* de 72. prophetis et propheteffis; item de XVI. prophetis horumque morte. In eod. cod. exftat *Dorotheus*, Tyri epifcopus, de LXX. difcipulis et de XII. apoftolis: tum XII. apoftolorum patria et parentes. — Inter codd. *Voffian.* in catal. codd. Angliae etc. II. p. 58. nr. 2135. eft *Dorotheus* fiue alius quis de vita et fcriptis difcipulorum Chrifti: ac nr. 2707. *Epiph.* de prophetarum vitis, cum variis lectt. — *Florentiae* in B. Laurent. cod. VI. nr. 8 — 10. plut. 4. eft *Epiph.* 1) de LXXII. prophetis et prophetiffis: (edidit *Coteler.* in notis ad libr. IV. conftitt. apoft. p. 220.) 2) de XVI. prophetis: pag. 252. narrationi de Ieremia, qui in ordine XIV. eft, fubnectuntur *paralipomena Hieremiae prophetae:* 3) de Elia. (v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur I. p. 525.) — In cod. *Coisiin.* CXX. *Epiph. de* prophetis et prophetiffis: et in cod. CCLVIII. de LXX. prophetis ac propheteff. (v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 194. et 804.) — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCCCXCVIII. de LXXII. prophetis et X. prophetiffis, ac de XVI. prophetis, vnde fuerint, et vbi fint mortui — *Parif.* in B. publ. inter codd. latinos, cod. IVMDCCCCLXXXVI. nr. 2. *Epiph.* liber de vitis prophetarum, interprete, (vt ait auctor catal. vol. IV. p. 13.) vt videtur, Theodoro, et nr. 4. opufc. de vit. prophetarum. Add. fupra vol. VII. p. 452. fq. de *Dorotheo.* *Harl.*

ne animalium, etc.) — in cod. XXIV. nr. 6. (*Lamb.* VI. part. II. p. 273.) — atque in cod. LV. cum. vetuſtis imaginibus pictis. (*Lamb.* VII. pag. 215. qui et Kollar. ad primum cod. obſeruant, codd. illorum auxilio nouam Phyſiologi edit. poſſe multo emendatiorem adornari.) *Auguſtae Vindelic.* teſte *Reiſero* in cat. pag. 40. — *Venetiis* in cod. Nanian. CCLVII. quem valde differre ab edit. Conſali Poncii, late docet Mingarellius in cat. codd. Nan. p. 449. et ſubiicit, ſe opus eiusdem argumenti instum vidiſſe in bibl. canonicor. eccleſiae cathedr. *Viterbii.* — In cod. *Barocc.* XCV. — in codd. *Pariſ.* bibl. publ. DCCCXXXIV. — MMXXVII. — MMDIX. — *Phyſiologus Syrus*, ſeu hiſtoria animalium XXXII. in S. S. memoratorum, *ſyriace* e cod. bibl. Vaticanae nunc primum edidit, vertit et illuſtrauit *Ol. Gerh. Tychſen.* Roſtoch. 1795. m. 8. Deſcriptiones illorum animalium miram habent ſimilitudinem cum iis, quae in Phyſiologo Epiphanii, in ſpuria Hieronymi epiſtola ad Praeſidium et in comment. Euſtathii in Hexaëmeron reperiuntur: ita tamen, vt ſingulae differant, et videantur omnes illi ſcriptores ex antiquiore, ab Origene iam memorato, opere, ὁ Φυσιόλογος, qui a Syro et Epiphanio ſaepe citatur hoc nomine, hauſiſſe. Syrus tamen pleniorem confecit epitomen; quum ille XXXII. animalia, Epiphanius XXI. Pſeudo Hieronymus XIV. tantum perſequerentur. Num vero Syrus Phyſiologum ipſum excerpſerit, an, quia Syrus ab initio mancus eſt, graeca verterit excerpta, definiri nequit. Conf. ephem. litter. Gotting. a. 1796. p. 736 ſqq. Quae Lambecii fuerit ſententia, paullo ante indicauimus.

14) [?] Λόγοι *ſermones* ſiue *homiliae* VIII.

α. εἰς τὰ βαΐα *in ramos palmarum.* tom. II. pag. 251. cum verſione et ſcholiis *D. Conſali Poncii*, qui cum Phyſiologo ediderat e codice bibl. Antonii Caraffae, Rom. 1587. 4. Antw. 1588. 8. Incipit: χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. *Fabr.* Infra, in vol. IX. pag. 129. inter Sctorum elogia et vitas. — *Florentiae* in bibl. Laurent. in cod. XXVI. nr. 36. plut. 7. et XV. nr. 4. plut. 11. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 286. et 511.) — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. DCCLXXI. — DCCCCLXXIX. et MCLXXIII. — Inter codd. *Selden.* in bibl. Bodlei. nr. MMMCCCXCVII, 7. — Inter *arabicos* codd. ſunt *Pariſ. Epiphanii* homiliae, arabice verſae, in cod. LXIII. de dominica in albis, et de Sabbato S. — cod. LXXIII. 1. de ſepultura Domini, et cod. CLI. 5. de Hoſanna ſiue palmarum die, (v. cat. codd. Pariſ. I. p. 106. 107. et 118.) *Harl.*

β. εἰς τὴν θεόσωμον ταφήν. *In diuini corporis ſepulturam*, et *Ioſephum ab Arimathaea* et *Domini ad inferna deſcenſum.* tom. II. p. 259. Incipit: τί τοῦτο; σήμερον. Cum verſione *Stanislai Phoenicii*, ex editione, quae viderat lucem Samoſcii 1604. 4. auſpiciis Simonis Simonidis, regni Poloniae cancellarii, cum notulis Dominici Neapolitani, Ord. minorum [mm]). Recitatur haec homilia magno ſabbato in eccleſiis Grae-

mm) Inſcriptio edit. haec eſt: *S. Epiphanii*, epiſcopi Cypri, *orat. in Sepulturam corporis Domini.* Nunc primum in lucem edita ex bibl. Simonis Simonidae (gr. ac. lat.) Samoſci. — Mart. Lenſcius, typogr. academ. excud. 1604. 4. eamque vberius recenſuit, de auctore interpretationis, Stanislao Phaenicki, et de editore, *Simone Simonowicz* et de *Dominico Neapolitano*, quaedam tradidit, adfirmans vero, ſe Domin. Neapol. notulas in binis ſuis, iisque plenis non deprehendiſſe exem-

Graecorum, Ruſſorumque. *Fabr.* Hinc etiam translata eſt in linguam Slauicam, et graece in infinitis paene codicibus ſeruata. *Paris.* in bibl. publ. exſtat in XXX. codicibus, (qui in vol. II. cat. codd. Paris. paſſim memorantur.) — In cod. *Coislin.* CXXI. 52. — cod. CCLXXXIV. fol. 305. — cod. CCXCVI. fol. 47. verſo, (fol. autem 13. eſſe dicitur *Epiphanii presbyteri monachi de vita S. Deiparae,*) — in cod. CCCI. fol. 1. breue fragmentum. — in cod. CCCIV. 35. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 197. 402. 413. 416. et 419. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. DLXXIV. tres a Fabricio laudatae: — in codd. *Nanianis* LXIII. 24. — LXXIII. 6. — et CXIX. 34. v. *Mingarelli* cat. codd. Nanian. p. 104. 148. et 248. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXVI. 44. et cod. XXII. 13. v. *Bandini* catal. etc. I. p. 286. et 426. — *Taurini* in bibl. reg. (ſecundum cat. gr. Taur. p. 168. 218. 373. et 252.) in codd. LXX. fol. 391. — CXV. fol. 199. — CCLXX. fol. 27. et in cod. CCLXVII. ſunt excerpta varii generis ex *Epiphanio* aliisque. — cod. CLXV. fol. 166. eſt *Epiph.* homilia in diem palmarum. — Secundum cat. codd. Angliae etc. in codd. *Barocc.* CXXXV. — CXLVII. — CXCVII. — CXCIX. et CCXLI. — in bibl. *Bodlei.* claſſ. VI. nr. 2500. ſunt *Epiph.* Cyprii homil. in *adnuntiationem B. Mariae* et *in ſepulturam* atque *reſurrectionem Chriſti.* — *Oxon.* in bibl. coll. Trinitatis nr. MCMLXXXIX. hom. in ſepulturam Chriſti et ad inferos deſcenſum. — In tomo II. inter codd. *Th. Gale* nr. MMMMMMMCLVII. inter codd. *Ge. Wheleri*, nr. MMMMMMMMMMXCIV. — *Monachii* in bibl. elect. Bauar. codd. LXIV. et CXIV. in quo etiam homil. in Ioſeph. ab Arimathia. (cat. codd. gr. p. 19. et 44.) — *Auguſtae Vindel.* hom. de ſepultura Chriſti eiusque deſcenſu ad inferos. *(Reiſer.* cat. p. 23.) — Eaedem binae in cod. *Vindob.* CXVI. 14. et prior in cod. CLI. 22. — in ſepulturam Chriſti et Ioſeph. ab Arimath. in cod. XXXII. 24. *Lambec.* comm. IV. p. 163. p. 296. VIII. p. 747.) — *Mosquae* in bibl. ſynod. v. *Matthaei* notit. codd. Moſq. p. 7. κβ. adde ſupra, ad IV. nr. 1. *Harl.*

γ. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν, *in ſanctam CHRISTI reſurrectionem.* tom. II. p. 276. Incipit: τῆς δικαιοσύνης τριήμερος ἥλιος.

δ. εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *de aſſumtione D. N. Ieſu Chriſti.* Incip. Κόσμος σώματος. tom. II. p. 285. cum verſione *Theodori Peltani,* qui vulgauerat inter homilias XVII. Theologorum, Ingolſtad. 1579. 8.

ε. ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, *de laudibus S. Mariae Deiparae.* tom. II. p. 291. cum verſione *Ioannis Pici,* canonici B. Mariae Pariſ. ex edit. Pariſ. 1565. 8. [nn]) ad calcem Epiſtolarum S. Ignatii. Haec homilia graece occurrit etiam MS. in bibl. Bodleiana

exemplaribus, *Io. Dan. Ianozki* in: Nachr. von den in der hochgräfl. Zaluskiſchen Bibl. ſich befindenden raren polniſch. Büchern, tom. V. pag. 217. ſqq. *Harl.*

nn) Inſcriptio, teſte *Maittaire* A. T. III. p. 735. haec eſt: *Epiphanii,* epiſc. Conſtantiae, *Heſychii* et *Chryſippi,* presbyteror. Hieroſolym. ſermones aliquot de laudibus Mariae: gr. et lat. *Io. Pico* interprete. Pariſ. ap. vid. Guil. Morelii. 1565. 8. *Harl.*

leiana cod. Barocc. CLXXIV. [it. in cod. *Coislin.* CCLXXIV. cum multis aliorum sermonibus, eiusdem argumenti. — In cod. quondam *Vffenbach.* VIII. nr. 23. *Epiph.* de vita S. Mariae; ea tamen sumta esse ex Epiphanii haeresi LXXXVIII. p. 1039 sqq. et in compendium missa, adnotat *I. H. Maius* in bibl. Vffenbach. MSSta part. II. p. 432. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CCCXCV. et MCLXXIII. — v. etiam ad orat. *β*. indicatam scripta. Praeter ea sunt in cod. *Paris.* DCCCXVI. *Epiph.* homiliae de anima; de vanitate vitae; in fine saeculi; in omnes martyres; in natalem praecursoris et in Ioannem, euangelistam. *Harl.*] Latine legitur in Bibliothecis Patrum Paris. 1575. 1589. ex interpr. Io. Pici, et apud Surium 8. Dec. Incipit: τὰς ἐκλαμπούσας μαρμαρυγάς.

ς. περὶ Βαΐων, *de festo palmarum,* fragmentum. Incipit: ὁ ὑπ' ἀγγέλων ἀσιγήτως ἀνυμνούμενος tom. II. p. 301.

ζ. περὶ πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, *de fide, S. Trinitate, et mysteriis numerorum, ternarii, senarii et septenarii.* tom. II. p. 304. Incipit: πίστις ἐστὶ, τάσις δὲ ἡ εἰς Θεὸν, πρᾶγμα ἀψηλάφητον.

η. *In sanctam CHRISTI resurrectionem* tom. II. p. 310. Latine tantum, ex versione *Gerardi Vossii* Tungrensis, qui edidit Rom. 1585. 12. Incipit: *mortuorum luctus exulauit.*

[†] Has homilias viri docti ad iuniorem quendam Epiphanium Cyprium referendas esse existimant, licet Combefisius in Bibliotheca Concionatoria contendat, quasdam illarum, vt tertiam in S. resurrectionem, antiqui illius Constantiensis aetati non male congruere.

In Petauii editione desiderantur:

15) *Fragmentum* breue Epiphanii εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννου, ex Catena Mazariniana ad Exod. XVI. 20. Graece vulgauit idem *Combefisius* Auctar. nouiss. tom. I. p. 300.

16) *Apophthegmata* septendecim graece et latine edita a *Cotelerio* inter Apophthegmata Patrum p. 426 - 430. tom. I. monument.

17) *Miraculum S. Eucharistiae* e codice bibl. Palatinae, versum a *Petro de Monte,* episcopo Bressensi siue Brixiensi, et sub Epiphanii nostri nomine latine editum Rom. 1523. Caeterum *Theophilus Raynaudus* S. I. qui recudi curauit A. 1640. cum copiosis suis animaduersionibus in diss. de apparitionibus in Eucharistiae sacramento, recusa A. 1665. tom. VI. Opp. pag. 382. et longe iunioris esse Epiphanii ostendit p. 389 seq. inter alia etiam ex eo, quod Paulus secundus refertur mulctasse corpus suum flagellis: *quae imbonitas, inquit, ante aeuum Petri Damiani, qui saeculo undecimo claruit, in nullis anachoretarum vel monachorum asperrima quaeque consectantium gestis notata a me est.*

18) *In canticum canticorum,* *Cassiodorus* libr. I. diuinar. inst. cap. 5. *Post quos,* (Origenem, Hieronymum, Rufinum) *Epiphanius, antistes Cyprius, totum librum* (Cantici canticorum) *graeco sermone vno volumine sub breuitate complexus est. Hunc nos, vt alios in latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum*, Epiphanium, *fecimus, domino*

 iuuante.

iuuante, transferri. Adnotat *Io. Garetius*, commentarium illum esse non Epiphanii, sed *Philonis*, quem Carpasi in Cypro insula Epiphanius episcopum ordinauit, et graece cum versione, a Cassiodoro memorata, exstitisse apud Emericum Bigotium. *Fabr.* Ego vero nolo repetere, quae iam supra in vol. IV. 751 sqq. in hanc rem disputata sunt: et de editione *Giacomelli*, qui sub *Philonis* nomine, gr. ac lat. illum commentar. e prelo exire iussit Romae 1772. 4 scitu necessaria adlata. add. *Krohnii* cat. p. 91. nr. 35 et 36. Contra sub nomine *Epiphanii commentarius in canticum canticorum prodiit nunc primum ex antiqua versione latina opera et studio Petri Franc. Fogginii.* Romae typ. Palearini 1750 4. In praef. historia libri exponitur. — Antea sub *Philonis* quoque nomine prodiit *interpretatio in canticum cantic.* lat. ex interpretatione *Steph. Salutati.* Paris. Christi. Wechel. 1537. 8. — *Paris.* in bibl. publica cod. MMMXCII. nr. 2. *Epiphanii* expositio in Canticum canticorum ex cod. aliquo descripta in cod. *Vatic.* v. supra, ad. IV. nr. 1. *Anthimus Gazi*, archimandrita et sacerdos Graecorum etc. Viennae Austr. vidit 1796. Constantinopoli ap. Ioasaph Hieromonachum, postea metropolitam Anchiali, graecum cod. mst. *Epiphanii* εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων in 4. In catena *Nicephori* p. 15. numeratur inter τὰ ἐκλελοιπότα, teste *Altero* in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 165. p. 1624. *Harl.*

VII. *Inedita.*

19) *Expositio in Nahum, prophetam* graece MS. in bibl. regis christianiss. teste *Labbeo* p. 79. bibl. nouae MSS. [s. cod. MCDLVIII. init. in cat. codd. Paris. II. p. 325.]

20) *In Psalmos* quaedam, et περὶ διαιρέσεως ψαλμῶν MS. habuit Theophilus Galeus, teste Caueo. *Fabr.* Adde infra, lib. V. c. 17. de catenis patrum, vol. VII. p. 749. et in alios libros sacros p. 736. 775. 781. 788. 790. ed. vet. Vniuersim in patrum catenis in varios V. ac N. T. libros aliisque collectionibus Epiphanii loca saepe citantur. Vel ex *Montfauc.* biblioth. Coislin. multa possunt colligi. *Venet.* in bibl. Michael. *Epiph.* excerpta in euang. S. Matthaei, in cod. CXX. qui catenam graecam continet, teste *Mittarellio* in Bibl. codd. S. Michaelis, p. 351. — et sic in aliis variarum bibliothec. codd. — Add *Io. Fabric.* in historia bibl. suae, tom. VI. pag. 150 sqq. — sed temporis ratio et breuitatis studium vberiorem non permittit expositionem. Vid. quoque *Matthaei* Notit. codd. Mosquens. p. 29. — In cod. *Syriaco* V. Paris. inesse dicuntur nonnullae in version. libror. IV. Regum ac Daniel syriacam obseruationes, quarum auctores esse feruntur *Eusebius* Pamphili et *Epiphanius*. v. catal. codd. *Paris.* tom. I. pag. 51. *Harl.*

21) περὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ποῦ ἕκαστος ἐκήρυξε, *de SS. apostolis*, vbi quisque eorum praedicauit, mortuus et sepultus est, vti varia exstant sub nominibus Dorothei, Hippolyti, Sophronii, Athanasii, ita etiam sub *Epiphanii* nomine fertur in codice Regis Galliarum MMCMLI. p. 233. Vnde profert nonnulla *Cotelerius* ad Constitutt. Apostol. VII. 46. vocans indiculum ἀνέκδοτον Pseudo-Epiphanii de apostolis. [v. ad nr. 12.]

22) [?] *Liber de ortu diuino*, Hebediesu catalogo librorum chaldaeorum nr. 42.

Epipha-

Epiphanii *librum de hebraicis nominibus* citat *Scotus Erigena* libro V. de diuisione naturae pag. 225. *Fabr.* In cod. bibl. publ. *Parif.* MDCLVI. 12. *Epiphanii* lexicon, quo voce. hebraica librorum sacrorum explicantur, superest tantum littera *A.* nec illa integra, Insuper *Epiphanii, quod septem opera fecit deus die adnuntiationis,* excerptum, in cod. *Medic.* L. II. plut. 57. teste *Bandin.* cat. II. p. 433. *Harl.*

VII. Post Epiphanium de aliis, qui Haereticorum historiam tradiderunt, disserere non erit ab instituto meo alienum. Ac de S. IRENAEI quidem libris V. aduersus Haereses, quorum latina versio tantummodo cum paucis graecis fragmentis superest, nec non de scriptis perditis *Iustini Martyris, Hippolyti* Portuensis, *Origenis* et *Didymi* Alex. aduersus haereses iam dixi supra c. I. vol. V. [vol. VII. hui. edit.] Ex illis vero, qui exstant, et Haereticorum plurium notitiam graece paullo fusius tradiderunt, antiquissimus post Epiphanium dicendus venit

THEODORETVS oo), siue Θεοδώρητος, h. e. *a Deo donatus*, illo enim nomine eum adpellauit mater, quod post sterile tredecim annorum coniugium precibus eum a Deo impe-

Mm 3

oo) De Theodoreti vita videndus post Victorinum Strigelium et Annalium scriptores *Sirmondus* in prolegom. et tom. II. Opp. pag. 658. seq. *Io. Garnerius* in auctario Operum Theodoreti, et *Tillemontius* memoriar. ecclesiast. tomo XV. Consulenda etiam Acta synodorum, Ephesinae, Chalcedonensis et quintae CPolitanae. *Fabr.* Praeter ea conferri possunt *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. pag. 405. *L. El. du Pin* nouv. bibl. etc. tom. IV. p. 81. — *C. Oudin.* comm. de SS. E. tom. I. p. 1051. — *Nath. Lardner's* Credibility of the Gospel History, part. II. vol. XI. pag. 79. — *R. Ceiller* Hist. gen. des A. A. eccl. tom. XIV. pag. 52. — *Hamberger* Z. N. II. p. 184 sqq. aliosque laudat *Saxius* in Onom. I. p. 489 sq. et quae scripsi in Introd. II. 2. p. 285 etc. — Vitam, controuersias, cum Cyrillo potissimum, ac motus post mortem eius ortos, scriptaque Theodoreti vberius persequutus est et Theodoretum contra Garnerii cauillationes docte defendit, aurea mediocritate tam in defendendo, quam notando Theodoreto seruata, nouissimus editor *Schulzius* in singulari diss. praemissa tom. I. Opp. Theodoreti. In cod. *Barocc.* CXXXI. med. circ. est p. 229. epistola super obitu *S. Theodoreti.* Hic etiam inter *melodos* Graecorum numeratur a Fabr. infra, vol. X. p. 157. Binae autem sunt doctae et pleniores *Operum* editt. n. *Sirmondiana*, et *Schulzio-Noesseltiana.* Prioris inscriptio est: *Theodoreti-Opera omnia*, in quatuor tomos distributa, quorum plurima graece, quaedam etiam latine nunc primum prodeunt: graece cum msstis exemplaribus diligenter collata; latinae versiones ad Graecorum normam exactae, siue recognitae, cura et studio *Iac. Sirmondi*, Lutet. Parif. sumt. Cl. Sonnii et Dionys. Bechet. 1642. fol. *) cui accessit *Auctarium Theodor.* a *Garnerio* collectum et ab *Harduino* editum. Parif. 1684. fol. Et Sirmondianam edit. et Garnerii auctarium copiose recenset, per plura capita agit de scriptorum argumento, auctoritate, et tempore, quo singula exarata fuerint a Theodoreto, ea examinat, multaque contra Garnerii calumnias disputat, denique supposita dubiaque scripta persequitur *Oudin.* l. c. pag. 1064 sqq. Vtramque edit. recenset quoque atque de Theodoreto ipso et de Sirmondo Garnerioque plura tradit *Io. Fabricius* in historia bibl. suae vol. I. pag. 142 — 150.

Altera eaque recentior, cuius quidem basis est Sirmondiana, sed castigatior, auctior meliorque est editio, quam curauit *Io. Ludou. Schulze,* theologus et philologus quondam Halensis, socio sumto ven. *Noesseltio,* theologo Halensi celeberrimo. — Inscriptio est: τῦ μακαρίυ Θεοδωρήτυ — ἅπαντα.

*) In Maittaire A. T. III. p. 903. sic citatur editio: *Theodoreti Opp.* IV. voll. gr. lat. apud *Sebastian.* et *Gabrielem Cramoisy* fol. Parif. 1642. Ab Oudino autem *ap. Sebast. Cramosy.*

impetrasset Deoque iterum consecrasset, vt ipse narrat in Historia religiosa c. 13.) Hic piis et opulentis parentibus natus Antiochiae circa A. C. 393. (Garnerio [et Schulzio p. 4. edit. vol. I. opp.] placet 386.) post primae institutionis exordia, ab octauo aetatis anno vitam deinceps in monasterio Euprepii non procul Antiochia duxit vsque ad episcopatum, lector licet ordinatus a Porphyrio, et diaconus presbyterque ab Alexandro, episcopis Antiochenis, et sacrarum litterarum doctrina imbutus a Theodoro Mopsuesteno ac Ioanne Chrysostomo. pp) Episcopus Cyrianus siue Cyri, (quod oppidum est Syriae in prouincia Augusta Euphratesia) siue τῆς Κυρεςῶν Ἐκκλησίας, (vt Niceph. XIV. 53.) ordinatus est inuitus a Theodoro, episc. Antiocheno, circa a. C. 423. vt cum Baronio sibi persuadet Tillemontius, licet Garnerius qq) malit annum 420., episcopatum impigre pacateque gessit, ab auaritia alienus, et ornandae dioecesi suae intentus. Hanc [?] quadragies mille passus porrectam et ecclesias continentem octingentas, quum variis haeresibus infectam accepisset: vicos octo et in his decem Marcionitarum millia ad ecclesiam reduxit; vicum alium Eunomianis, alium, Arianis, Macedonianis et Apollinaristis refertum, liberauit erroribus, ita, vt in tota Cyrestica regione doctrina catholica vbique personaret. v. [epistolas Theodor. LXXXI. et CXIII. add. *Schulz* vit. p. 10 sqq.] a. C. 431. [circ. a 430. secundum Garnerium] in Synodo Ephesina, quum, hortante Iohanne, episcopo Antiocheno, aduersus Cyrilli Alex. capitula XII. anathematismorum Nestorio opposita scripsisset, multorum opinionem incurrit, ac si cum Nestorio, familiari quondam suo, quocum quondam in monasterio S. Euprepii simul vixit, faceret, praecipue scriptis postea quinque libris aduersus synodum Ephesinam. Sed haeresin Nestorii non defendit, et postea subscripsit formulae reunionis, a Cyrillo compositae. Post quem a. C. 444. defunctum successor huius in sede Alexandrina Dioscorus, Eutychianae haereseos promachus, Theodoretum tamquam Nestorianum

ἄπαντα. *B. Theodoreti — Opera omnia ex recensione Iac. Sirmondi denuo edidit, graeca e codicibus locupletauit, antiquiores editiones adhibuit, versionem latinam recognouit et varr. lectt. adiecit Io. Ludouicus Schulze*, gr. et orr. ling. in acad. Frideric. P. P. O. tom. I — V. (singuli tamen tomi constant duabus partibus,) Halae, 1769 — 1774. Mai. 8. Altera pars tomi quinti continet quoque quinque vberiores indices, quorum quartus est *glossarium Theodoreteum* et quintus *index figurarum*, auctore *Car. Lud. Bauero*. Hi quoque separatim editi sunt cum peculiari inscriptione: *Glossarium Theodoreteum ad vsus exegeticos et criticos separatim edidit Car. Ludou. Bauerus*, Lips. A. M. scholae euangelicae ad Hirschbergam Rector. Halae Magdeb. typis et impensis Orphanotrophei 1775. 8. Singulis tomis bene additae sunt tabulae, quae comparant paginas Sirmond. et Schulz. editt. sibi inuicem respondentes. In ordine tamen dissertatt. Garner. mutauit consilium, quod in epistola s. nuntio nouae fut. edit. in nouis actis erudit. Lips. 1765. m. Iul. et Aug. p. 393 sqq. proposuerat. Quam grate exceptus fuerit editoris labor a viris eruditis, testantur censurae in actis erudit. a. 1770. Nou. p. 507 sqq. in *Ernesti* noua bibl. theol. tom. IX. part. V. p. 387. sqq. in nouiss. bibl. theol. tom. I. part. IV. p. 291 sq. part. VII. p. 587. sqq. tom. II. part. IV. p. 500 sqq. et tom. IV. part. V. p. 359 sqq. in *Klotzii* act. liter. tom. V. part. II. p. 250 sq. anonymi in biblioth. philol. tom. I. part. III. pag. 21 sqq. Gottingae, 1771. 8. Quae in singulis reperiantur partibus, ea in sequenti Fabricii recensione Operum Theodoreti commodius designabimus. — *Theodoriti* Opp. graece edita, ab *Eugenio*, diacono Bulgariae, Halae Sax. 17.. — 1774. *Harl.*

pp) *Chrysostomum* prae ceteris fuit sectatus eumque in exemplum sibi etiam in scriptis et dictione proposuit, vt notat *Nicephorus* XIV. 54.

qq) Cuius rationibus subscribit probatque vlterius *Schulz.* in vita p. 8. sq. *Harl.*

anum detulit, qui per imperatorem, Theodosium iuniorem, prohibitus dioecesi sua excedere, absens damnatus fuit in synodo λῃστρικῇ Ephesina a. C. 449. [rr]) Sed in Chalcedonensi synodo iterum deinde post damnatum, quod aegre fecit, Nestorium, absolutus et sedi suae restitutus est a. C. 451. damnata tamen Theodoriti aduersus Cyrillum scripta, ob quae ipse passim a Graecis accensetur haereticis cum Origene et, quem in calce Historiae laudat, Theodoro Mopsuesteno etc. damnatusque est cum tribus capitulis in synodo V. CPol. a. C. 553. [v. collect. concilior. Harduin. tom. II. p. 498 sqq.] Habetur etiam a multis Theodoretus post Theodorum Mopsuestenum fons erroris, quo ecclesia graeca a latinis scissa est de Spiritu S. a Patre solo [ss]) procedente. Nam Epiphanius, Cyrillus et alii haud obscure etiam a Filio eumdem procedere docuerunt, quorum testimonia collegit Iohannes Beccus. [tt]) Post Concilium Chalcedonense vixisse adhuc annos circiter decem, ex Gennadio et Chronico Marcellini Labbeus colligit. Sed non vltra annum 457. vitam produxisse, Tillemontio adsentior. [Adsentitur quoque *Schulze* l. c. p. 27. at *Oudin.* p. 1064. Theodoreti mortem a. 458. malit adserere.]

Operum Theodoreti, edit. Graecolatinae Sirmondianae [uu])
Tomus I.

1. *Εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς κατ' ἐκλογήν. Quaestiones in Pentateuchum, Iosuaeque librum et Iudicum*, scriptae circa a. C. 453. precibus Hypatii, quem *φίλτατον καὶ ἐρασμιώτατον παίδων* adpellat. Graece edidit *Io. Picus* classium inquisitoriarum senatus Parisiensis praeses, ex vno mendoso Asulani codice, in quo primam et postremam quaestionem ait se e Catena Oecumenii suppleuisse. Paris. 1558. 4. [vv]) Latine, eodem *Pico* interprete, ibid. 1563. quae versio exstat et in latinis operum Theodoreti editionibus et a Sirmondo servata est, qui e codice regio longe meliori plura restituit, et praefationem, antea ineditam, primus cum versione sua praemisit. *Fabr.* In edit. Schulz. tom. I. partt. II. sunt ea, quae Fabric. nr. 1. 2. 3. et 4. nominauit, scripta. Sed Schulz. in praef. ad tom. V. 1. pag. VI. sq. iis adcedit, qui existimant, quaestiones Theod. in Octateuchum aliosque historicos V. T. libros, ex parte admodum longas, non vbiuis autem satis cohaerentes, esse conflatas ex minoribus scholiis ad hunc illumque locum illustrandum, ab illo compositis. — Praesidia autem

rr) Confer *Petrum de Marca* VII. 8. de Concordia Sacerdotii et Imperii, et *Henricum Noris* diss. de synodo V. cap. XI. [*Oudin.* l. c. p. 1058. sq. *Schulze* in vita etc. p. 22 sqq.]

ss) *Garnerius* auctario Theodoriti pag. 194. *Io. Pearsonius* ad symbolum apostolicum pag. 571. seq. edit. latinae. *Io. Forbesius* instruct. historico theolog. lib. V. cap. VI. *Allatius* in Vindiciis Synodi Ephesinae et Cyrilli de processione Spiritus S. ex patre et filio.

tt) *Beccus* de processione Spiritus S. in Allatii Graecia orthodoxa.

uu) *Iac. Sirmondus* S. I. annorum LXXXIII. senex, Frontonis etiam Ducaei adiutus laboribus insignem operum Theodoriti editionem dedit. Paris. 1642. fol. quatuor volum. *Vide Sarrauii* epistolas pag. 54. edit. primae, et epistolas ad calcem epistolae S. Clementis Romani, editas a *Colomesio* pag. 254. [V. Not. p. 277.]

vv) Conf. *Hamberger* Z. N. III. p. 188. graeca tantum edit. sine versione lat. nominatur etiam in cat. bibl. *Barberinae* II. p. 452. *Leidens.* p. 72. *Harl.*

autem librorum ſcriptorum, quibus Schulze inſtructus, ad tomum I. et reſtituendum atque locupletandum acceſſit, et quae in praefat. pag. XVI. ſeqq. diligenter enumerauit, fuerunt quatuor codd. bibl. *Auguſtanae,* quorum primus continet Theodoreti commentt. in Octateuchum; tres alii ſpectant ad comment. in Pſalmos. Primus illorum membr., isque praeſtantior reliquis, comprehendit integrum in Pſalmos: alter chartac. deſinit in medio comment. ad Pſalmum XCIV. tertius, membr. complectitur catenam in Pſalmos ex Aſterio, Baſilio M. Cyrillo, Didymo, Euſebio et *Theodoreto* collectam a Pſalmo IX. 16. vsque ad finem Pſalmi L. Quum vero in edit. *Io. Pici* mere graeca pariter atque in cod. auguſtano nonnullae quaeſtiones in librum Iudicum et comment. in libr. Ruth deeſſent; *Schulze* hunc defectum quodammodo ſuppleuit ex illis, quae *Dau. Hoeſchel.* ſuis ad Photium notis p. 53. ſq. e cod. quondam *bauarico* inſerenda curauit ww). Ad libros Paralipomenων in fine huius partis acceſſerunt variae lectiones, ex praeſtantiſſimo cod. *Coislin.* VIII. collectae. (De hoc cod. qui continet libros IV. Regum cum commentariis variorum ſcriptor. eccleſiaſt. et libros Paralipomenων, Tobiae et Iudith aliaque, multus eſt *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 43 — 57. atque p. 50. dedit ſpecimen varr. lect. Paralipomenων et p. 44. obſeruat, in comment. ad libros Regum plura adferri Theodoreti, etiam ex libro tertio eiusdem *contra Manichaeos.*) Ex codd. denique Medic. Laurentianis opera Bandinii accepit Schulze et inſeruit, quae pertinent ad Pſalm. V — XXXV. tum ad Pſalm. LXXVII. ſcholion, (quod iam *Bandin.* in cat. codd. Medic. I. p. 35. primus publicarat ex cod. XIV. ſiue ampliſſima in Pſalmos catena, quae ab editis valde differt et vberrimum praebet ſpicilegium) et in notis p. 1409. ad Pſalm CXII. 9. Quibus aliisque ſubſidiis quomodo vſus ſit *Schulze*, in praefat. vberius declarat. In *catenis* autem in libros diuinos Theodoreti nomen excerptaque, quum in tanta eſſet auctoritate, eaque dignus, ſaepenumero ſplendeſcere et ſeruari, non eſt, quod miremur. v. infra in recenſione catenarum h. vol. (vet. ed.) p. 736. 759. 764 ſqq. 787. 788. 790. Atque, niſi circumſcriptus eſſem limitibus, multos codd. *Coislin. Vindobon. Anglicos* aliosque, qui eiusmodi catenas aut Niconis aliorumque collectiones aut interpretatt. canticorum Moyſeos aliorumque diuinorum ſcriptorum continent, poſſem laudare. In *Macarii Chryſocephali* Ῥοδωνιᾶ (quam late recenſet cl. *Villoiſon*, Anecd. gr. II. p. 4 ſqq.) ſunt plura excerpta ex Theodor. commentar. quae curate indicat Villoiſ. l. c. pag. 71. — Codicum tamen msstorum quorumdam, in quibus vel comment. in libros, nr. 1 — 4 nominatos, vel plura opera vel longiora excerpta comprehenduntur, notitiam adnexere iuuat. Secundum igitur *Montfaucon.* in bibl. bibliothecar. MSSt. eiusmodi ſcripta Theodoreti cuſtodiuntur in bibl. *Sfortiana*, ſolutiones dubitation. in Pentateuch. Moſis, libr. Ioſuae et Iudices, et alia ſcripta, ad Neſtorii haereſin ſpectantia. (tom. I. p. 705. D.) ibid. expoſitio in omnes Pſalmos. (tom. I. p. 705. D.) — in bibl. *Guil. Peliſerii*, Theodor. opera multa. (II. p. 1198. D.) — comm. in *Pſalmos*, *Florent.* bibl. monaſterii Benedictin. B. Mariae, (I. p. 414. E. add. *Montf.* diar. ital. p. 363.) — *Romae*, bis in bibl. patrum S. Baſilii. (I. p. 196. A. et p. 198. D. add. *Montf.* diar. ital. p. 215.) — *Venetiis*, plura ſcripta. (I. p. 476. D. et p. 477. A. B.) — *Neapoli* in bibl. regia, comm. in Pſalmos, in codd. CXCVIII.

ww) In cod. *Bauar.* XX. ſecund. catal. codd. gr. pag. 6. ſunt *Theodoret.* in V. libr. Moyſis, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipom. *eiusdem* diff. ſed mutila, de edd. LXX. interpret. Aquilae, Theodotionis, Symmachi, Luciani etc. *Harl.*

CXCVIII. et CXCIX. — in cod. CCV. quaestiones in libr. Mosis, Iosuae, Iudicum, Ruth, Regum et Paralipom. — Ibid. in bibl. Augustinens. S. Ioan ad Carbon. cod. X. Collectanea Anastasii Sinaitae, Basilii, *Theodoreti* etc. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. teste *Bandinio* in cat. codd. gr. etc. cod. XXIX. 1. plut. 5. Θεοδώρητε — in dubia quaedam selecta S. S. sed codex desinit in secunda interrogatione εἰς τὴν Ῥοὺθ· (tom. I. p. 54.) — in cod. V. nr. 5. plut. 6. quaestiones in Genesin, initio et fine mutilae. (I. p. 102.) — Quaestiones quaedam cum suis solutionibus *aduersus Iudaeos*, quos quia desunt in edit. Sirmondi, *Bandin.* I. p. 110 sqq. ex illo cod. publici iuris fecit. In eod. cod. sunt, (quae *Bandin.* p. 112 sqq. partim recensuit, partim vulgauit graece, aut, quomodo differant ab editis, paucis indicauit.) nr. 11. *Theodoreti*, (de Bandini coniectura,) breues institutiones anagogicae in sanctos viros, qui ante legem claruerunt. nr. 12. institutio moralis de iis, quae ad summum sacerdotem pertinent. nr. 13 — 26. quaestiones in Octateuchum cum solutionibus. — In cod. at minus integro, XIX. plut. 6. quaestiones in aliquot libros Octateuchi in IV. Regum, et II. Paralipom. adiunctis nonnullis aliorum patrum fragmentis. (I. p. 136 sqq.) — In cod. V. plut. 11. expositio in Psalmos. (I. p. 501.) — In cod. XIII. nr. 13 — 21. plut. 59. excerpta ex quaestionibus in Leuiticum, Numeros, Deuteron. Iosuam, Iudices et Ruth. (II. p. 519 sqq.) — In cod. XXX. nr. 5. leguntur quaestiones multae cum responsionibus, ad res sacras pertinentes, quas *Bandin.* II. p. 477. suspicatur excerptas esse ex Theodoreti quaestionib. in Pentateuchum etc.

Venetiis in bibl. D. Marci XV. Octateuchus, cum catena s. collectione commentariorum ex *Theodoreto* aliisque patribus. — cod. XVI. catena in libros Regum ex *Theodor.* aliisque congesta: tum Paralipomena. praefixis Theodoreti quaestionibus. — cod. XVII. Psalterium cum amplissima margin. catena ex *Theodoreto* aliisque. — codd. XIX. et XX. *Theodor.* commentarius in Psalmos. v. catal. codd. gr. Marc. p. 18 sqq. — Ibid. inter codd. *Nanianos*, in cod. XXX. 3. *Theod.* quaestiones in Genesin; sed multa desunt. — in cod. XXVI. comm. in Octateuchum, Reges, Paralipom. Danielem, Ioelem, Abdiam, Mich. Nahum, Sophoniam et Haggaeum. — in cod. XXXVII. 2. *Theodor.* interpretatio Psalmor. v. catal. codd. gr. Nanian. p. 39. 32. et 46. — *Mutinae* in bibl. archiepiscopi Graecorum, *Theodoreti* προθεωρίαι in Psalmos, et quaestiones siue ἄπορα S. S. (*Montfauc.* in diario ital. pag. 46.) — *Taurini* in bibl. regia cod. CV. *Theodor.* prooemium et comm. in Psalmos. v. cat. codd. gr. p. 213. *Paris.* in bibl. publica, fragmenta commentarior. in V. T. codd. V. CXXVIII. CXXXIII. CXLIII. et CXLVI. — Comment. in Psalmos, in codd. DCCCXLIII. et duobus sqq. atque cod. MLI. — In codd. *Coislinianis* (omissa eorum, quorum iam supra meminimus, codd. atque catenarum, quae plures sunt in bibl. Coisl. secundum *Montfauc.* commemoratione,) cod. CCLI. *Theodor.* in scripturam; praemittuntur indices quaestion. et comment. in libros IV. Regum, nec non in libros II. Paralipomenon. (p. 303.) — in cod. CCCIX. varia excerpta in Anastasii Sinaitae monachi responsionibus ad quaestiones orthodoxorum de variis capitibus. (p. 305.) — in cod. CCCV. qui continet *Georgii* chronicon, sunt fol. 94. ex Theodoreto quaedam de Roboamo, et fol. 115. ac 260 sqq. alia plura. (p. 420 sqq.) — in cod. XVI. quaestiones in V. T. et responsiones ex *Theodoreto* aliisque — in codd. LXXX. et LXXXI. *Theodor.* comm. in Psalmos cum scholiis margin. aliorum (p. 137.) — in codd. CLXXXVII. et CLXXXIX. Psalterium cum comment. scholiisque *Theodoreti* aliorumque (p. 244.)

Vindobonae in bibl. caesarea, tum in multis mssт. e. gr. cod. IV. cod. XLVII. in vol. III. comm. Lambec. p. 35 sqq. vbi v. Kollarii notam., p. 179. vol. V. p. 135 sqq. quibus insunt *cat* *ae* in libros sacros quarum notitiam vberiorem reddere h. l. non vacat, tum in aliis codd. — Ex comment. *Lambec.* h. l. paucis memorabimus notatu dignos codd. In vol. I. p. 770. ex indice quodam Kollar. in suppl. nr. XXXII. cod. membr. in 4. vltra 700. ann. opp. *Theodoreti.* — In cod. CXLVI. 2. excerpta ex *Theodoreti*, Origenis aliorumque expositionibus in V. T. et nr. 33. excerpta ex Theod. aliorumqe operibus (*Lambec.* IV. p. 256. vbi conf. Kollarii notam, et p. 264.) — in cod. CLXIV. nr. I. *Theodor.* quaestiones in Pentateuchum, cum prooemio ad Hypatium in libr. Iosua, et Iudicum cum antiquis anonymi gr. adnotatt. margin. ac nr. 6. interpretatio compendiaria variarum V. et N. T. quaestionum ex *Theodoreto* aliisque. (*Lamb.* IV. p. 362 sqq. et 364 sqq.) — in cod. CLXV. 1. *Theodor.* quaestiones quaedam in Genesin et in cod. CLXVI. 1. eiusdem interrogatt. et responsiones de variis S. S. locis difficilibus, intermixtis et subiunctis aliorum veterum patrum expositionibus. (*Lamb.* IV. p. 370. et 387.) — in cod. CCXXX. plura *Theod.* excerpta in Leonis Magistri epitome expositionis patrum varr. in Pentateuchum, libros Iosuae, Iudicum, Regum et Ruth. (*Lamb.* V. p. 133 sqq.) in cod. CCXXXV. 17. *Theodor.* quaestiones in Genes. cum prooemio ad Hypatium; in hoc tamen cod. (vti quoque in cod. *Cromwelli* bibl. Bodl. CCXCIV, 17.) opus adtribuitur *Cyrillo Alexandrino.* (*Lamb.* V. p. 173.) — in cod. CCXLIV. 4. excerpta ex Theodoreto aliisque, (ib. p. 235.) — in cod. CCLI. in anonymi locis communibus de interpretatt. diuinorum praeceptorum Domini ex patrum opp. collectis et in cod. CCLXXXIII. 2. in anonymi excerptis miscellan. (*Lamb.* V. p. 324 sqq. et p. 474.) — *Theod.* comment. in Psalmos sunt in codd. X. XIV. et XV. in catena in Psalm. (*Lamb.* III. p. 54 sqq. et 64 sqq. coll. notis Kollarii. add. Kollar. ad p. 71. et 137.) — in codd. CLXVII. addito *Theodor.* aliorumque comm. in varia V. et N. T. cantica et CLXVIII. expositio integra in omnes Psalmos. (*Lamb.* IV. p. 392 sqq.) — Ex *Theod.* aliorumque patrum scriptis collecta expositio Psalmi CIII. (*Lamb.* IV. p. 457.)

Secundum catal. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* LXXVI. ex *Theodor.* aliorumque scriptis quaestiones super Genesin. — in cod. CXXIII. *Theod.* quaestiones in Octateuchum, eiusdem in Ruth. — *Dublini* in bibl. collegii S. Trinitat. nr. DVI. 9. *Theod.* quaestio 65. in Genesin. — Psalterium cum praef. Theodoreti etc. in cod. *Barocc.* XV. — *Theod.* in Psalmos in bibl. Bodl. cod. *Laud.* nr. DCCX. — inter codd. Th. *Roe*, nr. CCL. *Theod.* praef. ad expositionem Psalmi V. — inter codd. *Bodlei.* nr. MCMLXXXII. Psalterium cum catena et *Theodor.* progr. ad historiam Psalmorum. — *Oxoniae* nr. MMCXXXI. inter codd. bibl. collegii Mar. Magdal. expositio Psalmor. male adscribitur *Euthymio*, quum reuera sit *Theodoreti.* — In codd. *Escorial.* Theod. praemeditatio in Psalmos; (*Plüer* in itin. per Hisp. p. 191.) — *Mosquae* in bibl. synod. *Theod.* comm. in Psalmos, bis, teste *Schiada* in catal. codd. gr. bibl. synod. p. 30. et 37. Sed haec sufficiant! add. infra, vol. IX. de Photio, p. 447. cod. CCIV. — Notae msst. in Theodor. inter codd. Bonau. Vulcanii, *Leidae*, in bibl. publ. cuius cat. vid. p. 348. fin. *Harl.*

2. *Tres quaestiones in librum Iudicum et vnam in libellum Ruth*, a Pico praetermissam, primus e codice Bauarico graece vulgauit *David Hoeschelius* ad Photii Bibliothecam p. 952. sqq. Hisce suam versionem Sirmondus adiecit.

3. *Quae-*

3. *Quaestiones in libros Samuelis*, *Regum*, *Paralipomenon*, graece primum editae Sirmondo e codice regio, addita *Gentiani Herueti* versione, quae in latinis Theodoreti editionibus saepius prodiit. Quaestione VI. in I. Samuel. habetur fragmentum praefixo nomine Διοδώρυ. Sic quaestione XX. in Genesin Origenis et Diodori et Theodori Mopsuesteni de anima sententiae afferuntur, vt appareat, haec ab aliis addita fortasse e Catenis. Nam in codice regio illa, teste Sirmondo, non exstant. Memorat et Photius laudatque merito cod. CCIV. Theodoreti ἐξήγησιν εἰς τὰ ἄπορα τῆς ὀκτατεύχυ, εἰς τὰ τῶν βασιλειῶν (notum est, libros Samuelis et Regum pariter sub hoc titulo comprehendi) καὶ εἰς τὰ παραλειπόμενα. Meminit et Nicephorus XIV. 54.

4. *In omnes Psalmos Commentarius* inter annos 433. et 445. absolutus, et Chrysostomi vestigiis frequenter insistens, inter cuius opera [P] etiam expositiones quorundam Psalmorum, quae Theodoreti sunt, leguntur. Meminit huius operis praeter *Nicephorum* XIV. 54. Theodoritus quaest. 43. in libb. Regum et ipse Epist. 82. Latine vertit *Antonius Caraffa* Patau. 1564. 4. Graece primus Sirmondus cum Caraffae interpretatione exhibuit. Alia e Catenis collecta a Garnerio, vt dicam infra, vbi Auctarium eius recensebo. *Fabr.* Hunc commentarium gr. et quidem cum scholiis reperiri in bibl. August. Vindel. testatur *Wolfg. Seberus* in sua ad Psalmos poenitentiales commentarii, a. 1629. editi, praefatione. *Heum.* In *Reiseri* indice MSSt. bibl. Aug. commemorantur p. 21. tres codd. *Theodoreti* interpr. 1) Psalmorum L. priorum, 2) in idem Psalterium, 3) interpret. Psalmorum κατὰ λέξιν. conf. *Schulze* praef. ad tom. I. p. XVI. et in vita Theodoreti p. 32 sqq. — Scholia in psalterium in Opp. Basilii a Riueto habentur pro cinno commentar. Chrysostomi et Theodoreti, adnotante *Io. Fabricio* in hist. biblioth. suae I. p. 104. *Harl.*

5. *Commentarius in Canticum Canticorum* ad Ioannem episcopum Antioch. circa A. 425. scriptus. Hunc praeter *Gabium* Rom. 1563. [1562. in bibl. Leid. p. 72.] fol. latine vertit *Franciscus Zinus* Rom. 1563. fol. Venet. 1574. 4. ex codice MS. Maximi Nili et Pselli notationes interspersas habente. Graeca primus Sirmondus cum Zini versione in lucem edidit. In Canticum scripsisse se Theodoritus praef. in Psalmos testatur, et ex hoc commentario, Theodoreti laudato nomine, adfert quaedam *Pelagius* II. siue Gregorius Magnus, et ad ea, quae Garnerius et Caueus huic scripto obiiciunt, ut alterius illud demonstrent auctoris esse. respondit *du Pin* tom. IV. Bibl. scriptorum eccles. p. 91. *Fabr.* Conf. supplem. tom. II. act. erudit. p. 418 sqq. a. 1696. In vtramque partem disputat, nec tamen definit, quamquam in illam partem, quae Theodoreto vindicat opus, inclinare videtur, *Oudin.* l. c. col. 1072. sqq. Genuinam libri indolem contra Caueum et Garnerium late defendit *Schulze* in vita Theodoreti p. 34 sqq. Ille comm. in Schulze edit. occupat primum locum tom. II. p. 1 — 164. *Schulze* autem vsus est cod. *Augustano* chart. in 4. ex antiquiore descripto, vna cum interpret. *Maximi*, *Nili* et *Pselli*, v. praef. ad tom. II. p. VII. — Teste *Reisero* p. 36. catal. est quoque in bibl. *Augustana* cod. qui continet *Procopii*, sophistae christiani, epitomen expositionum in canticum canticorum e Gregorio Nysseno, *Theodoreto* aliisque. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. CLXIX. *Theod.* comm. in cant. cantic. vna cum expositione cantici cantic. ex *Gregorii Nysseni*, *Nili et Maximi* commentariis collecta, et cum *Mich. Pselli* comm. in canticum

ticum cantic. Illos autem commentarios in hoc cod. eodem ordine et modo collocatos esse, et sibi inuicem permixtos, vt in editione Opp. Theodoreti latina, Colon. 1567. fol. tomo I. pag. 357 — 447. animaduertit *Lambec.* comm. IV. p. 396 sqq. — In bibl. *Sfortiana* Theod. in cantica cantic. v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 703. C. *Harl.*

Tomus II.

6. *Commentariorum in Esaiam,* quorum in praefatione ad Psalmos et Epist. LXXXII. et CXIII. Theodoritus meminit, et qui nusquam reperiuntur, *iacturam,* inquit Sirmondus, *aliqua ex parte vt resarciremus, ex Catenis delibauimus, quae quidem quum medullam haud dubie omnium, quae in Esaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quamquam huius potiundi spes iam dudum, ni fallor, apud Graecos ipsos interiit: quippe qui ad iacturae solatium excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romae et Parisiis videre nos meminimus, sed quae vltra XV. Esaiae caput non procedebant.* Haec e Catenis excerpta cum versione sua Sirmondus exhibet, in quibus nonnulla *Theodori Mopsuesteni* **) esse, cuius nomen cum Theodoreto subinde confunditur, non absurde Caueus coniicit. *Fabr.* In edit. *Schulzii* tom. II. pag. 165 — 402. qui in praefat. pag. IV. sqq. recenset codd. quibus vsus est ad emendandum comm. in prophetas textum. Huc pertinet cod. *Augustanus* membr. saec. IX. vel X. bonae omnino notae, qui continet prophetas minores et maiores, cum comm. Theodor. et alia. Ieremiam excipiunt lib. Baruch, in cod. inscripto Ἱερεμίας Βαρούχ, Threni et epistola Ieremiae etc. (In *Reiseri* cat. p. 6. fin. sic citatur: Prophetae maiores et minores, cum periochis Hesychii, presbyteri Hierosolymitani, *Theodoreti,* Polychronii, et fragmento Chrysostomi in Susannen). — In catenis in Iesaiam in cod. VIII. *Florent.* plut. V. quem copiose recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 17. sqq. (v. quoque ad nr. 9.) tum in cod. XXV. *Veneto* (v. cat. codd. Ven. D. Marci, p. 22.) — *Romae* in cod. membr. saec. XII. bibl. Chiggianae, *Theod.* in Iesaiam, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 237. — in codd. *Sfortianis* tribus et bibl. *Barberinae* cod. (*Montfauc* bibl. bibl. MSSt. I. pag. 703. E. et A. et p. 175. C.) — *Taurini* in bibl. reg. cod. IX. saec. IX. laciniae multae comment. in XII. min. prophet. v. cat. codd. gr. Taur. p. 74. et p. 75. confector dedit specimen nitidissimi characteris litt. maior. et interpungendi rationis. — in cod. CXCII. *Coislin.* teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 245. — in codd. *Vindobon.* caesar. XXVII. minus integro, et LXXII. indice *Lambec.* in comm. III. pag. 107. et 345. — in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* in itiner. cit. p. 191. — *Mosquae* in bibl. synod. codd. XXIV. bis, et XXV. v. *Matthaei.* notit. codd. Mosquens. p. 35. et 36. — in *Schiadae* cat. codd. Mosq. p. 47. nominantur *Theodoreti* commentaria in prophetas. *Harl.*

7. *Commentarius in Ieremiam, Baruch, et Threnos* latine versus a Iohanne Pico, Paris. 1564. et cum eius interpretatione graece primum a Sirmondo vulgatus. *Fabr.* In ed. *Schulz.* tom. II. p. 403 — 668. Contulit *Schulz.* praeter cod. antea memor. Augustanum, etiam cod. chart. *Bauar.* complectentem *Theod.* in Ieremiam, Baruchum, Threnos, Ezechiel. et

**) Et de coniectura Schulzii de vita Theod. p. 58. *Eusebii, Caesariensis.* *Harl.*

et Danielem, cui praeſtantiſſimo cod. ille plurimas debet textus emendationes. — Tum reperitur ille commentar. *Venetiis* in bibl. Marc. cod. LXXXVII. *Theod.* interpr. in Ierem. (cat. codd. gr. p. 60.) — *Vindobonae* in cod. CXX. comm. in Ierem. Baruch. et Threnos, conflatus ex tribus Origenis, Chryſoſtomi et *Theodoreti* expoſitionibus, et in XII. tomos ſ. ſectiones diuiſa: ſequitur *Theodor.* expoſitio in Danielem, in X. ſectiones diuiſa: de quo cod. multus eſt *Lambec.* comm. IV. p. 178. ſqq. — Add. de Barucho ſupra, vol. III. p. 734. ſq. *Harl.*

8. *Commentarius in Ezechielem,* graece primum editus a Sirmondo cum verſione *Io. Baptiſtae Gabii,* Veronenſis, quae primum prodierat Romae 1563. fol. *Fabr.* In *Schulz.* ed. tom. II. part. II. pag. 969 — 1052. Contulit *Schulze* codd. Auguſtanum et Bauar. laudatos. — In bibl. *Coislin.* cod. XVII. ſ. catena in Ezechiel. ex Theodoreto aliisque contexta et cum prologo Theodoreti: plura de eo cod. ſcripſit *Montfauc.* in bibl. Coislin. pag. 61. ſq. — Codicis *Bauar.* XXI. argumentum in cat. codd. gr. p. 6. ſic indicatur: „ *Theodoreti* in Ezechielem prophetam tomi XVI. catena in Hieremiam proph. ex *Chryſoſtomo, Theodoreto* etc. in XII. tom. diſtincta. *Theodor.* in Danielem." — *Vindobonae* in cod. bibl. caeſar. CLXX. *Theod.* comm. in Ezechielem (*Lambec.* IV. p. 398. ſq.) — *Mediolani* in bibl. Ambroſ. *Theod.* in Ezech. cod. membr. ſaec. X. et in duodecim prophetas, cod. recens. Sic citat *Montfauc.* in diar. ital. p. 13. et in bibl. biblioth. MSS. I. p. 528. D. ſed p. 504. E. alium eiusd. bibl. *Ambr.* commemorat: „ *Theod.* in Ezechielem, pergam. de curatione morborum grauiorum. — Orationes XII. — in XII. prophetas minores. Lexicon collectum ex eius ſcriptis, bomb." — in cod. *Sfortiano,* Theodor. in Ezechielem et Daniel. teſte *Montfauc.* l. c. I. p. 703. E. — *Florent.* in cod. Laurent. III. plut. XI. in Ezech. et Danielem, et curation. graec. adfectionum: operi praecedunt verſiculi in laudem Theodoreti, quos gr. ac lat. edidit *Bandin.* in cat. codd. gr. I. p. 498. ſq. et p. 499. ſqq. vberius recenſuit cod. IV. catenam in XII. minores et IV. maiores prophetas cum *Theodoreti* aliorumque commentariis, ſcholiis atque hypotheſibus. *Harl.*

[?] 9. *In Danielem, prophetam.* Meminit *Theodoretus* ipſe praef. in Pſalmos et epiſtola LXXXII. et *Photius* cod. CCIII. *Nicephorus* quoque, XIV. 54. in ſedecim prophetas ſcripſiſſe noſtrum teſtatus. Quod vero ad tempus adtinet, in Danielem prius Theodoretus ſcripſit, circa a. C. 426. hinc in Ezechielem, poſtea in duodecim prophetas, inde in Eſaiam, denique in Ieremiam, Baruchum ac Threnos. Commentarium in Danielem vertit idem *Gabius,* Rom. 1563. fol. Graeca Sirmondus primus addidit. *Fabr.* In ed. *Schulz.* II. part. II. p. 1053 — 1304. codd. Auguſtano aliisque nonnullis ad ſect. ſuperiores nominatis, adde cod. *Venet.* Iuſtinian. indice *Montfauc.* in diario ital. p. 434. et *Paris.* bibl. publ. cod. MXLIX. *Harl.*

10. *In XII. prophetas.* Meminit *Photius* cod. CCV. et Nicephorus ac Theodoritus ipſe locis iam laudatis. Primus graece edidit Sirmondus cum verſione *Petri Gillii,* Albienſis, quae primum lucem viderat Pariſ. apud Henr. Stephanum, auum, et Lugduni apud Gryphium 1533. 8. *Fabr.* In *Schulzii* ed. tom. II. part. II. pag. 1305 — 1694. Ad textum emendandum

 vſus

vſus eſt Schulze cod. Auguſt. lectionibusque cod. *Florentini* (in *Bandinii* cat. codd. Laurent. I. p. 499,) et cod. *Coislin.* de quo v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 303. Praeterea in cod. *Bauar.* XVII. *Theodor.* in Hoſeam. — in cod. CX. *Coisl.* qui continet vitas Sctorum, m. Oct. ſunt quoque *Theodor.* prologus in XII. prophetas; hypotheſis libri XII. proph. Hoſeae, tum Ioëlis cum comment. in Ioëlem v. *Montfauc.* l. c. 184 ſq. add. p. 186. ſq. de codd. CXII. et CXIII. — Com. in prophet. min. in codd. bibl. *Paris.* publicae DCCCXLI. — DCCCXLVI. et duobus ſeqq. acc. cod. DCCCXLVIII. duae praefatt. alia, in qua indicantur tempora, quibus ſinguli prophetae vixerunt; alia in prophetas, ſed diuerſa ab ea, quam edidit Sirmondus. Sequuntur excerpta ex Theodor. comm. in Ieſaiam, diuerſa quoque ab iis, quae Sirmondus foras dedit — MXLIX. - in cod. MCCCCXLIX. nr. 5. de Malachiae vita et in eius prophetiam Theodor. commentar. — et in cod. MCDLVIII. nr. 2. comm. in prophet. Habacuc. ac nr. 27. in Aggaeum prophet. Particula commentarii eſſe videtur, *de Zacharia, propheta,* in cod. MCDLII. nr. 11. — *Vindobon.* in cod. caeſar. XIV. nr. 28. expoſitio in Michaeam, proph. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 274. ſq. — *Baſileae* in bibl. publ. cod. *Theodor.* exegeſis in XII. proph. min. eiusd. ſcripta contra Cyrillum, Alexandr. et hiſtoria eccleſiaſt. (*Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. p. 615. A.) — In bibl. *Bodlei.* nr. MMCMXLI. in XII. min. proph. — *Oxon.* nr. MCMLXXXIX. initium commentariorum, contra in omnes XII. proph. *Dublin.* nr. DCCLIV. ſec. catal. codd. Angliae etc. — In Hoſeam, in cod. *Eſcorial.* v. *Plüer.* l. c. *Harl.*

Tomus III.

11. ***Commentarii in XIV. epiſtolas Pauli***, in quibus Chryſoſtomum frequenter ſequitur et ſenſum pariter connexionemque ſententiarum exquirit. Poſt concilium Epheſinum nec ante a. C. 432. ſcripti videntur. Latine vertit *Gentianus Heruetus,* Florent. 1552. 8. Graeca primus in lucem protulit Sirmondus. Commentariorum in Apoſtolum meminit *Nicephorus* XIV. 54. et *Theodoritus* ipſe epiſt. LXXXII. et CXIII. *Fabr.* In ed. Schulziana tomum III. cuius partem priorem complent Theod. comm. in epiſt. Paullinas, curauit cel. *Noeſſelt*, cui ad textum reſtituendam profuerunt codd. *Auguſtanus* (in quo eſt catena, v. *Reiſer.* cat. p. 6.) et *Bauaricus,* (cod. XIX. in cat. codd. Bauar. p. 5.) atque ed. Herueti latina et collatio quarumdam catenarum; de quibus ille in praef. intelligenter diſſerit. — *Vindob.* in cod. XLVI. nr. 1. in memorabili catena etc. in ep. Paulli ad Romanos, et nr. 2. Theodoreti interpret. I. epiſt. Paulli ad Corinthios. v. *Lambec.* comm. cum nota Kollarii, III. p. 174. ſq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. 3. ſqq. plut. VIII. *Theodoreti* hypotheſes et excerptae interpretatt. epp. Paullinarum in catena patrum etc. — in cod. X. plut. IX. hypoth. cum ipſo commentario Theodoreti in Nicetae catena in plures epp. Paullinas. — Similiter in aliis catenis in codd. IV. VI. VII. et XIX. plut. X. et alibi. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. pag. 362. ſqq. 404. ſq. 472. ſqq. 486. —

Venetiis in bibl. diui Marci cod. XXXVI. comm. in epp. Paullin. — Iidem *Romae* in bibl. Chiggiana. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 237. — ſec. eiusd. bibl. bibl. MSS. in bibl. monaſt. Vincent. *Beſancon.* II. p. 1194. D. et *Romae* in bibl. Barber. I. p. 173. D. — *Paris.* in bibl. publica, cod. CCXVII. in quo tamen maxima pars comment. in ep. ad Timotheum deſideratur,

et

et DCCCXLIX. — in bibl. *Coislin.* cod. XXVIII. et XXX. it. CCIV. CCXXIV. in variorum comment. in epp. Paullin. — in cod. LXXXII. comm. in omnes epp. Paullin. paucula tamen desiderantur in fine expositionis in epist. ad Philemon. — v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 83. 84. 138. 264 et 275. In multis codd. *Coislinianis* aliisque seruantur etiam Theodor. Fragmenta atque interpretationes in variis catenis in *euangelistas* et *cantica* vtriusque foederis *sacra* add. *Schulze* diss. de vita etc. Theodoreti p. 38 sqq. *Harl.*

12. *Historiae ecclesiasticae libri V.* ab a. C. 325. siue vicennalibus Constantini M. vsque ad a. C. 429. absoluti circa A. 450. de quibus non repetam, quae dixi lib. V. c. 4. *Fabr.* supra, vol. VII. p. 429 sqq. et 455. nr. 10. it. *Schulze* de vita Theod. p. 40 sqq. Theodor. H. E. in ed. Schulz. tom. III. part. II. curante cl. *Noesseltio. Harl.*

13. Φιλόθεος ἱστορία yy) siue ἀσκητικὴ πολιτεία. *Historia religiosa* Ascetarum atque Eremitarum, virorum foeminarumque triginta, atque in his decem adhuc tunc quum hunc librum scriberet, superstitum vitas et elogia continens, scripta circa a. C. 444. Opus haud dubie genuinum, quum et Theodoritus ipse ad illud lectorem in Hist. ecclesiastica lib. IV. c. 34. remittat, memineritque illius Epist. 82. et in limine λόγȣ περὶ ἀγάπης, qui clausulam historiae huius videtur continere: zz) et memoretur a *Theodoro Lectore* libr. I. p. 553. *Nicephoro* IV. 54. Menaeis ult. Octobr. etc. Tamen magis vulgi sermonibus, quam adcuratiori relationi in hoc libro Theodoritum stu luisse, atque inde multas in eo narrationes suspectas haberi merito, notavit *Wilh. Ernestus Tentzelius* in diss. selectis p. 237. Latine vertit [a] *Ioach. Camerarius* Basil. 1539. fol. *Gentianus Heruetus* Paris. 1556. [1555. in cat. Leid. bibl. p. 72.] 1570. 4. ad calcem Palladii Lausiacae. Exstat etiam in Historia christiana Rev. *Laurentii de la Barre* Paris. 1583. fol. et in *Heriberti Rosweydi* Vitis Patrum libro IX. Antw. 1628. fol. *) Graece ante Sirmondi editionem non prodierat. Interpreti Herueto inscribitur Θεοφιλὴς, eodem, quo φιλόθεος sensu; hic enim Theodoreti ipsius et aliorum veterum testimonio titulus operis, quod etiam MSti codices confirmant, vt Vindobonensis, de quo multus est *Lambecius* VIII. p. 314 sqq. b) qui etiam p. 317. notat, additamentum de Simeone Stylite, (quod

yy) Vide *Sirmondi* edit. pag. 763. *Fabr.* In ed. Schulz. curante *Noesseltio* tom. II. part. II. p. 1099 — 1295. *Harl.*

zz) In cod. CIX. *Bauar.* in cat. codd. gr. p. 42. atque in cod. *Naniano* XLII. nr. 1. et 2. catal. p. 52. in cod. *Coislin.* LXXXIII. sec. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 138. in *Escorial.* teste *Pliiero* l. c. p. 191. etc. iunctim inesse dicuntur *Theodoreti Philotheos* et *oratio Theodoreti de dilectione.* v. ad nr. 19. Hinc etiam cel. *Noesseltius* l. cit. p. 1296 — 1319. *historiae religiosae* statim subiecit Theodoreti *orat. de diuina et sancta caritate. Harl.*

a) v. infra vol. IX. p. 29. ed. vet. et p. 30 sq. de Ren. Laur. de la Barre hist. christ. *Harl.*

b) s. pag. 670 sqq. ed. Kollar. cuius notas conf. pag. autem 674. sqq. de additamento de obitu *Simeonis Stylitae* agitur: atque, quod codex ille manu cuiusdam *Pachomii*, hominis incerti, exaratus esse dicitur in folii centesimi primi pagina prima, *Lambec.* p. 681. suspicatur, istum *Pachomium* auctorem esse memorati supplementi capitis XXVI. de *S. Simeone Stylita.* Codicem autem ipsum dignum esse iudicat Kollar. not. A. p. 679. qui adornandae nouae Theodoreti operum editionis gratia in consilium vocetur. — In cod. *Veneto* Marc. CCCXLVII. inter Metaphrastae vitas Sctorum; v. confector. catalogi — codd. gr. Ven. p. 158. Conf. infra in Elogiis Sctorum etc. lib. V. cap. 52. pag. 142. vol. IX. — In cod. DCCLXXII.

(quod sub *Theodoreti* nomine laudatur in synodo secunda Nicaena tom. III. Binii p. 567.) ab alio auctore subiectum esse.

14. *Epistolae CXLVII.* ab episcopo scriptae, et a Sirmondo primum graece et latine editae. *Nicephorus* quidem vltra quingentas Theodoreti epistolas legisse se testatur XIV. 54. ἀρίστως καὶ κατὰ λόγον ἕλληνα συγκειμένας, sed ceterae interierunt, exceptis, quas in Garnerii auctario praeterea exstare paullo post infra notaturus sum: Epistola LXXXII. ad Eusebium Ancyranum circa a. C. 448. exarata et latine etiam apud *Baronium* ad A. 443. nr. XII. obuia de scriptis suis Theodoritus mentionem facit. Nec non Epistola CXIII. ad Leonem, papam, [c]) CXVI. ad Renatum, presb. et CXLV. ad monachos CPol. Nonnullas epistolas Theodoreti *Baronius* latine tom. V. et VI. Annalibus suis inseruit ex versione *Federici Metii*, Thermularum episcopi, testatus ad a. C. 430. nr. 48. in codice Vaticano exstare epistolas CLVII. (forte CXLVII. legendum,) quas Metius ille transtulerit. Huic non est accensenda epistola, a Nestorianis supposita, ad Iohannem, episcopum Antiochenum, de obitu Cyrilli, Alex., septem annis post Iohannem illum defuncti, quae incipit: *Sero tandem et vix malus homo defunctus est:* legiturque in synodo V. generali CPol. Actione V. et latine apud *Baronium* ad a. C. 444. nr. 13 sqq. Alias Theodoriti et Nestorii mutuas epistolas, quibus se inuicem recipiunt, ab haereticis suppositas notauit iampridem *Leontius* de sectis p. 454. Adde *Allatium* in Vindiciis synodi Ephesinae p. 130 sqq. *Fabr.* Cel. Noesselt. in *Schulziana* edit. Opp. Theodor. in tom. IV. part. IV. primum p. 1060. — 1274. gr. et lat. reddidit XLVI. epp. et vbiuis adnotauit, quas Baronius protulerat: epistolas, in adpendice Sirmondianae editionis obuias, suo loco inseruit epistolis reliquis: p. 1041. sqq. reposuit epistolam ad Sporacium, de qua vide ad nr. XX. — p. 1275. addidit epistolas, quae a Sirmondo in volumine epistolarum Theodoreti praetermissae, in Garnerii auctario et alibi editae fuerunt, secundum ordinem, quem Garnerius in Theodoreti aliorumque epistolis obseruauit, sed textum multis inquinatum vitiis, et versionem latinam castigauit; vbi vero perierant graeca, veterem latinam exhibuit interpretationem. — In bibl. caesarea *Vindobon.* cod. XXXIII. est plena epistolarum graec. Theodoreti collectio. Insunt autem CXLVII. epistolae; praeterea statim ab initio Theod. contra

DCCLXXII. nr. 61. et tribus aliis bibl. *Paris.* publ. *Theodoreto* adscribitur *vita Simeonis Stylitae* ind. cat. codd. *Paris.* voc. *Theodoretus.* — Praeter codd. in anteced. nota memoratos, *historia religiosa* est *Paris.* in bibl. publ. in codd. CDXCI. nr. 4. — MCDXLI. et seq. ac MDXCVII. in quo statim adnexa est disp. *de diuina charitate*, quam a Sirmondo minus recte seiunctam fuisse, notat quoque confector cat. codd. Paris. tom. II. p. 370. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIX. nr. 3. Philotheus et nr. 4. de diuina dilectione. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. I. p. 54 sq. — Secundum catal. codd. Angliae etc. partes esse videntur s. Philothei, siue hist. eccles. in cod. *Barocc.* CXCVII. *de vita monastica*, excerpta ex Athanasio, *Theodoreto* et aliis — in cod. *Bodlei.* nr. MMDCCCLXXVII, 42. ex *Theodor. de veneratione et honore martyrum* etc. — tom. II. in bibl. *Iacobaea* nr. MMMMMMMMMDLXXVII. *Theod.* Philotheus. — *Theod. vita S. Iacobi*, episc. Nisibeni, ex historia religiosa, gr. et lat. ad ed. *Iac. Sirmondi* cum adnotatt. *Nic. Antonelli*, praef. *S. Iacobi* — — Sermonibus, Romae, 1756. fol. *Harl.*

c) Quae graece legitur quoque cum *Leonis* responsione inter Opp. Leonis M. edit. Ballerinorum, tom. I. pag. 941 sq. Atque ex ed. Ballerin. tom. I. lat. eam subiecit epist. Theodoreti *Schulze* pag. 1293 sqq. in Opp. Theod. IV. part. II. *Harl.*

contra Neſtorium ad Sporacium, (in cod. tamen ſcriptum eſt σφωρακιον, et Sirmond. edidit *Sphorakium*. v. *Schulze* ad tom. IV. part. I. p. 368. tom. II. p. 1041. vbi editur et p. 1167. vbi rectius ſcribitur Σποραχίω) et in fine, *Theod.* ad Ioann. Oeconomium epiſtolae fragmentum, quod in Halenſi edit. legitur a p. 1269. lin. 22 — 1271. lin. 21 et 22. Illum codic. olim Neapolitanum, vberius recenſuit *Kollar.* in ſuppl. ad Lambec. comment. p. 194. — 208. et, vbi in ed. Halenſi ſingulae epp. reperiantur, curate indicauit. Ex illo cod. Noeſſelt antea obtinuerat a Kollario exemplum Theod. *ep. ad Ioan. Germaniciae epiſcop.* et (nr. CLI. p. 1291 ſqq.) Theod. orat. antea nondum editam, de quibus paullo poſt ſermo erit. — In ed. igitur Schulzio-Noeſſeltiana primum locum tenet epiſtola CXLVII. ad *Ioannem, epiſcopum Germaniciae*, (v. nr. XXI.) quae in omnibus codd. eſt CXXV. cum cod. *Vindobon.* collata, vnde diſcrepantes lectiones margini adſcripſit Noeſſelt. Sequuntur *commonitorium*, de quo v. ad nr. 33. et *Ioannis*, epiſcopi Antiocheni, ep. v. ad nr. 34. cum epiſt. Theodor. ad illum Ioannem, (p. 1288 ſqq.) quam contulit Noeſſelt. cum edit. Manſiana collect. ampliſſ. concilior. tom. V. p. 85. — Quam p. 1291 ſqq. nr. CLI. excipit *Theod.* oratio ad eos, qui in Euphrateſia et Oſroena regione, Syria, Phoenicia et Cilicia vitam degunt monaſticam. In nota „nondum edita fuerat, ait Noeſſelt, haec inter ceteras Theodoreti epiſtolas, ſed eius tamen fragmentum, idque latinum, exſtabat in Garnerii auctario p. 62. Totius igitur epiſtolae exemplum nacti, adcurate e cod. quodam bibl. caeſar. *Vindob.* deſcriptum, cum eoque iterum diligenter collatum hic, (gr. ac lat.) edendum curauimus. Poſt, quum vidiſſemus, Manſium in concilior. collect. tom. V. p. 1023. eamdem, neſcio, vnde depromtam, ediditſſe eius quoque diſcrepantes lect. addidimus." Subiecta eſt diſp. *quod etiam poſt humanitatis adſumtionem vnicus filius ſit Dom. noſter, Ieſus Chriſtus.* In ep. CLII. CLIII. CLIV. CLVIII. CLIX. CLX. (p. 1314 ſqq.) relationes, etc. et p. 1331. Ioan. epiſc. Antioch. relat. ad imperat. per Palladium Magiſtrian. v. ad nr. 35. — Pag. 1320. ep. CLV. epiſt. Ioannis, epiſcopi Antiocheni, ceterorumque, qui cum ipſo erant, ad clerum CPolitanum, et ep. CLVI. eorumdem ad populum CPolitan. p. 1321 ſqq. ex Manſii collectione l. c. p. 1275 ſqq. et ex eodem l. c. 1385. relatio orientalis ſynodi ad imperator. rurſum ſignificans depoſitionem Cyrilli et Memnonis, ep. CLVII. p. 1323 ſqq. et ep. CLVIII. p. 1327. coll. cum Manſii collect. p. 1389. relatio orientalium. — Pag. 1335. ep. CLXII. epiſt. Theodor. ad epiſcopum Samoſatenum, ſcripta Epheſo, latine: atque *Noeſſelt* V. C. in nota, exſtat, ait, haec ipſa epiſtola iisdem verbis inter acta concilii V. CPolitani Collat. V. apud *Manſium* in collect. concil. ampl. tom. IX. p. 293. qui eam e Baluzii editione expreſſit. Alia latina interpretatio eſt in Synodico, a Baluzio edito, cap. 20. quam vid. in eadem Manſii collectione, tom. V. p. 787. — Pag. 1336. ſqq. nr. CLXIII ſqq. tres legatorum oriental. inter quos erat Theodoretus, Chalcedonem miſſorum, ac nr. CLXVI. ſqq. tres eorumdem petitiones ad imper. latin. exſtat quoque in actis concilii orientalium Epheſini in Manſiana collectione tom. IV. p. 1406 ſqq. 1411. et 1421. p. 1401. 1403. 1405. Alia interpretatio in Synodico cap. 26. et c. 31. 32. 34. 35. p. 801 ſqq. et collect. Manſian. tom. V. p. 794. 802. — Epiſt. CLXIX. p. 1345 ſqq. *Theodor.* epiſt. Chalcedone ad Alexandr. Hieropolitan. ſcripta, latine; in mem. actis, in collect. Manſiana, tom. IV. p. 1407. alia in Synodico, c. 30. tom. V. p. 799 ſqq. — Nr. CLXX. p. 1347 ſqq. Epiſt. quorumdam Orientalium, CPol. miſſorum, ad Rufum, epiſc. gr. ac lat. in actis quoque concilii Epheſini apud Manſium l. c. tom. IV. p. 1411 ſqq. — Nr. CLXXI. epiſt. *Theod.* ad Ioann.

Ioann. Antiochiae episc. postquam actum esset de pace: gr. ac lat. (conf. nr. 23.) Primus edidit eam e cod. *Vaticano Leo Allatius* in Vindiciis synodi Ephesinae et Cyrilli, Romae 1661. p. 137. eius etiam partes aliquot p. 45. 46. post, alio e scripto libro, *Cotelerius* in eccles. gr. monumentis, Paris. 1677. 4. tom. I. p. 48. Vterque tamen negat, eam esse Theodoreti. Denique ex alio cod. Vatic. *Garnerius* in auctario. Cotelerii editionem sequitur *Baluzius*; repetit *Mansius* in collect. concil. tom. V. p. 381 sqq. Latina interpretatio, inquit Noess. vetus vniuersae epistolae exstat in Synodici cap. 95. apud Mansium l. c. p. 876 sqq. quae sola videtur integram conseruasse epistolam. Facile enim, idem ait Noess. ad agnoscendum, maneam eam esse in graecis, quod ad primam quidem spectet partem. Alius interpretationis veteris fragmentum est in synodi V. collat. 5. apud Mansium, tom. IX. p. 294. graece exstat in cod. *Veneto* bibl. D. Marci DIV. v. cat. codd. gr. p. 267. — Nr. CLXXII. epist. Theodoreti ad Nestorium lat. duplex versio, altera inserta actis quintae collationis V. synodi apud Mansium l. c. tom. IX. p. 292. cuius partem posuerat Garner. in Auctar. p. 74. altera Marii Mercatoris e rec. Garnerii tom. II. p. 272 seq. et Baluzii p. 333 seq. Est alia quoque interpret. in Synodico cap. CXX. apud Mansium tom. V. p. 898. — Epp. CLXXIII — CLXXVIII. ep. CLXXX. tantum latine ex actis concilior. — Nr. CLXXIX. epist. Cyrilli ad Io. Antiochenum aduersus Theodoretum, gr. ac lat. quam Garner. ex cod. Vatic. exscripsit. Denique epistola nr. CLXXXI. ad Abundium Comensem, episcop. quam a Baronio in Annal. ad a. 450. p. 124. primam editam esse, existimat *Noesselt.* V. C. — Add. *Schulze* diss. de vita Theodor. p. 44 sqq. supra in vol. VII. p. 430. not. *dd.* et vol. I. p. 701. §. XLVI. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XII. nr. 27. plut. 6. ex Theodoreti epistola ad monachos Euphratesiae etc. ac nr. XXVIII. eiusd. epistola ad Ioan. episc. Antiochen. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 121. Idem *Bandin.* ibid. p. 166 sqq. primus edidit gr. ac lat. Iustiniani imp. epistolam aduersus Theodorum et *Theodorit.* libros contra catholicam fidem etc. vbi praecipue p. 191 sqq. citatur Theodoreti epist. ad Ioann. Germaniciae episcopum, et locus ex ea adfertur. — *Vindobonae* in cod. caesar. LII. nr. 109. est *Theodor.* epist. ad Monach. Euphratesiae etc. et nr. CX. *eiusdem* demonstratio, quod Christus etiam post adsumtionem humanae naturae vnus sit filius. v. *Lambec.* comm. III. p. 251 sqq. vbi Kollar. notat, et epistolae et *demonstrat.* exempla Antonio Bongiouanni pro noua Theodoreti edit. a. 1759. fuisse submissa; sed v. infra in fine recens. ed. Sirm. — *Mosquae* in cod. synod. XXXII. nr. 43. est *Theod. Patriarchae,* epistola ad Theodosium monachum, v. infra *de aliis Theodoretis.* — *Quem Neapolitan.* laudat *Montfauc.* in diario ital. p. 309. ille postea in bibl. Vindobon. illatus est, quem recensuit Kollar. loco supra laudato. *Harl.*

Tomus IV.

15. Ἐρανιστὴς ἢ πολύμορφος, siue *dialogi tres* inter Ἐρανιστὴν et orthodoxum *d*), *Photio* cod. XLVI. memorati, quibus probatur, vnionem naturae diuinae cum humana in Christo esse 1) ἄτρεπτον *immutabilem,* 2) ἀσύγχυτον *inconfusam,* et 3) ἀπαθῆ *impatibilem,* sub-

d) Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1097 sqq. vbi multa esse suspicatur intra a. 444. et 448. circiter ao. contra Garnerium disputat, et opus confectum 446. *Harl.*

ſubiuncta eorumdem *dogmatum* [?] *demonſtratione per ſyllogismos* e). Hi ſunt λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογικῶς συνταχθέντες, quos memorat *Nicephorus* IV. 54. Prodiere primum graece cum libris haereticarum fabularum, Romae per Stephanum Nicolinum Sabienſem 1547. 4. Edidit etiam graece typis Voegelin. nitidis *Victorinus Strigelius*, Lipſiae 1568. 8. f) qui ſub idem tempus latinam ſuam verſionem cum praemiſſa Theodoriti vita ſeparatim [ſ. anni nota ibid. cum peculiari inſcript. *Theod.* dialogi III. etc.] vulgauit. Hinc graece et latine cum Strigelii verſione et *Marci Beumleri* analyſi ac notis, excuſi ſunt Tiguri 1593. 1606. 8. Analyſin horum dialogorum a *Laurentio Ludouici*, Leobergenſi Sileſio, concinnatam cum oratione de Laur. Ludouici vita et obitu, edidit *Abrahamus Scultetus*, Neuſtadii 1604. 8. In latinis Theodoreti operum editionibus exſtat latina *Gentiani Herueti* interpretatio, Venet. 1548. 8. et Baſil. 1549. 8. ſeparatim excuſa, quam ſeruauit etiam in graecolatina ſua ἐκδόσει Sirmondus. Exſtat praeterea verſio horum dialogorum germanica *Martini Molleri*, Baſil. 1575. Gorlitzii 1582. 8. typis exſcripta. Hoc opus circa a. C. 446. ſcriptum et gemino inde Theodoſii, imp. edicto a. 447. et 449. flammis addictum, iam monuere viri docti. Notatu digna in hoc opere loca et fragmenta complura, quae Theodoretus laudat, *Ambroſii, Amphilochii, Antiochi, Ptolemaidis epiſc., Apollinaris, Athanaſii, Attici* CPol. *Baſilii* Caeſar. *Cyrilli* Hieroſol. et Alex. *Damaſi*, epiſcopi rom., *Diodori* Tarſenſis, *Euſebii* Emeſeni, *Euſtathii* et *Flauiani* Antiochenorum, *Gelaſii* Caeſareae Palaeſtinae, *Gregoriorum* Naz. et Nyſſeni, *Hilarii, Hippolyti, Ignatii, Ioannis Chryſoſtomi, Irenaei, Methodii, Seueriani*, Gabalorum epiſcopi, *Theodori* Mopſueſteni, et *Theophili* Alexandrini, pro quo male in edit. Rom. et Lipſ. excuſum Θεοφυλάκτȣ. *Fabr.* In ed. Schulz. in tom. IV. part. I. pag. 1 — 263. Add. eiusd. diſſ. de vita etc. pag. 45. ſq. et *Ioan. Fabric.* in hiſtoria bibl. Fabric. tom. VI. p. 438 ſq. vbi *Beumleri* edit. ad refutandam cuiusdam opinionem, Theodoretum fuiſſe Neſtorianum, parata, recenſetur. — Codd. ſunt *Eſcorialenſis*, teſte *Plüer.* in itin. per Hiſpan. vbi vero citatur: *Eraniſta ſeu Polymorphus aduerſus haereſes libri XV.* et plura Theodor. opuſc. aut particulae ex cod. *Eſcorial.* citantur in *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 623. D. E. — *Venet.* in bibl. D. Marci cod. DXXI. v. cat. cod. gr. p. 280. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CLXXIV. excerpta ex tribus dialogis, et tres dialogi ipſi, ſed ab initio et in fine manci in cod. DCCCL. in quo tamen poſteriore in tertio dialogo varia veterum loca in msto omiſſa ſunt, et quidem, vt quidam V. D. ad illum cod. animaduertiſſe dicitur in catal. codd. Paris. II. p. 164. a Theodoreto ipſo in priore ſua editione. — *Vindobonae* in cod. LXXVII. nr. 58. in Lambec. comm. III. p. 396. ſq. ſunt plurium patrum de duabus in Chriſto naturis teſtimonia,

 in

e) Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν· ὅτι ἄτρεπτος ὁ θεὸς λόγος. In Schulz. ed. IV. part. I. p. 263 — 279. In diſp. de vita Theodor. pag. 46 ſq. ex ipſius Theod. epp. XVI. LXXXII. et CXXX docet, genuinum eſſe Theod. noſtri ſcriptum. Reiicit idem opinionem *Baraterii*, qui in adpend. ad Anti-Artemonium, Norib. 1735. et pertinacius in biblioth. germaniq. vol. XLVIII. p. 50 ſq. id. ſcriptum iuniori cuidam vindicare auſus eſt. *Harl.*

f) In praef. Schulzii ad IV. part. I. p. V. citatur, Lipſiae 1591. 8. impenſis Valent. Voegelini. Sed in meo exemplo primo loco eſt textus gr. inſcript. Θεοδωρ. — διάλογοι τρεῖς κατὰ τινων αἱρέσεων. Lipſ. M. D. LXVIII. (1568.) in calce Lipſiae in off. Ern. Voegel. 1568. Sequuntur lat. interpr. *Victor. Strigelii* cum eius adnotatt. ſelectis. Lipſiae. *Harl.*

in his *Attici*, archiepiscopi CPolitani; sed hoc fragmentum ex Theodoreti opere, a quo citatur, decerptum esse videtur *Kollario* in nota A. p. 397. — *Harl.*

16 Κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἢ ψεύδους [g]) καὶ ἀληθείας διάγνωσις. *Haereticarum fabularum libri quatuor*, iisque opposita in *libro quinto* ἡ θείων δογμάτων ἐπιτομή. *Epitome diuinorum dogmatum* ad Sporacium, domesticorum comitem, qui a. C. 453. consul fuit. Hoc opus circa a. C. 452. a Theodoreto scriptum, graece cum dialogis, de quibus iam dictum est, prodiit edente *Camillo Perusco*, auspiciis Ardingelli, cardinalis, Rom. 1547. 4. typis Stephani Nicolini. Latine vertit *Gentianus Heruetus*, Basil. 1549. cuius interpretatio ad calcem Epiphanii, Paris. 1566. fol. et in latinis et graecolatina Theodoreti [*] editione legitur. Quam enim Iohannes a Fuchte praef. ad Philastrium promisit, graecolatina editio lucem numquam vidit. Falluntur de cetero viri docti, Garnerius et Caueus, [et *Oudin.* l. c. cap. VIII. p. 1104 — 1108.] quibus libri IV. caput XII. de Nestorio [h]) spurium ac subdititium fuit visum: nam et hoc eidem auctori tribuitur a *Leontio* p. 456. de sectis, *Theodoro Abbate* in argumento synodi Ephesinae et *Photio* cod. XLVI. Vide *Eliam du Pin* bibliothec. scriptor. eccles. tom. IV. pag. 103 — 105. [i]) et doctorem meum, b. *Tho. Ittigium*, diss. de haeresiarchis apostolicae aetatis p. 13. qui etiam reiicit parum verisimilem eiusdem Garnerii opinionem in vita Theodoreti cap. XII. et de scriptis Theodoreti cap. VI. suspicantis, Sporacium ideo hos libros a Theodoreto efflagitasse et Theodoretum scribendos in se suscepisse, vt consensione cum haereticis oneraret Cyrillum Alex. Nestorium absolueret. Graecae romanae editioni subiectae sunt variae lectiones ex MS. codice cardinalis de Saluiatis. *Fabr.* *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 25. est cap. III. libr. V. haeretic. fabular. de Spiritu Scto. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 121.) — in cod. XI. nr. 2. plut. LX. excerpta de Trinitate et Spiritu Scto ex sacra scriptura, *Theodoreto* aliisque scriptoribus eccles. et cod. VIII. nr. 20. plut. 86. excerpta ex *Theodoreto* aliisque graecis ac lat. scriptor. (*Bandin.* II. p. 600. et III. p. 324.) — de *Trinitate* in cod. Coisl. CXX. fol 210. verso. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 193. qui p. 194 sq. excerpsit scholion ad loc. Theodor. vbi agitur de diis et superstitionibus Aegyptiorum. *Harl.*

17. Περὶ προνοίας. *De Prouidentia homiliae decem.* Nam homilias esse ex p. 357. et aliis locis patet. Antiochiae circa a. C. 430. habitas Garnerius colligit. Du Pinius a. 433. Prod-

g) Hic operis titulus apud *Nicephorum* XIV. 54. *Theodoretus* ipse [in epist. ad Sporacium praemissa, sub fin. p. 283. edit. Schulz. et] quaest. I. in Leuit. τὰ πρὸς αἱρέσεις vocat. Photius cod. LVI. κατὰ τῶν αἱρέσεων. *Fabr.* In hoc libro sequitur *Epiphanium*; vide supra h. c. de genuinis Epiphanii scriptis nr. 2. *Heum.* In *Schulze* edit. tom. IV. part. I. p. 280 — 451. et disp. de vita S. Theodor. p. 47. sqq. Add. *Christi. Guil. Franc. Walch* in — Histor. der Ketzereien, tom. III. p. 487 sqq. 495. 511 sqq. de Messalianis et passim in tom. V. de haeresi et controuersiis Nestor. it. *Fabric.* infra vol. IX. p. 286. de Nestorio. *Harl.*

h) Idem dicendum de *epistola ad Sporacium*, quam Theodoreto suppositam contendit Garnerius, eumque secutus *Antonius Pagi* ad a. Chr. 428. nr. XXI. seq. [et *Oudin.* l. c. pag. 1113. sq.] sed non minus haec, quam caput illud de Nestorio scribi a Theodorito post synodum Chalcedonensem potuit. *Fabr.* Consentit *Schulze* in — tom. IV. 1. p. 368. et in nota ibid. p. 1041. *Harl.*

i) Add. *Schulz.* notam l. c. pag. 308. *Harl.*

Prodierunt e bibl. Vaticana graece *Nicolao Maiorano* editore [k]) Rom. 1545. 8. et Tiguri 1546. 8. [l]) Latine vertit *Rudolphus Gualtherus* ibid. atque inde *Victorinus Strigelius*, Lipsiae 1566. 8. Graece cum Gualteri versione notisque Paris. 1623. 8. atque sine notis in Theodoreto Sirmondi. Gallice vertit post Ludouicum Regium Simon Goulartius.

18. Θεραπεία Ἑλληνικῶν παθῶν. *Curatio graecarum affectionum* [m]), siue aduersus Ethnicos libri XII. quos a. C. 427. scriptos et Iuliano, imp. singillatim oppositos, Garnerius adnotauit. Latine ex versione *Zenobii Acciaioli*, Florentini, prodiere Paris. apud Henr. Stephanum, auum, a. 1519. fol. Graece cum Acciaioli versione primus edidit [e duobus codd. Palat. et totidem Augustanis] *Fr. Sylburgius*, qui notas suas et castigationes indicesque addidit. Heidelbergae apud Commelin. 1592. fol. Cum eadem Acciaioli interpretatione recudi etiam fecit Sirmondus. Varias lect. e MSS. [?] bibl. Vaticanae et Fuluii Vrsini ex alio codice castigationes dedit in Auctario *Garnerius* p. 393 sqq. [n]) Gallice versos hos libros vulgauit *Michael*

O o 3

k) *Maioran.* se in dedicat. vocat *bibl. vaticanae praefectum;* et in titulo scribitur: *nunc primum in lucem editi. Heum.* Add. *Maittaire* A. T. III. pag. 577. *Harl.*

l) Per *Froschouerum*, — de prouidentia orationes X. graece. Paris. ap. Ioann. Bene-natum. 1569 8. — graece ap. Claud. Morellum. 1625. 8. — lat. *Rodolpho Gualthero*, Tigurino, interprete. Paris. ap. Ioan. Bene-natum, 1571. 8. Sed antecessisse videtur Tiguri prior edit. Nam, teste *Maittaire* A. T. III. p. 754. (vbi edit. Paris. citatur,) epistola eius dedicat. scripta est *Tiguri* VIII. id. Febr. M. D. XLVI. (1546.) — Quam *Paris.* ed. a. 1623. gr. ac lat. Fabricius citat, ea esse videtur, quae in *Menkenii* cat. I. p. 59. ita dicitur: *Theodor.* de prouidentia oratt. X. gr. et lat. cum varr. lectt. emendatt. et notis. Paris. 1650. 8. — II. priores, in *Io. Patusae* encyclop. philol. vol. II. p. 392 — 413. — *Gallice* versi sermones hi XII. ab *Seb. Hardy.* Paris. apud Rob. Stephan. 1610 et 1626. atque in posteriore ad calcem additum legitur: *le sixieme sermon des douze de Theodoret concernant la guerison de l'infidelité de Grecs*, teste *Maittaire* A. T. III. p. 886. — *germanice* a *I. Mich. Feder*, D. et Prof. Theologiae in Würzeburg. Vniuersit. Würzeb. 1788. 8. — Add. *I. A. Fabric.* de scriptor. de veritate religionis christianae c. II. §. 25. pag. 97. — *Codd.* sunt in bibl. *Leid.* manu Falcoburgii. v. catal. bibl. Leid. p. 337. nr. 67. add. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 602. C. — in bibl. *Bodlei.* nr. MMMXXXVII. — in bibl. *Sfortiana*, libri IX. sed nonus est imperfectus, teste *Montfauc.* l. c. p. 706. A. — In bibl. *Escorial.* ex libro de prouidentia, de opificio s. de constructione corporis humani, fec. *Plüer* in itiner. per Hispan. pag. 191. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVIII. nr. 2. orationes X. de prouid. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 486. eaedem in cod. MLII. bibl. publ. *Paris. Harl.*

m) Verte *graecanicorum morborum. Heum.* Libri isti vtiliter quoque adhiberi possunt ad historiam philosophiae et theologiae antiquiss. inprimis ad placita philosophorum graecor. cognoscenda. Ipse Theodor. in prologo p. 693. ed. Schulz. et titulum atque illius sensum, n. *euangelicae veritatis ex gentilium philosophia cognitio*, et consilium exposuit. *Harl.*

n) In edit. *Schulze* tom. IV. part. II. pag. 689 — 1040. Is autem in scholiis subiectis, quae notatu digniora viderentur, ex Vrsini collectaneis, littera *V.* praemissa, reposuit, et varias lectiones, e duobus codd. Florentinis desumtas, adiecit. In diss. de vita etc. Theodor. pag. 50. inseruit duo, quae ad hunc Theodor. librum spectant, epigrammata, alterum ex cod. quodam *Augustano*, (v. *Reiser.* cat. p. 54.) descriptum in *Posseuini* adpar. sacr. tom. II. p. 457. alterius primos tantum versus, ad nostrum pertinentes, e cod. CLXXI. caesar. *Vindob.* qui continet *Theod. curat.* etc. et a *Petro Patricio* ex alio quodam cod. perne-

Michael Mourgues, S. I. in tomo secundo operis, cui titulus *plan theologique du Paganisme* Tolosae 1712. 8. Nullo modo audiendi, qui opus hoc pulcherrimum Theodoreto abiudicatum iuere, Rob. Cocus et Andreas Riuetus; [o]) nam et Theodoriti eruditione dignissimum est, et ipse τῶν πρὸς Ἕλληνας γεγραμμένων meminit quaest. 1. in Leuiticum et epist. 112. 116. Meminere etiam alii, vt *Io. Tzetzes* Chiliad. IX. Hist. 291.

Ὁ δέ τε Θεοδώρητος ἐν βίβλῳ τῇ ἰδίᾳ
Ἣν Θεραπείαν ἔγραψεν Ἑλληνικῶν παθῶνδε
Δύο ἐπῶν ἐκ τοῦ χρησμοῦ, δοκῶ μοι, μνημονεύει.

Cocum quoque refellit ciuis eius, *Gatakerus* p. 419. Aduersariorum. [et *Schulze* in diss. de vita Theod. p. 50 seq.]

In adpendice tomi IV.

19. Περὶ τῆς θείας ἀγάπης. Dissertatio *de diuina caritate*, cuius vi sancti viri et Ascetae tot et tanta fortiter sustinuerunt. Est hoc vltimum caput et clausula historiae, de qua supra nr. 13. dictum, religiosae, cui in versione *Gentiani Herueti*, et in MSS. codicibus, vt Vindobonensi, de quo *Lambecius* VIII. p. 320. recte subiicitur. [p]) In Sirmondi autem editione male est diuulsa. Separatim cum versione, notis et variis lectionibus vulgauit *Gerhardus Vossius* Tungrensis, Rom. 1580. 4.

20. Κατὰ Νεστόριον πρὸς Σποράκιον. *Ad Sporacium* epistola aduersus Nestorium, in multis eadem cum libri IV. haereticarum fabularum capite XII. Incipit: ἐπειδὴ δὲ τοῦ κόσμου παντὸς κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέοντος. Vide quae paullo ante nr. XVI. dixi. *Fabr.* In ed. Schulz. IV. 2. pag. 1041. sqq. vbi v. admonit. et notam. v. etiam supra ad nr. 14. adnotata. *Harl.*

21. Epistola CXLVII. p. 702. sq. ad Iohannem, Germaniciae (Γερμανικείας) episcopum, scripta aliquo tempore post synodum λῃστρικήν. *Fabr.* In ed. *Schulz.* tom. IV. part. II.

peruetusto descriptus et imperatori Leoni hoc epigrammate dicatus est, in *Lambec.* comm. IV. p. 599. sq. vbi Lambec. illud epigr. exhibuit integrum, et cod. recensuit. Praeterea in cod. caesareo XLII. nr. 25. supersunt ex curatione etc. excerpta de materia mundi, de generatione, de natura et anima hominis, teste *Lambec.* VII. pag. 180. — in cod. XXIV. nr. 4. libri XII. sed sine mutilus is est, et recenti quidem manu exaratus; et a docto quodam homine passim emendatus, quem tamen adornandae nouae editioni posse magno vsui esse, indicat *Kollarius* in suppl. ad Lambec. comm. p. 211 sq. — *Monachii* in codd. CV. et CVI. (v. cat. codd. gr. p. 41.) *Venetus praeludium* etc. in cod. Grimano, teste *Montfauc.* in diar. ital. p. 40. et bibl. biblioth. MSSt. I. p. 478. *A.* — *ibid.* in codice, (at mutilo,) *Marc.* DLIX. v. cat. codd. gr. p. 195. — *Florent.* in cod. Laurent. XII. nr. 26. plut. 6. ex secundo sermone operis de Graecorum adfectionibus, teste *Bandin.* I. p. 121. — *Paris* in bibl. publ. codd. DLXII. — DCCCLI. et et MLII. — in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itiner. per Hispan. p. 191. *Harl.*

o) Item *Chemnitius* in examine concilii Tridentini, part. III. libri IV. sect. 5. §. 27. *Heum.* Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1110 sq. *Harl.*

p) In cod. CCCIII. nr. 2. pag. 681 sq. ed. Kollar. v. not. ad nr. 13. *Harl.*

II. pag. 1275. sqq. In cod. Vindob. XXIII. nr. 147. de quo aliisque rebus vide supra ad nr. 14. *Harl.*

22. Argumenta librorum XXVII. πρὸς διαφόρους θέσεις. *Aduersus varias propositiones* Eutychianas, ex *Photii* bibliothecae codice XLVI. Ex his primores sex, quemadmodum et Eranistem siue Polymorphum, quem hisce λόγοις subiectum fuisse Photius testatur, et de quo nr. XV. dictum est, Theodoreti fuisse nemo ambigit, sed illi q) interciderunt: ceteri vero a VII. ad XXVI. exstant inter *Athanasii* scripta plus semel editi graece et latine. Theodoreto inde ex Photii testimonio vindicauit *Io. Dallaeus; Combefisius* Maximo: at ex testimonio Marii Mercatoris Io. Garnerius ea tribuit *Eutherio,* Cyrilli aduersario, [*] Nestorianae partis episcopo Tyanensi, edidītque graece et latine ad calcem Auctarii scriptorum Theodoreti. *Fabr.* In Schulz. ed. l. c. pag. 1054. vbi vid. notam. conf. *Oudin.* l. mem. qui adsentit Garnerio, de oratt. sub nomine *Eutherii* v. infra sub finem recens. ed. Sirmond. et Garn. *Harl.*

23. Ἀνατροπὴ τῶν δώδεκα κεφαλαίων ἢ ἀναθεματισμῶν Κυρίλλου. *Reprehensio duodecim capitulorum* siue anathematismorum *Cyrilli* Alex. Nestorio oppositorum, praemissa epistola ad Iohannem, Antiochenum episcopum, quo suadente, Cyrillum Theodoretus r), antequam Ephesi synodus a. 431. celebraretur, oppugnauit, etsi *Theodoretus Lector* lib. II. hist. eccles. pag. 565. scribit: μετὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς συμβίβασιν *post reconciliationem cum orientalibus* aduersus Cyrilli capitula scripsisse. Cyrilli responsio post Acta synodi Ephesinae et tomo VI. operum Cyrilli Alex. et tom. II. Operum Marii Mercatoris pag. 178. legitur. *Fabr.* In ed. Schulz. tom. V. part. I. pag. 1 — 68. omissa tamen epist. ad Io. Antioch. quae iam in tom. IV. p. 1288. in ed. Halensi inter reliquas Theodor. epistolas recepta est, collata Mansiana collectt. ampliss. concil. tom. V. p. 85. *Schulze* autem vnicuique anathematismom vberiore in Theodor. ἐπίλυσιν, Theodoreti autem reprehensionibus ἀπολογίαν Cyrilli subiecit: quae inserta sunt, exstant in *Io. Auberti* edit. Opp. Cyrilli Alexandr. tom. VI. Insuper adspersit varias lectt. ex Mansii collect. concilior. tom. V. desumtas. — Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1112. sq. — Exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. MCCCVIII. nr. 3. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. VI. nr. 6. plut. 6. Cyrilli anathematismi XII. ita digesti, vt eorum quilibet subiectam habeat Cyrilli explanationem, (quae in cod. dicitur ἑρμηνεία, in edit. ἐπίλυσις, vti *reprehensio* μέμψις in cod. ἀνατροπὴ in ed.) *Theodoreti* reprehensionem, ac rursus Cyrilli defensionem. Primae reprehensionis initium est principium epist. Theodor. ad Io. Antiochen. eadem tamen epistola ad Ioann. Antioch. est integra in eod. cod. nr. XXIX. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 118. et 121. — In cod. *Sfortiano* Cyrilli XII. capp. anathematismorum, cum obiectionibus *Theodoreti* aliorumque episcop. orientalium et cum solutionibus Cyrilli, sec. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 705. E. — *Vindobonae* in cod. caesareo CLXI. nr. 2. Theod. epistola ad Ioan. Antiochenum, et nr. V. Cyrilli contra Nestorium anathem. cap. IX. de processione Spiritus Scti cum antirrhesi Theodoreti et apologia. v. *Lambec.* IV. p. 258.

q) Vide infra, nr. 33.

r) Theodoretus hoc ipse testatur apud Marium Mercatorem tom. II. p. 267.

258. sq. — in cod. XLVIII. nr. 11 excerpta ex actis concilii Ephesini oecumenici III. Coelestini, papae, epist. ad Cyrillum; atque *Theodor.* contra Cyrilli anathematism. nonum reprehensio nona cum Cyrilli responsione. v. *Lambec.* VIII. p. 963. et collect. canon. Labbean. tom. III. p. 345 sqq. ac pag. 891. sqq. atque concilior. ed. reg. tom. XII. Labbei tom. V. Harduini tom. III. de actis concilii CPolit. ad a. 553. in collatione V. *Harl.*

24. Claudit editionem Sirmondianam epistola *Leonis* I., episcopi romani, post synodum Chalcedonensem scripta a. C. 453. qua Theodoreto gratulatur, quod tam Nestorianae impietatis quam Eutychianae vesaniae victor exstiterit. Est illa nonagesima tertia inter epistolas Leonis in editione Quesnelliana, in aliis LXIII. Theodoreti epistola ad hunc Leonem legitur in Sirmondi editione CXIII. [v. ad nr. 14.]

Auctarium Operum Theodoreti, a Io. Garnerio S. I. collectum, editumque post eius fata s) *Paris.* 1684. *fol.* a Io. Harduino, eiusdem societatis presbytero. [In tom. V. ed. Schulz. part. I. et II. Cf. acta erud. Lips. 1685. p. 47. *H.*]

25. *Prooemium* et *fragmenta commentariorum in Psalmos* p. 1 — 20, e codice Vaticano DCCLII. cum latina versione. Haec Theodoreti esse negat *Ellies du Pin* t) tom. IV. bibl. scriptorum ecclesiasticorum pag. 90. *Fabr.* In ed. Schulz. V. part. I. p. 72. sqq. Sed quia Garnerius minus adcurate nec sine lacunis ex cod. Vatic. edidit, Schulzius ex apographo cod. Vindob. a Lambecio comm. III. valde laudati, (v. supra ad nr. 1. de codd. caesar.) Garnerii lectt. restituit aut emendauit, et expleuit lacunas; adiecit autem varr. lectt. cod. Laur. *Florentini* (III. plut. 6. de quo v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 87. sqq.) qui continet catenam in Psalmos Dauidis et cantica prophetarum. *Harl.*

26. *Fragmentum* breue, descriptum ex catena in Lucam, atque, vt Garnerius suspicatur, sumtum *ex libro secundo Pentalogii* Theodoretiani, in quo S. Scripturae testimoniis ille vsus fuit. [Sed dubitat Schulz. l. c. p. 83. vbi legitur id fragm. *H.*]

27. [?] *Sermo in natiuitatem Iohannis Baptistae.* Incipit: Εἰ μὲν ὁ τȣ̃ λόγȣ κήρυξ καὶ πρόδρομος τῶν κάτω λόγων. Hunc non Theodoreti, sed Theodori Daphnopatae esse, notauit ex codice suo Leo Allatius. *Fabr.* In cod. *Vatic.* MLXXIV. Theodoreto tribuitur illa laudatio. Exstat in cod. *Laurent.* sed sine auctoris nomine, v. *Bandin.* cat. etc. I. pag. 41.

s) Obiit Io. Garnerius Bononiae in itinere, Romam suscepto a. 1681. 26. Octobr. aetatis LXX. Harduinus opus inscripsit Francisco Harley, archiepiscopo Paris. vitamque et elogium Garnerii praemisit.

t) Verba du Pini haec sunt: *Il est visible que la preface n'est point de Theodoret, puisque l'Auteur y auance des choses, qui ne s'accordent point avec ce que Theodoret dit dans son ouvrage indubitable. Il en est de même des fragmens du commentaire sur les pseaumes, qui sont de quelque Auteur plus nouveau, qui rapporte les paroles du commentaire de Theodoret, et y aioute les sentimens d'autres auteurs, ou les siens propres.* *Fabr.* Ex multorum libris congestum esse prooemium, nec totum Theodorito tribuendum, docet Schulz. in admonitione, maxime in notis. *Harl.*

496. — in edit. Schulz. l. c. pag. 34. ſqq. add. *Fabric.* infra, vol. IX. p. 100. inter elogia ſanctorum, vbi *Theodorum Daphnopaten* eſſe auctorem declarat. *Harl.*

28. Ex Theodoreti *ſermonibus in S. Chryſoſtomum*, quorum *quinque* modo vidiſſe ſe Photius teſtatur, ex eiusdem Bibliothecae codice CCLXXIII. excerpta. Secundi initium hoc fuit: πάλιν ἡμῖν Ἰωάννȣ τὸ μνημόσυνον. Tertii: Πολυςόμȣ τὴν παρȣ̃σαν ὑπόθεσιν σάλπιγγος δεομένην. Quinti: Ἐπειδὰν δέῃ κἀμὲ πρὸς εὐφημίαν πατρικὴν ἀνακρȣ́σασθαι μέλος. *Fabr.* In ed. Schulz. l. c. pag. 98 ſqq. — In cod. caeſar. XXVII. eſt vita Chryſoſtomi, praefixo indice vetuſtiorum auctorum, in his Theodoreti, ex quibus anonymus narrationem ſuam excerpſit et contexuit. v. *Lambec.* comment. VIII. p. 635 ſqq. et Kollar. in not. Edidit *Montfauc.* in ſua Chryſoſtomi Opp. edit. tom. XIII. praef. p. IV. ſqq. *Harl.*

29. *Fragmenta allocutionum* in ſynodo Chalcedonenſi aduerſus Cyrillum ex actis quintae ſynodi, latine cum notis. *Fabr.* In Schulzii ed. l. c. p. 104 ſqq. cum Garnerii notis. *Harl.*

30. *Homilia*, Chalcedone habita, latine ex actis Epheſinae et quintae ſynodi. Incipit: *Chriſtus nobis dux ſit ſermonis. Fabr.* Ibid. p. 106 ſqq. cum Garnerii notis, interdum Schulz. aliam huius homiliae interpretat. dedit ex Manſi collect. concilior. ad. V Garnerii diſſ. Acc. fragmentum praecedentis homiliae, ex alia verſione, inſerta actis V. ſynodi, collat. V. *Harl.*

(*Iohannis, Antiocheni* epiſcopi, Homilia, Chalcedone dicta, poſt homiliam Theodoreti, vt ſuos animaret. Ex actis illius Concilii, et epiſtolis Epheſinis, a Chriſtiano Lupo editis, latine. Incipit: *Sancta lex eſt, vt patribus accepta ferantur.*) [In Schulz. ed. l. c. p. 110.]

31. *Fragmentum ex ſermone*, quem Theodoretus Antiochiae habuit coram Antiocheno epiſcopo poſt Cyrilli mortem. Latine ex Mario Mercatore et actis quintae ſynodi, quorum auctoritate genuinum hunc Theodoreti foetum eſſe pugnat Garnerius aduerſus [Couſinum.] gallicum hiſtoriae Theodoreti eccleſiaſticae interpretem. *Fabr.* Ibid. hoc et ſequens fragm. p. 111 ſqq. cum notis Garner. quem Schulze et in ſubiectis notis et in diſſ. de vita Theod. pag. 20 ſqq. erraſſe docet. Varia Theodoreti aliorumque fragmenta, neſcio quae? ſunt in cod. *Cromwelli* nr. CCXCI. in bibl. Boldlei. *Harl.*

32. *Fragmentum* breve ex *allocutione*, incertum, quando habita.

33. *Fragmenta* Πενταλογίȣ ἐνανθρωπήσεως, ſiue *quinque librorum de incarnatione*, quos adverſus Concilium epheſinum ac Cyrillum diabolo, (vt ait u) Marius Mercator) inſtigante Theodoretus conſcripſit, graece et latine ex cod. Vaticano CDLXIX. His addenda fragmenta alia, quae ex iisdem libris Marius Mercator latine vertit, quaeque cum notis Garnerii exſtant inter *Mercatoris* Opera tom. II. pag. 267 — 271. Pariſ. 1673. fol. Pulcre hic Garnerius obſeruat, libros ſex primores ex illis XXVII. quos *Photius* cod. XLVI.

u) *Marius Mercator.* tom. II. edit. Garnerii p. 265.

XLVI. memorat, non diuersos fuisse ab hoc Pentalogio, ita tamen, vt secundum ex his quinque, Photius in duos distractum legerit, quorum priore testimonia Noui, posteriore Veteris Testamenti exposuerat Theodoretus. *Fabr.* Sed errasse, nec parum sibi hac quoque in re constare *Garnerium*, docet *Schulze* in admon. ad lector. pag. 115. sqq. vbi edit. est id fragmentum. add. *Oudin.* l. c. p. 1126 sqq. *Harl.*

[(Ὑπομνηστικὸν Commonitorium v) S. Cyrilli Alex. datum Possidonio cum Romam propter Nestorii negotium mitteretur, graece et latine, cum notis pag. 51. Incipit ἡ Νεστορίου πίστις.)]

34. Iohannis, episcopi Antiocheni, *ad Nestorium Epistola*, quam a Theodoreto Iohannis nomine scriptam Garnerius w) opinatur. Incipit: τὸν ἐμαυτοῦ σκοπόν. p. 54. graece et latine, cum notis. *Fabr.* In ed. Schulz. l. mem. p. 1281 sqq. epist. CXLIX. cum Garnerii versione lat. at cum varietate lectionis et secundum epistolae diuisionem in Mansi collect. concil. ampliss. tom. IV. pag. 1061 sqq. *Schulze* in diss. de vita, p. 15. iudicat, sciente et suadente Theodoreto compositam esse epistolam, eamque obtinendo fini illius omnino fuisse aptissimam, si mens non laeua fuisset Nestorio. *Harl.*

35. Theodoreti variae Epistolae, pleraeque latine tantum ex actis Conciliorum. *Fabr.* In ed. Schulz. IV. 2. pag. 1326 sqq. 1354 sqq. — Relationes et epistolae gr. ac. lat. ibid. p. 1314 sqq. atque ep. CLXIII. p. 1335 sqq. vbi conf. Schulzii notam, et ep. CLXXVIII. p. 1360. binae epistolae Theodoreti ad episcopum Andream Samosatenum Epheso. — Legatorum epistolae p. 1336 sqq. — p. 1345 sqq. epistola CLXIX. Theodoreti e Chalcedone ad Alexandrum Hieropolitan. scripta, lat. in actis Orientalium Ephesinis, ex Mansi collect. tom. IV. pag. 1407. — Ep. CLXX. ib. pag. 1347 sqq. apud Mansium IV. pag. 1411 sqq. Epistola quorumdam orientalium, CPolin missorum, ad Rufum, episcop. epist. CLXXIX. Cyrilli ad Io. Antioch. pag. 1361 sqq. - epist. CLXXX. ad Domnum, episcop. Antiochiae, post mortem Cyrilli et ep. ad Abundium Comens. episc. p. 1362 sqq. lat. Sed epist. post Cyrilli mortem scriptam aliasque esse spurias aut suspectas, ostendit *Schulze* in diss. de vita Theod. pag. 19 sqq. ad supra, add. nr. XIV. *Harl.*

(Relationes Orientalium ad imperatorem, reginas et senatum, clerum, populumque CPol. et ad praefectum et magistrum, praepositum et scholasticum.

Iohannis Antiocheni ceterorumque Orientalium relatio ad imp. Theodosium, missa per Palladium Magistrianum. p. 77.

Epistolae legatorum, Chalcedone missae ad imp. p. 81 — 85. latine.

Cyrilli

v) Idem *Commonitorium* ex Sirmondi schedis vulgauit *Baluzius* tom. I. collectionis nouae concilior. *Fabr.* Et Schulz. reposuit illud inter Theod. epistolas tom. IV. part. II. p. 1279. sqq. *Harl.*

w) p. 59. et p. 119. in dubio autem positum esse dicit ibid. p. 469 et 474. v. *Schulz.* diss. de vita etc. Theodor. p. 15. sq. vbi historiam rei exponit. *Harl.*

Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, contra Theodoretum p. 97.)

Io. Garnerii historia Theodoreti Cyrensis episcopi p. 109 — 171. *Fabr.* In ed. *Schulz.* tom. V. p. 133 sqq. histor. Theodor. et p. 247 sqq. de eius libris: vbi cap. V. p. 358. sqq. Schulz. copiosas reposuit obseruatt. quas Garnerius subiecit epistolis, in auctario primum editis. *Harl.*

Eiusd. dissertatio de libris Theodoreti. p. 173 — 258.

Eiusd. dissertatio *de Dialogis VII. aduersus Arianos, Macedonianos et Appollinaristas*, inter S. Athanasii opera saepius editis, et a Combefisio inter opera S. Maximi Confessoris relatis, quos Garnerius Theodoreto vindicat. p. 259 — 272. *Fabr.* In ed. *Schulz.* l. c. pag. 420 sqq. sed cum inscriptione: *Dissertationis secundae appendix de dialogis aduersus Arianos, Maced. et Apollinar.* Rationem tituli mutati reddidit Schulz. in praemissa admonitione, et ad librum de incarnat. pag. 128. vbi Theodoretus ex versione lat. „sed procul, ait, facessat Apollinarii nugacitas (ἀδολεσχία) nos autem, quam seruator peregit dispensationem, fuisse necessariam demonstremus," obseruat, notandum esse istum locum contra Garnerium, qui Theodoretum in recensendis Apollinarii erroribus iusto breuiorem fuisse perhibeat in diss. II. cap. IV. Illos libros Schulze putat ab aliis cum Petauio, Combefisio et Dupinio rectius Maximo tributos esse, illis certe libris adnumerandos, de quorum auctore adhuc sub iudice lis sit. Idem in praefat. ad tom. V. part. I. pag. V. sq. et in progr. 1774. probauit, illud op. posse nullo iure vindicari Theodoreto. In edit. autem tom. V. parte II. pag. 915. sqq. dedit gr. ac lat. emendatiores dialogos hoc ordine: 1 — 3) de S. Trinitate aduersus Anomoeos; 4) de Spiritu Scto, qui in Benedictinor. edit. Athanasii tom. I. p. 542. sequitur post quintum dialogum, et inscribitur dialogus primus contra Macedonium; 5) aduersus Macedonianos; 6) de S. Trinitate, aduersus Apollinaristas; in ed. Benedict. Opp. Athanasii et Stephaniana iste dialogus est quartus de S. Trinitate; 7) aduersus Apollinaristas, s. solutio argutiarum Apollinaris. — De haeresi Macedonii atque Apollinaris indeque ortis controuersiis v. *Christ. Guil. Franc. Walchii* — Histor. der Ketzereien etc. part. III. p. 70. sqq. add. *Oudin.* l. c. pag. 1119 sqq. et p. 1123. *Harl.*

35. Dialogi illi ipsi graece et latine I. et II. de S. Trinitate aduersus Anomoeos, III. IV. V. aduersus Macedonianos, denique VI. et VII. aduersus Apollinaristas p. 373 — 406.

Fuluii Vrsini emendationes in libros Theodoreti de curandis Graecorum adfectionibus: ex antiquis libris et coniecturis, cum collationibus scriptorum, qui a Theodoreto citantur. p. 393 - 455. [Potiores emendatt. iam subiecit Schulz. libris istis. *H.*]

Io. Garnerii dissertatio de fide Theodoreti, Cyrensis episcopi, p. 457 — 492. [In ed. Schulz. V. 1. p. 446 — 511.]

Eiusdem diss. critica de synodo V. generali, in qua Theodoretus a. C. 553. cum tribus capitulis *) damnatus est. p. 493 — 548. [Schulz. p. 512 — 607.]

*) Tria illa capitula, quae a synodo veluti Nestorio suffragantia damnata sunt, fuere 1) Excerpta ex Theodori Mopsuesteni scriptis. 2) Theodoreti aduersus Cyrillum, et 3) epistola Ibae Edesseni ad Marim Persam. Ceterum Garnerium Theodoreti caussae paullo iniquiorem, alii iam notarunt.

[P] Quae denique pag. 549 — 681. inscribitur dissertatio de Theodoreti et orientalium caussa, nihil aliud est, ac noua et emendatior editio versionis antiquae epistolarum ad concilium Ephesinum y), quas e MS. Cassinensis monasterii cum copiosis notis indiligentius ediderat Louanii 1682. 4. *Christianus Lupus*, atque hinc *Stephanus Baluzius* Paris. 1683. fol. in tomo I. nouae collectionis conciliorum, sub titulo synodici aduersus tragoediam Irenaei recensuerat illustraueratque, conquestus, vsum illius codicis MSti Romae a monachis Cassinensibus nulla se ratione, nullis precibus impetrare z) potuisse. Idem existimat, auctorem huius epistolarum collectionis et qui illas e graeco latine vertit, esse quendam *Afrum*, non Nestorianum quidem, trium tamen capitulorum defensorem, qui hoc Irenaei Nestoriani tragoediae opposuit, omnemque mouet lapidem, vt a Theodoreto omnem Nestorianae labis suspicionem amoliatur. Notas Garnerium et plures et longiores additurum fuisse, scribit Harduinus, nisi fato praereptus fuisset. Inter illas epistolas pag. 553. occurrit epistola Iohannis Antiocheni ad Firmum, Caesareae Cappadociae episcopum, qui idem est FIRMVS, a. C. 439. teste Socrate VII. vlt. defunctus, cuius epistolas XLV. primus ex Ambrosianae B. codice MS. graece edidit cum versione sua notisque *Lud. Antonius Muratorius* in anecdotis graecis, Patau. 1709. 4. pag. 277 — 325. Nomina eorum, ad quos scribit *Firmus*, haec sunt:

Acacius. episcopus 19. 35.
Achilles 1.
Alypius, chorepiscopus 5.
Anthimus, episcopus 14.
Armenius, archiater 8.
Atticus, episcopus 13.
Ausonius, presbyter 11.
Chilo, episcopus 24.
Colossianus 18.
Cynegius, comes 4.
Cyrillus, episcopus (Alex.) 37.
Cytherius, sophista 2.
Daniel, episcopus 42.
Didnius 7.
Dometianus 33.
Ecdicius 32.
Euandrius, episcopus 15. 34.
Eleusinius 31.
Eupnius 40.
Eustrathius 39. Comes 3.
Eutherius 23.
Florentius 29.

Geron-

y) Vide Acta erud. a. 1683. p. 345. et a. 1684. p. 554. a. 1685. p. 55. *Fabr.* In edit. Schulz. l. c. pag. 608 — 906. Sch. vero quia Garnerius non omnes epistolas in hac noua sylloge exhibuit; sed primam aliasque plures in actis concilii Ephesini, alias alibi extare monuit: ex Mansi collect. concilior. vt illis consuleret, qui vel ex fontibus haurire non possent, vel integrum epistolarum illarum libellum optarent habere, eas lacunas suppleuit, idemque ex tom. V. collect. Mansianae varias lectt. et scholia, a Mansio, Baluzio et Harduino collecta, subiecit in notis. Fini illius diss. adiecit Schulze *indicem epistolarum*, in quibus multae sunt Theodoreti, secundum ordinem alphabeticum. *Harl.*

z) Elias du Pin tom. IV. bibl. scriptor. eccles. tom. IV. pag. 112. *Quoique nous n'ayons ces lettres que sur la foi de cet auteur, et dans un seul manuscrit, que les Romains ont même pris le soin de cacher, depuis que le pere Lupus s'en est servi, peut être parce qu'il contenoit quelques pièces qui n'étoient pas favorables aux pretentions de la cour de Rome, on ne peut pas neanmoins douter qu'elles ne soient anciennes.* adde pag. 118. 248. seq.

INDEX eorum, ad quos epistolas scripsit Theodoretus.

Numeri minores respiciunt epistolas in tomo tertio Sirmondi, A. praemissum, paginas Auctarii Garneriani. [Numeri, autem, vncis inclusi, graec. praecipue, signant epistolas, quo ordine sunt et significantur in edit. Schulz.; vbi nil adscriptum est, id consensum cum Fabr. indice declarat.]

Lupi-

Totum

aa) *Leontius* de sectis p. 454. ἰστέον, ὅτι φέρονται τινες ἐπιστολαὶ Θεοδωρήτου καὶ Νεστορίου, ἐν αἷς ἀλλήλους ἀποδέχονται, πλασταὶ δέ εἰσι· πλάττουσι δὲ αὐτὰς οἱ αἱρετικοί, τοῦ μάχεσθαι δι' αὐτῶν πρὸς τὴν σύνοδον. Confer *Allatii* vindicias synodi Ephesinae p. 131. et *Tillemontium* tom. XV. memor. eccles. p. 255.

Totum volumen auctarii Garneriani claudunt *Eutherii*, Nestoriani, episcopi metropolitani secundae Cappadociae, Tyanensis ciuitatis, libelli XVIII. quos inter *Athanasii* Opera saepius graece et latine editos, sub *Theodoreti* nomine olim legit *Photius* cod. XLVI. verum ex Marii Mercatoris [bb]) testimonio Garnerius vindicauit *Eutherio*, [?] atque de eo singularem dissertationem promisit, sed quae post mortem eius reperta non est. Inter epistolas Ephesinas exstant latine in hoc ipso Auctario *epistolae* eiusdem Eutherii 1) *ad Iohannem, Antiochiae archiepiscopum* pag. 591. 2) *ad Sixtum, episcopum Romae* pag. 613. et 3) *ad Alexandrum, Hierapolitanum* pag. 663. Sermones porro XVIII. qui graece hic cum Abr. Sculteti versione latina leguntur, hi sunt:

1. Ἐπιστολὴ, πρεσιμίȣ δύναμιν ἔχȣσα, καὶ τραγῳδίαν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ταραχῆς. *Epistola ad Eustathium, praefationis loco scripta, in qua motuum ecclesiasticorum tragoedia.*

2. Πρὸς τȣ̀ς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν. *Aduersus eos, qui in veritate diiudicanda solius iudicio multitudinis feruntur.*

3. Πρὸς τȣ̀ς κελεύοντας μὴ δεῖν ἀπὸ γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀρκȣμένȣς τῇ παρ' αὐτοῖς πίστει. *Aduersus eos, qui nec quaerendum nec loquendum ex scriptura praecipiunt, sed in sua fide acquiescendum.*

4. Πρὸς τȣ̀ς προβαλλομένȣς κακοήθως, τὶ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. *Aduersus eos, qui maligne nobis obiiciunt illud:* Verbum caro factum est.

5. Πρὸς τȣ̀ς λέγοντας μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστȣ̃. *Aduersus eos, qui vnam in Christo naturam esse contendunt.*

6. Πρὸς τȣ̀ς λέγοντας ὅτι τὸ, ὁμολογεῖν φύσιν τὴν σάρκα, τετράδα ἐστὶν ἀντὶ Τριάδος κηρύττειν. *Aduersus eos, qui naturae carnis confessores, loco Trinitatis quaternitatem dicunt docere.*

7. Πρὸς

bb) *Marius Mercator* tom. II. edit. Garnerianae pag. 277. 278. Locus, quem Mercator latine vertit, exstat in auctario Theodoreti pag. 701. seq. *Fabr.* In edit. Schulz. V. part. II. pag. 1113. sq. epistola, praefationis loco scripta, et sermones XVII. sub *Eutherii* nomine, gr. ac latine, praemissa Marii Mercatoris de Eutherio narratione cum notis Garnerii, Schulz. autem nouis supplementis suam ornauit editionem. Nam in eadem parte pag. 1175 — 1248. adiunxit addenda ad tom. I. et IV. nempe loca insigniora et lectionis varietates, notatu digniores. Sunt igitur 1) ex catena in Octateuchum et libros Regum, et duobus codd. olim Coislin. commentarii in libros Regum. Inprimis vtilem sibi fuisse, profitetur Schulze in praef. ad tom. V. pag. 6. sq. catenam in Octateuchum et libros Regum: Σειρὰ ἑνὸς καὶ πεντήκοντα ὑπομνηματιστῶν εἰς τὴν Ὀκτάτευχον καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν, ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα ἐπιμελείᾳ Νικηφόρȣ, Ἱερομονάχȣ, τȣ̃ Θεοτόκȣ Lips. 1772 et 1773. 2) Ad commentarium s. ad prolegomena in psalmos, ex MSSt. ex apographis Vindobonensi XIX. (vide *Lambecii* comm. pag. 75. sqq. ibique Kollarii notas,) et Florentino, plura et longiora loca. 3) ex Sylburgiana edit. librorum de curandis Graecorum adfectionibus, ea, quae ad tres priores disputationes illas supplenda erant. *Harl.*

7. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι κατ' ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν Δεσπότην Χριστὸν, εἰς ἄνθρωπόν ἐστι τὰς ἐλπίδας ἔχειν. *Aduersus eos, qui humanae in Christo Domino naturae confessores spem suam in homine desigere dicunt.*

8. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ἀπαθῶς Θεὸς λόγος. *Aduersus eos, qui DEum verbum impatibiliter passum dicunt.*

9. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ Θεὸς ὡς ἠθέλησε. *Aduersus eos, qui dicunt, passus est DEus, vt voluit.*

10. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς, ... δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς ἅπαντας ὑπερβαίνοντα. *Aduersus eos, qui dicunt, sim...ter esse sacrarum literarum loquutiones accipiendas, nec, quid illae significent, considerandum, quum omnium hominum captum excedant.* Hanc dissertationem, quemadmodum, quae sequitur, decimam septimam [*] quoque *Io. Dalleus* sub Theodoreti nomine graece et latine vulgauit ad calcem libri sui de fidei ex scripturis demonstratione. Geneu. 1660. 8.

11. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ἔπαθεν ὁ Θεὸς λόγος σαρκί. *Aduersus eos, qui dicunt, passus est DEus sermo carne.*

12. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ποίαν δώσουσιν Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἀπέκτειναν. *Aduersus eos, qui quaerunt, qualem poenam Iudaei daturi sint, si non occiderint DEum.*

13. Πρὸς τοὺς λέγοντας, Ἰουδαῖός ἐστιν, ὁ μὴ ὁμολογῶν Θεὸν ἐσταυρῶσθαι. *Aduersus eos, qui dicunt, Iudaeus est, qui non confitetur, DEum crucifixum.*

14. Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἐσθίοντες οὐ πάντως σαρκὸς ἐπέφερον φύσιν. *Aduersus eos, qui dicunt, nec angelos cum Abrahamo edentes carnes naturam omnino induisse.*

15. Πρὸς τοὺς σμικρύνοντας ἕκαστον θαῦμα, τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα. *Aduersus eos, qui nullum non miraculum imminuunt eo, quod carnem negant.*

16. Πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος, τῷ μὴ λέγειν ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰληφέναι τὴν ἀπαρχὴν τὸν Σωτῆρα. *Aduersus eos, qui damno adficiunt genus nostrum, eo, quod negant, seruatorem ex natura nostra sumsisse primitias.*

17. Πρὸς τοὺς κελεύοντας ἁπλῶς πιστεύειν τοῖς λεγομένοις, καὶ μὴ κατανοεῖν τὸ πρέπον ἢ τὸ ἀπρεπές. *Aduersus eos, qui volunt simpliciter iis, quae dicta sunt, credendum, nec considerandum, quid conueniat et quid non conueniat.* Hanc diss. a Dallaeo sub Theodoreti editam nomine iam dixi.

18. Πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. *Aduersus eos, qui duarum naturarum discrimen post passionem et adscensionem tollunt.*

[Addi debet opusculum, quod deest in edit. Schulziana: ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἐπανθρώπησιν εἷς υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, *etiam post incarnationem vnicum filium esse dominum nostrum I. C.* vna cum *Theodoreti epistola ad monachos Euphratesiae,* (de qua mox ad scri-

ſcripta, a Fabricio pro ineditis habita, ſermo erit,) *Anton. Bongiovanni*, e cod. Vindobonenſi graece, quinquaginta tantum exemplaribus excuſis, Venetiis 1759. in ... publicum emiſit. Prius opuſculum, ὅτι εἷς μετὰ etc. poſtea *Andr. Galland.* cum verſione Io. Bapt. Gallicioli latina recudi fecit in biblioth. VV. PP. tom. IX. p. 412 ſqq. conf. eiusd. prolegg. cap. XIII. §. I. II. pag. XXIV. ſqq. v. ſupra, ad nr. 14. de epiſtolis ſub ... De doctrina Theodoreti v. etiam *De la Croze* in Theſauro epiſtol. tom. III. pag. 181. ſq. 277. ſqq. — In tom. I. p. 195. ſqq. eſt longior *Iablonskii* disquiſitio de auctore *expoſitionis fidei*, et num tribui poſſit Theodoreto noſtro. *Harl.*]

Alia Theodoreti ſcripta inedita, ſuppoſititia vel deperdita. cc)

Collectio Canonum MS. citatur a Salmaſio de primatu papae pag. 2.5. et alibi. *Habeo Theodoritum in canones apoſtolorum*, inquit *Iof. Scaliger* Scaligeranis ſecundis pag. 2.. *Fabr.* Forſan deceptus erat Salmaſius falſa codicis inſcriptione. In bibl. quidem T... regia, cod. CLXX. qui eſt codex *canonum eccleſiae graecae*, et conſtat variis canonum collectionibus, primo quidem loco diſertis verbis ſcriptum legitur: Εἰσαγωγὴ κανόνων εἰς πεντήκοντα τίτλους διηρημένων παρὰ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύῤῥου. *Iſagoge canonum in titulos L. diſtributa, auctore Theodoreto, Cyri epiſcopo.* at confector catal. codd. gr. Taurin. pag. 256. monet, verum huius collectionis auctorem eſſe *Ioannem, Antiochenae eccleſiae presbyterum, Scholaſticum* dictum, idque multis probaſſe argumentis *Voëllum* in praefat. quam in eamdem collectionem compoſuit tom. II. *Bibliothecae canonicae*, ibique exſtare vna cum eiusdem *Scholaſtici* nomocanone. Idem docet, codicem Taurin. valde diſcrepare multis in rebus ab editione: denique animaduertit, eamdem diſcrepantiam notari in cod. bibl. Vindobon. ... II. pag. 25. Atque poſtea ſententiam meam vidi confirmatam et fuſius ... Fabricio infra, libr. VI. cap. I. pag. 35 ſq. vol. XI. — Ibid. p. 29 ſq. e ... VIII. p. 915 ſqq. vbi v. Kollar. LXV. patrum ſynodi CPolitanae V. canones XV. contra Origenem, *Theodoretum* etc. referuntur. — Contra in cod. *Vindobon.* CCXCIX. nr. 6. exſtant varii variorum auctorum *canones*, ſed diuerſi generis, nempe, *cantica eccleſiaſtica*; in his expreſſe nominatur *Theodoriti canon catanycticus ad Chriſtum ſeruatorem*. v. *Lambec.* comment. V. pag. 562. ſq. *Harl.*

Apologiae pro Diodoro Tarſenſi et Theodoro Mopſueſteno, quam Hebed IEſu vocat *apologiam patrum*, fragmenta occurrunt in actis concilii V. [v. *Oudin.* l. c. pag. 1128. et p. 1123. de libris VII. *de Theologia* atque *incarnatione*, quos Oudin. adhuc adnumerat libris Theodoreti, quorum ſola memoria ſupereſſe videatur. *Harl.*]

[*] Per *opus aduerſus Origenem*, quod apud Syros exſtare idem Hebed Ieſu ſcribit, *libros aduerſus haereſes* intelligendos eſſe, monet *Rich. Simon* III. 19. epiſtolar. ſelectar. pag. 110. Idem notat, per *librum de politia*, quem Theodoreto tribuit Abraham Ecchellenſis, *homilias de prouidentia* intelligi, de quibus ſupra, nr. 17.

Bina

cc) v. *Garner.* diſſ. de libr. Theod. cap. IX. p. 414. ſqq. ed. Schulz. V. part. I. *Harl.*

Bina Theodoreti fragmenta *aduersus Sabellium, de Trinitate,* latine edidit *Stephanus Baluzius* tom. IV. Miscell. Emendat *Cotelerius* III. monumentor. ecclesiae graecae p. 561. [v. infra, vol. XI. p. 443.]

Ex opere aduersus Eutychetem et Dioscorum, Alexandriae episc., de incarnatione fragmenta in Nicetae Catena ad Lucam, a Corderio edita, et in bibl. concionatoria Combefisii, e MS. Mazariniano. Idem opus Theodoreti laudans *Gennadius* cap. LXXXIX. *scripta fortia* adpellat. [v. ad. nr. 33.]

Epistola ad monachos Euphratesiae, Osroënae, Syriae, Phoenices et Ciliciae MS. in bibl. Vindobonensi teste Lambecio III. pag. 96. [p. 250. ed. Kollar. cuius not. vid.] incipit: ὁρῶν τὴν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν. Ibidem memoratur MS. Theodoreti scriptum ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν εἷς υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. *Quod Christus etiam post adsumtionem humanae naturae vnus sit filius.* Incipit: Οἱ τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας συντεθεικότες. *Fabr.* Vtrumque editum est. v. supra ad nr. 14. de epistolis, et paulo ante, in fine recensionis Garneriani auctarii; item de epistola etc. v. *Bandin.* in cat. codd. Laurent. I. p. 121. de cod. XII. nr. 28. vbi exstat, et *Schulz.* in vita Theodor. pag. 16. sq. sed p. 19 sq. de epist. suppositiis. *Harl.*

Contra Marcionem scripsisse se testatur epist. LXXXII. ad Eusebium, Ancyranum, et CXVI. ad Renatum, presbyterum, et CXLV. ad monachos CPol. Vide etiam, quae in religiosa historia, tom. III. pag. 860.

Contra Iudaeos, quod de Christo sint edita vaticinia prophetarum. epist. CXIII. CXVI. et CXLV. *Fabr.* Vide supra ad nr. 1. de codd. Laurent. Florentinis, et infra lib. V. de Basilii homiliis, vol. VIII. p. 133. nr. 38. it. *Oudin.* l. c. pag. 1125. *Harl.*

Ad quaesita Magorum in Perside librum memorat epist. LXXXII. et CXIII. et lib. V. hist. eccles. cap. 39.

Mysticum librum siue *de mysteriorum fidei expositione libros XII.* epist. LXXXII. et lib. V. de haereticis fabulis. *Fabr.*

[Τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδωρίτου ἐπισκόπου Τύρου (sic pro Κύρου) περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῆς Θεοτόκου fragm. a *Du Cange* in Chronico Paschali pag. 438. ex regio chronico Msto Symeonis Logothetae, gr. ac lat. vulgatum, cuius notitiam debeo *Kollario* ad Lambec. comm. III. p. 137. atque *Lambec.* ex cod. Vindob. XXXIV. nr. 5. ignoto, nec adscripto Theodor. nomine, publicauit. Conf. *Lambec.* et *Kollar.* ibid. pag. 122 sqq.

Liturgia, de qua v. Fabric. vol. XIII. pag. 823. *Harl.*]

Alii Theodoreti.

Theodoretus, presbyter Antiochenus, tempore Iuliani, imp. Eius martyrii historiam latine edidit *Mabillonius* tom. IV. analect. p. 127. (edit. nouae in fol. p. 187.) *Fabr.*

[In cod. *Mosquens.* synod. XXXII. teste cel. *Matthaei* in Notit. codd. Mosquens. pag. 54. legitur nr. 43. pag. 68. cod. Θεοδώριτος ταπεινὸς πατριάρχης θεουπόλεως μεγάλης ἀντιοχείας καὶ πάσης ἀνατολῆς τῷ ὁσιωτάτῳ καθηγητῇ — Κυρῷ Θεοδοσίῳ περὶ ῥασοφόρων· nr. XLIV. pag. 73. Idem τῷ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Φιλιππουπόλεως — περὶ τοῦ μὴ ἀναγινώσκειν βιβλίον μαθηματικόν. nr. 45. pag. 76. τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου βαλσαμὼν λύσεις ἐπὶ ταῖς ἀπορίαις τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Κυροῦ Μάρκου ἐξενεχθεῖσαι ἐπὶ τῆς πατριαρχίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κυροῦ Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. Estne forsan illius quoque epistola, quae in eod. cod. pag. 181. nr. 79. legitur? τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἀντιοχείας ἐπιστολὴ χάριν τῶν ὀφειλουσῶν τελεῖσθαι ἐ νηστειῶν. *Harl.*]

Theodoretus Zeugmatensis, ad quem est nostri epistola CXXVI.

[P] Theodoretus, Alindorum in Caria episcopus, qui concilio CPol. sub Menna a. C. 536. interfuit, et cui Garnerius tribuit libros quinque posteriores, quos libris historiae ecclesiasticae Theodoreti de rebus ab a. C. 427. ad imperium Leonis senioris siue ad a. 457. subiunctos narrat *Gennadius* de scriptoribus eccles. cap. LXXXIX. *Fabr.*

[Theodoretus, medicus, v. infra, in elencho medicorum, vol. XIII. p. 432.

Theodoretus, metropolita Bryseos, inter eos, qui subscripserunt tomo condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni, a synodo CPolitano a. Chr. 1351. edito, in cod. *Vindobon.* CCLXVI. nr. 15. v. *Lambec.* comment. V. pag. 422.

Theodoretus, grammaticus, de quo vid. vol. VI. pag. 320 sq.

Theodoritus, Laced. metropolita, de quo *Dem. Procopius* de eruditis graecis, infra vol. XI. p. 780. ed. vet.

Theodoretus, Lignid. episc., ibid. pag. 423. de concil. collect. et epist. Hormisdae etc. *Harl.*]

In Scaligeranis legas: *le meilleur de tous les anciens est Theodoritus, quem male Theodoretum vocant, car cela signifie le participe, et Theodoritus le nom, il n'y a point d'allegorie.* Quamquam vero nolim cum quoquam contendere, qui *Theodoritum* vocauerit, vt ipse saepe feci, et a viris doctis passim video fieri: tamen id potius ex eo coepisse primum existimo, quod η tamquam ι pronunciauerint multi, quam quod minus recte *Theodoretus* dicatur. Cur enim Agapetum dicimus? cur in Epicteto et aliis nominibus propriis consimilibus η in ι non mutamus? *Fabr.* Vtrumque recte scribi, *Theodoretus* et *Theodoritus*, e MSSt. probat *Rich. Simon.* in critica Anti-Dupiniana, tom. I. pag. 178. *Heumann.* Vtraque scriptura reperitur in codd. Mosquens. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 29. add. *Kollar.* ad Lambecii comment. III. p. 37. sq. et p. 137. *Harl.*

Theodoreti Operum editiones latinae.

Romana Pauli Manutii. 1556. *Fabr.* In Serie dell' Edizione Aldine occurrunt tantum p. 104. *Theodor.* comment. in Danielem, prophet. interpr. *I. Bapt. Gabio.* Romae, P. Manut.

Manut. 1562. fol. et p. 116. Theodor. in Ezechiel. et Daniel. etc. Venet. ap. Aldi fil. 1563. fol. sed editor adnotat: Potrebbe darsi, che questa fosse l'edizione dell' anno precedente in qualche Catalogo malamente indicata. v. supra ad nr. 8. et 9. In cat. bibl. *Barberinae,* tom. II. p. 452. sic citatur: *Theod.* explanatio in canticum canticorum, Ezechiel. et Visiones Danielis, lat. per Gabium. Romae 1563. fol. — in cat. bibl. Leid. p. 72. a. 1562. adscripta est. *Harl.*

Coloniensis ex officina Io. Birckmanni a. 1567. et 1573. quam posteriorem recenset Bellarminus de S. E. et Posseuinus in apparatu.

Parisiensis 1603. apud Antonium Hierat. *Fabr.* In catal. bibl. *Tigurinae* tom. II. p. 496. citatur edit. *Theod.* Opp. omnia, latine, *Io. Pico* et *Gent. Herueto* interpretibus. Paris. 1608. fol. — cum nota eiusdem anni exstat exempl. in bibl. Leidensi; v. catal. p. 72. *Harl.*

Coloniensis 1617. fol. *Fabr.* Inscriptio haec est: *Theodoreti* episc. Cyrensis — opera omnia, quae ad hunc vsque diem latine versa sparsim exstiterunt: cum indice — locupl. Editio postrema, prioribus auctior et correctior. Colon. Agrippinae sumt. Antonii Hierat, bibliopolae. a. M. DC. XVII. fol. II. tom. *Harl.*

Claudam hoc de b. Theodoreto caput versibus *Iohannis, Euchaitensium metropolitae* p. 36. praeclarissimis ecclesiae doctoribus, non obstante eius cum S. Cyrillo controuersia, eum accensentis:

Ἀνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς συγγράφω
Ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
Ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
Εἰ δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ κατακρίνῃς.
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
Τί γὰρ Κύριλλον πανταχοῦ νικᾶν ἔδει,
Καὶ δογματιστὴν ὄντα καὶ λογογράφον;
Ὅμως δὲ τοῦτο καὶ διόρθωται πάλιν.
Τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον,
Ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

[†] LEONTIVS, Byzantinus, *scholasticus* dd), post Io. Philoponi, Tritheitae

dd) Alius et antiquior est *Leontius, scholasticus*, cuius epigrammata quaedam graeca, non inelegantia, leguntur in Anthologia in Gabrielem sub Iustiniano, imp., praefectum, cui libros suos Io. Laurentius, Philadelphiensis Lydus, inscripsit, de quo dixi lib. III. c. II. [vol. IV. p. 155. sqq.] Leontius is forte *Referendarius* Procopio in arcana historia et lib. III. de bello Gothico memoratur. Ex Scholasticis enim erant Referendarii, vt monet *Nic. Alemannus* ad Procopium pag. 84. edit. Rom. Vide et *Gretserum* de Cruce pag. 1485. et *Bandurium* pag. 857. ad antiquitates CPol. qui

theitae [ee]), mortem atque adeo non ante a. C. 610. scripsit librum *de sectis*, in decem πράξεις, siue lectiones, distributum exceptumque ex ore *Theodori*, abbatis, cuius adhuc non nulla MSS. in bibl. Vindob. teste *Lambecio*, tom. III. pag. 63. [ff]) reperiuntur. Prodiit liber ille ex *Io. Sambuci* bibliotheca, graece et latine, *Io. Leunclauio* interprete, vna cum imp., Manuelis Comneni, legatione ad Armenios, Leonis M. epistola de fide, Io. Damasceni dialogo contra Manichaeos, Constantino Harmenopulo de sectis, et eiusdem Harmenopuli, S. Augustini et S. Hilarii de fide. Basil. typis Petri Pernae, 1578. 8. et in auctario bibliothecae patrum, Paris. 1624. tom. I. siue edit. Morellianae tomo XI. pag. 493. [Leontii Byzant. Opera etiam leguntur in *Galland.* bibl. PP. tom. XII. pag. 625. sq.] Exstat et latine ex *Leunclauii* versione tomo IX. edit. Lugd. pag. 661. praemissa Leontii vita, scripta a Canisio, in qua Leontium hunc cum Origenista, qui nostrum aetate antecessit, confundit. [add bibl. publ. Leid. p. 54. et 74.] Codicem MS. editis auctiorem fuisse apud Isaacum Vossium notat Caueus. Indicem scriptorum et haereticorum, in hoc libro memoratorum, hic dabo.

INDEX scriptorum et haereticorum, quorum apud Leontium Byz. libro de Sectis mentio. ad paginas edit. graecolatinae Basil. 1578. 8.

Alexan-

qui hunc *Leontium* ad Opus digestorum siue Pandectarum iuris a Iustiniano cum aliis ICtis adhibitum obseruat. *Fabr.* Add. de *Leontio* supra in Vol. IV. p. 480. scripta. *Harl.*

ee) Vide πράξει quinta pag. 467. Ceterum *liber triginta capitum*, quem *aduersus Philoponum* scripsisse *Leontius, monachus*, a Nicephoro XVIII. 48. ex Georgii Pisidae iambis traditur, intercidit. Ibidem Nicephorus *Leontii* illius ἡλικιώτην, quamquam annis aliquanto iuniorem, fuisse ait Georgium Pisidem, qui circa a. C. 630. scripsit. Ex Leontii, Byzantini, *triginta capitibus aduersus Seuerum* vide, quae affert *Euthymius* parte II. panopliae, tom. XIX. bibl. patrum, Lugd. p. 185. seq.

ff) f. pag. 171. ed. Kollar. in cod. XLV. nr. 3. In indice dicitur *Leontius*, Byzantinus, (aut, vti ab eodem Lambecio in recensione cod. mox memorandi vocatur, Leontius *schol. Byzant. et postea* etc.) Laurae S. Sabae prope vrbem Hierosolymitanam *monachus*, floruit saeculo VI. sub imp. Iustino II. s. iuniore, Tiberio Thrace et Mauricio. — Idem opus exstat in cod. caesar. CCXXXV. nr. 2. Atque *Lambec.* vol. V. p. 165. sqq. ob multas varr. lectt. operae pretium fore, existimat, Leunclauian. edit. cum hoc cod. diligenter et accurate conferri: — tum in cod. CCL. nr. 1. atque hunc esse Sambuci codicem, ex quo Leunclauius illud Leontii opus et Damasceni dialogum et alia edidisset, obseruant *Lambec.* V. p. 306. sq. et Kollar. not. p. 316. ac 317. — idem *Leontii* in cod. Laurent. Med. XII. nr. 17. plut. IV. teste *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 555. — In bibl. *Vaticana*, Romae, sunt *Leontii, Byzantini*, opuscula nescio quae? v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 133. D. An ad nostrum pertinet *Leontii, presbyteri CPolitani*, Or. in ramos palmarum et in Lazarum in cod. Veneto D. Marci DLXXIII? Sed vide paullo post de *Leontio, episc. Neapoleos*: et inter catalogum aliorum Leontiorum. Atque Leontios eorumque scripta saepe confundi, cum in codicibus, tum inprimis in catalogis, animaduerti. Quare vbique, num hic, an ille Leontius sit intelligendus, nequeo fidem praestare. Conf. *Io. Fabr.* histor. bibl. part. I. p. 67. *Sax.* Onom. II. p. 67. et quos ille praeter ea citat. *Harl.*

Eulogius,

Iuue-

[P.] *INDEX scriptorum et haereticorum, in libris Leontii aduersus Nestorium et Eutychen,*

ad paginas tom. IX. bibliothecae patrum edit. Lugd. 1677. *fol.*

Apolli-

Marcion

Timotheus discipulus Polemii. 708. H. 709. B, G. Apollinarista, episcopus Beryti ad *[illegible]nium*, episcopum Apollinaristam. 709. H. eius tomus ex variis libris Apollinarii. ibid. Ecclesiastica historia, in commendationem Apollinarii scripta. 698. G.

Valentini, Apollinaristae, apologia p. 707. H. 708 H. seq. 712. G.

Valentinus, antiquior haereticus. 699. G.

Vranius, Apollinarista. 708. H.

Cum hoc non confundendus LEONTIVS, *Byzantinus*, iunior, chronographus, qui creditur Constantini Porphyrogenetae iussu circa an. Christi 920. *libris quatuor* mandasse memoriae *Chronicon* de vitis totidem imperatorum CPolitanorum, Leonis Armenii, Michaelis Balbi, Theophili, Michaelis F. et Michaëlis, Theophili F. qui praefuerunt ab anno Christi 813. ad 867. Prodierunt sine auctoris nomine graece et latine cum versione [P] postuma Francisci Combefisii, inter scriptores Historiae Byz. qui Theophanis Chronicon continuarunt, Paris. 1685. fol. [gg]) Subiicitur cum eiusdem Combefisii versione *vita Basilii Macedonis*, quam eidem Leontio viri docti tribuunt, licet in Allatii symmictis referatur ad Constantinum Porphyrogenitum, sub cuius nomine illam cum Allatii versione edidit Bartoldus Nihusius a. 1653. 8.

In Catalogo MSS. bibl. Palatinae pag. 102. memorantur *Leontii*, (*Hierosolymitanum* codex adpellat, et certe ante Byzantinum scripsisse videtur in fine saeculi V. aut sexti initio; quia postremam omnium synodum laudat Chalcedonensem,) disputationes VIII. aduersus Eutychianos siue Seuerianos et Nestorianos, I. *aduersus eos, qui dicunt, vnam esse in CHRISTO naturam compositam*, LXIII. ἀπορίαι, *cum adnexis multis veterum* [hh]) *testimoniis, etiam Latinorum.* II. et III. *Contra eos, qui et duas personas in CHRISTO statuunt, nec compositionem ullam admittunt.* IV. *Aduersus tertiam eorum impietatem, qui duos Filios in incarnationis mysterio videri volunt.* V. *Quartae illorum impietatis confutatio, qui S. Virginem Deiparam adpellare recusant.* VI. *Quintae impietatis eorum demonstratio, qui naturalem CHRISTI deitatem negare non erubescunt.* VII. *Sextae eorum impietatis demonstratio, qui CHRISTVM hominem Θεοφόρον, et non Deum ἐνανθρωπήσαντα contendunt.* VIII. *Septimae impietatis eorum confutatio, dum illos reprehendunt, qui vnam S. Trinitatis personam carne pas-*

[illegible] sam

gg) v. supra, vol. VII. p. 681. *Harl.*

hh) Qui in illo opere a Leontio citantur, vt in eodem catalogo MSS. bibl. Palatinae notatum legitur, hi sunt: Athanasius, Basilius, Gregorius Theol. Gregorius Nyssenus, Gregorius Thaumaturgus, Cyrillus Alex. (cuius laudantur cum aliis libri, tum κεφαλαίων ἑρμηνεία, τὰ γλαφυρὰ liber ad Theodosium; imp.; liber aduersus Nestorium; Epistolae ad Hebraeos expositio; Scholia, Χρήσεις siue dicta e patribus mutuata. Obiectionum solutio. Epistolae tum aliae, tum ad Succensum:) Chrysostomus, Iustinus, Ephraim S[illegible], Isidorus Pelusiota, Paullus Emesenus, [illegible]rus Antiochenus, Cyrillus Hierosol. [illegible], Seuerianus Gabalensis, Proclus CPol. Hi[illegible], Amphilochius Iconiensis, Amphilochius Sidensis, Flauianus Antiochenus, Eustathius Anti[illegible], item *Latini:* Iulius et Syluester, episcopi [illegible], Ambrosius, Augustinus, Hilarius [illegible]. Nec non *Haeretici*, Mixophysitae, et Timotheus Aelurus, Monophysita.

sam dicunt. Idem opus MS. in Bauaric. m. bibl. num 117. [ii]) exstare testatur et ab erudito aliquo viro edi optat *Henr. Canisius*, a quo habemus alia *Leontii, Byzantini*, scripta, *Francisco Turriano* S. I. interprete, edita latine tom. IV. Antiquar. lectionn. recusaque tom. IX. bibl. patrum Lugd. pag. 674. et in noua lectionum Canisii editione, quam Roterodami [?] curauit Iacobus Basnage. [kk]) Sunt autem haec: I. *Contra Enantiodocetas*, siue Nestorii et Eutychetis contraria commenta, subiunctis testimoniis Basilii, Gregorii Theologi, Procli CPol. Isidori (Pelusiotae) S. Iustini, philosophi et martyris, ex libro tertio de Trinitate, S. Irenaei, S. Hippolyti, episcopi et martyris, ex benedictionibus Balaam, Petri, episcopi Alex. S. Cyriaci, episcopi Paphi et confessoris, S. Athanasii, Gregorii Nysseni, S. Iulii, episcopi Rom. Hilarii, Ambrosii, S. Amphilochii, S. Gelasii, episc. Caesareae Palaestinae et confessoris, Augustini, Iohannis, CPol. S. Ephraim, Cyrilli, episcopi Hierosol. ex quarta catechesi, S. Flauiani, Antiochi, episcopi Ptolemaidis, S. Pauli, episcopi Emeseni et Cyrilli Alex. II. *contra Aphthartodocetas*, subiunctis testimoniis Dionysii Areopag. Iustini [ll]) ex orat. contra gentes, Athanasii, Basilii, Gregorii Naz. et Nysseni, S. Ambrosii, Iohannis, CPol., S. Ephraim, et Cyrilli, Alex. III. *De Nestorianorum impietate secreto tradita et de eius parentibus, Theodoro, Mopsuesteno, et Paulo, Samosateno, triumphus.* Confer Io. Garnerii dissertatt. ad Marium Mercatorem tom. II. pag. 319. seq. IV. *Liber in eos, qui proferunt nobis quaedam Apollinarii* et Apollinaristarum *falso inscripta nomine sanctorum patrum*, Gregorii Thaumaturgi, aut Athanasii, aut *Iulii.* [mm]) V. *Solutiones*

ii) In cat. codd. gr. Bauar. p. 49. In illo sunt, quae a Fabr. memorantur nr. I. II. et V. — Cum cod. Palatino consentit cod. *Venet.* D. Marci LXIX. vbi illae dispp. quoque dicuntur esse παντσόφου μοναχοῦ Κυρίου Λεοντίου, τοῦ ἱεροσολυμίτου. Vberius recensetur is cod. in cat. codd. gr. Marc. p. 46. sq. — In cat. codd. Angliae etc. I. pag. 46. in bibl. *Bodlei.* inter codd. *Laud.* nr. CCCXXXII. citantur *Leontii, monachi et presbyteri CPolitani*, opuscula varia contra Acephalos, Seuerianos etc. gr. 8. veteri manu. — *Leontii, presbyteri Hierosolymitani* aliorumque homiliae a *Montfauc.* in diar. ital. p. 215. inter codd. monast. S. Basilii, Romae, enumerantur. *Harl.*

kk) tom. I. p. 527 sqq. vbi Basnage contra Canisium duo distinguit Leontios Byzantinos et auctorem huius operis docet non fuisse doctorem ecclesiasticum, p. 531 — 534. Ab initio tomi praemittuntur obseruatt. in quorum cap. II. et III. etiam Leontii, Byzantini, opus illustratur. Post nr. III. sequitur Leontii, Byzant. liber aduersus eos, qui proferunt nobis quaedam *Apollinarii* falso inscripta nomine Sanctor. patrum. *Harl.*

ll) Locum Iustini ex codice Leontii, qui MS. exstat in bibl. Bodleiana, graece pro duxit *Io. Ernestus Grabe* tom. II. spicilegii patrum, p. 172.

mm) *Muratorius* in Anecdotis graecis (Patau. 1709. 4.) pag. 347. sqq. in disquisitione in epistolam sub *Iulii* I. nomine editam vel ex Leontio Byzantino, act. VIII. de sectis p. 526. late demonstratum iuit, illam epistolam non esse illius Iulii; sed Apollinaris, et ab haereticis sub Iulii, pontificis rom. nomine euulgatam. (Add. paullo ante memorat. indicem scriptor. in *Leontii* libr. de sectis voc. *Iulius.*) Neque tamen in Muratorii sententia et demonstratione acquieuit *Io. Gottl. Ehrlich* in comm. in qua *Iulii primi* episc. rom. ad Prosdocium epistolam de trinitate et incarnatione ex cod. Oxon. edidit, vertit, vindicauit et illustrauit, Lips. 1750. 4. pag. 1. add. infra vol. VIII. vet. ed. p. 401. de illo *Iulio.*

Addam breuitatis studio mentionem aliorum opusculorum, quae in codd. quamquam hinc inde in nomine muneris designando aberrantibus, adscribuntur *Leontio presbytero*, *Romae* in bibl. Vatic. *Leontii Byzantini* opuscula; teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 135. D. — ibid.

lutiones argumentationum Seueri. VI. *Dubitationes hypotheticae et definientes contra eos, qui negant, esse in CHRISTO post unionem duas veras naturas.*

Leontii, episcopi nn) *Neapoleos*, siue Hagiopoleos, in *Cypro*, insula, saeculi septimi initio, Mauricio imperante clari, *sermo in Simeonem*, quando is Dominum in vlnas suas excepit. Graece

ibid. p. 142. D. in bibl. *Vatic. Leontii, presbyteri CPolit.* homiliae II. in Iob, et vna in Iob. ibid. p. 143. A. — In cod. *Coislin.* CXII. in collectione quadam rerum moralium sunt quoque excerpta ex *Leontio, presbytero* CPol. ex vita S. Lucae iunioris; adnotatue *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 186. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXVI. nr. 35. plut. 7. Leontii, πρεσβυτέρου ἱεροσολύμων, sermo in praeparationem ad baptismum, in diem palmarum et in suscitationem Lazari; inc. Ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως etc. quem quidem sermonem Fabric. paullo post adiudicauit Leontio, Neapol., et *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 285. sq. eum inter spuria Chrysost. tom. X. p. 767. esse adnotauit. — Eiusdem esse suspicatur *Bandin.* in indice sermon. in Sctì Ioannis, baptistae, diem natalem, qui in cod. Laurent. XXXIII. nr. 5. plut. IX. dicitur esse *Leontii, monachi.* In eodem cod. nr. III. est martyrium S. Leontii, die XVIII. Iun. et ex hoc cod. interprete C. I. exstat elogium in actis SSctor. ed. Venet. tom. III. Iun. p. 562. notante *Bandin.* l. c. — *Paris.* in cat. codd. bibl. publ. in indice tom. II. *Leontio, presbytero*, variae homiliae adscribuntur, sed in ipsa codd. enumeratione est interdum varietas, quae ipsum incertum confectoris catal. animum aut inertiam declarat: sic in cod. MDCXII. nr. 1. inesse dicitur pag. 374. *Leontii, archiepiscopi*, orat. in adnuntiation. B. Virginis. — in cod. DLXXXII. nr. 53. *Leontii presbyteri*, (et in cod. DCCLXXI. nr. 14. et in cod. MDCXXXVI. 34. Leontii, *presbyt. CPolit.* vti quoque in cod. *Taur.* CXV. fol. 260. etc.) or. in festum mediae pentecostes: inc. τοῖς φιλῶσι, nr. XXXIV. eiusd. in nouam Dominicam et nr. XXXV. in Pentecosten in cod. DCCLXIX. nr. 13. *Leontii* (simpliciter) hom. in S. Dominicam. — In cod. CMLXXX. nr. 3. *Leontii* hom. in ramos palmarum. — in cod. autem DCCLXXVI. nr. 13. *Leontii, Neapoleos episcopi*, homil. in S. Pentecosten. — In cod. MDV. nr. 25. *Leontii, CPolitani*, hom. in Mesopentecosten. — In cod. CMLXXIX. nr. 21. *Leontii, presbyteri CPolit.* homil. in Iobum. — In cod. MCLXX. nr. 10. *Leontii, presbyt. CPolit.*, homil. in proditionem et in vxorem Iobi: inc. ὥσπερ καὶ νῦν ἀκητιθέντος, atque in cat. p. 228. dicitur *inedita.* — in cod. MDLIV. nr. 12. (in adpend. p. 621.) *Leontii, presb. CPolit.*, homilia in Iobum. — In cod. DCCLXXII. nr. 53. et in cod. MCLXXIV. nr. 33. eiusd. hom. in coecum natum: contra in cod. MCLXXIII. nr. 84. dicitur *Leontii, Neapoleos in Cypro episcopi*. homilia de coeco nato: et nr. 86. *Leontii, CPolitani*, hom. in adscensionem. — In cod. MCCXVII. nr. 8. vita et miracula S. Gregorii, Agrigentini, auctore *Leontio, abbate.* (conf. quae paullo post adnotata sunt.) — in cod. MCDLXIII. nr. 1. et in cod. MCDLXVIII. 50. atque MDXXXIX. 8. Vita Gregorii, Agrigentini, auctore *Leontio, presbytero et hegumeno monasterii S. Sabae, Romae.* — in cod. MCDLXVIII. nr. 42. vita S. Panteleemonis, auct. *Leontio, Neapolitano.* — In cod. MCDLXXXV. nr. 16. it. in cod. MDX. nr. 6. vita S. *Io. Eleemonis*, alibi *Panteleemonis*, v. paulo post de illa vita ad Fabric. locum de *Leontio Eleemosynario*,) Alexandriae patriarchae, auctore *Leontio, Neapol. in Cypro episcopo.* Contra in cod. MDXIX. nr. 6. eiusdem paralipomena (inc. ὁ μὲν σκοπὸς,) tribuuntur *Leontio, presbytero.* Vide! quanta sit inconstantia confectoris catalogi in designandis nominibus Leontiorum titulisque librorum. Sed ii decernant de veris singulorum opusculorum auctoribus, quibus potestas datur inspiciendorum comparandorumque librorum scriptorum non minus quam editorum: et num, quod facile crediderim, errauerit interdum auctor catalogi, aut an, quod saepius factum est, plures Leontii in iisdem versati sint argumentis. De aliis codd. in quibus *Leontii, Neapol.*, homiliae inesse dicuntur, paullo post videbimus. *Harl.*

nn) Apud Simlerum male, *Nicopoleos.* Et apud Baron. ad a. 594. 3. *Constantiae Cypri.*

Graece ex codice Seguieriano oo) cum latina *Combefisii* versione tom. I. auctarii noui bibl. patrum Paris. 1648. pag. 681.

In diem festum mediae Pentecostes. Graece et latine ibid. p. 701. pp)

In idem festum et in coecum a natiuitate, nec non in illud: nolite iudicare secundum faciem. graece et latine, cum Combefisii versione et notis ibid. p. 719. Latine etiam in bibliotheca Combefisii concionatoria et tom. IX. bibl. patrum Lugd. p. 718.

[In synodo VII. act. 4. Leontius, Cypri episcopus, traditur scripsisse πολλὰ ἐγκώμια καὶ πανηγυρικὰς λόγους et sermonem εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. In indice Allatiano ad Leontium refertur *Laudatio S. Iobi*, (duplex sub Leontii, sed CPol. presbyteri, nomine homilia in Iobum MS. in bibl. Vindob. vide *Lambecium* tom. IV. p. 68. 69.) *Fabr.* In cod. CXVI. nr. 6. *Leontii, presbyteri CPolit.*, orat. in Iobum, habita feria secunda sanctae et magnae hebdomad. et iterum nr. X. or. in Iobum, habita feria quarta eiusd. hebdom. nr. X. *eiusd.* orat. in proditionem Christi et in vxorem Iobi, habita feria V. magnae hebdom. ac nr. XIII. eiusdem or. in passionem Christi et in Iobum, habita in parasceue magnae hebdom. quas quatuor oratt. nondum editas esse, censet Kollar. in nota *B.* p. 160. et nr. 19. hom. in mediam Pentecosten et in coecum a natiuitate; vbi *Lambec.* pag. 164. seq. acerbe inuehitur in Combefisium, et hunc, queritur, illam edidisse in tom. I. auctarii bibl. patrum etc. p. 719 — 798. ed. Par. cum variis ineptis coniecturis et prauis minimeque necessariis emendationibus, adfirmatque, totam illam Combefisii edit. cum peruetusto hoc cod. caesareo diligenter et curate esse conferendam: atque exempla quaedam adfert: sed de animo calamoque in Combefisium iniquo et mordaci v. Kollar. not. p. 169. — In cod. *Coislin.* CV. *Leontii, episcopi Neapolis, in Cypro*, sermo in Simeonem. (v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 180. nr. 34.) *Harl.*

In magnam parasceuem et in passionem CHRISTI. (*Lambec.* ibid. pag. 69 seq.) [p. 162. ed. Kollar.]

In

oo) s. in cod. Coislin. CV. nr. 34. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 180. *Harl.*

pp) De codd. *Paris.* paullo ante vidimus. Iuuat vero hic aliorum, in quibus reperiri dicuntur huius Leontii opuscula, codicum notitiam dare. Neque tamen vbiuis distinguuntur. In cat. codd. Angliae etc. I. pag. 32. nr. 234. sub fin. et pag. 34. nr. 241. in codd. *Barocc. Leontii, presbyteri* hom. in Mesopentec. p. 28. inter codd. — *Barocc.* nr. CXCIX. *Leontii, presbyteri*, homiliae in festum palmarum; in Iobum; in proditionem Domini, et in Mesopentecost. et tres priores tom. II. pag. 185. nr. 5859. inter codd. *Gale*, vbi vocatur *Leontius*, *CPolitanus.* — tom. I. p. 150. inter codd. *Bodlei.* nr. MMDCCCLXXVII. 28. *Leontii, Cypri archiepisc.* breuis apologia, demonstrans, ad quid imaginem Christi Sanctorumque depingimus. Inter codd. Gale tom. II. cat. nr. 5959. *Leontius* de imaginibus. — In bibl. *Vaticana Leontii, episcopi Cypri*, opuscula. (*Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. p. 134. B.) In cod. *Escorial.* serm. in Mesopentec. de coeco a natiuit. et in illud, ne iudicetis secundum faciem, teste *Pliiero* in itin. per Hisp. p. 180. *Mosquae* in bibl. Synodali, cod. V. *Leontii*, πρεσβυτέρου Κωνσταντινουπόλεως, in Mesopentecosten, in coecum a natiuitate, et in Petrum ab Herode in carcere detentum: inc. τοῖς φιλάθλοις etc. et ibid. in fine eiusdem λόγος in Pentecosten: inc. ὅσοι περὶ τὴν ἑορταστικὴν v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. p. 8. *Harl.*

In Petrum.

In proditionem CHRISTI et vxorem Iobi. (Lambec. p. 69.) [p 162. Koll.]

In Domini resurrectionem.

Εἰς τὰ προφωτίσματα, εἰς τὰ βάϊα καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου. Haec est, quae inter S. Chrysostomi homilias legitur tom. VII. edit. Sauil. p. 334. Incipit: ἤδη τῆς πνευματικῆς πανηγύρεως. *Fabr.* *Mediolani* in B. Ambros. *Leontii CPolitani* or. de Lazaro et encomium in synaxin b. Virg. Mariae. v. *Montfauc.* B. biblioth. MSS. I. p. 500. D. *Harl.*

In eadem Synodo VII. tom. III. Binii pag. 560. Leontius Cypri episcopus affirmatur scripsisse *vitam Iohannis Eleemosynarii*, Archi episcopi Alexandrini, defuncti anno Christi 616. (Vide *Pagium* ad annum Christi 620.) quae graece MS. in bibl. Caesarea, teste *Nesselio* parte V. pag. 16. [qq]) et in codice Colbertino 505. quem Cangius euoluit. Citatur ab *Allatio* lib. de purgatorio p. 732. interpolata et Latine tantum extat apud *Rosweidum* lib. I. de vitis Patrum, *Suriumque* ac *Bollandum* 23. Ianuar. et *vitam Simeonis* τοῦ σαλοῦ siue *simplicis*, quae graece itidem obuia in bibl. Caesarea teste eodem *Nesselio* parte V. p. 43. [rr]) Latine apud Surium 1. Iulii. At *vita S. Gregorii* Agrigentini episcopi, auctorem habet Leontium presbyterum et Abbatem monasterii S. Sabae, Λεοντίου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα τῆς Ῥωμαίων πόλεως εἰς βίον καὶ θαύματα τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Ἀκραγαντίνου. Exstat graece in codice Colbertino 1677. et latine atque interpolata sine auctoris nomine habetur apud eundem *Surium* 22. Nou. *Fabr.* In cod. *Colbert.* 1677. secundum *Montfauc.* B. bibl. MSSt. II. p. 952. A. continetur alius liber, gallice scriptus. In *Montfauc.* bibl.

qq) In cod. CXLIV. nr. 46. in *Lambecii* comm. IV. p. 243 sqq. Inc. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ ἐλεήμονος, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, εἰς Πέτρον τελώνην. Ἄξιον καὶ ἁρμόζον τῷ προειρημένῳ etc. est vero narratio de Petro quodam diuite et auaro publicano, qui a summa inhumanitate et truculentia ad summam erga pauperes misericordiam vitaeque sanctitatem conuersus dicitur, desumta ex vita S. Io. Eleemosynarii, quam conscripsit gr. *Leontius Neap. Cypri* episcopus. *Kollar.* autem in nota *B.* „gemina, ait, in caesareis codd. huius vitae apographa seruantur," vnum apud *Lambecium* lib. VIII. cod. XIII. 1. alterum autem cod. XIX. nr. 12. [p. 575 sqq. vbi conf. Lambec.] Narratio pariter ipsiusmet S. Io. Eleemosynarii de Petro, cuius hic fit mentio, altero etiam exemplo habetur lib. VIII. cod. XV. nr. 29. p. 492. Sed in vol. VIII. cod. XIII. 1. est *Leontii* historia vitae *S. Symeonis* abbatis, de qua mox agetur. — In cod. vero *Coislin.* CV. (non, DV.) est *Leontii sermo in Simeonem* teste *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 180. nr. 54. — de vita S. Io. Eleemosyn. in codd. 64 et 65. abbat. S. Theodorici prope Remos, auctore cod. *Montfauc.* in B. bibl. MSS. II. p. 1234. E. et ibid. I. p. 73. C. in bibl. *Vatic.* ex interpretat. lat. Anastasii Bibliothecarii: graece *Florent.* in cod. monast. B. Mariae in eius fine quaedam, a Leontio praetermissa esse, prodidit *Montfauc.* in diar. ital. p. 372. add. supra de codd. *Paris.* *Harl.*

rr) Apud *Lambec.* VIII. cod. XIII. vti iam paullo ante monuimus: et *Kollar.* in nota *A.* ex cod. inquit, *Vaticano* signato nr. 819. collatam cum ea, quae est apud Surium, graece et lat. ediderunt Hagiographi Antwerpiens. ad d. 1. Iul. tom. I. eiusd. mensis pag. 136. sqq. et Lambec. in nota 4. ablegat lector. ad Bollandi atque Henschen. prolegg. ad vit. Io. Eleemosynarii, in tom. II. sanctor. m. Ianuar. p. 496. sqq. — *Florentiae* in cod. Laur. IX. nr. 11. plut. XI. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 504. *Harl.*

bibl. Coisl. non reperi: nam quae p. 186. de cod. CXII. siue collect. rerum moralium dicuntur, huc non pertinent. Sed amplius inquirere, haud vacat. Est in codd. *Parisin.* de quibus supra, et in cod. *Escorial.* teste *Pliiero* in itiner. per Hisp. p. 180. et teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MS. I. p. 143. A. in cod. *Vatic.* MMMMDCCLXVII. — *Romae* in bibl. Basil. cod. LXX. (I. pag. 199. A.) *Harl.*

Adfertur et in iam dicta synodo VII. fragmentum ex Leontii, Cyprii, πέμπτου τοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγου ὑπὲρ τῆς Χριστιανῶν ἀπολογίας graece et latine tom. VII. concilior. edit. Labbei pag. 236. tom. III. Binii pag. 556. Idem fragmentum in MS. codice bibl. caesareae exstat graece, teste *Lambecio* tom. V. p. 137. ss) Habes et in Horto crucis Iacobi Gretseri. Aliud latine habetur in limine tomi secundi supplement. bibl. patrum Morellianae Paris. 1639. ex antiquis lect. [?] Canisii tom. V. part. I. p. 200-202. Meminit illus Leontiani aduersus Iudaeos scripti etiam Io. Damascenus Orat. de imagg. et Euthymius in panoplia.

Leontii huius Cyprii παραλλήλων siue *Locorum communium theologicorum libri duo,* alter τῶν θείων, alter τῶν ἀνθρωπίνων, nondum in lucem prodierunt, etsi alter, τῶν ἀνθρωπίνων, fuit apud Franciscum Turrianum, vt testatur ipse lib. I. de hierarchicis ordinationibus ministrorum ecclesiae c. 12 et lib. V. defensionis epistolarum pontificum cap. XX. quod obseruatum doctissimo Colomesio in paralipomenis de scriptor. eccles. qui putat etiam, his Leontii locis communibus vsum *Iohannem Damascenum* in suis parallelis, quae in lucem protraxit Michael le Quien in praeclara sua, quam publicauit, Damasceni editione. Leontium in locis communibus de origine animarum laudat *Sirmondus* tom. II. Opp. pag. 456. Praeter Leontium et Damascenum locos communes, e S. Scriptura et antiquis ecclesiae doctoribus decerptos, scripsere S. *Maximus* et *Antonius* inde dictus *Melissa.* Inter Latinos *Beda* (tom. VII. p. 370-458. et Anglosax. in bibl. Bodlei.) ac *Defensor* quidam in *scintillis*, in Vrsini, nutritoris sui, gratiam scriptis excusisque Antwerpiae 1550. Venet. 1552. atque inde Coloniae. Tum *Ioannes*, abbas, quem ex codice bibl. montis Cassini descripsisse se refert *Io. Mabillonius* in Museo Italico p. 123. Omitto Thomam Hibernicum, aliosque recentiores.

Leontii *Commentarios MSS. in Iohannem* memorat Maldonatus ad Iohannis VII. vbi refert, in illo codice fuisse historiam adulterae, sed obelo notatam.

Oratio in laudem S. Epiphanii memoratur a Theodoro Studita in antirrhetico secundo p. 130. tom. V. Opp. Sirmondi.

LEONTII VARII.

Leontius, *Aglaionis* F. de quo meminit Plato IV. de Rep. p. 411.

Leontius, episcopus *Ancyrae* in Galatia, ad quem epistola S. Chrysostomi memoratur Theodorito V. 31. hist. eccles.

ss) Siue p. 290. ed. Kollar. in cod. CCXLVIII. cat. codd. gr. Taur. p. 300. In aliis etiam codd. nr. 9. Est quoque in cod. *Taurin.* CC. nr. 41. v. vt supra iam obseruauimus. *Harl.*

Plures itidem Isidori Pelusiotae ad Leontium, episcopum, (nescio quem,) exstant: et aliae ad Leontium, diaconum. Inter epistolas Chrysostomi octogesima tertia est ad Leontium; sed diuersi ab illa, quam Theodoretus legerat, argumenti.

[*] Leontius, *Antiochenus,* haereticus, aduersus quem Photius, Suida teste, scripsit.

Leontius, Phryx, Luciani Antiocheni discipulus, episcopus *Antiochenus,* ὁ ἀπόκοπος, siue ἐκτομίας αὐτόχειρ et Arianis fauens, ac circa a. C. 358. denatus, cuius fragmentum ex *oratione in S. Babylam* exstat in Chronico Paschali pag. 270. et editionis Raderianae p. 630. In eodem Chronico pag. 672. Leontius iste, quod mireris, vocatur ὁ μακάριος Λεόντιος, ἀνὴρ κατὰ πάντα πιςός τε καὶ εὐλαβὴς καὶ ζηλωτὴς ὑπάρχων τῆς ἀληθοῦς πίςεως.

Leontii, *Arabissi* in Cappadocia episcopi, εἰς τὴν κτίσιν λόγος καὶ εἰς τὸν Λάζαρον, lectus Photio, qui ex eo excerpta exhibet codice CCLXXII. Atque ex Photio accepit, quae ex hoc Leontii sermone adfert *Allatius* ad Eustathii Hexaëm. pag. 52. etsi et ipse habuit Leontii sermonem MS. *de Lazaro,* cuius initium: οὐδὲν ὡς ἔοικε τῆς ἀγάπης ἐςὶν ἰσχυρότερον. [Leontii, CPol., or. in Lazar. supra memorauimus. *H.]*

Leontius, *Arelatensis,* episcopus, qui concilio Arelatensi a. C. 475. praefuit. Confer tt) *Henricum Noris* lib. II. hist. Pelagianae cap. XV. Huic Leontio professionem fidei inscripsit Faustus Rhegiensis. Meminit et Sidonius VII. 6. epist. *Epistolam ipsius ad Hilarum* edidit *Lucas Dacherius* tomo V. spicilegii. *Fabr.* De Leontiis, *Arelatensi, Burdegalensi* aliisque v. *Fabric.* B. L. med. et inf. aet. tom. IV. pag. 268. sq. ed. Mansi, et supra in vol. IV. c. 20. de Arato, pag. 94. sq. not. *w.* de *Leontio, mechanico,* aliisque.

Leontius, Damascenus, presbyter, numeratur a *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 412. inter eos, quorum excerpta scripturae S. patrum eccl. aliorumque etc. diuersa a parallelis Ioan. Damasceni, seruantur in cod. Coisl. CCXCIV. *Harl.*

Leontius, philosophus *Atheniensis,* Athenaidis siue Eudociae pater, quae Theodosio iuniori, imp., nupsit. Vide Socratem VII. 21. Io. Malalam in Chron. tom. II. pag. 52. Zonaram, Cedrenum aliosque. Neque audiendus chronici Paschalis auctor, qui philosophum illum Heraclitum appellat.

Pontius Leontius, *Burdegalensis,* quem primum Aquitanorum vocat Sidonius VIII. 12. Epist. Vide et Epist. 11. eiusdem libri et carmen XXII. Ab hoc diuersus Leontius, *episcopus Burdegalensis,* Venantio Fortunato lib. I. celebratus, sui enim matrem *Liuiam* vocat Sidonius lib. VIII. Epist. 11. *Fortunatus* lib. I. carmine XVII. et lib. IV. carmine X. *Placidinam.* Sed fuit et alter *Leontius, Burdegalensis* episcopus, anterior siue aetate prior, cuius epitaphium exstat apud eundem Fortunatum lib. IV. carmine IX. Quod vero Gabriel Lurbeus, in Chronico rerum Burdegalensium, hunc Leontium refert ad a. C. 485. alterum ad 555. non

tt) v. infra, vol. XI. p. 410. et 411. vet. ed. *Harl.*

non magis certum est, quam quod Vinetus [*] ad epistolam XIX. Ausonii, nomen integrum Paulini, ad quem Ausonius scribit, putat fuisse *Pontium Paulinum Leontium.* [v. supra, vol. IV. p. 97.]

Leontius, *Byzantinus,* Origenistarum fautor circa a. C. 540. de quo Cyrillus, Scythopolitanus, in vita Sabae ap. Coteler. tom. III. monument. et Simeon Metaphrastes in vita Cyriaci, anachoretae, in tomo Analector. quem a. 1692. edidere monachi Benedictini. De aliis duobus Byzantinis Leontiis supra dictum.

Leontius, *Caesareensis,* in Cappadocia episcopus, qui conciliis, Ancyrano, a. C. 314. Neocaesareensi a. 315. et Nicaeno a. 325. interfuit. Atque ad hunc referenda *disputatio contra philosophum Arianum,* quam in bibl. Vindobonensi MS. haberi scripsit ex Possevino Labbeus. Est autem nihil aliud, quam locus ex Gelasii Cyziceni Actis Concilii Nicaeni, in quo Leontii cum philosopho concertationes referuntur. Vide *Nesselii* Catalogum MS. bibl. Vindob. parte V. pag. 176. Leontium hunc inter eos, quorum scripta nihil suspecti minusque sinceri continent, laudat S. Athanasius λόγω I. contra Arianos. Plura de illo *Bollandus,* 13. Ianuarii pag. 781. seq. tom. I. et *Possinus* ad S. Nili laudationem Albiani pag. 186. seq. *Combefisius* ad Amphilochium p. 266. Vide et *Lambecium* VIII. p. 371. [cod. LVI. nr. 2. p. 1027. ed. Kollar.]

Domitius Leontius, qui cum Sallustio *consul* fuit a. C. 344.

Leontius, ad quem Iulianus, imp., epist. XXII. num is, qui Consularis Palaestinae, circa a. C. 372. ad quem Libanii epistolae? vide Iac. Gothofredum in prosopographia codicis Theodos. p. 369.

Leontius, comes orientis, a. C. 349.

Leontius, Cycizi praefectus sub Diocletiano, si fides Actis SS. Philetaeri et Eubioti apud Papebrochium 19. Maii tom. IV. [Conf. *Lambec.* comm. VIII. pag. 430. sq. et 433.]

Leontius, ὁ Δαβραγάζε, apud Agathiam IV. p. 127.

Leontius, qui Euchologium Graecorum recensuit, de quo *Allatius* pag. 19. de libris eccles. Graecorum.

Leontius Eustratius, Cyprius, a quo Chrysostomum contra Iudaeos ex patria Augustam Vindel. allatum accepisse se testatus fuit Dauid Hoeschelius.

Leontius, latinus *scriptor fabularum,* cuius meminit Io. Alexander Brassicanus, notis ad Petronium p. 572. editionis Petri Burmanni: *Marti gramen sacrum quod ex humano cruore procreatur. Meminit et L. Apuleius de herbis, et Leontius, mythographus, auctor minime malus, superioribus* [*] *annis a nobis tantum non ab inferis excitatus, et aliquando cum philologis communicandus.* Gesnerus in bibl. *Leontii cuiusdam librum, in quo aliquot fabulae Poetarum enarrantur, exstare, videor mihi alicubi legisse.* Nescio, idem ne sit *Leontius grammaticus,*

 cogno-

cognomento *lascivus*, de quo *Ausonius* in professoribus Burdegalensibus Epigram. VII. [v. supra, vol. IV. p. 95.]

Leontius episcopus *Foroiuliensis*, circa a. C. 433. defunctus, cui Cassianus decem priores suas collationes dedicauit. Vide *Henricum Noris* lib. II. Hist. Pelagianae cap. 3. et 15. *Vincentium Barralis* in Chronologia sanctor. abbatum Lerinensium p. 126 seq.

Leontius, presbyter *Hierosolymitanus*, qui, Allatio notante, auctor est homiliae de illo, qui, descendens in Iericho, incidit in latrones. tom. VII. Chrysost. edit. Sauilianae p. 506. Vide et supra p. 320. [supra quoque memorauimus inter codd.]

Leontius, *iurisperitus* CPoli, imperante Theodosio iuniore, circa a. C. 425. cui comitiua ordinis primi concessa in codice Theodosiano lib. VI. tit. 11. lege vnica de Professoribus. Idem forte, (vt suspicatur vir doctiss. Iacobus Gothofredus,) qui deinde praefectus vrbis CPol. fuit. [infra vol. XII. p. 345.]

Leontius, ad quem leges quaedam leguntur in codice Theodosiano, scriptae Constantino M. imperante circa a. 317-332. Vide Iac. Gothofredi prosopographiam codicis Theodosiani pag. 369.

Leontius, *Lampsacenus*, Epicuri discipulus, ab aliis Leo, siue Leonteus, dicitur, vt notatum a me lib. III. cap. [XI. vol. III. p. 605. et 613.] vbi etiam memoraui Leontium, foeminam, Epicuro et Metrodoro adamatam, quae contra Theophrastum scripsit. Leontia haec dicitur apud Petrum Blesensem Epist. LXXIX. minus recte.

Leontius, Lydiae episcopus. Infra in Tripolitano.

Leontius, *Magistrianus*, ad quem Isidori Pelusiotae epistolae lib. III. 229. 360.

Leontius, *Magnesianus*, siue Magnesiae in Asia episcopus, qui interfuit concilio Ephesino latrocinali anno Christi 449. et Chalcedonensi a. 451.

Leontii, martyres, 19. Mart. 24. April. 18. Iun. 10. Iul. 1. Aug. 12. et 27. Sept. etc, *Fabr.* *Vindobonae* in cod. caesar. XIV. qui côntinet Menologium Graecor. mensis Augusti, nr. 16. certamen decem martyrum, Gregorii, *Leontii* etc. sub imper. Leone Isauro propter imaginem domini nostri I. Chr. CPoli in porta aenea. *Lambec.* VIII. p. 251 seq. inter alia consulere iubet *Baron.* annal. ecclef. tom. IX. in actis a. Chr. 726. nr. 12. et 13. et Kollar. in nota obseruat, illa martyrii acta gr. ac lat. *Io. Pinnio* interprete edita esse ab Hagiographis m. Aug. tom. II. p. 434. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXXIII. qui continet vitas et orationes diuersorum patrum in laudem SS. a die VIII. Iun. vsque ad XXXI. Aug. est nr. 3. die Ian. XVIII. martyrium S. martyris, *Leontii*, et ex hoc cod. Medic. interprete C. I. legitur in Actis SS. edit. Venetae, tom. III. Iun. p. 562. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 445. *Harl.*

Leontius, *mechanicus*, cuius de Aratea sphaera breue scriptum graece exstat. Dixi de eo lib. III. cap. XVIII. uu) vbi notaui, eum vixisse videri temporibus Mauritii, imp., qui a. C. 602. iubente Phoca securi percussus est.

Leontius,

uu) Vid. quae paullo ante notaui; est quoque in cod. *Paris.* bibl. publ. MMCCCLXXXI. *Harl.*

[P] Leontius, *monachus*, ſub Zenone imp., (quem a. C. 491. obiiſſe conſtat). De illo Suidas in Λεόντιος. *Fabr.* *Leontii* cuiusdam, *monachi*, orat. in natiuit. Ioannis baptiſtae. v. *Bandin.* cat. cit. I. p. 445. de cod. XXXIII. nr. 5. plut. 9. — v. etiam in ſuperioribus ex codd. notata. — In cod. LXX. *Coislin.* exſtat pars homiliarum S. Chryſoſtomi in Matthaeum: ſed poſt homiliae 42. finem legitur haec nota, a prima manu ſcripta: κεφάλαια μὲν τȢ δέλτȢ ταύτης μονάχȢ ΛεοντίȢ etc. *capita huius libri ſunt monachi, Leontii*, teſte *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 130. ſed cuius ſint *Leontii monachi*, equidem ignoro. Idem confiteri cogor de *Leontio, monacho*, qui nominatur in fine cod. *Coislin.* CVIII. ſcripti ſaec. XI. ſ. XII. in quo exſtant paraeneſes patrum, abbatum et monachorum. Nam teſte *Montfauc* l. c. pag. 184. in fine manu XIII. circit. ſaeculi legitur: κατὰ τὸν Μαίον μῆνα τῆς ἐνιςαμένης ἰνδικτιῶνος τȢ̃ ἸȢνίȢ μηνὸς ἔγκλησιν ἐποιήσατο ὁ μόναχος Λεόντιος ὁ τȢ̃ ΜουρσινίȢ κατὰ τȢ̃ Ἀββᾶ ΠαύλȢ τῶν Ῥωδαμῶν· Ȣ̓κ οἶδα, κἂν ἀληθῶς, κἂν ἐψευσμένως. *Harl.*

Leontius, *monachus Monembaſiotes* a. C. 1128. defunctus. Vide *Bernardi de Montfaucon* Palaeographiam graecam p. 60.

Leontius, magiſter militum, ex praefectis praetorio, conſularis atque *patricius*, quem Iuſtinianus, imperator, ad ius ciuile ordinandum et nouum codicem faciendum vna cum Triboniano et aliis allegit a. C. 529. Videndum, idem ne ſit cum Leontio, ſcholaſtico et referendario, de quo ſuo loco. Ad Theodebertum, Francorum regem, legatus eſt ab eodem Iuſtiniano, vt memorat *Procopius* lib. III. de bello Gothico.

Leontius, Neapolitanus Cypri epiſc. de quo dixi p. 453.

Leontius, *Phoronei*, Argiuorum regis, frater, apud Petrum Bleſenſem Epiſt. 79. vt alios antiquiores teſtes iam praeteream.

Leontius, *praefectus* Illyrici, ſub Theodoſio iuniore circa a. C. 412.

Leontius, *praefectus* Vrbis a. C. 355. laudatus Ammiano XV. 7. antea *quaeſtor*. id. XVI. 11.

Leontius, *presbyter* et *abbas monaſterii S. Sabae* in vrbe Roma (noua i. e. CPoli) qui ſcripſit vitam S. Gregorii, Agrigentini, de qua ſupra in ſcriptis Leontii, epiſcopi Neapolitani, et alibi.

Leontius, referendarius. Supra p. 318.

Leontius, *rhinotmetus*, imperator, qui vt Iuſtinianum II. naſo mutilatum relegauerat, ita poenam talionis Abſimaro dedit a. C. 698. vt praeter alios refert auctor Hiſt. miſcellae XX. 3.

Leontius *Santonenſis* in Gallia epiſcopus et confeſſor ſaeculo VI. de quo Acta ſanctor. tom. III. ad 19 Martii p. 33-34.

Leontius, ſcholaſticus. Supra p. 318. *Fabr.* *Leont. ſcholaſticus*, poeta epigrammatarius. v. ſupra, vol. IV. pag. 480. — *Leontii verſus* in cod. Auguſtano, ſecund. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 594. E. in *Reiſeri* autem catal. p. 75. citantur *Leontis* cuiusdam verſus.

ſus. — Ad quem *Leontium*, et ad quod genus pertineat *Leontius de auibus*; in cod. quodam Romano apud *Montfauc.* l. c. pag. 204. D. equidem definire nequeo. *Harl.*

Leontius, a ſecretis, in ſynodo Nicaena ſecunda.

Leontius, Soſtrati *ſeruus*, apud Pſeudo Abdiam in S. Andreae, apoſtoli, vita III. 31.

Leontius, *Siculus*, qui ſcripſit vitam S. Gregorii, Agrigentini, quam ex codice Mediceo deſcripſiſſe ſe et ad 30. Sept. editurum promiſit *Papebrochius* tom. II. Maii p. 506. Vide paulo ante in Leontio, presbytero.

Leontius, *ſophiſta*, quem inuitum commendatione ſua ad Θρόνον σοφιστικὸν Athenis euectum eſſe, teſtatur *Olympiodorus*, hiſtoricus, apud Photium cod. LXXX. p. 110. Claruit Olympiodorus ille circa a. C. 410.

[*] Leontius, Tripolitanus in Lydia epiſcopus, natione Myſus, tempore Conſtantii, imp. de quo ex Philoſtorgio Suidas in Λεόντιος. Aetio fauiſſe, docet idem *Philoſtorgius* VII. 6. Hic eſt Leontius, Lydiae epiſcopus, qui fidei Seleucienſi ſubſcripſit apud *Epiphan.* LXXIII. 26.

Leontius, qui contra Zenonem, imp., *tyrannidem* Antiochiae arripuit a. C. 482. inde captus in Papyrio, Iſauriae caſtello, et vna cum illo criminis ſocio decollatus a. C. 488. vt narrat Marcellinus, comes, Theophanes aliique.

Apud Plinium XXIV. 8. codices quidam inter ſtatuarios celebres Leontium referunt; ſed legendum *Leontinus*, vt Pythagoras, Leontinis, Siciliae oppido, oriundus intelligatur, quemadmodum ex Pauſania notarunt *Io. Ionſius* diſſ. de Spartis p. 222. *Franciſcus Iunius* in Catalogo artificum, et ad Plinii locum tom. V. p. 115. 164. Io. Harduinus.

Ex Leontio, neſcio quo, plura leguntur excerpta in Geoponicis graecis, licet in codicibus quibusdam pro Leontio Leontinus legatur. *Photius* cod. CLXIII. vocat Leontem, teſtaturque, eius ſententiam praeferri, ſi qua alios de re ruſtica ſcriptores in diuerſa ab eo abire contingat. [conf. *Needham* prolegomin. ad Geoponic. p. LXI. ſeq. ed. Niclas. *Harl.*]

EVTHYMIVS ZIGABENVS, ſiue, vt in quibusdam codd. ZIGADENVS, vv) monachus graecus in monaſterio Deiparae τῆς περιβλέπτου CPoli, clarus temporibus Alexii Comneni,

vv) Ζηγαδηνὸς in codd. Coisl. CIV. (v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 178.) quodam *Mosquenſi*, perpetuo in edit. quae Tergobyſti in Walachia prodiit, et alibi ſcribitur, placetque cl. *Matthaei* in praef. ad tom. I. *Euthymii* comment. in IV. Euang. pag. 7. ſq. Conf. praeterea de hoc Euthymio *G. Caue* hiſt. litt. SS. E. tom. II. p. 198. *L. El. du Pin* nouvelle Bibl. etc. tom. IX. pag. 197. *Caſ. Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. II. p. 979. *R. Ceiller* Hiſt. gen. des Aut. E. tom. XXI. p. 533. *Fabric.* noſter de ſcriptorib. de veritate religionis chriſtianae, pag. 121. *Hamberger* Z. N. tom. IV. pag. 79. ſqq. *Sax.* Onom. II. p. 216. et quos ille laudat, et quae ego notaui in Introd. in hiſt. L. G. II. 2. p. 307. ſqq. Si *Euthym. Zigab.* auctor eſt monodiae in obitum *Euſtathii*, Theſſal. archiepiſcopi, (v. infra nr. IV.) mortui forte poſt a. 1194. nec alius *Euſtathius*, forſan *Euſtathius*, *patriarcha CPolitanus* a. 1019. vid. *Pagii* crit. Baron. a. 1019. VI. intelligendus ſit:

Comneni, apud quem gratiosus fuit, et ei a. C. 1118. defuncto adhuc superstes. De eo videnda *Comnena* libro XV. Alexiados, et ex recentioribus *Allatius* II. 10. 5. de consensu vtriusque ecclesiae.

Scripta eius haec sunt: 1. *Panoplia dogmatica orthodoxae fidei,* aduersus omnis generis haereticos, Πανοπλία δογματικὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἤτοι ὁπλοθήκη δογμάτων, iussu Alexii Comneni ex patrum scriptis contexta diuisaque in titulos XXVIII. Laudatur ab *Anna Comnena* in Alexiade lib. XV. pag. 490. et, qui multa ex eo repetiit, *Niceta Choniata* in thesauro orthodoxae fidei. Latine ww) vertit *Petrus Franciscus Zinus*, Veronensis xx) Venet. 1555. fol. Lugd. 1556. 8. Paris. 1580. 8. et tom. XIX. bibliothecae patrum Lugd. 1677. fol. Loca graece produxit *Petauius* [?] dogm. theol. tom. I. pag. 125. 170. 172. 174. 175. 261. 293. 301. 368. 372. etc. edit. Paris. *Cotelerius* notis ad tom. I. monumentor. ecclesiae graecae, *Cangius* in Glossario graeco, etc. Exstat opus graece MS. in Bodleiana, Florentina et aliis bibliothecis, in caesarea Vindobonensi aliquoties, e quibus vnum codicem ipsa Euthymii aetate scriptum putat *Lambecius* V. pag. 51 seq. yy) de altero, excerpta tantum continente, vide III. p. 168. de tertio et quarto V. pag. 52. Codicem regium Parisiensem MMCCCXCIX. laudat *Rich. Simon.* tom. I. bibl. selectae pag. 49. et in multis a Zini versione differre testatur, propiusque huic conuenire codicem alterum recentiorem in collegio Iesuitarum Paris. Euthymium in concinnanda Panoplia a *Iohanne Furno* adiutum tradit scriptor graecus apud *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 643. qui illi graeculo fidem habendam esse pernegat. *Fabr.*

Subiun-

sit: sequeretur, vt, quod quidem haud probabile videtur, *Euthymius* noster a. 1194. adhuc esset in viuis. Atqui *Michael Choniates*, qui in eumdem Eustathium monodiam scripsisse dicitur, vixit exeunte saec. XII. et ineunte saec. XIII. Res igitur, saltem de Eustathio, quinam sit intelligendus, mihi dubia esse videtur. Conf. quae in fine sectionis de aliis *Euthymiis* adnotata sunt. Atqui haud multo post, quam meam chartae mandaram dubitationem; reperi, *Nicolaum* quoque *Foggi-nium* in commentatione de Euthymio eiusque scriptis et doctrina etc. praefixa fragmento *Euth. Zygabeni libri inuectiui contra Bogomilos*, ex Vatic. cod. eruto, et e graeca in latinam ling. conuerso, in Anecdotis litterariis, ex MSS. codd. erutis, (vol. IV. Romae 1783. mai. 8. pag. 1 — 46.) §. V. pag. 8. sqq. subdubitasse, vtrum adscribenda sit Euthymio nostro Monodia mem. saltem, neque se cum aliis adfirmare, nec solum inficiari audere profitetur, et potissimum versatur in aetate Eustathii definienda. Idem pag. 13. sqq. agit de Bogomilorum erroribus et Euth. argumentis. *Harl.*

ww) Non graece, vt legas in *Vossii* II. 27. de hist. graecis.

xx) In Caui hist. literaria perperam memoratur editio Venet. 1575. et Paris. 1556. 8.

yy) Est cod. CCXXV. quem *Lambec.* V. pag. 113. sqq. futuro editori commendat. — ibid. in cod. CCXXVI. continetur liber *primus* Panopliae; — haec autem integra, vno comprehensa libro et in titulos s. capita XXVIII. diuisa, in cod. CCXXVIII. cui adpendicis loco adnexa est *Photii*, patriarchae CPolit. synopsis, historica VII. conciliorum oecumenic. ex eius epist. ad Michaelem, principem Bulgariae; quam adpendicem exstare quoque in latina Franc. Zini edit. Panopliae, adnotat Lambec. l. c. pag. 116. — In vol. III. pag. 420. sqq. copiose recenset *Lambec.* cod. LXVII. in quo, nr. 81. sunt nouem excerpta ex *Panoplia*, quorum titulos, auctores et principia *Lambec.* p. 420. sqq. subiungit. nr. 82. sequitur panopliae adpendix siue anathematismi XIV. contra Massalianorum et Bogomilorum haeresin, (vid. infra nr. III.) quibus subnectitur *adclamatio quaedam triumphalis*, quam publicauit, in notisque explicauit *Lambec.* III. p. 427. sqq. *Harl.*

— Subiungam aliorum codd. notitiam. *Panoplia dogmatica* est *Paris.* in bibl. publ. in *septem* codd. MSStis, in paucis vero integra. — In bibl. *Coislin.* cod. CXXV. qui *Montfauconio* in bibl. Coisl. p. 200. ipsius auctoris aeuo scriptus videtur. — Montfauc. ib. p. 349 sqq. ex cod. CCLXX. protulit in lucem Photii narrat. de Manichaeis, coll. cum cod. Colbert. CDXLIV. cuius magnam partem haberi in Panoplia Euthymii titulo XX. idem obseruat. — Ex vita *S. Euthymii* in collectione quadam rerum moralium, in cod. *Coisl.* CXII. et in asceticis varr. cod. CXVIII. teste *Montfauc.* l. c. pag. 186. et 192. — In bibl. *Escorial.* 1) Panoplia, 2) in prophetam Dauid et expositio in Psalter. 3) *carmina lugubria de anima et morte,* &c. *Plüer.* in itiner. per Hispan. pag. 168. — In *Italia*, *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. X. plut. 6. Panoplia etc. initio in laudem operis versus quidam senarii praemittuntur cum scholiis quibusdam interlin. eosque publici fecit iuris *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I p. 115. Panoplia ipsa ibi est in II. diuisa libros, quorum prior XI posterior XIII. complectitur titulos, a Bandin. copiosius relatos. Libri secundi cap. I. adscriptus est primum titulus περὶ τȣ̃ ἁγίȣ πνεύματος, tum sacri scriptoris nomen ac locus, ex quo huius primi tituli explicatio exorditur. Post cap. XIII. *contra Saracenos* legitur παράτιτλος Φωτίȣ etc. sed in fine quaedam desiderantur. — In cod. XVI. nr. 21. plut. 9. *Ioanni Furno* a quo adiutum fuisse Euthymium in concinnanda Panoplia, prodidit scriptor graecus apud Allatium, a Fabricio citatum, tribuitur *apologia contradictoria de S. Spiritu.* v. *Bandin.* l. c. I. pag. 415. conf. paullo post nr. II. — Panoplia in cod. Ambros. *Mediolani*, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 13. — In eiusdem *Montf.* bibl. biblioth. MSSt. plures Panopliae codd. nominantur. *Romae* in bibl. *Vaticana* inter codd. reginae quondam Sueciae, nr. DCCCLXXXVII. - [zz]) in bibl. Cardin. *Ottoboni.* — *Venetiis* in bibl. Grimmiana; *Mutinae* in bibl. Ducis. — *Monachii* in codd. Bauar. elect. CIX. et CX. v. *Montfauc.* bibl. MSS. cit. I. pag. 32. D. — 185. B. — 478. B. et pluribus aliis locis. — *Taurini* in bibl. regia cod. CXCI. Panoplia, sed non integra. — in cod. CC. nr. 25 epist. inuectiua aduersus Armenios Deopatianos, et nr. 31. epistola — confutans haereses Φȣνδαγιαγητῶν, siue Bogomilorum, nec non Armeniorum etc. v. catal. codd. gr. Taur. p. 285. et 299. — Ζυγαβηνȣ̃ (sic) ὁπλοθήκη δογμάτων cum duobus aliis titulis in cod. LX. *Nanian. Venet.* vid. cat. codd. gr. Nan. pag. 67. — *Augustae* Vindel. est in cod. gr. Panoplia dogmatica, (sed cuius sit auctoris, non additur,) continens excerpta ex scriptis Gregorii Nazianzeni et Io. Damasceni demonstrationes ac sententias de vno deo et diuinitate Verbi, indice *Reisero* in catal. pag. 22. — Duce confectore catal codd. Angliae etc. est Euthymii Panoplia in bibl. *Bodlei.* MMMMMMMMMDCCVII. apographum inter codd. Io. Felli. — *Cantabrig.* nr. CCXCI. in collegio S. Trinit. *Euthymius* gr. sed nomen opusc. in catalogo non additur. — Pariter tom. II. p. 84. inter codd. *Norfolc.* nr. MMMCCCCXXXIV. et MMMCCCCXXXV. *Euth. Zygabeni* quaedam. — *Dublini* in bibl. collegii S. Trinit. nr. 419. Panoplia, gr. membr. fol. — Eadem *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. V. cat. B. Leid. pag. 401 4. — In primis notandi sunt duo codd. *Mosquenses* panopliae dogmaticae, de quibus sollerter copioseque disputat, discrimen ab edit. obseruat ex iisque scholia addita aliaque plura dedit supplementa

zz) *Fogginius* l. supra cit. prodit pag. 5. bibl. Vatican. posse plures Panopliae codd. suppeditare; notatu tamen dignum esse cod. nr. MCCCCXLVII. signatum cum *Pachomii* cuiusdam monachi scholiis et adnotatt.

menta ad editionem Panopliae Tergobyſtanam cel. *Matthaei*, prof. Witteberg in praefat. ad Euthym. comment. etc. tom. I. p. 9. ſqq. In cod. ſecundo multa omiſſa ſunt, quae leguntur, in editione, multa itidem addita, a futuro editore tractanda curioſius. Tres ille habet titulos, qui in plerisque deſunt codicibus, n. tit. XIX. XX. et XXVIII. quorum vltimus eſt *κατὰ σαρακηνῶν* ſeparatim iam editus. Tit. autem XIX. *contra Agnoëtas*, et XX. *contra Origenem* vulgauit *Matthaei* l. c. pag. 20 ſqq. add. *Iablonskium* in theſauro epiſt. Lacroz. I. pag. 184. et 195, et *Wolf.* in tom. II. p. 6. 27. et 66. *Harl.*

Mich. Eneman, Suecus, ex Oriente redux, nec diu poſt a. 1714. in patria, vt audio, defunctus, inter alia ſecum adtulit et mecum communicauit, quod a patriarcha Hieroſol. Chryſantho, (qui Doſitheo, vt Doſitheus Nectario ſucceſſit,) dono acceperat volumen, typis impreſſum, hoc titulo: Πανοπλία δογματικὴ Ἀλεξίου Βασιλέως τοῦ Κομνηνοῦ, περιέχουσα ἐν συνόψει τὰ τοῖς μακαρίοις καὶ Θεοφόροις Πατράσι συγγραφέντα, εἰς τάξιν δὲ καὶ διεσκεμμένην ἁρμονίαν παρὰ ΕΥΘΥΜΙΟΥ Μοναχοῦ τοῦ ζιγαδηνοῦ (ita ſemper, non ζιγαβ.) τεθέντα, ἐπὶ ἀνατροπῇ καὶ καταφθορᾷ τῶν δυσσεβεστάτων δογμάτων τε καὶ διδαγμάτων τῶν ἀθέων αἱρεσιαρχῶν, τῶν κακῶς κατὰ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν Θεολογίας λυττησάντων, ἀφιερωθεῖσα ἐπὶ τοῦ εὐσεβεστάτου, ὑψηλοτάτου καὶ θεοσέπτου αὐθέντου καὶ ἡγεμόνος πάσης Οὐγγροβλαχίας Κυρίου, Κυρίου Ἰωάννου Κωνσταντίνου Μπασσαράμπα, Βεσβόδα τοῦ Μπραγκοβάνου· Τῷ ἐκλαμπροτάτῳ καὶ σοφωτάτῳ υἱῷ αὐτοῦ Κυρίῳ Κυρίῳ Στεφάνῳ Βοεβόδα τῷ Μπραγκοβάνῳ, παρὰ τοῦ πανιερωτάτου καὶ λογιωτάτου Μητροπολίτου Δεύτερας Κυρίου, Κυρίου ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. οὗ καὶ τοῖς ἀναλώμασι νῦν πρῶτον τετύπωται παρὰ τῷ πανιερωτάτῳ, λογιωτάτῳ καὶ Θεοπροβλήτῳ Μητροπολίτῃ Οὐγγροβλαχίας Κυρίῳ, Κυρίῳ Ἀνθίμῳ τῷ ἐξ Ἰβηρίας. Ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει Μητροφάνους, ἱερομονάχου Γρηγορᾶ τοῦ ἐκ Δωδώνης. Ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει τῇ ἐν τῷ τῆς Οὐγγροβλαχίας Τεργοβύστῳ, ἐν ἔτει ἀπὸ Θεογονίας χιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ δεκάτῳ. Κατὰ μῆνα Μαΐον. in fol. 710. *folia* ρςή. Praefatio Athanaſii ad Stephanum dedicatoria praemittitur.

[*] Chryſanthus, patriarcha Hieroſol. e MS. Viennenſi ſuppleuit, quae in MStis orientalibus deficiebant, vt

> στίχους Ἰαμβικοὺς πρὸς βασιλέα Ἀλέξιον
> πρόλογον μετ' ἐγκωμίων.

Obſeruauit contra, in MS. Viennenſi titulum et caput totum υγ'. Φωτίου πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, deſiderari, quod in omnibus codicibus orientalibus exſtat.

Idem Chryſanthus Athanaſio auctor fuit, vt hanc panopliam ederet; omiſit vero prae metu Turcarum non modo caput contra Saracenos, ſed et de SS. Trinitate quaedam in primis ſtatim titulis, veritus ſcilicet, ne eſſent, qui anſam inde arriperent accuſandi Graecos, vt in cauſſa Cyrilli Lucaris fecere.

Poſt στίχους iambicos in Alexium Comnenum ſequitur prologus, cui hi verſus praemittuntur:

Εὐθυμίου πόνημα καὶ μονοτρόπου
Τοῦ Ζιγαδηνοῦ δογμάτων πανοπλία
Ἀλεξίῳ τευχθεῖσα Κομνηνῶν γένους
Ἄνακτι πιστῷ τῶν ἀπίστων εἰς πάλιν.

Edit. latinae

Part. 1. tit. 1. Τίτλος α΄. συλλογιστικὴ ἀπόδειξις ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, καὶ ὅτι καὶ λόγον ἔχει ὁμοούσιον ἑαυτῷ, καὶ πνεῦμα ὁμοίως, ἅπερ εἰσὶν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ λόγου τοῦ Νύσσης.

Tit. 2. β΄. περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διακεκριμένη ἅμα καὶ ἡνωμένη Θεολογία.

3. γ΄. περὶ Θεοῦ, κοινῶς. Δῆλον δὲ, ὅτι ὁ Θεὸν εἰπὸν, ἢ θεότητα, ἢ τὸ θεῖον, ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς μιᾶς θεότητος ἐνέφηνε τῇ καθολικῇ τούτων προσηγορίᾳ.

4. δ΄. περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὴν Θείαν Φύσιν.

5. ε΄. περὶ Θεωνυμίας.

6. ς΄. περὶ τῆς θείας δημιουργίας.

7. ζ΄. περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως.

8. η΄. Κατὰ Ἑβραίων, ἐκ τῆς λεγομένης εἶναι τοῦ Νύσσης βίβλου, τῆς προσαγορευομένης Θεογνωσίας.

9. θ΄. Κατὰ Σίμωνος τοῦ Σαμαρέως, καὶ Μαρκίωνος τοῦ Ποντικοῦ, καὶ τοῦ Πέρσου Μάνεντος καὶ τῶν Μανιχαίων.

10. ι΄. [?] Κατὰ Σαβελλιανῶν, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

11. ια΄. Κατὰ Ἀρειανῶν, τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. a)

Part. 2. tit. 12. ιβ΄. Κατὰ Πνευματομάχων. In codice Collegii Iesuitar. Paris. et in latina Zini versione hic titulus inscribitur: περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Χριστοῦ.

deest. ιγ΄. Φωτίου Πατριάρχου κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, ὅτι ἐκ πατρὸς μόνου ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. Exstat etiam in variis MSS. Europae vt cod. Barocc. LXXXV. [in quo tribuitur Photio,] et CI. [in quo adscribitur Euthymio Zygabeno,] et in codice regis Galliae b) et collegii Iesuitar. Paris. licet in latina versione Zini hoc caput sit omissum. Locum graece producit *Vsserius* de symbolis pag. 25. ex codice, e Graecia adlato; alia *Petauius* in dogm. theol. [v. ad nr. II.]

Tit. 13. ιδ΄. Κατὰ Ἀπολιναρίου.

14. ιε΄. Κατὰ Νεστοριανῶν.

15. ις΄. Κατὰ Μονοφυσιτῶν, ὧν αἱρεσιάρχης ὁ ἀρχιμανδρίτης.

Edit.

a) In cod. I. qui primum tomum continet, *Mosq.* legitur in libri indice κατὰ ἀρειανῶν τε καὶ εὐνομιανῶν. Post indicem leguntur versus anonymi, qui in edito desunt, ideoque a Matthaei p. 11. sq. sunt adscripti, et alia emulgantur aut docte animaduertuntur. *Harl.*

b) Vide *Rich. Simonis* bibl. selectam. tom. I. p. 51.

Edit. latinae

Tit. 16. ιζ΄. Κατὰ Ἀφθαρτοδοκητῶν.

17. ιη΄. Κατὰ τῶν λεγόντων, ἔπαθεν ὁ Θεὸς Λόγος ἀπαθῶς.

18. κα΄. Κατὰ Σεργίου καὶ Πύῤῥου καὶ Παύλου, Πατριαρχῶν Κωνσταντινουπόλεως, δογματιζόντων ἐπὶ Χριστοῦ μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν, οἳ καὶ Μονοθελῖται λέγονται. *Fabr.* — In cod. caesareo LXXVII. nr. 81. sunt varia ex *Euthymii* Panoplia excerpta. E quibus interdum longiora loca excerpsit *Lambec.* comm. III. p. 420 sqq. sic, exc. 1) *aduersus Agnoïtas* ex Basilio M. et Gregorii Nazianz. orat. II. de filio: qui titulus deest in edit. graeca, sed editus est a cl. Matthaei, 2) contra *varios Origenis* errores: abest quoque ab ed. gr. et editus a *Matthaei*, l. mem. cod. vero Mosquensis saltem ab initio plenior est, quam Vindobon. 3) titulus 18. contra Sergium, Pyrrhum et Paullum; e quo longum gr. Lambec. edidit locum. Sequuntur tituli 19. 20. 21. (cuius quoque longiorem locum gr. edidit Lambec.) 23. 24. et 25. *Harl.*

19. κβ΄. Κατὰ Εἰκονομάχων. Ex Guil. Morelli editione graecolat. Paris. 1562. hoc caput exstat in auctario Ducaeano tom. I. p. 725. et in bibl. patrum tom. XI. Paris. 1654.

20. κγ΄. Κατὰ Ἀρμενίων.

21. κδ΄. Κατὰ τῶν λεγομένων Παυλικιανῶν. Photii libri IV. contra Paulicianos, e quibus Euthymius hoc caput concinnauit, exstant MSti graece in bibl. Ioannea huius vrbis Hamburgensis. *Fabr.* — In cod. *Paris.* MCCLXX. nr. 1. bibl. publ. sunt tituli contra Armenios, Paulicianos, Massalianos, Bogomilos et Saracenos. *Harl.*

22. κε΄. Περὶ τοῦ Σταυροῦ, περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, καὶ περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος.

23. κϛ΄. Κατὰ Μασσαλιανῶν. Capita haereseos Massalianorum, ad quae hoc titulo respexit Euthymius, graece et latine edita sunt a *Cotelerio* tom. I. monumentor. graec. pag. 302 — 307. et a *Mich. le Quien* tomo I. Operum Io. Damasceni p. 94. seq. Confer varias lectiones codicis [?] Barocciani in *Io. Christoph. Wolfii* historia Bogomilorum pag. 12. sep.

24. κζ΄. Κατὰ Βογομίλων. Hoc caput separatim ex apographo Bodleianae bibliothecae, quod Io. Fellus, Oxoniensis episcopus, ex antiquiore codice describendum curauerat, edidit eruditisque animaduersionibus illustrauit laudatus *Wolfius*, in historia Bogomilorum, Witeb. 1712. 4. *Fabr.* — Est quoque inter codd. *Vossianos*. v. cat. bibl. publ. Leidens. p. 392. nr. XXX. Ab hoc diuersum est fragm. quod a *Fogginio* editum esse, iam supra ostendi. *Harl.*

deest. Παράτιτλος Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας Ἐπιστολῆς, περὶ τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν συνόδων.

Edit. latinae

Tit. 25. *Titulus XXVIII.* contra Saracenos graece ex codice Palatino, cum verſione *Io. Iacobi Beureri,* prof. Friburgenſis, et *Frid. Sylburgii,* notis prodiit in Saracenicis Sylburgii, Heidelberg. apud Commelinum 1595. 8. Exſtat etiam idem titulus graece et lat. in auctario bibl. patrum Ducaeano tom. II. p. 292. Pariſ. 1624. fol. et in bibl. patrum Pariſ. 1654. tom. XII. [v. *Lambec.* comm. III. pag. 424. exc. IX. *Matthaei* l. l. praef. p. XX.]

INDEX Scriptorum, e quibus Euthymii Panoplia concinnata eſt, et qui in illa memorantur, compoſitus a me ad paginas Tom. XIX. bibl. patrum Lugd., collata graeca Tergobyſtenſi editione.

ἐκ

c) Nota, ex hoc Euthymii opere poſſe nonnulla emendari, alia reſtitui, quae graece deſiderantur in editis Athanaſii editionibus, etiam praeclara Montfauconiana. *Fabr.* — Longiorem Athanaſii locum, in Euthymii panoplia ſeruatum, ex cod. Moſquenſi *Matthaei* graece euulgauit in praefat. ſaepe laudata p. 13. ſqq. notasque ſubiecit, ad criſin N. T. pertinentes. *Harl.*

εἰς

Puno-

ἐκ

Τιμόθεος ὁ μαθητὴς Πολέμωνος μαθητȣ̃ Ἀπολιναρίȣ, ὁ τὸν πίνακα τῶν λόγων Ἀπολιναρίȣ συντάξας 161. H.

Valentinus, haereticus 57. G. 59. F. G. 67. A.

II. Κατὰ τῶν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἤτοι Ἰταλῶν κεφάλαια ιβ΄. δηλȣ̃ντα ὡς ἐκ τȣ̃ υἱȣ̃ ȣ̓κ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον πνεῦμα. *Aduersus veteris Romae asseclas, siue Italos, capita XII. demonstrantia, non ex filio procedere Spiritum S.* MSS. in bibl. regia *Parif.* Vide *Allatium* de consensu pag. 642. *Nicolium* siue *Arnaldum* in perpetuitate fidei eccles. catholicae de S. Eucharistia tom. I. cap. XII. pag. 167. sed et *Rich. Simonem* tom. III. bibl. criticae pag. 98. seq. qui hoc scriptum in cod. reg. MMCMXCV. negat, differre ab iis, quae in Panopliae codicibus graecis titulo XIII. de hoc argumento Euthymius differit. *Fabr.* Consentit *Fegglin.* l. cit. pag. 10 sq. et memorat cod. *Parif.* nr. MCCXXXI. cod. MCCCLXXI. nr. 21. et cod. MMDCCLXXXII. nr. 5. item *Vatican.* DLXXIX. pag. 189. cod. DCLXXX. p. 438. et cod. DCCXVII. p. 199. Idem copiosus est de inst. cod. Vaticano Palatino CCCLXI. in quo contendit Euthym. *Christum magna quinta feria cum discipulis suis legale pascha celebrasse,* et suspicatur, libellum excerptum esse ex Panoplia. Vide etiam ad nr. II. atque idem opuscul. esse videtur, quod exstat in cod. *Wheler.* Euthymii or. de tempore paschatis: gr. in cat. codd. Angl. etc. II. p. 358. nr. 9123. — Add. supra in indice titulorum, ad tit. XIII. Sunt loca ex illo opusculo in *Nicetae Choniatae* sylloge opinionum, et sectarum, atque historia hominum, qui illas instituerunt etc. *Florent.* in cod. Laur. XXIV. plut. IX. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. pag. 433. — *Venetiis* in cod. DIII. bibl. D. Marci, *Euth. Zygabeni* de processione Spir. S. inc. εἰ ἁπλȣ̃ν μὲν τὸ πνεῦμα etc. v. cat. codd. Marc. pag. 265. *Harl.*

III. Ἔλεγχος καὶ θρίαμβος τῆς βλασφήμȣ καὶ πολυειδȣ̃ς αἱρέσεως τῶν ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φȣνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλȣμένων καὶ Εὐχιτῶν καὶ Ἐνθȣσιαστῶν καὶ Ἐγκρατητῶν καὶ Μαρκιωνιστῶν. *Victoria et triumphus de impia et multiplici execrabilium Massalianorum secta, qui et Phundaitae* [d]) *et Bogomili, nec non Euchitae, Enthusiastae, Encratitae et Marcionitae appellantur,* vna cum XIV. *anathematismis,* haeresi eorum oppositis. Ex codice Vindobonensi [LXVII. nr. 82.] in quo velut adpendix Panopliae legitur, edidit graece, versionemque ac notas addidit *Iacobus Tollius* in insignibus itineris Italici, Traiecti ad Rhenum 1696. 4. pag. 106 — 125. Primos tres anathematismos graece vulgauerat *Lambecius* III. pag. 171. [pag. 424. ed. Kollar. cum notis *Lambec.* qui in not. 4. in anathem. I. tamquam singulare adnotat, Petrum siue Lyco-Petrum pro primo haereseos Massalianorum declarari. Tres illos anathematismos latine vertit *Coteler.* monum. eccles. graec. tom. I. p. 737. add. supra ad nr. I. de hoc cod. add. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 297. 8. cod. CC. *Harl.*]

IV. *Epi-*

d) An a *Funda*, Italiae oppido? *Heum.* v. supra ad nr. I. Contra *Kollar.* ad Lamb. V. pag. 85. vbi de originatione voce. *Bogomili*, *Massaliani* et *Phundagiagitae* s. in al. cod. *Phundaitae* docte fuseque differit, nomen *Phundait.* deriuat a recentiore lat. vocabulo *Funda*, graece φȣνδα scripto, quod *marsupium* s. *crumenam* notat: ideo vero haeretici illi *Phundaitae* et *Saccophori* adpellabantur, quod ob austeram paupertatem, quam palam profitebantur, in saccos et crumenas stipem collegerint. Praeiuit *Coteler.* in not. ad Monum. graec. I. p. 144. *Harl.*

[*] IV. *Epistolae* variae, quae MSS. supersunt, vt aduersus *Phundaitas*, (al. *Phundagingitas*) siue Bogomilos, CPoli missa in patriam suam, *Lambec.* V. pag. 38. et 134. Incipit: βȣ́λομαι ὑμᾶς, ἀδελφοί μȣ· et altera ἐleleutica contra *Armenios Theopaschitas*. id. V. p. 127. Incipit: Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος. *Fabr.* s. in ed. Kollarii V. p. 85. cod. CCXIII. nr. 8. vbi v. not. Kollar. — tum p. 256. in cod. CCXLVII. (qui continet syntagma miscellaneorum opuscul. de Massalianorum, seu Bogomilorum aliorumque erroribus,) nr. 14. — dein p. 284. nr. 1. cod. CCXLVIII. quod vero mstum a cod. CCXIII. mem. non solum ob multas varr. lectt. valde discrepare, verum etiam multo auctius esse atque copiosius, animaduertit *Lambec.* denique pag. 269. nr. 23. cod. CCXLVII. — Est quoque in cod. *Taurin.* CC. nr. 31. v. cat. codd. gr. Taur. p. 299. *Harl.*

V. Διάλεξις Εὐθυμίȣ μοναχȣ̃ καὶ Σαρακηνȣ̃ φιλοσόφȣ περὶ πίστεως, γενομένη ἐν τῇ πόλει Μελιτηνῇ. *Disputatio cum Saraceno, philosopho, de fide*, habita in vrbe Cappadociae Melitene. MS. Lambec. IV. [cod. CLXXXVIII. 13.] pag. 206. [p. 454. ed. Kollar.] Incipit: Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθείαν.

VI. Μονῳδία ἐπὶ τῷ τάφῳ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ Θεσσαλονίκης κυρίȣ Εὐσταθίȣ, μετά τινας ἡμέρας τῆς αὐτȣ̃ τελευτῆς. *Oratio* elegans ac diserta *in obitum Eustathii, Thessalonicensis archiepiscopi*, dicta paucis ab eius obitu diebus. Haec MS. exstat cum Monodia Michaelis Choniatae in eundem Eustathium in bibliotheca *Bodleiana*, [v. p. 268. nr. 22. cat. codd. Angliae, tum in c. *Barocc.* CCXXXI.] testaturque in illa Euthymius, se tenere multos fasces epistolarum, manu Eustathii scriptarum plenarumque rebus pulcherrimis, et vitia atque errores castigantium, φακέλλȣς πολλȣ̀ς τῶν Ἐπιστολῶν σοφίαν τε πολλὴν ἐμπεφορτισμένας, καὶ κακίαν ἅπασαν στηλιτευόντας. *Fabr.* Vide ad initium sectionis de nostro *Euthymio*. *Harl.*

VII. *Commentarius in omnes Psalmos Dauidis, et in X. sacrae scripturae cantica*, graece nondum prodiit, licet hoc legas apud Caueum, Crouaeum aliosque. MS. exstat in bibl. Bodleiana cod. Barocc. CXXII. *e*) in regia Parisiensi aliquoties et Coisliniana, in Vaticana quo-

e) Exstat quoque in ead. bibl. sec. cat. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* nr. CXCIV. nr. 253. inter MSSt. *Thomae Roe*, inter codd. *Bodlei.* nr. MMCMXLII. — *Oxoniae* in coll. Mar. Magdal. cod. VI. siue nr. 2151. vbi vero in catal. part. II. p. 71. additur haec nota: „Ita, n. *Euthymius in Psalmos*, male inscribitur a librario, quum sit *Theodoreti expositio*. — inter codd. *Wheleri*, nr. MMMMMMMMMCXXIII. tom. II. p. 358. — In bibl. *Leidensi* inter codd. Vossianos, exemplar valde vetus, sed male seruatum, et in alia variorum collectione, *Euthymii* aliquid in Psalmos, gr. v. catal. bibl. Leid. p. 395. nr. 73. et p. 397. nr. 30. — In bibl. *Coislin.* cod. XI. et CIV. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 58. et 178. *Romae* in bibl. *Vaticana* Euth. Zigab. in 150 Psalmos. — in bibl. *Ottobon.* — *Monachii* in bibl. Bauar. v. *Montf.* bibl. bibl. MSS. I. p. 15. 186. 588. et 589. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XVIII. — *Taurini* in B. regia, cod. CII. in Psalmos 9-146. Illi codici adsutum est paruum Lexicon formularum loquendi, in Psalmis occurrentium, (λέξεις τῶν ψαλμῶν κατὰ στοιχεῖον,) quod antea nondum editum, integrum exscripsit auctor catal. codd. gr. Taurin. p. 190 sqq. — *Florentiae* in cod. Laurent. II. plut. 9. comm. in Psalmos; praecedit prooemium, quod typis de-

scri-

quoque. Fuit et in Bigotiana, et in bibl. Isaaci Vossii, ex cuius codice praefationem in Psalmos, lectu dignam, graece et latine vulgauit *Stephanus le Moyne* in Variis sacris pag. 150-210. sed hinc inde hiantem lacunis, quas ex MSS. codicibus Patricii Iunii et Christiani Rauii suppleuisse se omnes, vnica excepta, scribit paralipomenis ad Caueum *Colomesius*. Idem ex MS. regio Paris. MMCD. fecisse se testatur *Rich. Simon* tom. II. bibl. selectae p. 48. Locum graece ex Euthymii in Psalmos commentario producit Pearsonius ad Symbolum Apostolicum pag. 420. edit. latinae. Versio latina *Philippi Sauli*, Brugnatensis episcopi, post auctoris mortem a Paulino Turchio, ord. praedicatorum, vulgata dicataque Clementi VII. pontifici, primum prodiit Veronae 1530. f) fol. falliturque Gesnerus, qui scribit, Euthymium solum in septem Psalmos Veronae excusum esse, quum in omnes Psalmos et cantica bibliorum [*] lucem illo anno Veronae viderit. Recusa inde saepius est Parisiis 1543. 1547. 1560. [et 1562. v. *Hamberger* l. c. p. 82.] 8. Venet. 1568. 8. Lugd. 1573. [1575. ap. Hamberg.] 8. et in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. XIX.

VIII. *Commentarius in quatuor Euangelia*, ex Chrysostomo et aliis priscis patribus non

scribendum curauit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 389. Sequitur interpretatio Psalterii, et omnes ferme Psalmorum versiculi, quos explicuit Euthym. rubro charactere distinguuntur ab interpretatione: in margine fere sui initium codicis *Basilii M.* et *Gregorii Nysseni* in quaedam Psalmorum loca interpretatio ab eodem scriptore rubris litteris adposita est. Sequuntur *Euthymii* in cantica X. enarrationes. Atque ista cantica in plerisque codd. τῶν ό. iunguntur Psalmis: Ita etiam reperit *Matthaei* in codd. CXCVI. et CXCVII. Mosquens. v. eius notam ad praef. Hentenii p. 75. prolegg. ad I. tom. Euthym. Zig. comment. etc. — *Vindobonae* in bibl. caesarea cod. XXXVI. Euthymii praefat. in comm. in Psalmos; at nec plena nec integra, sed anonymi cuiusdam arbitratu ita contracta, vt neque caput habeat, neque pedes. Plura de illo cod. obseruauit *Kollar.* supplem. ad Lambecii comment. p. 265 sqq. — De codd. *Mosquensibus* tribus intelligenter lateque disserit cl. *Matthaei* in praef. saepius laudata pag. 25 sqq. Primus illorum continet quoque praeter psalmos et cantica cum Euthymii comment. 1) περὶ τοῦ ἀκατάληπτον εἶναι τὸν Θεόν. 2) syllogen dogmaticorum capp. necessariorum ex variis patribus: 3) aduersus veteris Romae adseclas ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον πνεῦμα· (atque cel. Matthaei in nota obseruat, haec capp. legi etiam in codd. bibl. synod. in 8. nr. CCCVIII. cum inscriptione: Εὐθυμίου μοναχοῦ τοῦ Ζυγαβηνοῦ κεφάλαια ιβ΄. ἃ τε ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα. add. *Foggin.* l. c. p. 10 sqq. 4) capp. praecipua ex orationibus Chrysostomi aliorumque patrum: 5) de diuina ἐνανθρωπήσει. Tertius cod. habet breuiora scholia, atque scholia ad priores XIII. Psalmos idem *Matthaei* edidit in Lectionibus Mosquens. Lips. 1779. 8. vol. II. p. 41. Anonymi autem, siue fuerit is ipse Euthymius, siue alius, qui post illum copiosiora scholia in compendium redegerit, interpretationem duarum odarum ex euangelio Lucae idem dedit post euangelium Lucae in edit. Euthymii comm. tom. II. p. 680 sqq. cum textu, et prima nota, „diuersa, inquit, paullulum seu copiosior interpretatio, Euthymii Zigabeni nomine, legitur latine in bibliotheca maxima patrum, Lugd. vol. XIX. p. 473 sqq.“ Denique in praef. p. XXVII. sqq. speciminis loco adiecit interpretationem Psalmi CIX. cum V. L. trium illorum codd. et comparauit cum Theophylacti editione Veneta 1763. tom. IV. vbi commentarius in Psalmos graece primum editus est: (conf. *Ernesti* theolog. Biblioth. tom. V. p. 788.) Euthymius p. 29. ad verba Dauidis ἕως ποδῶν σου prouocat ad commentarium suum in euangelia, ex quo loco (et aliis similibus locis comm. in Psalmos,) iure colligit cl. *Matthaei*, Euthymium esse auctorem commentarii in euangelia et hunc prius, quam comm. in Psalmos ab eo esse scriptum. *Harl.*

f) de hac et reliquis edd. et de Euthymio v. Freytag. analecta litter. p. 323. sqq. *Hark*

non sine iudicio delectus. Hoc quoque eximium opus nec dum graece lucem vidit, *) licet id

g) Tandem vero, addicentibus auibus, graecus textus lucem adspexit cura studioque cel. *Matthaei.* Inscriptum autem est opus diu desideratum: *Euthymii Zigabeni commentarius in quatuor euangelia*, graece et latine. Textum graecum, nunquam antea editum, ad fidem duorum codd. membran. bibliothecarum SS. synodi Mosquensis, auctoris aetate scriptorum, diligenter recensuit et repetita versione latina *Ioannis Hentenii*, suisque adiectis animaduersionibus edidit *Christian. Frider. Matthaei*, collegiorum imperial. Rossicor. adsessor, et academiae Vitemberg. graecc. litt. Professor. tom. I. (in duab. partt.) complectens praefationes et euangelium *Matthaei.* — tom. II. complectens euangelia *Marci* et *Lucae.* — tom. III. complectens euangelium *Ioannis*, animaduersiones I. Hentenii, editoris et indicem. Lipsiae, 1792. 8. impensis Weidmann. Ad praefat. cl. editoris doctam lectuque dignissimam, in qua de Euthymio, codd. etc. iudicat, aliquoties iam prouocaui. — Suae praefationi adiecit plura alia, notatu digna: 1) ex *Richard Simon* Histoire critique des principaux Commentateurs du nouveau Testam. cap. XXIX. p. 409 sqq. ed. Rotterd. 1693. 4. de Euthymii comm. in IV. euang. et duobus codd. Paris. 2) Fabricii notitiam, h. l. datam, cum notis, in quarum prima obseruat *Matthaei*, a Voigtio in cat. librr. rar. pag. 734. et ab aliis memorari edit. *Paris.* 1544. 8. apud Io. Reigny. excud. Carol. Guillard. Enimuero illi tamen videtur Louaniensis esse princeps, et pro 1544. legendum esse 1547. (adde quae in sq. nota sunt adscripta.) Sequuntur excerpta ex *Phil. Labbe* tomo I. diss. histor. in Bellarminum, — ex Ernest. institutione interpr. N. T. — longus et egregius locus ex cel. *I. Aug. Noesselti* comm. de catenis patrum graecor. Halae, 1762. 4. pag. 25. sqq. tum *Io. Hentenii* epistola dedicatoria, scripta Louan. 1543. sexto idus Augusti; eiusdem admonitio de auctore horum commentarr. ex edit. Louan. 1544. fol. cum notis; (Hentenius Euthymium cognominat *Zigabonum:*) eiusdem praefatio: eiusd. plura loca, in quibus eius exemplar discedit a graecis, cum animaduersionibus, in quibus *Matthaei* V. C. de pluribus N. T. locis variisque lectt. iudicat, atque in Origenem et Erasmum interdum grauiter inuehitur, aliaeque Hentenii obseruatt. Porro a pag. 122. repetendum curauit pluribusque illustrauit notis criticis *Io. Millii* examen codicis Euthymii Barocciani ex eius prolegomenis in N. T. §. MLXXIII — MLXXIX. Posthaec p. 152 — 205. posuit, adspersis notis criticis, lectiones varr. vtriusque cod. Mosquensis ad quatuor euangelia, quorum quidem contextum, auctore operis redemtore, omisit, eumque breviter tantum ante singula scholia notauit. Denique *Roberti Holmes* breuis notitia duorum codd. Euthymii Baroccianorum. Conf. etiam longam censuram in: Neue allgem. deutsche Biblioth. Anhang zum 1 — 28. Bande, Kilonii 1799. pag. 470 — 490. coll. *Matthaei* quibusdam obss. in quibus quaedam censoris dubitationes tolluntur aliaque adnotantur in Lips. A. L. Anz. 1800. nr. 115. pag. 1127. vbi quoque breuis fit commemoratio *Euthymii* opusculi inediti: Εὐθυμίȣ μονάχȣ τȣ̃ Ζηγαβηνȣ̃ κεφάλαια ιβ′. εἰς τὸ ἐκ μόνȣ τȣ̃ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα, in cod. Mosquensi bombyc. saec. XIV. in 4. Inc. εἰ ἁπλȣ̃ν μὲν τὸ πνεῦμα. — Add. *Foggin.* l. c. pag. 6. qui memorat cod. *Vatic.* DCLXV. qui comm. in duo tantum priores euangelistas, Matthaeum et Marcum, continet, et cod. DCLXIX. in quo est eius explanatio in canticum Zachariae in euang. Lucae, atque cod. DCXXXVI. qui seruat Euth. comm. in Paulli epistolas. — In cod. III. *Barocc.* exstat noui testamenti pars cum gr. scholiis, margini adscriptis minutissimo charactere. „Incipit, ait confector catalogi codd. Angliae, tom. I. p. 1. a cap. XI. Act. v. 13. desinit vero in Apocal. XX. 1. Scholia haec desumi videntur e commentariis Oecumenii, et Euthymii," (hic esse videtur II. cod. ab Holmesio descriptus.) — In cod. XXVIII. Barocc. *Euthymii Zygabeni catena* in IV. euangel. e Chrysostomo, vti ait idem confector pag. 3. praecipue, etiam ex aliis patribus, conferente interdum symbolam suam ipso Euthymio. Hic esse videtur cod. quem vberius descripsit Millius. Enimuero collectionem illam male dici *catenam* ab Millio aliisque, sed rectius vocari Euthymii *commentarium*, quoniam in Euthymio, qui ex pluribus partibus opus fecisset perpetuum, sit *nexus*, monet cl. Matthaei in praefat. pag. 123. not. *g.* add. *Fabric.* infra in hoc vol. p. 787. XVI. vet. edit. qui sect. XVII. agit quo-

id affirment viri docti, Caueus [h]), Elias du Pin, atque alii. Latine e praeclaro codice bibl. coenobii Deiparae Virginis Guadalupensis ord. D. Hieronymi in regno Castellae, transtulit *Io. Hentenius*, accuratior Zino, Sauloque interpres, cuius versio prodiit primum Louanii 1544. [i]) fol. recusa Paris. 1547. 1560. 1602. 8. et in bibliotheca patrum tom. XIX. edit. Lugd. Duos codices MStos graecos huius commentarii, similibus, qualia Hentenius in suo reperit, scholiis instructos, in bibl. regia Parisiensi euoluisse se testatur *Rich. Simon* lib. III. Historiae criticae Noui Test. cap. 29. in quorum altero, Mazariniano, sed recentioris manus scriptura *Nicetae* tribuitur: quod non magis credibile, quam eorum coniectura, qui vel *Oecumenio* vel *Ammonio*, nescio cui, vel *Theophylacto* adscribere voluerunt. Plura loca graece ex hoc commentario producit *Simonius*, tum hoc capite, tum lib. I. p. 120. 145. et lib. III. pag. 84. et magni eum facit inprimis, adsentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII. 8. Euthymium in verborum proprietatibus obseruandis diligentissimum esse obseruauit. [Inter scriptores, e quibus aurea *Thomae Aquinatis* catena in euangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670. desideratur. Vide *Simonis* hist. criticam Noui Test. lib. III. p. 409 et 473.

IX. *Commentarius in epistolas Pauli*, itidem ex Chrysostomo et aliis patribus studiose collectus, quem Romae MS. graece seruari pridem Gesnerus scripsit. [v. ad nr. VIII.] Ex com-

quoque de *Thomae Aquinatis* catena aurea in IV. euangelia. Cum cod. Barocc. XXVIII. conspirare videtur cod. *Taurin.* reg. XLIII. quantum ex initio singulorum euangeliorum conicere licet: nullibi quidem adiectum est auctoris nomen; sed Euthymio eum comment. esse adscribendum, docet confector cat. codd. gr. Taur. qui pag. 149 sq. copiose recenset illum codicem. *Harl.*

h) In noua ed. Basil. 1745. tom. II. p. 199. (vbi Caueus de Euthymio, scriptis, codd. atque editt. vberius disserit,) id correctum est. *Harl.*

i) Quod Hentenius in admonitione scripserat: „quum hos commentarios ante *aliquot menses* [n. a. 1543. sexto id. Aug. vt ex eius praefat. intelligitur,] *in lucem ederemus*, nec certi quicquam haberemus, quod de auctore diuinaremus, aliorum magis, quam nostrum sequuti iudicium, praefati sumus, quibusdam videri auctorem esse *Oecumenium*, — [quod tamen negat Matthaei ad h. l. in praef. p. 74. not. *c*.] — — Nunc vero eundem nacti auctorem in Psalmos Dauidicos et in Cantica — — iam *secundo typis* excusum certissimo certius ausi sumus ferre iudicium, horum commentarior. auctorem esse *Euthymium Zigabenum* (sic) — — maluimus *in his*, *quae nondum distracta erant*, *exemplaribus*, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. — Anno 1544. Nonis Februarii," ex his colligit *Hamberger.* l. c. pag. 83. probabile esse, 1) quaedam exemplaria vel sine vlla nominis auctoris in fronte libri significatione, vel addito *Oecumenii* nomine, edita esse, 2) atque in inscriptione notata esse a. 1543. Sed dubitat cl. *Matthaei*, in not. c. ad Hentenii [illegible] p. 75. arbitrans, vocabulum ambiguum, *exemplarium*, ad commentar. in Psalmos esse potius referendum; et quod in ed. comm. in IV. euang. a. 1544. in indice scribitur, „liber hic neque graece neque lat. antea typis vnquam excusus est" atque in fine admonitionis, *in his*, *quae nondum distracta erant*, putat, hanc esse edit. principem, mutato tantum indice. — In cod. *Vatican.* DCCCXX. p. 301. occurrit *Euthymii* ἐγκώμιον εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς σορῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατείοις, teste *Fogginio* l. c. p. 7. sq. vbi multus est de Chalcopratiis et *sanctis soris*, seu thecis. Sic enim adpellabantur tum capsa, qua vestis et codices sepulcrales B. Mariae continebantur, tum aedes, in qua depositae illae reliquiae adseruabantur. *Harl.*

commentario Euthymii in epist. ad Timotheum nonnulla adfert *Allatius* p. 196. de interstitiis ordinum apud Graecos. In codice MS. Vindobonensi libri primi panopliae Euthymianae sequitur Hypothesis epistolae ad Romanos, forte quam Euthymius suis in Paulum commentariis praemiserat.

X. *Commentarius in epistolas catholicas*, quem graece MS. in bibl. Ioannis Sambuci exstitisse, ex Simlero Caueus adnotauit.

XI. Euthymii aureum libellum *de praeceptis apostoli* (Pauli) laudat Nicolaus Comnenus in praenotionibus mystagogicis p. 3. 26. etc.

Alii Euthymii.

[P] Euthymius, *monachus*, Origenista, cuius meminit Hieronymus epist. 43. ad Ctesiphontem contra Pelagianos.

Euthymius, *abbas*, 20. Ian. a. C. 473. defunctus, cuius vitam, ab Anonymo scriptam, graece et latine edidit *Cotelerius* tom. II. monument. Aliam, scriptam a Cyrillo Scythopolitano, vulgauere Benedictini in analectis graecis. Compendium latine exstat apud Bollandum 20. Ianuar. Ab hoc Euthymio dicta Εὐθυμιακὴ ἱστορία tribus libris, quorum primus vitam Euthymii, k) secundus S. Sabae, tertius S. Ioannis Silentiarii complectitur. [Vide *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. II. pag. 879. et *Lambecium* VIII. pag. 306. *Fabr.* pag. 363. sqq. ed. Kollar. Lambec. persuasissimum habet, auctorem Euthymiacae historiae fuisse *Cyrillum*, monachum, S. Sabae abbatis, mortui a. 531. discipulum, et vero habet pro certo atque vberius demonstrare studet, historiam illam Euthymiacam Cyrilli non tantum, vti Surius autumauit, a Symeone Metaphraste non paraphrastice esse redditam, sed contra ea istam satis longam vel ab ipso mem. Metaphraste, vel ab aliquo alio in epitomen redactam: Damascenum enim ex cap. 40. libri tertii ad verbum recitare locum, quem typis repetendum curauit Lambecius, longiorem. Euthymius autem ille, notante Lambecio, vixit Iuuenalis, archiepiscopi Hierosolymitani, et synodi Chalcedonensis temporibus. Idem p. 362. animaduertit, contra Bellarminum et Mart. Delrium, *Euthymiacam* vocari historiam, non quod ab Euthymio quodam fuerit composita, sed quia S. Euthymii, archimandritae, siue abbatis, in Palaestina, defuncti a. C. 472. (aut a. 473) vitam et res gestas continuerit. Add. eumdem Lamb. l. c. p. 646. sqq. inprimis p. 653 sqq. cum nota Kollarii. Sed dissentiunt *Cotelerius* tom. III. p. 375 monumentor. ac *Fabricius* noster infra tom. X. pag. 156 sqq. et p. 78. (vbi plura animaduertit,) vet. ed. atque *le Quien* ad Damasc. tom. II. p. 879. vti iam late ostendit et probauit *Kollar.* ad Lambecii comm. V. p. 330 sqq. vbi *Lambec.* eamdem de vita Euthymiaca fouet in nota 1. sententiam. — Ex Euthymiaca historia citantur loca a *Nicone* in collectione quadam in cod.

k) *Euthymii vita* in cod. *Barocc.* CLXXXIII. inc. ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος etc. et in cod. *Mosquensi*, de quo consulas velim cl. Matthaei praef. supra laudatam p. 36. *Harl.*

cod. *Coislin.* XXXVII. atque cod. CXXIII. tum in cod. CXVII. in alia collectione, v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 111. 198 et 191. — In cod. *Parisino* bibl. publicae MDCCLXXI. nr. 3. exstant secundum cat. codd. Par. II. pag. 399. *sermones,* ad mores informandos praesertim idonei, ex aethiopica lingua in graecam vulgarem conuersi ab *Euthymio, Laurae b. Athanasii ad S. montem praefecto.*

Duo *Euthymii,* alter metropolita Μηδείας, alter ὁ Ἀπέκαυκος, sceuophylax, subscripserunt tomo condemnationis sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni, a synodo CPolitana edito, a. C. 1351. in cod. caesareo CCLXVI. v. *Lambec.* comment. V. p. 422. et 423.

Euthymii, confessoris et archiepiscopi, et *Euthymii,* patriarchae, memoria celebratur in epistola synodi oecumenicae Nicaenae ad eccles. Alexandrinorum in cod. Coislin. XXXIV. edita a *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 99. et 100. add. 86 sqq. eamdem ep. in cod. XXXIV.

Euthymius, Curopalata et *iudex,* (an Zygabenus?) nominatur in catalogo eorum, qui iussu Alexii Comneni decretum edebant circa vnionem synodi cum Leone, metropolita Chalcedon. et sententiam de adoratione imaginum, in cod. *Coislin.* XXXVI. exscripto et vulgato a *Montfauc.* l. c. p. 104. *Harl.*

Euthymius, presbyter, ad quem S. Chrysostomi epistolae.

Euthymius, Theodori Studitae, frater, saeculo VIII. *Fabr.* Ad *Euthymium Sardensem* multas scripsit Theodorus Studita epistolas; quae seruantur in codd. *Coislin.* et indicantur a *Montfaucon.* l. c. p. 144-149. et p. 314-317. 321-325. In quibusdam epp. inscriptio est ad *Euthymium, filium;* in aliis ad *Euthymium et reliquos fratres* p. 319. Theodori illius epistolae ad praefectum Laurae etc. margini adscriptum est: Ἡ αὐτὴ ἐπιστολὴ ἀπεστάλη καὶ πρὸς τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Εὐθυμίου. *Harl.*

Euthymius, *episcopus* Madytensis, *thaumaturgus,* cuius vitam Georgius, Cyprius, scripsit. De hoc Acta Sanctor. XVIII. Aprilis tom. II. p. 583. *Fabr.* Vita illius exstat in cod. *Mosquensi* CCCL. inc. ἐπιτιμᾶν δικαίως ἡμῖν οἶμαι. v. *Matthaei* praef. laudat. p. 37. — De *Euthymio Psello* v. supra, vol. VII. p. 786..

Euthymius Tornice: cuius orat. εἰς τὴν ἐσθῆτα Μαρίαν τὴν αἰγυπτίαν exstat in cod. Mosquensi XIII. v. *Matthaei* l. mem. *Harl.*

Euthymius, *monachus,* Simeone Metaphraste antiquior, cuius sermo in dedicationem templi S. Virginis in Chalcopratis, memoriae zonae Mariae et fasciarum Domini dicati, exstat latine versa apud *Surium* ad 31. Augusti. *Fabr.* v. infra, in vol. IX. pag. 118. vet. ed. — In cod. *Coislin.* CCCVII. in zonam B. V. deiparae; inc. πρόκειται σήμερον ἡμῖν εἰς προσκύνησιν, sed tribuitur *Euthymio Zygabeno,* in *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 425. — *Foggin.* quoque l. m. p. 7. vti iam ad nr. VIII. notaui, inter scripta Zygabeni refert. — Sed *Euthymii, monachi,* encomium in zonam Mariae graece, est in bibl. Bodlei. inter codd. *Guil. Laudi,* nr. 726, 19. atque in cod. Laurent. XXXIII. nr. 48. plut.

plut. IX. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. p. 457. — *Euth. monachi* encomium in *Thomam* apoftolum; in cod. Mofquenfi XXVI. tefte cl. *Matthaei* in praef. mem. p. XXXVI. ibid. memoratur cod. CLXXXI. in quo eft

Euthymii vita Hierothei, cuius memoria celebratur in ecclefia graeca d. 4. Octobr. *Harl.*

Euthymius, *Syngelus, patriarcha CPol.* ab a. C. 906. ad 911. Euthymii huius monachi Syngeli canon poenitentiae exftat in Euchologio Goari p. 871.

Euthymius, fecundus, *patriarcha CPol.* ab a. C. 1410. ad 1416. Epitaphium eius vide apud *Cangium* gloffario graeco in Ποιεῖν.

Euthymius, *mercator*, cuius mentio in *Procopii Gazaei* epiftola IX. Idem forfan, cuius Aeneas Gazaeus epiftola prima meminit.

Ioannes Liuneius, qui *Andronici Comneni* dialogum aduerfus Iudaeos vertit, refert, fe a Sirleto, cardinale, cuius MSto codice graeco vfus fuerat, accepiffe, illum dialogum non fcriptum ab ipfo Comneno; fed eius iuffu ab Euthymio fuiffe elaboratum. Hinc credibile eft, *Menagium* in eam veniffe fententiam, vt in Hiftoria mulierum philofopharum p. 42. *Euthymium Zigabenum* [?] referret ad initia decimi quarti a nato Chrifto faeculi: hoc enim tempore Andronicus ifte Comnenus vixit. Sed Euthymium Zigabenum conftat aequalem fuiffe temporum non Andronici Comneni, fed Alexii Comneni, quos duos Sirletus videtur inter fe confudiffe, atque adeo illud totum tamquam verifimile de Euthymio fuiffe fufpicatus. Certe fi non mera illa fuit Sirleti fufpicio, fed idoneo tefte hoc eius pronunciatum nititur, neceffe eft, iuniorem fuiffe Euthymium, qui Andronici Comneni nomine dialogum illum fcripfit. *Fabr.* *Matthaei* in praef. laud. p. XI. vbi ex cod. *Mosquenfi* X. qui continet *Euthymii* panopliam dogmat. verfus anonymi nondum antea editos, publici fecit iuris, et ad verfum, Παλαιλόγος ἀνδρόνικος αὐτάναξ, adnotarat: „*Andronicum* I. intelligit. Memoratur et iam Andronici II. filius Michael" etc. Hunc locum ita retractauit in Lipf. A. L. Anz. a. 1800. nr. 115. pag. 1123. „Andronicum I. intelligit. Memoratur etiam (in iisdem verfibus paullo poft,) Andronicus II. filius Michaelis Palaeologi. Fuerunt, qui opinarentur, Euthymium aequalem fuiffe *Andronico iuniori.* vid. Fabr. B. Gr. etc. (qui eft nofter locus.) Refutatur autem hoc teftimonio *Annae Comnenae* libr. XV. p. 490. ed. Parif. 1615. quod exhibui p. 7. praefat." *Harl.*

De NICETA CHONIATE, qui in Thefauro Orthodoxae Fidei non modo Euthymii exemplo, quem etiam in multis eft fequutus, Haereticos impugnauit; fed etiam ad hiftoriam illorum fpectantia ex Epiphanio aliisque plura retulit, dixi in volumine fuperiore fexto cap. 5. p. 418. feq. [p 742. fqq. vol VII.]

Ex illis, qui breuius tantum haerefium veterum memoriam adtigerunt, primo loco memorare licet IOSEPHUM, fcriptorem ὑπομνηςικῦ, in cuius capite CXXXIX. ad quaeftionem, πόσαι αἱρέσεις κατὰ τῆς ἐκκλησιαςικῆς πίςεως ἐπανέςησαν; memorantur Ἡρωδιανοί. Θευδιανοὶ Αἰγυπτίυ μάγυ τινός. Σιμωνιανοί. Ἐβιωναῖοι, (καὶ ἔτι κατὰ τῶν Ἀποςόλων

χρόνυς γεγόνασι, πτωχοὶ ἑρμηνευόμενοι διὰ τὸ περὶ τὴν πίστιν πτωχεύειν, τὰ γὰρ σωματικὰ νόμιμα Μωϋσέως ἐπιτελεῖν ἔτι βύλονται τὺς πιστύς.) Εἰσὶ καὶ ἄλλοι Ἐβιωναῖοι, οἱ καὶ Ναζωραῖοι καλύμενοι, τὰ αὐτὰ μὲν περὶ τὰ Μωϋσέως νόμιμα τοῖς ἄλλοις [illegible], τὸν Κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν Θεῦ λόγον προϋπάρχοντα εἶναι Θεὸν καὶ Θεῦ υἱὸν δοξάζοντες, ἀλλὰ ἄνθρωπον τιμῆς υἱῦ Θεῦ ἠξιωμένον.) Μενανδριανοί, Σατορνηλιανοί, Βασιλειδιανοί, Νικολαῖται. Γνωστικοί. Ὀφῖται. Καϊανοί. Σηθῖται. Καρποκρατιανοί. Κηρινθιανοί. Οὐαλεντινιανοί. Πτολεμαῖοι, (ἀπὸ Οὐαλεντίνυ Πτολεμαῖός τις διχαστὰς, συζυγίας αἰώνων τινῶν λ΄. τῇ Οὐαλεντίνυ αἱρέσει προσήγαγε.) Σεκυνδιανοί. Ἡρακλέωνες. Μαρκώσιοι. Κολωβαρσιοί. Κερδωνιανοί. Μαρκιωνισαί. Λυκιανισαί. Ἀπελλιανοί. Τατιανοί. Φρύγες. Πεπυζιανοί. Τέσσαρες καιδεκατῖται. Ἄλογοι. Θεοδοτιανοί. Ἀρτεμωνιανοί. Μελχισεδεκιανοί. Ναυάτοι. Σευηριανοί. Βαρδεσανῖται. Ἑλκεσιανοί. Βηρυλλιανοί. Οὐαλέσιοι. Σαβέλλιοι. Ὠριγένειοι. (αἰσχροποιῦσι, καὶ τὴν σωφροσύνην ὐ τιμῶσιν, ἀποχρώμενοι τῇ σαρκί. Ἀλλ᾽ ὐκ εἰσὶν ὗτοι Ἀλεξανδρέως Ὠριγένυς τῦ καὶ Ἀδαμαντίυ.) Ὠριγενιανισαί. (Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, σωμάτων ἀνάστασιν ἀρνύμενος, εἰς ἀλληγορίας ἀτόπυς τὰς γραφὰς ἔστρεψεν, ἀπὸ τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας ἐλθὼν, τὸν δὲ Ἑλληνισμὸν [?] ὐκ ἀποπτύσας, τρισκαίδεκα αἱρέσεις τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπεισήγαγε.) Παυλιανοί. Μανιχαῖοι. Ἱερακῖται. Μελετιανοί. Ἀδαμιανοί. Μαρκελλιανοί. Ἀρειανοί. Ἡμιάρειοι. Φωτεινιανοί. Ἀετιανοί. Ἀεριανοί. Μακεδονιανοί. Ἀνθρωπομορφῖται.

Caput CXL. Ποῖαι αἱρέσεις παρὰ Ἰυδαίοις γεγόνασι;

Φαρισαῖοι, ἑρμηνευόμενοι κεχωρισμένοι ἢ ἀφωρισμένοι, περὶ τὰ φυλακτήρια καὶ καθαρμὺς καὶ βαπτισμὺς ξεστῶν καὶ πινάκων ἀσχολύμενοι.

Σαδδυκαῖοι, ἑρμηνευόμενοι δίκαιοι, νεκρῶν ἀνάστασιν ἀρνῦνται, ἀγγέλυς εἶναι ὐ λέγυσιν, ὐδὲ Πνεῦμα ἅγιον, ὐ πνεύματα ἁγίων ἢ ὅλως ἀνθρώπων, μετὰ τὴν ἀπὸ σώματος ἔξοδον ὐ κρίσιν τῶν πεπραγμένων ἀνθρώποις.

Ἐσσηνοὶ, ἀκριβῶς περὶ τὰ νόμιμα, γάμυ ἀπέχονται καὶ παιδοποιίας, καὶ συναλλαγμάτων καὶ προσόδων τῆς ἀνοήτυ ἐντυχίας.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τάγμα Ἐσσηνῶν, τὰ μὲν νόμιμα ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀκριβῦντες, γάμον δὲ καὶ παιδοποιίαν ὐκ ἀρνύμενοι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγινώσκοντες, ὅτι τὴν τῦ γένυς διαδοχὴν ἀποτέμνυσιν.

Εἰσήχθη δὲ καὶ πέμπτη παρ᾽ αὐτοῖς Ἰύδα τῦ Γαλιλαίυ αἵρεσις, ἀνθρώπων μηδένα Κύριον ἢ Δεσπότην καλεῖν ἀναπείθυσα, ἡ καὶ τὴν ἀπογραφὴν ἐπὶ Κυρίνυ γενομένην κωλύυσα καταδέξασθαι.

Caput CXLI. Τίνες αἱρέσεις παρὰ Σαμαρείταις γεγόνασι;

Οἱ πρῶτοι Σαμαρεῖται Περσῶν ἄποικοι γεγόνασιν εἰς τὴν τύτων γῆν μετοικισθέντες ὑπὸ Σαλμανασάρυ τῦ Βαβυλωνίων βασιλέως. Τὰ Μωϋσέως νόμιμα καὶ περιτομὴν ἐκ τῦ Πεντατεύχυ παρειληφότες, ἐπιμένοντες δὲ καὶ τῷ σεβασμίῳ τῶν πατρῴων καὶ Περσικῶν Θεῶν. Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλαι τέσσαρες αἱρέσεις παρ᾽ αὐτοῖς, Γορθηνῶν, Σεβυαίων, Ἐσσηνῶν, Δοσιθεανῶν. Γορθηνοὶ μὲν γὰρ κατὰ τὰς ἑορτὰς τῶν ἄλλων ὐ συμφωνῦσι, τὰς ἡμέρας

ρας αὐτῶν ἐναλλάξαντες· καὶ ἔξω δὲ τῆς Σαμαρείας περὶ τὰς βρώσεις ἀδιαφοροῦσι. Σεβουαῖοι δὲ διαφέρονται μὲν πρὸς τοὺς Γοροθηνοὺς διὰ τὴν τῶν ἑορτῶν ἐναλλαγὴν, τῆς δὲ Σαμαρείας οὐκ ἐξίασιν, ἀκαθάρτους ἡγέμενοι τοὺς ἀπὸ τῆς Σαμαρείας ἀποδημοῦντας. Οἱ δὲ Ἐσσηνοὶ πρὸς οὐδένα διαφέρονται, ἀλλὰ καὶ προσίενται καὶ συσσιτοῦνται τοῖς ἔξωθεν, ὡς πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημοῦσι. Δοσιθεανοὶ δὲ ἀκριβέστεροι τῶν ἄλλων δοκοῦσιν εἶναι. Καὶ γὰρ ἐγκρατεύονται, καὶ παρθενίαν ἐπιτηδεύουσι, καὶ ἀνάστασιν γενήσεσθαι πιστεύουσιν.

[P.] Caput CXLII. Τίνες αἱρέσεις παρ' Ἕλλησιν γεγόνασι;

Ἡ περὶ τῶν Φυσικῶν. Ἡ περὶ Θεολογίας. Ἡ περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν. Ἡ Σωκρατική. Ἡ Κυρηναική. Ἡ Κυνική. Ἡ Ἠλειακή. Ἡ Ἐρετρική. Μεγαρική. Πυθαγόρειος. Ἐμπεδόκλειος. Ἡρακλείτειος. Ἐλεατική. Δημοκρίτειος. Πρωταγόρειος. Πυῤῥώνεια. Ἀκαδημαική. Περιπατητική. Στωική. Ἐπικούρειος. Ταύτας τὰς εἴκοσι αἱρέσεις Ἡρακλείδης ὁ Πυθαγορικὸς διεῖλεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἐν Φιλοσόφοις αἱρέσεως πραγματείας αὐτοῦ βιβλίῳ. De hoc *Iosephi, Christiani,* Hypomnestico non repetam, quae Caueus ad a. C. 420. et quae dixi lib. IV. cap. 8. [vol. V. pag. 60.] §. vlt. [f]) tantum addo, falli *Lambecium* III. pag. 32. qui, memorans MStam μέθοδον Ἰωσήπου ἐκ τῶν ὑπομνηστικῶν αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων, πῶς συνέστη τὸ ψαλτήριον, Flauium Iosephum, Iudaeum, intelligit, et pro ὑπομνηστικῶν legit ὑπομνημάτων.

STEPHANVS, diaconus ecclesiae CPolitanae, qui a. C. 808. scripsit vitam Stephani, iunioris, a. 766. sub Constantino Copronymo occisi, quamque graece et latine Paris. 1692. 4. edidere monachi Benedictini celebratissimi, *Bernhardus de Montfaucon* et *Iacobus Loppinus*, (a. 1693. 29. Dec. denatus,) p. 441. texit catalogum Haereticorum, quem vtpote breuem hoc loco subiungere iuuat:

f) De cod. caesareo XIX. pag. 81. sqq. vbi Lambecius copiose disserit de eo, et in not. 1. Flauium Iosephum, Iudaeum, intelligendum esse statuit: praeterea correxit et scripsit Ἰωσίππου, vt etiam in eodem cod. pag. 2. fol. 4. et in alio cod. legitur, pro Ἰωσήπου. *Kollarius* in nota *A.* pag. 88. sqq. primo monet, in fronte huius cod. esse epigraphen: Μέθοδος Ἰωσίππου ἐκ τῶν ὑπομνημάτων αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων· in proxime sequenti vero hanc: Μέθοδος Ἰωσήπου ἐκ τῶν ὑπομνηστικῶν αὐτοῦ etc. Tum adnotat, Benedictinos in edit. Athanasii Opp. Parisina 1698. praef. p. 7. contendisse, Iosephum hunc fuisse christianum, et diuersum a Flauio Iosepho: dein obseruat, in bibl. publ. *Cantabrig.* esse codicem, inscriptum: ὑπομνηστικὸν βιβλίον Α'. Ἰωσήπου· hunc codicem diligenter excussum esse a *Caueo*, et hunc in Hist. litter. script. eccl. ed. Basil. 1741. tom. I. pag. 598. indicasse, esse quidem non minimam operis partem ex Flauio Iosepho desumtam: „vnde, ait Caueus, iure quis suspicari possit, ipsum auctorem fuisse anonymum. Quum vero Iosephi nomen in fronte libri compareret, iterumque cap. CXXV. haud pauca ex operibus eius excerpta fuerint; inde nomen Iosephi illi adhaesisse, et, vt ab antiquo illo Iudaeo distingueretur, a recentioribus Iosephum christianum dictum esse. Parum discedit Kollarius, et arbitratur, anonymum compilatorem farragini suae a nobiliore maioreque sylloges suae parte, ex Flau. Iosephi, Iudaei, Opp. sumta et corrasa, nomen Flauii Iosephi, Iudaei, praefixisse, et negat, *Iosephum, christianum* in mortalium numero vnquam exstitisse etc. *Harl.*

Πρῶτοι μὲν Ἰουδαῖοι τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπολέμησαν ποίμνῃ, καὶ τῷ οἰκείῳ κατελύθησαν ὅπλῳ· τῷ γὰρ ὑπ' αὐτῶν παγέντι σταυρῷ, οἷόν τι ῥοπάλῳ, χρησάμενος ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ποιμενικῶς αὐτοὺς ὡς λύκους τῶν προβάτων ἀπήλασεν. μετὰ δὲ τούτους, οἱ τῶν εἰδώλων θεραπευταὶ, οἵτινες ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ὑπασπιστῶν κατησχύνθησαν· καὶ μετ' αὐτοὺς Σίμων καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν φοιτηταὶ Μένανδρος καὶ Κερδωνᾶς· εἶτα Μαρκίων καὶ Βαλεντῖνος· αὖθις δὲ ἀπ' αὐτῶν Κήρινθος καὶ Σατορνῖνος, Βασιλίδης καὶ Καρποκράτης, Μάρκος καὶ Τατιανὸς, Μοντανὸς καὶ Βαρδισάνης, Ἀρτέμων καὶ Ναύατος, Σαβέλλιος [?] καὶ m) Νέπων, Παῦλος καὶ Μανιχαῖος, Φωτεινὸς καὶ Μάρκελλος, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνων· Ἄρειος, Ἀέτιος, Εὐνόμιος. Μακεδόνιος, Μάξιμος, Νεστόριος, ἡ πολυκέφαλος ὕδρα Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος· Ζώσιμος, Ἀπολινάριος, Ὠριγένης, Πέτρος ὁ δείλαιος. Θεοδόσιος, Ἰάκωβος, Ἰουλιανὸς. Ζήνων. Σέργιος Πύῤῥος, Κῦρος, Μάκαριος, Ὀνόριος, καὶ ὁ δυσσεβὴς Μάμεθ. καὶ εἴ τις μοι ἄλλος ἔλαθεν ἀνθρωπίνως. ἐπιλείψει γάρ με ἀπαριθμούμενον ἡ ἡμέρα τῶν τῆς ἀσεβείας ὑπασπιστῶν καὶ ἀρχηγῶν τὰ ὀνόματα, ὧν καὶ τὴν μνήμην αὐτὴν καλῶς ὁ χρόνος ἠφάνισεν. οὗτοι δὲ πάντες κατὰ ταυτὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς ἀποστολικοῖς κηρύγμασιν πολεμήσαντες τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰκότως ἀπεσκορακίσθησαν.

Primi quidem Iudaei aduersus Saluatoris nostri gregem bellum conflarunt, sed propriis armis debellati sunt. Nam cruce, quam illi quidem fixerunt, tanquam claua vsus bonus pastor, eos, quasi lupos, pastoris more, ab ouibus abegit. Hos sequuti sunt idolorum cultores, qui a veritatis defensoribus confusi sunt, ac cum illis Simon, eiusque discipuli, Menander et Cerdonas, deinde Marcion et Valentinus, postea Cerinthus et Saturninus, Basilides et Carpocrates, Marcus et Tatianus, Montanus et Bardisanes, Artemon et Nauatus, Sabellius et Nepos, Paulus et Manichaeus, Photius et Marcellus: quique ab illis profecti sunt, Arius, Aëtius, Eunomius, Macedonius, Maximus, Nestorius, hydra multiceps Eutyches et Dioscorus, Zosimus, Apolinarius, Origenes, Petrus miser, Theodosius, Iacobus, Iulianus, Zeno, Sergius, Pyrrhus, Cyrus, Macarius, Honorius et impius Mahomet, et siquis alius mihi, vtpote homini, latuit. Quippe me dies deficeret, si impietatis defensorum et auctorum nomina enumerare aggrederer, quorum ipsam memoriam recte tempus aboleuit. Isti ergo omnes, vno animo, vt ita loquar, aduersus apostolicas praedicationes suscepto bello, e Dei memoria et ab ecclesia merito reiecti sunt.

ANASTASII, Sinaitae, ab a. C. 561. patriarchae Antiocheni, (de cuius scriptis alibi [vol. IX. p. 312. sqq.] ex instituto dictum,) narratio compendiaria περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεων καὶ τῶν Συνόδων γενομένων κατ' αὐτῶν MS. exstat in bibl. Vindobonensi teste *Lambecio* VIII. p. 443. n) Quantum autem ex his, quae Lambecius ibi adfert, colligere licet, diuersa illa

m) Νέπων. Non alium hic quam Nepotem, Aegyptiacae vrbis episcopum, ab autore indicari existimo, qui a Theodor. Haeretic. Fabul. lib. III. Νέπως dicitur, ab aliis, vt in concil. III. Const. act. XI. Νέπος. *Haec Loppinus, qui vitam Stephani, iunioris, latine vertit.*

n) Pag. 931. ed. Koll. qui in nota obseruat, Fabr. a semet ipsum discedere, dum in vol. IX. p. 332. scribit, hoc opusc. non diuersum esse ab iis, quae Anastas. in Hodego cap. IV. et V. de eodem argumento tradit. *Harl.*

illa narratio est ab iis, quae in Hodego Anastasius, de eodem argumento tradit; nam illius caput quartum continet *ἐξήγησιν κατ᾽ ἐπιτομὴν περὶ τῶν αἱρέσεων ἐξ ἀρχῆς ἕως Νεστορίου καὶ Σευήρου*, caput quintum vero est *περὶ τῶν ἁγίων συνόδων*, atque in synodo quinta desinit. Quae porro de haeresibus ibi leguntur, haec pauca tantummodo sunt pag. 80. seq.

[?] Πρῶτος Σίμων ὁ μάγος. ὁ Σαμαρείτης, ὁ ἀπὸ Γιτθῶν τῆς κώμης, ἔφασκε τοῖς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου, ὅτι ψεύστης καὶ πλάνος ἦν ὁ ἐλθὼν Ἰησοῦς, ἐγὼ δέ εἰμι ὁ ἀληθὴς χριστός. Εἶτα μετὰ τοῦτον ἀναφανεὶς Κέρινθος, καὶ Νικόλαος, καὶ Μαρκίων, τὰ ὅμοια τῷ Σίμωνι ἐφαντάζοντο. Ἀλλ᾽ αὖθις ἡ τοῦ Θεοῦ ψῆφος ὤλεσε τούτους, καὶ τὰς αὐτῶν διδαχάς. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ οὕτως ὁ πονηρὸς δράκων τοῦ πολέμου τὴν ἐκκλησίαν ἐπαύσατο. Θᾶττον γὰρ διωγμοὺς ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ ἀνόμων κατ᾽ αὐτῆς διήγειρεν. Ἀλλ᾽ ἐκ μέσου τῇ δυνάμει τοῦ Χριστοῦ γεγονότων, ἐπινοεῖ καὶ τρίτον τινὰ ἀπάτης τρόπον ὁ πολύμορφος ὄφις· ἀκούσας γὰρ τοῦ ἐν εὐαγγελίοις ῥητοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι, ἐὰν ἀπέλθω πρὸς τὸν Πατέρα, ἐρωτήσω αὐτὸν, καὶ ἄλλον Παράκλητον πέμψω ὑμῖν, ὑπέσπειρέ τισιν ἀνθρώποις μάγοις τε καὶ γόησι λέγειν, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Παράκλητος, ὃν ὑπέσχετο Χριστὸς ἀποστέλλειν τῷ κόσμῳ. ἐξ ὧν ἦν Μάνης, ὁ Μανιχαίων ἀρχηγὸς, καὶ Μοντανὸς, ὁ ἀπὸ Ἀρδαβαῦ τῆς κώμης, καὶ ἕτεροί τινες. Ὧν τινων καὶ αὐτῶν ἀστοχησάντων, ὡς εἶδεν ὁ ἐχθρὸς ὅτι ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ πλατύνεται, καὶ αὔξει τὸ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα, καὶ οὐκέτι ἰσχύει πρὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἀποκλῖναι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, τὰ διάφορα λοιπὸν ζιζάνια κατέσπειρε τῷ κόσμῳ, [?] ὅπως τὴν μάχην καὶ διάστασιν, ἣν ἐν τῇ εἰδωλολατρείᾳ ἐκέκτηντο, ταύτην ἐν τῇ θεοσεβείᾳ οἱ ἄνθρωποι ἔχωσιν.

Primus, Simon Magus, Samaritanus, Gittharum vico editus, Romanis, qui Petro, apostolorum principi, crediderant, dicebat, Christum Iesum, qui venisset, mendacem, et impostorem fuisse: se vero, verum esse Christum. Post eum exorti Cerinthus, Nicolaus, Marcion, Simoni consentanea pariaque fingebant. Sed mox tum istos, tum eorum dogmata diuina sententia sustulit. At neque ita malignus draco ecclesiam impugnare cessauit: statimque gentilium, et iniquorum persequutiones in eam conciuit. Verum his Christi potentia sublatis, versipellis serpens, tertium aliquem fallaciae modum excogitat. Cum audisset enim in euangeliis oraculum illud, a Domino editum °): *quoniam, si abiero ad patrem, rogabo ipsum, et alium paracletum mittam vobis*, Magis quibusdam, et incantatoribus hominibus subiecit, vt dicerent, quod ipse esset paracletus, quem missurum se mundo Christus promisserat. In quibus Manes erat, Manichaeorum antesignanus, et Montanus ex Ardabau vico natus, et alii nonnulli. Quibus et ipsis spe sua frustratis, cum inimicus videret in dies Christi augescere dilatarique praeconium, nec iam vltra se hominum genus ad idolorum cultum posse detorquere, de caetero varia in orbem proseuit zizania; vt pugnam, et dissensionem, quam in idolorum cultura tenuerant, eandem in Dei cultu mortales tenerent.

Ἐκ τούτου δὴ μετὰ χρόνους τινὰς Μάνεντός τε καὶ Μοντανοῦ καὶ Νουάτου τὴν Ἀρεια-

Enimuero ex eo iam aliquot post interualla Manentis, Montani; Nouati etiam Arianam

°) Iohar. XIV. 16.

ἐν ἐκείνῃ θυμελικὴν ὀρχήστραν ὁ ταύτης μεσόχορος δαίμων συνεστήσατο, καὶ τοὺς ταύτης μιμηλούς, Ἀπολινάριον, φάσκοντα ἄψυχον καὶ ἄνουν καὶ ἀτελῆ ἄνθρωπον ἀνειληφέναι τὸν Χριστόν, καὶ Εὐνόμιον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, κτίσμα λέγοντας τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, καὶ μίαν φύσιν, καὶ θέλησιν, καὶ ἐνέργειαν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ δογματίζοντας· αὖθις δὴ πάλιν μὴ ἀρκούμενος ἐν τούτοις ὁ μισόκαλος, ὁπλίζεται, καὶ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ παναγίου διὰ Μακεδονίου τοῦ Πνευματομάχου. Ἀλλ' ἡ ἐξ ὕψους δύναμις πάντας ἐκείνους τοὺς πονηροὺς καὶ θεομάχους θῆρας ἀπώλεσε, καὶ οὐδαμοῦ σήμερον Ἀρειανῶν, ἢ Μακεδονιανῶν, ἢ Εὐνομιανῶν μνήμη ἐν κόσμῳ, τῶν τῇ θεότητι πολεμούντων. Καὶ ὥσπερ δράκων, καιρίαν τινὰ πληγὴν λαβών, ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ διὰ τῆς ὀδύνης ἀσθενέστερος γίνεται, οὕτω καὶ ὁ διάβολος, διὰ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κροταφισθείς, κατὰ πρόσβασιν τοῦ χρόνου καταργούμενος ἀπεδείχθη. Ὅρα γάρ, ἠθέλησεν ἐν πρώτοις εὐθέως διασκεδάσαι τὴν ἐπιδημίαν τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἴσχυσεν. Εἶτα ἠθέλησε διὰ διωγμῶν τὸ κήρυγμα καταργῆσαι, καὶ ἠστόχησεν. Ἠθέλησεν ἀντὶ Πνεύματος ἁγίου γόητας ἄνδρας προσκυνεῖσθαι, καὶ τοῦ σκοποῦ ἐξέπεσε. Προσέκρουσε τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατῃσχύνθη· τότε δὴ λοιπὸν ἀδυνατῶν θεότητι πολεμεῖν, ἐπὶ τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ τὸν πόλεμον ἔτρεψε, μετὰ τὴν Ἀρειανικὴν ὀρχήστραν τὴν τῆς διαιρέσεως χάρυβδιν διορύξας. λέγω δὴ τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ μερίζων ἐκ τῆς θεότητος, καὶ εἰς δύο τὸν ἕνα κατατέμνων Χριστόν. ταύτης δὲ τῆς διαιρέσεως ἀρχηγοὶ γεγόνασι Θεόδωρος ὁ Ἀντιοχείας, καὶ Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ.

nam illam orcheſtram [illegible], cuius [illegible] quaſi intermedius quidam daemon conſtituit; huiuſce ſectae imitatores, Apollinarium, qui Chriſtum hominem inanimem, et ſine mente, atque imperſectum ſuſcepiſſe diceret; et Eunomium, cum ſuis ſectatoribus, qui Dei Verbum creaturam dicerent, atque vnam diuinitatis, et humanitatis eius naturam, voluntatem, et actionem cenſerent. Neque vero his oſor ille honeſti contentus, per Spiritus ſancti oppugnatorem, Macedonium, in ſanctiſſimum armatur ſpiritum. Verum ſuperna illa et diuina vis, et poteſtas, omnes illas [illegible] gnas, et infeſtas Deo feras diſperdidit; neque vlla hodie Arianorum, aut Macedonianorum, aut Eunomianorum, qui Deum oppugnent, per orbem memoria ſupereſt. Ac velut draco, lethali accepto vulnere quotidie ex dolore impotentior redditur: ſic et diabolus, a Chriſto, Dei filio, quaſi circa tempora percuſſus, ſucceſſu temporis [illegible] apparuit. Nam ecce voluit in principio [illegible] Chriſti aduentum diſſipare, nec potuit. Tum autem voluit perſequutionibus motis praeconium Chriſti abolere, ſed fruſtratus eſt. Voluit pro Spiritu ſancto praeſtigiatores adorari, et ſcopo excidit. Impetiuit Chriſti diuinitatem et pudefactus eſt. Caeterum cum diuinitatem tum oppugnare nequiret, in Chriſti humanitatem bellum conuertit, poſt Arianam orcheſtram, ſeparationis charybdi adaperta; quum inquam Chriſti carnem a diuinitate diuideret, in duo vnum Chriſtum ſecuiſſet. Huius vero diuiſionis principes fuere Theodorus, Antiochiae, et Diodorus, Tarſi epiſcopi.

Ἐξ ὧν ὥσπερ τις ῥίζα ἐλλεβόρου ἐβλάστησεν ὁ Χαλδαῖος χοῖρος, ὁ Ἀσσύριος Νεστόριος, μέχρι καὶ νῦν τὸν ἴδιον βόρβορον τοῖς αὐτῷ πειθομένοις καταρραίνων. Καθαιρε-

Ex quibus velut radix quaedam hellebori Chaldaeus porcus, Aſſyrius Neſtorius, prodiit, qui hodieque ſibi addictos ſuopte coeno adſpergit. Nam Conſtantinopoli ſubmotus, atque

θεὶς γὰρ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλου, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Μεσοποταμίας [p]) ἐνδημήσας κλίματα, ἐκεῖσε τὸν ἴδιον ἰὸν καὶ τὸν βόρβορον κατέσπειρε, κἀκεῖθεν ὡς ἐκ καναλίσκου τινὸς πᾶσαν μάλιστα τὴν ἀνατολὴν κατεμίανε. Καθ' οὗ διὰ πλάτους σύνταγμα πεποιήκαμεν, τὸν δόλον καὶ τὴν πανουργίαν αὐτοῦ στηλιτεύσαντες, κἀκεῖ τοὺς φιλοπόνους παραπέμπομεν. Εἰδέναι μέντοιγε προσήκει ὡς οὐκ ἔστι σήμερον κακουργοτέρα τῆς Νεστορίου αἱρέσεως, δυσχερῶς τὸν ἴδιον ἰὸν φανεροῦσα. καὶ γὰρ αἰσχροῦ κέρδους [‥] καὶ δόξης χάριν πολλάκις ἐν ὑποκρίσει καὶ θεὸν λέγουσι τὸν Χριστὸν, καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ ἀναθεματίζουσι Νεστόριον, καὶ ἀποβάλλονται τὸν λέγοντα δύο πρόσωπα ἐν Χριστῷ. Ὁ μέν τοι τὸν δόλον αὐτῶν ἐλέγξαι βουλόμενος, τὸν μακάριον Κύριλλον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν σύνοδον τὴν κατὰ Νεστορίου προσενέγκοι αὐτοῖς· καὶ ἐὰν ταῦτα εἰλικρινῶς δέξωνται, ἐν τούτοις τὸ ἀπόδεκτον ἔχουσι. Τοσαῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος περὶ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς Ἰουδαιόφρονος, καὶ Χαλδαίου ἀσσυρίου χοίρου. Τοῦτον γὰρ ἀποβάλλεται ἡ ἁγία ἐκκλησία διὰ τὴν τῶν ἐν Χριστῷ φύσεων διαίρεσιν, ὥσπερ καὶ Σεβῆρον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ διὰ τὴν τῶν φύσεων σύγχυσιν.

atque in Mesopotamiam euadens, venenum suum, ac lutum indidem conseuit; vnde, velut e canali quodam, Orientem omnem maxime infecit, conspurcauitque. Contra quem prolixe opus conscripsimus, palamque hominis fallaciam fecimus, quo studiosos remittimus. Sane sciendum est, nullam hodie Nestorii haeresi maligniorem extare, quae aegrius venenum suum prodat. Siquidem foedi quaestus, ac gloriae [‥] vanae causa per simulationem saepe, et Deum adpellant Christum, et deiparam sanctam Virginem; ac Nestorium, duas in Christo personas dicentem, execrantur, et repudiant. Quamquam, qui eorum fraudes coarguere velit, b. Cyrillum, initumque eius memoria concilium contra Nestorium iis proferat: quae, si sincere accipiant, in his habent, cur adprobentur. Atque haec hactenus in praesens de Nestorio, impio illo, ac iudaicis opinionibus imbuto, et Chaldaeo Assyrio porco. Hunc enim sancta ecclesia ob naturarum in Christo diuisionem, separationemque, vt Seuerum cum suis, ob earumdem confusionem, reiicit.

SOPHRONIVS, archiepiscopus Hierosolymitanus [q]), a. C. 638. defunctus, in syno-

p) ἐπιδημήσας.

q) Vide *Papebrochium* ad XI. Martii tom. II. pag. 65. seq. *Fabr.* Alios citat *Saxius* in Onom. II. p. 75. et in Analect. p. 541. qui eum a. 636. mortuum esse scribit. Plura de *Sophronio* tradidit *Fabric.* infra in lib. V. cap. XXXVIII. de Photio, vol. IX. p. 484. sq. vbi B. c. D. alia adnotabuntur, in primis *Oudin.* in comment. de SS. eccl. I. col. 1605. sqq. vbi scripta *Sophronii* et nonnulli codd. illorum mssti enumerantur. — Pauca hic adiicere iuuat. Fragmentum e synodico *Sophronii* de haeresibus et haeresiarchis est in cod. *Augustano* Vindel. teste *Reisero* in cat. pag. 29. — In cod. *Coislin.* XXXIV. fol. 201. de haeresibus etc. ἐκ τῶν συνοδικῶν Σωφρονίου — καὶ προσθήκη ἀπ' ἐκείνου καὶ δεῦρο. init. ἀνάθεμα τοίνυν καὶ κατάθεμα εἰς αἰεί. v. *Montfauc.* bibl Coisl. p. 88. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXXVI. nr. 5. plut. 5. Excerpta ex synodicis *Sophronii*, atque ib. nr. 12. aliud excerptum, a Sophronio Romam missum. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laurent. I. p. 61. et 63. qui etiam citat *Le-Quien* Orientem christian. tom. III. p. 264. sqq. — Ibid. in cod. VI. nr. 4. plut. 86. epistola synodica, ex qua Fabricius locum protulit. Illam epistolam extare gr. ac lat. inter acta concilii CPolitani et gene-

Synodica r) longa ad Sergium, patriarcham CPol., quae inserta est integra actioni XI. synodi sextae s), Trullo habitae a. C. 680. haereses atque haeresiarchas refert longe plures, anathematique subiicit.

Καὶ πρὸς πληροφορίαν ὑμῶν ἀπαράλειπτον αὐτὰ διαρθρῶμαι τὰ πρόσωπα, ἅπερ ἀναθεματίζω καὶ ποιῶμαι κατάκριτα οὐ γλώττῃ μόνον καὶ στόματι, ἀλλὰ καὶ καρδίᾳ καὶ πνεύματι ὡς [?] τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἡμῶν πίστεως ὀφθέντα διὰ πάντων ἐπίβουλα. Ἀνάθεμα τοίνυν εἰς ἀεὶ καὶ κατάθεμα ἀπὸ τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔστωσαν πρῶτον μὲν Σίμων ὁ Μάγος, ὁ πασῶν πρῶτος κακίστων κακίστως ἄρξας αἱρέσεων. Μεθ᾽ ὃν καὶ Κλεόβιος, Μένανδρος, Φίλητος, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς, Δοσίθεος t), Γόρθεος, Σατορνῖνος, Μασβόθεος, Ἀδριανὸς, Βασιλείδης, Ἰσίδωρος ὁ τούτου υἱὸς καὶ τὴν μανίαν ὑπέρτερος, Ἐβίων, Καρποκράτης, Ἐπιφανὴς, Πρόδικος, Κήρινθός τε καὶ Μήρινθος, Οὐαλεντῖνος, Φλωρῖνος, Βλάστος, Ἀρτέμων, Σεκοῦνδος, Κασσιανὸς, Θεόδοτος, Ἡρακλέων, Πτολεμαῖος, Μάρκος, Κολορβάσος, Ἀδέμις ὁ Καρύστιος, Θεόδοτος ὁ σκυτεὺς, Θεόδοτος ἕτερος, Εὐφράτης ὁ Περσικὸς, Μονόιμος ὁ ἄραψ, Ἑρμογένης, Τατιανὸς ὁ Σύρος, Σεβῆρος, Ἀσκληπιόδοτος, Βαρδησάνης, Ἁρμόνιος ὁ τούτου υἱὸς καὶ τὴν πλάνην ἰσόῤῥοπος, Ἑρμόφιλος, Κέρδων ἀκέρδων, Μαρκίων ὁ Ποντικὸς, Ἀπελλῆς, Ἀπολλωνίδης, Πότιτος, Πρέπων, Πίθων, Συνερὸς, Θεόδοτος ὁ τραπεζίτης, Μοντανὸς, Πρίσκιλλά τε καὶ

Et vt nihil desit ad vestram satisfactionem, ipsas quoque personas exprimo, quas anathematizo et condemno, non lingua tantum et ore, sed corde et spiritu, vtpote [?] quae sanctae catholicae nostrae fidei omnino insidiantes deprehensae sunt. Anathema itaque in perpetuum et catathema a sancta et consubstantiali adoranda Trinitate, Patre et Filio et Spiritu sancto sint, primum quidem Simon, magus, qui primus pessimis haeresibus pessimus principiauit; post quem Cleobius, Menander, Philetus, Hermogenes, Alexander, aerarius, Dositheus, Gortheus, Saturninus, Masbotheus, Adrianus, Basilides, Isidorus eius filius, et, furore superior, Ebion, Carpocrates, Epiphanes, Prodicus, Cerinthusque et Merinthus u), Valentinus, Florinus, Blastus, Artemon, Secundus, Cassianus, Theodotus, Heracleon, Ptolemaeus, Marcus, Colorbasus, Ademis Carystiensis, Theodotus coriarius, Theodotus alter, Euphrates v) transmarinus, Monoimus Arabs., Hermogenes, Tatianus Syrus, Seuerus, Asclepiodotus, Bardesanes, Armonius, eius filius, et, errore consimilis, Hermophilus, Cerdon acerdon, Marcion, Ponticus, Apelles, Apollonides, Potitus, Prepon, Python, Synerus, Theodotus trapezita, Montanus, Priscillaque, et Maximilla, huius furiosae discipulae, Nepos,

generalis VI. act. XI. ed. Venetae a. 1729. tom. VII. pag. 884 932. adnotat *Bandin.* l. c. III. pag. 294. Reliqua alio loco ad vol. IX. cit. commemorabuntur. *Harl.*

r) Hic est libellus Sophronii *de fide*, quem memorat *Eutychius* tom. II. annal. p. 271. Eiusdem synodicae meminere Theophanes, Cedrenus, Zonaras, et alii. Vtrum ad Honorium simul missa sit, an ad Ioannem, qui post Honorium et Seuerinum episcopus Romae fuit, disquirit *Combefisius* in Historia haereseos Monothelitarum pag. 31.

s) Edit. *Binianae* tomo III. *Labbeanae* VI. etc.

t) Γορθαῖος.

u) laqueus.

v) Persicus.

Μαξίμιλλα αἱ τούτου μανιώδεις μαθήτριαι, Νέπως, Ἐλκεσεὺς, Ὠριγένης, Ὠριγένης ἕτερος ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, Σαβέλλιος ὁ Λίβυς, Νοβάτος, Παῦλος ὁ ἐκ [‡] Σαμοσάτων, Ἐπίγενος, Κλεομένης, Νόητος ὁ Σμυρναῖος, Μάνης ὁ τῆς ἀθέου μανίας ἐπώνυμος, Σαββάτιος, Ἄρειος, Μελέτιος, Ἀέτιος, Εὐνόμιος, Ἀστέριος, Εὐδόξιος, Δονάτος, Μακεδόνιος ὁ τῷ ἁγίῳ μαχεσάμενος Πνεύματι, καὶ πνευματομάχου προσηγορίαν ἀξίαν δεξάμενος. Ἀπολινάριος ὁ λαοδικεὺς, καὶ ὁ τούτου υἱὸς Ἀπολινάριος, Μάγνος, Πολέμων· Κελέστιος, Πελάγιος, Ἰουλιανὸς, οἱ τῆς αὐτῆς μανίας ὑπέρμαχοι. Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, καὶ Νεστόριος οἱ τῆς μιαρᾶς ἀνθρωπολατρείας μιαρώτατοι κήρυκες. Κῦρός τε καὶ Ἰωάννης οἱ Κίλικες, οἱ τῆς αὐτῆς ἀθείας ἀθεώτατοι πρόβολοι. Εὐτυχὴς, Διόσκορος ὁ Εὐτυχέως ὑπερασπιστὴς καὶ συνήγορος. Βαρσουμᾶς, Ζωόρας, Τιμόθεος ὁ λεγόμενος αἴλουρος· Πέτρος ὁ μογγὸς, καὶ Ἀκάκιος οἱ τὸ κενωτικὸν [w]) τεκτηνάμενοι Ζήνωνος· Λαμπέτιος ὁ τῆς δυσωνύμου τῶν Μαρκιωνιστῶν αἱρέσεως ἔξαρχος. Δίδυμος καὶ Εὐάγριος οἱ τῆς ὠριγενιανῆς τερθρείας μυστηριάρχαι παμμίαροι. Πέτρος ὁ κναφεὺς ὁ τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ προσαρμόσαι σταυρὸν θρασυνόμενος. Πέτρος ἕτερος τὸ Ἰβηρικὸν καὶ φρενοβάρβαρον μίασμα. Ἡσαΐας ὁ τοῦ παρόντος Πέτρου συνόμιλος, οἱ ἄλλην ἀκέφαλον ἐν Ἀκεφάλοις καταδέξαντες αἵρεσιν μεθ' ὧν ἁπάντων καὶ πρὸ πάντων, καὶ μετὰ πάντας ἔσω καὶ [‡] Σεβῆρος ἀνάθεμα. ὁ τούτων μαθητὴς ἐκμανέστατος, καὶ πάντων χρηματίσας Ἀκεφάλων τῶν νέων καὶ τῶν παλαιῶν ὠμότατος τύραννος, καὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐχθρὸς δυσμενέστατος καὶ τῆς Ἀντιοχέων ἁγιωτάτης ἐκκλησίας μοιχὸς ἀνώμοτατος, καὶ φθορεὺς βδελυρώτατος, Θεοδόσιός τε ὁ Ἀλεξανδρεὺς,

Nepos, Helceseus, Origenes, alter Origenes, qui et Adamantius, Sabellius Libycus, Novatus, Paulus [‡] Samosatenus, Epigenus, Cleomenes, Noetus Smyrnensis, Manes, cui impii furoris cognomen, Sabbatius, et Arius, Meletius, Aëtius, Eunomius, Asterius, Eudoxius, Donatus, Macedonius, qui sancto reluctatus est Spiritui, et Pneumatomachi appellationem dignam accepit, Apollinarius Laodicensis, et eius filius, Apollinarius, Magnus, Polemon, Pelagius, Caelestius, Iulianus, eiusdem furoris defensores, Theodorus Mopsuestenus, et Nestorius foedae anthropolatriae foedissimi praedicatores, Cyrus et Ioannes, Cilices, eiusdem impietatis impii productores, Eutyches, Dioscorus, Eutychetis defensor et aduocatus, Barsumas, Zooras, Timotheus qui dicitur Aelurus, Petrus Mongus, id est balbus, et Acacius, qui cenoticum, id est, vanitatem Zenonis machinati sunt, Lampetius, auctor nec nominandae Marcionistarum haereseos, Didymus, et Euagrius, Origenianae vanitatis primi secretales foedissimi. Petrus, fullo, qui ad hymnum trisagii crucem ausus est coaptare, Petrus alter, Ibericum, et barbara ementis contagium, Esaias, huius Petri collega, qui aliam Acephalorum inter Acephalos haeresim propagauerunt. Cum quibus omnibus, et prae omnibus, et post omnes, et secundum omnes, et super omnes sit et Seuerus [‡] anathema, horum furiosissimus discipulus, qui prae omnibus Acephalis, tam nouis quam veteribus, demonstratus est crudelissimus tyrannus, et sanctae ecclesiae catholicae immanissimus inimicus, sanctissimaeque Antiochenae ecclesiae adulter iniquissimus, et corruptor execrabilis. Theodosius quoque, Alexandrinus, Anthimus Trapezuntius Iacobus Syrus. Iulianus Halicarnasseus,

 Feli-

w) Sic per conuitium vocat pro ἑνωτικῷ.

ὁ Τραπεζούντιος Ἄνθιμος, Ἰάκωβος ὁ Σύρος, Ἰουλιανὸς ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, Φελικίσσιμος, Γαϊανὸς ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἀφ᾽ ὧν ἡ τῶν Γαϊανιτῶν, ἤγουν Ἰουλιανιστῶν ἐπιγέγονεν αἵρεσις. Δωρόθεος ὁ τῆς αὐτῆς ἀθέου ὑπερμαχήσας αἱρέσεως· Παῦλος ὁ μελανὸς, οὐ μόνον δὲ λεγόμενος· ἀλλὰ καὶ γενόμενος κατὰ ἀλήθειαν· Ἰωάννης ὁ γραμματικὸς ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Φιλόπονος, μᾶλλον δὲ ματαιόπονος. Κόνων τε καὶ Εὐγένιος, οἱ τρεῖς τῆς τριθείας τρισκατάρατοι πρόμαχοι. Θεμίστιος ὁ τῆς ἀγνοίας πατὴρ καὶ γενήτωρ καὶ σπορεὺς ἀθεσμώτατος, ὃς ἀγνοεῖν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν τὴν ἡμέραν ἐφληνάφει τῆς κρίσεως, ἀγνοῶν ἅπερ αὐτὸς ὁ θεήλατος ἔφασκε, καὶ μὴ εἰδὼς ἅπερ ἀμφιγνοῶν ἀνεφθέγγετο. Εἰ μὴ γὰρ ἠγνόει τῶν οἰκείων λόγων τὴν δύναμιν οὐκ ἂν τὴν ὀλέθριον ἄγνοιαν τέτοκε, καὶ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἄγους θερμῶς ὑπερήσπιζεν, [P] ἀγνοεῖν τὸν Χριστὸν, οὐ καθὸ Θεὸς ὑπῆρχεν ἀΐδιος, ἀλλὰ καθὸ γέγονε κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, τὴν ἡμέραν τῆς συντελείας καὶ κρίσεως ἐξ ἀφρόνων φρενῶν ἐρευγόμενος, καὶ ψιλὸν αὐτὸν ἐργαζόμενος ἄνθρωπον· καὶ ταῦτα τερατείαν ἐπιφημίζων ἑαυτῷ τὴν ἀκέφαλον, καὶ φύσιν μίαν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ φανταζόμενος σύνθετον. Ἔστω δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Πέτρος ὁ Σύρος ἀνάθεμα, καὶ Σέργιος ὁ Ἀρμένιος, οἱ τῆς μικρᾶς τριθείας ἡγούμενοι, καὶ μηδὲ οὕτω πρὸς ἑαυτοὺς συμφωνήσαντες, μηδὲ τὰ αὐτὰ παραπλησίως ἀλλήλοις δεξάσαντες. Δαμιανὸς, ὁ τούτων μὲν ὑπερβαλλόντως ἀντίπαλος, νέος δὲ φανεὶς ἐν ἡμετέροις χρόνοις Σαβέλλιος, μεθ᾽ ὧν καὶ οἱ αὐτῶν τῆς ἀσεβείας διάδοχοι ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα, Ἀθανάσιός τε ὁ Σύρος, καὶ ὁ ἀποζυγάριος Ἀναστάσιος, καὶ οἱ τούτων ἀσύμβατον σύμβασιν ἀσυμβάτως τε καὶ ἀμαθῶς προσιέμενοι, καὶ ἀλογίστως

Feliciſſimus, Gaianus Alexandrinus, a quibus Gaianitarum ſiue Iulianiſtarum ſuperinuenta eſt haereſis. Dorotheus, eiusdem impiae haereſis propugnator, Paulus, qui Fuſcus non ſolum appellatione, ſed et ſecundum veritatem. Ioannes, grammaticus, cognomento Philoponus, id eſt, ſtudioſus, immo Mataeoponus, id eſt, irritus laborator, Conon quoque, et Eugenius: hi tres, tritheias (id eſt, triplicis Deitatis) ter maledicti propugnatores. Themiſtius, qui fuit ignorantiae pater, genitor, atque ſeminator nefandiſſimus, qui Chriſtum verum Deum noſtrum diem iudicii neſcire delirabat, neſciens, quae ipſe, iam a Deo proiectus, aſſereret, et non recognoſcens, quae ignorando loquebatur. Niſi enim ignoraſſet verborum ſuorum virtutem, non vtique lethiferam ignorantiam peperiſſet, et ignorantiae foeditatem feruenter defenderet, ignorare [P] Chriſtum non ſecundum id, quod Deus erat ſempiternus, ſed ſecundum quod veraciter homo factus, diem conſummationis atque iudicii ex inſipientia mentis eructans, et purum eum efficiens hominem, et hanc monſtruoſitatem ſibi defamans acephalam, et naturam vnam eiuſdem Chriſti Saluatoris noſtri compoſitam imaginatus. Sit autem et cum eo Petrus Syrus anathema, et Sergius Armenius, tritheiae minoris doctores, et nec ſic ad inuicem conſonantes, neque eadem ſimiliter cum alterutro opinati. Damianus horum quidem excellenter aduerſarius, nouus autem demonſtratus temporibus noſtris Sabellius, cum quibus, et eorum impietatis ſucceſſores anathema ſint, et catathema Athanaſius quoque Syrus, et Apozygarius x) Anaſtaſius, et qui eorum inconuenientiam inconuenienter, et indocte ſuſcipiunt, et irrationabiliter tanquam iumenta ab eis ſeducuntur. Et

x) Velut iugalis eius ac ſocius.

δίκην κτηνῶν ὑπ' αὐτῶν βουλόμενοι· καὶ ἀλλήλοις μὲν φησι φιλικῶς συμφερόμενοι, ὑπ' ἀλλήλων δὲ τοῖς ἀναθεματισμοῖς ἐχθρωδῶς τιτρωσκόμενοι. Ἐνδυέσθωσαν δὲ σὺν αὐτοῖς, καὶ περιβαλλέσθωσαν τὸ ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα καὶ Βενιαμὶν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Ἰωάννης, καὶ Σέργιος, καὶ Θωμᾶς, καὶ Σεβῆρος οἱ Σύροι, οἱ ἔτι ζῶντες ζωὴν τὴν [¶] ἐπάρατον, καὶ πολεμοῦντες ἐμμανῶς τὴν ἀσέβειαν. Κοινωνείτω δὲ αὐτοῖς τῆς τῶν παρόντων ἀναθεματισμῶν κατακρίσεως καὶ Μηνᾶς ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ὁ τῆς τῶν Γαϊανιτῶν προμαχῶν καὶ προασπίζων αἱρέσεως, καὶ πολεμῶν ἐμφανῶς τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα· καὶ πάντες σὺν αὐτοῖς οἱ τούτου κοινωνοὶ καὶ ἐμφυλοι, καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι. Βαλλέσθωσαν δὲ τοῖς ἴσοις αὐτοῖς ἀναθέμασι καὶ πᾶσαι αἱ αἱρέσεις αἱ μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν ἀκμάσασαι, καὶ Χριστοῦ τὴν ἐκκλησίαν πολεμεῖν θρασυνόμεναι· τουτέστιν ἡ Νικολαϊτῶν, ἡ Εὐχιτῶν, ἡ Καϊανῶν, ἡ Ἀδαμιανῶν, ἡ Μαρβιλιωτῶν, ἡ Βορβοριανῶν, ἡ Νασηνῶν, ἡ Στρατιωτικῶν, ἡ Ἀφονιτῶν, ἡ Σηθιανῶν, ἡ Σοφιανῶν, ἡ Ὀφιτῶν, ἡ Ἀντιτακτιτῶν, ἡ Περατικῶν, ἡ Ὑδροπαραστατῶν, ἡ Ἐγκρατιτῶν, ἡ Μαρκιωνιστῶν, ἡ Φρυγῶν, ἡ Πεπουζιανῶν, ἡ Ἀρτοτυριτῶν, ἡ Τασκοδρούγων, ἡ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, ἡ Ναζωραίων, ἡ Μελχισεδεκιτῶν, ἡ Ἀντιδικομαριανιτῶν, ἡ Ταθηριανῶν, ἡ Μαρτιανῶν, ἡ Δουλιανῶν, ἡ Ἀνθρωπομορφιτῶν, ἡ Ἱερακιτῶν, ἡ Μεσσαλιανῶν, ἡ Εὐτυχιτῶν, ἡ Ἀκεφάλων, ἡ Οὐερσουνουφιτῶν, ἡ Ἠσαϊανῶν, ἡ Ἀγνοϊτῶν, ἡ Ἰακωβιτῶν, ἡ Τριθεϊτῶν, καὶ εἴτις ἑτέρα παρ' αὐτὰς καθέστηκε δυσσεβὴς καὶ θεήλατος αἵρεσις. Ἅπαντας τοίνυν τοὺς προαναφερομένους αἱρεσιάρχας, καὶ τὰς [¶] μετὰ τούτους ὀνομασθείσας δυσσεβεστάτας αἱρέσεις καὶ σχίσματα ἀναθεματίζω καὶ καταθε-

Et cum inuicem quidem quasi amicabiliter coniungantur, inuicem vero inimicis anathematibus fauciantur. Induantur autem cum eis, et amiciantur anathema, et catathema, et Beniamin, Alexandrinus, et Ioannes et Sergius Thomasque. et Seuerus, Syri, qui adhuc vitam viuunt excrabilem, et crudeliter [¶] pietatem expugnant. Participetur etiam cum eis his anathematibus, et Menas, Alexandrinus, Gaianitarum propugnator, atque defenfor haereſeos, et in aperto expugnans veritatis praedicationem, et omnes cum eis conſortes, atque contribules, et impietate conſentanei. Submittantur autem eisdem anathematibus et omnes haereſes, quae poſt Chriſtum adoleuerunt et Chriſti eccleſiam auſae ſunt expugnare, id eſt, Nicolaitarum, Euchitarum, Cainorum, Adamianorum, Marbiliotarum, Borborianorum, Naſenorum, Stratioticorum, Aphonitarum, Sethianorum, Sophianorum, Ophitarum, Antitactitarum, Peraticorum, Hydroparaſtatarum, Encratitarum, Marcioniſtarum, Phrygum Pepuzianorum, Artotyritarum, Abrodicorum [y]), Teſſareſcaedecatitarum, Nazaraeorum, Melchiſedecianorum, Antidicomarianitarum, Tatherianorum [z]), Spatirianorum, Marcianorum, Dulianorum, Anthropomorphitarum, Hieracitarum, Meſſalianorum, Eutychitarum, Acephalorum, Barſunuphitarum, Eſaianorum, Agnoitarum, Iacobitarum, Tritheitarum, et quaeque alia prauitas extiterit impia, et a Deo proiecta haereſis vniuerſa. Igitur ſuperius nominatos haereſium principes, et [¶] quae poſt eos anathematizatae ſunt impiiſſimae haereſes, et ſchiſmata, anathematizo, et catathematizo anima, corde, et ore, mente quoque, et verbis, atque ſermonibus. Et omnem alium haereſis auctorem perditum, et omnem aliam profaniſſimam

Y y 3

y) Taſcodrugorum.

z) Forte Sphaeroniſtarum.

ματίζω ψυχῇ καὶ καρδίᾳ καὶ στόματι, ἐννοίᾳ τε καὶ λόγοις καὶ ῥήμασι, καὶ πάντα ἕτερον αἱρεσιάρχην ὀλέθριον, καὶ πᾶσαν ἑτέραν παμβέβηλον αἵρεσιν καὶ πᾶν ἕτερον σχίσμα θεήλατον, ὅσυς περ ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἡμῶν ἐκκλησία ἀναθεματίζει. Ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω καὶ πάντας αὐτῶν τὰς ὁμόφρονας, τὰς τὰς αὐτὰς αὐτοῖς ἀσεβείας ζηλώσαντας, καὶ ἀμετανοήτυς ἐν αὐταῖς τελευτήσαντας, καὶ τὰς ἔτι καὶ νῦν ἐν αὐταῖς διαμένοντας, καὶ πολεμῦντας τῆς καθολικῆς ἡμῶν ἐκκλησίας τὸ κήρυγμα, πίστιν ἡμῶν τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον βάλλοντας. καὶ ἀναθεματίζω πάλιν παραπλησίως καὶ πάντα αὐτῶν τὰ θεομάχα συγγράμματα, ἃ κατὰ τῆς ἁγιωτάτης ἡμῶν καθολικῆς ἐκκλησίας συνέταξαν, καὶ κατὰ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν καὶ ἀμωμήτυ συνεγράψαντο πίστεως. ἀναθεματίζω τε σὺν αὐταῖς ταῖς βεβήλοις αἱρέσεσι καὶ πᾶσαν ἑτέραν θεοστυγῆ καὶ κακόδοξον αἵρεσιν, ἣν ἡ ἁγία καθολικὴ ἡμῶν ἐκκλησία ἀναθεματίζειν καὶ κατακρίνειν συνείθισται, καὶ τὰς ἐξάρχυς αὐτῶν καὶ γεννήτορας, καὶ τὰ αὐτῶν μυσαρὰ καὶ παμμίαρα λογίδριά τε καὶ βιβλίδια. μόνα τιμῶν καὶ κρατῶν καὶ φρονῶν καὶ σεβόμενος τῆς ἁγίας καθολικῆς [τε] καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν ἐκκλησίας τὰ δόγματα, ἅπερ μερικῶς ὑμῖν καὶ διὰ βραχέων ἐκτέθειμαι διά τε τῶν συνοδικῶν γραμμάτων, ὡς εἶπον, ἐπίτομον· μεθ᾽ ὧν καὶ ἀπαίρειν τῶν ἐντεῦθεν προσεύχομαι, ὅτε Θεὸς τῦτο γενέσθαι προστάξειεν.

nissimam haeresim, et omne aliud schisma, a Deo deiectum, quotquot nostra sancta catholica ecclesia anathematizat. Anathematizo autem, et catathematizo etiam omnes eorum consentaneos, qui easdem cum eis impietates aemulantes, sine poenitudine in eis sunt mortui, et quiqui vsque nunc in eisdem perseuerant, et oppugnant catholicae nostrae ecclesiae praedicationem, et fidem nostram rectam, et immaculatam iaciunt. Et anathematizo iterum similiter omnia eorum Deo repugnantia scripta, quae contra nostram sanctissimam catholicam Ecclesiam composuerunt, et aduersus fidem nostram rectam, atque immaculatam conscripserunt. Anathematizo autem cum eisdem profanis haeresibus, et omnem aliam Deo odibilem et maledicam haeresim, quam sancta nostra Catholica Ecclesia anathematizare, atque condemnare consueta est, eorumque auctores, et genitores, et eorum probrosas atque foedissimas loquelulas, atque codicillos, sola honorans et tenens, sentiensque et venerans [et] sancta nostrae ecclesiae catholicae, et apostolicae dogmata, quae particulatim vobis, et breuiter edidi, propter synodicarum literarum (vt dixi) compendium. Cum quibus hinc etiam migrare deprecor, quando hoc Deus praeceperit.

TIMOTHEVS, presbyter magnae ecclesiae CPol. et sceuophylax templi S. Mariae in Chalcopratis [aa]), quem ante ortam Monotheletarum haeresin atque adeo ante a. C. 622. scripsisse, quod eius non meminerit, incerta coniectura *Cotelerius* [bb]) notat, scripsit libellum

περὶ

aa) v. in fine de cod. Vindob. caes. *Harl.*

bb) tom. III. monument. ecclesiae graecae pag. 626. Sed Monotheletarum nomen excidisse videtur inter διακρινομένων genera, quae duodecim facit Timotheus, et deinde vndecim tantum recenset. Erunt autem duodecim, si Μονοθελῆται inserantur pag. 124. edit. Meursii, ante verba: οἱ μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῦ Χριστῦ πρεσβεύοντες. Ex hoc ipso libello palam quoque est, alienum fuisse *Timotheum* ab haeresi [illegible],

περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, *de iis, qui ad ecclesiam ab haereticis accedunt*, quem cum apospasmatio περὶ τῶν δύο φύσεων τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ *de duabus in Christo Domino nostro naturis* primus graece vulgauit *Io. Meursius* in Variis diuinis Lugd. Bat. 1619. 4. [in Meursii Opp. tom. VIII. p. 738. per errorem 722. v. paullo post de codd. Vindob.] Tria autem genera ponit Haereticorum, vnum, qui rebaptizandi sunt, vt Τασκοδρῦγοι, Ἀκκαοφόροι [cc]). Μανιχαῖοι, Μαρκοσαῖοι, Ἐλκεσῖται, Νεπστιανοὶ, Πελαγιανοὶ, Κελεςιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Σιμωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, Βασιλειδιανοὶ, Νικολαῖται, Μαρκιανιςαί. Alterum, qui tantum vnguntur, non rebaptizantur, quando accedunt ad ecclesiam: Σαββατιανοὶ siue *Quartadecimani*, *Nouatiani*, *Macedoniani* et *Apollinaristae*. Tertium denique, quos sufficit errores pristinos eiurare atque anathemate detestari, vt *Meletiani*, *Nestoriani*, *Eutychianistae*, *Dioscoriani*, *Iacobitae* et reliqui [dd]) *Acephali*. Plura deinde Διακρινομένων, Schismaticorum, de naturarum in Christo distinctione haesitantium, genera facit, 1) Ἀκεφάλυς, 2) Διοσκοριανὺς, 3) Κονδοβαυδίτας, 4) Ἀγγελίτας, 5) Παυλιανιςὰς, 6) Πετρίτας, 7) Κονωνίτας, 8) Ἡσαιανίτας, 9) Νιοβίτας. 10) Μαρωνίτας, 11) Τριθεΐτας. Ex Meursii [*] editione hunc libellum graece et latine cum notis suis edidit *Franciscus Combefisius* in auctarii noui tom. II. siue Historia Monotheletarum Paris. 1648. fol. pag. 449. Aliam, in nonnullis differentem, ex Iac. Gretseri codice vertit *Franciscus Turrianus*, quam latine ex Turriani interpretatione exhibet *Antonius Possevinus* in Adparatus sacri tom. II. vbi de Timotheo disserit. Longe breuior exstat latine ex *Gentiani Herueti* versione ad calcem canonum ecclesiasticorum, cum Theodori Balsamonis scholiis editorum, latine, Paris. 1561. fol. in Adpendice pag. 88. atque inde in Bibliothecis Patrum Paris. a. 1589. 1609. 1624. 1654. tom. VI. nam in Coloniensi et Lugdunensi desideratur. Idem autem est, quod ex Niconis Pandecte MSS. cod. regis Galliae MMCDXXIII. edidit graece et latine *Io. Baptista Cotelerius* tom. III. monument.

cuius enim Magister sacri palatii arguit. *Fabr.* *Saxius* in Onom. II. in anal. p. 531. „Timotheus, ait, primum presbyter, tum ab a. 511. eiecto Macedonio, episcopus CPlitanus, denatus a. 517. v. (*Lambec.* comment. vol. V. in ind. voc. *Timotheus.*) *Pagii* crit. Baron. a. 511. nr. III. VI. pag. 100. 101. et a. 517. VIII. p. 196. tom. IX. *Guil. Caue* in Hist. litt. SS. EE. p. 497 sq.“ Sed plura dabit *Oudin.* in comm. cit. I. p. 1551. sqq. (qui animaduertit, Caueum ad a. 610. annis centum integris in designanda Timothei nostri aetate falli;) pauca vero *I. Ge. Walch.* in bibl. theol. selecta, tom. III. pag. 744. — In codice VIII. nr. 49. plut. 9. bibl. *Laurent. - Medic.* est *Timothei* περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ εὐαγεστάτῃ ἡμῶν πίςει. Atque *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 401. „*libellum*, ait, hunc pluries lat. et gr. editum obseruat *Nessel.* in cat. bibl. Vindob. part. I. pag. 416. in multis tamen mutilum, vt noua editione opus habeat, cui sane adornandae plurimum Mediceus hic codex conferre posset.“ — In cod. *Barocciano* CLXXXV. fin. in bibl. *Bentlei.* — et inter aduersaria *Ger. Langbaeni*, in cat. codd. Angliae I. pag. 268. A. nr. 9. — inter codd. *Th. Gale*, ibid. II. pag. 185. nr. 5859. — In bibl. *Sfortiana* Tim. de haereticis pluribus et eorum dogmatibus, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 706. E. — In bibl. *Coislin.* cod. XXXIV. fol. 202. et cod. XXXVII. fol. 365. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 88. ac 112. — *Venetiis* in bibl. Iustinianaea, *Timothei* de haeresibus opus. v. *Montfauc.* diar. ital. pag. 69. *Harl.*

cc) Ἀκκαοφόροι falsam esse lectionem; contra Σακκοφόροι veram, in codd. caesar. aliisque, monet *Lambec.* V. p. 261. *Harl.*

dd) Contra Marcianistas, siue Acephalos, Timothei, presbyteri, ςίχοις ex hoc opusculo producitur in *Nicephori*, *CPolit.* ἀντιῤῥητικοῖς MSS.

nument. p. 420. qui idem pag. 377. seq. ex eiusdem regiae bibliothecae cod. MMCCCXXXVI ee) longe locupletiorem libelli Timotheani editionem dedit, versione sua et notis eruditis illustratam, monens, diuersitatem exemplarium huius scripti inde manasse, quod, quum partem Ritualis constitueret, pro vsu variarum ecclesiarum diuersimode augeretur, minueretur, interpolaretur. Nam et MSta Caesarea ab editis plurimum differre, testatur *Lambecius* V. p. 122. seq. [p. 258. sqq. Kollar.] et VIII. p. 428. [p. 903. sqq.] qui p. 424. etiam memorat Anonymi epistolam ad *Martyrium*, episcopum Antiochenum, περὶ τοῦ ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς αἱρετικούς. Adde V. p. 119. seq. *Fabr.* In cod. caesar. *Vindob.* LXXVII. nr. 80. est opusc. de duabus Christi naturis, quod *S. Maximo*, monacho et martyri ibi adscribitur et sub vero *S. Maximi* nomine gr. ac lat. exstat in tom. II. pag. 443. sqq. Auctarii bibliothecae patrum, Paris. 1648. a *Meursio* autem, vt ipse Fabric. paullo ante indicauit, sub falso nomine *Timothei, presbyteri CPolit.* graece euulgatum est. v. *Lambec.* comm. III. pag. 419. — In cod. autem CCXLVII. nr. 18. est *Tim.* de differentia haereticorum etc. *Lambec.* in vol. V. qui pag. 258. sqq. recenset illum cod. et ed. promittit, primo animaduertit, omnes edd. esse mutilas et imperfectas; dein, Posseuinum aliosque, (adeoque etiam Fabricium,) errare, dum Timotheum adpellant *custodem vasorum S. S. deiparae, quae est in Chalcoprateis*, quum eodem tempore *Ioannes*, ad quem Timotheus hunc lib. scripsit de differentia variarum haeresium, id quod in ipsa inscriptione in hoc cod. diserte legitur, fuisset sceuophylax ecclesiae virginis deiparae in Chalcoprateis et presbyter: contra Timotheus eo tempore custos vasorum magnae ecclesiae CPolitanae *S. Sophiae*. add. Kollar. *Martyrius* ille, cuius meminit Fabricius, fuit episcopus Antiochenus ab anno 458 - 471. quo se abdicauit episcopatu. Anonymi epistola ad eum exstat in cod. caesareo XLIV. nr. 36. et cod. XLV. nr. 31. v. *Lambec.* VIII. pag. 895. et pag. 915. *Harl.*

De caeteris scriptoribus graecis, qui Haereticorum notitiam breuiter tradiderunt, vt IO. DAMASCENO, IO. ZONARA, CONSTANTINO HARMENOPVLO et MATTHAEO BLASTARE, alibi ex instituto dixi, de quibus interim doctoris mei, *Thomae Ittigii*, τοῦ μακαρίτου dissertationem libro de Haeresiarchis apostolicae et apostolis proximae aetatis praemissam euoluere licebit.

ee) In catal. codd. *Paris.* numeratur cod. MCCCXX. nr. 41. *Harl.*

CAPVT

CAPVT VIII. (olim XII.)

De MACARIIS atque AMPHILOCHIO.

I. *Macarius, Alex., senior, eiusque scripta.* II. *Macarius, iunior.* III. *Alii hoc nomine vltra quinquaginta.* IV. *Amphilochius, Iconiensis.*

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

[?] MACARIVS Magnus, *Aegyptius* monachus et presbyter, S. Antonii discipulus ff), magister Euagrii Pontici, obiit in deserto Scithi, in quo ab a. C. 331. versatus est, nonagenarius circa a. C. 391. de quo *Socrates* IV. 23. *Palladius* Lausiac. cap. 19. *Iohannes Hagiopolita* in laudatione Macarii, Aegyptii, Menaeis Graecorum inserta 15. Ianuar. quae incipit μικρȣ̃ Μακάριος διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος; e recentioribus praeter interpretes et editores *Io. Bollandus* 15. Ianuar. tom. I. pag. 1005. seq. *Tillemontius* tom. VIII. memor. ecclesf. *Fabr. G. Caue* hist. litt. S. S. eccles. tom. I. pag. 256. *Cas. Oudin.* comm. de S.S. eccl. tom. I. p. 474. vbi trium Macariorum, monachorum, persequitur vitas, *Stollii* Nachr. von den Kirchenv. pag. 440. sqq. (qui alios vett. ac recent. memorat VV. DD.) *L. Ell. du Pin.* nouv. bibl. tom. II. pag. 69. — *R. Ceillier* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. VI. pag. 709 sqq. *I. G. Walchii* hist. eccl. N. T. p. 1367. *Hamberger.* Z. N. II. p. 857 sqq. *Saxii* Onom. I. pag. 397. sq. qui, Macarius, ait, a. 331. ab Athanasio ad Constantinum Aug. missus est, vt criminationis inuidiam ab episcopo depelleret, citatque *Pagii* crit. Baron. ad a. C. 333. nr. III. pag. 248 sqq. — Macarius, quum adhuc iuuenis esset, tam seuero vitae genere virtutibusque monasticis excelluit, vt παιδαριογέρων, h. e. *in puerili aetate senex* adpellaretur a monachis. Hinc per LX. annorum spatium vitam consumsit in solitudine quadam aegyptiaca, quae diuersis nominibus vocatur, *Scetica, Scetina, Scetiaca, Scytica, Scytiaca, et Scytiolica.* Hic propter vitae sanctitatem, ac miraculorum et prophetiae opinionem famamque in summa vixit auctoritate. Quae potiora aut singularia eius fuerint placita, ea enumerat quoque *Stollius* l. c. *Harl.*

Exstant sub eius nomine gg) *Homiliae quinquaginta* piae ac lectu dignae de integritate, quae decet Christianos. Prodierunt *graece* ex bibl. regia Paris. apud Guil. Morellium 1559. 8. typis

ff) Conf. *Lambec.* comm. VIII. p. 721. sqq. *Harl.*

gg) *Petrus Possinus*, in prolegg. ad Thesaur. asceticum, gr. et lat. Tholos. 1684. 4. contendit, homilias istas, et septem, quae primus ipse vulgauit, opuscula, auctorem agnoscere antiquiorem quemdam Macarium, Antonii itidem discipulum, (ex quo, coptice loquente, pleraque graeco stilo exceperit) eiusque ab a. C. 341. indiuulsum eum *Amatha* comitem et a. 356. obitus testem. Sed non opus esse, diuersum hunc ab altero illo statuere Aegyptio, docent doctissimi viri *Guil. Caveus* in historiae litterariae scriptorum eccles. parte altera et *Io. Georgius Pritius* sua ad Macarium praefatione. *Fabr. Oudin.* l. c. contra Possinum, du Pin et Caueum contendit multisque fulcit sententiam suam argumentis, et epistolam illam,

typis nitidis, et eodem anno ſeparatim *latine* 8. ex verſione *Ioannis Pici*, claſſium inquiſitoriarum in ſenatu Pariſ. praeſidis [hh]). Eadem verſio ibidem 1562. et in Bibliothecis Patrum ſaepius lucem vidit, Pariſiis, Coloniae, Lugduni. *Graece et latine* cum verſione *Zach. Palthenii*, Friedbergenſis, Francof. 1594. 1621. 8. Atque iterum cum Pici verſione, adiunctae operibus Gregorii Thaumaturgi, et Baſilii Seleucienſis, Zonaraeque in epiſtolas cononicas. Pariſ. 1622. fol. [a. 1621. in cat. bibl. Leid. p. 45. et ſupra, vol. VII. p. 260.] Denique ſectionibus diſtinctae ex recenſione *D. Io. Georgii Pritii*, ſenioris Francofurtenſis, cum verſione Palthenii, ab ipſo caſtigata, Lipſ. 1698. 8. *Germanice*, *Godfrido Arnoldo* interprete, Lipſ. 1696. 8. Goslar. 1702. 1716. 8. *Belgice* Antwerp. 1580. 8. interprete *Cornelio Kiel*. In noua verſione anglicana, quam, ſingulari ſtudio adornatam, Londini 1721. 8. edidit *Thomas Haywood*, ex codice Bodleianae bibl. *Barocciano* [ii]) multa loca emendata, ſuppletae lacunae, ſublata homiliae XIII. et XIV. confuſio, et quinquageſima homilia auctior integrae paginae acceſſione. Ex eodem codice Bodleiano apographum homiliarum ſeptem, adhuc ineditarum, Hudſonus miſit ad laudatum Pritium, vt Haywoodus p. 86. introductionis teſtatur [kk]). Exſtant etiam MSS. Macarii

illam, quam vnicam Gennadius, Maſſilienſis presbyter, tribuit Macario, et quinquaginta homilias eſſe ſuppoſititias atque propter veterum de iis ſilentium, et quia Pelagianiſmum ſubtiliſſimum ac puriſſimum redoleant, haud habere auctorem Macarium, Aegyptium, neque ſeniorem, neque iuniorem, tribus Macariis omnibus ante ortam ſectam pelagianam vita defunctis. (Enimuero iam ante Pelagium ſemina Pelagianiſmi ſparſa erant: v. *I. G. Walch.* H. E. p. 1369. et *G. I. Voſſ.* hiſtor. de controuerſiis, quas Pelagius eiusque reliquiae mouerunt. Amſtelod. 1655. 4. libr. I. cap. 3. pag. 4. ſqq.) Denique *Marco Aſcetae*, Macarii, iunioris, quondam diſcipulo, claro a. 400 et ſqq. vsque ad a. circit. 440. vel vltra, qui inter monachos Nitrienſes vitam duxit ſolitariam, omnes homilias et aſceticas quaeſtiones, ob doctrinae et ſtili ſimilitudinem adiudicandas eſſe cenſet Oudin. pluribus rationibus adductis. Idem reiicit Pritii ſententiam, eumque, adfirmat, imperite adſcripſiſſe Macario Aegyptio ſeniori, omnia opuſcula, Macariis diuerſis adtributa. Sed *I. G. Walch.* p. 1368. ſq. neque agnoſcit tertium Macarium, nec Oudini rationes iudiciumque probat et vero refutat. *Harl.*

hh) In fine praefationis, Lutetiae Kalend. Maii 1559. ſcriptae, editor, has ipſas, ait, impreſſas graece latineque vobis, (piis Chriſti et eccleſiae S. cultoribus,) animo grato ſuſcepturis mittimus, ſi quid melius adlatura ſit temporum tranquillitas, protinus emiſſuri. *Harl.*

ii) De illa verſione v. Acta erudit. a. 1724. p. 86. et *Brüggemann* View etc. p. 402. a quo inſuper memorantur The forty-fifth Homily of *S. Macarius*, done out of Greek. 4. ſ. a. et l. et A Homily of Macar. verſa ab *Henr. Guil. Ludolf*, in Reliquiis Ludolfianis. Lond. 1712. 12. nr. VI. *Harl.*

kk) In cod. Barocc. memor. eſt et homilia quinquageſima auctior, quam in editis, et, quae ſeptem praeterea in illo tantum cod. ſeruantur homiliae, eas referunt confector catal. codd. Angliae etc. I. pag. 30. atque *Oudin*. l. c. qui eas, quoque animaduertit, eamdem cum editis methodum, eamdemque doctrinam aſceticam continere. In catal. codd. Angliae etc. in indice quidem vol. I. et interdum in aliis quoque catalogis confuſi videntur Macarii. Nam tribuuntur *Macario Alexandrino*, *ſeniori*, *Aegyptio*, qui itidem dicatur *Abbas Nitrenſis*, qui tamen eſt iunior, cum homiliae iam laudatae, tum alia, quae breuitatis ſtudio hic ſimul paucis ex illo aliisque catalogis repetam. Reperiri igitur dicuntur in cod. *Barocc.* CXLVII. *Macarii*, *eremitae*, viſio animarum; in cod. *Oliueri Cromwelli* CCLXXVII. nr. 5. ex Palladii Lauſiaca hiſt. de Macario Alex. καὶ φίλος· — ibid. nr. CCXC, 28. ex *Macario* fragmentum exiguum. — Inter codd. *Digbaei*, nr. MDCXXXIV. et inter codd. *Bodlei.* nr. MMCCXI, 22. ac nr. MMDLXXII, 8. *Macarii* epiſtola ad filios: inter codd. *Bodlei.* nr. MMCCXXIX, 13. et *Cantabrigiae* inter codd. domus S. Petri, nr.

Macarii, Aegyptii, Homiliae in aliis [¶] bibliothecis, vt Leidensi et ex If. Vossii suppellectile,
Zz 2 et

nr. MDCCLXXVI, 15. *Mac.* epistola ad monachos; denique nr. MMMDLXXI. *Macarii* itinerarium vsque ad paradisum terrestrem, seu de vita et consuetudine eius per Theophilum, Sergium et Chiinum, monachos. — Secundum vol. II. catalogi, inter codd. eccl. cathedr. *Sarisburiensis* nr. MXLII. *Macarii* epistolae; inter codd. Vossianos nr. MMCIL. *Mac.* homiliae, (in cat. bibl. *Leidens.* p. 394. nr. LXVII. inter codd. Voss. sic citantur, *Macarii, Aegyptii,* homiliae de perfectione christiana, numero VII. περὶ τῶν ἀποιχομένων h. e. mortuorum; τῷ αὐτῷ κατηχητικός.) — *Dublini* inter codd. Narcissi archiep. nr. MCCLIV. liber theologic. (forsan Macarii, iudice confectore cat.) directiones complectens et preces christianas. — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Macarii* cuiusdam monachi, epistola ad Macarium, item *Macarii,* abbatis, dialogus de baptismo, et *Macarii,* martyris, vita ac miracula, nec non *Marcarii,* martyris et sociorum, vita, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 501. B. C. E. — Eodem teste sunt in codd. *Vatican. Macarii, abbatis,* sermones ad monachos; ad filios dei, et epistola; et *Macarii, Aegyptii,* homiliae in IV. codd. (tom. I. p. 67. *C.*) — *Florentiae* in bibl. Camaldulensium b. Mariae etc. *Macarii,* Aegyptii abbatis, epistola: (ib. p. 413. *C.* et iterum p. 430. *D.* vbi *epistolae* in illo cod. inesse dicuntur.) — inter codd. monasterii S. Audoeni *Rothomagensis, Macarii* epist. ad monachos. (ib. II. p. 1238. D.) — *Venetiis* in bibl. Marc. *Mac., monachi,* flores ex diuersis auctoribus. (ib. I. p. 474. B. sed in catal. codd. gr. Marc. desideratur illius indicium.) — Inter codd. *Escorial.* hisp. *Macarii* aliorumque patrum praeceptiones monach. (ibid. I. pag. 621. C. in catal. *Plüer.* etc. deest illius cod. notitia.) — In bibl. *Basileensi Macarii* sermo contra Arianos. (ib. I. p. 613. C.) — Venetiis in bibl. *Sčti Michaelis* prope Marian. *Macarii* excerpta in euangel. S. Matthaei, in catena gr. teste *Mittarellio* in cat. codd. illius bibl. pag. 693. — Attamen comment. ac fragmm. in catenis patrum ad Macar. *Chrysocephalum* saepe pertinere videntur. — *Taurini* in cod. LXXX. *gallico,* ep. Macarii ad monachos. v. cat. codd. *Taurin.* vol. II. p. 482. — *Parisiis* in bibl. publ. sunt secundum catal. codd. tom. III. in tribus codd. *Mac.* *sermo* ad monachos, latine (v. indic.) graece autem secundum tom. II. *Macarii Aegyptii* homiliae L. in codd. DLXXXVII. — MCLVII. — et duae in cod. MCCCLXXII. nr. 56. et 57. — *Macarii* cum angelo colloquium, in cod. CMXXIX. nr. 12. — capita ascetica in epitomen redacta, in cod. CMXVIII. nr. 2. et in cod. MDXCVIII. nr. 6. in cat. p. 370. sic citantur *Macarii, abbatis,* capita ascetica, siue additamenta ad librum I. patrum. — Opusc. de anima in cod. MMDCXV. nr. 2. ex cod. quodam vet. anglicano, a Baluzio a. 1584. descripto. — Epistola Macarii, abbatis, ad Esaiam, abbatem, in codd. CMXVI. et al. in cod. CMLXXV. — In ead. bibl. inter codd. *syriac.* in cod. CXLV. nr. 5. sententiae selectae e sermonibus *Macarii magni* et aliorum, et nr. 7. *Mac.* sermones IV. et opusc. quaedam ascetica. — In pluribus codd. bibl. *Coislinianae* nomen, loca scriptaque Macariorum occurrunt, notante *Montfauc.* in bibl. Coislin. in codd. XXXVII. - CXVII. - CXXII. - CCXXXII. in collectionib. locorum etc. (p. 111. 191. ex eius vita 198. 294.) — inter scholia ad Io. Climaci scalam; (pag. 306.) — In cod. CCLXXXII. ex historia Lausiaca vita trium Macariorum, n. *iunioris, aegyptii,* et *politici,* vtpote diuersorum, memoratur, (p. 399.) — in cod. LXXXIII. in historia monachorum Aegyptiorum, Hieronymo perperam adscripto, duorum Macariorum vitae, n. Aegyptii, et πολιτικοῦ describuntur, (p. 158. sq.) — in cod. CXCIII. ex *Macario Scetiota* quaedam. (ib. 246.) — In bibl. Laurent. Medic. *Florentiae* citantur *Macarii* loca in expositione sacror. praeceptorum in cod. IV. plut. 6. et cod. XXVI. plut. 9. (*Bandin.* catal. codd. gr. I. pag. 99. et 436.) — in collect. capp. asceticorum, cod. XXXI. plut. 10. (*Bandin.* l. c. pag. 495.) — vita Macarii, in cod. IV. plut. 6. (*Band.* I. p. 100.) — *Taurini* in bibl. regia cod. CXCV. ex *S. Macario* de perfectione spirituali capitula L. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 296. — *Vindobonae* in bibl. caesar. in cod. XLII. *Macarius, abbas Aegyptius,* citatur in catena patrum in Lucam; docente *Lambecio* in comment. III. pag. 166. — in cod. LXXVI. nr. 12. *Macarii* precatio: v. *Lambec.* ibid. p. 579. — in cod. CLVI. nr. 8. *Macarii* capp. ascetica centum. Is vocatur in hoc cod. *Mac. magnus.* Quaedam de eo tradit

et Venetiis inter libros Iulii Iustiniani, procuratoris S. Marci, sed quos, eo defuncto, in manus ignotas deuenisse testatur *Montfauconus* in Diario Italico pag. 433 sq.

Opuscula septem Ascetica I. περὶ φυλακῆς καρδίας, *de custodia cordis*, II. περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι, *de perfectione in spiritu:* III. περὶ προσευχῆς. *de oratione*, IV. περὶ ὑπομονῆς καὶ διακρίσεως, *de patientia et discretione:* V. περὶ ὑψώσεως τοῦ νοός, *de eleuatione mentis.* VI. περὶ ἀγάπης, *de caritate* et VII. περὶ ἐλευθερίας νοός, *de libertate mentis.* Haec vna cum *Apophthegmatis* quibusdam Macarii p. 243. ex codice *Francisci Turriani* primus edidit et latinam versionem suam addidit *Petrus Possinus* S. I. in thesauro ascetico ll) Paris. 1684. 4. Deinde graece et latine vna cum Macarii Homiliis recudi curauit, aliaque Apophthegmata, a *Io. Baptista Cotelerio* mm) pridem vulgata, et quae de Macario Hieronymus, Palladius et Cassianus, subiunxit laudatus *D. Io. Georgius Pritius* Lips. 1699. 8. nn) Germanice vertit edita a Possino opuscula et Apophthegmata et Homiliis Macarii subiunxit *Gotfridus Arnoldus*, addiditque Gregorii, Naz., orationem 1. siue apologeticum de fuga sua, Zenonis Veronensis sermonem de fide, S. Ephraemi sermones quatuor, S. Nili librum asceticum, et capita paraenetica 229. Sextique sententias 430. Emanuelis Phile Hymnum ad Spiritum S. et CHRISTI dicta, quae in euangelistis non reperiuntur.

Non-

tradit et plures de duobus Macariis laudat scriptores *Lambec.* IV. pag. 325. sqq. — in cod. CLXXIX. nr. 3. *Macarii, abbatis*, paraenesis, in collectione opusculor. asceticorum, et in cod. CLXXXVII. nr. 7. eiusdem narrationes duarum visionum suarum de sanctis angelis. (*Lambec.* IV. p. 418. sqq. et p. 442.) add. *Kollar.* ad Lambecii comm. I. p. 771. ex catal. italico etc. — in cod. *Naniano* Venet. CXIII. tribuitur id opusc. de suis visionibus etc. *Macario, Aegyptio*, v. catal. codd. gr. Nan. p. 230. — In cod. CCXLI. nr. 1. citatur Macarius in Io. patriarchae Antiocheni eclogis asceticis, (*Lambec.* V. p. 222 sqq. cum nota Kollarii. *Harl.*

ll) Alia, quae in thesauro illo ascetico continentur, refert *D. Thomas Ittigius* libro de bibliothecis et catenis patrum p. 360. seq. Vide et Acta eruditorum anni 1685. p. 488. seq. *Fabr.* Et de *codd.* v. ad notam superiorem. *Harl.*

mm) tom. I. monument. eccles. graecae Paris. 1677. 4. p. 524. seqq.

nn) Inscriptio est: *Macarii* — opuscula nonnulla et apophthegmata, *Io. Ge. Pritius* collegit, recudit, latinam versionem studiose emendauit, indicibusque adiectis edidit. Lips. ap. hered. I. Grossii, 1699. 8. Haec et superior homiliarum editio, vt vtraque coniunctim denuoque typis repetita videretur, nouam accepit epigraphen, *Macarii homiliae et opuscula.* Lips. 1714. 8. Sed Macarii opuscula Aesculapium suum et meliorem scripturae curam adhuc exspectare, pluribus exemplis docuit, multaque opusculorum asceticorum loca haud imperite correxit explicuitque *Io. Salom. Semler* in specimine animaduersionum in aliquot opuscula graeca Macarii, Halae Salicae 1746. 4. — Idem ibidem 1745. 4. edidit Specimen examinis critici operum, quae circumferuntur, Macarii — *Phil. Labbe* editioni suae *Glycae* annalium, (inter scriptores hist. Byzantinae,) praemisit syllabum auctorum siue editorum siue nondum editorum, a Glyca memoratorum. Inter ineditos citatur *Macarius, abbas*, ὁ μέγας Μακάριος ἐν ἀσκητικοῖς, a Glyca p. 81. laudatus. Censor scriptor. hist. Byzant. in Baumgartenii opere, Nachrichten von einer hallischen Bibl. tom. V. pag. 420. not. docet, intelligenda esse opuscula ascetica, et locum, a Glyca citatum, conuenire cum capite II. opusculi quarti, et opinatur, nomen *epistolarum* aptius videri, quam vulgatum *opusculorum* atque *homiliarum.* — Opusculum I. *de custodia cordis* est in cod. caesar. *Vindob.* CCXXXIV. nr. 15. v. *Lambec.* comm. V. pag. 151. notamque Kollarii. *Harl.*

Nonnulla Macarii *fragmenta* ex *Catenis Patrum*, vt Corderiana in Matthaeum etc. et orationes nonnullas latine *Franciscus Combefisius* Bibliothecae suae concionatoriae inseruit, qui *de his disputare*, inquit, *et an vere Macarii, senioris, illae Homiliae sint, nihilque Pelagiani furfuris inspersum habeant, nec eius quicquam laboret ἀπάθεια*, (et quod angelos animosque corporeae naturae esse homil. 3. et libro de caritate statuit,) *alterius otii sit, fereque occupauit Brasichellani diligentia in Romano indice expurgatorio, emendati quandoque a Labbeo non male, plerisque locis modeste laudati, quicquid in Labbeum invehatur Raynaudus.*

Capita Ascetica CLXX. metaphrasi illustrata a *Simeone Logotheta*, exstant MSS. in bibl. caesarea teste *Lambecio* lib. V. pag. 101. oo) Euoluisse [p] etiam illa se testatur *Allatius* de Simeonum scriptis pag. 152. Incertum, qualis liber Macarii inter alia Ascetarum scripta commendetur a *Ioanne Antiocheno* apud Cotelerium tom. I. monument. ecclesiae graecae p. 167.

II. MACARIVS iunior, *Alexandrinus*, discipulus et ipse magni Antonii, monachus, presbyter et abbas Nitriensis, qui circa a. C. 404. centenarius obiit. De eo *Io. Bollandus* 2. Ianuar. tom. I. pag. 84 seq. et *Tillemontius* tom. VII. Memor. hist. eccles. Palladius cap. 20. Lausiac. πολιτικὸν pp) dictum fuisse testatur ab vrbe nempe Alexandria, vt notat *H. Dodwellus* ad fragmentum Philippi Sidetae pag. 512. qq) a quo inter διδασκάλους siue catechetas Alexandrinos loco vndecimo nominatur Μακάριος ὁ πολιτικός. Exstat sub eius nomine *regula monastica* rr), triginta capitulis comprehensa, quam ex codice MS. Beccensi primus latine edidit illustrauitque *Petrus Rouerus*, S. I. in Historia monasterii Reomaensisis in tractu

Z z 3 Lingo-

oo) siue pag. 214 sqq. ed. Kollar. de cod. CCXL. Eadem Macarii capita, sed sine mentione Simeonis Metaphrastae, exstant etiam in cod. caesar. CCXXXIV. nr. 16.; v. *Lambec.* V. pag. 151. atque Kollar. adnotat, opusc. esse adhuc ineditum, et illud, quod *Possinus* in thes. ascet. p. 47. praemissa epigraphe, περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι, protulisset, nihil aliud esse, ac breuem huius opusculi epitomen. *Harl.*

pp) Macarii πολιτικοῦ vita, gr. in cod. CMXIV. nr. 15. bibl. publ. *Paris.* — *Macarii* et aegyptii et politici vita ex historia Lausiaca in cod. *Coislin.* CCLXXXII. — Vtriusque Macarii dicta in collectione quadam asceticorum, in cod. *Coislin.* CCXXXII. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 399. et 295. Vtriusque vita in Historia monachorum Aegyptior. in cod. *Coisl.* LXXXIII. v. *Montfauc.* l. c. pag. 158. sq. idem pag. 111. recenset cod. XXXVII. s. Niconis collectionem locorum S. S. et scriptor. ecclesiasticor. inter quos occurrit *Macarius, Alexandrinus, ad magnum Eusebium, Alexandrinum,* de quo conf. supra in vol. VII. pag. 295. a Fabricio et cel. Keilio adnotata. Add. indic. *Montfauc.* ad bibl. Coisl. vocc. *Macarius* etc. *Harl.*

qq) Est quoque translatum in *I. A. Fabr.* librum de salutari luce euangelii cap. IX. p. 188. conf. *Caueum* tom. I. p. 256. *Harl.*

rr) Hanc regulam videtur intelligere *Gennadius* cap. 10. de S. E. eamque tribuere Macario seniori, Aegyptio, signis et virtutibus claro, quem ait *vnam tantum ad iuniores professionis suae scripsisse epistolam, in qua docet, illum perfecte posse seruire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens, ad omnes semet ipsum inclinauerit labores, et luctando atque DEI auxilium aduersus omne, quod in hac vita suaue est, implorando, ad naturalem quoque perueniens puritatem, continentiam veluti naturale debitum munus obtinuerit. Fabr.* Illam autem epistolam, cuius meminit Gennadius, potuisse homilias continere, suspicatur *I. G. Walch.* H. E. pag. 1369. Add. V. D. iudicium, paullo ante ex Baumgartenii Nachrichten etc. adlatum. *Harl.*

Lingonensi Paris. 1637. 4. pag. 24. et post Rouerium *Lucas Holstenius* in codice regularum [ss]) Rom. 1631. 4. *Fabr.* Regula *Macarii, abbatis*, latine, in cod. MDLXIV. nr. 2. bibl. publ. *Parisinae.* — In cod. regio *Taurin.* gr. CLXXVII. fol. 29. *Canon Sct. metropolitae dom. Macarii iunioris, qui propriam sedem reliquit humilitatis caussa, ignorantiam simulans, atque asceticae vitae se dedit in partibus Cretae, multaque praeclara miracula vbique fecit*, etc. v. cat. codd. gr. Taur. p. 262. Num vero noster Macarius, an *Ancyranus metropolita*, an alius sit intelligendus, ii qui codicem possint comparare, decernant, sed *regulam* illam *monasticam* aeque ac sermonem *de exitu animae iustorum* etc. *I. G. Walch.* H. E. pag. 1373. cum aliis adnumerat monumentis suppositis. *Harl.*

Alia *regula* Serapionis, Macarii, Paphnutii, iunioris Macarii et aliorum 34. ex codice Affligemenensi primum edita ab *Henrico Cuicquio*, episcopo postea Ruremondensi, ad calcem Cassiani, Antwerp. 1578. 8. et deinde in codice regularum Holsteniano recusa.

Λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, sermo de exitu animae iustorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore et in quo statu manent, sub huius Macarii nomine editus est ex codice MS. bibl. Paulinae Lipsiensis a *Guilelmo Caueo* [tt]) cum interpretatione *Henrici Warthoni.* Postea [ ] veluti ineditum ex eodem Lipsiensi et duobus Viennensibus codicibus [uu]) cum versione sua vulgauit *Iacobus Tollius* [vv]) in insignibus itineris italici pag. 192. Vltraiect. 1696. 4. In alio MS. quod memorat *Lambecius* lib. VI. pag. 303. [ww]) tribuitur *Alexandro Ascetae*, Macarii scilicet discipulo. Nam in alio, quem Tollius etiam inspexit, praemittuntur verba τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο ὅτι ποτέ etc. Confer similem, licet breuiorem διήγησιν τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου apud Palladium in Lausiaca Historia pag. 69. edit. Meursii.

Fragmentum ἐκ τῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας in MStis Anonymi locis communibus asceticis, de quibus *Lambecius* lib. V. pag. 154 seq. in cod. CCLI. v. pag. 326. ed. Kollar. et de Eusebio, Alexandrino, ad init. huius II. sectionis. *Harl.*]

III. *Alii*

ss) Alia, in codice regularum Holsteniano contenta, vide in laudato B. Ittigii libro pag. 652. seq. Conf. supra, notitiam codicum, init. huius cap. *Harl.*

tt) In Hist. literaria scriptor. ecclesiasticor. ad a. C. 373. Lond. 1688. fol. Geneu. 1694. 1705. 1720. fol. Basil. 1741. fol.

uu) Scilicet cod. CCX. nr. 12. Inscriptio autem et initium est: τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου πῶς χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος etc. v. *Lambec.* comment. V. p. 49. ibique Kollarii not. — In cod. CCXXXVIII. nr. 13. est anonymi naratio de statu animarum post hanc vitam, et de S. Macario, Alexandrino. *Lambecius* l. c. pag. 208. obseruat, *Ioannem Sambucum* sua manu in margine cod. adnotasse, auctorem istius narrationis esse *S. Isaacum, Syrum, abbatem et anachoretam.* —

vv) Alia, quae in illo Tollii volumine occurrunt, vide recensita ab *Ittigio* p. 710. seq. et in Actis erud. a. 1696. p. 297.

ww) In priore Lambecii edit. cod. mem. recensio haerebat in adpendice libri VI. sed in edit. Kollarii numeratur in vol. V. pag. 628. vbi v. not. Kollar.) cod. CCCXXXVII. in quo est nr. 2. sub nomine *Alexandri*, *eremitae:* inc. τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο ἀγγέλους συνακολουθοῦντας τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ etc. Add. *Fabric.* infra lib. V. cap. 45. vol. X. pag. 473. *Harl.*

III. *Alii Macarii vltra quinquaginta.*

Macareus, siue Macarius, Aeoli filius natu minor, Cononis frater. Vide *Ouidii* Heroid. epist. XI. *Plutarchi* parallela f. 312. et Antiphanis versus apud *Athenaeum* X. pag. 444. Idem socer Lesbi, *Lesbiorum rex*, Megaclonis pater, de quo meminit Clemens in protreptico, et ex illo Arnobius IV. contra gentes. Confer *Theodorum Canterum* Var. lect. libro et capite primo. Ab hoc Lesbus Macaria dicta teste Diodoro Siculo V, 82. quo nomine venit etiam Cyprius, Cyprique opidum, Ptolemaeo memoratum et Rhodus et Arcadiae ciuitas, Pausaniae laudata, et πηγὴ μακαρία in Marathone, vt insulam Macariam, siue Fortunatam, in sinu Arabico et Macariam inter Aeones Valentiniani omittam. [Macareus Lesbis, legislator. v. supra, vol. II. pag. 34.] Praetereo quoque Macariam, Herculis filiam, quae se pro Atheniensibus deuouit, quaeque loquens inducitur ab Euripide in Heraclidis, et Macariam, vnam ex quinquaginta filiabus Danai, et Gabiniam Macariam in veteri Inscript. ap. Gruterum pag. 872. II. Macariam item martyrem, de qua Martyrologia VIII. April.

Macar, siue Macarius, a quo μακάρων insulae. Mela II. 7.

Macareus, Lyconis filius. *Apollodor.* III. 8. conditor vrbis cognominis in Arcadia. Vide *Natalem Comitem* IX. 9. Mythol.

[*] Macarius, qui cum Felice et Vero scripsit Acta Martyrum SS. Tharaci, Probi et Andronici, quae graece et latine edidit Emericus Bigotius. Latine exstant apud Baronium a. C. 290.

Macarius, qui cum Maximo et aliis scripsit Epistolas ad S. Cyprianum.

Macarius, ad quem in fide christiana confirmandum S. Athanasius misit libros duos aduersus gentes, veluti στοιχείωσιν καὶ χαρακτῆρα τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως.

Macarius, ad quem Paulinus Nolanus Epist. 36. (al. 49.)

Macarius, siue Macareus, cuius Κῳακῶν s. commentariorum de rebus Coorum librum tertium citat *Athenaeus* VI. pag. 262. et XIV. pag. 639.

Macarius, abbas, de quo *Cassianus* Collat. VII. 27. *Fabr.*

Macarius, abbas, a. C. 1146. cuius charta, qua thuribulum aureum se redditurum esse pollicetur, est in cod. latino MMMMMDCCLXIII. bibl. publ. Paris. *Harl.*

Macarius, *Aeni* episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonensi dannauitque Dioscorum.

Macarius, *Alexandrinus presbyter*, qui cum Athanasio fecit. Vide *Socratem* I. 27 seq.

Macarii duo, *diaconi Alexandrini*, qui subscripsere depositioni Arii in concilio Nicaeno.

Macarius, metropolita *Ancyranus*, saeculi XV. scriptor, de cuius opere non contemnendo MS. κατὰ τῆς τῶν Λατίνων κακοδοξίας καὶ κατὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου vide *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 866. pag. 3. 14. 159. 215. 266 seq. 296. 297. 316. 456. seq. *Lambec.* V. pag. 223. [p. 458 sqq. ed. Kollar.] Exstant et Mathusalae, monachi, ex illo

illo Macarii opere eclogae MSS. Vide *Nessel.* IV. p. 123. *Fabr.* [*De Damasceno* ex *Macario, Ancyrano,* quaedam misit Allatius ad Aubertum, Fabricio infra in vol. VIII. vet. ed. pag. 821. animaduertente. *Harl.*

Macarius, episcopus *Antiochenus,* Monotheleta, in CPolitano concilio a. C. 681. sede pulsus, cuius expositio de fide et fragmenta ex libro ad Lucam, monachum ac presbyterum Africae, et προσφωνητικῷ ad Constantinum Pogonatum, imp., leguntur in actis dictae synodi tom. VI. concil. edit. Labbei pag. 743. 906. etc. [Confer *Combefisii* historiam Monotheletarum.] Hic est, qui inter Monthelctarum antesignanos cum Honorio, papa, Sergio et aliis nominatur in epistola synodica trium patriarcharum ad Theophilum, imp., de imaginibus, inter Opera Iohannis Damasceni, tom. I. edit. nouae p. 633. *Fabr.* Conf. infra, vol. X. p. 194. sq. In definitionibus fidei orthodoxae, (quas *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 265 sq. publicauit ex cod. CCV.) Μάκαρις (sic) *Antiochenus* inter eos nominatur, quorum errores anathemate damnantur. *Harl.*

Macarius, Armenius, archiepiscopus *Antiochiae* Pisidiae, a. C. 1011. defunctus, cuius vitae Acta apud *Surium* 10. April. Huius Macarii reliquiae Gandaui, *Papebroch.* tom. I. April. p. 873. seq. *Pagi* ad a. C. 1012. nr. 7.

Macarius, presbyter *Antiochenus,* qui cum Eugenio fortiter restitit Iuliano, imp., vt ex Actis Artemii, martyris, notat *Baronius* ad a. C. 362. nr. 90.

Macarius, presbyter, *Arianis* fauens contra Athanasium et ab Eusebianis missus ad Iulium, episcopum Romae a. C. 338. Meminit Iulius in epistola ad Antiochenos, quam Athanasius apologiae suae ad Constantium, imp., inseruit.

Macarius Ἀρκάνδων episcopus, qui interfuit concilio secundo Nicaeno: quaemadmodum et Μάκαρις siue Macarius, archimandrita Bardae, Βαρδά.

Macarius, *Armenius.* Supra in Antiocheno.

[*Macarius Choniata,* cuius *thesaurus orthodoxae fidei* est inter codd. *Thomae Gale.* *Harl.*]

[Macarius metropolita Christopoleos. Cum sex aliis archiepiscopis a. C. 1346. scripsit epistolam ad Annam, imperatricem, contra Io. Calecam, tamquam Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni sectatorem et ob varia crimina, sede sua deiiciendum et e gremio sacro expellendum. Est illa epistola gr. in cod. caesareo *Vindob.* VI. nr. 11. eiusque initium finemque exscripsit *Lambec.* comment. VI. part. I. p. 58 sqq. *Harl.*]

Macarius, *Chrysocephalus,* Philadelphiae metropolita, saeculo XIV. clarus, de quo infra cap. XVII.

Macarius, patriarcha *CPol.* ab a. 1375. *Fabr.* In catalogo patriarchar. CPolit., a *Phil. Labbeo* edito in Protreptico corporis hist. Byzant. inter posteriores X. patriarchas pag. 36 sq. numeratur CXLIII. Μακάριος annos II. menses VII., dies XV. v. *Lambec.* comment. VIII. pag. 1097. *Harl.*

Macarius, patriarcha *CPol.* secundus ab a. 1573.

Macarius, *CPol. confessor* sub Leone, Armeno. Infra *Pelecetes.*

Maca-

Macarius, ὁ Κεϱβνᾶς, hieromonachus et praepositus monasterii τῶν Μαγγάνων CPoli, legatus ab imp., Iohanne Palaeologo, ad Martinum V. papam. Vide *Syluestrum Sguropulum* in hist. concilii Florentini sect. II. cap. 16. pag. 12.

Macarius, Cyrensis, (ἐν Κύϱοις) presbyter, S. Basilio memoratus epist. 403.

[Macarius Diadochus, cuius et aliorum varia in cod. *Paris.* MMCDXXVI. exstare, notauit *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. II. p. 732. *Harl.*]

Macarius, *Edessenus*, quem audiuit Lucianus, Antiochenus presbyter et martyr. saec. III.

Macarius, (aliis perperam Comarius,) *episcopus* in Aegypto, ad quem scribit Cyrillus Alex. Idem ab Alexandrina synodo missus ad Nestorium a. C. 430. Vide *Garnerium* prolegom. ad tom. II. Marii Mercatoris.

Macarius, *haereticus*, a sexta synodo in exsilium missus. Tom. III. concil. Binii pag. 492. act. I. synodi secundae Nicaenae. Vide supra in Antiocheno.

Macarius, *Heracleae* in Thracia metropolita ac deinde monachus, cuius mentio in descriptione montis Atho apud *Bernardum de Montfaucon* palaeographiae graecae libro VII. p. 480. *Fabr.* In nonnullis codd. *Coislin.* in margine manu *Macarii*, gr. adscriptum legitur, codicem bibliothecae S. Laurae in monte Atho *adpositum esse* a. C. 1218. *per monachum*, *Domnum Macarium* ex gr. in codd. VIII. LVII. CXIII. CCII. CXXIII. CXXVII. Vid. *Montfauc. bibl. Coisl.* pag. 43. 120. 186. 252. 199. et 200. Nempe Macarius illo anno libros bibliothecae S. Laurae per ordinem in pluteis collocarat. — Ad alium *Macarium*, *Monachum*, seriorem, scripsit Gregorius Palamas epistolas in codd. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 170. fin. vbi adpellatur *Hieromonachus*, et 325. Macarii, Hieromonachi, scholia mathem. v. supra, vol. IV. p. 218. *Harl.*

[Macarius, Hieromonachus et abbas monasterii insulae Patmi. Eius epp. in Martini Crusii Turcograec. v. supra in h. vol. pag. 94. — *Macarius*, ex Patmo insula, hierodiaconus, linguae vtriusque peritus etc. in monasterio Patmi, insulae, sibi et lectioni S. S. patrumque eccl. viuens, valde laudatur a *Demetrio Procopio* de eruditis gr. v. infra, vol. XI. pag. 801. sqq. *Harl.*]

Macarius, ad quem Constantini M. epistola apud *Theodoritum* lib. I. hist. cap. 17. Episcopus *Hierosol.*, ab a. C. 314. qui concilio Nicaeno interfuit, et a. C. 331. est defunctus. Vide martyrologia die 10. Martii. *Papebrochium* tom. II. Martii 34. *Sozom.* II. 20. *Fabr.* In cod. caes. *Vindobon.* LVI. nr. 2. est ex Gelasii Cyziceni libro II. historiae actorum concilii Nicaeni I. fragmentum a cap. XII. vsque ad XXIII. in eo continentur disputationes, a *Macario*, *episcopo Hierosolymitano* aliisque episcopis cum Arianis, inter quos praecipue Phaedo philosophus, palam habitae. Plura v. in *Lambecii* comment. VIII. p. 1027. sqq. Male ei a Sandio tribuitur *vita Constantini M.* v. supra, vol. VII. pag. 403. §. 18.

[Macarii, Hierosolymorum praefecti, sermo *de inuentione capitis Praecursoris*, in cod. *Taurinensi* CCCXX. fol. 411. auers. v. catal. codd. gr. Taur. p. 400. *Harl.*]

Macarius II., episcopus *Hierosol.* ab a. C. 556. ad 570. Vide *Papebrochii* tractatum praeliminar. ad tom. III. Act. Sanctor. Maii p. XXIX.

Macarius, ex homicida monachus Scetensis, Κελλίων presbyter. *Sozom.* VI. 29. Palladius Lausiac. c. 6. Niceph. XI. 36.

Macarius, episcopus *Laodiceae*, qui interfuit synodo Orientalium post concilium Ephesinum.

Iohannes Macarius, Greuelinganus Flander, Aëriensis in Artesia canonicus, Pauli Leopardi discipulus et eruditae antiquitatis strenuus scrutator, a. 1614. denatus, de cuius ineditis scriptis videndus *Valerius Andreas* in bibl. Belgica p. 505. et *Franciscus Sweertius* in Athenis Belgicis p. 445. Ex eius *Hagioglyptis*, nondum editis, locum producit *Io. Chifletius* de linteis CHRISTI sepulcralibus p. 173. Idem *Chifletius* Macarii huius Abraxan siue diss. de gemmis Basilidianis edidit Antwerp. 1657. 4.

Macarius, *Luciferianus*, cuius mentio in libello precum Faustini et Marcellini.

Macarius, *Lugdunensis*, siue *Laudunensis*, episcopus, confessor, cum S. Martino Turonensi versatus, de quo *Papebrochius* ad IV. Maii tom. I. p. 492. seq.

Macarius, *Macer*, siue *Macres*, amicus Georgii Phranzae, historici: montis Atho hieromonachus, inde CPol. protosyncellus, a. C. 1431. defunctus. De eius libro MS. aduersus Latinos, in quo processionem Spiritus S. a Filio impugnat, vide *Allat.* de consensu lib. XXII. 18. §. 11. p. 861. seq. *Fabr.* *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIII. nr. 15. plut. 74. est *Macarii Macri* descriptio imaginis magni Demetrii, quum insidiis fuisset adpetitus, et nr. 16. imago super Christi natiuitate. vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. pag. 105. — In bibl. *Bodlei.* inter codd. Guil. Laudi, nr. 720, 17. *Macarii Macre*, hieromonachi, aduersus Latinos: quod adfirmare, Spiritum S. ex filio procedere necessarium non est; sed innouatio in fide. Idem opusc. in codd. *Paris.* bibl. publ. MCCXVIII. nr. 31. et MMDCCLXII. nr. 8. — *Paris.* in cod. *Coislin.* CCCVII. in collectione homiliarum et vitarum Sanctorum per annum etc. nr. 41. Iul. 11. *Macarii Macre* de inuentione et translatione S. Euphemiae, martyris, teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 424. *Harl.*

Macarius, *Magnes*, siue Magnesiae, vt quidam volunt, episcopus, cuius fragmenta exstant in Nicephori CPol. antirrheticis MSS. Dixi de illo lib. V. cap. 1. *Fabr.* Pag. 296 sqq. vol. VII. vbi cel. *Keil* latius curatiusque egit de Macario Magnete. — Operis aduersus gentes cod. Venetum (v. Introd. m. in hist. L. Gr. II. 2. p. 358.) in Hispanias translatum esse putat *Lamius* in praef. ad antiq. *Delicias* erudit. a. 1740. p. XXIX. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CCCLXIV. nr. 3. exstat Ioannis, Antiocheni patriarchae, opus de sacris mysteriis, e variis scriptorum eccles. locis concinnatum. In illo autem occurrere *Macarii Magnetis*, auctoris hactenus inediti, fragmentum sat longum, adnotat confector catal. codd. Par. II. 50. — *Macarius Magnes* graecis scriptoribus pro veritate doctrinae Christianae adnumeratur supra in vol. VI. pag. 748. vbi quaedam obseruata sunt. *Harl.* *Magnetis* fragm. in *Gallandii* Bibl. PP. III. p. 541.

Macarii, *martyris*, vt Afer, Melitenus, Nicaenus, Syrus etc. de quibus Baron. ad martyrolog. *Fabr.* *Florentiae* in cod. Laurent. XIV. nr. 6. plut. 9. martyrium S. Donati episcopi, *Macarii*,

Macarii, presbyteri, Theodori, diaconi, vltimo supplicio adfectorum in Pothmuie. Id ex hoc cod. cum versione *Dan. Cardoni,* S. I. in actis SS. ad Maii d. XXII. tom. V. pag. 144. exscriptum editumque esse ostendit *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 410. — In vitis Sctor. m. Septembr. martyrium Eudoxii, Romalis (s. Romyli s. Romuli, Ῥωμύλȣ). Zenonis et *Macarii* in cod. *Barocc.* CCXXX. et inter codd. *Oliueri Cromwelli,* in bibl. Bodlei. nr. CCLXXXV, 7. catal. — Eorumdem martyrium, conscriptum a *Symeone Metaphraste, Vindobonae* in cod. caesar. XVI. qui continet magni menologii Graecorum menses Sept. et Octobr. nr. 10. *Lambec.* comm. VIII. pag. 504. sqq. obseruat, exstare hoc martyrium tom. V. syntagmatis *Suriani* de probatis SStorum historiis, latine, d. V. Sept. et in *Menaeis* Graecorum celebrari illorum martyrum memoriam die sexto Sept. Kollarius autem in nota addit, id opusc. graece et lat. in lucem prolatum esse ab Hagiographis ad d. V. Sept. tom. II. pag. 511. — Ibid. in cod. XI. qui continet cantica sacra in sanctos totius m. Aprilis, d. X. in martyres, Terentium, Pompeium, *Macarium* etc. eorumque socios. V. *Lambec.* commentar. VIII. pag. 208 sqq. ibique not. Kollar. — in magni menologii Graecorum m. Febr. d. 32. s. cod. XI. martyrium *Eugenii* et *Macarii,* fratrum germanorum. *Lambec.* VIII. pag. 186. vbi Kollar. in nota, „*Euthymii,* ait, et *Macarii,* martyrum, qui sub imp., Iuliano, passi sunt, memoriam celebrat ecclesia d. 20. Dec. ad quem diem exemplar hoc nostrum Bollandianis scriptoribus vsui esse poterit.“ *Harl.*

[*Macarius,* Monembasia, Peloponnesi, oriundus, qui a, C. 1548. a patriarcha CPolitano Dionysio muneri sacro archiepiscop. Proconnesi est consecratus, tradente id *Lambecio* in comment. de bibl. caesar. V. p. 383. *Harl.*]

[?] Macarius, *Monothelita.* supra in Antiocheno.

Macarius, Mutius, camers, cuius epistola ad Angelum Politianum lib. VII. epistolarum Politiani exstat, et libellus de recta poëseos ratione cum carmine de triumpho CHRISTI, Venet. 1567. et apud Posseuinum, bibl. selectae XVII. 30-32.

Macarius, siue Macareus, *Mytilenaeus,* sacrificulus Bacchi, de quo *Aelianus* XIII. 2. Var. Hist.

Macarius, *Nicomediensis,* episcopus, qui epistolae CPol. ecclesiae ad Bohemos saeculo XV. subscripsit apud *Allatium* de consensu III. 4. §. 2. [conf. infra, lib. V. c. 41. vol. X. pag. 440. XXXIII. vet. ed. inter eos qui subscripserunt synodo VIII. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 23.]

Macarius, *Origenianus,* Vide infra in Romano.

Macarius, *Pelecetes,* monasterii Hegumenus CPoli sub Leone Armeno Confessor imaginum, de quo Papebrochius ad 1. April. tom. I. p. 30-31.

Macarius, Arius, *Petrae,* in Palaestina, episcopus, ab Arianis in Africam relegatus. Vide Baronium ad a. C. 348.

Macarius, *Philadelphiae* metropolita, cognomento Chrysocephalus, de quo infra c. XVII. [p. 771. sqq. vol. VII. vet. ed.]

Macarius, *Pinnatensis,* in Arragonia monachus, qui latine scripsit Vitam SS. Voti et Felicis, eremitarum, quae exstat tom. VII. Act. Sanctor. 29. Maii, p. 61.

Macarius, ὁ πολιτικὸς, eremita, de quo in *Cotelerii* monumentis III. p. 162.

[*Macarius*, praepositus; ad eum Theodorus studites saec. VIII. et IX. plures scripsit epistolas. v. codd. Coislin. in *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 146. et saepius, et indic. ad illam, voc. *Mac. praepositus. Harl.]*

Macarius, *Prymnesiae* episcopus, qui interfuit synodo V.

Macarius, *Romanus*, monachus, cui Rufinus versionem libri Origenis περὶ ἀρχῶν et Apologiam suam pro Origene inscripsit, quemque inuectiua prima in Hieron. testatur *opuscula aduersus fatum et Mathesin* scripsisse. Librum aduersus mathematicos [h. e. astrologos iudiciarios] memorat etiam *Gennadius* cap. 28. de script. eccles. *in quo,* inquit, *labore orientalium quaesiuit solatia scripturarum.* Pro *solatia* forte legendum *solutiones.* At per orientales scripturas intelligere videtur *Gennadius* scripta Rufini, qui tum in oriente versabatur xx). Vnde *Hieronymus* Apologia 2. in Rufin. de hoc Macario loquens: *Ergo nisi de oriente venisses, eruditissimus vir haereret adhuc inter mathematicos.* Hic est *Hieronymo* epist. 16. memoratus Rufini discipulus ὄλβιος. Confer *Baron.* ad martyrolog. 2. Ianuar.

Alius Macrius, *Romanus*, de quo *Palladius* cap. 36. extremo, [et Fontanin. modo in not. citatus.] Graeci Menolog. [?] 23. Octobr. et in vitis patrum Theophilus quidam, sed qui minus, vt ait Baronius, probetur. *Fabr.*

[Alius forsan *Macarius*, *Romanus*, *eremita,* cuius vita exstat *Paris.* in bibl. publ. in cod. latino MMDCXXVIII. nr. 42. (cat. codd. Par. tom. III. pag. 306.) et in cod. *Laudi* LXIX. siue nr. 1106. cat. bibl. Bodlei.

Macarius T.tus contra Manichaeos. Loca ex eo in Nicetae collectione interpretationum varr. in Lucam, notante *Montfauc.* in bibl. Coislin. cod. CCI. p. 251. *Harl.]*

Diuer-

xx) Conf. *I. A. Fabricii* bibl. lat. med. et infim. latinit. tom. V. p. 2. ed. Mansi. Praecipue *Iustus Fontaninus* in historia litter. Aquileiensi, libr. V. cap. 1. pag. 201. sqq. multus est de hoc Macario, qui Sanctis adnumeratur apud Bollandum tom. I. Ian. p. 90. Fontanin. tamen in loco Gennadii *orientales scripturas* intelligit de scriptis Origenis et Pamphili: in fine autem §. 11. postquam vim voc. *mathematici*, h. e. astrologi, docuerat, „in istiusmodi, ait, homines, falsi adsertores, scribenti Macario suppetias tulit Rufinus *labore orientalium scripturarum*, vt ait Gennadius, nempe latina interpretatione apologiae Seu Pamphili pro Origene et huius opere de Principiis.“ Hinc coniecturae Fabricii, *solutiones*, robur additum, tum ex hac interpretatione, tum inprimis ex alio Hieronymi loco in apologet. II. a Fontanino excitato: *tua nauis*, (n. quae Rufinum aduexerat, in somniis a Macario visa,) *romanae vrbi re.. latione promissa, aliud pollicetur, et aliud soluit. Mathematicorum venerat soluere quaestiones, et soluit fidem christianorum,* add. pag. 213. Idem Fontan. pag. 202. explicat locum *Palladii* in hist. Lausiaca cap. 124. vbi *Macarius* dicitur *ex Vicario*, h. e. vicaria praefectura, defunctus, monetque, *Macarium* hunc, nomine licet, non diuersum esse ab eo, cui scribit epistolam S. Paulinus Nolanus. *Harl.*

Diuerfus, ni fallor., ab his duobus Macarius, *Romanus*, qui nudus et villofus pingitur in ephemeridibus graeco Ruthenis 19. Ianuar. vna cum Macario, Aegyptio, qui male ibi dicitur epifcopus. Vide ante tom. I. Act. Sanctor. Maii pag. 12. feq.

Alius, Macarius, *diaconus romanus*, legatus miffus a Gelafio, epifcopo Rom. ad epifcopos Dardaniae et Illyrici. Vide *Gelafii* epift. 8.

Macarius, *Sardicenfis* epifcopus, qui cum aliis Syriae epifcopis Neftorium monuit, vt ab ecclefia turbanda defifteret, in epiftola, quae legitur in Actis fynodi Ephefinae lib. I. cap. 31.

Macarius, *Scotus*, abbas primus Herbipolitanus in Franconia circa a. C. 1139. qui fcripfit de laude martyrum, vt ex Eifengrinio notat Poffeuinus. Eiusdem fententiam de anima oppugnauit libro de anima [yy]) inedito Bertramnus, fiue Ratramnus.

Q. *Trebellius* Macareus in veteri infcriptione apud Gruterum p. 955. 9.

Macarius, a Conftante, imp., in Africam miffus ad *vniendos* cum catholicis Donatiftas, de quo multa viri docti ad Optatum. Ab eodem Macario dicta tempora Macariana, et Macariani pro catholicis chriftianis.

Aliorum praeterea Macariorum quorumdam meminit *Vrbanus Gotfrid Siberus*, ecclefiaftes Lipfienfis, in epiftola [zz]) a. 1710. edita ad D. Gleichenium, in qua praeterea occurrent tibi Macarius, conful Rom. fictitius, Macarius presbyter, a Mabillonio confictus, Macarius Nouato Sabbatianus, et Macarius, monachus, apud Balfamonem. [*Macarii* Alex. Opufcula leguntur in Gallandii B. PP. VII. p. 237. Aegyptii ib. p. 3. fq. et alterius *Macarii* Regula ad monachos p. 243 fq. *B.*]

IV. AMPHILOCHIVS, Cappadox, Bafilio M., et Gregorio, Naz., familiaris ac vehementer laudatus, e monacho epifcopus Iconii, Lycaoniae metropolis, Arianorum ftrenuus aduerfarius, atque Theodofio Magno [a]), dum filium eius infalutatum praeterit, et quomodo fimiliter [P] DEVS, pater, honore Chrifto denegato offendatur, demonftrat, auctor fuit, vt edictum [b]) aduerfus coetus Arianorum promulgaret, quod, a. C. 381. datum, exftat in codice Theodofiano lib. XVI. tit. 1. qui eft de fide catholica lege 3. tom. VI. p. 9. Eodem anno interfuit concilio CPol. quo Macedonius damnatus eft. Praefuit deinde a. C. 383. fynodo Sidenfi aduerfus Meffalianos, (qui etiam Enthufiaftae, Euchitae et Adelphiani,) tefte *Photio* cod. LII. Eos fcripto etiam omnium optime, (fed quod intercidit,) confutaffe narrat Theodoritus IV. cap. antepenultimo haereticarum fabularum. Denique interfuit fynodo CPolitanae [c]) a. C. 394. in qua Bagadius in epifcopatu Boftrenfi confirmatus eft, qui in iure graeco

yy) Vide *Georgium Mackenzie* in vitis fcriptorum Scotorum, anglice editis Edinburgi 1708. tom. I. p. 59.

zz) Vnfchuldige Nachrichten a. 1710. p. 316.

a) Quamquam *Sozomenus* VII. 6. Amphilochium illum ignobilis oppidi epifcopum et in rerum vfu parum exercitatum vocat, quae Valefius putat Amphilochio noftro male conuenire: tamen ad Iconienfem epifcopum hoc diferte refert non modo *Nicephorus* XII. 9. Metaphraftes, Menaea aliique iuniores, fed etiam *Theodoretus* V. 16. Hift.

b) Meminit illius edicti praeter alios *Pacumans* XI. 5. cuius locus addendus teftimoniis, quae Amphilochio fuo praemifit Combefifius.

c) De illa fynodo *Lambec.* VIII. p. 406. 445. [p. 860. Kollar.] concilia Labbei tom. II. p. 1151. canones concilior. cum notis Zonarae pag. 525. Balfamonis p. 761.

graeco romano pag. 247. male Γαβάδιος. Proximo anno diem obiisse viri docti suspicantur. Ad summam senectutem prouectum referunt martyrologia et menologia, qui eius memoriam celebrant die 23. Nouembr. Vita Amphilochii, quam ex regis Galliae cod. XCII. sub Metaphrastae nomine vulgauit [d]) graece et latine cum notis Combefisius, quae incipit ἦν τις μοναχὸς ἀνὴρ, est scriptoris, metaphraste antiquioris, vt ipse Combefisius deinde in bibl. Concionatoria agnouit, testatus, se Amphilochii vitam, cultiore oratione compositam, nactum, quae incipit: καὶ τί τῶν καλῶν ἔςαι τις. Memorat *Allatius* etiam aliam incerti scriptoris, quae incipit: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. De Amphilochio ipso adcurate, vt solet, *Tillemontius* tom. IX. memoriar. hist. eccles. pag. 616. sq. *Fabr.* Add. *G. Caue* hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 251. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. II. p. 233. Is, dum putabat, sequutus Gregor. Nazianz. ep. 19. 106. et 160, Amphilochium iuuenem fuisse caussarum patronum, refutatus est a *Basnage* in Annal. polit. eccles. III. pag. 145. a. Hic enim ostendit illum Amphilochium a Gregorio Nazianz. memoratum, fuisse diuersum ab Amphil. Iconiensi. *Nath. Lardner* in Credibility of the Gospel History, part. II. vol. IX. cap. 99. p. 142 sqq. *Cas. Oudinus* comm. de SS. eccl. tom. II. p. 216 sqq. *R. Ceiller.* hist. gen. des Aut. eccl. tom. VII. p. 307. *I. G. Walchius* H. E. noui test. p. 1360. *G. Stollii* Nachricht von den Kirchenvät. pag. 434 sqq. qui, vti etiam *Hamberger* in Z. N. II. pag. 868 sqq. et *Saxius* in Onom. I. pag. 440 sq. plures adhuc indicant scriptores, a quibus de Amphilochio agitur. Vita Amphil. citatur in Euergetino, s. cod. *Naniano* CXLVIII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 340. *Harl.*

Plurima et egregia quum scripserit Amphilochius; tantum non omnia interciderunt. Certe praestantissima, vt de Spiritu S. Deo [e]) adorando, et aduersus Massalianos, Arianos et Commentarii in Esaiam, aliaque multa desiderantur; quae, a *Caueo* satis diligenter enarrata, non repetam; tantum addam, quod *Facundus* XI. 3. praeter alia actis concilii Chalcedonensis et a Theodoreto similiter citata laudat etiam Amphil. in illud Ioh. XX. 17. *adscendo ad patrem meum et ad patrem vestrum.* Quae vero exstant sub Amphilochii nomine in editione [*] *Francisci Combefisii*, quam cum Methodii, Patarensis et Andreae, Cretensis, scriptis graece et latine

d) Latine, sed maiore verborum fluxu apud *Lipomannum* tomo V. Aiunt etiam, extare apud Surium 23. Nou. Sed in edit. a. 1581. quae mihi iam ad manus est, desideratur. *Fabr.* Quaedam in illa vita redolere fabulas, viri docti clare docent. Vid. *du Pin*, *Basnage* et *Stolle* ll. citt. In pluribus bibl. publicae *Paris.* codd. est vita Amphilochii, sed vtplurimum in catal. tom. II. nude indicata. DLXXIX, nr. 3. — DLXXX, nr. 3. — MXXI, nr. 7. — MCXCV, nr. 39. — MCDLXXXII, nr. 8. — MDXLV, nr. 7. — MDXLIX, nr. 20. et MDLIV, nr. 1. vbi inc. Καί τι τῶν καλῶν ἔςαι. — Sub nomine *Symeonis Metaphrastae* vita Amphilochii in aliis quatuor codd. Paris. reperitur, n. DCXCIII. nr. 4. — MDXIII. nr. 3. — MDXXV. nr. 19. — MDXXX. nr. 5. — In cod. *Coislin.* LXXI. de quo vide *Montfaucon.* bibl. Coisl. p. 131. etc. *Harl.*

e) In *Reiseri* catal. MSSt. August. Vindel. pag. 20. citatur cod. qui continet *ad Amphilochium Icon. de Spiritu Scto*, et pag. 22. Dionysii Areopag. Athanasii, Basilii M. *Amphilochii* et aliorum *contra Arianos*, — pag. 28. *Amphil.* aduersus Arianos sermo. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XI. nr. 2. plut. 60. excerpta de Trinitate et Spiritu Scto ex Script. S. *Amphilochio* multisque aliis, teste *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 600. *Harl.*

latine vulgauit Parif. 1644. fol. f) haec funt, exceptis homiliis quibusdam, magnam partem fufpecta, et iunioris, vt videntur, fcriptoris:

1. Εἰς τὰ Γενέθλια *in Natalitia Chrifti*, pag. 1. Incipit: ὁ μὲν πνευματικὸς ἄτος. Occurrit etiam perinde, vt ceterae, quas deinceps memorabo, Amphilochii homiliae latine in bibl. Patrum Lugdunenf. tom. V. et in bibl. concionatoria Combefifii, qui eam ait fe accepiffe a *Iohanne Auberto*, qui, Amphilochii editionem pridem meditatus, e regio codice eum fermonem defcripferat. *Fabr.* In cod. bibl. *Parif.* MCLXXIII. nr. 17. — *Romae* in bibl. patrum S. Bafilii cod. LXIX. *Amphil.* fermones, tefte *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. pag. 198. E. — Sermo quidam in cod. Laudi bibl. Bodlei nr. 726, 5. In cod. *Efcorial.* afcetici fermones tefte *Pliiero* itiner. per Hifp. p. 156. *Harl.*

2. Εἰς τὴν ὀκταήμερον περιτομήν, *in circumcifionem, ac breuis S. Bafilii laudatio.* p. 10. Incipit: σκιὰν μὲν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Non Amphilochii, fed incerti auctoris videri, Combefifius ipfe in bibl. concionatoria agnofcit. *Fabr.* In cod. Laurent. *Florent.* IV. nr. 30. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 522. — in cod. *Parif.* bibl. publ. DCCCXIX. nr. 21. Latine apud. *Surium* 1. Ian. fub Metaphraftae nomine. *Harl.*

3. Εἰς τὴν ὑπαπαντήν. *De occurfu D. N. Iefu Chrifti, deque Deipara et de Anna ac Simeone*, pag. 23. Incipit: Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων. Prodierat ad calcem Theophylacti in acta g), cum *Laur. Sifanii* interpretatione Colon. 1568. fol. et in Auctario bibl. patrum Parif. 1624. tom. II. pag. 837. et tom. XIII. edit. 1654. Latine etiam in bibl. patrum Colonienfi tom. IV. atque ex alia interpretatione in tom. V. Aloyfii Lippomanni, et apud Surium, 2. Februar. *Fabr.* In codd. *Augufl.* Vindel. fecundum *Reiferi* catal. p. 8. 24. 28. — *Vindobonae* in bibl.caefar. cod. XI. nr. 6. et XXXVIII. nr. 2. (*Lambec.* VIII. pag. 155. et 815.) — *Monachii* in bibl. Bauar. cod. VIII. et CXIV. — in cod. autem LXXXIII. variae homiliae Amphilochii et aliorum de diuerfis argumentis (catal. codd. gr. p. 3. 44. et 32.) — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 13. plut. 7. et cod. XXXI. nr. 7. plut. 9. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 278. et 442.) — In cod. *Coislin.* CXXI. nr. 29. et CCLXXIV. (*Montfauc.* bibl. Coisl. p. 196. et 388.) — *Parif.* in octo codd. bibl. publ. et in quatuor codd. orat. *in praefentationem*, et in cod MCLXXII. or. in *purificationem.* v. ind. catal. codd. Parif. voc. *Amphil.* In bibl. *Bodlei.* orat. in occurfum domini etc. in cod. Barocc. CLXXX. inc. πολλοὶ τὸ συνεχὲς τῶν μεγάλων. — inter codd. Cromwell. nr. CCLXXXIII, 9. or. *in occurfum.* Inc. πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσι. — et in cod. Bodlei. nr. MMD, 30. — or. *in occurfum* etc. *Taurini* in bibl. regia cod. LXX. fol. 364. — cod. CXXXV. fol. 77. — et cod. CCCXVI. fol. 28. — or. *in deiparam, Annam et Simeonem,* in codd. LV. et XCII. vid. cat. codd. gr. Taur. p 167. 232. 405. 157 et 184. — in cod. *Naniano* CXL. nr. 18. et CXLII. nr. 20. v. cat. Nan. codd. gr. p. 324. et 331. — et p. 357. de cod. CLVI. nr. 17. — p. 358. de cod. CLVII. nr. 4. — In cod. *Efcorial.* tefte *Pliiero* l. c. p. 156. *Harl.*

4. Εἰς

f) Conf. *Clement* bibl. curieufe hiftor. I. pag. 282. fq. *Harl.* [Opera et fragmenta A. in *Gallandii* Bibl. PP. t. VI. p. 465. cum eiusd. Prolegg. *B.*]

g) Confer B. *Ittigium* de bibliothecis patrum pag. 773.

4. Εἰς ἁγίαν Θεοτόκον, *in S. Deiparam et Simeonem*, p. 36. Incipit: Προφητικῶς ἡμῖν καὶ τήμερον. Hanc ex Sirmondi apographo sub Amphilochii nomine edidit, sed deinde *Tito dato*, Ancyrano, vindicat post Allatium Combefisius, ipse auctoritate Nicephori, CPol., atque ex emendatiore codice Mazariniano noua donatam versione exhibet in bibl. concionatoria. Nominetenus pag. 45. auctor meminit δυσωνύμε Νεςορίε καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων αὐτῦ. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CV. nr. 33. teste *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 179. — Eadem or. et oratio in quatriduanum Lazarum, in bibl. Sfortiana, v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSSt. I. p. 702. *E.* — adde ad nr. 3. et infra, vol. IX. p. 270. V. vet. ed. *Harl.*

5. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον, *in Lazarum quatriduanum* p. 57. Incipit: Φέρε πάλιν εἰς μέσον τὸν Εὐαγγελιςὴν Ἰωάννην. Hanc quoque, a Io. Auberto ex regio codice descriptam Combefisius accepit. *Fabr. Paris.* in codd. bibl. publ. MCLXXIII. et in adpend. iterum cod. MCLXXIII. in catal. Paris. codd. tom. II. — de cod. *Sfortiano* v. ad nr. antecedent. *Harl.*

6. Εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλὸν, *in mulierem peccatricem, quae vnxit dominum, et in Pharisaeum*, habita in magna quarta feria. pag. 64. Incipit: Ἱκανῶς ἡμᾶς πρώην. Ex apographo Sirmondi. Inter Chrysostomi dubia ediderat *Sauilius* tom. VII. p. 376. *Fabr.* In quinque codd. bibl. publ. *Paris.* in cat. codd. memorati tomo II. indicatis. v. indic. — Secundum catal. codd. Angliae etc. I. in cod. *Barocc.* CXCIX. — in tom. II. inter codd. *Wheleri*, nr. MMMMMMMMMLXXXVIII. — *Venet.* in cod. bibl. Marc. DLXXIII. v. cat. codd. Marc. gr. pag. 300. *Harl.*

[†] 7. Εἰς τὴν ἡμέραν τῦ ἁγίε Σαββάτε. *In diem magni Sabbati.* p. 86. Incipit: Ἐπιτάφιον ἑορτὴν τῦ Σωτῆρος. Primus graece ex MS. Thuanae bibl. cum versione sua vulgauerat *Petrus Pantinus*, Tiletanus, decanus Bruxellensis, Antwerp. 1598. 8. additam tribus homiliis SS. Methodii, Athanasii, et Chrysostomi. Exstat et ex Pantini versione in Bibliothecae patrum Coloniensis tomo IV. et in supplemento Parisiensi a. 1639. tom. I. pag. 726. ne de Lugdunensi dicam, in qua et ceterae homiliae ex Combefisii editione latine exstant tom. V. Combefisius cum regio codice [h]) contulit. Verterat et *Achilles Statius*, Louan. 1551.

8. Περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι ὖ χρὴ ἀπογινώσκειν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. *De poenitentia, et quod de sua ipsius salute non sit desperandum.* p. 91. Incipit: Τί ὅτι ἐνταῦθα παραγενόμενοι ὦ υἱοὶ τῆς ἀληθείας [i]); Stilo humiliore nimisque abhorrente scripta, iudice Com-

h) In catal. codd. *Paris.* numeratur cod. MCLXXIII. (in quo plures Amphilochii homiliae exstant,) nr. 71. — Hom. in *salutationem ab angelo factam* vidit *Gerh. Vossius.* Conf. infra, inter Sctorum elogia, vol. IX. p. 114. — *Amphilochii* in sabbatum sanctum Oratio, gr. et lat. progr. *Henr. Phil. Conr. Hencke*, Helmstad. 1782. 4. praecedit narratio de vita et scriptis Amphilochii. Textus orationis ex rec. Combefisii est nonnullis locis immutatus; versioque noua substituta, additis animaduersionu. tam criticis, quam exegeticis. Conf. *Doderlein.* theolog. biblioth. tom. II. p. 555. *Harl.*

i) Exstat in bibl. publ. *Paris.* MCCCLXXII. nr. 44. *Harl.*

Combefisio in bibl. concionatoria. Episcopum auctor se profitetur p. 99. verum Amphilochius ille haud fuerit; sed aliquis, qui scripsit post controuersiam motam de cultu imaginum, ad quam adstruendam quaedam narratiunculae inferuntur pag. 103. seq. et pag. 92. diserte: *ἄλλες περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐκθηρεῖ ὁ κατάρατος.* In versione Combefisii visa sunt legenti mihi ac conferenti cum graecis emendanda quaedam, vt pag. 99. *Εἰ γὰρ καὶ ἁμαρτωλοὶ ἡμεῖς οἱ ἀρχιερεῖς χρηματίζομεν, ἀλλὰ φαιδροτάτως τὴν κλεῖδα τῦ παραδείσυ εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἐνέβαλε Χριςὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν*, perperam *φαιδροτάτως* redditur *laetissime*, pro, *perspicue* ac *manifesto*, vt p. 100. *διαπρέψαντες φαιδρότατα, qui clarissime eniteurunt.* Verba pag. 101. *Ἡνίκα δὲ εἶχε φοβερὰς ποιῆσαι τὰς συνθήκας*, reddenda erant: *Quum vero tremendum hoc pactum debuisset seruare,* non, vt Combefisius: *postquam autem tremenda pacta fecisset.* Pag. 107. vbi *ἀπὸ τῆς βίβλυ τῶν Πατέρων* narratiuncula ingeritur, verba *ὥςε μετριάζειν μετὰ ἀκάθαρτα πνεύματα*, innuit senem illum, de quo ibi sermo est, *haud moueri solitum immundorum spirituum conspectu*, qualis ibi memoratur vnus nomine *ζερέβερ*, esformato, vt suspicor, ab appellatione *Cerberi,* canis decantati poetarum fabellis. Conferendum cum hac homilia scriptum, a Possino editum, de non desperando, de quo infra nr. XIII.

9. *Iambi ad Seleucum* [k]), praecepta morum et doctrinae, atque librorum sacrae scripturae enumerationem complexi, p. 117. cum [!] metaphrasi latina iambica *Ioachimi Zehneri,* Superintendentis Schleusingensis, quem Combefisius Zechnerum, et in notis p. 250. *nouae ecclesiae alumnum* adpellat. Ediderat autem Zehnerus sub Amphilochii nomine Schleusingae 1609. 8. [l]) Sunt versus CCCXXXIII. quos ipse in calce adnumerat, atque per tres hecatontades,

k) Huius Seleuci matertera Olympias, ad quam exstat Greg. Nazianzeni paraeneticus. tom. II. pag. 152.

l) Add. *Amphilochii* de recta studiorum ac vitae ratione epistola ad Seleucum, gr. et lat. cum notis *Conr. Rittershusii.* Altdorf. 1644. 8. v. *Menkenii* catal. I. p. 56. nr. 578. et *Chr. Gottl. Schwarzii* cat. p. 97. 1640. Hanc edit. ignorasse videtur *Willius:* nam in Nürnberg. Gelehrt. Lexic. III. pag. 362. citauit tantum, nescio quem sequutus, *Rittershusii notas in epist. Amphil. ad Seleucum*, sine die et consule. — *S. Amphilochii*, episcopi Iconens. Cappadociae, mortui a. CCCLXXXV. epistola ad Seleucum de recta studiorum ac vitae ratione, versibus iambicis scripta, graeco latina. Interprete et editore a. CIƆIƆCLXXXXV. *Antonio Wernero Cunone,* polyhistore olim et rectore Magdeburg. cum notationibus Iac. Billii et Franc. Combefisii. Addito *Gregorii Nazianz.* carmine XXXIII. de libris biblicis. Recusa pro recitationibus publicis D. *Io. Balt. Bernholdi*, P. P. Altorphii 1740. 8. Bernholdus neque praefationem, neque adnotatt. addidit: saltem bene fecisset, si de Cunonis edit. cuius equidem notitiam non alibi inueni, quaedam scripsisset curatius. — In codd. frequenter occurrit illa epistola. — *Paris.* in bibl. publ. sunt *versus de libris V. et N. T.* in octo codd. msst. v. indic. ad tom. II. catal. codd. Paris. — In codd. *Coislin.* XXXV. et LVI. fin. *Amphil. iambi.* v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 102. et 120. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. II. nr. 61. plut. 7. sunt vero 340. versus, teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 201. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CV. fol. 252. ex *Amphil.* iambis in Seleucum. v. cat. codd. gr. Taur. p. 197. — In bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* CLXXXV. iambi, et CLVIII. ep. ad Seleucum. — inter codd. *Th. Gale,* tom. II. cat. codd. Angliae etc. nr. MMCMV. fin. — *Dublini* inter codd. colleg. S. Trinit. nr. CDXXVIII. excerpta ex Amphil. iambis et scholiis, ex ed. Zehneri. — *Vindobonae* in cod. caesar. CI. nr. 99. ep. ad Seleucum: *Lambec.* comm. IV. p. 16 sqq animaduertit, in duobus scholiis, ad illam ep recen

tales, decadesque totidem ac monades ad S. Trinitatem respexisse se innuit. *Iac. Billius* Nazianzeno vindicare mauult in obseruationibus sacris, atque inter Nazianzeni Opera donavit noua metaphrasi ediditque, quemadmodum occurrit quoque in editione graecolatina Nazianzeni tom. II pag. 190. Nimirum reperit in MS. codice vetus scholion: *καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι τοῦ Θεολόγου τυγχάνειν φρενὸς, ὡς παρὰ Ἀμφιλοχίου γραφέντα*, quasi sub Amphilochii persona hoc composuerit carmen Nazianzenus, perinde vt ad Nicobulum scripsit ex persona Nicobuli, filii. *Sunt nihilominus*, inquit Combefisius, *haec leuiora, quam vt fidem codicum, vindicantium Amphilochio, eleuent. Primum enim minus quadraut hic posita de libris canonicis, cum iis, quae habet de iis theologus, carmine de iisdem pag. 98. edit. Paris. vbi absolute pronunciat de Pauli epistolis et septem catholicis, nulla mentione libri Esther aut Apocalypsis. Tum quia videntur hi iambi non ita accedere ad cothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochii venam, ac nonnihil licentius decurrere, et stilo orationi solutae propinquiori, - - - et quid vetat, vt theologo aequalis isque ipse omni scientiarum genere exsultans ac plane vir ἐλλογιμώτατος, etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel et iterum scripsisse probant, quae eius producimus fragmenta. Nec est simile in aliis aliatis, in quibus [illegible] palam est assumta persona. Etiam Balsamon habet vt Amphilochii, p. 1080. edit. Paris. pariterque Damascenus in elementis in codice eminentiss. Rupifucaldii.* Conradi Rittershusii notas, a quo illustratos Amphilochii iambos ad Seleucum refert Hendreichius, haud vidi. [Sed v. notam antecedentem.]

10. Ῥήσεις καὶ ἐκλογαὶ, *sententiae et fragmenta Amphilochii*, collecta a Combefisio ex scripto, *ad Seleucum, Traiani, praetoris, nepotem* pag. 136. 144. seq. et 153.

Ex sermone in illud: Marc. XIII. 32. *de die illa et hora*, in quem locum duo συντάγματα composuisse pag. 138. traditur.

In illud: IEsus autem proficiebat sapientia *Luc.* II. 52. p. 139. et in loca *Ioh.* II. 19. soluite templum hoc, *et Ioh.* XVI. 14. de meo accipiet. Haec fragmenta petita ex collectione Barlaami MS. in regio codice. *Fabr.* In catena patrum in Lucam, in cod. caesareo XLII. — in cod. LXXVII. nr. 58. sunt *Amphilochii* ex commentario in euangel. S. Ioannis, et aliorum patrum testimonia de duabus in Christo naturis, v. *Lambec.* III. p. 165. et 396. — Per hanc occasionem alios, in quibus quaedam Amphilochii citantur, codd. indicabo. *Mosquae* in cod. XIII. qui continet variorum scripta contra Latinos, teste *Matthaei* in notitia codd. Mosq. pag.

recentiori manu exaratis, adscribi eam Gregorio, Nazianz. Sed Lambecius, scholia illa et Billii opinionem refutans, Amphilochio vindicat versus: secus tamen sentit *Kollar.* in nota A. et cum *Oudin.* l. c. II. p. 223. Caueo aliisque abiudicat eos Amphilochio. — In cod. XVIII. nr. 4. ex *Amphilochii* iambis, in variis patrum fragmentis canonicis. (*Lambec.* VI. part. 1. pag. 129. sq.) — fragmentum in cod. XLIV. nr. 39. et XLV. nr. 28. (*Lambec.* VIII. pag. 896. et 914.) — fragm. in cod. XII. nr. 13. et XLV. nr. 15. v. *Kollar.* in Supplem. ad Lambec. pag. 112. et 320. — In cod. *Escorial.* *Amphil.* quinam libri V. et N. T. legendi sunt! ad Seleucum, cum comment. Balsamonis, teste *Plüer.* in itiner. per Hisp. p. 156. — Ex iambis Amphil. in *Beueregii* synodico II. part. I. p. 179. Oxon. 1672. *Harl.*

p. 21. et 22. — In codd. *Coislinianis* CIX. in collectione afceticorum; CCI. in Nicetae collectione interpretationum varr. in euangelium S. Lucae; — CCLXXVI. et CCXCIV. in eclogis, a parallelis Damafceni diuerfis. v. *Montfauc*. bibl. Coisl. p. 192. 251. 390. 412. — In cod. quodam *Parif.* tefte eodem in bibl. biblioth. MSSt. II. p. 1032. *A.* — inter codd. *Th. Gale*, nr. MMMMMMCMXIV. cat. codd. Angliae etc. II. p. 187. — *Florentiae* in codd. Laurent. XXIV. nr. 2. in Nicetae Chon. thefauro orthod. fidei, ex Amphilochio, *ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς*, (etiam in cod. IX. nr. 36. plut. 9.) tum *ἐκ τοῦ κατ' Ἀρειανῶν λόγου*, et ex homilia in locum, *ὁ ἀποστείλας με πατὴρ, μείζων μου ἐστίν.* — in cod. XV. plut. 7. fiue collectione fententiarum. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 432. 400. et 253. — Verfus in Amphilochium in cod. X. nr. 51. et 52. v. *Bandin.* I. p. 27. et 400. *Harl.*

[?] *Ex libro, περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.* pag. 143. feruata fragmenta in actis concilii Ephefini et Chalcedonenfis, et a Cyrillo Alex. in libro priore ad reginas de recta fide. [v. infra, vol. VIII. p. 567. XV. vet. ed. *Harl.*]

Ex fermonibus in Ioh. XIV. 28. *pater maior me eft.* et V. 19. *Non poteft filius facere ex fe quicquam.* et V. 25. *Amen dico vobis* et Matth. XXVI. 36. *Pater, fi poffibile eft.* pag. 145. fqq. fragmenta, quae feruauit *Theodoretus* in dialogis m), et Anaftafius in hodego pag. 164.

Ex libro contra Arianos, et *λόγῳ de filio* pag. 150. idem Theodoretus. Alia fragmenta ex catena in Ioh. et Anaftafii hodego cap. 10.

In illud Prou. VIII. dominus creauit me, p. 152. Damafcenus in elementis MSS.

Ex epiftola ad Suadrenfes, πρὸς τοὺς ἐν Σούδροις περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. p. 154. id.

In Efaiam. id. p. 154. id.

Ex epiftola dogmatica ad Pancharium, diaconum Sidenfem. pag. 153. b.

Ex Amphilochio, *περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν παρὰ αἱρετικοῖς*, p. 154 b. feruatum fragmentum in VII. fynodo, actione V.

11. *Εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου*, *vita et miracula S. Bafilii, Caefarienfis archiepifcopi*, pag. 155 — 225. Incipit: *Ἀγαπητοὶ, οὐκ ἦν ἀπεικός.* Auctor non Amphilochius; fed alius longe iunior. Haec vita, Sigeberto Gemblacenfi memorata, legitur latine ex verfione *Combefifii* etiam in Actis fanctorum tom. II. Iunii p. 936. feqq. n) cum Francifci Baërtii animaduerfionibus, quibus, fuppofitam eam effe Amphilochio, oftenditur, quod agnouere etiam Baronius, Bellarminus, Poffeuinus, Tillemontius, Lambecius, Elias du Pin, aliique. Ante Combefifium latine verterat *Vrfus* o), romanae ecclefiae

Bbb 2

m) v. fupra in Theodoreto, §. 15. *Harl.*

n) Vbi Hagiographi, eam falfo tribui Amphilochio, late docuerunt. v. *Kollar.* ad Lambec. VIII. p. 775. et p. 787. et *Lambec.* p. 787. fq. *H.*

o) Combefifius praeter illam Vrfi etiam aliam antiquam verfionem femibarbaram memorat pag. 256. *Fabr.* Exftat ap. Surium 1. Ian. ex vet. interpolata verfione *Eucimii*, cuius meminit Aeneas Parif. contra Graecos qu. 2. *Harl.*

ſiae ſubdiaconus, ſaeculo nono ad finem vergente, Anaſtaſii bibliothecarii temporibus clarus, de quo eadem Acta ſanctorum conſuli poſſunt pag. 937. Illa *Vrſi* verſio cum praemiſſa interpretis praefatione exſtat in *Heriberti Rosweidi* vitis patrum pag. 116. ſeq. Dubitauit de γνησιότητι huius ſcripti iam pridem *Michael Glycas* pag. 80. Annal. aliquid referens ἐκ τῶν ἁγίου Βασιλείου θαυμάτων, ἅπερ ὁ μέγας Ἀμφιλόχιος γραφῇ παραδοῦναι λέγεται. Caput XIII. huius vitae eſt *comparatio Baſilii M. et Ephraemi, Syri,* quae ſub Amphilochii nomine latine legitur ex Gerh. Voſſii verſione ante Ephraemi opera [p]): et caput XV. quae ex eiusdem Voſſii interpretatione exſtat latine in [P] ſupplemento bibl. patrum Pariſ. 1639. tom. I. pag. 625. Narratio *de muliere, quae peccata ſua in charta conſcripſerat, et pro venia ſuorum peccatorum ad S. Baſilium et Ephraem recurrebat.* Extrema pars, quae in editione Combefiſii deſideratur, edita eſt a *Lambecio* VIII. pag. 366. e MS. Vindobonenſi. *Fabr.* v. *Lambec.* et *Kollar.* de codd. caeſar. XXXV. nr. 1. p. 775 ſqq. et XXXVIII. nr. 20. p. 813. — Sub nomine *Amphilochii* exſtat de vita et miraculis Baſilii M. in codd. *Auguſt.* Vindel. bis. v. *Reiſeri* cat. p. 24. et 28. — vita Baſilii M. in cod. *Coislin.* CCCVII. 2. teſte *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 423. — *Pariſ.* in bibl. publ. codd. octodecim. vid. indic. ad tom. II. cat. codd. Pariſ. voc. *Amphilochius.* — Secundum catal. codd. Angliae etc. tom. I. inter codd. *Cromwell.* nr. CCXC. — *Oxoniae* inter codd. coll. S. Mariae Magd. nr. MMCXXIX. — tom. II. inter codd. Voſſ. nr. MMCCV. — *Venetiis* in bibl. Marc. DLXXXIII. v. cat. codd. gr. Ven. p. 307. — ibid. in cod. *Nanian.* LXIII. nr. 3. — et in vitis Sctorum cod. *Nan.* CXL. nr. 13. — CXLII. nr. 17. CXLIV. nr. 16. v. catal. codd. gr. Nanian. pag. 101. 324. 331. 336. — add. p. 356. de cod. CLVI. nr. 14. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXVI. 5. cuius lectio quoniam ab edito maxime differt, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 277. ſq. ſingulorum huius hiſtoriae capitum, prout in codice diſtinguuntur, et quibus inſcriptio praefigitur, initium ac finem exhibuit. — in cod. XVII. 6. plut. 9. — cod. XV. 19. plut. 11. — cod. IV. 30. plut. 4. v. *Bandin.* I. pag. 416. 511 et 522. — *Taurini* in bibl regia, cod. CXXXV. et CCLXX. ac ſermo in vitam et mortem Baſilii, in cod. CXVI. fol. 30. v. cat. codd. gr. Taur. p. 232 et 374. ac p. 219. — In cod. *Eſcorial.* teſte *Plüero,* l. c. conf. *Pagii* crit. Baron. ad a. Ch. 362. n. V. VI. tom. V. p. 57 ſqq. *Harl.*

12. *De humana natura CHriſti, num propter vnionem cum diuina vbique ſit praeſens?* p. 226. Ex Photii, CPol., Ἀμφιλοχείοις, ſiue quaeſtionibus et reſponſionibus centum ad Amphilochium, Cyzici metropolitam, de diuerſis S. Scripturae locis, cap. 38. quae in variis bibliothecis integrae exſtant MStae. Fallitur Combefiſius, qui caput iſtud pro genuino fragmento Amphilochii, Iconienſis, habuit. *Fabr.* In cod. caeſareo XXVI. excerptum, notante *Kollario* in nota A. ad *Lambecii* comm. VII. p. 135. — In cod. *Coislin.* CCLXX. ſunt Τὰ Ἀμφιλόχια, ſeu ſermones et quaeſtiones ſacrae ad *Amphiloch.*, metropolitam *Cyzicen.* in tempore tentationis, numero trecentae. Hunc cod. late recenſet, ſingularum refert quaeſtionum argumenta et multa loca ex eo excerpſit *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 325 — 375. *Harl.*

Scripta

p) Item in *Aſſemanni* edit. Ephraemi Opp. I. p. XXXIV. v. *Aſſemanni* prolegg. ad tom. I. p VIII. ſupra, in hoc vol. pag. 217. not. *hh.* *Harl.*

Scripta, quae in Amphilochio Combefisii non exstant.

13 *De non desperando*, ὅτι οὐ χρὴ ἀπογινώσκειν τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Hanc tractationem graece primus edidit et latina versione donauit *Petrus Possinus* in thesauro Asceetico Paris. 1684. 4. pag. 255. et Amphilochio nostro audacter tribuit, quia multa eadem leguntur in Homilia, de qua supra, nr. 8. Sed argumentis non inficiandis et hanc et illam Amphilochio suppositam esse, demonstrauit Caueus parte altera Historiae litterariae scriptorum ecclesiasticorum. Incipit: ἀδελφός τις ἡττηθείς.

14. *Vita S. Ephraemi, Syri*, cuius latina versio a Gerh. Vossio, Tungrensi episcopo, edita est ante Ephraemi opera et ante comparationem, e Basilii vita excerptam. Adiunctum quidem reperit Vossius scholion, in quo illa Amphilochio, incerta prorsus coniectura, adscribitur. Περὶ τοῦ Κυροῦ Ἐφραὶμ, ἴσως τοῦ Ἀμφιλοχίου Ἐπισκόπου. Incipit: *Sanctus hic pater noster.* Sed haud dubie scriptoris est, ab Ephraemi aetate longe, quam fuit Amphilochius, Iconiensis, remotioris. [v. ad nr. 11.]

15. *Epistola synodica*, qua respondet synodicae episcoporum alterius prouinciae, qui circa Macedonii haeresin de Spiritu S. fluctuabant et dissentiebant. In MSS. inscribitur Ἀμφιλοχίῳ Βασίλειος. Sed propter ea, quae de Basilio in hac epistola leguntur, Basilii esse non potest, itaque sub Amphilochii nomine graece et latine edita est a Cotelerio tom. II. monument. ecclesiae graecae pag. 99-104. *Fabr.* Hanc epistolam esse librum contra Eunomium et Macedonium, et ab Amphilochio nostro scriptum, coniicit *Oudinus*, reliqua autem scripta, Amphil. Iconiensi tributa, pertinere ad Amphilochium, Cyzici metropolitam, suspicatur in comm. de scriptor. eccl. II. p. 219. add. *Walchii* H. eccl. N. T. pag. 1363. — Ex Cotelerii monim. repetita est epistola in Harduini collect. concilior. tom. I. v. infra, vol. XI. p. 386. et exstat in cod. caesar. CCL. nr. 4. notante *Kollario* ad Lambecii comm. V. p. 311. not. *A. Harl.*

Quae Holstenium habuisse graece MSta refert Caueus, *Cohortatio ad Virtutes*, Homilia *de lacrymis et regno DEI*, et Homilia, *in arbores frugiferas*, nondum in lucem prodiere. Neque Homilia, quae in Caesarea [?] bibl. exstat περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ πονηρῶν ἀνδρῶν καὶ διαβόλων, atque incipit: Καλὸς ὁ βίος τῶν ἐναρέτων πάντοτε καθέστηκεν, τερπνὴ ἡ τῶν ἀγωνιζομένων κατάστασις. *Nessel.* V. pag. 126. *Fabr.* In *Lambec.* comment. VIII. p. 747. sq. cod. XXXII. nr. 25. recensetur, et Kollario in not. A. illa epistola *Cyziceni*, non *Iconiensis* Amphilochii, esse cum Oudinio videtur. Sub *Amphilochii Icon* nomine exstat *Venetiis* in cod. *Naniano* LXXXVII. nr. 4. cum hac inscriptione: λόγος περὶ ἀρετῆς παραινετικός· Καὶ ὅτι δεῖ μνημονεύειν ἀεὶ τὸν θάνατον (sic) διηνεκῶς καὶ εἰς τὴν ματαιότητα τοῦ κόσμου. Incipit: εἰ τὴν θείαν ἑκάστοτε etc. plura vide in catal. codd. gr. Nanior. pag. 175. — In cod. *Naniano* Venet. CV. 23. Amphilochio tribuitur orat. in Iosephum Hebr. sed, vt notatur in cat. codd. gr. Nan. 353. ab alia manu additum est: τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Add.

Gregorii, Thessal. archiep., X. orationes cum singulis *Io. Chrysostomi* et *Amphilochii*, *Iconens.* Accessit quoque fragmentum *Io. Damasceni*, quod e quinque codd. msstis primum edidit *C. F. Matthaei*, Mosquae 1776. 8. Amphil. oratio est εἰς τὴν μεσοπεντηκοστὴν, καὶ εἰς τὸ μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν ex cod. CCXXI. bibl. synod. *Harl.*

Alii Amphilochii.

Amphilochius, *Sidae* episcopus, qui concilio Ephesino aduersus Nestorium interfuit, cui fortasse tribuendas esse homilias quasdam, quae sub Iconiensis nomine leguntur, [illegible] Labbeus tom. I. de script. eccles. pag. 61. Mentio apud *Photium* cod. LII. et CCXXX. *Fabr.* Conf. infra libr. V, cap. 38. de Photio, vol. IX. pag. 390 sq. LII. *Harl.*

Amphilochius, *Cyzici* metropolita, ad quem leguntur Photii epistolae, et ad cuius quaesita exstant responsiones MSS. eiusdem Photii, patriarchae CPol. De his plura dicendi locus erit in capite, quod Photii scriptis destinaui. *Fabr.* Vid. ad nr. XV. et *Kollar.* ad *Lambecii* comm. VIII. p. 747. not. *A.* *Harl.*

Omitto Amphilochum, vatis Amphiarai F. de quo praeter Homerum et alios meminit *Scymnus Chius* versu 466. et de cuius celebri oraculo Origenes III. contra Celsum p. 151. Theodoretus X. Θεραπευτ., aliique[q]). *Amphilochum* item Atheniensem, inter scriptores de agricultura Varroni I. 1, 5. laudatum et Columellae I. 1, 8. [conf. *Schneider.* comm. ad Colum. V. 12. 5. pag. 308. scriptor. R. R.] nec non Plinio, qui eius de auena et cytiso volumen memorat lib. XVIII. 16.

q) Conf. *Lucian.* dialog. mortuor. III. ibique Mos. du Soul et Hemsterhus. tom. I. ed. Hemsterh. — Reitz. pag. 338. *Apollodor.* bibl. libr. III. cap. 7. — Amphil. procus Helenae, id. ib. cap. 10. et coll. cel. *Heynii* not. ad Apollod. III. 7. pag. 654. et ad fragmm. pag. [illegible]. — *Amphilochus*, Alcmaeonis e Manto fil. *Apollod.* III. cap. 7. §. 7. *Harl.*

CAPVT

CAPVT IX. (olim XIII.)

DE S. GREGORIO, Nazianzeno, eiusque fratre, CAESARIO.

I. *Gregorii, Nazianzeni, vita, et de eo scriptores.* II. *Codd. et editiones variae et promissa noua Benedictinorum.* III. *Monumentorum, in editione graecolatina comprehensorum, recensio cum variis obseruationibus.* IV. *Index eorum, ad quos Nazianzeni et Basilii, Caesariensis, epistolae.* V. *Scripta, quae in graecolatina editione non continentur.* VI. *Index poëmatum Nazianzeni, hactenus editorum, alphabeticus.* VII. *De Maximo, Nonno, Basilio, Elia Cretensi, Niceta, Psello, Nicolao Doxopatri, etc. qui Nazianzeni quaedam scholiis illustrarunt.* VIII. *De Caesario, Nazianzeni fratre.*

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

[T] GREGORIVS r), Nazianzenus, in Palaestinae scholis rhetoricam s) didicit, atque Athenis t) et alitus et eruditus innotuit etiam Iuliano, postea imp. u), Gregorii ex *Hypsistariorum* v) errore ad ecclesiam conuersi, et per quadraginta ac quinque annos w) Nazianzi in Cappadocia

r) Errore typographi *Georgius* male excusum est in Hist. literaria Caui. Sed frequens est et prona nominis vtriusque confusio, vt multis exemplis ostendit *Allatius* de Georgiis pag. 359. Ceterum Nazianzenum vocari miratur Casaubonus in Casaubonianis pag. 145. Non enim Nazianzus fuit eius patria, sed Arianzus: nec episcopum ibi egit, at a patre, illius ciuitatis episcopo, ibi educatus est, et patris per aliquod temporis vices obiit. *Fabr.* De Nazianzo, tum Cappadociae secundae adtributo, quod praedium Arianzo aeque ac Diocaesareae fuit vicinum, docte disputat, et *Baronium*, contendentem in Gregorii vita, a Papebrochio IX. Maii edita, *Diocaesaream* eamdem fuisse ac Nazianzum, (quam quidem opinionem etiam fouent *Tillemont.* in: notes sur S. Gregor. de Naz. tom. IX. p. 692. des Mémoires et cl. *Schröckh.* in: christl. Kirchengesch. tom. XIII. pag. 276.) pluribus refutat *Wesseling.* ad *Hieroclis* synecdem. pag. 700. in veteribus Romanor. itinerariis. Idem suspicatur, fieri potuisse, vt Gregor. Nazianz. Diocaesareae, antequam pater Nazianzo daretur episcopus, nutriretur. De *Sasimis*, vrbe, episcopatu Gregorii nostri notissima, quam vero is perpetuis stigmatum notis eo carmine inussit, quo vitae suae vicissitudines miseratus est, idem *Wesseling.* ad Antonini Aug. itinerar. p. 144. agit. *Harl.*

s) Naz. Orat. X. pag. 163.

t) *Rufinus* praefat. Apologet.

u) Naz. Orat. X. pag. 168. et IV. 121.

v) Hesychius: Ὑψιστάριοι· αἱρετὶς φασι τῶν τὸν ὕψιστον σεβομένων. Vide *Nazianzeni* Orat. XI. p. 178. XIX. in patrem pag. 289. ibique Eliam Cretensem et Billium p. 702. et Orat. X. p. 161. vbi etiam de matre. *Fabr.* Add. de secta *Hypsistariorum*, ex ritibus Hebraeorum et erroribus a vero dei cultu alienorum conflata, quae idolorum et sacrificiorum cultum ac religionem repudiabat, et vnum summum deum, ὕψιστον, venerabatur, *Gregor. presbyt.* in vita Gregorii Nazianz. p. 5. *Cleric.* in vita Gregor. p. 422. sq. vers. germ. et *Schroeckh.* l. c. pag. 278. *Harl.*

w) id. pag. 313. vbi patrem propemodum centenarium fuisse testatur, quando diem obiit. Vide et quae de Gregorio, patre, et matre sua nonna Oratt. XI. pag. 178. seq. Synodo Tyanensi aduersus Arianos Valente, imp., interfuisse narrat *Theophanes* pag. 49. chronographiae.

padocia episcopi, filius, cuius, iam decrepiti, vicibus x) per aliquod temporis [illegible] est. [illegible] morum vero, alterius in Cappadocia oppidi episcopatum a Basilio aegre y) sibi [illegible] est [illegible] ni, et quum Constantinopolitanae sedi a Theodosio M. praefectus esset z), post egregia in [illegible] ecclesiam, a persequutionibus Iuliani et Valentis vix respirantem, merita: eodem anno aa), in concilio CPol. a. C. 381. abdicauit se sponte bb) priuatamque vitam praetulit, ac multis scriptis egregiis, prosa et ligato sermone elucubratis, oppugnatisque Arianis, Eunomianis et Macedonianis, *Theologi* cc) nomen meruit. Defunctus a. C. 391. dd) aetatis nonagesimo primo. Fratrem

x) Vide Orationem Nazianzeni VIII. et carmen de vita sua. *Sozomenum* VI. pag. 17. *Fabr.* *Hieronymus* quidem de viris illustr. cap. CXVII. Gregorium nostrum, scribit, fuisse *Nazianzenum episcopum*; sed, quod patris sui vices tantum per aliquod tempus obiit, *episcopus* proprie nec fuit, nec dici potest. *Ern.* tamen *Sal. Cyprianus* in not. ad illud cap. pag. 199. in bibl. ecclesiast. a I. A. Fabricio edita, post Tillemontium pluribus ostendere studet, Gregor. fuisse et recte dici *episcopum Nazianzenum*: quam quoque sententiam tuetur censor in Doederl. bibl. theol. mox memoranda p. 281. Add. *I. G. Walch.* in hist. eccles. N. T. pag. 1552. sq. *Harl.*

y) id. Orat. V. VI. VII. Confer *Beueregium* ad synodicum M. p. 82.

z) Naz. Carmine de vita sua. *Baronius* ad a. C. 380. n. 12. seq.

aa) Vide orationem XXXII. pag. 517. seq. 525.

bb) Vide eamdem orationem XXXII. pag. 523. 526. seq. et *Blondellum* de episcopis pag. 64. Nazianzeno in eodem concilio CPol. successor datus est Nectarius.

cc) Ὁ τὴν Θεολογίαν προσηγορίαν ἐξάμενος. *Anastasius*, in Meursii variis diuinis editus p. 31. Confer *Coteleri* monumenta graeca tom. III. p. 571. tom. IV. pag. 411. *Rufini* prologum ad orationes Nazianzeni, latine a se versas. [*Walch.* l. c. pag. 1358.]

dd) Acta sanctor. Maii tom. VII. p. 657. seq. *Pagi* ad a. C. 354. n. 11. et 389. 4. *Fabr.* [illegible] rationes, Gregorium Naz. a. CCCI. (aut circ. a. CCC.) in lucem editum esse, multi sequuntur, *Clericus* in vita p. 421. *Stolle*, *Hamberger*, *Saxius* et alii. Sed Pagii sententiam refellunt *Sam.* *Basnage* in annal. politico-eccles. tom. III. p. 41. et cel. *Schroeckh* l. c. pag. 276. argumentis sat grauibus, quae hic repetere haud vacat. Schroeckhio autem probabile videtur, Greg. Naz. a. Ch. 329. natum fuisse. *Caue*, qui Suidam in [illegible] aliosque, Gregor. nonagenario maiorem [illegible] decessisse, narrantes, erroris [illegible], nostrum a. Chr. 389. aetatis suae circiter 65. animam efflasse, sumit, non probat. *Oudinus* scribit, eum Nazianzi a. 318. adspexisse lucem. *Clemencet* in vita Gregorii Naz. potissimum ex Greg. carmine de vita sua, v. 258. colligit, eum Vsura lucis frui coepisse a. Chr. 326. aut 328. Censor tamen in Doederlini bibl. theol. pag. 276. versu 512. eiusdem carminis motus, eum adhuc iuniorem esse habendum, suspicatur, et [illegible] illius versus, ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἡμῶν χρόνος, esse indicat, [illegible] natum fuisse ante sacerdotium, a patre susceptum. Ita quoque variant VV. DD. in anno mortis designando. *Oudinus* eum, scribit, mortuum esse a. 389. aetatis suae 71. In nota anni [illegible] tit *Clemencet*. — *Pagius* in crit. in annales Baron. tom. I. pag. 575. sec. Walchium, aut tom. VI. a. 389. nr. IV. V. pag. 39 — 41. secundum Saxii iudicium, (vide etiam illum in [illegible] dissertation. hypaticae, nr. XXXV.) pro a. 391. militat: eumque sequuntur Fabricius, Hamberger, Saxius etc. *Sam.* tamen *Basnage* in annal. etc. tom. III. p. 125. an. mortis [illegible] Chr. 390. *Schroeckh* pag. 455. ad a. Chr. 389 aut 390. Enimuero in hac scriptorum de tempore [illegible] mortisque Gregorii Naz. [illegible] arbitror cum Walchio, rem arduam esse, certi aliquid definire, nec licere, certam temporis rationem adsequi. Nec per instituti nostri rationem licet vitam, fata, munera, controuersias, scripta, horumque argumenta, eruditionem Gregorii [illegible] sius persequi. Atqui praeter eos, quos Fabricius laudauit, haud pauci alii, quorum [illegible] tum

trem, Caesarium, ante se defunctum, laudat [P] Orat. X. et quidem annis adhuc florentem, vt ex pag. 162. colligitur: τελευταῖον πρῶτον, iuniorem priore loco elatum pag. 176. Sororem,

tim iam meminimus, omnia, varia quidem fortuna, latius exposuerunt:

Baronius in vita Gregorii, cum adnotatt. *Dan. Papebrochii*, in actis SS. Antwerp. Maii. tom. II. pag. 373 — 482.

Io. Stiltingius in diss. de tempore natali S. Gregorii Naz. tom. III. Sept. Act. SS. Antwerp.

G. Caue in hist. litt. script. eccl. tom. I. p. 246. sqq. edit. Basil. et in antiquitatt. patrum et ecclesiast. ex versione germanica, Bremae 1701. 4. part. II. p. 599 — 712.

L. Ell. du Pin nouv. bibl. tom. II. p. 201. sqq. qui et bona, praecipue ex eius orationibus, fecit excerpta et de eius ingenio indoleque ac scribendi genere rectius atque apertius, quam Hermant aliique, iudicauit.

Cas. Oudin. in comm. de SS. ecclef. tom. I. pag. 614. sqq. Is Caue, Nicetam Billiumque vtplurimum sequutus, in cap. I. paucis egit de vita Gregorii Naz. et longiores Sozomeni, Hieronymi, Philostorgii Suidaeque narrationes iudiciaque adducit, in capp. II — V. scripta Gregorii copiose recenset, et in cap. VI. de scholiastis atque interpretibus opp. Gregorii Naz. graecis fuse disputat.

I. G. Schupart in diss. de Gregor. Nazianz. cognomento Theologo, theologis ad imitationem proposito. Gieffae, 1721. 4. — De *Clerico* postea erit sermo.

G. Stolle in: Nachricht von den Leben — der Kirchenväter etc. cap. XX. pag. 400 — 434. Idem alios citat scriptores de nostro Gregorio.

R. Ceiller Hist. gen. des aut. eccles. tom. VII. pag. 1. sqq. scripta Gregorii late sciteque recenset. — Sed Gregorii Naz. doctrinam placitaque curatius intelligentius digessit, exposuit et diiudicauit *I. Sal. Semler* in prolegg. ad Baumgartenii Theol. polem. tom. III. p. 169 — 185. — Longiores locos ex Greg. Naz. opusc. apte periteque excerpsit, germanice vertit et hinc inde illustrauit *Christi. Frid. Rössler* in: Bibliothek der Kirchen-Väter, tom. VII. p. 217 — 310.

Clemencet editioni, (quam postea suo loco indicabimus,) praemisit in praef. ad tom. I. Opp. primum Gregorii vindicias contra Tollium ac Du Pin; tum Beueridgium ac Muratorium, eum in caelibatu remansisse dubitantes, et contra Thomasinum, eum fuisse monachum, negantem; dein sectionem III. de eius doctrina et, quam vocant, orthodoxia; denique vitam Gregorii, at, iudicibus VV. DD. ieiune scriptam et ex Tillemontii memor. magnam partem excerptam. Si quis alius, Clemencet summus est Gregorii admirator, et in heroe suo sancto nihil nisi egregia et paene diuina videt praedicatque. Cum Basilio quidem haud inepte comparat Gregorium Naz. Sed hunc ab omnibus Du Pin, Tolliique reprehensionibus atque criminibus haud omnino vindicauit. Nam vti certum est, Gregorium egregiis ingenii animique excelluisse virtutibus, probabilem fuisse oratorem ac poetam et multa bene recteque scripsisse atque fecisse: ita haud negari potest, eum multis animi infirmitatibus fuisse obnoxium, hominem inconstantem, acrem ac vehementem, interdum vanum atque superbum: nec omnia eius dogmata, iudicia factaque probarunt multi litterarum sacrarum doctores: quamquam Clericus interdum iniuriam fecit Gregorio, et rem exaggerauit. Atque plurima Clemenceti iudicia castigauit, et, quae in Gregorio reprehendenda viderentur, aperte ostendit nec tamen virtutes eius meritaque, quae sunt insignia, reticuit et de multis rebus dubiis suam dixit sententiam *Doederlein* in selecta bibliotheca theologica, tom. I. part. IV. pag. 266. sqq. et part. VI. pag. 425. sqq. vbi Clemenceti edit. Opp. Gregorii Naz. tom. I. docte lateque recensetur.

Sobrie intelligenterque iudicat de nostro cel. *Schroeckh* in narratione satis longa adcurataque de illius vita, scriptis, dogmatibus etc. in christl. Kirchengeschichte, tom. XIII. Lips. 1789. 8. pag. 275 — 466. Ad illos igitur viros doctos, ablegandi sunt, qui de nostro eiusque patre matreque plura scire cupiant.

Add. *N. Lardner's* Credibility of the Gospel History part. II. vol. IX. pag. 127. sq. Dictionnaire

rem, Gorgoniam, Oratione XI., patrem Orat. XIX. ſummus amicus Baſilii Caeſar. (quem et ipſum Orat. XX. pro ſunere laudauit) eiusque fratris, Gregorii Nyſſeni: praeceptor S. Hieronymi ee): is enim et eo doctore ſacras literas didiciſſe ſe profitetur, et catechiſtam ac praeceptorem ſuum vocat, et illo magiſtro gloriari ſe ait et exſultare. Latine ſe callere negat Nazianzenus epiſt. LXXI. ad Poſtumianum. Memoriam eius celebrat eccleſia latina in breuiario Romano 30. Sept. graeca 9. Maii. Vitam ſuam ipſe verſibus iambicis deſcripſit, quae in limine tomi poſterioris exſtat. Aliam, proſa compoſitam a *Gregorio, presbytero* ff), graece habes praefixam tomo priori Operum Nazianzeni cum latina verſione *Iacobi Billii*, et aliis veterum de Nazianzeno elogiis, per eundem Billium collectis. *Nicetae Paphlagonis* laudationem in Nazianzenum e codice Mazariniano vertit, et tom. VI. bibl. concionatoriae pag. 615--632. latine vulgauit Combefiſius. Laudationem Gregorii Naz. ſcriptam a *Thoma Magiſtro*, graece et latine vna cum aliis eiusdem Thomae orationibus et epiſtolis [v. ad not. i.] *Laur. Normannus* vtraque lingua vulgauit Vpſalae, 1693. 4. *Philothei*, CPol., *Ioannis* Euchaitenſis, *Nicolai Cabaſilae*, *Theodori Metochitae*, *Matthaei Camariotae* et *Theodori Prodromi* in tres hierarchas, Baſilium, Nazianzenum et Chryſoſtomum memoraui infra cap. XV. p. 558. [vet. ed.]

naire vniuerſel des ſciences eccleſiaſtiq. par le *P. Richard* et autres Dominicains, Pariſ. 1761. tom. III. h. v.

Hamberger Zuverläſſige Nachricht. etc. tom. II. pag. 850 ſqq. et in: Kurzen Nachrichten etc. tom. I. pag. 757. ſqq.

Chr. Thomaſius in Obſſ. ſelectis ad rem litter. ſpect. tom. III. p. 360. ſqq.

Gottfr. Arnold in: Kirchen- vnd Ketzer Hiſtorie, part. I. libr. IV. cap. 4. §. 41. ſqq.

Saxius in Onomaſt. I. pag. 420 ſq.

Thomas-Pope Blount in Cenſura celebr. authorum, pag. 244. ſqq. ed. Geneu. quorumdam collegit indicia de noſtro. *Harl.*

ee) Baron. ad a. C. 379. nr. XVII.

ff) *Gregorius* iſte presbyter e MS. ducis Sabaudiae recenſitus exſtat etiam graece et latine tom. II. Act. Sanctor. Maii p. 766. MS. *Lambec.* III. p. 182. 190. [in cod. LXXIX. nr. 54. p. 451. ed. Kollar. vbi Lambec. in not. 5. citat Card. *Baronii* annal. eccleſ. tom. IV. a. 371. pag. 304. ed. Plantin. et *G. I. Voſſium* de hiſtor. graecis lib. IV. cap. 19. — item in cod. LXXXIV. ib. III. pag. 470. — *Pariſ.* in ſeptem codd. bibl. publ. vid. ind. ad vol. II. cat. codd. voc. *Gregor. presbyter.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. V. nr. 27. plut. 7. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 206.) — cod. VIII. nr. 46. plut. 6. v. infra in not it. codd. Laur. — cod. VII. nr. 53. — cod. XXII. nr. 53. — cod. XVII. nr. 24. plut. 9. vbi quoque nr. 29. eſt *Ioannis*, metropolitae *Euchaitorum*, encomium in Baſilium M. *Gregorium*, *theologum*, et Io. Chryſoſtomum: (quod encomium etiam habetur in biblioth. Coiſlin. pag. 418. vbi v. Montfauc.) — in cod. II. plut. 11. inter vitas Sctorum (vti in cod. *Barocc.* CXCII.) v. *Bandin.* l. c. pag. 247. 272. 418. et 498. — *Taurini* in bibl. reg. codd. VIII. et CCCXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 71. et 401. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. LXX. et LXXI. (cat. codd. gr. p. 48 et 49.) etc. — add. infra in vitis Sctorum etc. vol. IX. pag. 82. ed. vet. *Harl.*] — latine apud *Surium* IX. Maii. *Fabr.* Praeter ea vita Gregorii Naz. vtplurimum addita eſt eius opuſc. aut inter vitas Sctorum, etiam non addito auctoris Gregorii, presbyteri, aut alius nomine; ſic in cod. *Mosquenſi* V. in Matthaei notitia codd. pag. 4. — in *Naniano* cod. CXLIII. nr. 6. (cat. gr. codd. Nan. pag. 334.) — cod. [illegible] CLXXXIII. — *Oxon.* latine, in bibl. [illegible] riae Magdal. nr. MMCCXVII. cat. codd. [illegible] — In Georgii Chronico, cod. CCC[illegible] ſunt excerpta ex vita Gregorii Naz. et ex eius or. de patre ſuo. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 421. *Feſuli* in bibl. Canonic. etc. vita Io. Chryſoſt. *Gregorii Naz.* et Athanaſii Alex. per *Ioan. Tortelium*, teſte *Montfauc.* in diario ital. p. 391. *Harl.*

ed.] Ex recentioribus praeter Annales confulendus *Caefaris Baronii* liber de vita Nazianzeni ad Gregorium XIII. qui, antea ineditus, occurrit cum notis Papebrochii in Actis Sanctorum tom. II. ad diem IX. Maii p 373. *Gregorius Polidorus* in Gregoriano, fiue libro de XIV. pontificibus, XIII. epifcopis Gregoriis, et Gregorio, presbytero, Florent. 1598. *Godfridus Hermantius* in vita Nazianzeni, accurato ftudio defcripta gallice Parif. 1674. 4. *Tillemontius* tomo nono memoriarum, et *Io. Clericus* bibliothecae vniuerfalis, itidem gallico vulgatae idiomate tom. XVIII. *Fabr.* Quamquam Clerici narrationi atque iudiciis non vbiuis fides eft habenda: tamen propter apertam fentiendi fcribendique rationem vel hodie labor illius non caret fructu: eamque ob cauffam *Chriftian. Thomafius* ex *Clerici* bibl. vniuerf. quasdam vitas in linguam germanicam transferendas curauit: *Ioannis Clerici vnpartheyifche Lebensbefchreibung einiger Kirchenväter vnd Ketzer,* namentlich Iuftini Mart. Clementis Alexandr. Origenis, Cypriani, Prudentii, *Gregorii Nazianz.* [p. 415 — 571.] Eufebii, Pelagii vnd Celeftii, aus deffen Biblioth. univerfelle ins Teutfche überfetzt, nebft einer Vorrede des Herrn Geh. Raths *Thomafii* etc. Halae 1721. 8. — Add. eiusdem *Clerici* epiftolas criticas, ep. VI. *Harl.*

II. *Codd. MS. et editiones Gregorii Nazianzeni.*

Propter fummam, quam Gregorius Naz. nactus eft, auctoritatem, euenit, vt eius orationes et reliqua opufc. induftriam digitosque monachorum librariorumue mire exercerent. Tanta igitur vis codicum adhuc fupereft in variis bibl. vt plena et ex codd. catalogis repetita fingularum orationum atque epiftolarum fingulorumque carminum enumeratione omnino metuendum fit, ne tempus et chartam perdam et lectorum patientia abutar. Quare codd. in quibus opera aut plura opufcula Gregorii funt fcripta, tantum, quia in catalogis plerumque fingula opufc. curatius defignantur, generatim indicabo. — *Parif.* in bibl. publ. eft infinita paene codd. potiffimum qui orationes continent, copia. At fingula iam cognofcuntur ex indice ad vol. II. catal. codd. Parif. Adde quae paullo poft Fabricius de promiffa Louvardi edit. fcripfit. Atque *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. tom. II. p. 725. D. mirifice laudat cod. regium, quem numerat 1808. eximium, faec. IX. ad vfum Bafilii Macedonis, imper., vti putat, aut praecedentis fcriptum. — *Montfaucon* in bibl. *Coislin.* paucis recenfet p. 118 et 119. quinque codd. item p. 297 et 298. duo codd. qui plures exhibent orationes cum fcholiis aut commentariis gr. — pag. 298 fqq. cod. CCXLII. continet fcholia et commentarios in plurimas oratt. ad cod. calcem adiunguntur fignorum quorumdam fignificationes, quas illinc exfcripfit ediditque Montfauc. (v. quoque *Montfauc.* de cod. memorabili romano *S. Bafilii* in bibl. biblioth. MSSt. pag. 195. D. in quo cod. etiam legitur collectio hiftoriarum in quaedam Gregorii fcripta.) — p. 179 et 197. aliquot oratt. inter vitas Sctorum etc. pro menfibus Nou. vsque ad Februar. — In multis aliis codd. qui vel catenas patrum in V. et N. T. vel afcetica, vel Niconis et Anaftafii collectiones comprehendunt, Gregorius Naz. citatur et multa loca ex eius Opp. leguntur, e. g. pag. 42. 44. 57. etc. Index facile fuppeditabit notitiam. — In eadem bibl. effe *flauicam* Opp. Gregor. verfionem, teftatur *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 1042. B. et ibid. p. 1024. verfio opufc. Greg. contra Arianos *armenica* in cod. bibl. publ. citatur.

Monachii in bibl. elector. Bauar. in pluribus codd. exstant oratt. n. LXIII. vsque ad LXVIII. — cod. LXXV. — in cod. XCII. dubitatt. et solutiones Gregor. Naz. per interrogatt. et responsion. de deo et trinitate; dogma de S. Trinitate etc. — cod. CXCIII. Christus patiens, tragoedia gr. Gregorii Naz. eiusdem λόγοι πέντε, carmine scripti; eiusd. variae oratt. — cod. CCLII. quaedam oratt. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 18. vsque ad 22. 25 sq. 35. 73. et 84.

Vindobon. bibl. caesar. abundat codd. in quibus seruata sunt opera Greg. Naz. quorum breuem notitiam dedit Nesselius in catal. sed pleniorem et doctiorem *Lambec.* in commentariis etc. ed. Kollar. quos h. l. potius laudandos citandosque duxi. — In vol. III. pag. 374 sq. cod. LXXVI. nr. 4. anonymi epitome scriptorum dogmaticorum S. Greg. Naz. — p. 396. cod. LXXVII. nr. 58. ex Greg. ep. ad Cledonium et II. oratione de filio et ex aliis patribus eccl. testimonia de duabus in Christo naturis: nr. 81. ib. p. 420 sqq. excerpta ex Greg. in Zigabeni panoplia. — p. 437. etc. cod. LXXIX. Gregorii, (qui ibi vocatur *episcopus Naz.* refragante Lambecio in not. 3.) Opp. (oratt. LI.) cum antiquis scholiis margin. atque expositione notarum, in margine cod. litteris aureis passim adscriptarum, quas integras Lamb. exhibet. — pag. 455 sqq. multae oratt. in codd. LXXX — LXXXI. — LXXXII — LXXXIII. in cuius fine *) etiam exstat expositio notarum marginalium. — LXXXIV. vsque ad LXXXVIII. — pag. 488. in cod. XC. oratt. quinque. — pag. 495. in cod. XCVI. oratt. cum Nicetae comment. — pag. 497. sqq. in codd. CXCVIII. — CXCIX. — CC. — In vol. IV. reperiuntur quaedam oratt. in codd. CVI. nr. 26. — CXVI. nr. 15. 16. et 22. — CXLV nr. 20. — CXLVI. nr. 7. 8. et 14. — CXLVII. nr. 2. et 6. — CLI. nr. 23. 27. et 30. In aliis caes. codd. vol. IV. V. etc. inprimis in catenis in V. et N. T. haud pauca sunt fragmenta, quae index Lamb. notat: sic quoque in multis catenis, quas bibl. Venet. Marc. (teste cat. codd. gr.) atque codd. Coislin. seruant; et Montfauc. in bibl. Coislin. locis antea partim memor. indicat. Sed illis excitandis immorari non licet. — In vol. V. Lambec. comm. in codd. CCXLI. nr. 1. — CCXLVI. nr. 15. — CCLI. qui ascetica etc. continent, sunt fragm. et in cod. CCLXXXIII. nr. 2. sunt excerpta quaedam ex Gregorii Naz. operibus. — In *Kollarii* supplem. ad Lambecii comm. pag. 141 sqq. cod. XV. oratt. 16. cum Nicetae comment. — p. 145 sqq. cod. XVI. plures oratt. — p. 159 sqq. cod. XVII. oratt. 23.

Augustae Vindel. in bibl. publ. plures codd. quos *Reiser* in indice MSSt. Aug. idemque singulas oratt. refert, in illis codd. obuias, pag. 10 sqq. nr. 27. vsque ad nr. 31. et in vltimo cod. p. 12. Reis. notat, Gregorium vocari *archiepiscopum* CPolitan. (vti in aliis quibusdam codd.) de quo elogio vid. *Rittershus.* lection. SS. libr. II. cap. 11. et 12. et conf. *Laun.* de Dionysio Areopag. part. II. pag. 269 sqq. ed. vlt. (et *Bandini* cat. codd. gr. Laur. vol. I. p. 205. not. vbi in cod. V. dicitur *episcopus Naz.* v. quoque Lambec. paullo ante citatum.) In eodem cod. sunt Gregorii Naz. tetrasticha cum Nicetae Dauidis paraphrasi, et ἀπόῤῥητα, seu *arcana,*

*) Itidem in cod. XXI. *Taurinensi*, et in catal. codd. gr. Taur. pag. 92 sq. gr. cum vers. lat. est quoque euulgata notarum explicatio.

arcana, cum paraphrasi, edita ab Hoeschelio gr. Lugd. 1591. — ib. p. 22. nr. 10. excerptae Gregorii Naz. et Io. Damasceni demonstrationes de vno deo et verbi diuinitate. — ib. p. 24. nr. 19. homiliae sedecim cum scholiis margin. — pag. 28. nr. 27. sermo in sancta lumina Epiphaniorum. — pag. 39. nr. 55. fragmenta. — pag. 7. 40 et 41. Gregorii Naz. et Basilii M. dialogus.

In bibl. quondam *Vffenbach.* oratt. et epp. quaedam, in cod. V. secundum catal. bibl. Vffenb. MSS. a *Maio* confectum pag. 423 sqq.

Vratislauiae in bibl. Rehdinger. non pauca sunt Gregorii Naz. teste *Kranz.* in Memor. illius bibl. pag. 85.

Leidae in variis codd. bibl. publ. modo plura, modo pauciora. v. catal. illius bibl. p. 335, 27. — p. 336, 47. — p. 396, 13. — homilia, arabice, pag. 409. nr. 11.

Taurini in bibl. regia sunt multa Gregorii opusc. aut alia, ad eum pertinentia, in pluribus codd. nr. VIII. — XVI. — XXI. — LXXX. — CXVI. — CXXV. — CXXXV. — CXLVII. — CCCXXX. — CCXVII. — CCXLVII. — CCCXXVI. et trag. Christus patiens in cod. CCCXLVIII. de quibus sat copiose agitur in cat. codd. gr. Taurin.

Florentiae in bibl. Laurent. sunt multi codd. in quibus oratt. modo nudae, modo scholiis et comment. stipatae, aut fragmenta aut epistolae reperiuntur: de quibus consulas *Bandini* cat. codd. gr. Laur. in tomo I. pag. 41 sqq. p. 62. nr. 14. p. 120. nr. 19. et 402. nr. 54. pag. 140. nr. 7. p. 202 sq. p. 205. vsque ad pag. 216. de pluribus codd. pag. 214. sqq. excerpsit Bandin. versus varii generis, vitae Gregorii praemissos et p. 215. specimen scholiorum. — pag. 240. — p. 241 sqq. vbi iambi, orationibus praefixi, eduntur p. 275. sq. — p. 277. sq. — p. 288. sqq. — pag. 293. bis. — p. 295. sqq. — p. 361. nr. 25. — p. 363. nr. 6. — pag. 511. nr. 18. — Quoties in aliis codd. Laurent. quae patrum in vtrumque testamentum catenas aut alias collectiones continent, fragmenta Gregorii occurrant, index ad cat. illum voc. *Gregor. Naz.* eorum suppeditabit notitiam. De carminibus et epp. in codd. Laurent. infra locus erit dicendi.

Venetiis in bibl. *Nanian.* in codd. XXXIX. — LV. — LVIII. cum perpetuo Nicetae commentario — LXIII. nr. 26. vbi Gregor. vocatur ἀρχιεπισκ. ναζιανζȣ. — CXL. nr. 42. 43 44. — CLIV. nr. 6. — CLIV. nr. 17. or. cum commentario. v. cat. codd. gr. Nan. p. 48. 62. 64. 104. 327. 346. et 348.

Venetiis in bibl. Marc. Opera in cod. LXX. (cui adhaerent vita Greg. Naz. auctore Gregorio, presbytero; expositio, quae in orat. funebri in Basil. M. occurrunt, eaedem fere, ac quae latine ex Niceta a Billio adferuntur. Postremo habetur collectio et expositio, (in editis Nonno inscripta,) historiarum, quarum meminit Nazianz. in prima et secunda inuectiua contra Iulianum.) — cod. LXXI. et reliquis vsque ad cod. LXXVII. — in cod. LXXVIII. sunt expositiones in oratt. quasdam Greg. Naz. sine nomine auctoris. — in cod. CCCCXCIV. — DLXXIII. quinque oratt. — DLXXXIII. duae oratt. Quae omnia vberius indicantur in

 cat.

cat. codd. gr. Marc. de memoratis codd. — In eadem bibl. eſt codex, qui continet Macarii Chryſocephali Ῥοδωνιὰν, ex quo cod. multa adnotauit et edidit cel. *Villoiſon* in Anecdot. gr. pag. 4 ſqq. et p. 76. obſeruauit, pag. 225. a Macario excerptas eſſe ſententias ex variis Gregorii Naz. poematibus et ex orat. ά. vsque ad μϛ΄.

Venetiis in bibl. codd. monaſterii S. Michaelis etc. eſt homilia (XVII. inter edd.) in dicta Ieremiae, ante imperatorem, *Rufino* interprete. v. *Mittarelli* in cat. illius bibl. pag. 469. ſqq.

Montfauc. in diario ital. agit p. 12. de codd. bibl. Ambroſ. *Mediolani.* — pag. 213. ſqq. docte de aliquot codd. in bibl. monaſt. S. Baſilii, *Romae.* — pag. 237. de tribus bibl. *Chiggiae*, Romae, codd. in quorum primo ſunt oratt. Greg. Naz., in altero eius epiſtolae; in tertio eiusd. carmina, vitae et alia: — pag. 362. vsque ad 364. it. pag. 366. de codd. in bibl. Adnunciatae eccleſiae, *Florentiae;* — pag. 433. de cod. Venet. quondam in bibl. Iulii Iuſtiniani.

Magna codd. in quibus modo multa, modo pauca Gregorii opp., modo fragmm. aut excerpta etc. exſtant, vis eſt in bibl. *Britannicis,* ſecundum cat. codd. Angliae etc. Inter codd. *Barocc.* in tom. I. nr. V. VIII. XLIX. LXXI. (expoſitio hiſtoriarum, quae paſſim occurrunt in Opp. Greg. Naz.) LXXVI. LXXXV. bis. CXXVI. CXXXV. CL. (Greg. Naz. Ἀλάτων ſeu *medicamentum purgans e ſale:)* — CLXXIV. CLXXX. CLXXXI. CLXXXVIII. (oratt. XVI. cum comment. *Nicetae*, metropolitani Heracleenſis.) CXC — CXCII. CXCVII. CXCIX. CCV. (gnomica diſticha:) CCVI. (dialogi Baſilii et Gregorii:) CCVII. CCXIII. CCXVIII. CCXXII. CCXXXVI. — inter codd. Th. Roe nr. CCLII. — inter codd. Laudi nr. DCCXXIV. DCCXLV. MCCLIV. — inter codd. Bodl. nr. MCMLXXXII. MMCCCLXVII. MMDXXIII. MMDCCCLXXVII. — inter codd. Selden. nr. MMMCCCLXXXII. (XVI. oratt. vna cum hiſtoriarum collectione et explicat. quae occurrunt in Gregorii orat. funebri Baſilii M.) MMMCCCLXXXIV. MMMCCCLXXXVIII. MMMCCCXCVII. — inter codd. Bodl. MMMDCCCIII. (ſermotheologicus ex opp. Gregorii Naz. per modum quaeſt. et reſponſ. *arabice.)* — In parte II. cat. *Oxonii* inter codd. collegii noui, nr. MCV. MCVI. — coll. S. Trinit. nr. MCMLXXXIX. — coll. Ieſu, nr. MMXXX. MMXXXI. — coll. Mariae Magdal. nr. MMCLXXVIII. (Gregorii liber de virtute, lat. verſus ab *Antonio Patina.*) — In parte II. cat. *Cantabrig.* nr. MMCCCLXXV. — In tom. II. cat. inter codd. eccleſ. *Dunelm.* nr. CCCXXXV. CCCXXXVI. CCCXXXVII. — eccl. *Sarisbur.* nr. MXIII. (Greg. opuſc. aliquot latina.) — eccl. *Weſtmonaſter.* nr. MCLXXXIV. (oratt. quaedam, lat.) — inter codd. *Norfolc.* nr. MMMCDXLIX. — inter codd. *Th. Gale* nr. MMMMMMCMXLIV. (Gregorii medita quaedam) nr. MMMMMMCMXLVI. (Greg. quaeſtiones et reſponſa.) et nr. MMMMMMMCLVII. — In tomo II. parte II. cat. *Dublini;* nr. CCXXXI, 80. — nr. MCCLXIII. Gregorii et Baſilii quaeſtiones ac reſponſiones, arabice.

Matriti in bibl. regia in cod. CV. fol. 79. Gregorii exorciſmus ad immundos ſpiritus eiiciendos, quem *Iriarte* in cat. codd. gr. p. 423. ineditum eſſe exiſtimat. — Quot codd. in

in quibus potiſſimum inſunt oratt. atque epiſtolae Gregorii Naz. cuſtodiantur in bibl. *Eſcorial.* cognoſces ex *Plüeri* itin. per Hiſp. pag. 171.

Mosquae in bibl. ſynod. docente cl. *Matthaei* in Notitia codd. Mosq. pag. 16. excerpta in cod. XI. qui continet variorum adhortationes atque narrationes. — pag. 4. inprimis pag. 8. ſq. in cod. V. Greg. Naz. vita et XVI. oratt. — pag. 21. fragmenta ex tribus orationn. in cod. XIII. — pag. 29. in catenis patrum in Geneſin atque Exodum, in cod. XXIX. — pag. 36. in cod. XXV. ſiue cat. patrum in Eſaiam fragmm. ex quinque oratt. Sed in bibl. Mosquenſ. ſynod. multo plures ſupereſſe codices, diſcimus ex *Athanaſii Schiadae* catalog. codd. gr. etc. pag. 28. nr. X. — pag. 30. nr. XIV. ſermones XVI. cum Nicetae interpretatione; et p. 31. — pag. 33. ſq. nouem codd. adducuntur, quorum tres continent oratt. L. aut LI. aut LII. alii pauciores: in quodam eſt Gregorii teſtamentum. Plures oratt. pag. 38. pag. 44. tres codd. quorum primus habet oratt. cum ſcholiis archiepiſcopi *Serienſis*, (an Nicetae?) tertius carmina. — pag. 45. — pag. 47. vbi citatur collectio ex libris Origenis facta a Baſilio et Gregorio Nazianz. denique pag. 60. Gregorii dialogi, variae quaeſtiones, add. infra de edit. Matthaei adlata.

Ex *Montfauconii* bibliotheca bibliothecar. MSS. innumera paene copia codd. qui varia Gregorii opuſcula, nunc plura, nunc pauciora, comprehendunt, colligi poteſt; ſed quia de codd. Pariſienſ. Florentinis aliisque iam egimus, et tempus nos admonet, vt claudamus riuulos, in nonnullorum tantum commemoratione acquieſcemus. *Romae* igitur in Vaticana bibl. multa ſunt Gregorii opera, (I. pag. 13. 27. C. D. 32. 65. et graeca et quaedam a Rufino verſa, item comment. gr. in oratt. et inuectiuas. p. 98. C. — ibid. in bibl. *Sluſiana,* p. 178. D. et 179. B. — in bibl. *Ottobon.* p. 183. C. A. 184. nr. 8. et 10. et A. — in bibl. *Chiggia,* oratt. epiſtolae et carmina aliaque pag. 175. C. — in bibl. patrum S. Baſilii, p. 195. D. — monaſt. S. Saluatoris Baſilianor. p. 198. B. — *Florentiae* in monaſterio Benedictin. B. Mariae, p. 414. C. D. — *Ceſenae* p. 433. A. — *Patauii* in bibl. Stae Iuſtinae, pag. 486. C. — *Mediolani,* pag. 497. D. E. et 515. E. et 528. B. ac Nicetae ſcholia, ibid. C. — *Baſileae,* pag. 611. et 612. — *Londini* in bibl. regia, pag. 632. B. — in bibl. *Sfortiana,* p. 694. ſq. 696. 697. 698. 699. 703. 704. C. 706. E. 707. B. — in bibl. abbatiae S. Petri *de Selincurte,* dioec. Ambian. pag. 1198. D. E. — in bibl. SSt. *Sergii* et *Bacchi,* p. 1218. C. — in bibl. S. Albini *Andegauienſ.* p. 1225. B. C. — in bibl. abbat. *S. Theodorici* prope Remos, p. 1231. E. — in bibl. monaſt. *S Martini Sagienſis,* p. 1249. E. A. — Alia ei, cui opus aut volupe erit, ſuppeditabit index ad illam bibliothecam. — Praeterea in bibl. publ. *Pariſ.* ſecundum catal. tom. I ſunt in codd. verſiones orientales: 1) *coptica* quaeſitorum et reſponſorum de rebus, ad theologiam pertinentibus, quorum auctores feruntur Baſilius et Gregor. Naz. pag. 450. cod. XLII. 2) *arabica* oratt. XXIX. et Gregorii, presbyteri, orationis in laudem Greg. Naz. p. 61 ſq. cod. LXI. — homiliae de Chriſti tentatione, pag. 62. cod. CXVI. quarumdam homiliarum. pag. 107. cod. LXXIII. et p. 108. cod. LXXVI. — catecheſeos, ordine alphabetico diſpoſitae quae *Gregorii, Theologi,* nomen prae ſe fert. — 3) *armenica* operum. p. 62. cod. LIX. et in cod. LXIII. operis commentitii, quo reſpondet *Gregor.* variis quaeſtionibus, ipſi a Baſilio propoſitis, de igne, terra, vniuerſo et ſole. — In biblioth. acad. *Erlangenſi* eſt cod. membr. qui

qui continet versionem Gregorii apologetici et quarumdam oratt. *latinam*, auctore Rufino: in fol. conf. quoque *Hockeri* cat. bibl. Heilsbron. pag. 53. De cod. quodam v. *Io. Heumanni* documenta literaria etc. Altorf. 1758. 8. in comm. isagog. p. 77. add. part. II. f. epistol. p. 71. graue *Cochlaei* de Greg. Naz. iudicium: pag. 70. 77. 283. de versionibus *Pirckheimeri.* — In *Krohnii* cat. pag. 99. fin. laudatur *Rufini* versio Apologetici Greg. Naz. cod. Sed ohe! iam satis est. Pergamus ad *editiones.* *Harl.*

Editiones Gregorii Nazianzeni latinae.

Orationes decem *Rufino* interprete I. XII. XV. XVII. XXVIII. XXXIII. XXXVIII. XXXIX. [?] XLIV. et L. cum eius praefatione ad Apronianum. Argentorat. per Iohannem Knoblauch 1508. 4. *Fabr.* Exemplar est in bibl. *Erlang.* Inscriptio autem haec est:

Hi sunt in hoc codice libelli X. diui Gregorii Nazianzeni. Apologeticus liber I. de epiphaniis siue natali domini; de luminibus, quod est de secundis epiphaniis; de fide liber I. de Nicaena fide; de pentecoste et Spiritu S. de semet ipso, ex agro reuerso; de dictis Hieremie presente imperatore; de reconciliatione et vnitate monachorum; de grandinis vastatione; de arrianis quod non liceat sp. *et publice de deo contendere.* In calce: Explicit liber — translatus a quodam Rufino. Impressus Argentine per Io. Knoblauch. Anno MDVIII. (1508.) Hilarii. Praefatus est Adelph. Mulingus. add. cel. *Panzer* A. T. VI. p. 41. nr. 120. Idem tamen tom. I. pag. 66. nr. 378. ex Schoepfl. vindiciis p. 108. citat Apologeticum Greg. Argentor. 1500. per *Knobl.* — In bibl. Barber. catal. I. pag. 493. citatur: *Greg. Naz.* oratio et epistolae II. ad Themistium, latine per Rhenanum, Paris. 1513. — *Greg. Nysseni* libri VIII. — *Greg. Naz.* in Gregor. Nyss. oratio — — et duae epistolae ad Themistium, lat. Argentor. ex off. Matth. Schureri. 1512. fol. Rhenan. ad imp. Maximil. v. *Panzer.* VI. p. 55. nr. 249. Huius forsan repetitio fuit ed. Paris. modo memorata? *Harl.*

Orationes VII. interprete *Io. Oecolampadio.* Augustae Vindel. 4. sparsim vulgatae gg). Ora-

gg) In bibl. *Erlangensi* exemplar est edit. inscriptae: *De amandis pauperibus Greg. Nazianz.* — *sermo: eiusd. ad virginem admonitorius; eiusd. laudes Machabaeorum. Interprete Io. Oecolampadio, concionatore Augustensi.* In calce: In offic. Sigism. Grimm, Medici et Marci Vuyrsung. Augustae Vindel. M. D. XIX. (1519.) 4. Add. *Zapfii* Augsburgs Buchdrucker Geschichte, part. II. pag. 117. et *Panzer.* A. T. VI. pag. 154. Ab vtroque ll. citt. et quidem a Zapfio p. 116. et a Panzero p. 115. it. a *Lambachero* in bibl. antiqua Vindob. ciuica, p. 89. (vbi aliquot antiquae Greg. referuntur editt.) memorantur: *D. Greg. Naz.* — *sermones in Pascha, in dictum Matthaei, cum consummasset Ihesus sermones hos* etc. cap. XIX. — In fine: *In Offic. Sigism. Grimm et Marci Vuirsung.* An. M. D. XIX. (1519.) 4.

Ex eadem offic. *Greg. Naz. metaphrasis in Ecclesiasten*, interpr. *Oecolampad.* 1520. 4. vid. *Maittaire* A. T. II. p. 593.

Ex eadem offic. prodiit: *De moderandis disputationibus Greg. Naz. sapientiss. sermo; Io. Oecolampadio interprete.* a. M. D. XXI. (1521.) 4. v. *Zapf.* l. c. p. 147. — idem lib. eodem interprete, Basil. ap. Andr. Cratandrum 1521. 4. — *Oecol.* interpr. non laudatur in epist. Cochlaei ad Pirckheim. in *Io. Heumanni* documentis literariis. p. 72. — *Sermo in secunda Encenia*, quae verna quoque dicuntur, *Phil. Melanchthone interprete.* Erphurd. Matthaeus Maler excudit. 1519. 4. vid. *Maittair.* II. p. 328. — et Hagenoae, eod. a. in 4. teste *Panzero*, VII. p. 89. nr. 170.

Orationes VI. latine Norimb. 1521. 4. *Fabr.* n. *in natalem saluatoris*, in festum Epiphaniorum, in S. lauacrum, in S. resurrectionem, in S. Pentecosten, in Encaenia s. nouum dominicum. *Bilibaldo Pirckheimero* interprete. Impress. Norimbergae per Foeder. Peypus. 1521. 4. conf. *Panzer* VII. p. 462. nr. 161. et supra in fine notitiae codd. *Harl.*

[*Diui Gregorii cognomento Theologi — de theologia liber primus, Petro Mosellano Protegense interprete. Priore editione recognita.* In fine tantum, *Hagnoae.* sine a. in 4. II. plagg. Dedicatio, vltra dimidiam libelli partem complens, in qua multa de se, suis patronis aeque ac aduersariis loquitur Petr. Mosell. scripta est Misnae 1519. ineunte anno, et narrat is, librum Gregorii ab ipso superioribus diebus latinitate esse donatum. Exemplar est in bibl. publ. Erlang.

— *de theologia* libri V. interprete *Petro Mosellano*, Protogense. Basil. ap. Io. Froben. 1523. fol.

Greg. Naz. — in Gregorium Nyssenum fratrem Basilii magni, cum altero die electionis suae ad confirmandum ipsum superueniret oratio. Interpres Io. Cono, ord. praedic. Basil. 1512. fol. v. *Panzer.* A. T. VI. pag. 189. nr. 109.

Greg. Naz. oratt. duae Iulianum Caes. infamia notantes, Bil. Pirckheymero interpr. Norimberg. per Frid. Arthemisium. 1528. 8. v. *Panzer* VI. p. 473. *Harl.*]

Gregorii Nazianzeni Opera latine, variis interpretibus, Lipsiae 1522. 8. edita et in catalogo Bultellianae bibliothecae pag. 32. memorata. [Sed ignota est Maittair. ac Panzer.]

Orationes XXXVIII. translatae a *Bilibaldo Pirckheimero*, Basil. 1531. fol. cum praef. aliaeque Erasmi. Hanc editionem recenset Conradus Gesnerus in bibl. De Pirckheimero *Erasmus* XXVI. 33. epist. *Fabr.* Inscriptio haec est:

D. Gregorii Naz. orationes XXX. *Bilibaldo Pirckheimero interprete, nunc primum editae, quarum catalogum cum aliis quibusdam post epistolam Des. Erasmi videbis.* Basil. in offic. Froben. a. M. D. XXXI. m. Sept. fol. Primum legitur dedicatio *Ioannis Straub.* generi Pirckheimer. ad Georgium, Sax. ducem, scripta Norib. IV. id. Maii 1531. post Pirckheim. mortem, quam etiam luget *Des. Erasmus* in altera, quae sequitur, ad eumdem principem epistola nuncupatoria, scripta Friburgi id. Maii 1531. Tum sequitur index XXX. oration. vitae Gregor. et quarumdam illius epistolarum, a Pirckheimero latine versarum. Accesserunt olim editae sex oratt. ab eodem Pirckh. a. 1521. et duae oratt. in Iulianum, ab eodem 1528. *) (vt in praefat. pag. 68. legitur.) Exempl. est in bibl. Erlang. Conf. quae adnotaui in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 241. sq. *Harl.*

Nazian-

*) Omissa tamen est *orat. de officio episcopi*, eod. *Pirckheimero* interprete. Norib. ap. Fid. Peypus, 1529. 8. cuius meminit *Lambacher* in bibl. antiqua Vindobon. ciuica, pag. 90.

Nazianzeni Opera Basileae, a. 1550. apud Heruagium fol. cum *Wolf. Musculi* praefatione, ex cuius versione etiam exhibentur Oratio I. et XLI. XLV. XLVII. vti Orationes quinque de Theologia ex *Petri Mosellani:* ceterae omnes ex Pirckheimeri. Christus patiens ex versione *Sebastiani Guldebeccii*, Tigurini, et alia poemata ex interpretatione *Aldi Manutii. Fabr.*

[De ed. Basil. cum Musculi praef. ad gr. edit. a. 1550. agemus. Hic memorari debet *Gregorii Naz. de pauperibus amandis* orat. latine, *Petro Franc. Zino,* Veronensi, interprete; *Gregorii Nysseni,* in idem argument. oratt. duae, latine etc. apud Vascosanum. Lutetiae 1550. 4. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 586. — comment. in Hexaemeron a *Petro Franc. Zino* latine redditus. Venet. Aldi fil. 1553. 4. (al. 8.) — Opuscula aliquot, latine per *Zinum.* Venet. 1574. 8. in cat bibl. Barber. I. p. 493. *Harl.]*

Paris. et Coloniae 1570. fol. *Iac. Billio,* Prunaeo, interprete. Hanc editionem recenset Bellarminus de Script. eccles. [v. paullo post de II. edit.]

Tragoedia, Χριςὸς πάσχων, *Christus patiens*, quam contra MSS. fidem[i]) Apollinari, Laodiceno, viri quidam docti tribuere maluerunt, cum metaphrasi, quam versibus latinis iambicis composuit *Claudius Roilletus*, Belnensis, exstat tom. II. pag. 253. Prosa latina vertit *Sebastianus Guldenbeckius*, Tigurinus, in editione Heruagiana a. 1550. Graece post editionem Romanam 1542. 8. excuderat Wechelius Paris. anno 1544. 8. *Fabr.* An auctor huius tragoediae sit Gregorius Naz. dubitat etiam *Lipsius* libr. II. de cruce, cap. 7. *Heum.* — v. infra, de *Apollinari, Laodic.* pag. 681. vol. VII. vet. ed. — supra vol. II. p. 285. voc. *Apollinaris.* Sed neque Apollinari, neque Gregorio Naz. sed monacho cuidam indocto illam tragoediam adtribuendam esse, pluribus demonstrare sustinet *Triller* in praefat. ad versionem suam *Hug. Grotii* trag. *Christus patiens*, Hamburg. 1748. 8. pag. signata *c. 3.* et multa culpat in graeca tragoedia, Nazianzeno vulgo adscripta. *G. I. Vossius* dubitat quoque in Institt. poet. lib. II. cap. 14. p. 9. num Greg. Naz. auctor trag. illius, in qua multa animaduertit peccata, sit habendus. — De illo dramate grauiter iudicat *Valcken.* in praef. ad Eurip. Hippolyt. pag. XI. negat. Gregor. Naz. monstrosi illius foetus esse patrem. sed id esse centonem ex aliquot centenis Euripidis versibus consutum, et de sex tragoediis, Hippolyto, Medea, Bacchabus, Rheso, Troasi, atque Oreste desumtum, existimat. Add. *Oudin.* l. c. pag. 644. 645 sqq. — In multis tamen codd. Gregorio Naz. adscribi solet, in cod. regio *Matrit.* XCIII. quem diligenter recenset *Iriarte* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 368. sq. — *Monachii* in cod. elect. CXCIII. (cat. codd. gr. Bau. pag. 73.) — *Venetiis* in cod. Marc. DXIX. (cat. codd. gr. Marc. p. 279.) — *Paris.* in septem codd. bibl. publ. v. indic. ad tom. II. cat. — in cod. quondam *Schwarziano* v. bibl. Schwarzianae part. II. pag. 8. nr. XX. etc. add. notam. *Harl.*

Scholiastae graeci in varia Greg. Nazianzeni scripta[k]).

NONNVS, (diuersus[l]), vt videtur, a Panopolita,) cuius expositiones Historiarum, quarum Nazianzenus vtraque in Iulianum inuectiua meminit, graece editae sunt a Rich. Montacutio Etonae 1710. 4. latine tantum ex Iac. Billii versione leguntur in editione Nazianzeni vtraque Paris. et Lipsiensi tom. II. pag. 499. Idem Billius etiam latine edidit scholia quaedam *Nouni, monachi* in orationem 20. *Fabr.* *Nonni* enarrationes historiarum profanarum, quarum

i) Vide *Lambecium* IV. p. 22. seq. vbi memorat codices MSS. cum scholiis graecis ineditis anonymi. In vno eorum inscribitur: Τὸ κοσμοσωτήριον πάθος τῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίυ Ἀρχιεπισκόπυ Κωνςαντινυπόλεως τῦ Θεολόγυ δρᾶμα κατ᾽ Εὐριπίδην. *Fabr.* — in cod. caesar. CIII. nr. 1. pag. 46 sqq. ed. Kollar. vbi Lambec. contra Baronium aliosque illam tragoed. vindicat Gregorio Naz. et de hac controuersia consulere iubet *Phil. Labbaei* diss. de scriptor. ecclesiast. ac reliquos ab eo citatos. — in cod. CIV. cum scholiastae graeci expositione, partim in margine, partim inter lineas posita; diuersa tamen ab ea, quae exstat in mem. praecedenti codice, notante *Lambec.* l. c. p. 48 sq. qui (vti quoque Oudinus,) eam vocat *Tragicomoediam*, eumque sequitur *Nesselius*, vituperatus ideo ab Iriarto loco ante citato. *Harl.*

k) De scholiastis atque interpretibus graecis operum Greg. Naz. illorumque codd. nonnullis copiose disserit *Oudin.* l. c. cap. VI. p. 647 sqq. Illos in multis codicibus, qui plura Gregorii opera continent, his adiunctos esse, iam passim adnotauimus. Quare eo breuioribus esse nobis licebit. *Harl.*

l) Vide infra pag. 690.

rum Greg. Naz. meminit in orat. 1) in laudem Basilii, 2) in Epiphaniae festum diem, 3) in orr. inuectiuas etc. sunt in cod. caesareo LXXIX. nr. 55. 56. 57. v. *Lambec.* et *Kollar.* III. pag. 452. sq. — In codd. bibl. *Coislin.* v. *Montfauc.* catal. illius bibl. pag. 118. cod. LI. — in codd. Laurent. Medic. v. *Bandin.* I. pag. 206. nr. 26. pag. 247. sq. nr. 54. sqq. ac p. 206. not. et saepius in Florentinis, Paris. aliisque codd. *Harl.*

S. MAXIMVS, monachus et abbas confessor, medio saeculo septimo clarus, in ambigua siue locos difficiles plurium Nazianzeni [?] orationum ac quorundam carminum fusiorem explanationem scripsit, ad Iohannem, archiepiscopum Cyzicenum, memoratam *Io. Tzetzae* Chil. IX. versu 866. et magnam partem latine olim versam a Io. Scoto Erigena. Prodiit cum iam dicti Scoti, graecarum litterarum non adeo periti, versione iussu regis, Caroli Calui, composita, et eiusdem Scoti libris quinque de diuisione naturae, varia eruditione refertis, Oxoniae 1681. fol. m) Operae pretium esset hanc explanationem recudi in noua Nazianzeni editione; nam et Oxoniensis haec non vbique obuia est, et in Maximi operibus, a Combefisio iunctim vulgatis, explanatio in Nazianzeni ambigua desideratur; quamvis idem in bibl. concionatoria memoret eius codicem graecum regium, collatum cum altero abbatis Gerasini Blachi, Venetiis submisso, tertiumque scriptum pulcerrime et manu erudita collatum Raphaelis du Fresne, et versionem Scoti ex bibliotheca Cluniacensi, ad quos codices editio Oxoniensis recenseri poterit. *Fabr.* Plura vid. infra, in vol. VIII. cap. 30. nr. 48. de S. Maximo pag. 763. sqq. vet. ed. — Est vero *Maximi* expositio *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXXVI. qui is est, quem laudauit Combefisius, (v. catal. codd. Par. II. pag. 171.) et in quatuor aliis codd. v. indic. ad vol. mem. — In cod. caesar. XCVIII. Basilii scholiis permixta alia sunt, quibus in margine nomen et *Maximi, monachi,* et *Georgii* cuiusdam (an *Moceni*, de quo postea agitur?) adscriptum legitur. v. *Lambec.* cum *Kollarii* nota, in vol. III. pag. 502. — In cod. *Coislin.* LII. sunt Naz. oratt. cum scholiis *Nicetae*, cuius tamen nomen reticetur: acc. alia similiter scholia, quae, vt *Montf.* in bibl. Coisl. pag. 118. ait, nomen auctoris non praeferunt, suntque ab editis latinis omnino diuersa, et interdum ex *S. Maximo* sumta, eius nomine praefixo. Add. eumdem *Montf.* ibid. pag. 411. de cod. CCXCIII. et *Bandin.* cat. cit. I. p. 537. nr. 1. *Harl.*

ELIAS, CRETENSIS, metropolita, qui concilio Nicaeno II. a. C. 787. interfuit, commentariis illustrauit orationes Nazianzeni 1. 3. 4. 10. 11. 19. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. 35. 36. 37. 51. 52. Latine tantum edidit Billius, partim versa a se, partim excerpta. Graecus codex exstat MS. *Basileae* in bibliotheca publica in codice eximio, de quo *Carolus Patinus* in epistolis de itinere suo Amst. 1696. 12. pag. 132. *Les Oeuvres de Gregoire de Nazianze sont écrites en characteres rouges, et les Commentaires d'* Elias Cretensis *en caracteres noirs, qui n' ont encore été imprimez qu' en Latin. Ce Manuscrit Grec est parfaitement net, et enrichi même aux chapitres, de fort belles miniatures. On y voit souvent S. Gregoire en chaire, qui preche et qui semble disputer contre les Héretiques, qui sont en bas à sa gauche, ayant à sa droite*

m) Edit. *Thoma Gale.* v. *Brüggemann* View etc. pag. 445. *Harl.*

droite les Orthodoxes principalement en son sermon in Εὐνομιανὲς ἑτεροδόξες. *Fabr.* Commentarii in Greg. Naz. orat. I. de Filio, quae est tertia de theologia, pars in cod. caesar. XVI. nr. 1. de quo v. *Kollarium* in supplem. pag. 145. sqq. et pag. 213. sq. de cod. XXV. nr. 2. in quo sunt, illo opinante, etiam excerpta ex *Eliae* Cretens. commentariis in Gregorii Naz. oratt. *Harl.*

NICETAS, ex Serrarum Macedoniae episcopo Heracleensis in Thracia metropolitanus saeculo XI. ad finem vergente clarus, scripsit commentarium in sedecim Nazianzeni orationes 6. 9. 15. 16. 18. 20. 21. 22. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. quae latine exstant a Billio editae: Graece MStae supersunt in pluribus codicibus caesareae bibliothecae n), ne de regia Paris. aliisque in praesenti dicam. Idem *Billius* Paris. 1575. 8. Nicetae scholia latine vulgavit in quaedam Nazianzeni carmina, sub nomine *Cyri, Dadybrensis* (in Paphlagonia) episcopi. *Cyrus* Κύρος non nomen, sed honoris titulus est pro Κύριος. Vide *Barthii* [?] Aduersaria p. 1393. Quae autem Nicetae, Paphlagoni, in illo codice et aliis quibusdam tribuuntur, forte et ipsa sunt Nicetae, Heracleensis. Vide *Allatium* de Psellis cap. 13.

PSELLI in loca quaedam Orationis 41. et 42., leguntur latine in editionibus Parisiensibus a. 1609. et 1630. atque Lipsiensi tomo secundo, commentariis Nicetae inserta. At *Io. Leunclauius* in editione Basil. 1571. edidit, (itidem latine tantum, Pselli, philosophi Christiani, in difficiles locos sex orationum Nazianzeni, nimirum 20. 39. 40. 42. 44. et in vnum alterumque locum Apologetici. Idem praemittit *Iohannis Pselli* in imaginem Gregorii Nazianzeni tetrastichon. *Fabr.* *Florentiae* in cat. cod. gr. Laurent. II. pag. 412. sq. de cod. LVII. nr. 8. 14. praecipue nr. 16. 18. 19. et pag. 415. nr. 43. add. supra in notitia codd. msst. *Harl.*

BASILII, Caesariensis o), iunioris, qui saeculo decimo scripsit, praeclaras luceque dignas ἐξηγήσεις et ὑπομνηματισμὲς in orationes XLV. Nazianzeni p) habet MSS. biblioth. caesarea, regis

n) In codd. XLV. XCI. XCII. XCIII. XCV. et XCVI. v. *Lambec.* comm. III. pag. 171. 489 sqq. 494. 495. et, nomine Nicetae non addito, in cod. XCVII. de quo multus est *Lambec.* l. c. p. 496. sqq. Item in cod. IX. anonymi excerpta, quae ex Nicetae comm. deprompta esse, docte copioseque demonstrauit *Kollarius* in nota ad illud vol. pag. 50. sq. — Conf. antea de carminibus notata, et supra, in vol. VII. p. 750 sq. collecta. Add. catal. codd. *Nanian.* pag. 64 sqq. de cod. LVIII. qui continet XVI. oratt. Naz. cum *Nicetae* comment. — *Nicetae Dauidi*, philosopho, tribuitur paraphrasis Tetrastich. a *Reisero* in cat. codd. August. Vindel. p. 12. expositio *Arcanorum* etc. in cat. codd. gr. Venet. Marc. pag. 259. cod. CCCCXCIV. et aliorum carminum Greg. Naz. v. supra in vol. VII. 748. vbi quoque pag. 747. de *Niceta, Dadybrensi*, agitur. *Harl.* — Epistola *Christfr. Waechtleri*, exhibens collationem oratt. Greg. Nazianz. cum cod. msto et scholiis graecis *Nicetae*. Lips. 1722. 4. — Huius Nicetae commentar. in I. ad Corinthios edidit *Lamius* in Deliciis erudit. In praefat. multa de eius scriptis [tom. a. 1743. edit. p. 137.] *Heum.*

o) Magni Basilii κοινωνὸν καὶ ὀνόματος καὶ θρόνε se adpellat. Vide *Seberum* ad Iul. Pollucem pag. 99.

p) Vide Lambec. III. p. 204. seq. et Nouellas Reip. literariae a. 1704. mense Octobri pag. 383. vbi habes Clariss. Louvardi Epistolam datam 13. Mart. a. 1704. de noua, quam parat, Nazianzeni editione.

regis Galliae, Auguſtana et Iſ. Voſſii, quae acceſſit academiae publicae Lugduni Batauorum. *Fabr.* Vid. *Lambec.* et *Kollar.* vol. III. comment. pag. 500. ſqq. de codd. caeſar. XCVIII. XCIX. C. — *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* pag. 253. de cod. CCI. praecipue pag. 296. de cod. CCXXXVI. qui habet collectionem variorum commentator. vett. a Baſilio minimo congeſtorum: item p. 298. de codd. CCXL. et ſequenti. — ibid. in cod. CCXLII. alius, anonymi, ſcholia in Gregor. Naz. oratt. exſtant. — In primis notandus eſt cod. XIII. plut. 4. in bibl. Laur. Medic. quem copioſius et curioſius curatiusque, quam *Montfaucon.* l. c. pag. 296. fecerat in deſcribenda eadem Baſilii collectione, recenſuit, multaque ex eo excerpſit *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 536. ſqq. Baſilius iunior collegit commentarios aliquot vett. in XIV. oratt. Gregorii Naz. et ipſe Baſilius in epiſt. nuncupatoria ad Conſtantinum Porphyrogenetum, (vnde aetas illius Baſilii definiri poteſt,) ἔχει, ait, δὲ καὶ Γεωργίε τὸ βιβλίον ἑρμηνείαν τῦ Μωκηνῦ, καὶ ἄλλων. Illam epiſtolam Bandin. gr. excudi fecit l. c. Epiſtolam ſequitur ipſe commentarius ineditus *Baſilii minimi, Georgii Moceni, Maximi, Theophili, Apollinaris* et anonymi. — In eod. cod. nr. XV. ſunt explicationes mythicarum hiſtoriarum, quarum meminit Greg. Naz. in oratt. in SS. lumina et in S. Baſilium. v. quoque *Bandin.* in monumentis eccleſ. etc. ſupra in notitia edd. gr. lat. memoratis. — *Pariſ.* in bibl. publ. cod. DLXXIII. *Baſilii minoris* ſcholia in 45. oratt. *Greg. Naz.* — in cod. DCCCXVII. nr. 2. *Baſilii, Georgii* et *Maximi* ſcholia in valedictoriam Greg. Naz. homiliam. *Harl.*

Cum THEODORI BALSAMONIS ſcholio carmen Nazianzeni de libris biblicis legitur in Synodico magno *Guil. Beueregii* tom. II. p. 178.

GENNADII ſiue potius GREGORII, presbyteri Caeſareenſis vitam Nazianzeni q) et ſcholia in orationes XVI. euoluit MSta atque in noua Theologi editione promere voluit *Franciſcus Louvard.* Scholia illa Gregorii laudantur ab Elia Cretenſi.

LEONTII, Byz., ſcholia ex ore THEODORI, abbatis et philoſophi, ad excerpta e Nazianzeno de SS. Trinitate MSta in bibl. Caeſarea. Vide Lambecium III. pag. 63. *Fabr.* p. 171. ed. Kollar. in cod. XLV. nr. 3. *Harl.*

NICEPHORI BLEMMIDAE encomium in Nazianzenum et expoſitio eius carminum memoratur a *Labbeo* in bibl. noua MSS. p. 111. pro *Nicephori, Paphlagonis,* autem ſcholiis ibidem legendum puto *Nicetae.*

GEORGII ACROPOLITAE in quasdam Nazianzeni ſententias laudat *Allatius* diatriba de Georgiis p. 357.

EVMOLPI PHILE expoſitio in quatuor orationes S. Gregorii Naz. Labbe pag. 107. bibl. nouae MSS. Eiusdem hypotheſes ſiue [?] argumenta verſibus iambicis in orationes, MSS. in bibl. caeſarea. Vide *Lambecium* III. pag. 184. *Fabr.* ſ. pag. 456. ſq. de cod. LXXX. nr. 2-8. et 18. ed. Kollar. vbi Lambec. *Philae* epigr. primum edidit, quod iteratum eſt a *Tollio*

q) v. *Lambec.* comm. III. p. 451. de cod. caeſ. LXXIX. nr. 54. et ſupra ad §. 1. *Harl.*

Tollio in insignib. itinerarii ital. pag. 200. et a *Gottl. Wernsdorfio* in ed. *Manuel. Philae* carmin. graec. Lips. 1768. 8. p. 309. nr. IV. *Harl.*

IOANNIS ZONARAE paraphrasis et commentarius in Nazianzeni tetrasticha et alia opuscula, MSS. in bibl. Caesarea et Scorialensi. *Fabr.* *Vindobon.* in bibl. caesar. cod. XXV. nr. 4. est *Ioannis Zonarae*, ex aulae imper. CPolitanae magno Drungario Vigiliae et protosecretario ascetae s. monachi, (v. infra vol. X. de Zonara, pag. 241. sqq.) expositio *canonum* s. canticorum ecclesiastic. S. Io. Damasceni. conf. *Lambec.* in comm. III. pag. 103. Atqui *Zonarae* illi potius, quam *Nicetae*, alias dicto *Dauidi philosopho*, cuius comm. in Greg. Naz. tetrasticha et monosticha ab *Hercule Phaello*, presbytero Imolensi, latine versus, et Imolae ap. Laur. Gianottum, 1588. 8. editus est, tribuere malit *Lambec.* IV. pag. 32. sqq. anonymi cuiusdam auctoris *paraphrases triginta tres* in totidem Greg. Naz. carmina, in cod. caesar. CII. Sed *Kollar.* in not. A. pag. 35. primum refutat *Oudin.* l. c. tom. I. pag. 645. negantem, Zonaram in carmina Greg. Naz. commentatum esse, cuius opinionis error iam ex iis, quae Fabr. de Zonara l. c. protulit, refelli potest. Neque tamen paraphrases illas, quae in co[d]. mem. Vindob. exstant, ausit Kollarius tribuere Zonarae, quum et Nicetam et Doxapatrium, cuius explanatio admodum similis videatur anonymi paraphrasi, in cod. illo obuiae, in varia Nazianz. carmina ἐξηγήσεις scripsisse notum sit. *Florentiae* in cod. XVIII. nr. 1. sunt carmina Greg. Naz. cum anonymi paraphrasi, quam, licet quaedam varietas subinde intercedat, *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 257. eumdem, ac cod. Vindobon. habere auctorem, scil. Zonaram, in nota suspicatur; neque tamen decernere audet. At in cod. bibl. *Paris.* publ. CMXCII. in quo exstant quaedam Greg. Naz. carmina, nr. 6. est *Nicetae* philosophi expositio tetrastichorum S. Greg. Naz. tum sequitur nr. 7. *Io. Zonarae* ad eum, qui rogauerat, vt tetrasticha S. Greg. Theologi interpretaretur, praefatio, quam excipit tetrastichorum explicatio, Pauciora tamen ab illo, quam a Niceta, illustrari, monet confector catal. codd. Paris. olim regg. vol. II. pag. 198. Forsan Zonaras Nicetae aut alius commentarium compilauit, et in compendium redegit; quo fieri potuit, vt illius nomen in codd. omitteretur. *Harl.*

ANONYMI vnius pluriumque scholia atque paraphrases in varia Nazianzeni carmina partim iam viderunt lucem, partim adhuc in bibliothecis inedita delitescunt. Paraphrasin in ἀπόῤῥητα graece vulgauit *Hoeschelius* Lugd. Bat. 1591. 8. Ἑρμηνείαν in Epigrammata, memoriae S. Basilii consecrata, *Lambecius* VIII. pag. 368. [pag. 777. sqq. Koll.] Anonymi scholia in orationes sedecim et alio codice in orationes XXIV., nec non alia scholia in Steleuticas aduersus Iulianum, diuersa ab editis Nonni, monachi, scholiis: alio item in Nazianzeni Christum patientem, iterumque alio in pleraque carmina exstant MSta in bibl. caesarea. Σημείων criticorum, marginibus codicum MStorum Nazianzeni adpositorum, expositionem edidit *Lambecius* III. pag. 174. sqq. *Fabr.* s. pag. 438. sqq. ed. Kollar. de cod. LXXIX. et pag. 468. de cod. LXXXIII. adde supra iam adnotata de illis signis et anonymorum scholiis. Atque *Eliae*, Cretensis, testimonium paullo post laudabimus. *Harl.*

NICOLAI DOXOPATRI, (τῦ Δόξα Πατρὸς) notarii patriarchalis magnae ecclesiae, CPol. et protoproëdri Syncellorum ac Nomophylacis ἐξήγησις siue scholia graeca MSS. in Nazianzeni carmina iambica, aliaque. Incipit: Διττῆς ὔσης ἀληθῦς φιλοσοφίας *Lambec.* VIII. pag. 457. *Fabr.* v. *Kollar.* ad Lambecii comm. IV. pag. 36. fin. in primis *Lambec.* VIII. pag. 958. sq. ed. Kollar. de cod. XLVII. nr. 2. — *Nicolai* cuiusdam scriptoris antiqui, saec. circ. XI. carmina in laudem Gregor. Naz. *Bandin.* in cat. codd. Laurent. I. pag. 214. sq. edidit ex cod. VIII. nr. 46. plut. 7. — *Nicolai Doxop.* comment. in varia Greg. Naz. carmina his subiunctus est in cod. *Paris.* bibl. publ. CMXCIII. *Harl.*

[Praeter ea in Nazianz. opp. commentatos fuisse THEOPHILVM quemdam APOLLINAREM et GEORGIVM MOCENVM, ex eorumque interpretatt. *Basilium minimum* suum adhuc ineditum commentarium, qui est in cod. XIII. plut. 4. in bibl. Laurent. Medic. auxisse atque ornasse, idque *Bandin.* in cat. codd. Laur. I. p. 536. sqq. docuisse, iam supra, quum sermo esset de Basilii comm. animaduertimus. Bandin. vero in nota I. pag. 536. monuit, *Montfaucon* in bibl. biblioth. MSSt. pag. 252. D. in commemoratione illius codicis male legisse Μαρκήτȣ, vtpote cuius nomen esset ignotum. — In cod. *Coislin.* CCXXXVI. in quo etiam continentur *Basilii minimi* scholia in Greg. Naz. orationes, fol. 208. leguntur *Georgii Mocii*, Μωκίȣ s. Μωκηνȣ̃, scholia in Greg. Naz. homiliam in Pascha, teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 296. sqq.

CALLISTI XANTHOPVLI glossas in oratt. Nazianz. iam memorauit *Possevinus* ad calcem adparatus sacri pag. 28. Atqui *Greg. Naz.* oratt. XXX. cum scholiis *Nicephori Callisti Xanthopuli* exstant in cod. *Veneto* Marc. LXXVI. inscripto: Νικηφόρȣ Καλλίςȣ τȣ̃ Ξανθοπόλȣ σύντομος σχωλιώδης δι' ὅλȣ ἐξήγησις εἰς τȣ̀ς μὴ ἀναγινωσκομένȣς τȣ̃ Θεολόγȣ λόγȣς. quod copiose ostendit Teupolus in cat. codd. graec. Marc. pag. 53. — Eaedem oratt. cum iisdem *Xanthopuli* scholiis, sed sine auctoris nomine, sunt in cod. seq. LXXVII. obseruante ibid. pag. 54. Teupolo. — In cod. *Vindob.* caes. XCVII. continentur *anonymi* cuiusdam comm. in sedecim Naz. oratt. quod quidem vtrum Callisti Xanthopuli opus sit, ignorare se fatetur *Kollarius* ad Lambec. III. pag. 497. contra, ait, compertum habeo, eius methodo, et quidem CPoli, esse (illum commentarium) scriptum: coniicitur hoc ex commentarii prooemio ad orat. octauam, folio cod. CVIII. pag. 2. etc. *Eliae* tamen *Cretensis* locus, in Leunclav. Opp. Greg. Naz. edit. lat. pag. 1. ed. Basil. 1571. quem adducit Lambec. l. c. memorabilis est, et dignus ex quo quaedam repetantur. „Greg. Naz. orat. vna cum epistolis interiectis numerantur coniunctim quinquaginta duae, quarum illae sedecim, quae vno libro comprehensae sunt, magnam *interpretum* copiam nactae sunt tam *priscorum*, quam *recentium*; — ceterae vero a nemine — quantum quidem nobis constat, sunt explicationem consequutae. Solus *Basilius* quidam et GREGORIVS, qui et XVI. illis orationibus enarrandis operam impenderunt, voluerunt quidem illi quasdam adnotationes, scholiis consimiles, etiam in orationibus, quas nunc contemplaturi sumus, relinquere, etc." Atque in cod. XCVIII. *Basilii* scholiis in *Greg. Naz.* alia scholia esse permixta et in margine interdum adscripta esse nomina *Maximi* ac *Georgii*, monent Lambec. et Kollar. III. p. 501. sq. *Harl.*

Scripta

Scripta, quae in Operum Nazianzeni editionibus hactenus editis non exstant,

VIII. In operibus Nazianzeni, iunctim editis, praeter *Carmina*, quae *Tollii* ac *Muratorii* sollertia eruit, desiderantur 1) *Philocalia* e scriptis Origenis, vtraque lingua saepius iam vulgata, atque nouae operum Origenis ἐκδόσει, quam Parisiis curauit *Carolus de la Rue*, opportunius inserta, vt recudere eam in noua Nazianzeni editione non sit necesse. Dixi de hoc opere, volumine quinto [p. 221. sq. vol. VII.]

2) *Liturgia*, latine ex arabico Iosephi Scaligeri codice versa editaque a Victorio Scialag, Maronita. Augustae Vindel. 1604. 4. Vide *Marci Velseri* epistolas ad Scaligerum 17. 30. et 35. et *Iosephi Scaligeri* 159. 170. 171. Graece et fortassis arabice vulgaturum se recepit Louvardus. Edita latine, e Coptico versa, ab *Eusebio Renaudoto*, inc. *Domine Deus omnipotens, qui nosti cogitationes hominum.* Paris. 1716. 4. tom. I. liturgiar. oriental. p. 16 r). Alia missa, quae ex latino Greg. I., papae, graece versa est a Georgio Codino, editaque graece et latine a *Fed. Morel.* Paris. 1595. 4. Inc. ὁ μέλλων ἱερεὺς ἱερουργήσειν. Alia it. missa praesanctificatorum in *Iac. Goari* Euchologio graec. pag. 192. quam idem in notis [?] pag. 210. ab aliis Basilio, ab aliis Gregorio I. vel II., papae, ab aliis denique Germano, patriarchae CPol., tribui testatur, et quam cum Greg. Nazianzeni Liturgia confundi a Ludouico Iacobo a S. Carolo in bibl. pontificia pag. 86. et 88. notatum *Thomae Ittigio*, in praelectionibus ad Hist. ecclesiasticam Saeculi IV. Inc. ὁ Διάκονος λέγει, εὐλόγησον Δέσποτα.

3) *Sententiae et regulae vitae,* capitibus XXIV. distinctae atque ex Nazianzeni scriptis olim incerto auctore collectae, et graece a *Io Sambuco* editae. Antwerp. 1568. 8. συναγωγὴ χρήσεων etc.

IX. *Iohannes Leunclauius* operibus Nazianzeni, a se magnam partem versis et Basil. 1571. fol. editis, latine subiunxit CAESARII *Quaestiones et Responsiones CXCV.* Idem fecit, Leunclauium sequutus, et seruata eius versione, *Iac. Billius* in latina Nazianzeni editione Paris. 1583. fol. Hic Caesarius, germanus Nazianzeni frater et domus Augustae archiater ac

Iii 2 quae-

r) Notae Renaudoti p. 501 — 514. *Fabr.* infra, in vol. XIII. p. 818. aiebat, in aliis non dici Gregorii Theol. sed *S. Seueri*, patriarchae, et mirabatur, Gregorium hunc non Theologum, sed Nyssenum adpellari a *Iobo Ludolfo* p. 341. comment. ad historiam aethiopicam. Add. ibid. p. 823. Thes. epistol. Lacrozian. I. p. 164 sq. p. 173. atque de liturgia *coptica* passim in tom. II. agitur. — In cod. *Barocc.* VIII. Liturgia *Gregorii* dialogi, gr. Basilii precatio et adiuratio; *Gregorii* precationes II. *Gregorii Naz.* adiuratio. — Inter codd. *Huntington.* in cat. codd. Angliae I. nr. 5880. liturgia Greg. Naz. iunioris, coptice et arabice cum precationibus *Seueri.* (Hinc fieri potuit, vt *Seuero* tribueretur ipsa liturgia.) — *Dublini* inter codd. coll. S. Trinit. nr. DCCCXLVIII. et nr. MCCCXXVII. inter codd. Narcissi, archiep. Dubl. Liturgia *Gregorii* Theol. copto-arab. — *Romae* in bibl. Vaticana *Greg. Naz.* Liturgia, gr. bis, cum multis aliis Greg. Naz. operibus. v. *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 65. B. et C. — *Paris.* in bibl. publ. inter codd. *syriacos* cod. LXVIII. nr. 1. liturgia *Gregorii, metropolitani:* inter codd. *copticos* XXVI. XXVIII. XXIX. XXXIX. XL. Lit. Naz. cum arabica interpretatione, et cod. XXXI. sine illa interpret. v. cat. codd. Paris. I. p. 57. 72 et 75. *Harl.*

quaestor Bithyniae [s]) post terrae motum, quem feliciter euasit, obiit coelebs et baptismo paucis ante mortem diebus demum suscepto [t]) a. C. 369. 25. Febr. atque a fratre, Nazianzeno, oratione X. funebri celebratus est. Licet vero medicam artem professus fuerit: tamen quaest. 78. extrema ait, se accuratiorem de partibus corporis tractationem relinquere medicis, ὃν τὸν λόγον καταλείψω τοῖς περὶ ἰατρικὴν ἐσχολακόσι. Et quamuis philosophiae ac mathematicis disciplinis [u]) dederit operam, vnde frater de eo oratt. X. pag. 163. ποῖον μὲν εἶδος οὐκ ἐπῆλθε παιδεύσεως; μᾶλλον δὲ ποῖον ὡς οὐδὲ μόνον ἕτερος, tamen naturalium rerum et astronomiae perexiguam notitiam prodit quaest. 36. seq. et 44. Quae vero quaest. 47. seq. aduersus fatum astrologicum disputat, valde similia sunt iis, quae ex Bardesane habet *Eusebius* VI. 10. praeparationis euangelicae, et quae in Clementis recognitionibus IX. 19. leguntur. Neque ad aliud opus respicere puto Suidam, quando Caesarium κατὰ Ἑλλήνων scripsisse refert, quod non vno loco fit in hisce quaestionibus, quas laudat etiam *Michael Glycas*, pag. 80. et 143. et *Photius* cod. CCX. [v]) qui κεφάλαια Ἐκκλησιαστικὰ adpellat, numeratque ducenta ac viginti. Atque totidem exstare etiam in codice MS. monasterii insulae Pathmi in mari Aegaeo, testatus est *Posseuinus* ad calcem Adparatus sacri. Titulus est: πεύσεις προσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, [?] Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου, ἐπὶ σεκρέτῳ (familiariter) Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, Ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, διδάσκων ἔτη εἴκοσι (siue, vt *Lambecius* IV. pag. 47. legit, ἔτη ἕξ.) Sed in latinis Leunclauii, Billiique et in graecolatina *Frontonis Ducaei* editione tom. I. Auctarii bibl. patrum Paris. 1624. et tomo XI. bibl. patrum Paris. 1644. exstant quaestiones CXCV. distributae in *Dialogus IV.* dies I. vsque ad quaest. 38. II. ad quaest. 52. etc. Ceterum *Elias Ehingerus*, qui quaestiones theologicas et philosophicas Caesarii graece ex codicibus MSS. Bauarico et Augustano [w]) vulgauit Augustae Vindel. 1626. 4. addita Leunclauii versione, tantum exhibet quaestiones LXXVIII. licet plures et ipse in codice Bauarico inuenisset; sed quas ex Nysseni libro de opificio hominis, Maximo et aliis graecis scriptoribus adsutas existimat; vnde totum opus Caesario, Gregorii Naz. fratri, abiudicarunt viri docti, maxime Iac. Billius praef. ad orat. X. Nazianzeni [x]). Vindicatur tamen Caesario et Photii et Glycae testimoniis

s) Vide *Lambecium* IV. p. 38. [pag. 66 — 111. ed. Kollar. de cod. CVII. nr. 10. contra Billium et Riuetum nimis copiose disputat; et pag. 89. agit de Caesarii honoribus. Mire desudat in quaestionibus illis Caesario vindicandis; sed Kollarius in notis pluribus refutat Lambec. ac p. 110. sq. etiam Oudinum, et negat, Caesarium esse dialogor. s. quaestionum auctorem, parumque fidei pag. 97 sqq. tribuit Eliae, Cretensis, saec. XIII. scriptoris, testimonio de istarum quaest. parente. Sed legat longam illam, licet doctam, disputationem, cui volupe erit. *Augustae Vindel.* *Caesarii* responsio ad quaestiones, a Constantino, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno, Isidoro, Leontio propositas. v. *Reiseri* cat. pag. 25. et 57. *Harl.*] et Acta Sanctor. tom. III. Februar. pag. 497. seq.

t) *Lambec.* IV. pag. 46. *Fabr.* pag. 97. sqq. sed conf. Kollarii notam. Fragmenta quaedam ex dialogis inserta sunt Greg. Nazianz. homiliis XVI. in cod. LXXXI. v. *Lambec.* notamque *Kollarii* vol. III. p. 465. *Caesarius* de vitiis et virtutibus in cod. Ottobon. *Romae.* v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 185 B. — *Schnada* in cat. codd. Mosq. p. 58. *Caesarii* capp. 218. citat. *Harl.*

u) Confer *Muratorii* Anecdota graeca p. 54.

v) v. infra vol. IX. p. 448. sq. *Harl.*

w) v. *Reiser* catal. p. 25. 57. 59. *Harl.*

x) Etiam *Sam. Basnage* annal. ad a. 368. §. 8.

moniis et auctoritate MStorum codicum, etiam Caesarei, de quo *Lambecius* IV. pag. 31. [pag. 70. sqq. ed. Kollar.] qui ad Billii argumenta prolixe respondet, et refellit quoque hallucinationem eorum, qui ex Photii verbis, male intellectis, existimarunt, Nazianzenum sub Caesarii, fratris sui, nomine quaestiones hasce scripsisse.

Alius Caesarius [y]), praefectus vrbis CPol. et magister officiorum in aula Theodosii M. quem cum Nazianzeni fratre confundit Nicephorus XII. 44.

CAPVT X. (olim XIV.)

De S. CYRILLO Hierosolymitano.

I. *Cyrilli Hierosol. vita et aetas.* II. *Catecheses baptizandorum et ad baptizatos, atque epistola ad Constantium, imp.* III. *Editiones.* IV. *Alia eius scripta.* V. *De Nemesio.* VI. *et Iohanne Cassiano.*

(*Cum supplementis G. C. Harles.*)

I.

CYRILLVS, episcopus ab a. C. 349. [z]) Hierosolymitanus, Acacii, aliorumque Semi-Arianorum iam amicitia male audiens, (licet ipse cum catholicis [aa]) sentiret,) iam [P] inimicitiis et litibus, quae de iure metropolitico cum eodem Acacio, Caesareensi episcopo, ipsi intercedebant, addictus, atque semel iterumque, imo tertium [bb]) quoque depositus, tandem

Heum. — item *Tillemont.* not. XII. sur S. Greg. de Naz. p. 701 sqq. *Kollarius* vt ad not. priorem vidimus; nec non *Oudin.* I. p. 543. et *Guil. Caue* in hist. litter. SS. eccl. I. pag. 249 sq. vbi de Caesario et dialogis copiose agit. Add. *Schroeckh.* l. c. pag. 317. *Harl.*

y) Lambec. IV. pag. 48. seq.

z) Sec. *Saxium* in Onom. I. p. 403. Cyrillus a. 350. praesul hierosolymitanus factus est. Conf. *Pagii*, (a Saxio iam citati,) crit. Baron. ad a. Chr. 351. nr. VII. VIII. p. 497. tom. IV. et ad a. Chr. 386. nr. V. pag. 612. tom. V. — *Touttée* in I. diss. (posthaec mem.) opinatur, Cyrillum natum esse circ. a. Chr. 315. et Hierosolymis educatum. Illo dein censente, circ. a. Chr. 349. mortuus est Maximus, episcop. Hierosolymitan. eique successit Cyrillus, quod circ. a. 350. factum esse *Cauius* quoque in hist. litter. script. eccl. I. ad a. 350. pag. 211. ed. Basil. *Oudin.* in comment. de scr. eccl. I. p. 457. aliique existimant. *Harl.*

aa) Vide *Petauium* lib. I. dogm. Theol. de Trinitate c. 13. §. 10. seq.

bb) Fallitur itaque Epiphanius, qui ex vno Cyrillo duos facit LXVI. 20. Ceterum vberius de Cyrillo eiusque vita ac fatis *Godfrid. Henschenius* in Actis Sanctor. tom. II. ad 18. Martii p. 625. seq. *Guil. Cauius* in vitis patrum, tomo II. *Tillemontius* memor. eccles. tomo VIII. p. 482 sqq. et *Tho. Mills* in iis, quae praeclarae suae Cyrilli editioni praemisit. His adde *Papebrochium* ante tom. III. Act. Sanctorum Maii in serie chronologica episcoporum Hierosolymitanorum et tom. I. Martii p. 870. et tom. II. p. 615. seq. et 748. *Valesium* ad Sozomeni IV. 30. Quae *Io. Grodecius* de Cyrilli vita collegit, leguntur etiam apud *Surium*, 18. Martii. *Fabr.* Add. *Hieronym.* de viris illustr. cap. 112. et adnotatores ad illum pag. 202. in Fabr. biblioth. ecclesiast. — *L. Ell. Du Pin* nouv. bibl. tom. II. pag. 134 sqq. — *Stolle* Nach-

dem tertia quoque vice in synodo CPol. generali a. C. 381. restitutus sub Theodosio inconcussum deinceps tenuit episcopatum, donec diem obiit a. C. 386. Memoriam eius Menaea et martyrologia celebrant die XVIII. Martii.

Scripta eius, quae Κυρίλλεια ab ecclesia dicta testatur *Nicephorus* IX. Hist. cap. 46. sunt: 1. *Catecheses XVIII.* φωτιζομένων, *ad Competentes*, siue baptismi circa paschatos festum percipiendi candidatos de praecipuis doctrinae christianae capitibus σχεδιασθεῖσαι *ex tempore dictae*, Hierosolymis quadragesimae tempore a. C. 352. et a notariis exceptae, vt ex hac nota codicis Augustani obseruat Millesius: πολλαὶ μὲν ἐῤῥέθησαν καὶ ἄλλαι κατηχήσεις κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσματος καὶ μετὰ τοῦ βαπτισθῆναι τοὺς νεοφωτίστους, ταύτας δὲ μόνας ἐν τῷ λέγεσθαι τῶν σπουδαίων τινὲς ἐκλαβόντες ἔγραψαν ἐν τῷ τνβ'. ἔτει τῆς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Ita iam episcopus fuerit Cyrillus, quum Catecheses illas haberet. At Io. Grodecius, similis adnotationis, quam vetustissimam vocat, faciens mentionem, pro a. C. 352. habet 333. quem numerum probat etiam *Henschenius* tom. III. act. Sanctor. Martii pag. 632. sed ita, vt notet, a Graecis annos Christi numerari non tantum ab ortu, sed etiam ab adsumtione illius: quo pacto numerus ille 333. coincideret cum nostro 364. quod tamen nimis longe abesset a sententia Hieronymi, in catalogo de script. eccles. cap. 112. testantis, catecheses ab Cyrillo in adolescentia compositas fuisse. Praeterea a. 352. pulcre conuenit, quod Cyrillus septuagesimum [cc], a Manetis haeresis, sub Probo, imp., exortae, annum computat VI. 12. et Persici sub Constantio belli meminit XV. 3. *Fabr.* *Tillemontius* censuit, a. 347. a Cyrillo illas catecheses esse dictas. *Touttaeus*, pluribus argumentis motus, in II. dissertatione iudicat et probare sustinet, a Cyrillo nullam illarum catech. s. orationum habitam fuisse ante a. C. 344. nec vllam post a. 349. Idem agit de discrimine catech. φωτιζομένων s. vt vertit, *illuminandorum*, quibus prima sacrae doctrinae principia fuissent tradita, et catechesεων mystagogic. s. scholarum quasi interiorum, in quibus doctrinae christianae sacris interioribus prouectiores in scientia et vsu sacrorum seu quorumdam mysteriorum fuissent ab episcopo initiati.

In haud paucis codd. occurrunt catecheses. *Augustae Vindel.* catech. et φωτιζομ. et mystagogicae. Atque Reiser. pag. 13. adnotat, in antiquo catalogo et in Ehingeriano adscribi illas *Iohanni*, qui longe posterior fuisset Cyrillo, sed ab Hoeschelio redditas esse *Cyrillo*, et

Nachricht. von den Kirchenvät. pag. 261 — 271. *R. Ceiller* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. VI. pag. 477. *Sam. Basnage* Annal. polit. eccles. tom. III. pag. 113. *Gottfr. Arnold* in: Kirchen vnd Ketzer Historie part. I. p. 149. b. *Io. Ge. Walchii* hist. eccles. N. T. pag. 1316. — *I. Matthi. Schroeckh* christliche Kirchengeschichte, part. XII. p. 369 — 476. — *I. L. Berti* diss. hist. vol. III. p. 365 — 374. — *N. Lardner's* Credibility of the G. H. part. II. vol. VIII. p. 266. sqq. De *Touttaei* diss. postea agetur: alios, a Fabr. et a me citatos, vt praetermittam. Illi de Cyrilli vita, fatis, ingenio, scriptis et doctrina opinionibusque satis copiose, et de quibusdam rebus in vtramque partem disputarunt, nobisque fecerunt otium. In Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 236 sqq. de Cyrillo Hier. quaedam dixi. *Dublini* in bibl. coll. S. Trinit. cod. CLXIII. nr. 4. siue cat. codd. Angl. II. 2. nr. 303. est *historia de Cyrillo*, Hierosolym. *Harl.*

cc) Confer *Petauium* lib. XII. de incarnatione pag. 255. edit. Paris. et *Vossium* de tribus symbolis diss. I. sect. LI.

et Simlerum quoque in epitome biblioth. Gesneri, Ioannem fuisse illarum parentem, suspicatum esse. — *Vindobonae* in bibl. caesarea inter codd. quondam Neapolitanos nr. XXIX. et in cat. Posseuini. v. *Lambec.* comm. I. pag. 770. B. et 260. B. — Inprimis memorabilis est cod. LV. in quo sunt catecheses et extemporaneae et mystagogicae, quem *Lamb.* III. pag. 211. valde laudat, et ad fructum fore plenam censet illius cum edit. Io. Preuotii comparationem. — In cod. CXLIV. nr. 10. catechesis decima quinta ad illuminatos. v. *Lambec.* IV. pag. 218. — in cod. X. nr. 15. sqq. catecheses XXI. nec tamen semper integrae; desunt quoque catecheses XI. XVIII. et maxima pars cat. XVII. Curate recenset singulos *Kollar.* in supplem. pag. 86. sqq. atque animaduertit, in catech. XVI. quaedam interiici continuo ordine cum reliquo contextu; illam vero pericopen nihil aliud esse, nisi id ipsum fragmentum, quod *Tuttaeus* pag. 262. additamenti nomine ex cod. Coisl. vulgauit, et vetustissimum de processione Spiritus S. continet testimonium, in hoc cod. Cyrillo tributum. — In cod. XIII. catech. tam extemporaneae quam mystagogicae: In fine epigraphes oratt. mystagogicae I. legitur, τοῦ αὐτοῦ Κυρίλλου καὶ Ἰωάννου ἐπισκόπου, vt in Augustano cod. cuius vero auctoritate male fretos Cocum, Riuetum, Albertinumque abiudicasse illas Cyrillo, monent Kollar. et in nota Forlosia laudatus, priorque ablegat lectores ad Tuttaei diss. II. cap. 3. pag. 18. — In eodem cod. nr. III. est *Cyrilli* epistola ad Constantium, (in graeco textu Κωνσταντίῳ exaratum est, idque voc. *Gretserus* quoque tom. II. de cruce pag. 512. vulgauit) de lucidae crucis signo, Hierosolymis in aëre viso.

Venetiis in cod. Marc. DLXXV. catecheses a XII. ad XV. incl. (cat. codd. Marc. gr. pag. 502.) — In cod. *Naniano* LVI. catecheses 18. cum epistola ad Constantium, imp., v. (Mingarell.) in cat. cod. gr. Nan. pag. 62. sq. et excerptae sunt quaedam lect. varr. ibid. inter codd. *Grimani*, patritii Veneti, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 40. — et ib. pag. 434. *Cyrilli Hier.* opp. inter codd. *Iulii Iustiniani.* — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. cod. XI. plut. 60. excerpta quaedam de Trinitate et Spiritu S. ex Cyrillo et aliis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 600. qui etiam docet vol. I. pag. 433. 99. et 348. Cyrillum citari a Niceta et Io. Cantacuzeno. — Secundum *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. *Romae* inter codd. Ottobon. *Cyrilli Hier.* catecheses bis. et *in Genesin*, gr. cod. rec. (I. pag. 185. C. et 186. A.) — in bibl. *Scorialensi* regis Hisp. catech. ad illuminandos et epist. ad Constant., imp., etc. (I. pag. 618. E.) — in pluribus codd. *Mazarin.* (II. pag. 1307. A. et pag. 1319. C. et pag. 1324. B. *Cyr. Hier. de Antichristo.*) — quaestiones Athanasii et responsiones Cyrilli Hieros. inter codd. *Armenicos* regg. (II. pag. 1020. E. — Excerpta ex Dorotheo, Cyrillo Hieros. et Damasceno. inter codd. Baiusii. (II. p. 1305. B.)

Paris. in bibl. publ. sec. catal. codd. vol. II. *catecheses* in codd. CDLXXVI. nr. 18. Cyr. Procatechesis, quae in illo *Basilio* tamquam orat. de baptismo adscribitur; sed iam in margine notatur ab antiqua manu, illam non esse germanum Basilii foetum. — CMLIV. et CMLXIX. in quo pariter duae catech. *Basilio* tribuuntur. — Prophetia de Antichristo, in cod. MCXLVIII. — Homilia in purificationem, in tribus codd. — in Christi passionem in cod. DCCLXXI. nr. 28. — in paralyticum, in cod. MCDXLVII. nr. 20. — Fragmentum, in cod. MDCCLX. nr. 27. — Sec. vol. I. cat. inter *arabicos* libros, catech. 18. 13. 15. 16. 17.

jn

in cod. LII. — oratt. de b. Virginis adſumtione, in cod. CVII. nr. 9. et CXLIII. nr. 3. — In codd. *Coislin.* ſecundum *Montfaucon* bibl. Coislin. partim excerpta in Anaſtaſii et aliorum collectionibus etc. pag. 188. bis. 193. p. 305. 404 ſq. 412. pag. 279 ſq. vbi cod. CCXXVII. omnes continens catecheſes recenſetur etc.

Oxonii in bibl. *Bodlei.* catal. inter codd. Th. Roe, nr. 271. catech. 18. Myſtagog. V. de adparitione crucis ad Conſtantinum M. (ſic p. 37. cat.) et fragmentum homiliae in paralyticum nr. 290. inter codd. Cromwell. excerpta ex Cyr. catechetico. — nr. MMD. or. in purificat. b. Mariae. — nr. MMDCCCLXXVII. plures catecheſes. Add. *Oudin.* l. c. p. 460, de codd. MSS. *Harl.*

[T] 2. *Catecheſes Myſtagogicae V.* ad iam recens baptizatos, de baptiſmate officiisque baptizatorum, chriſmate et ſacra coena. Dictio in his contractior preſſiorque: quare non vnius auctoris eſſe myſtagogicas cum prioribus ſuſpicatur Combefiſius in bibl. concionatoria. Et Ioanni Hieroſolymitano, Cyrilli ſucceſſori, iſtas poſteriores tribui in Indice Antonii, eparchi Corcyraei, multi iam obſeruarunt. Sed idem etiam ex alio codice Auguſtano notatur de prioribus [v. notit. codd. *H.*] quae quidem diſerte Cyrillo tribuuntur a Ioanne Cypariſſiota in initiaria expoſitione diuinorum nominum VI. 4. tom. XXI. bibl. patrum Lugd. Photio in collectaneis in ſynodi VII. ſiue Nicaenae ſecundae actione V. tom. III. Binii pag. 600. a Theophane in Chronographia, Ioanne Damaſceno orat. 3. de imagg. Leontio Byz. in Neſtorium et Eutychen et Theodorito, dialogo, qui ἀσύγχυτος inſcribitur: atque illas ab Hieronymo etiam innui veriſimile eſt: Myſtagogicas autem qui laudet vel Cyrillo Hieroſol. tribuat, neminem veterum noui [dd]). Quae vero Cyrilli ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ citantur in Anaſtaſii Sinaitae, an Nicaeni, quaeſtione I. in neutris legi monet Milleſius: ſunt autem haec: οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος τὴν τῶν χριστιανῶν κεκλῆσθαι προσηγορίαν, μὴ καὶ ἔργων ἐπακολουθούντων. γέγραπται γάρ· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. *Nihil nobis proderit, Chriſtianorum adpellari nomine, niſi etiam ipſa ſubſequantur opera. Etenim ſcriptum eſt* (Ioh. VIII, 39.): *Si filii Abraam eſſetis, opera Abraam faceretis.* Sub ſimplici Cyrilli nomine idem locus auctior exſtat in Philippi ſolitarii dioptra lib. I. p. 8.

Non diffiteor, inſignia has vtrasque catecheſes eſſe monumenta de ritibus veteris eccleſiae, et quarti ſaeculi doctrina, neque indigna puto ſcriptore illorum temporum incluto, qualis fuit Cyrillus, videoque illi tribui in antiquis codicibus MSS. quibus editores vſi ſunt, et qui ſeruantur in bibliothecis, vt Vindobonenſi, de quibus Lambecius lib. I. pag. 143. ſq. et lib. III. pag. 76. [v. ſupra de codd.], tum haud difficulter poſſe reſponderi ad ea, quibus catecheſes priores plane ſpurias, poſteriores ſaltim interpolatas vel corruptas eſſe diſputarunt viri praeſtantiſſimi, beat. *Dorſcheus* in VIII. Religions-Scrupel pag. 144. D. *Io. Hulſemannus* in

dd) Sed *Touttaeus* in diſſ. II. cap. 3. pag. CV. laudat veterum, licet ſerioris aeui, teſtimonia, atque ex illis, tum ex Cyrillo ipſo, et ex ipſis catechelibus vindicat illas Cyrillo Hieroſol. acriterque et copioſe dimicat contra Riuetum, Cocum et Albertinum, docetque eas non poſſe tribui *Ioanni*, epiſcopo Hieroſol. *Harl.*

in Patrologia pag. 1036. et in Gewissenswurm pag. 960 - 978. *Andreas Riuetus* critici S. III. 8. et 10. *Edmundus Albertinus* de Eucharistia pag. 422. ee) *Rob. Cocus* in censura scriptorum pag. 238. *Hottingerus* in elencho scriptorum suppositorum pag. 78. etc. ff) Ad pleras que [*] etiam obiectiones responderunt *Tillemontius* gg), *Caueus*, *Henschenius*, praecipue *Natalis Alexander* Sec. IV. cap. 6. artic. 12. et *Tho. Millesius*. Ac iampridem genuinae illae catecheses agnoscuntur a Whitakero, Bullo, Vossio et aliis eruditis etiam Protestantibus. *Fabr.* Quibus accedunt Lambecius et Kollarius supra iam laudati, *I. G. Walch* l. c. pag. 1320 sq. — *Schroeck.* l. mem. pag. 374. - 382. qui Riueti potissimum et Oudini rationes contrarias examinat refellitque. Nemo tamen fusius acrius vindicauit illas Cyrillo, quam *Touttaeus* in diss. II. iniquus autem et iniustus in Riuetum aliosque, quos vocant, Protestantes. Legat is, cui volupe est, initium capitis II. — Idem in cap. V. p. CXX. demonstratum iuit, quo anno praecise, et anni tempore dictae sint catecheses, quibus diebus et horis, et quo in loco; ac de tota conuentuum illorum forma disserit. — Catecheses Cyrilli esse genuinas, demonstrare quoque studuit *Zaccaria* in diss. latinis de rebus ad historiam atque antiquitatt. ecclesiast. pertinentibus. Fuligni 1781. min. 4. tom. I. pag. 188 sqq. — Summam catecheseως operose dedit exposuitque *Ceiller* in Hist. général supra citata. Diligentiorem tamen et magis criticam curam adhibuerunt in illis in compendium redigendis *Roesler*, in: Bibl. der Kirchenväter, tom. V. pag. 330 - 456. (qui hinc inde in notis opiniunculas quasdam Cyrilli, et contortas Touttaei explicationes paucis monstrat ac refutat,) ac *Schroeckh.* l. cit. Catecheses autem illae quamquam ab interpolationibus non omnino sunt liberae, multum conducere possunt ad meliorem antiquitatis christianae et rituum quorumdam ecclesiast. cognitionem. *Harl.*

Προκατήχησις, siue prologus, prioribus catechesibus praemissus, in antiquis membranis bibl. regis christianissimi cod. MCCLX. et MMCDIII. exstat sub nomine *Basilii*, teste Coteleriο ad patres apostolicos tom. I. pag. 531. Criticus tamen graecus in ora posterioris codicis adnotauit, ex stilo esse manifestum, quod alius sit auctor, quam Basilius. *Σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαρακτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστιν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.* [add. Touttaeum.] Atque eumdem *προκατηχήσεως* et catecheseon priorum auctorem esse probat Millesius in notis pag. 69. Exstat et catechesis Chrysostomi *πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι* ad illuminandos tom. VI. edit. Frontonis Ducaei pag. 703. et altera in homilia vicesima prima ad populum Antiochenum tom. II. edit. Montfauconianae pag. 234. quas cum Cyrilliana conferent studiosi.

3. *Epistola ad Constantium, imp.*, de Cruce, in coelo visa Hierosolymis, mense Maio a. C. 351. Hanc epistolam Cyrillo sine magna caussa abiudicat *Riuetus* III. 11. Critici sacri; tribuunt

ee) ed. Dauentr. 1654. *Harl.*

ff) *Oudinus* quoque l. c. capp. II. III. et IV. pag. 459 sqq. armis virisque dimicat contra eos, qui Cyrillo adserant catecheses, et omnia tela eripere adlaborat secus sentientibus. *Harl.*

gg) Note VI. sur S. Cyrille tom. VIII. des Mem. p. 784 sq. ed. Paris. *Harl.*

tribuunt ei diserte Sozomenus IV. 5. Theophanes, Simeon Metaphrastes, Mich. Glycas et Nicephorus. Occurrit etiam graece et latine apud Iac. Gretserum tom. II. de cruce pag. 512. et separatim edita est Parisiis apud Federicum Morellum vna cum eius interpretatione. Latine apud Surium 7. Maii. *Fabr.* Confer *Kollarii* supplementa ad Lamb. comm. p. 124 sq. et supra ad nr. I. in primis *Touttaeum* p. 345 sqq. edit. *Harl.*

Catecheses vtrasque primus Tridenti a. 1563. *latine* vertit *Ioannes Grodecius*, Polonus, decanus Glogouiensis e MS. graeco Stanislai Hosii [hh]), cardinalis, contulitque cum *Polonica* earum versione, quam e veteri *Slauonica* adornauit Iacobus Vchansky, Gnesnensis archiepiscopus, ex Bulgaria et Macedonia istam adeptus. Versio Grodecii latina vtrarumque catecheseon cum subiecta ad Constantium epistola prodiit Romae, Coloniae, [1564. fol. ap. Mat. Cholin: est ed. in bibl. Erlang.] Parisiis et Antwerp. ex Christophori Plantini officina 1564. 8.

Recusa in bibliothecis patrum Paris. 1589. tom. II. Colon. 1618. [ii]) tom. IV. Lugd. 1677. tomo IV.

[*] *Graece* primus *Guil. Morellus* edidit catecheses φωτιζομένων IV. VI. IX. X. XI. et XVIII. et Mystagogicas quinque. Paris. 1564. 8. [kk]) hinc catecheses vtrasque vniuersas et epistolam ad Constantium graece e MSS. Vaticanis in lucem protulit *Ioannes Preuotius*, Burdigalensis, et cum Grodecii versione vulgauit Paris. 1608. 4. [ll]) A Petauio editum Cyrillum Hiero-

hh) Pro Hosio male Perronum, cardinalem, vocat, et in eius domo multa Cyrillo adsuta esse, praeter rem scribit Ioh. Christophorus Meelfuhrerus in Corona centum patrum pag. 83. *Fabr.* Conf. *Miraeus* de scriptoribus saec. XV. cap. 82. *Heum.*

ii) Add. notit. codd. et infra vol. VIII. pag. 102. vet. ed. de Basilio VII. 33. *Harl.*

kk) *Touttaeus* in praef. vbi §. VI. sqq. editt. recenset, in mentione edit. Morell., ex cod. de Mesmes mutilo et mendoso ductae, discedit a Fabricii descriptione. Primum continet ea secundum Touttaeum catecheses IV. VI. VIII. IX. X. XV. et XVIII. vna cum mystagogicis; dein in forma 12. ex prelo exiit. Denique, „adiuncta tamen est, ait, in exemplari bibliothecae regiae latina interpretatio, quae ad calcem reiecta et multis foliis mutila, eidem anno, eidemque typographiae tribuitur; neque ex Grodecio, qui suum eodem anno edidit, describi potuit; sed graecum in omnibus contextum diligenter et ornate reddit.“ Idem §. VIII. disputat de *Grodecii* interpretatione. A *Maittaire* A. T. II. pag. 750. memoratur ed. — *catecheses*, *graece*, ex B. Huhemmii Par. ap. G. Morel. 1564. 8. — et in eadem forma occurrit in catal. Askew pag. 58. Verum ab Hambergero ex catal. bibl. regiae, Theol. tom. I. p. 540. citatur edit. *Cyrilli catecheses* — graece editae, ex biblioth. *Henr. Memmii*, cum versione latina cura Guil. Morelii. Paris. G. Morel. 1564. 4. — *Harwood* in Prospectu variar. editt. auct. class. pag. 151. versionis ital. a Pinellio factae editaeque citat edit. *gr.* et *lat.* Colon. 1564. sed Pinellius bene adnotat, se apud nullum bibliographum certam illius edit. notitiam reperisse, contra vidisse edit. *latinam* tantum Colon. 1574. fol. Ego vero antea edit. lat. Colon. 1564. fol. laudaui, quam Harwood confudisse videtur. *Harl.*

ll) Editio, quam adtulit Fabricius, a Preuotio curata, prodiisse quoque dicitur ab *Hambergero* l. c. a *Maittaire* A. T. III. pag. 851. sq. item in praefat. Touttaei, qui illam perpetuis mendis siue typographorum siue codicum vitio laborare pronuntiat, et in bibl. Menken. I. p. 25. Paris. ap. Claud. Morel. 1608. 4. Contra in cat. bibl. Pinell.

Hierosol. scribit *Caueus* in Hist. litteraria, quoniam post editionem *Graecolatinam* Parisiensem 1622. fol. cum Petauii Synesio ibidem recusus est 1631. 1640. fol.

Viennensem editionem graecolatinam cum Grodecii versione, quae in catalogo bibl. Barberinae memoratur, haud vidi, et certe in numero errorem esse oportet, quia a. 1560. 8. prodiisse traditur, cum Grodecius a. 1563. demum versionem suam absoluerit. [Nec memorat eam *Denis* in Wiens Buchdr. Geschichte.] Numquam etiam incidi in editionem graecolatinam Coloniensem a. 1564. cuius meminit Caueus. [De illa paullo ante dixi.]

Gallica versio catecheseon Paris. 1564. 12. fuit in bibliotheca Bigotiana.

In editione graecolatina luculenta Oxon. 1703. fol. *Tho. Millesii*, qui ad emendanda graeca vsus est codicibus Bodleianis, et variis lectionibus, notatis ab Isaaco Casaubono, latinamque Grodecii versionem ad graeca recognouit, et notas vtiles atque eruditas adiunxit mm), praeter tria haec iam memorata Cyrilli monumenta in capita et sectiones distincta, porro exstant:

4. *Fragmentum homiliae in Paralyticum* Ioh. V. quam cum versione sua primus edidit *Millesius* e MS. codice Bodleiano p. 311. 317. A presbytero dictam illam homiliam colligas e pag. 317. v. 43. et 44. [v. *Touttaeum* p. 333. sqq.]

5. *Fragmentum homiliae in euangelium, vbi Christus aquam in vinum conuertit* Ioh. II. ex Actione V. Concilii Lateranensis a. 649. tom. VI. Concil. pag. 305. 306. Habetur in Millesii editione ante catecheses, statim post veterum testimonia de Cyrillo, diligenter ab editore collecta.

6. Εἰς *ὑπαπάντην de occursu Domini, et de Simeone Θεοδόχῳ homilia* pag. 318 — 324. Incipit: *Χαῖρε σφόδρα Θύγατερ Σιὼν Κήρυττε.* Hanc primus ediderat *Laurentius Sifanius* Colon. [?] 1568. cum homiliis Nysseni, Amphilochii, Chrysostomi et Timothei, presb. Hierosolymitani, in idem festum purificationis Mariae. Ab eo tempore post *Iacobum Pontanum*, itidem vno codice nec satis emendato instructum, recensuit *Fronto Ducaeus* tom. II. Auctarii

nell. I. p. 58. signatur a. 1609. — Nec omnibus exemplaribus ed. 1631. et 1640. adhaeret Synesius; sic in exempl. in bibl. *Pinell.* I. p. 58. nr. 349. et in *Maittaire* III. pag. 896. et 902. deest Synesius qui iisdem annis iunctim cum Cyrillo editus dicebatur. *Harl.*

mm) Inscripta est ed. τοῦ — — Κυρίλλου ἱεροσολ. — τὰ σωζόμενα· *Sti. Cyrilli — Opera, quae supersunt, omnia.* Quorum quaedam nunc primum ex codd. MSS. edidit, reliqua cum codd. MSSt. contulit, plurimis in locis emendauit notisque illustrauit *Tho. Milles*, S. T. B. ex aede Christi. Oxon. e theatro Sheldon. impensis Rich. Sare, bibliop. 1703. fol. Splendida et correcta est editio operisque praefuit Io. Potterus. Laudat eam Touttaeus ipsiusque editoris eruditionem, et, quod in catholicos nihil aspere, nihil contumeliose dixit, animi moderationem: neque vero ipse Touttaeus hanc animi moderationem et aequitatem erga dissentientes seruat: attamen haud pauca in illa desiderat et culpat. Longa huius edit. censura et singulorum opusculorum argumentorum expositio legitur in: *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürdig. Büchern tom. XI. pag. 153 — 168. *Harl.*

Auctarii bibl. patrum Paris. 1624. pag. 849. Denique ex pluribus codicibus emendauit et cum noua versione sua vulgauit *Franciscus Combefisius* tom. I. auctarii noui Paris. 1648. p. 621. cuius editionem Millesius collatis etiam MSS. Bodleianis est sequutus. Ex Combefisii versione exstat etiam haec homilia in bibl. eius concionatoria tomo VI. In MS. quodam Mazariniano refertur ad Cyrillum, non Hierosolymitanum, sed Alexandrinum. Millesio tamen genuinus Hierosolymitani foetus esse videtur, cui sententiae vide sis, quae opponuntur a Tillemontio tom. VIII. memoriar. pag. 786. *Fabr.* V. infra in vol. IX. pag. 88. de vitis Sctorum. *Touttaeus* tamen in admonitione, illi homiliae praemissa, pag. 360. sq. eam esse, iudicat pluribusque rationibus demonstrat, alius auctoris, Cyrillo et quarto saeculo, nec tamen sexto, recentioris, et varias de auctore anonymo, Gregorium forsan Nazianz. imitato et compilante, profert suspiciones. In omnibus autem edd. et fere omnibus codd. msst. paucis exceptis, Cyrillo Hierosol. tribui solet. Praeter codd. Parisinae bibl. olim regiae, Colbertinus et Coislin. quos contulit Touttaeus, et Bodleian. cuius varias lectionn. Millesius ad marginem adnotauit, exstat illa oratio *Vindobonae* in codd. caesareis CLI. nr. 36. et XI. nr. 7. teste *Lambecio* IV. pag. 307. et VIII. pag. 156. *Monachii* in codd. Bauar. VIII. et CXIV. v. cat. codd. gr. pag. 3. et 45. — *Florentiae* in codd. Laurent. v. *Bandin.* cat. I. pag. 419. nr. 32. et 522. nr. 38. — Inter codd. *Mazarin.* secundum *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. II. pag. 1316. D. et 1317. E. — *Taurini* in bibl. reg. cod. LXX fol. 371. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 167. — Ibid. in cod. LXXXIV. sunt Cyrilli (at *Alexandrini* potius) capitula XII. contra Nestorium, et in cod. CV. fol. 415. cum gr. inscriptione ὅτι οἱ τοῦ Νεστορίου φρονοῦντες etc. *quod Nestorii dogmata profitentes Diui Cyrilli auctoritatem respuunt.* *S. Cyrilli ex commentario in Matthaeum liber II.* v. cat. mem. p. 179. et 198. *Harl.*

7. Ἱστορία siue Θεωρία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυσταγωγική. *Allegorica expositio rituum quorundam ecclesiae siue liturgiae graecae* pag. 325-332. quae non magis Cyrilli est, quam cui in codice Oxon. Collegii Magdalen. et in altero, cuius *Rich. Simonius* nn) ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 287. meminit, tribuitur, *Basilii.* Recte eam vero auctori suo, *S. Germano,* iuniori, patriarchae CPolitano, circa a. C. 1255. defuncto, restituit *Fronto Ducaeus,* atque sub eius nomine graece et latine vulgauit in auctario bibl. patrum Paris. 1624. tom. II. pag. 131. Quemadmodum etiam sub illo nomine prodiit graece ad calcem Liturgiarum Iacobi, Basilii et Chrysostomi, Paris. 1560. fol. et latine in patrum bibliothecis Paris. 1575. tom. IV. et 1589. tom. VI. et 1644. tom XII. Colon. 1618. tom. VIII. Lugd. 1677. tom. XIII. Venetiis etiam graece

nn) Rich. Simonis verba haec sunt: *Germani, patriarchae CPol. Theoria dudum graece et latine edita est Parisiis et Venetiis, sed interpolata, ut nihil in ea priscae faciei appareat, vixque dignosci possit, quid a Germano, et quid ab interpolatoribus profectum fuerit. Illam in locis plurimis priori formae reddidi ex codice MS. qui erat ad calcem Catenae Nicetae, Heracleensis, in Ioannem, quae MS. asseruatur in bibl. patrum Congregationis Oratorii Parisiensis prope Iuram. Ceterum non Germani nomen praefert, sed Basilii in meo codice, et ita inscribitur:* τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἱστορία Ἐκκλησιαστική. *Istud exemplar penes me retinui, ut illud publici iuris facerem.* In codice Oxoniensi Basilius ille vocatur Caesareae Cappadociae archiepiscopus, ne de alio forte cogites.

graece et latine lucem vidiſſe Simonius teſtatur. *Fabr.* *Germano* tamen iun., patriarchae, quominus tribui poſſit, prohibent ea quae ad calcem leguntur cod. regii *Neapolit.* CCXXXVI. in quo hiſtoria illa et vberior eſt quam in editt. Cyrilli Hier. et *Baſilio* adſeritur. Ibi enim ſcriba cod. teſtatur, ſe a. C. 1140. exaraſſe cod. v. ſupra in vol. V. pag. 790. Add. infra de liturgia Baſilii in vol. VIII. pag. 91. — de Germano, in vol. X. pag. 210. et vol. XI. pag. 765. de ſuppoſititiis epiſtolis. — *Touttaeus* in diſſ. II. cap. 1. pag. XCV. libentius ſe credere profitetur, opus illud non a *Germano* II., patriarcha circ. a. 1226. ſed a *Germano*, qui Leonis Iſaurici temporibus a. 726. floruit, eſſe profectum, et poſtea additamentis auctum in maiorem molem excreuiſſe. Quia igitur Cyrillum non habuit operis architectum, id in ſuam non recepit editionem. Sub Cyrilli tamen nomine exſtat in aliquot codd. ſcil. *Barocc.* XXVII. — *Florentiae* in cod. XLVIII. nr. 3. plut. 57. v. *Bandin.* in cat. codd. Laur. II. pag. 228. quaedam, nec tamen certiora, tradentem: — in cod. caeſar. CXCVI. nr. 9. v. *Lambecii* comm. IV. pag. 472. vbi Kollarius in nota ea, quae Fabricius h. l. ſcripſerat, recudi fecit, adeoque comprobauit. *Harl.*

8. *Epiſtola ad Auguſtinum de miraculis Hieronymi*, p. 333 — 355. Latine, vt inter Auguſtini et Hieronymi opera ſaepe edita eſt, foetus recentiorum temporum atque a Coco et aliis rectiſſime exploſus. *Fabr.* Spurias eſſe Auguſtini ad Cyrillum et Cyrilli ad Auguſtinum epp. flammisque digniores, quam quae typis recuderentur, cenſuit quoque *Touttaeus* in diſſ. II. p. XCV. ne tamen deſiderarentur in ſua edit. eas pag. 371. repoſuit. Sunt ſecundum cat. codd. Angliae etc. inter codd. Oxon. Cantabrigienſ. et Dublini: *Venetiis* inter codd. latinos Marc. in cat. p. 36. et bis p. 37. et alibi. *Harl.*

[¶] In B. *Thomae Aquinatis* opuſculo contra Graecorum errores legas inter alia: *Item Cyrillus, Hieroſolymitanus, patriarcha, dicit, ex perſona Chriſti loquens: Tu cum fine, et ego fine fine cum omnibus, quos loco tui ponam, plene et perfecte, ſacramento et auctoritate cum eis ero, ſicut ſum et tecum.* Haec in Cyrilli ſcriptis genuinis quae exſtant, nusquam leguntur, et numquam ab eo ſcripta eſſe haud dubitat *Io. Launoius*, cuius vide lib. I. epiſt. 3. vbi plura teſtimonia in illo Thomae opuſculo adducta expendit. *Fabr.* v. Touttaeum, qui id ſpurium damnat, diſſ. I. p. XCVI. et 588. *Harl.*

Rufini hiſtoriam eccleſiaſticam a Cyrillo, Hieroſol. et Gelaſio, Caeſareenſi, verſam e latino graece teſtatur *Photius* cod. LXXXIX.

Commentarios Cyrilli, Hieroſol. *in Marcum*, et *epiſtolas ad Olympium*, monachum, memorat Anaſtaſius Sinaita, ſiue Nicaenus in quaeſtionibus, Hieroſolymitanum forte confundens cum Alexandrino, quae laudati Millesii coniectura eſt. *Fabr.* *Touttaeus* pag. 357. ſq. dedit tria fragmenta ex homiliis in Ioannis euangelium, Cyrillo Hieroſol. tributis, ab antiquiſſimis auctoribus conſeruata, de eorumque fide diſſerit. De fragmento quodam v. ſupra in not. codd. caeſar. a Kollario adnotata. — Fragmenta reperiuntur in catena in euang. Lucae in cod. caeſ. XLII. teſte *Lambecio* in comm. III. p. 163 ſqq. — In cod. *Coislin.* XX. qui continet quatuor euangelia cum commentariis, legitur in fine euang. Ioannis, τέλος τῶν σχολίων τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου ἀπὸ διαφόρων ἑρμηνειῶν· ſequitur index eorum, e quo-

rum scriptis conflatus sit commentarius, et inter illos nominatur Cyrillus, Hier. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 63. sq. — Ab eodem in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 185. C. memoratur cod. rec. gr. *Cyrilli Hier. in Genesin, Romae* in bibl. Ottobon. vti iam supra in notit. codd. est obseruatum.

In eadem bibl. *Ottobon.* apud *Montfaut.* l. c. p. 189. D. exstare dicitur:

Cyrilli Hier. chronologia breuis ab orbe condito ad Christum cod. peruetustus: ex quo eam quidem Touttaeus in adpendic. suae edit. p. 386. reiecit, nec vero *Cyrilli* esse iudicat, quia ab Eusebii chronico, quod sequutus est Cyrillus catech. XII. nr. 19. multum ista dissideat computatio. — Ab eodem *Montfauc.* l. mem. I. pag. 619. A. cod. *Escurial.* reg. Hisp. excitatur:

Cyrilli Hier. argumentum aduersus Iulianum et Theodosium, imperatores. Num vero sit fragmentum ex alio opusc. desumtum, an spurium, dicere nequeo: nec eius meminit Touttaeus.

S. Cyrilli Hier. ad Iulium, papam, et Iulii ad Cyrillum litterae. Illarum, in epitomen redactarum, mentionem facit Io. Nicaenus, (saec. X. aut XI. inchoante,) in epistola ad Zachariam, edita a *Combefisio* tom. II. Auctarii bibl. patrum, gr. lat. p. 302. ex cod. Paris. et, paullo discrepans anonymus in scripto, edito a Cotelerio in not. ad constitt. apost. V. cap. 13. et ex vtroque repetiit Toutteus p. 369 sqq. qui illas iudicat docetque esse spurias.

Fragmenta quaedam seruauit *Theodoretus.* v. supra pag. 291. in hoc vol.

Synodicon vetus, a Io. Pappo editum, perperam in cod. Paris. *Cyrillo, Hieros.* tribui, monuit Fabr. in vol. XI. p. 544. add. eumdem pag. X. p. 207.

Optima est hucusque editio: Τȣ̃ — Κυρίλλȣ — — *S. Cyrilli, archiep. Hieros., opera, quae exstant omnia, et eius nomine circumferuntur,* ad MSSt. codd. nec non ad superiores editt. castigata et notis illustrata, cum noua interpretatione et copiosis indicibus. Cura et studio Domni *Anton. Augustini Touttée,* presbyteri et monachi Benedictini e congregat. S. Mauri. Paris. typis Iac. Vincent. 1720. fol. *Touttée,* natus Riomagi 1677. ante profligatam edit. obiit 1718. post cuius mortem *Prudent. Maran,* vt ex prelo emitteretur illa, curauit. Noua est et critica recensio, e multis codicibus gallicis, aliisque, quos ipse critice enumerat in notitia codd. praecipue *Ottoboniano* et *Coislin.* castigata, notisque doctis varii generis, vt plurimum tamen criticis, instructa. Calci adiectae sunt Grodecii, Preuotii et Millesii dedicatt. ac praefatt. atque Millef. selectae in Cyrilli scripta notae: praemissae autem tres diss. in quibus copiosius disputatur 1) de vita et rebus gestis Cyrilli Hierosol. in XVI. capp. 2) de scriptis Cyrilli, potissimum de catechesibus, de earum veritate atque integritate, natura, et ratione etc. ac de Cyrilliana docendi dicendique ratione, in VI. capp. 3) de variis Cyrillianae doctrinae capitibus. Quae edidit Millef. ea quoque, exclusa θεωρίᾳ, nr. 7. memorata, reddidit Toutt. iisque pauca, quae antea citauimus, adiecit. At nemo maior exstitit Cyrilli admirator ac patronus, quam Touttaeus, qui in sancto suo heroe nil nisi perfectum omnibusque quasi numeris absolutum videt, et mirifice se torquet in Cyrillo, qui tamen neque ab huma-

humanis infirmitatibus liber erat, et vero animum in controuersia cum Acacio praesertim, tristi odii theologici exemplo, satis declarauit, ingenio autem atque eloquentia et curatiore sacrar. litterarum scientia cessit Gregorio Naz. atque Chrysostomo, eiusque scriptis, etiam cum magna verborum acerbitate atque iniuria, vindicandis ab aliorum, vt putat, iniuriis calumniisque. In cunctis enim placitis opinionibusque eum conspirare cum doctrinis pontificiorum, saltem iis haud refragari, omnibus ingenii atque eruditionis praesidiis adhibitis, demonstrare adnisus est. Quare haud defuerunt, qui partim in censuris editionis, partim in lib. separatim editis multa carperent, certe haud probarent. Longa et modesta est censura, propositis multis emendationum atque obseruationum speciminibus in actor. eruditor. Lipf. supplement. tom. VIII. sect. V. pag. 193. sqq. Verecunde quoque dissentit censor in: Deutsche Acta eruditorum tom. VI. part. 72. (Lipsiae 1721. 8.) pag. 1056. sqq. Add. Iournal des Sçavans, m. Maio 1720. pag. 554. sqq. et *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern. tom. XI. p. 168. sqq. Praecipue doctrina de sacra coena et Touttaei vindiciae sacrae, cui addictus erat, disciplinae, plures offenderunt. v. *I. A. Ernesti* Anti-Murator. pag. 45. sq. *Christph. Matthaei Pfaffii* diss. apologet. de sententia *Cyrilli Hierosol.* in articulo de sacra coena adu. *Ant. Aug. Touttaeum*, et *Sal. Deylingii* disp. de *S. Cyrillo Hier.* a corruptelis pontificiis, quas recentissimus eius elucidator, *Anton. Aug. Touttaeus* aliique ei adfinxerunt, liberato. Lipf. 1726. 4. recus. in eius obss. miscellan. pag. 116. sqq. Nemo tamen acrius in eum strinxit calamum, quam collega quidam societatis Iesu in Mémoires de Trevoux, m. Dec. 1722. nr. 7. Dissertat. sur la Vie et les actions de *S. Cyrille* de Ierusalem, ou Histoire chronologique de ce Saint, telle qu'on la peu tirer des ses Ecrits, et des Auteurs ecclesiastiq. ou contemporains ou presque contemporains par le P. D. Aug. Toutée oo). Varia reprehendit auctor in Touttaei diss. notisque et vindiciis, praesertim de doctrina sacrae coenae, s. quam vocant, consubstantialitatis, et in ipso Cyrillo. Sed (Maran) defendit aut excusat Touttaeum, hominem alias doctum probumque; sed partium suarum nimis studiosum, eumque liberat a furti litterarii crimine, eum compilasse, nec nominasse Tillemontium, in Diss. sur les Semi-Ariens, dans laquelle on defend la nouvelle Edition de S. Cyrille de Ierusalem, contre les Auteurs des Mém. de Trevoux. Parif. 1722. 12. Conf. Iourn. des Savans, m. Ian. 1723. nr. 10. et nou. ephem. litterar. Lipf. a. 1723. nr. 37. pag. 344. sq.

Nouam edit. *Venet.* 1763. [ex typogr. Sansoniana, fol. eodem modo vt Parif. inscriptam] a Mingarellio in cat. codd. gr. Nanian. pag. 63. memoratam, non vidi, nec illius vberiorem reperi notitiam. Forsan est repetitio edit. Touttaeanae. [Recte. Nam etiam paginae ed. vtriusque sibi respondent, nec praefatio noua accessit. *Beck.*]

Touttaeus pag. 84. sq. dedit Symbolum Hierosolymitanum ex variis Cyrillianarum catechefeon locis collectum et pag. 79. sqq. longam doctamque in illud obseruationem. Inde rece-

oo) In iisdem actis litt. antea nr. VI. leuis est censura edit. ipsius, et ex praefat. Touttaei quaedam narrantur. Laudatur tamen editoris diligentia curaque. Suspicio autem, Touttaeum scripsisse III. Lettres d'un Theologien à un Evéque sur cette question, si l'on peut permettre aux Iesuits de confesser et d'absoudre, 1715 et 1716. acuisse dicitur Iesuitarum iram.

recepit id *C. W. F. Walch* in bibliothecam ſymbolicam veterem pag. 43. ſq. additis lect. varr. et *Schroeckh.* id p. 405. germanice vertit.

Io. Grancolas gallice vertit atque illuſtrauit catecheſes: Les Catecheſes de *S. Cyrille* de Ieruſalem, avec des Notes et des Diſſertations dogmatiques, à Pariſ. 1715. 4. easque ſummis extulit laudibus; et in vita Cyrilli adiecta pag. 61. ſqq. cum ampliſſimis verbis defendit; ſed conf. ſobrium *Schroeckhii* iudicium l. c. p. 449. ſq.

Cel. *Federus*, theologus Wirzburg. *germanice* vertit opera Cyrilli ſec. ed. Touttée notisque potiſſimum polemicis illuſtrauit, Bambergae et Wirzburgi, 1786. 8.

Sub nomine *Cyrilli, Hier.* epiſc., circumfertur *quattripartitus apologicus* aut *apologeticus* ſ. *ſpeculum ſapientiae:* editt. antiquae ſunt ſ. l. et a. in cat. Pinell. I. p. 59. vbi cl. *Morell.* eam, adnotat, diuerſam eſſe ab alia, in catal. libror. ducis de la Valliere p. 391. deſcripta: — ſ. l. et a. (Argentor. typ. Eggeſteyn), — (Auguſtae Vindel. ap. Vind. Ant. Sorg.) — (Baſileae ap. Mich. Wensler,) in fol. de quibus v. cel. *Panzer.* A. T. I. pag. 84. nr. 448. pag. 138. nr. 231. p. 196. nr. 287. et IV. p. 119. nr. 409. et quos ille citat. Tria diuerſa exempla ſ. l. et a. deſcribuntur in *Laire* indice librorum ab inuenta typogr. Senonis. 1791. 8. part. I. p. 123. Sed in cat. bibl. *Bernenſis*, tom. I. pag. 84. ed. ſine l. et a. fol. nominatur ſub nomine *Cyrilli, epiſcopi Alexandrini*, et forſan rectius. *Harl.*

VI. NEMESIVS [pp]), Emeſenus in Phoenicia epiſcopus, non confundendus cum Nemeſio, qui, antea a CHRISTO alienus, Cappadociae praefectum egit, (ad quem Gregorii Nazianzeni epiſtolae 79. 183. 184. 185. et carmen LXI. tom. II. pag. 140. vbi eum tamquam legum peritum celebrat, atque vt deſinat idola colere hortatur,) tamen ſub idem tempus [qq]), antequam adhuc Pelagii, Neſtorii et Eutychis haereſes eccleſiam turbarent, ſcripſiſſe videtur [*] librum qui exſtat certe inſignem et praeclarum *de natura hominis*, περὶ Φύσεως ἀνθρώπȣ. Nemeſio eum, epiſcopo Emeſeno, tribuunt codices plures MSS. [rr]) Anaſtaſius item Nicaenus quae-

pp) Alii *Nemeſii* duo vel tres, ad quos Iſidori, Peluſiotae, epiſtolae. *Nemeſii* etiam, legum periti, mentio apud Aeneam Gazaeum epiſtola XX. Fuit et *Nemeſius*, presbyter Alexandrinus, qui depoſitioni Arii ſubſcripſit. *Nemeſius*, Aegyptius martyr, quem memorant martyrologia 19. Nou. in Euſebii codicibus VI. 41. Hiſt. pag. 240. eſt Nemeſion.

qq) Confer eruditam praefationem, editioni Nemeſii Oxonienſi praemiſſam. Pamelium, qui ad Tertull. de anima cap. 5. Nyſſeno hunc librum tribuere mauult, (quo inclinare etiam videtur Mich. le Quien ad Damaſcenum tom. I. pag. 196.) refellit *Theophilus Raynaudus* erotematibus de bonis et malis libris pag. 150. Vide et *Hierox. Mercurialem* IV. 4. Var. lect. *Rob. Coci* centuram vet. ſcriptorum p. 150. *Caſp. Barthium* ad Claudian. pag. 859. et ad Zach. Mytilenaeum pag. 257. 270. *Fabr.* Add. *Fabric.* noſtrum in ſyllab. ſcriptor. de veritate religion. chriſt. cap. 11. p. 114. *Caue* Hiſt. litt. eccl. tom. I. pag. 276. *L. Ell. du Pin* nouv. Bibl. tom. III. part. 2. pag. 280. *Stolle* Nachr. von den Kirchenvät. pag. 521 ſqq. *Bayle* Diction. h. v. *I. G. Walch* Hiſt. eccl. N. T. pag. 1504. *Bruckeri* Hiſt. crit. phil. tom. III. p. 530. *Saxii* Onom. I. p. 428. qui *Nemeſii* aetatem adligat a. circ. 370. *Harl.*

rr) In quatuordecim codd. *Pariſ.* bibl. publ. v. indic. catal. etc. vol. II. h. v. In cod. autem MMCDXXVIII. nr. 4. citatur *Adamantionis* de natura

quaestionibus in S. Scripturam et Moses Barcepha cap. 20. libri de paradiso. Multa ex illo ad verbum, licet haud nominato, Iulianus Pomerius, Io. Damascenus, Elias Cretensis, Meletius, monachus, Adamantius siue Adamantion in λόγω κεφαλαιώδει MS. et Io. Grammaticus ad Aristot. de anima. Turrianus in scholiis ad Io. Cyparissiotae decad. V. cap. 9. citat *Nemesium Adamantium* lib. II. de homine. Et sub Adamantii Nemesii nomine exstat MS. in bibl. Bodleiana cod. LXXXII. Barocc. *Gregorio Nysseno* a nonnullis adscribi contigit, quod Nyssenus etiam librum huius argumenti composuisset. Hinc vicissim Gregorius pro *Nysseno* quibusdam *Emesenus*. Feruntur etiam inter Nysseni scripta in editionibus antiquis *libri octo de Philosophia*, quos post *Burgundionem* Pisanum ss) qui a. C. 1194. obiit, latine interpretatus est Basileae a. 1512., Beato Rhenano hortante, *Iohannes Cono*, Norimbergensis. Neque hi octo libri tantummodo idem cum Nemesii scripto opus sunt; sed etiam λόγοι siue *libelli duo de animo*, quos cum *Federici Morelli* versione exhibent graecolatinae Nysseni editiones, nihil sunt aliud, quam caput 2. et 3. libri Nemesiani. Quam peritus physices et anatomes fuerit Nemesius, satis hoc libro prodit, quo de vsu bilis tt), de splene, renibus, glandulis, et de admirando san-

natura hominis tractatus; sed addit confector cat. *siue potius Nemesii*. — In codd. *Coislin.* CXV. — CXX. et CCLVIII. loca ex Nemesio in Anastasii quaestionibus etc. et cod. CCXCIV. in eclogis etc. — *Florentiae* in codd. bibl. Laurent. Medic. II. nr. 62. plut. 7. in quo opusculum diuisum est in XXXVIII. λόγους s. capita, et abundat scholiis margin. — in cod. XXXV. nr. 25. plut. 7. qui capp. XLIII. continet: (variant autem codd. atque editt. numero capitum:) — in cod. XXI. plut. 56. vbi constat capp. XLI. — in cod. VI. nr. 2. plut. 86. inscribitur Ἀδαμαντίωνος, τοῦ καὶ Νεμεσίου ἐπισκόπου Ἐμέσης περὶ ἀνθρώπου φύσεως λόγος κεφαλαιώδης, in capp. XLIV. diuisus. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 102. et 298. II. p. 320. et III. p. 293. — Sec. catal. codd. Angl. praeter cod. *Barocc.* a Fabricio citatum, in bibl. Bodlei. nr. MMDXXIV. *Nemesius* de natura hominis. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CCLXVI. *Nemesius* de nat. hom. opus confuse et turbate exscriptum cum notis criticis de vero operis auctore. Praemittuntur capp. duo, n. 29. et 30. operis *Nysseni* de opificio hominis, (vnde colligi potest caussa, cur opus Nemesianum interdum adscriptum fuerit Gregorio Nysseno.) v. cat. codd. gr. Marc. pag. 131. — *Vindobonae* in bibl. caes. fragmentum in cod. CLXVI. nr. 1. et integer paene liber, (tria enim capp. desunt,) in cod. CLXXV. nr. 4. vid. *Lambec.* comm. IV. p. 387. et 405. sq. — in cod. XXXII. nr. 2. in capp. XXXVIII. diuisus est liber, et ibi Nemesius dicitur Cyrenеae, vrbis insulae Cypri, episcopus. v. *Lamb.* VII. p. 152. — in cod. XLII. nr. 15. sunt tria Nemesii opuscula; primum *de iunctione animi et corporis* et inscribitur: Νεμεσίου ἐπισκόπου τοῦ Ἀδαμαντίνου περὶ ἑνώσεως ψυχῆς καὶ σώματος etc. secundum *de elementis*, et tertium *de quinque sensibus*. v. *Lambec.* VII. pag. 177. sq. qui citat *Ph. Labbaei* diss. de scriptor. ecclesiast. tom. II. p. 100. — Sec. *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. *Mediolani* in bibl. Ambros. Nemesii philosophica et theologica, (tom. I. p. 521. A.) — in bibl. *Peilisier.* (tom. II. p. 1199.) B.) — Tres *Augustan.* *Vind.* duo *Dresdens.* duoque *Monach.* codd. contulit cl. Matthaei. *Harl.*

ss) De hoc *Burgundione*, qui Chrysostomi etiam nonnulla et Damascenum de fide orthodoxa latine vertit, dixi infra p. 647.

tt) cap. 28. ἡ δὲ ξανθὴ χολὴ etc. *Flauabilis et propter se et propter aliud constituta est, nam ad concoctionem confert, et depulsionem excrementorum mouet: ideoque fit quodammodo vna de partibus nutrientibus, quinimo et calorem quendam praebet corpori, vt vitalis facultas. Ac his quidem de causis propter se videtur extitisse, sed quia sanguinem purgat, sanguinis caussa quodammodo, videtur esse facta.* Adde si placet quae ibi sequuntur.

sanguinis periodo ac circuitu uu), ea etiam [?] tradit, in quibus veluti eximiis inuentis placuerunt sibi recentium temporum ingenia.

Editiones Nemesii.

Latine, *Georgio Valla* interprete, apud Seb. Gryphium 1538. 4. Ellebodio iudice Valla ἢ μᾶλλον ἡρμήνευσεν ἢ συνέχεεν καὶ κατήσχυνε τὸν φιλόσοφον, καθ' ἑκάστην σχεδὸν περίοδον τῆς τοῦ Νεμεσίου διανοίας ἀποπίπτων.

Ex *Nicasii Ellebodii*, Casletani, meliore versione saepius prodiit in bibliothecis patrum, vt in nouissima Lugdunensi tom. VIII. pag. 619. a. 1677.

Graece primus edidit e duobus MSS. [mutilis] et ad calcem voluminis *latinam* versionem suam adiunxit Nicasius Ellebodius. Antwerp. apud Christoph. Plantin. 1565. 8. *Fabr.* Sed quod, *Ellebodio* absente, opus sub prelo sudabat; accidit culpa operarum, vt periodi omitterentur in textu graeco, nonnulla loca bis excuderentur; nonnulla transponerentur. Cl. *Seybold* in Lips. A. L. Anz. a. 1801. nr. 6. pag. 54. sq. edidit notas paucas, quas possessor antiquo exemplo edit. principis manu sua hinc inde adscripserat; sed emendationes illae conspirant cum edit. Oxon. Eidem exemplo manu adiectus est index philosophorum, a Nemesio citatorum. — In iisdem actis diurnis litterar. a. 1801. nr. 26. pag. 247. alius V. D. *Lz.* nuntiat, se habere exempl. primae edit. cum nonnullis manu adscriptis coniecturis, quarum plurimae consentiant cum lectionibus in edit. Oxon. praeter duas, quas reddidit Lz. *Harl.*

Inde *graece et latine* prodiit in auctario Ducaeano bibliothecae patrum Paris. 1624. tom. II. p. 466. et in bibliotheca patrum Morelliana a. 1654. tom. XII. p. 748. [etiam in *Galland.* Bibl. PP. VII. pag. 353.]

Denique cum eadem Ellebodii versione, ad duos MSS. castigatus et docta praefatione notisque auctior nitide recusus est Oxonii e theatro Scheldoniano 1671. 8. curante, ni fallor, *Io. Fello*, Oxoniensi deinde episcopo vv). Confer *Martini Kempii* bibl. theologicam Anglor. pag. 514. In notis illis Nemesius subinde defenditur, vt pag. 42. aduersus Pelagianismi et pag. 20. Origeniani de animarum προϋπάρξει erroris criminationem. *Io. Launoius* de varia Aristotelis fortuna pag. 24. *Videtur Nemesius Origenianae de animarum ortu sententiae nonnihil favere. Quicquid id est, naeuus in candidissimo pectore non multum deformitatis importat.*

Ex

uu) capite 24. Confer *Almelooveenii* inuenta nouantiqua §. XXVIII. vnde patet, minus aequum fuisse, ingeniosum licet illum antiquae aetatis detractorem, quo iudice, antequam Guil. Harvei orietur ingenium

- - *on ignoroit iusqu' aux routes certaines Du Maeandre viuant qui coule dans les veines.*

vv) Inscr. Νεμεσίου — *Nemesii*, philosophi et episcopi, de natura hominis liber vnus denuo recognitus, et MSSt. codicum collatione in integrum restitutus, annotationibusque insuper illustratus. (cura *Io. Fell.*) Oxon. e theatro Sheldon. 1671. 8. v. *Brüggemann* View etc. p. 416. qui etiam memorat versionem libri *anglicam*, a *G. Wither* confectam, Lond. 1636. 12. *Harl.*

Ex Nemesii, Emeseni episcopi, *sermone de prouidentia* vide, quae adfert *Anastasius Sinaita* quaest. 18.

Cel. *Matthaei*, Prof. Witteb. adnuntiauit in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 179. pag. 1763 sq. et a promissis stetit, curando editionem, cuius tantum inscriptionem noui ex nuntiis litter. — Hanc tamen plagellam, dum typographo missurus eram, in tempore venit in manus meas, edit. praeclara:

Nemesius Emesenus de natura hominis, gr. et lat. Post editt. Antwerpiensem et Oxon. adhibitis III. codd. Augustanis, duobus Dresdens. totidemque Monachiens. nec non duabus vetustis versionibus latinis, *Cononis* et *Vallae*, denuo multo, quam antea, emendatius edidit et animaduerss. adiecit *Christi. Frid. Matthaei*, Profess. Vitemberg. Halae. 1802. 8. Contextum gr., antea multis in locis corruptum, dedit, quantum fieri potuit, correctiorem; eoque spectat maxima pars animaduersionum. Versionem Ellebodii seruauit non mutatam, nisi vbi ad textum graecum, a V. C. correctum, conformanda atque immutanda fuerit: loca veterum, a Nemesio laudata, saepius notauit. De codicibus, quos consuluit, et versionibus Cononis Vallaeque post praefat. diligenter disseruit. Textum gr. excipiunt supplementa varr. lectionum, et adnotationes editoris Oxoniensis. Illas sequitur versio lat.: denique index nominum propriorum auctorumque citatorum, e Fabricio petitus, paullulumque auctior.

Iure postliminii ex vol. X. init. huc reducam *Caspari Barthii indicem scriptorum, in Nemesii libro de homine citatorum*, ex Matthaei edit. aliquantum auctiorem. *Harl.*

Ad paginas graecae editionis Plantin. a. 1565. 8.

VII. Claudam hoc caput breui de IOANNE CASSIANO ww) obſeruatione. Hic non graece quidem ſcripſit, vt Trithemio [P] viſum, qui venuſtatem eloquii etiam apud interpretem conſpici ſcribit; at ex eius *quatuor libris* ad Caſtorem *de inſtitutis coenobiorum* et *libris octo de totidem capitalibus vitiis*, epitomen, iam olim graece verſam, legit *Photius* laudatque cod. CXCVII. Ex his prior exſtat MS. in bibl. caeſarea teſte *Lambecio* IV. 167. et V. 276. xx) atque inter ſcripta, *Athanaſio* ſuppoſita, prodiit graece et latine in editione Athanaſii Mont-

ww) Obiit a. C. 444. aetatis 97. de quo *Henr. Noris* lib. II. Hiſt. Pelag. et diſſ. de V. ſynodo pag. 110. ſeq. *Tillemontius* tom. XIV. memor. eccleſ. etc. *Fabr.* Add. *Io. Bapt. Querſnoy* Caſſianus illuſtratus, ſ. chronologia vitae S. Ioan. Caſſ. Lugd. 1652. 4. Qui vero Caſſianum, non qualis reuera fuerit, ſed qualem ipſe eundem eſſe voluerit, deſcribit nobisque exhibuit. Quare in eum acriter inuehitur *Henr. de Noris* in Hiſtoria Pelagiana, libr. II. capp. variis: quorum argumenta refert *Oudinus* et multus eſt de Caſſiano, eius ſcriptis, ingenio, diſciplina et doctrina erroribusque in comm. de ſcript. eccl. tom. I. pag. 1133 — 1163. — *G. Caue* hiſt. litt. SS. eccl. tom. I. pag. 410. — *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. IV. p. 14 ſqq. — *Guil. Cuperi* ſylloge hiſtorica de S. Ioanne Caſſiano, in Act. SS. Antwerp. d. 23. Iul. pag. 458. — *R. Ceillier* hiſt. gener. des aut. eccl. tom. XIII. p. 37. — Hiſtoire litt. de la France, tom. II. p. 215. — *Longchamp* in: Critiſchen Entwurf einer gelehrten Geſchichte Frankreichs. pag. 366. — *I. A. Fabric.* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 355 — 357. ed. Manſ. — *Hamberg.* Z. N. III. p. 131. ſqq. — *Saxii* Onom. I. pag. 475. — *Schoenemann* in bibl. hiſtorica patrum lat. II. p. 669 — 697. Atque ego de Caſſiano, eius ſcriptis, horum edd. egi et in breviore notitia litterat. rom. p. 680 ſq. et in ſupplement. ad illam, part. II. p. 521 ſqq. De patria, num, quae vulgaris eſt ſententia, ex Scythia minore, vna ex prouinciis Thraciae, an, quod *Noriſius* in hiſtor. Pelag. lib. II. c. 21. pag. 159. et Longchamp. l. c. probare ſtuduerunt, ex Prouincia, in Galliis, ortus fuerit; de anno natali, circiter a. 350. aut 360, et quando mortuus ſit, num circ. a. 440. quod Longchamp et Schoenemann arbitrantur, an ſecundum Saxium aliosque, a. 444. aut prius, aut ſerius, n. a. 448. (vt Lambec.) diſſentiunt viri docti laudati aliique. Auctor habetur ſectae Semi-Pelagianae: qua de re vberius diſputat *Oudin.* l. c. pag. 1149. ſqq. capp. 5 — 7. *Harl.*

xx) In cod. caeſar. CLXV. nr. 4. vol. IV. p. 573. ſqq. ed. Kollar. vbi legitur *epitome ſeptem priorum collationum ſanctorum anachoretarum Sceten-*

Montfauconiana tom. III. pag. 366. In eadem caesarea bibl. vt *Lambecius* IV. p. 166. [378. Kollar.] refert, habetur etiam epitome graeca, lecta et ipsa Photio ex septem Cassiani Leontio dicatis *collationibus* prioribus *patrum*, siue anachoretarum, ἐν τῇ ἐρήμῳ Σκήτεως in *Sceti*, Aegypti eremo; vnde quidam male *Scythiam* effinxere, atque Cassianum genere yy) Scytham esse voluerunt. Graecam Cassiani epitomen vel versionem videtur legisse Io. Climacus, qui laudat gradu IV. Incertum vero, num illa epitome adornata a graeco scriptore sit ex ipsis Cassiani scriptis, an ex latina *Eucherii*, Lugdunensis, translata. Nam *Gennadius* c. 63. de Script. eccles. testatur, Eucherium *Cassiani quaedam opuscula lato tensa sermone, angusto verbi resoluentem tramite, in vnum coegisse volumen.* De Cassiano ipso *Prosper*, (qui singulari scripto collationem XIII. quae est de protectione DEI, oppugnauit,) in chronico ad annum VI. Theodosii, iun. zz), *Cassianus compertas in Aegypto vitas patrum, doctrinasque, et regulas libris, ad plurimos datis, exprimit.* Prodierunt *Cassiani* Opera latine, qua lingua auctor illa composuit, Basileae primum a. 1485. fol. Lugd. 1561. 8. 1497. 4. inde cum Io. Damasceno, Basil. 1575. fol. atque cum *Henrici Cryequii* notis Antwerp. 1578. et ex *Petri Ciacconii* a) castigatione Rom. 1588. 1611. 8. et cum notis *Alardi Gazaei*, Vedastini, ord. S. Benedicti, Duaci 1616. 8. duobus voll. atque cum eiusdem Gazaei et aliorum notis, Atrebati 1628. fol. Paris. 1642. fol. [Francof. 1722. Lipsiae 1733. fol.] *libri VII. de incarnatione Christi*, (multis

Scetensium, ad Leontium, episc., Lambecius tamen obseruat, in alio cod. caesareo peruetusto, et optimae notae (qui esse is videtur quem in vol. V. p. 219. descripsit posthaec,) esse similem quidem nec tamen eamdem epitomen graecam *Cassiani* librorum ad Castorem, episcopum, de institutis regulisque coenobiorum Aegypti atque Orientis, et has esse gr. opusculorum asceticorum Cassiani epitomas, a Photio lectas. Quod vero Cassianus in vtroque libello cognominatur Ῥωμαῖος, et Photius quasi suffragatus cognomen Ῥωμαῖκ paraphrastice reddit Ῥώμην λαχόντος πατρίδα· ex eo *Lambecius* pag. 576. colligit contenditque, Cassianum reuera natum fuisse *Romae*. Enimuero ista ratiocinatio haud legitima indicatur. Nam Scythia minor in Thracia quoque dicta est *Romania*. — In vol. V. comment. aliquoties occurrunt Cassiani libelli nomenque: in cod. scilicet caesar. CCXXXVII. nr. 13. fragmenta quaedam ascetica. (*Lamb.* V. pag. 190.) — in cod. CCXLII. nr. 12. (*Lamb.* V. pag. 219 sq.) ex Cassiani libris IV. de institutis et regulis coenobiorum et ex eiusdem libris VIII. ad eumdem de octo primariis cogitatt. vitiosis, graeca anonymi cuiusdam epitome: — eadem duarum epitomarum opusc. in cod. CCCXV. nr. 3. et 4. de quibus et de Leontio *Kollar.* ad Lamb. V. pag. 581. sqq. docte fuseque disserit. — in cod. CCXLI. nr. 1. in Io. Antiocheni eclogis asceticis Cassian. de patribus Scetensibus, et in cod. CCLI. in anonymi cuiusdam locis commun. asceticis aliquoties citatur. (pag. 224. et 326.) — In codd. *Coislin.* XXXVII. — CXVII. — CCI. — CXX. — CCXXXII. et CCXCVI. loca in Niconis et aliis collectionibus etc. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 111. 191. 198. 251. 294. et 413. — *Paris.* in bibl. publ. in decem codd. (praesertim altera epitome) *Cassian.* epitome de institutis coenob. de octo capital. vitiis et collationum de patribus in Sceti degentibus. — Eaedem exstant *Florentiae* in codd. Laur. Med. XX. nr. 11. plut. 8. — I. nr. 21. et III. nr. 14. et 15. plut. 10. — et IX. nr. 14. plut. 11. tum citatur Cassianus in exposit. sacrorum praecept. cod. IV. plut. 6. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 566. 469. 472. 504. et 98. vt alios codd. praetermittam. *Harl.*

yy) Vide *Anton. Pagium* ad a. Chr. 404. nr. XXII. seq. *Fabr.* Add. *Lambec.* IV. pag. 376. sq. *Harl.*

zz) Ad *Theodosii* XIV. et *Maximi* consulatum, h. e. a. Chr. 433. pag. 504. vid. Saxii Onom. I. pag. 475. *Harl.*

a) Laudat *Vossius* epist. CCCCIV.

(multis adhuc locis, Vossio iudice, medicam manum desiderantes,) primum viderunt lucem Basil. 1534. 8. Paraphrastica enarratio librorum de institutis coenobiorum et collationum patrum composita a *Dionysio Carthusiano*, Colon. 1540. *Fabr.* — Plures *latinorum opp.* edd. excitari possunt. At quoniam illorum opp. atque edd. notitia ad litteratur. romanam pertinet, et a me, Schoenemanno, aliisque, supra citatis, satis dictum est de illis, hic crambem bis coctam recocquere nolo. *Harl.*

CAPVT XI. (olim XV.)

DE S. IOHANNE CHRYSOSTOMO.

I. *Chrysostomus.* II. *Eius vitae et encomiorum scriptores graeci, et latini, veteres ac recentes.* III. *Index Homiliarum singularum editarum Chrysostomi tractatuumque, adscriptis primis verbis graecis, obseruationibusque variis et editionum Sauilianae et Ducaeanae [ac Montfauc.] paginis.* IV. *Index similis epistolarum, et eorum, ad quos Chrysostomus scripsit.* V. *Recensio scriptorum potiorum eiusdem, cum variis obseruationibus.* VI. *[Codd. et] editiones operum latinae, graecae, graecolatinae, et noua, curante Bernardo de Montfaucon.*

(Cum auctario G. C. Harles.)

I.

De IOHANNE, patria *Antiocheno,* qui ab eloquentia, μελισαγὴς [b]), ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς [c]) χρυσοῤῥήμων, et CHRYSOSTOMVS [d]) dictus est, et de eius scriptis tam multa in litteras relata et a tam multis sunt, vt actum agere videar, qui de eo commentari post tot viros doctos velim. Quod solum igitur restat mihi, fungar vice indicis, et post summa

b) Auctor vitae Stephani, iunioris in *Cotelerii* tom. IV. monument. p. 410.

c) Philotheus, CPol., in tres Hierarchas, et alii passim.

d) Haec quidem Chrysostomi adpellatio, aliquot saeculis ipso recentior est, vt notat Sauilius in limine notar. ad Chrysostomum, itaque et Sozomeni codicibus VIII. 2. a iuniore aliquo adiecta et a Valesio omissa. Tamen a tempore sextae synodi, a. C. 680. CPoli celebratae, communiter obtinuit. *Theodulfo Aurelianensi* lib. IV. carm. v. 5. *fuluo ore Ioannes. Nicephorus* XIII. 3. τὸ δέ γε πλῆθος διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας ἄφθονον, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀναβλύζουσαν ὄνησιν σφόδρα ἐξήχετο τοῦ ἀνδρὸς, ὑπερφυῶς ἐρῶντες τῆς γλώττης, ὡς καὶ Χρυσόστομον αὐτὸν προσειπεῖν. Suidas in Ἰωάννης. Atque Moscis etiam lingua sua *Zloto vsti*, hoc est *aurei oris*, adpellari, notauit *Colomesius* p. 100. obseruationum sacrar. Βίβλος χρυσοστομικὴ apud *Theophylactum* epist. XXI. Praeter hunc nostrum mactati sunt etiam alii hoc elogio, et cognomen Chrysostomi tulere, vt *Seuerianus*, Gabalorum in Syria episcopus, et *Antiochus*, episcopus Ptolemaidis in Phoenicia, ambo laudum eius aemuli. Vide *Sozom.* VIII. 10. Nicephorum XIII. 9. vt ethnicum taceam scriptorem, Dionem Chrysostomum, de quo dixi lib. IV. c. 10. *Fabr.* s. in h. ed. cap. XII. supra, in vol. V. p. 122. sqq. *Harl.* Aristotelem, dicit *Cicero*, acad. libr. II. cap. 38 [vbi v. Io. Davis.] *flumen orationis aureum fundere. Heum.*

[555] summa de vita eius capita breuiter perstricta, scriptores de eius rebus veteres ac recentes recensebo, deinde monumenta Chrysostomi, editiones atque interpretes, quantum potero, accurate ac distincte persequar. Natus est disertissimus ille nec minus doctus et acutus sacrarum litterarum interpres ingenio, zeloque admirabilis et morum formator vnice commendandus iis, qui populum Christianum docere instituunt, Antiochiae, in clarissima Coelesyriae vrbe, a. C. 354. [e]) parentibus honestis, sed minus opulentis atque ethnicis, patre non diu post defuncto [f]). Mater deinde vna cum filio, tres et viginti annos nato, baptizata est a Meletio, episcopo Antiocheno. In eloquentia Libanium doctorem habuit, cui vehementer se probavit [g]): in philosophia Andragathum [h]) in sacris litteris eumdem Meletium, et in monastica disciplina Euagrium, Carteriumque et Tarsi postea episcopum, Diodorum, quem encomio [i]) etiam celebrauit. Ab eodem Meletio lector et deinde circa a. 381. (aetatis 27.) diaconus, ac denique presbyter Antiochenus a Flauiano [k]) a. C. 386. (aetatis 32.) ordinatus est. In episcopatu deinde CPolitano successit Nectario a. C. 398. (aetatis 44.) 26. Febr. Inuidia Theophili Alex. et aliorum aemulorum semel in synodo ad Quercum a XLV. episcopis, deinde a. C. 402. (aetatis 48.) iterumque in synodo altera CPol. a. C. 404. [555] 20. Iunii, (aetatis 50.) suffragante Eudoxia Augusta, depositus relegatusque in exilio obiit a. C. 407. 14. Sept. (aetatis 53.) Condiscipuli et familiares Chrysostomi fuere Basilius, Caesareensis postea episcopus, diuersus a Basilio magno et iunior; Theodorus, qui postea Mopsuestiae in Cilicia, et Maximus qui Seleuciae in Isauria episcopatum gessit; Hesychius, Syrus, Chrysostomi in monasterio socius, aliique innumeri. Ossa defuncti a. C. 438. Proclo patriarcha relata CPolin, et tumulata religiose in basilica SS. Apostolorum. Nomen diptychis sacris restitutum [l]) ab Alexandro

e) Secundum *Montfauc.* in vita etc. (qui monet, eos, qui a. 355 natum illum esse dicunt, valde errare.) aliosque, quorum rationibus subscribit *Schroeckh*, a. C. 347. *Harl.*

f) *Chrysostomus* ipse lib. I. de sacerdotio.

g) *Sozom.* VIII. 2. vbi Libanii morituri dictum, se neminem successorem sibi magis peroptare, quam Iohannem, εἰ μὴ χριστιανοὶ τοῦτον ἐσύλησαν, *nisi Christiani eum surripuissent.* Apud *Isidorum Pelusiotam* lib. II. epist. XLII. pag. 159. edit. Paris. ad Ophelium, grammaticum, exstat eiusdem *Libanii* epistola ad Chrysostomum, qua orationem eius in laudem imperatoris Theodosii M. et liberorum impense laudat. [Est in maiore *Wolf.* Libanii epp. edit. epist. 1576. p. 714. eiusque conf. notas: in quibus adfert *Valesii* ad Socrat. VI. 3. hist. eccl. pag. 75. suspicionem, illam epistolam ad alium *Ioannem*, qui tum CPoli agebat caussas, esse scriptam. *Harl.*] De Chrysostomi vi dicendi confer *Nic. Caussinum* lib. XVI. de eloquentia c. 20. seqq.

h) *Socrates* VI. 3. Cui adde, quod etiam *Eusebium* Emesenum sectatus legitur apud Hieronymum de S. E. c. 129. Ille Eusebius Suidae in Ἰωάννης vocatur philosophus.

i) Incipit: ὁ σοφὸς οὗτος καὶ γενναῖος. *Fabr.* De hoc *Diodoro* multus est cl. *Schroeckh.* in vita Io. Chrysostomi tom. X. pag. 247. sqq. hist. eccles. christianae. Add. infra, in vol. VIII. p. 358 sqq. vet. ed. *Harl.*

k) Ita rectius Palladius et alii, Chrysostomo ipso, qui Meletianas partes sequutus semper est, suffragante: licet Socrates ab Euagrio, Paulini successore, factum hoc affirmet. Idem scribit, lectorem ordinatum a Zenone, Gazae siue Maiumae episcopo, Hierosolymis reuertente, quod itidem aliorum testimoniis refellitur. De depositione ac restitutione Chrysostomi confer praeter alios *Petrum de Marca* lib. VII. de concordia sacerdotii et imperii cap. 9.

l) Vide Sirmondum ad Facundi librum IV. tom. II. Opp. p. 505.

andro, Antiocheno, primum, deinde ab Attico, CPolitano, ipſoque Cyrillo, Alexandrino etc.

II. *Scriptores veteres de S. Chryſoſtomo graeci.*

Palladii, epiſcopi Helenopolitani, Aſponam deinde tranſlati, et Theodori, eccleſiae rom. diaconi, de vita Chryſoſtomi dialogus apologeticus, qui Romae per plures dies habitus fingitur. Legerunt pridem *Photius* cod. XCVI. Georgius Alexandrinus et anonymus Sauilianus et Theodorus Trimithuntis. Latine vertit et Eugenio IV. dicatum edidit *Ambroſius Camaldulenſis*, Venet. 1533. 8. ex qua editione recuſus eſt tom. II. Aloyſii Lipomanni, et in latinis Chryſoſtomi editionibus. Graece laudatur a Valeſio ad Sozom. Primus e codice mediceo DC. annorum in lucem protulit, et cum noua latina ſua verſione aliisque monumentis antiquis vulgauit *Emericus Bigotius*, vir eruditiſſimus. Pariſ. 1680. 4. [ap. *Hamberger*. Par. 1737. 4.] De ſcriptore ipſo, atque vtrum Palladio, Helenopolitano, recte hic dialogus tribuatur, infra dicam in Palladio: nunc *Chriſtophori Sandii* ſatis ſit notare hallucinationem, qui pag. 280. nuclei hiſt. eccleſiaſticae ſcribit, in bibl. Ambroſiana Mediolani exſtare MS. ineditum Chryſoſtomi de vita Palladii. *Fabr.* *Palladii* dialog. de vita Chryſoſtomi gr. et lat. repoſuit *Montfauc.* in Opp. Chryſoſt. vol. XIII. p. 1. ſqq. cum paucis notis criticis et varr. lectt. denuo collato ab amico quodam cod. Florent. cum edit. Bigot. et in praef. ad illud vol. pag. VII. ſqq. illam praefationis Bigot. partem, quae ad vitam Chryſoſt., a Palladio expoſitam, pertinet, repetendam curauit. — De cod. Laur. Medic. XIV. nr. 15. plut. 9. vbi exſtat *Palladii* dial. plura dedit *Bandin.* in cat. codd. graec. Laur. I. p. 411. ſq. et in nota animaduertit, Bigotii in notitia de Ambroſii verſione interpolata iudicium ab Ant. Mar. Saluinio. codicem Medic. denuo conferente, argui erroris, ablegatque lectorem ad vitam Ambroſii, a *Laur. Mehus* exaratam editamque Florent. 1759. fol. p. 309. Excerpta ex Palladii dialogo ſunt in eadem bibl. cod. VI. init. plut. 7. et cod. IX. nr. 26. plut. 11. v. *Bandin.* I. p. 206. et 506. — Idem *Montfauc.* in tom. XIII. p. 257. collegit veterum de Chryſoſtomo teſtimonia, Photii, qui Chryſoſtomi opera ſaepe et aliquando addita criſi commemorat; immo haud raro multa ad litteram refert ex eius ſcriptis; Nili, Iſidori, Syneſii, Suidae aliorumque, add. *Sauilii* edit. tom. VIII. *Harl.*

Socrates lib. VI. *Sozomenus* lib. VIII. et *Theodoritus* lib. V. c. 27. ſeqq. Chryſoſtomi res narrant in hiſtoria eccleſiaſtica.

De *Theodoriti* λόγοις quinque in Chryſoſtomum videndus *Photius* cod. CCLXXIII. *Io. Garnerii* auctarium Operum Theodoriti pag. 30. ſeq. De *Actis ſynodi ad Quercum*, in qua Chryſoſtomum condemnatum conſtat, idem *Photius* cod. LIX.

Procli CPol. Homilia in Chryſoſtomum latine ſolum exſtat. [*] Incipit: *Certe gratias DEO fratres.* Prodiit inter eius opuſcula p. 164. edit. Elmenhorſtianae, et in Combefiſii Auctario nouo, tom. I. p. 466. et in Proclo Vincentii Riccardi.

Cyrilli, Alexandrini, de Chryſoſtomi vita commentarius, quo vſus Georgius, Alexandrinus, intercidit. Vide tom. VIII. Sauil. pag. 293.

Iſidorus

Isidorus Pelusiota, multus est in Chrysostomi, doctoris sui, laudibus lib. II. epist. XLII. et alibi, atque inde forte ab Anonymo Sauiliano inter eos, qui de Chrysostomo scripsere, refertur.

Georgius, Alexandrinus, Photio cod. XCVI. memoratus, et a fabulis non abhorrens vitae Chrysostomi scriptor, ex quo hauserunt pleraque Leo, imperator, Anonymus Sauilianus, Metaphrastes, Zonaras, Glycas, Nicephorus, Cedrenus et alii. Incipit: Πάντες οἱ παλαιοὶ ἱστοριογράφοι. Graece primum edidit *Sauilius* tom. VIII. p. 157 — 265. e duobus MSS. Palatino et Bauarico CXCIV. Latine vertit *Godfridus Tilmannus* Paris. a. 1557. m) fol. et in fronte latinarum editionum Chrysostomi Paris. 1581. 1588. De MS. Vindobonensi vide *Lambecium* VIII. p. 272. n) Alia memorat Allatius p. 317. de Georgiis. Errores et fabulas *Georgii* persequitur *Dauid Blondellus* in libro, gallice edito, de primatu in ecclesia p. 1229.

Sophronius, patriarcha Hierosolymitanus, inter scriptores de vita Chrysostomi ab Anonymo Sauiliano laudatur, non aliam, opinor, ob rationem, quam quod graece vertit catalogum Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis, in quo de Io. Chrysostomo sermo est capite 129.

Cosmae Vestitoris, εἰς τὴν ἐπάνοδον τοῦ λειψάνου τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Incipit: Ἥκουσαι πάντως ὑμῖν, ὦ φιλόχριστος πανήγυρις. Vsus est Anonymus Sauilianus. Habuit etiam Sauilius, vt testatur in notis tom. VIII. p. 944. sed editione putauit indignum.

Martyrius, patriarcha Antiochenus, inter scriptores de vita Chrysostomi ab anonymo [v. Lambec. VIII. p. 635. sq.] laudatur, cuius nihil quod sciam huius argumenti exstat, vti nec *Nili*, nec aliorum, quos memorat *Euagrii Ascetae*, nec *Nicetae*, sceuophylacis, alteriusque *Nicetae*, Paphlagonis, aut *Eustathii*, πρίμι, vel *Basilii*, quem πρωτόθρονον appellat, et encomium scripsisse Chrysostomi refert. *Fabr.* *Martyrii* vita, sed in fine mutila, exstat in cod. Naniano CXLV. nr. 6. graece: atque (Mingarell.) in cat. codd. gr. Nan. p. 337. sq. initium vitae speciminis loco exscripsit. — De *Niceta*, Sceuophyl. v. supra, vol. VII. pag. 755. et p. 749. de *Niceta*, Paphlagone. *Harl.*

[*] *Simeonis Metaphrastae* de vita Chrysostomi, ex duobus MSS. regiis graece prodiit tom. VIII. Sauilii p. 373 — 428. De MS. caesareo vide *Lambecium* VIII. p. 297. o) Latine

m) a. 1557. ap. Lambec. a. autem 1559 ap. Fabr. infra in vol. IX. pag. 65. vet. ed. inter vitas Sctor. *Harl.*

n) De cod. XIX. nr. 13. pag. 578 sqq. ed. Kollar. cuius not. conferes: Lambecius ibi multa ex Photii narratione et iudicio de Georgio Alex. in cod. XCVI. refert. Idem monet, cod. caesar. differre in fine ab codd. Bauar. et Palatino, ex quibus desumsit Sauil. Verum, quia Georgius stilo humili atque ineleganti innumera narrat fabulosa, iis exceptis, quae ex Palladio et Socrate mutua sumsit, eius vitam omisit Montf. in sua edit. Est illa quoque in cod. *Naniano* CXLV. nr. 5. *Harl.*

o) In cod. caesar. XXVI. reperitur Chrysostomi vita sine nomine auctoris; sed *Lambecius* VIII. com-

Latine vertit Gentianus Heruetus, ex cuius interpretatione hanc vitam dedere Lipomannus tom. V. ad 13. Nou. et Surius tom. I. ad 27. Ianuarii. Incipit: καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ θεὸν πολιτευσαμένων. Laudat Nicephorus XIII. 2. Hist. p. 349.

Eiusdem de transportatione reliquiarum S. Chrysostomi, ἀλλὰ πῶς ἄν τις ἡμᾶς ἀπαλλάξει αἰτίας καὶ μώμων. Meminit *Allatius* de Simeonum scriptis p. 124.

Constantini Porphyrogeniti de translatione earumdem reliquiarum. Incipit: τί τερπνότερον τοῦ νῦν ὁρωμένου θεάματος. MS. in bibliothecis romanis, Sauilio teste. Habuit etiam Allatius. Vide, quae dixi lib. V. cap. 5. p. 490. [in hoc vol. p. 6. §. 7.]

Georgii Pachymerae, librum de vita Chrysostomi laudat Casaubonus in Casaubonianis. Vide vol. VII. huius bibl. [p. 785.]

Anonymi de earumdem reliquiarum translatione. Incipit: ἧκεν ἡμῖν ἡ λαμπρὰ καὶ χαρμόσυνος καὶ ποθουμένη πανήγυρις. Meminit *Allatius* de Simeonibus p. 121.

Anonymus Sauilianus, de vita Chrysostomi, quem e MS. Mich. Sophiani, primus *Sauilius* edidit graece tom. VIII. p. 293-371. De illo MS. codice, qui hodie est in bibl. caesarea, vide *Lambecium* VIII. pag. 301. [r]) Scripsit post Constantinum Porphyrogenitum, quem commemorat inter scriptores, quibus vsum se profitetur. Eius commenta et errores notat *Blondellus* de la primauté en l'Eglise p. 1244. sqq.

Anonymi epitome breuis vitae Chrysostomi, latine ab Herueto versa editaque a *Lipomanno* tom. V. ad 13. Nou. et a *Surio* tom. I. ad 27. Ianuar. Incipit: *Hic sanctus erat quidem genere Antiochenus*, errores huius scriptoris nonnulli notantur a *Blondello* p. 1253 seq.

Suidas in Ἰωάννης.

Chronicorum scriptores, Theophanes, Cedrenus, Zonaras, Manasses. Glycas etc.

Nicephorus historiae eccles. libro XIII. 2. seqq.

Leonis Sapientis, imperatoris, oratio encomiastica, incipit: ἀρετὴν ἀνδρὸς ἐπαινεῖν κελεύομεν. Graece dedit *Sauilius* tom. VIII. p. 267-290. notans, ex Georgio fere collectam esse, nec bono iudicio [s]). Latine ex Herueti versione dedere *Lipomannus* tom. V. 13. Nou. et *Surius* tom. I. ad 27. Ianuar. ex qua supplet is lacunam in edit. graeca p. 274.

Ioannes

comment. pag. 634. sq. docet, eam esse compositam a Simeone Metaphraste; add. notas Kollarii p. 631. et 633. Montfaucon autem eam, et alteram anonymi, e faecibus Georgii Alex. haustas, noluit repetere. vide eius praef. ad Chrysost. opp. vol. XIII. p. IV. et V. *Harl.*

p) Pag. 637. sqq. c.l. Kollar. cuius notam confer. Initio cod. praefixus est index vetustiorum de vita Chrysostomi auctorum, e quibus, anonymus ille profitetur, suam se narrationem concinnasse. Sunt vero illi viginti; et Lambec. ex illo cod. gr. cum latina sua versione totum indicem exscripsit. — Epitomen vitae St. Chrysost. ex mstο Allat. dedit gr. ac lat. *Montfauc.* vol. XIII. Opp. p. 90. Inc. τὸ μὲν γένος ἦν Ἀντιοχεύς. *Harl.*

q) Hinc, vt aliorum leues narrationes omisit Montfauc. *Harl.*

Ioannis Damasceni encomium Ioannis Chrysostomi. Incipit: Ἔδει μὲν, ἔδει ὦ Ἰωάννη πάγχρυσε. Habuit Sauilius, sed editione indignum [!] duxit. Caeterum e MS. Telleriano nuper graece et latine dedit V. C. Mich. le Quien, tom. II. Operum Damasceni pag. 886.

Theodori, Trimithuntis in Cypro episcopi, de vita, exsilio et calamitatibus S. Chrysostomi. Incipit: ἀγαπητοὶ, ἀψευδὴς ὁ Θεός. Meminit *Allatius* de Simeonum scriptis p. 81. et quaedam ex eo profert *Bigotius* praef. ad Palladium.

Io. Chrysost. homiliae IV. ex omnibus eius opp. selectae, gr. et lat. semel partim ex cod. Vatic. partim ex Coislin. a Bern. de Montfaucon, iterum notatis argumentis additisque animaduerss. et indicibus, editae a *Chr. Frid. Matthaei,* Prof. Vitemberg. Misniae vol. I. II. 1792. mai. 8. conf. ephem. litter. Erford. a. 1794. nr. 12. p. 189. vbi locus vnus emendatur, et vindicatur alius. Sed *Matthaei,* V. C. vidit postea, coniecturas a se in ed. propositas, auctoritate firmatas cod. August. Vindel. in quo est pars euangelii Lucae cum scholiis Chrysostomi aliorumque patrum, a Niceta collectis, vt ipse ait in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. CXCVIII. pag. 1949. — Idem V. D. edidit progr. animaduersiones in IV. homilias [nr. I. III. V. et VI. sec. ordinem Montfauc.] Chrysostomi. Wittemb 1795. m. 8. [et 1801. m. 8. Animaduersiones in II. Homilias Chr. (nr. VIII. et IX.) ex illis duodecim, quas Montf. primus edidit, atque illas XII. cum XIII. pro Eutropio latine versas emisit Aug. Vind. 1799. 8. *B.*] — in praefat. autem ad D. Paulli epp. ad Thessal. et ad Timoth. gr. et lat. Rigae 1785. 8. iudicauit de Chrysostomo et reliquis interpretibus epistolar. Paullinar. — Praeterea in plurium libror. collectionibus varia exstant opusc.

In *Io. Patusae* encyclopaedia philolog. Venet. 1710. 8. graece, vol. II. sunt *Chrysost.* serm. de precatione; — in Eutropium; — in S. Paullum, apost. — encomium in omnes SS. martyres et in parabolam de filio prodigo. — *Chrysost.* sermo aduersus contemtum ecclesiae dei et mysteriorum, in *Matthaei Dresseri Gymnasmatum litteraturae graecae,* libr. III. gr. et lat. Lips. 1574. 8. nr. 2. libri primi.

In

In *Ioach. Camerarii* disputat. de piis et catholicis atque orthodoxis precibus etc. Argentor. 1560. 8. sunt preces *Chrysostomi, Basilii M. Gregorii Naz. Io. Damasceni* et aliorum graece descriptae ex libello precationum, quo graecae ecclesiae vtuntur, et quod Camerar. adpellat Μηναῖον, p. 71-92.

Ἐμπύρευμα εὐσεβείας, quo continentur Miscellanea, duae nimirum homil. Chrysost. de precatione p. 1-10. cum centuria illustrium, ex eius operibus, ἀπανθισμάτων et sententiarum p. 49-107. atque aliorum scripta, collectore *Io. Casp. Suicero*, gr. et lat. Tiguri 1681. 12.

In *Concionibus graecor. patrum* a *Petro Pantino*, gr. et lat. editis Antwerp. 1604. 8. sunt nr. I. et II. Chrysost. homilia in natalem domini nostri seruatoris, edita ab Hoeschelio integrior ex cod. bibl. Hispanicae, et in praecursorem domini, Ioannem.

In *Petri Possini* thesauro ascetico, Paris. 1684. 4. nr. I. Chrysost. epistola ad Monachos, atque dedit is illam clausula integriorem, et locis aliquot emendatiorem, quam Sauil. dederat tom. VII. p. 225.

In *Thomae Galleti* Religioso: cui adnectuntur Sctorum aliquot varia opuscula nondum edita, eiusdem auctoris studio et opera collecta. Lugduni 1615. 8. sunt *Io. Chrysostomi* de nomine coemeterii et de veneranda et viuifica cruce, *Antonio Agellio* interprete. *Harl.]*

Editiones operum [et maiorum collectionum] S. Chrysostomi ww).

Latinae.

A. 1503. fol. Venetiis II. voluminibus, apud Aldum. Hac editione vsus *Eduardus Leus*, vt notat Erasmus ad annot. XV. Lei, tom. IX. Opp. pag. 120. *Vnde nactus igitur Leus, quod citat ex Chrysostomo? Erat Leo codex ex offic. Aldina* etc. Ibidem negat, se illa reperire potuisse in duabus Basileensibus editt. a. 1517. et 1522. *Fabr.* — Sed in illis nondum exstabat opus imperfectum in Matthaeum, vnde citata sumta sunt. Hinc errat et Erasmus et Fabricius noster. Primum non exiit ex offic. *Aldina*. Quare etiam iure omittitur mentio illius in Serie dell' Ediz. Aldine, in qua tantum pag. 113. memoratur *Chrysost.* de virginitate liber, a *Iulio Pogiano* conuersus, Romae ap. Paulum Manut. 1562. 4. — Exemplar rarissimae illius Chrysost. edit. est in bibl. publ. Erlangensi. Incipit: *Accipe candidissime lector, opera Diui Ioannis, archiepiscopi Constantinopolitani. Cum priuilegio*, et statim sequitur index singulorum Chrysost. operum, quae in duobus volumin. ex ordine continentur. Post in altero folio legitur epistola nuncupatoria *Gregorii de gregoriis artis impressoriae mancipis* ad Petrum Barrotium, Pataui episco-

ww) Fabric. noster in Delectu argumentorum et Syllabo scriptor. de veritate religionis christ. pag. 87. sqq. Chrysost. inter testes quoque veritat. relig. christ. referens, octo illius opp. quae speciatim huc facerent, vberius recensuit, et catalog. edd. Operum Chrysost. ex bibl. graeca ad verbum iterauit, admodum paucis, quae repetemus, additis. *Harl.* — Iudicium suum de graecis edd. Chrysostomi exponit *Rich. Simon.* tom. I. epist. selectar. 9. et de latinis edd. ep. 10. *Heum.*

episcopum, subiuncto monito *Thomae Ianuensis de Valerano, correctore ac indicis authore* de vsu huius editionis: tum sequuntur ipsi duo indices, et in fine alterius diserte scriptum est: *Venetiis, communi impensa et studio Bernardini stagnini tridinensis et Gregorii de gregoriis, e cuius officina nouum hoc opus et aureum typis excusum est* M. D. III. (1503.) *mens. Feb. die IX.* Altera pars primi voluminis nouam habet foliorum numer. seriem et initium capit. ab epistola nuncupatoria Monachi, (qui se humilem illum nominat,) ad *Petrum Barrocium* (sic) Patauii episcopum. Secundum volumen grande pariter constat II. partibus et continet homilias atque commentarios in libros sacros N. T. qui statim in aduersa parte primi folii nominantur. In epistola, quae sequitur in adversa eiusdem folii parte, Thomas Ianuensis de Valerano laudat *Domni Lucae studium,* et dicitur ille hos Chrysostomi sermones, qui octogenario numero homiliarum clauduntur, elegantissime transtulisse. Deinde *citata Lei* leguntur in hoc altero tomo in expositione secunda (siue opere imperfecto) in Matthaeum homilia 53. quibus verbis Leus Erasmo demonstrat, apud Chrysostomum *sponsi* et *sponsae* mentionem fieri, quod ille negarat, vti pluribus docet *Lambacher* in bibl. antiq. Vindob. ciuica pag. 90 sqq. vbi ea, quae continentur in duobus istis voluminibus, repetit ex indice praemisso, et obseruat, illa Lei citata esse postea inserta quoque edit. Basil. a. 1525. etiam Erasmianae ed. a. 1530. et reliquis. Denique ostendit, illam edit. variare in nonnullis et discedere ab aliis editt. *Harl.*

[Sine l. et a. *super Mattheum Homeliae* 89. — 2) super Ioannem *homeliae* 87. — 3) de laudibus *Pauli hom.* 8. — 4) in epistolam ad *Titum hom.* 6. — 5) *ad Hebraeos hom.* 54. — 6) *ad Timoth. hom.* 28. — 7) aduersus vituperat. vitae monasticae libri III. Plura v. de illa edit. in catal. bibliographico libror. in bibl. equestris acad. Theres. Viennae 1801. 4. pag. 95. sq. Videtur esse edit. Argentor. ap. Mentel. de qua ed. iam supra egimus. *Harl.*]

1504. fol. Basileae ex offic. Iacobi de Pfortzen, Venetam referens. Basileensem hanc pro omnium antiquissima perperam habuere Fronto Ducaeus, Elias du Pin et Rich. Simon. [v. *Panzer.* A. T. VI. p. 178. nr. 28.]

1517. fol. ibidem, tribus tomis. [Operum *quinque* tomis cum indice et vita eius obiter ex Suida atque ex aliis eccles. scriptoribus apposita. Basil. ap. Io. Froben. M. D. XVII. med. fol. voll. II. in bibl. Neostadiensi ad Aissum. v. *Schnitzer.* Memorr. illius bibl. fasc. VI. p. 53. sq. *Harl.*]

1522. fol. Basileae ap. Andr. Cratandrum, quinque voll. [v. *Lambacher* l. c. pag. 93. qui animaduertit in nota *a.* quaenam opusc. antea non edita, interpr. Io. Oecolampadio, huic editioni accesserint. Add. alios, a *Panzero* VI. p. 233. citatos. *Harl.*]

[1523. *Chrysost. in totum Geneseos librum homiliae LXVI. a Ioanne Oecolampadio hoc anno versae. Habes praeterea textum Genesews, iuxta LXX. interpretum aeditionem, qua authores prisci ferme omnes vsi sunt, eodem interprete.* Basil. 1523. fol. ap. Andr. Cratandrum. Est exempl. in bibl. publ. Erlangensi. *Harl.*]

A. 1524. fol. Petro Gromorso excudente, apud inclutam Galliae Pariseam.

[1525. fol. Opera, lat. ap. Cratandr. tom. VII. Huic edit. accesserunt 1) *opus imperfectum* ad Matth. in tribus antecedent. edd. Basil. praetermissum; homiliae LVI. in Genesin. 3) Pfegmata quaedam, quorum pleraque Oecolamp. iam verterat in ed. 1523. 4. supra memorata. 4) de patientia Iobi hom. V. et de poenitentia homiliae X. Laelio Tiphernate interprete. 5) 29 sermones incerto auctore. vid. *Lambacher* l. c. p. 93. sq. *Harl.*]

1530. fol. Basileae ex offic. Froben. ex *Erasmi* xx) recensione tomis quinque. Haec edit. recensetur a Gesnero in bibliotheca. *Fabr.* Acc. comment. in vtramque ad Corinth. epist. et aliquot homiliae in acta apost. v. *Lambach.* l. c. pag. 94. *Harl.*]

[1536. fol. Opera lat. V. voll. Paris. ap. Claudium Cheuallon. Vide *Maittaire* II. pag. 835. *Harl.*]

1543. Paris. V. voll. ex off. Carolae Guillard.

1546. Paris. fol. ex castigatione *Io. Eucherii*, Vernoliensis.

1547. fol. Basileae ap. Froben. ex recensione *Sigism. Gelenii.*

1556. Paris. fol. V. voll. recensente *Philippo Montano.*

1558. Basil. fol. Geleniana repetita.

1570. fol. Paris. ap. Guil. Morlin, ex iterata recognitione *Philippi Montani*, qui, Graecis collatis, innumera loca restituisse se profitetur.

1574. fol. Venetiis, quinque voll. curante Gentiano Herueto: quam edit. recenset *Bellarmin.* de scriptor. ecclesiast.

1583. Venetiis 4. cum *Flaminii Nobilii* criticis notationibus; quinque voll. Hic Nobilius nouam editionem graecam Opp. Chrysostomi cum Sirleto, cardinali, meditatus, obiit citius, quam illud consilium exsequi potuit. Bibl. Aprosiana p. 421.

1581. 1588. Paris. fol. editio nitida ap. Sebast. Niuellium, V. voll. castigatis versionibus a *Iac. Billio, Gentiano Herueto, Flaminio Nobilio* yy), *Franc. Zino.*

1613. Paris. cura *Frontonis Ducaei*, quam prioribus longe praefert Labbeus. *Fabr.* — Frontonem Ducaeum tam adcurate atque eleganter vertisse opera nondum latine translata, vt inter optimos interpretes iure numeraretur, adseuerat Montf. in praefat. ad tom. I. Opp. §. II. *Harl.*

1614. Antwerp. V. voll. ex Ducaeana.

1687.

xx) Vide epp. Erasmi, ed. Lond. lib. XXVIII. ep. 4. et de Chrysostomi scriptis variis per minora volumina separatim ab eo editis ep. 25. 24. et 83. sqq. Chrysostomi *sermones non paucos* latine versos a Christoph. Persona vidisse se testatur *Theodor. Gazinus* s. *Gaza* CPolitanus. Giornale d'Italia tom. XIX. p. 337. [v. *Apost. Zeni* Differtazioni Vossiane, tom. II. p. 139. sq.] *Sermones morales numero* XXV. quos dicauit ille Marco Barbo, patriarchae Aquileii, cardinali S. Marci. Trithem. c. 877. de script. eccles. *Fabr.* In tom. XII. Opp. Erasmi. ed. Clerici Lugd. B. 1703. est quorumdam Chrysost. opusculor. versio ab Erasmo facta. *Harl.*

yy) *Nobilii* obss. criticae in Chrysostomum tom. IV. edit. Niuell. recusae, prodiere primum Romae 1578. 4. cum eius versione homiliarum in ep. ad Philippenses, Gregorio XIII. dicata.

1687. Lugduni, sex voll. quae melior pleniorque, etiam praeter vitae Chrysost. scriptores notasque VV. doctorum, Nobilii, Ducaei et aliorum continet Sixti Senensis obss. et similia atque adagia, ab Alardo Amstelodamo et Claudio Espencaeo ex Chrysostomo collecta; epitomen illorum, collectore Io. Champaigne, Ferd. Vellosilli aduertentias [zz]) Gerh. Vossii notas in Chrysostomi homilias in Petrum ac Paullum, et XII. apostolos; Columbani Vranc malleum Caluinistarum.

[*Laelius Tifernas* X. de poenitentia homilias latine edidit; quo vero ordine is illas posuerit, explicat *Montfaucon* in monito, illis homiliis praemisso, in tom. II. Opp. pag. 277.]

Graecae.

A. 1529. *Veronae* typis Stephani et fratrum a Sabio, fol. quatuor voll. charta et typis nitidis prodiere commentarii siue homiliae *Chrysostomi* in epistolas Paulli, ex vnico lacero codice auspiciis *Giberti*, episcopi Veronensis, cum praefat. *Maximi Donati*, Veronensis, ad Clementem VII. pontificem. Quamquam vero emendatiores passim hosce commentarios postea edidere Commelinus, Sauilius, Ducaeus: tamen locis nonnullis etiam male mutasse quaedam illos, et a genuina lectione, quae in hac editione est, recessisse notat *Rich. Simon* in epistolis selectis tom. I. pag. 72. *Fabr.* — Conf. *Maittaire* A. T. II. pag. 715. qui praef. graecam recudi fecit in nota *c.* inprimis ibid. pag. 391 sq. et cl. *Panzer* VIII. p. 561. nr. 3. *Harl.*

1612. Etonae in Anglia typis Io. Norton, regii typographi, castigatissima, plenissima omnium Chrys. Operum editio lucem vidit octo voluminibus, [tria priora voll. exierunt prelo, vti in fine semper notatur, a. 1610. — quartum, a. 1612. V. et VI. a. 1611. VII. a. 1612. et VIII. a. 1613. et titulus graec. interior notam a. 1612. habet.] in fol. cura et impensis maximis *Henrici Sauilis* [a]), viri praeclariss. et hoc nomine immortaliter meriti de ecclesia et litteris. Tomo *primo* exstant Homiliae in Genesin et Psalmos; *secundo* in Matthaeum et Ioannem; *tertio et quarto* [¶] in epistolas Pauli; *quinto* Homiliae omnis generis, etiam dubiae quaedam fidei; *sexto* tractatus varii et homiliae, quemadmodum et *septimo*, sed in hoc plures, quae Chrysostomi non sunt, vel certe dubia fide ad eum referuntur. Epistol. quoque septimo tomo occurrunt. *Octauo* denique, post scripta quaedam

 et

zz) *Ferdin. Vellosilli*, episcopi Lucensis, aduertentiae theologiae scholasticae in opera Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosii et Augustini lucem viderunt separatim Venet. 1601. fol.

a) Viginti florenorum millia in hanc editionem impendisse Sauilium, scribit *Abrah. Scultetus* in vita p. 62. Sed 25000 rosarum nobilium, *Samuel Artopoeus* p. 249. ad chronologicas tabulas Schraderi. *W. E. Tentzelius* epist. ad Ioach. Fellerum, in Felleri filii monumentis p. 376. *Io. Wallisius* orat. inaug. tom. I. Opp. pag. 4. *Fabr.* — Huius viri et eorum, quod ad elegans illud opus, Etonae editum, concinnandum adhibuit, numquam satis poterit laudari diligentia, inquit *Riuetus* critici sacri, lib. IV. cap. 3. p. 396. *Heum.* — De praestantia et raritate huiusque caussa, v. *Vollandi* diss. de optimis opp. Chrysostomi editt. p. 34. *Oudin.* l. c. I. pag. 698. sq. *Brüggemann.* View etc. p. 422. sq. inprimis *Clement* Bibl. curieuse etc. VII. p. 99. sq. *Harl.*

et homilias, superioribus tomis omissas, et supplementa, scriptoresque de Chrysost. vita, notae virorum doctorum in tomos singulos, H. Sauilis potissimum, tum *Andreae Dounaei, Io. Boisii*, et obseruationibus passim inspersis *Philippi Montani, Is. Casaubani, Rich. Montacutii, Tho. Alleni, Iohannis Halesii.*

Graeco-Latinae

1591 — 1603. fol. Heidelbergae apud Commelin. prodiere Chrysostomi commentarii in nouum testamentum, quatuor voluminibus [b]). Quamquam vero Commelinus profitetur, commentarios in epistolas Pauli ex codicibus Palatinis et Augustanis, cum editione Veronensi collatis, emendatos esse; tamen Sauilius tom. VIII. pag. 226. testatur, studium illud castigandi non obseruari vltra tredecim primas in epistolam ad Romanos Homilias; in ceteris editionem Commelinianam minus etiam quam Veronensem esse castigatam. Quibusdam exemplis huius Commelianae, etiam posteriores annos praefixos videas vt 1613. 1617. etc.

1609. Parisiis apud Fed. Morellum Opera Chrysostomi excudi coepere ex recensione vel cum versione *Frontonis Ducaei* S. I. et post duos tomos primos illo annos editos secundus, tertius et quartus prodiit a. 1614. tum quintus a. 1616. et sextus a. 1624. Solis primo et sexto tomo Ducaei notae subiunctae sunt. *Fabr.* Versa iam recensuit, alia ipse vertit. Graeca ex Sauiliana edit. esse mutuo sumta, multi iam adnotarunt. *Harl.*

1633. *Carolus Morellus* hisce posteriores sex subiunxit, recusos ex editione Commeliniana [c]), ita vt totum opus constet voluminibus duodecim. Quae in singulis contineantur, diligenter

b) Inscr. est: *Scti Patris Io. Chrysost. — Expositio perpetua in N. Iesu Christi testamentum. Graece ac latine e MSStis illustr. bibliothecarum Palatinae, Bauarae, Augustanae, Pistorianae. Acc. commentarius Andreae Caesariensis in D. Ioannis apocalypsin.* In bibliopolio Commel. A. M. D. XCVII. — M. DCIII. fol. Epistolam nuncupatoriam, (nulla autem praefatio est adiecta,) scripserunt *Iuda* et *Nicol. Bonuitii*, qui Hier. Commelinum vocant suum sororium, et operis praefuisse videntur. Illi vero, nihil, ambitiose aiunt, nobis fuit antiquius, quam vt, molestiarum impendiorumque prodigi, excussis passim melioris notae bibliothecis, nunc quidem, quae in *Euangelistas* et *Acta apostolorum* edidisset (Chrysostomus,) *neque adhuc tum graece edita fuissent*, theatro litteratorum communicaremus. Ad Homiliam XX. pag. 197. in Matthaeum notatur, eam in graecis codd. msstis esse partem decimae nonae, et in margine aiunt editores, Latinos male hic alterius homiliae facere principium, quum apud Graecos eiusdem sit continuatio: atque deinceps retinuerunt ordinem latinorum interpretum, sed cuilibet adscripserunt, quinam ordo illarum sit in codd. graecis. Pag. 757. sqq. sequitur *imperfectum opus in Matthaeum*, latine; praemissa ex libro quarto bibliothecae sanctae obseruatione de illius fide atque auctoritate. In vol. II. pari modo homiliarum ordo in codd. gr. significatur, quoniam in lat. Aretini versione prima in gr. codd. homilia non numeratur, sed *prologus* inscribitur. *Harl.*

c) Parisienses typographi et bibliopolae falso ex Ducaei recognitione cuncta se Chrysostomi edere profitentur, cum liqueat in eis plura sordere, ad quae se illius diligentia non extendit. *Franciscus Combefisius tom. I. bibl. concionatoriae pag. 22.*

genter percenſentur a *Labbeo* diſſ. de ſcriptoribus eccleſiaſticis tom. I. pag. 527. ſqq. Recenſuit etiam eadem praeſtantiſſimus *Caueus*, collata Sauiliana editione, et *Caſimir Oudinus* tom. I. p. 700. ſqq.

1636. Pariſiis [d]) apud Carolum Morellum et Seb. Cramoiſium recuſi ſunt et poſteriores hi, et tomi primores ſex, quos Frontone Ducaeo [?] curante vulgatos iam dixi. Hancce editionem, licet velut minus emendatam, non tanti ac priorem facere ſolent plerique, tamen Montfauconus notat charta quidem minus eleganti impreſſam eſſe, ſed vtique priori emendatiorem, maxime in I, IV, et V. tomo.

1698. duodecim volumina Pariſienſia, ſeruatis paginarum numeris, (ſed ita, vt ſingulae binas exprimant,) emendatius recuſa ſunt Francofurti apud Balthaſarem Chriſtophorum Wuſtium [e]). Ceterum tomus ſupplementi, cuius ſpem fecit W. E. Tentzelius in dialogis menſtruis a. 1698. pag. 440. non vidit lucem. *Fabr.*

[Edit. *Montfaucon.* iam ſupra latius recenſui. Vide etiam de illa Nouvelles de la Republ. des Lettres, Mai et Iun. 1718. p. 309. et Iournal des Savans, Ian. 1718. tom. LXIII. pag. 84. et 537.

Homiliae in V. et N. T. tom. I. graece, haud ita pridem prodiit Venetiis in typogr. Panos. Theodoſii: reliqui ſequentur. vid. Lipſ. A. L. Anz. 1801. pag. 1629.

In *Andr. Gallandii* Bibl. graeco-lat. veterum patrum etc. ſunt vol. VIII. pag. 239. et XIV. p. 136. in adpend. ſcripta quaedam Chryſoſt. quae abſunt tam a Pariſina, quam a Lugd. bibliotheca.

De *epiſtola ad Caeſarium, monachum*, me iam ſupra [ad p. 635. ed. vet.] agere memini. Edita, (at ſtatim ſuppreſſa) eſt ab Emer. Bigotio gr. et lat. cum Palladii dialogo de vita Chryſoſtomi; ſeparatim gr. et lat. a *Baſnagio* Traiecti ad Rhen. 1687. 8. — a *Io. Harduino*, cum notis ac diſſ. de ſacramento altaris. Pariſ. 1689. 4. — rec. in eius Opp. ſelectis, Amſtel. 1709. fol. p. 239. ſqq. — Contra illum ventilauit *Chriſti. Guil. Volland.* diſp. Vindiciae

d) In huius editionis quarto et quinto tomo addita nonnulla, quae in priore deſiderantur Chryſoſtomi opuſcula. Sed notas in quartum tomum et aliquot Chryſoſt. opuſcula latine tantum tomo quinto cuſa editor omiſit. *Fabr.* — Inſcriptio haec eſt: — — *Io. Chryſoſtomi — commentaria in N. T. in ſex tomos diſtributa.* Graece et lat. coniunctim edita ex biblioth. — regis et liberalitate reu. epiſcoporum et cleri vniverſi Franciae regni impenſa. *Fronto Ducaeus* Burdegalenſis, S. I. theologus variantes lect. ex MSS. codd. eruas ſelegit, veterem interpretat. editarum olim homiliarum recenſuit, aliarum nouam edidit, vtramque illuſtrauit tom. I — VI. Pariſ. ap. Sebaſt. Cramoiſy typogr. regium M. DC. XXXVI. Dedicatio et praefatio ſcriptae ſunt a Carolo Morel. *Harl.*

e) Hanc edit. curatam eſſe et reuiſam a *Carolo Deſiderio Rogero de Nommeceio*, Theol. et I. V. D. diſcimus ex eius epiſtola ad Clementem XI. pontificem rom. nuncupatoria eaque nimis adulatoria, data Wormatiae a. 1701. Longa huius edit. cenſura legitur et de ſingulis opp. eorumque interpretibus, quorum verſiones in hac edit. ſunt receptae, vbertim agitur a *Io. Fabric.* in hiſtoria bibl. Fabric. part. I. pag. 121 — 154. Add. *Clement* Bibl. curieuſe etc. VII. p. 101. not. *Harl.*

diciae Chryfoftomi contra Harduinum, Wittemb. 1712. isque dictam epiftolam omnino Chryfoftomi effe, et doctrinae transfubftantionis plane aduerfari contendit probare: — latine e cod. Florentino in *Steph. le Moyne* variis facris tom. I. p. 530. — lat. ex cod. Florentino, adnexis V. L. codicis, quo vfus eft Steph. le Moyne, cum fragmento graeco alterius epiftolae Chryfoftomi, in Bibl. litteraria Londin. 1723. 4. nr. 5. p. 27. — fragmentum illius ex Arundelianae bibl. codice graece defcriptum, in *Guil. Caue* chartophylace ecclefiaftico. Londini 1685. 8. — epiftola gr. ac lat. praemiffa disquifitione hiftorica per *Guil. Wake* in eius Defence of the Expofition of the Doctrine of the Church of England etc. Lond. 1688. 4. p. 127 — 163.

In alias linguas Chryfoftomi homiliae aliaque opufc. aliquoties funt translata. — In linguam *germanicam* fermo de peccatoribus tam viuis quam mortuis lugendis, ac viuorum opera defunctis effe vtilia, in *Vrbani Regii* operibus lat. et germanicis, Norib. 1562. II. voll. inter fcripta germanica, nr. 19. v. *Io. Fabricii* hiftor. bibl. Fabric. part. II. p. 9.

Chryfoft. Predigten vnd kleine Schriften aus dem Griechifchen veberfetzt. Mit Abhandlungen vnd Anmerkungen begleitet. Erfter — zehnter vnd letzter Band. Mit vollftändigem Regifter herausgegeben von *Io. Andr. Cramer.* Lipfiae 1748 — 1751. 8.

— Predigten vnd kleine Schriften ins Deutfche veberfetzt I-XI. Band. Auguftae Vind. 1772-82. 8.

— Reden veber das Euangelium des heil. Matthaeus, aus dem Griechifchen nach der neuften Parifer Ausgabe veberfetzt vnd mit Anmerkungen verfehen von *Io. Mich. Feder* (Doct. et Prof. theologiae Wirzburg.) IV. partt. in II. tomis. Auguft. Vindel. 1786 — 1789. 8.

— Reden veber das Euangelium Iohannis, veberfetzt von *Eulogius Schneider*, I — III. part. Auguftae Vindel. 1788. et 1789. 8.

In linguam *franco-gallicam:* Homélies, Difcours et lettres, choifis de S. *Jean Chryfoftome*, avec des Extraits tirés de fes Ouvrages fur divers fujêts. Traduits par Mr. l'Abbé *Auger.* Parif. 1785. in 8. IV. voll. In fermone praemiffo de indole et ingenio Chryfoftomi bene differit Auger; at, quando p. 60. fq. eum arte orandi, cenfet, Demofthenem atque Ciceronem aequaffe, errat egregie. Vt praetermittam aetatem, qua Chryfoftomus vixit, ab ingenio priftinae eloquentiae valde declinantem, et materiam, quam tractauit, quae illum colorem et vim orationis Demofthenicae non admittit, qui fieri potuit, vt, quum toties, faepe quotidie et fere ex tempore verba, a ταχυγράφοις infuper calamo excepta, feciffet coram populo, ideoque non rite praeparatus acceffiffet ad orandum, ea vi ac grauitate et fubtilitate eaque aequabilitate orationis, quas virtutes in Demofthene et Cicerone admiramur, femper diceret; quamquam eum ingenio et vi dicendi multum valuiffe, ac reliquos oratores graecos chriftianos fuperaffe haud negandum eft.

In linguam *italicam* faepius translata funt Chryfoftomi opufcula, quas verfiones vberius recenfuit *Paitoni* in Bibl. degli Autori — volgarizatti in tomo II. pag. 117. fqq. ex gr. Orationes XXIV. Venet. 1764. 8. ab *Antonio Fantoni.* — Lib. de virginitate. Venet. 1565. 4. — Libri III. de prouida dei cura, epiftola ad Theodorum etc. a *Chrifioph. Serrarighi.* Venet. 1554. 8. et alia, praecipue fingulares quaedam orationes, de quibus adeas Paiton.

Quoties

Quoties ſermones aliaque opuſc. in linguam *anglicam* ſint conuerſa, cognoſces ex *Brüggemanni* libro notiſſimo, View etc. pag. 424 — 429. nec vacat, ſingularum verſionum, quae multae ſunt, titulos huc transſcribere. Recentiſſimae ſunt ſermonum quinque ſeparatim editorum et verſorum a *Guil. Scott.* Londini 1775. et A Faſt Sermon — translated by *Edward Lewis.* 1777. 4.

Denique iuuat quaedam adhuc addere coronidis loco.

Io. Harmari Eclogae ſententiarum et ſimilitudinum e D. *Chryſoſtomo* decerptae. Londini. 1622. 8.

Ad D. Io. Georg. Boernerum Ict. epiſtola *Chriſtfridi Waechtleri,* D. Dresdae 1694. Aduerſus Spencerum praecipue Chryſoſtomi loca, quibus ille in opere de origine legum ac rituum Moſaicorum ſe tueri ſuſtinuit, curatius excutit et vindicat. Plura leges de hac controuerſia in Actis erudit. Lipſ. a. 1695. m. Mart. pag. 110. ſqq.

Chryſoſtomi ſpiritus ſiue doctrina moralis, ex aureis operibus Sti patris collecta. Auguſtae Vindel. 1777. 8. — *Chryſoſtomus* Geiſt, oder gründliche Sittenlehre für alle Tage des Iahres. I. II. partt. ibid. 1781. 8.

Io. Fried. Lippold's rhetoriſche Anmerkungen veber die Schreibart des Apoſtels Paulus, vnd veber einige Briefe deſſelben, aus den Schriften des Iohannes Chryſoſtomus. Witteb. 1779. 8.

Eulog. Schneiders freymüthige Gedanken veber den Werth vnd die Brauchbarkeit der Chryſoſtomiſchen Erklärungen des N. T. vnd deren Veberſetzung. Auguſtae Vind. 1787. 8. *Harl.*

Briefe aus allen Iahrhunderten der chriſtl. Zeitrechnung. Gewählt, veberſetzt vnd — herausgegeben von I. M. Sailer. Zweyte Sammlung, 1800. Briefe des — *Chryſoſt.* etc.

CAPVT

CAPVT XII. (olim XVI.)

De APOLLINARI, NONNO et aliis quibusdam poetis graecis christianis.

I. *Apollinares duo Laodiceni.* II. *Alii hoc nomine. Ibid. scripta Apollinaris vtriusque deperdita.* III. *Metaphrasis Psalmorum, quae exstat.* IV. *Eius editiones.* V. *Alii Metaphrastae Psalmorum Dauidicorum graeci.* [VI. *Latini.* VII. *Aliisque linguis.* *)] VIII. *Vtrum Apollinaris auctor tragoediae, quae Christus patiens inscribitur.* IX. *Epistolae duae ad Basilium M. Liber de aetatibus hominum. ibid. Nonni Panopolitae aetas.* X. *Alii hoc nomine. Dionysiaca.* XI. *Alii Dionysiacorum siue Bassaricorum scriptores. Ibid. editiones Dionysiacorum Nonni.* XII. *Metaphrasis euangelii S. Iohannis.* XIII. *Eius editiones et interpretes, censores et hyperaspistae.* XIV. *Iohannes Gazaeus, Nonni imitator.* XV. *Expositio historiarum in stelelteuticas Nazianzeni, ad alium forte Nonnum referenda.* XVI. *Georgius Pisides.* XVII. *Emanuel Phile.* XVIII. *Io. Geometra.* XIX. *Alii quidam.*

(*Cum auctario G. C. Harles.*)

I.

[¶] APOLLINARIS, Alexandrinus, Beryti primum, hinc Laodiceae grammaticam docuit**), Laodicenae denique in Syriae ecclesiae presbyter. Huius filius APOLLINARIS, Laodiceae natus, non grammaticus modo***) et poëta eximius, sed multo magis in philosophia exercitatus et rhetor ἀμφιδέξιος, siue dexterrimus, qui docuit etiam rhetoricam et ex ecclesiae illius Lectore tandem post Theodotum et Georgium episcopus****) Laodicenus, auctorque

*) Hi sunt in h. edit. omissi. *Harl.*

**) *Socrates* II. 46. tripartita V. 44. *Fabr.* Add. *Cauei* hist. litter. scriptor. eccl. I. ad a. C. 362. regnante Iuliano, pag. 225. ed. Basil. qui, (vti *Saxius* in Onom. I. ad a. 362. pag. 417.) patrem, adfirmat, adeo communem habere cum filio suo scriptorum laudem, vt, quid patri debeatur, quid vicissim ad filium referri possit et debeat, saepe vulgo laboremus, et, quum duos hosce Apollinares nec veteres, nec recentiores satis adcurate distinguant, in his labi esse procliue. Hinc etiam *G. I. Vossius* de poetis gr. cap. 9. Caueo videtur Apollinarem seniorem cum iuniore confundere. *Harl.*

***) *Suidas* in Ἀπολινάριος. Grammaticis magis operam in iuuentute dedisse scribit etiam *Hieronymus* cap. 104. Catalogi S. E. Grammatici filium vocat Chronicon Paschale p. 296.

****) *Philostorg.* VIII. 15. *Nemesius* cap. 1. de natura hominis. *Sam. Basnage* de haeresi Apollinaris, Traiecti ad Rhenum 1687. 8. pag. 40. *Tillemontius* tom. VII. memoriar. hist. eccles. *Fabr.* In loco Nemesii citato cl. *Matthaei* (vti antea plures exararunt nomen,) e codd. rescripsit Ἀπολινάριος, cuius nomen ab aliis scribitur *Apollinarius.* Add. de illo *G. Caueus* hist. litt. de scriptorr. ecclef. I. p. 250. ad a. Ch. 370. circa quem annum praecipue claruisse eum prodidit. *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. II. p. 125. *G. Wernsdorf.* diss. de Apollinare, Wittebergae. 1694. *Nath. Lardner* Credibility of the Gospel History, part. II. cap. 95. in tom. IX. pag. 62 — 103. qui tamen eius Metaphr. Psalmor. non memorat. *R. Ceiller* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. VI. pag. 586. sqq. *Hamberger* Z. Nachr. II. p. 862. sq. *Saxius* in Onom. litt. I. p. 424. ad a. 365. quo anno, qui est consulatus *Gratiani* et *Daga-*

ctorque tandem haereseos Apollinaristarum, qui Damasceno et aliis Ἀπολλιναρίσι, siue Ἀπολλιναριανοί. Pater et Filius ambo Libanii f) et Epiphanii g), ethnicorum sophistarum amici, ambo christianae religionis aduersus ethnicos egregii adsertores, et quum Iulianus, imp., ethnicorum poëtas, oratores, philosophos, in christianorum scholis legi prohibuisset h), Apollinaris, pater, sacris poëmatis hymnisque i), filius dialogis, more Platonico compositis, aliisque scriptis conati sunt efficere, vt ethnicis scriptis sine magna iactura carere christiana iuuentus posset. Filius etiam insigne illud aduersus Porphyrium opus pro christiana veritate composuit. [V. supra, vol. V. pag. 747. et *Fabric.* in delectu et syll. scriptor. pro verit. relig. christ. p. 163. sq.] Hunc Antiochiae se frequenter audiisse, Hieronymus k) testatur. Idem, antequam haeresin [?] a. C. 376. proderet, amicus Basilii l), Georgii Nazianzeni m), Athanasii, Epiphanii n) et omnium cathol. episcoporum. Haeresis damnata in Concilio Rom. a. C. 378. o) Antioch. a. 379. et CPolitano a. 381. [item in Definition. fidei orthodoxae, edit. a *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 265. sq. *H.*] Apollinaris non diu post [ante a. 392.] in prouecta aetate defunctus, primis annis p) Theodosii M.

Alii

Dagalaiphi, nomen eius in primis celebrari tradidit Saxius, argumento *Prosperi Aquitanici* in Chronico integro apud *Canisium* Lect. antiq. tom. I. pag. 293. vt alios historiae ecclesiast. et sectarum vett. adeoque Apollinaristarum scriptores praetermittam. — *Iac. Basnagii* diss. de Apollinaris haeresi adiuncta est eius editioni *Chrysostomi* epistolae ad Caesarium, monachum, Traiecti ad Rh. 1687. 8. *Harl.*

f) Suid. in Ἀπολινάριος.

g) *Socrates* II. 46. *Suid.* in Ἀπολ. Supra cap. [VII. pag. 255 sqq.] vbi etiam de huius Epiphanii Hymno in Bacchum, in cuius exordio cum sophista profanos exesse iussisset, Apollinaris tamen vterque et qui cum eis fuere christiani exire auditorio noluerunt: quare illi duo, vtpote clerici, a Theodoto, episcopo, ecclesia ad tempus eiecti sunt, vt narrat *Sozomenus* VI. 25.

h) Vide scriptores laudatos supra [vol. VI. p. 721. sq.]

i) *Socrates* III. 16. *Sozomenus* V. 18. et VI. 25. *Niceph.* X. 25. [Conf. *I. G. Walch.* Hist. eccl. N. T. p. 1502. sq.]

k) *Hieron.* cap. 104. de S. E. et epist. LXV. ad Pammach. *Fabr.* Conf. *Martianay* Vie de St. Hieron. Paris. 1706. 4. libr. II. et *Baumgart.* Nachr. von merkwürdigen Büch. tom. VIII. pag. 49 sq. *Harl.*

l) Vide Basilii et Apollinaris epistolas apud Cotelerium tom. II. monument. ecclesiae graecae pag. 84. seq. Et *Basilii* epist. LXXXII. T. I. Opp. pag. 909. [*Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 297. cod. CCXXXVII.]

m) Suidas in Ἀπολινάριος.

n) *Epiphanius* XXXVII. 2.

o) Latine decretum synodi Romanae edidit e bibl. Barberina *Holstenius* in collectione Romana 1662. 8. pag. 165. graece seruauit *Sozomenus* VI. 16. *Theodoritus* II. 2. *Nicephorus* XI. 31. De CPolitana vide *Beueregium* ad synodicum magnum p. 215. *Fabr.* Contra eum scripsit Athan. de incarnat. et de salutari aduentu Christi, disp. cum Apollinare. Atque de Ephraimi animo erga eum fraudeque vid. *Stolle* Nachr. von den Kirch. Vät. p. 358 sq. *Harl.*

p) Colligas hoc vel ex Hieronymo, qui catalogum suum anno XIV. Theodosii scripsit et Apollinarem sub Theodosio defunctum testatus, plures adhuc post illum scriptores commemorat.

Alii Apollinares.

Apollinaris, quem episcopum *Rauennae* fuisse et sub Vespasiano martyrium subiisse ferunt. Vide *[Pin.* in act. Sctor. m. Iul. tom. V. Antw. 1727. *H.] Baronium* ad martyrolog. Romanum 23. Iul. qui etiam de aliis tribus martyribus huius nominis consulendus.

Claudius Apollinaris, Hieropolitanus episcopus circa a. C. 171. de cuius scriptis dixi hoc libro V. cap. 1. [vol. VII. p. 160. sqq. add. ind.]

Apollinaris, *medicus*, qui latine scripsit, et cum Plinio, Apuleio, Celso et Designatiano laudatur a Marcello Empirico in praef. *Fabr.* — Alius *Apollinaris*, Cremonensis, medicus, qui sub Eugenio IV. scripsit practicam et alia quaedam. Fabr. infra in elencho medicorum, vol. XIII. pag. 73. et pag. 305. de *Iulio Rosiano Apollinare*, medico. — *Apollinaris, Cremonensis*, in librum de anima, in cod. *Paris.* bibl. publ. *Harl.*

Apollinaris, *mathematicus*, qui scripsit graece περὶ ἐκλείψεων ἡλίου, κατὰ τὰ ἑπτὰ κλίματα, laudatus Achilli Tatio in Aratum, et Paulo Alexandrino in praef. atque Porphyrio Isagoge in Ptolemaei tetrabiblum. [v. supra vol. IV. p. 151.]

Apollinaris, cuius *Epigramma* vnum alterumque exstat in Anthologia. [v. supra vol. IV. pag. 463.] Nisi illa a Laodiceno filio vel patre eius scripta fuerunt, a quorum altero etiam non diuersum duxerim eum, ad quem Libanii epist. v. *Libanii* ep. [449. p. 226. ed. mai. Wolfii, in qua is scripsit ad Anatolium, *Apolinarium* in Italiam ab hominibus duci, qui multa iam ciuitates deuorarunt, vt et ipsum absorbeant. Libanii epistolae ipsae ad Apolinarium exstant ibid. ep. 234. — 307. — 541. — 552. — 617. 716. — (ubi Wolfius notat p. 343. Apollinarium et Gemellum fratres fuisse atque Anatolii filios. — 885. et 1556. *Harl.]*

Aurelius Apollinaris, iamborum latinorum scriptor, qui Cari, imp., gesta in literas retulit, teste *Vopisco* in Numeriano sub init.

Abbas Apollinaris, qui prophetas graece descripsit ex Hexaplis et Tetraplis, ab ipso Origene, Eusebio ac Pamphilo emendatis, cuius libri apographum est vetustus codex graecus prophetarum Marchallianus, qui exstat Parisiis in bibl. Claromontana Societatis Iesu. Vide [†] *Henr. Valesii* epistolam ad Vsserium, in calce notarum ad Historiam Eusebii p. 313. Idem forte *Apollinaris* intelligitur in scholio MSti bibl. regis Galliae ad Historiam adulterae, obelo notatam, Ioh. VIII. apud *Rich. Simonem* lib. I. Hist criticae N. T. p. 146. τὰ ὠβελισμένα ἔν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖται, οὐδὲ Ἀπολιναρίῳ. Ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖται.

Apollinaris, episcopus *Alexandrinus*, cuius apud Euagrium lib. IV. c. 38. mentio: idem, ni fallor, cuius *libellus de fide Chalcedonensi* memoratur in Chronico Orientali p. 121. *Fabr.* Ad *Apolinarium*, Alexandrinorum patriarcham, aliosque est libellus *Theodori*, episcopi Scythopoleos in cod. *Coislin.* XXXIV. fol. 24. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 86. qui ib. pag. 44. eum edidit. gr. ac lat. *Harl.*

[Apol-

[Apollinaris Agresta, summus praefectus, s. vti dicitur, General. ord. S. Basilii, concinnauit Λειτεργικὸν κατὰ τὴν τάξιν τε̃ τυπικε̃ τῆς πανσέπτε Μονῆς τῆς κρυπτοφέῤῥης etc. edit. Romae 1683. fol. v. *Baumgart.* Nachricht. von merkwürdig. Büchern. tom. III. pag. 359. sq.

Apollinaris Iosephi in librum de anima cum philosophia, vol. I. citatur inter codd. monasterii S. Trinitatis de Vindocino a *Montfauc.* in bibl. bibl. MSS. II. p. 1204. B. *Harl.]*

Sidonius Apollinaris, Aruernorum episcopus, a. C. 482. defunctus, de quo in Bibliotheca latina: sicut et de *Sulpicio Apollinare*, Carthaginiensi. De *Apollinari*, Sidonii Apollinaris filio, *Tillemontius* tom. XVI. p. 281.

Apollinaris, episcopus *Valentiae* in Gallia ad Rhodanum circa a. C. 494. de quo *Vincentius Barralis* in Chronologia Sanctorum Lerinensium p. 377. seq. *Labbe* tom. I. bibl. noua MSS. fol. 689. seq.

Apollinaris, *Monachus Lerinensis*, de quo idem *Barralis* tom. II. p. 194.

Omitto P. Coelium Apollinarem, qui cum Q. Sosio Prisco Romae consul fuit a. C. 169. [et sanctam *Apollinariam*, cuius vita etc. pro Ian. die 4. in cod. Barocc. CXLVIII. etc.]

II. *Apollinaris vtriusque, Laodiceni et Patris eius Scripta deperdita.*

Patri Socrates III. diserte tribuit 1) *Moysis libros ceterosque Vet. Test. historicos vsque ad Saulem descriptos versibus heroicis.* Τά τε Μωϋσέως βιβλία διὰ τε̃ Ἡρωϊκε̃ λεγομένε μέτρε μετέβαλε, καὶ ὅσα κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην ἐν ἱστορίας τύπῳ συγγέγραπται. Hoc opus XXIV. libris imitatione Homeri secundum numerum graeci alphabeti digesserat, et Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν inscripserat, teste Sozomeno V. 18. ex quo Io. Sarisberiensis VIII. 21. Policratici: *Scripsit Apollinaris, vir doctus et ingeniosus, heroicis versibus pro Homeri poemate hebraicam antiquitatem.*

2) Ceteros sacros libros, argumentaque sacra illustrata vario carminis et scriptionis genere. Socrates loco laudato: Καὶ τε̃το μὴν τῷ δακτυλικῷ μέτρῳ συνέταττε, τε̃το δὲ καὶ τῷ τῆς Τραγῳδίας τύπῳ δραματικῶς ἐξειργάζετο. Καὶ παντὶ μέτρῳ ῥυθμικῷ ἐχρῆτο, ὅπως ἂν μηδεὶς τρόπος τῆς ἑλληνικῆς γλώττης τοῖς χριστιανοῖς ἀνήκοος ᾖ. Ac [[?]] paullo disertius *Sozomenus* V. 18. sed qui ad iuniorem Apollinarem omnia referre videtur: Ἐπραγματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρε δράμασιν εἰκασμένας κωμῳδίας. Καὶ τὴν Εὐριπίδε τραγῳδίαν καὶ τὴν Πινδάρε λύραν ἐμιμήσατο. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λαβὼν, τῶν ἐγκυκλίων καλεμένων μαθημάτων ἐν ὀλίγῳ ἐπενόησεν ἰσαρίθμες καὶ ἰσοδυνάμες πραγματείας, ἤθει τε καὶ φράσει καὶ χαρακτῆρι καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοίᾳ τοῖς παρ᾽ Ἕλλησιν ἐν τέτοις εὐδοκιμήσασιν. Sarisberiensis loco laudato: *Et in alio opere imitatus est comoedias Menandri, fabulositate deducta. Euripidis quoque tragoedias et lyram Pindari sequutus est, et absolute dicendum, quia ex diuinis scripturis argumenta sumens, omnes encyclicas lectiones tempore paruo composuit, numero, virtute, moribus, conscriptione, charactere,*

et dispositione Graecorum valde pares. De iuniore Apollinari loquens *S. Nilus* eum πολλὰ μετρῆσαι καὶ ἐποποιῆσαι scripsit lib. II. epistola 49.

Iuniori *Apollinari Laodiceno* ab eodem Sozomeno tribuuntur 3) *Hymni*, siue ἔμμετρα μελύδρια, quae in coetibus suis loco νενομισμένων ἱερῶν ᾠδῶν decantare soliti Apollinaristae. Sozomen. VI. 26.

4) *Euangelia et Apostolorum scripta ad formam dialogorum exposita.* *Socrates* III. 16. de Apollinari, filio: ὁ δὲ νεώτερος Ἀπολινάριος εὖ πρὸς τὸ λέγειν παρεσκευασμένος τὰ Εὐαγγέλια καὶ τὰ Ἀποστολικὰ δόγματα ἐν τύπῳ διαλόγων ἐξέθετο, καθὰ καὶ Πλάτων (τὰ ἑαυτοῦ) παρ' Ἕλλησιν. Eadem Nicephorus X. 26.

5) Λόγος πρὸς βασιλέα τὸν Ἰουλιανὸν, ἤτοι τοὺς παρ' Ἕλλησι φιλοσόφους λόγος, ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ δίχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας ἔδειξεν αὐτοὺς ἀποβουκοληθέντας τοῦ δέοντος περὶ Θεοῦ φρονεῖν. *Sozom.* V. 18. Sarisberiensis loco laudato: *Fecit et librum nobilem ad ipsum imperatorem, siue contra Philosophos, in quo tacitis sacrae Scripturae testimoniis illos irrefragabili ratione desipere probauit, et se vera sentire de Deo. Quae legens imperator (Iulianus) claris tunc scripsit episcopis:* agnoui, legi, et reprehendi. Ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων. *Cui episcopi rescripserunt:* Etsi legisti, non agnouisti. Si enim agnouisses, nequaquam reprehendisses, κἂν ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως. Ἐὰν γὰρ ἔγνως, οὐ κατέγνως. Hanc responsionem Basilio M. non Apollinari plerosque tribuisse Sozomenus narrat. Videtur autem inde Apollinaris permotus esse, vt post breuem istum libellum editum, iusto deinde opere libros, quorum maxima erat apud ethnicos auctoritas, Tyrii philosophi, Porphyrii, aduersus Christianos confutaret. Aegre enim adsentior [*] viris doctis, qui libros XXX. contra Porphyrium, cum hoc λόγῳ confundunt. Post Porphyrium a pluribus Christianis confutatum, videtur Iulianus ipse deinde causae labentis ethnicismi voluisse consulere nouo aduersus Christianos opere, de quo supra [vol. VI. pag. 738. sqq. add. *Fabr.* de scriptorr. pro verit. relig. christ. p. 100. sqq. et p. 167. *Harl.*]

6) *Aduersus Porphyrium libri XXX.* Suidas in Ἀπολινάριος. Vincentius Commonitorio pag. 392. vbi haeresin eius detestatur: *Sed forsitan eiusmodi ille vir erat, qui dignus esset facile contemni. Imo vero tantus ac talis, cui nimium cito in plurimis crederetur. Nam quid illo praestantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quam multas ille haereses multis voluminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutauerit errores, indicio est opus illud* triginta non minus librorum *nobilissimum ac maximum, quo insanas* Porphyrii *calumnias magna probationum mole confundit. Longum est, vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profecto summis aedificatoribus ecclesiae par esse potuisset, nisi profana illa haereticae curiositatis libidine nomen, nescio quod, adinuenisset* etc. *Philostorgius* VIII. 14. ait, Apollinarem ἐπὶ πολὺ κρατεῖν multum praestare iis, quae aduersus Porphyrium scripsere Eusebius ac Methodius. Laudat et *Hieron.* c. 104. de S. E. *Exstant Apollinarii aduersus Porphyrium triginta libri, qui inter cetera eius opera vel maxime probantur.* Meminit idem 2. in Rufin. et epistola ad Magnum, itemque ad Pammachium, et in alia ad Pammachium atque Oceanum fortissimos libros adpellat.

7) *Ad-*

7) *Aduerſus Manichaeos.* Meminit *Epiphanius* LXIV. 21.

8) *Aduerſus Eunomium Apologia*, *Philoſtorg.* VIII. 12. Sed plures haereſes ſcriptis confutaſſe, iam Vincentii Lirinenſis teſtimonio cognouimus. Vnde magnus ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως vocatur ab Acacio, epiſt. ad Cyrillum, quae in Actis concilii Epheſini occurrit.

9) *Commentarii*, ſi non in omnes, *in pleroſque* certe *S. Scripturae libros.* In omnibus fere Catenis Patrum ad ſacros libros vtriusque foederis fragmenta Apollinaris occurrunt, vt infra capite, quo Catenas recenſebo, adparebit [q]). Nonnulla ex illis refert etiam latine Combefiſius in bibliotheca concionatoria. In Pſalmos atque in epiſtolam ad Galatas vel certe ad locum eius de Petri reprehenſione ſcripſiſſe, docet *Hieronymus* epiſt. 74. ad Auguſtinum. Quales vero fuerint Apollinaris commentarii, docet idem Hieronymus praef. expoſitionis ſuae in Eſaiam: *Apollinaris more ſuo ſic exponit omnia, vt vniuerſa transcurrat, et*

punctis

q) Hinc nomen Apollinaris in catenis in libros vtriusque teſtamenti msstis frequenter occurrit, e gr. in *Coislinian.* in Montfaucon. bibl. Coisl. pag. 57. 61. 66. (vbi de cod. XXIII. ſ. quatuor euangeliis cum commentariis adfert ille locum, quem Apolinarius ex *Papia*, Ioannis diſcipulo laudauit, et quem Papiae locum, notat, pleniorem efferri in cod. XXV. fol. 9. et cod. XXVI. fol. 5. vbi alia de morte Iudae eiusque ſepultura narrantur, quae omnia, iudice Montfauc. apud Oecumenium habentur;) — pag. 67. 75. 76. 245. 247. 248. 249. 263. 266. et 267. — *Venetiis* in codd. Marc. ſecundum cat. codd. gr. pag. 17. 19. 20. 21. 22. 24. — *Florentiae* in bibl. Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 21. VI. — 52. I. — 91. XXIV. — 102. IV. — 161. IV. 291. XVI. et pag. 563. I. vbi eſt catena quidem in Acta apoſtolorum etc. ab Oecumenio collecta; ſed Bandin. animaduertit, illum auctoritatibus et fragmentis patrum, Baſilii, Euſebii, *Apollinaris* aliorumque vſum hunc concinnaſſe commentarium: — in tom. II. p. 652. XII. — *Venetiis* in bibl. S. Michaël. excerpta Apollinaris in euangel. S. Matthaei in cat. graeca, cod. CXX. teſte *Mittarelo* in bibl. codd. MSSt. illius bibl. p. 65. — In cod. LXXVI. *Barocc.* Quaeſtiones variae ſuper Geneſin ex Acacio, *Apollinari* multisque aliis, vid. cat. codd. Angliae I. pag. 9. et ibid. p. 121. nr. 2328. in caten. gr. in Pſalm. LXVII — CII — *Vindobonae* in cod. caeſar. CCXXXI. in *Nicetae* catena in Iobum. (qui Nicetae commentar. in aliis quoque bibl. ſeruatur;) v. *Lambec.* comm. V. pag. 155. ſqq. cum nota Kollarii. Pariter in tomo III. in catenis aut commentariis in V. et N. T. occurrunt fragmenta Apollinar. in codd. IV. — X — XIV. — XV. — XXIX — XL. — in quo eſt anonymi *epitome expoſitionis Apollinaris* epiſcopi et aliorum eccleſ. ſcriptorum in euangelia Matthaei, Lucae et Ioannis, v. *Kollar.* ad illum cod. in *Lambecii* comm. III. p. 161. — denique in cod. XLVII. qui continet anonymi commentar. in praecipua loca S. ſcripturae V. et N. T. ex *Apollinaris,* epiſcopi, aliorumque eccleſ. ſcriptorum operibus collectum. v. *Lambec.* et notam Kollar. III. p. 179. ſqq. — In cod. CXLVI. nr. 2. et 33. ſunt excerpta ex *Apollinaris expoſitionibus in V. T.* v. *Lambec.* cum notis *Kollar.* comm. IV. p. 256. et 264. — *Auguſt. Vindel.* cod. qui continet in canticum canticorum epitomen expoſitionum *Procopii*, ſophiſtae chriſtiani, e Gregorio Nyſſeno, *Apollinare* et aliis. v. *Reiſeri* indic. codd. bibl. Auguſt. pag. 56. — Forſan ex Apollinar. comment. in acta ap. deſumtum eſt tamquam fragmentum *de ſuspendio Iudae*, quod ſeparatim legitur in cod. bibl. *Pariſ.* publicae MDCXXX. nr. 10. et inter collectanea *Voſſiana*, in catal. bibl. Leid. p. 400. nr. 17. add. cod. Coisl. paullo ante laudatum. — A *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. II. p. 1199. E. citatur e cod. Guil. Pelliſerii, *Apollinarii in Pſalterium;* forſan eſt illius *metaphraſis* etc. *Harl.*

punctis quibusdam atque interuallis, immo compendiis, [*] *grandis viae spacia praetervolet, vt non tam commentarios, quam indices capitulorum nos legere credamus.* Nimis multa scripsisse, atque inde in multiloquio peccatum non effugisse ait S. Basilius epist. 74. Δεύτερος μετ' αὐτὸν (Εὐστάθιον τὸν Σεβαστηνὸν) ἐστιν Ἀπολινάριος, ὃ μικρῶς καὶ αὐτὸς τὰς Ἐκκλησίας παραλυπῶν. Τῇ γὰρ τοῦ γράφειν εὐκολίᾳ πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἔχων ἀρκοῦσαν αὐτῷ τὴν γλῶσσαν, ἐνέπλησε μὲν τῶν ἑαυτοῦ συνταγμάτων τὴν οἰκουμένην, παρακούσας τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ λέγοντος, ὅτι φύλαξαι ποιῆσαι βιβλία πολλά. Ἐν δὲ τῷ πλήθει δηλονότι πολλὰ καὶ ἡμάρτηται. Πῶς γὰρ δυνατὸν ἐκ πολυλογίας ἐκφυγεῖν ἁμαρτίαν;

10) *Versio graeca librorum Veteris Test.* contexta ex variis interpretationibus, praecipue Symmachi. Hieronymus aduersus Rufin. lib. II. *Praetermitto Apollinarium, qui bono quidem studio, sed non secundum scientiam de omnium translationibus in vnum vestimentum pannos adsuere conatus est, et consequentiam Scripturae, non ex regula veritatis, sed ex suo iudicio texere.* Idem in ecclesiastae XII. *Symmachi interpretationem Laodicenus secutus nec Iudaeis placere potest, nec Christianis, dum et ab Hebraeis procul est, et sequi septuaginta interpretes dedignatur.* Confer *Rich. Simonis* Historiam criticam Vet. Test. lib. II. cap. 10. *Humfredus Hody* in graecorum bibliorum historia p. 631. non absurde quidem negat, versionem nouam graecam librorum scrorum V. T. vmquam fuisse ab Apollinari compositam: ex Hieronymi tamen verbis videtur colligi posse, eum in commentariis sacris loco κειμένου, siue textus, non semper verba posuisse ex LXX. interpretibus; sed modo hanc, modo illam, saepius Symmachi interpretationem praetulisse, atque adeo nouum veluti textus corpus ex pluribus compaginasse. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. pag. 715. ibique Scharf. not. *Harl.*

11) Alia multa theologici argumenti scripsisse, atque in his librum *de resurrectione,* quo Iudaismum restituendum in illa statuit, testatur *S. Basilius* epistola 74. ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς Θεολογίας οὐκ ἐκ γραφικῶν ἀποδείξεων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρωπίνων ἀφορμῶν τὴν κατασκευὴν ἔχοντα. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ περὶ Ἀναστάσεως, μυθικῶς συγκείμενα, μᾶλλον δὲ Ἰουδαϊκῶς, ἐν οἷς φησιν πάλιν ἡμᾶς πρὸς τὴν νομικὴν ὑποστρέψειν λατρείαν, καὶ πάλιν ὑμᾶς περιτμηθήσεσθαι, καὶ σαββατίζειν, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ θυσίας προσφέρειν Θεῷ, καὶ προσκυνήσειν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τοῦ ναοῦ, καὶ ὅλως ἀπὸ χριστιανῶν Ἰουδαίους γενήσεσθαι.

12) Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Hoc est opus, cuius Basilius etiam loco laudato meminit, et in quo haeresin r) suam, quae tantas in eccle-

r) Apollinaristarum haeresin adhuc superesse, dubitabat iam *Augustinus* in Psalm. XXIX. Idem lib. de bono perseuerantiae cap. 67. tres eorum partes varias diuersasque fuisse docet, vnam, qui animum humanum negarent Christum habere, alteram, qui mentem in anima rationalem ei eriperent, et tertiam denique, qui carnem ipsi tribuerent, non de foemina sumtam, sed factam de verbo, in carnem conuerso atque mutato. Apollinaris discipuli tres celebriores *Timotheus, Vitalis, Polemius.* Vide *Sirmondum* tom. II. pag. 512. Vtrum de SS. Trinitate cum catholica ecclesia senserint Apollinaristae, consulendae Benedictinorum notae ad S. Ambrosium tom. II. pag.

ecclesia turbas dedit, proposuit. [P] Λόγυς περὶ σαρκώσεως vocat *Theodoritus* Dialogo 2. et *Eulogius* apud Photium cod. CCXXX. p. 447. Aduersus hanc ἀπόδειξιν exstat *Gregorii Nysseni* antirrheticus, graece et latine editus a *Laurentio Zaccagnio* in collectaneis monumentorum veterum, Rom. 1698. 4. pag. 123 - 287 s). Eiusdem antirrhetici epitome occurrit in *Euthymii Zigabeni* panoplia tit. 13.

13) Τὸ περὶ σαρκώσεως λογίδιον, *Theodoritus* dialogo 3. p. 322.

14) Ἐκ τῦ κατὰ κεφάλαιον βιβλίυ siue ex compendiario Apollinaris libro quaedam adfert *Theodoritus* dialogo 2. pag. 210. seq. vbi eum ait πρῶτον τῶν φύσεων τὴν κρᾶσιν εἰσῆξαι *primum confusionem naturarum in Christo induxisse.* Eodem spectat, quod veteres Eutychianam haeresim ex amarissimo Apollinaris fonte deriuant, vt verbis vtar *Vigilii Tapsensis* lib. I. contra Eutychem, pag. 522. Alia loca ἐκ τῦ αὐτῦ κατὰ κεφάλαιον βιβλίυ *Theodoritus* dial. 1. p. 81. et dial. 3. p. 320.

15) Περὶ

pag. 706. *Fabr.* Huc retraham ea, quae *Fabric.* in vol. VIII. p. 532. de *Apollinari* supplementi loco scripserat. „Nunc addo, eiusdem *Apollinaris*, quemadmodum et *Polemonis* *), qui Apollinaris discipulus fuit, fragmenta quaedam exstare in Actis concilii Lateranensis, habiti Romae contra Monothelitas a. Chr. 649. tom. II. ed. Binianae parte II. pag. 468. Plura *Apollinaris* fragmenta etiam ex epistolis ad *Serapionem* et *Dionysium*, nec non e libro ad *Flauianum* et alio contra *Diodorum*; et fragmenta Apollinaristarum *Valentini* atque *Timothei*, episcopi Beryti, exstant apud *Leontium* libro contra fraudes Apollinaristarum, tom. IX. bibl. patrum, edit. Lugd. pag. 707. sqq. vbi etiam mentio *Agapini*, *Cataphronii*, *Diodori*, *Homonii*, *Iobii*, *Paregorii*, *Vranii* ex eadem schola. De alio Apollinaris discipulo, *Vitali*, episcopo **), vide *Epiphanium* LXXVII. 20 — 23. qui vehementer dolet, Apollinarem, errore illo abreptum, virum praestantissimum et litteris adprime excultum, etiam ne adsentiretur Ario, exsilium libenter passum: vid. pag. 1018. Inter Apollinaris discipulos fuit etiam *Dionysius* quidam, eumque esse, qui Dionysii Areopagitae nomine scripta sua supponeret, haud incredibilis suspicio est Stillingfleeti, de qua dixi volumine [VII. cap. 1. pag. 8.] vbi etiam de *Timotheo*, itidem Apollinaris discipulo, cui Dionysius ille sua dicauit. Ab hoc *Timotheo* scriptam historiam ecclesiasticam memorat *Leontius Byzant.* lib. III. contra Nestorium et Eutychem pag. 698. *si quis in manus sumat ecclesiasticam historiam, quam Timotheus, Apollinaris discipulus, composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinarii, quam ex eo collegit, quod ab ipso et ad ipsum infinitae epistolae scriptae et rescriptae essent.*" Hactenus Fabricius. *Harl.* De erroribus Apolinaris post *Basnagium*, *Wernsdorfium*, *Schroederum*, aliosque, subtilius disputarunt C. G. F. Walchius Hist. haer. tom. III. p. 120. sq. et *Schroeckhius* Hist. eccl. XIII. p. 221. sq.

s) Conf. *Baumgarten.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. II. pag. 445. sq. Quum Gregorius conquereretur, verba Apollinaris esse interdum adeo obscura, vt sensum illorum haud potuerit coniectura adsequi: vir doctus in nota ad Baumgart. libr. monet, illas in confutatione obscuritates interdum casu esse auctas, saltem Gregorium locum: [pag. 149.] ὡς τῦ Κυρίυ ἐν τῇ τῦ Θεῦ ἀνθρώπυ φύσει θείυ πνεύματος ὄντος melius intellecturum fuisse, si vocabulum Κυρίυ non a κύριος *dominus*, sed a κύριον *pars praecipua*, *dominans et cogitans*, vti procul dubio intellexerit Apollinaris, deriuasset. *Harl.*

*) De hoc *Polemone* Eulogius apud Photium cod. CCXXX. p. 250. p. 447. sq. et *S. Maximus* tom. II. pag. 94. et 90. vbi eius ἀντιῤῥητικὸν aduersus SS. patres, et epistolam sextam ad Timotheum, Apollinaristam, laudat.

**) *Iac. Basnage* de haeresi Apollinaris, pag. 51. sq. et *H. Noris* de vno in S. Trinitate passo, pag. 45.

15) Περὶ πίστεως λογίδιον. *Theodoritus* dialogo 3. p. 322.

[Dicitur in Aristotelem scripsisse. v. supra vol. III. p. 216. 8. III. *Harl.*]

Non omittendum denique, Apollinaristas scripta quaedam Apollinaris venditasse sub nominibus Gregorii Thaumaturgi, Athanasii et Iulii, episcopi Romani [t]). Leontius Byz. libro aduersus Apollinaristarum fraudes tom. IX. bibl. patrum Lugd. p. 706. *Quum vellent suam haeresin confirmare, quasdam orationes* (λόγους) *Apollinarii* Gregorio Thaumaturgo, *aut* Athanasio, *aut* Iulio *inscripserunt, vt simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim huiusmodi personarum fide digna multos ecclesiae catholicae capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii, cui titulus* ἡ κατὰ μέρος πίστις, *inscriptum* [u]) Gregorio, *et quasdam eius epistolas, inscriptas* Iulio, *et alias eius de incarnatione orationes vel expositiones* Athanasio *inscriptas. Cuiusmodi est, quae inscripta est:* Expositio consentiens cum expositione CCCXVIII, *neque solum has, sed alias huiusmodi.* Quod de Iulio, pontifice Rom. ait, confirmat et illustrat idem *Leontius* libro de sectis pag. 526. testatus et epistolam ad Dionysium, Corinthi episc. quae incipit: θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων, et alias septem, sub Iulii nomine [[?]] iactatas, non Iulii, sed Apollinaris esse. Illam ad Dionysium ex bibl. Ambrosiana epistolam graece et latine primus vulgauit *Lud. Antonius Muratorius* in Anecdotis graecis, Patau. 1709. 4. pag. 341-349. cum erudita dissertatione, qua Iulii non esse illam, post Leontium et Eulogium euincit. Vide et *Sirmondi* opera tom. II. pag. 428. seq. notis ad Facundum. Sed et Apollinaris ipsius libros ab Apollinaristis, in diuersas factiones scissis, deprauatos et interpolatos esse, idem *Leontius* libro contra eorum fraudes p. 709. obseruauit, de quo *Bartholomaeus Germon* S. I. libro de veteribus haereticis, ecclesiasticorum codicum corruptoribus. Parif. 1713. 8. p. 375. seq.

III. Tam multis Apollinaris scriptis deperditis, sola ex tam grandi naufragio nobis relicta est tabula, *Psalmorum* scilicet *Dauidicorum Metaphrasis, Heroicis versibus contexta:* „quae, iudice Iacobo Duporto [v]), vtut fortasse haud vsquequaque adeo elegans, nec concinna „sit, nollem tamen eam tam seuere et acriter virgula censoria castigasset H. *Stephanus*, et „post eum *Petauius:* quandoquidem, vt reliquas eius laudes et virtutes omittam, quae sane „nec

t) In adpendice ad *Coustantii* epistolas pontificum, adulterina scripta complectente, sunt 1) Iulii, papae, nomine ab *Apollinario* ad Dionysium Alex. scripta epistola, gr. et lat. inc. θαυμάζω πυνθανόμενος, pag. 62. Eiusdem epistolae vetus interpretatio ex veteris synodici capite 224. inc. *Miror audiens quosdam* pag. 69. Ibid. sequitur *epistola eiusdem Iulii nomine,* a *Timotheo,* discipulo Apollinarii, vel ab Apollinario ipso scripta ad Prosdocium, gr. ac lat. pag. 73. Inc. τὸ φρόνημα ἡμῶν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν. Fragmentum ex triplice veteri versione, p. 79. — 3) fragmenta tria, fortasse, (vti *Fabric.* infra, in vol. XI. p. 765. vbi P. Coustant epp. romanorum pontificum recenset, suspicatur,) ex aliquibus septem illarum epistolarum, quas, Iulio, papae, ab Apollinarii adseclis adscriptas, Leontius memorat pag. 82. Primum gr. et lat. quod apud Photium cod. CCXXIX. adfertur ex Iulii λόγῳ τῷ περὶ ὁμουσίας. *Harl.*

u) Vide, quae dixi cap. 1. huius libri V. [supra, vol. VII. p. 255. sq.]

v) *Iac. Duportus* praef. ad suam Psalmorum Metaphrasin.

„nec paucae ſunt, nec obſcurae, quibus tamquam tot ſtellulis fulget, eſt certe praeterea vel „ipſa antiquitate veneranda; ſaltem ſi titulus non mentitur auctorem, et veteris illius *Apol-* „*linaris* verus ac genuinus hic foetus eſt, quod nemo hactenus, (quem ſciam,) in dubium „vmquam vocauit, nedum inficias iuit. Alioquin, vt ingenue fatear, et dicam, quod „ſentio, niſi communis adeo et paſſiuitus recepta apud omnes haec opinio eſſet, et tam al- „tas vbique egiſſet radices, vt eam conuellere, aut vel leuiter concutere velle, nimiam forte „peruicaciam et αὐθάδειαν argueret, et faſtuoſi ac praeſidentis animi indicium haberetur, „putarem ego, non extra omnem prorſus controuerſiae aleam poſitam hanc rem eſſe, quin „adhuc diſquirendi locus relinquatur; et adpareat aliqua ſaltem dubitandi ratio, annon „ſpurius et ὑποβολιμαῖος hic partus, et alii cuipiam potius, quam ei, cuius nomen prae ſe „fert, adſcribendus ſit. Et illud inprimis ſcrupulum mihi iniiceret, quod non tam terſus „et teres, non tam politus et elegans[w]), et, (vt verbo dicam,) non tam *Homericus* eſſe „[?] videatur huiuſce Metaphraſtae ſtilus, quam illius fuiſſe par et credibile eſt, qui omnium „conſenſu graecarum literarum, graecae inprimis poëſeos peritiſſimus, *Homeri* praeſertim „ſtudioſus adeo atque aemulus fuit, vt poëmata ſacra haud pauca ad illius imitationem ſcrip- „ſerit, vti ex *Sozomeno* refert *Lilius Gyraldus*, de *Poëtarum Hiſtoria, Dialogo* quinto. „Porro autem multa eum ſcripſiſſe teſtatur idem ille graecus Hiſtoricus, idque adeo ἤθει τε, „καὶ φράσει, καὶ χαρακτῆρι, καὶ οἰκονομίᾳ ὁμοία τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τούτοις εὐδοκιμήσα- „σιν, vt niſi nimium fortaſſe φιλάρχαιοι homines eſſent, *Apollinarem* certe cum praeclariſ- „ſimis quibusque in ſuo genere Scriptoribus antiquis non immerito comparandum cenſerent. An „vero tam inſigni elogio dignus ſit huiusce Metaphraſeos auctor, penes eruditos iudicium „eſto. Quid? quod cum e veteribus non pauci *Apollinaris* operum meminerint, *Hierony-* „*mus, Socrates, Sozomenus, Philoſtorgius, Suidas,* alii, eorum tamen nemo[x]) iſtius Me- „taphra-

w) Non deeſt ſane ſua elegantia Metaphraſi Apollinaris, vt praeter Caſaubonum, cuius iudicium infra adſcripſi, Duportus ipſe alibi agnoſcit. Si vero non perinde vbique elaborata eſſe videatur, cogitandum, vniuerſos totius vet. teſt. libros expreſſos ab eodem ſcriptore, et tot alia inſuper opera deproperata, quo nomine Apollinarem iam olim reprehendit *S. Baſilius*, ſupra ad nr. 9.

x) Imo memorant manifeſte, dum totum vetus et nouum teſt. ſiue Metaphraſi ab Apollinari expreſſum, ſiue alio ſcriptionis genere illuſtratum teſtantur. Itaque a codicum MSS. teſtimonio, qui Pſalmos ad Apollinarem referunt, neutiquam recedendum. *Fabr.* Codicum MSSt. notitiam ſubiungere placet. Eſt igitur illa Metaphraſis vna cum *Ioannis Geometrae* metaphraſi canticorum S. Scripturae, verſibus iambicis, in cod. *Bauar.* CI. (cat. codd. gr. p. 38.) — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXVII. plut. V. qui continet *Apollinarii* Pſalmorum Dauidis, et *Ioannis Geometrae* odarum ſ. canticorum eccleſiae metaphraſin: quem cod. copioſe recenſet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 62. ſqq. Primum Apollinarii metaphraſi epiſtola quaedam nuncupatoria praemittitur, qua *Marciano*, (quem Bandin. fuiſſe imperatorem, a Pulcheria, Theodoſii iunioris imper. ſorore, poſt eius mortem in imperii thorique ſocietatem a. Chr. 450. receptum, pluribus euincere ſtudet,) conſilium ſuum ac diligentiam in conuertendis Pſalmis adhibitam, anonymus auctor exponit. Illam epiſtolam Bandin., quia neque in ed. Apollinarii Pariſienſi, 1580. 8. neque in adpendice ad bibl. graecam vett. patrum, Pariſ. 1624. fol. tom. VIII. pag. 165. reperit, totam e codice deſcriptam publicauit cum paucis notis, margini adpoſitis. pag. 4. occurrit primi Pſalmi paraphraſis, vt opinatur Bandinius, Apollinarii, cuius nomen rubris litteris adſcriptum

„taphraſeos mentionem facit. Imo et *Gyraldus* loco iam laudato, quamquam multa eum „metrice ſcripſiſſe adfirmat: *eius tamen*, inquit, *quod ſciam, verſus haudquaquam ſuper-* „*ſunt.* Haec ferme ſunt, quae forte virum me conſtantiorem fluctuare, et aliquantulum „ſubdubitare facerent, annon ψευδεπίγραφον hoc opus ſit. Verum ego non is ſum, qui „velim contra torrentem niti, aut refragante toto fere Criticorum ſenatu iſtam *Pſalmorum* „Metaphraſin huic auctori abiudicare. Sit igitur huiuſce foetus parens, per me licet, is „cui vulgo tribuitur, verus ſcilicet et vetus ille, de quo hactenus egimus, *Apollinaris.*" *Fabr.* Atque, Boeclero iudice, certauit cum Apollinario *Dionyſius Petauius* in ſua paraphraſi, (Pariſ. gr. ac lat. 1637. 12) et eum vicit. *Harl.*

IV. Pri-

ptum eſt ad marginem. Bandin. primos duodecim verſus exſcripſit; ſed illos, reperio, a Turnebiana edit. toto paene differre coelo. Tum ſequitur in cod. alia eiusdem Pſalmi paraphraſis, praefixa inſcriptione Ἀμμιανοῦ μετάφρασις κατὰ ςῖχον Ἀπολλιναρίου. Ille *Ammianus*, de quo ſilent alii, videtur Apollinarii exemplo Pſalmos graecis reddidiſſe verſibus. III. p. 5. iterum Pſalmus primus ex Apollinarii quidem, ſed diuerſa tamen verſione, cum ceteris omnibus pſalmis. Tres primi verſus, quos adfert Bandin. mire etiam diſcrepant ab iis, qui leguntur in ed. Turneb. Reliqua tamen, excepto vltimo verſu, cum edit. Pariſ. concordare, ait Bandin. Primo illi Pſalmo ſubiecta eſt nota, hinc incipere metaphraſin Apollinarii, et *Ioannis Geometrae*, in iisque ſcripſiſſe etiam *Eudociam*, Auguſtam, et iambis *Dorotheum*, Hieroſolymitanum. Sed in ipſo volumine in nouem tantum odas ſacras, non in Pſalmos *Ioannis Geometrae* paraphraſin carmine iambico contineri; (vti in cod. Bauar.) *Eudociae* autem et *Dorothei*, Hieroſolymitani, metricas Pſalmorum verſiones, forſan hoc vnico loco commemoratas, neque hoc ipſo in hoc codice adparere, obſeruat, neque vſquam omnino alibi amplius exſtare, opinatur Bandin. — Illa autem inſignis lectionis varietas, num, quia Apollinar. ipſe bis terue recognouerit mutaritque textum metaphraſeos, indeque ex diuerſis exemplaribus noua quaedam recenſio ab alio fuerit in ſuo codice confecta; an, quia librarii docti indoctique pro ſuo ingenio lubituque interpolarint et immutarint plura, ſit enata, adeoque num genuinam ipſius Apollinaris metaphraſin adhuc habeamus, difficile erit dictu. Hinc quoque cauſſa forſan intelligi poteſt, cur a veteribus in catal. ſcriptor. Apoll. metaphraſeos memoria ſit praetermiſſa. In eodem codice, Apollinario ex aduerſa pagina adiungitur ipſe graecus contextus ſoluta oratione. Denique Bandin. *nouem canticorum eccleſiae explicat.* ex ore *Io. Geometrae* enumerauit et pag. 65 ſq. graece euulgauit. Conf. quos Bandin. iam laudauit *Caſ. Oudin.* de ſcriptorr. eccleſ. tom. II. p. 617. et *Leon. Allatium* in diſſ. de libris eccleſiaſt. pag. 62. — In cod. *Laurent.* XVII. plut. 59. eſt nr. 1. primus Dauidis Pſalmus ab Apollinario verſibus heroicis translatus, cum gloſſis interlinearibus; ac nr. 2. alii ſunt verſus XVII. hexametri ex perſona, vt videntur, Dauidis, regis, qui ſuam e paſcendo grege ad regendum Iſrael exaltationem decantat. v. *Bandin.* II. p. 529. — In cod. quondam *Vffenbachiano* X. eſt 1) *Apollinaris* metaphraſis hymnorum Dauidicorum. 2) metaphraſis nouem canticorum biblicorum, iambis expreſſorum, ex ore *Ioannis Geometrae*, quae recenſuit, et primum ac poſtremum canticorum ex cod. graece cum verſione latina protulit *Io. H. Maius* in bibl. Vffenbach. msta pag. 481. ſqq. — *Pariſiis* in bibl. publ. exſtat Apoll. metaphraſis in cod. MMDCCXLIII. praemittitur illius protheoria, coniectus vero eſt ad marginem *Coſmae Indico-pleuſtae* commentar. in Pſalmos hiſtoricus et allegoricus, cum eiusdem interlinearibus in Apollinarii metaphraſin; — in cod. MMDCCLXXXII. nr. 13. in adpend. (p. 624. cat. codd. Pariſ. vol. II.) deſinit autem in Pſalmo XXXVI. — in cod. MMDCCCLXVIII. — et in cod. MMDCCCXCII. cum *Io. Geometrae* canticorum ſcripturae metaphraſi, verſibus, vt confector catal. II. p. 566. forſan male ſcripſit, *heroicis.* — In cod. reg. *Neapolit.* XCII. — *Mutinae* in bibl. duc. teſte *Montfauc.* in diario ital. pag. 51. — et eod. indice in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 699. E. in bibl. *Sfortiana. Harl.*

IV. Primus *Metaphrasin Psalmorum CLI.* ex duobus bibl. regis christianissimi codicibus graece typis regiis perquam nitide vulgauit, (non Rob. Stephanus, vt ab Hendrichio in pandectis Brandenburgensibus traditur) sed *Hadrianus Turnebus*, subiunctis ad calcem variis lectionibus Paris. 1552. 8. [y]) (non 1562. vti ex Simlero idem Pandectarum [?] scriptor.) Operae pretium esset, hanc editionem conferri cum codice *Barocciano* XXV. licet μείζω ac desinente in versu 12. Psalmi CXLVIII. in bibliotheca Bodleiana. In illius limine auctor, vt videtur, opus suum Mariano [z]) cuidam dedicat. Post metaphrasin primi Psalmi sequitur *Ammiani* cuiuspiam metaphrasis eiusdem Psalmi ad exemplum Apollinarii. Etiam alia ἀνεπίγραφος, ab vtraque praecedenti multum diuersa: sicut sequentium quoque aliquot Psalmorum saepiuscule variat ab editis. Latina versio prosaria, nescio quo auctore, saepius in bibliothecis Patrum prodiit. Graece et latine cum indice locuplete vocum graecarum siue lexico Nicolai Gulonii, curante Ioanne Benenato, Paris. 1580. 8. [aa]) et 1613. 8. Atque cum versione, per *Frid. Sylburgium* castigata, sed sine vocum indice, Heidelbergae, apud Commelinum 1596. 8. Exstat et graece ac latine in Bibliotheca patrum Paris. 1644. (1654.) tomo XIV. — [latine, Colon. Agr. 1618. fol. in bibl. patr. vol. IV. p. 458. — gr. ac lat. Paris. 1624. in bibl. patr. vol. VIII. pag. 160. fol. — ex ed. Bene-nati, in adpendice bibl. patrum per *Marin. de la Bigne*, Paris. 1634. — In *Gallandii* Biblioth. graeco-lat. veterum patrum etc. vol. V. pag. 359. — *Apoll.* interpretatio psalmi L. versibus heroicis, in *Gilberti Cognati, Nozereni* Opp. multifarii argumenti etc. Basil. 1562. fol. per Henr. Petri, tom. I. nr. 2. pag. 19. sqq. — De psalmo CLI., Dauidi tributo, v. *Fabric.* nostrum in codice pseudepigrapho V. T. pag. 905. sqq. edit. II. vbi quoque pag. 907. sq. reddidit Metaphrasin Apollinar. Laodic. (diuersam in initio ab ea, quam legimus in ed. Turneb. p. 198.) *Harl.*] — Commelinianae editioni paucae quaedam Dau. Hoeschelii notae subiunctae sunt, ad quem scribens a. 1609. Isaacus Casaubonus [bb]) ita de Apollinaris Psalterio sensit: *Iudico de eo non aliter, quam vt tibi quoque placere video. Opus esse plane haud indignum, quod iuuentuti* φιλέλληνι *proponatur. Nam et graeca est oratio, et satis poëtica, imo interdum* ποιητικωτάτη. *Illud, credo, non negabis, cum veritate hebraica saepe illi parum conuenire: saepe etiam graecae poëseos genium in eo desiderari: neque enim nescis, aliud esse versus facere, aliud poëtam agere; quod cum in vertendo sit difficile, non desunt tamen e recentioribus, quos anteponam Apollinari, quo in numero sunt Florens Christianus, Zanutius, et qui omnia omnium seculorum ingenia obscurauit, Iosephus Scaliger* ὁ νῦν μακάρτατος μακαρίτης. Idem Casaubonus alibi, Apollinarem a Nonno longe a tergo relinqui, scripsit. Veneti codicis MS. quem apud Arnoldum Arlenium viderit, meminit Gesnerus.

Ffff 2 V. *Me-*

y) Inscriptio haec est Ἀπολιναρίου Μετάφρασις — — *Apolinarii* interpretatio Psalmorum versibus heroicis. Ex biblioth. regia. Paris. M. D. LII. apud Adr. Turnebum, typographum regium. 8. graece. Add. *Baumgarten* Nachr. von merkw. Büchern. tom. XI. pag. 106. sq. *Harl.*

z) Auctor catalogi MS. bibl. Bodleianae ait, hunc forte esse *Marianum*, oratorem, cuius apud Ammianum lib. XXX. mentio. Sed *Ammianus* XXX. 4. Marianum ponit pro nomine cuiuscunque celebris oratoris. *Fabr.* [Sed cod. Flor. Laur. habet *Marcianum*. v. notit. codd.]

aa) Conf. *Baumgarten*. Nachricht. von merkwürd. Büchern. tom. VII. p. 99. sqq. *Harl.*

bb) Epist. DCXLII. edit. nouae, ab Almeloveenio curatae.

V. *Metaphrases Psalmorum poëticae graecae.*

Praeter Apollinarem, Metaphrastas graecos Psalmorum [cc]) Dauidis alios reperio. Hi sunt:

[Ammianus. v. in notit. codd. de cod. Laur.]

[*] *Cosmas* cuius ἔκφρασις iambica Psalmorum Dauidis bis exstat MS. in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio*, quem vide lib. III. Commentar. de bibliotheca Vindob. p. 103. et lib. IV. pag. 216. seq. [dd]) Hic est celeber ille inter melodos graecae ecclesiae, Cosmas, Hierosolymitanus monachus, Iohannis Damasceni sub altero Cosma, seniore, monacho, συμφοιτητής, Maiumensis in Palaestina episcopus, de quo Menologia 14. Nou. Suidas in Ἰωάννης Δαμασκηνός, *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecorum p. 73. seq. et de Georgiis p. 418. 419. 420. *Combefisius* ad Vitam S. Theodori Grapii, et Cangius in Τετραῴδιον. Ex vita Cosmae huius, melodi, profert nonnihil *Allatius* pag. 740. de purgatorio.

[Eudocia et *Dorotheus.* v. in notitia cod. Laurent. et de priore *Neumann* l. c. p. 264. sq. ed. in 8. §. XVIII. *Harl.]*

Graecis

cc) In D. *Io. Georgii Neumanni* diss. de Metaphrastis noui test. Witeberg. 1686. [rec. in eius primitiis dissertatt. acad. Witenb. 1716. 8. diss. VII. pag. 239. sqq. *H.*] §. 20. *Petrus Edessensis* Psalmos Dauidis in graecum metrum redegisse traditur. Sed Petrus, Edessenae in Syria ecclesiae presbyter, ab Gennadio c. 74. de script. eccles. atque inde ab Honorio Augustodunensi scribitur hymnos composuisse lingua syriaca exemplo Ephraemi Syri, non Psalmos Dauidis metro graeco inclusisse. Ita enim intelligenda Gennadii verba: *Petrus, Edessenae ecclesiae presbyter, declamator insignis, scripsit variarum caussarum tractatus, et more sancti Ephraem, diaconi, Psalmos metro composuit.* Numquam certe Ephraim Syrus Psalmos Dauidis metro, nedum metro graeco complexus, sed ipse hymnos condidisse legitur. [Vide Vossium de poet. gr. c. IX. p. 80.]

dd) In libro et vol. III. cod. LX. nr. 6. p. 271. est ἔκφρασις etc. quam vero *Kollarius* in not. A. contendit, neque Cosmae Hierosolymitani, neque carmine iambico scriptam esse. Conf. ex cod. Paris. *Apollinaris*, paullo ante citato, adnotata. Atque Fabric. noster infra in vol. X. pag. 218. vet. ed. (vbi de *Cosma*, Hagiopolite s. Hierosolymitano, vberius agit,) Lambecium reprehendit, notantem, genus carminis esse iambicum, quum sint versus *politici*, et, qui si, ait, idem est Cosmas, nullum antiquiorem noui, qui illo versuum genere vsus fuerit. In altero *Lambecii* loco, vol. IV. p. 476. ait is, cod. CXCVII. inesse *Cosmae Hierosol. enarrationem metricam singulorum Psalmorum totius psalterii Dauidici.* Inc. ἔκφρασις ἀρμοστάτη εἰς τὸ θεῖον καὶ προφητικώτατον Δαυὶδ κοσμᾶ ποιητοῦ. Sed *Kollar.* adnotat, fidenti admodum animo opusculum hoc *Cosmae Alexandrino* tribui a Lambecio, et 1) non iambicis, sed politicis, vt aiunt, versibus scriptum esse, quorum vsus non videatur posse ad saeculi octaui initium referri, 2) alterum exemplar, quod in superiore vol. cod. LX. recensetur, inscriptione aeque ac exordio carere; 3) Lambec. vltima tituli verba post κοσμᾶ ποιητοῦ a librario addita, ὡς οἶμαι Ἀπολιναρίου, obelis confixisse, quo securius Cosmae Alexandrino, illi, qui S. Damasci condiscipulus et discipulus Cosmae, monachi, fuit, opusculum adsereret, et tamen vltima verba, quae etiam si scribam oscitantiae arguant, luculento esse argumento, vel librarium ipsum vel quempiam alium de probitate epigraphes κοσμᾶ ποιητοῦ, (soloece, pro τοῦ ποιητοῦ,) addubitasse. Quae sequuntur de recentioribus metaphrastis graecis, ea vtplurimum intacta reliqui. *Harl.*

Graecis verſibus elegiacis Pſalmos Dauidis reddidit *Paulus Dolſcius*, Baſil. 1555. 8. Idem, cuius Siracides, graecis elegiis expreſſus, prodiit Lipſiae 1571. 8. *Fabr.* De *Dolſcio*, eius vita, ſcriptis, adeoque de eius metaphraſ. poet. Pſalmorum, Salomonis eccleſiaſtis et ſapientiae Ieſu Siracidae plura et certiora prodidit *M. Ge. Lizel.* in hiſtoria poetar. graecorum Germaniae, Francof. et Lipſ. 1730. 8. p. 81-91. *Harl.*

Graeco carmine heroico *Aemilius Portus*, Baſil. 1581. 8.

Itidem heroico carmine *Dionyſius Petauius*, S. I. Pariſ. 1637. 8.

Iacobi Duporti, Cantabrigienſis, Homerici imitatoris feliciſſimi, Metaphraſis libri Pſalmorum, graecis verſibus heroicis contexta, prodiit Lond. 1674. 8. cum inſigni praefatione, in qua inter alia iudicium fert [ee]) de Apollinaris, et aliorum ante ſe vulgatis Metaphraſibus. Recuſa

ee) *Iac. Duportus* in Stromatis poeticis, excuſis Cantabrig. 1677. 8. et Lond. 1697. 8. pag. 181.

Nuper ſcurram ageret cum frater Homerico-maſtix
Deriſit Pſaltem et carmen Homere tuum.
Nempe Metaphraſtes Hopkinſus Homericus audit.
Annon Sternoidus, Petauiusque fuit?
Cum Buchananus ſacros quoque verteret hymnos,
Anne paraphraſtes hic quoque nanus erat?
Quid mirum, ſi Momus Homerica carmina ridet,
Et ſua riſerunt ſecula Maeonidem.

Idem *Duportus* Metaphraſi graeca heroica perquam eleganti donauit librum Iobi Cantabrig. 1653. 8. et tres Salomonis libros ibid. 1646. 8. Vtriusque verſio latina proſaria ex aduerſo poſita eſt. De aliis autem Pſalmorum Metaphraſtis hoc fert iudicium poſt illa, quae de Apollinari iam exhibui, in laudata praefatione: *Proximus huic, quantum ego noui, longo ſed proximus interuallo*, vtpote qui patrum noſtrorum memoria vixit, *Aemilius Portus* eſt, *Franciſci* illius *Cretenſis* filius, et vt patria et natione Graecus, ita et graecis literis non mediocriter inſtructus, et *Ferrariae* primum, dein *Aureliae Allobrogum*, graecae linguae profeſſor: qui vt in *Dionyſio Halicarnaſſenſi, Proclo Platonico* aliisque, a ſe latine verſis, ſuam graecitatis peritiam oſtendit, ita et *Homeri* interpretatione qualicunque palam fecit, quam illius poeſeos ſtudioſus fuerit. Eius graecam *Pſalmorum* metaphraſin verſibus, itidem heroicis concinnatam, primus mihi oſtendit non ita pridem, et perhumaniter communicauit Vir Clariſſimus, et ſi quisquam alius de republ. literaria optime meritus, D. *Busbeius*, regiae ſcholae *Weſtmonaſterienſis* per multos iam annos moderator celeberrimus. Sed, vt verum fatear, *Theſaurus* (quod aiunt) *carbones*. Nec mirum, quandoquidem in epiſtola, Metaphraſi ſuae praefixa, teſtatur vir doctiſſimus, aegrotantem ſe aut vixdum a morbo conualeſcentem, hoc opus compoſuiſſe: quod ſane quis vel ipſo tacente facile coniiciat, adeo languido et inerti et flaccido et elumbi ſtilo ac filo decurrit: at profecto poeſis, praeſertim ſacra, viuidum ac vigens ingenium, animum valentem et erectum poſtulat, cum contra diutini corporis morbi frangant animi vires, et ſuccidant neruos ingenii, et denique vigorem et acumen mentis retundant. Sed vnde vnde id fuerit, vtique hoc in ſcripto talem ſe geſſit *Aemilius*, vt niſi auctorem libri titulus prae ſe ferret, non graecum profeſſorem, necdum in *Homero* tantopere verſatum; ſed alium quempiam infimi ſubſellii graeculum eſſe exiſtimes, et *diſcipulorum inter iubeas plorare cathedras*. Et ſi hanc vidiſſent metaphraſin, quid de eius auctore dixiſſent duo illi cenſores: qui *Apollinarem* ſic in ordinem cogunt, vt *in multis eius verſibus ne vmbram quidem agnoſcant concinnitatis et elegantiae poeticae?* Tertius iam et vltimus, qui pſalmodiam *Dauidicam* graecis verſibus expreſſit, is eſt, quem dixi, *Dionyſius Petauius*, natione Gallus, ex ſocietate Ieſu theologus, qui non multis (opinor) abhinc annis diem obiit; vir ſane doctiſſimus, et cum multifaria eruditione praeditus, tum graecae inprimis linguae ſcientia non leuiter imbutus.

[P] Recusa etiam Lond. 1674. 8. et typis luculentis, addita latina prosaria versione, Lond. 1666. 4.

Iac.

butus. Is igitur, inter complura alia egregia tam in theologicis quam in philologicis doctrinae suae monumenta, etiam metricam *Psalmorum* paraphrasin post se reliquit, eruditam certe, et, meo quidem iudicio, elegantem. Fruatur enim ille, per me licet, laude sua; nemini ego detractum velim. Et quamquam ille, qui antiquissimi Metaphrastae rigidus adeo, ne dicam iniquus, censor fuerit, nec ipse fortasse vbique scopum attigit, nec poeticae phraseos et elegantiae leges exacte et ad amussim seruauerit; ego tamen par pari non rependam, nec naeuos illius, si qui sint, retegere conabor. Hoc interim citra omnem liuoris aut malignitatis suspicionem mihi adfirmare liceat, vereri me scilicet, ne et ipse eidem culpae adfinis sit, quam alteri impingit. Id nimirum in *Apollinari* reprehendit, quod, sola septuaginta seniorum interpretatione nixus, textum hebraeum non consuluerit, nec inspexerit, imo ne intellexerit quidem: quo factum, vt a scopo loci, et sensu S. Scripturae haud raro deflexerit, aberraveritque. Vbi illud certe inprimis fatendum, graecam versionem τῶν ό maximam semper auctoritatem in veteri ecclesia obtinuisse: quin et graecos patres fere ad vnum omnes eam vbique sequutos, vtpote linguae hebraeae penitus ignaros. At vero *Apollinaris, id quod theologorum graecorum non paucis defuit, hebraicae linguae admodum peritus fuit*, inquit Cl. G. *Vossius, de poetis graecis*, cap. 9. Quicquid de peritia eius sit, at saltem intellexisse eum hanc linguam testatur *Suidas*, ex *Philostorgio*, historico *Arriano*, καὶ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου ἐπαΐων, οἷός τε ἦν. Quamquam ergo graecam versionem, vtpote tum temporis maximis insignitam, et vulgo receptam, in plerisque sequutus sit; fieri tamen potest, imo haud prorsus inuerisimile mihi videtur, vt etiam ad textum originalem nonnumquam oculos et mentem aduerterit. Quid autem? an *Petauius* ipse in sua paraphrasi textui hebraeo tam mordicus adhaeret? tantumne eius auctoritati tribuit, vt ne latum vnguem ab eo discedat? πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ait quidem, se in translatione sua tres illas palmarias bibliorum editiones, hebraeam, graecam, et latinam ob oculos habuisse: interim tamen palam et ingenue fatetur, se, quando ambas retinere non potuit, *hebraica relicta, ad graecam solam adhaesisse; quandoquidem ea cum vulgata, qua ecclesia catholica vtitur, editione concordat.* Quamobrem nec *Apollinaris* fontes hebraeos neglexisse magis censendus est, quam ipse *Petauius*, nec ille graecae LXX. virali versioni propius pressiusque institisse, quam hic veteri vulgatae latinae, (quam et pro authentica habuit,) etiam vbi ab hebraeo textu discedit. Atque hi quidem Tresuiri illi graeci sunt metrici *Psalmorum* interpretes, quorum hodieque exstant integrae totius *Psalterii* metaphrases, saltem, qui ad manus et oculos meos peruenerunt. Iam vero praeter hos sunt tres alii, qui non integrum, (quod sciam,) *Psalterium;* sed aliquot duntaxat Psalmos *Dauidis* graecis versibus transtulere; quorum editionem curae atque industriae debemus doctissimi diligentissimique *Henrici Stephani.* Ii sunt *Paulus Dolscius,* qui *elegiaco,* et *Ioannes Serranus*, qui partim *heroico*, partim *lyrico*, et denique ille, quem dixi, *H. Stephanus,* qui partim *heroico*, partim *sapphico*, partim etiam *anacreontico* carmine in sua versione vsus. Et de *Dolscio* quidem nihil amplius me reperisse memini, nisi quod *Conradus Dinnerus* in suo graecorum poetarum catalogo eius nomen reponit, atque etiam in sua graecorum epithetorum Farragine eius versus aliquot elegiacos, idque, (vti illorum mens et sententia innuere videtur, nec enim opus auctoris designatur) ex *Psalmorum* versione adducit. Illis autem ex versibus, cum ecloga illa *Stephaniana* comparatis, non male mihi colligere videor, integram *Psalmorum* metaphrasin, eodem stilo, (certe non admodum comto illo nec eleganti) ab eo contextam, in bibliothecis alicubi latere, quamuis eam iamdiu quaesitam nondum mihi inuenire contigerit. Postquam haec scripseram, ex *Drauaii* bibliotheca didici, *Paulum Dolscium* tum Sapientiam *Siracidae*, tum Psalterium *Dauidis* graeco carmine vertisse. *Serranum* quod spectat, *Gallus* vtique is *Vinariensis* fuit, vir sane pius et doctus, quantum ex operibus eius, partim theologicis, partim etiam philologicis, coniicere licet. Graecae

Iac. Furnius, Genuensis, Ictus circa a. C. 1500. celebris, Psalmos graeco et latino reddidit carmine teste Colomesio p. 104. Opp. Hos non vidi. Vidi autem specimen Psalterii vario graeci carminis genere redditi a *Ludolpho Theodoro ab Hoete*, Equite, Domino a Westhausen et [P] Kringeld, vulgatum in nouis litterariis Westphaliae, a. 1718. Tremoniae, 8. pag. 42-69. Vidi etiam *Erasmi Schmidii* metaphrasin ineditam[ff]), qui et ipse vario carminis genere Psalmos graece expressit, et quam manu exaratam seruabat Ioach. [P] Henningius ὁ μακαρίτης, vnde venit, vt audio, in manus D. Io. Diecmanni, Theologi eruditissimi. *Martinus* quoque *Crusius* XLIV. Psalmos graeco scripsit carmine, idque ingratiis mali Daemonis, illique vt aegre faceret elaborasse, etiamsi typis illos exscribi non contingeret, se dixit, vt refert Melch. Adami in eius vita. *Fabr.* Aliquot Psalmi, ab eo carmine scripti graeco, typis expressi sunt in *Crusii* poematum graecorum lib. II. etc. Basil. ap. Oporin. 1567. 4. in libro secundo, v. *Lizelii* historiam poetar. graecorum etc. supra citatam pag. 108. sq. *Harl.*

Psalmos aliquot Dauidis graeco carmine Anacreontico et Sapphico donauit *Henr. Stephanus*, forma minori. Sunt item psalmi quidam graecis versibus compositi per *Antonium Nigrum*, medicum Brunsuicensem. Lips. 1552. 8. et alii auctore *Io. Serrano*, cum precationibus graecolatinis singulos ad Psalmos accommodatis anno 1575. in 12. ap. Henr. Stephanum. Exstant et Psalmi quidam graecis versibus redditi a *Florente Christiano, Frid. Iamotio* et *H. Stephano* ad calcem Buchanani a. 1572. excusi, 8. *Martinus* vero *Magerus a Schoenberg* vulgauit Psalmos poenitentiales diuerso carminum genere Hebraico, graeco et latino, Francof. 1624. Nouissime *Iosua Barnesius*, superiore anno 1714. cum graui graecarum litterarum iactura

eae porro linguae peritiam non vulgarem in eo fuisse, ostendit tum noua illa et accurata *Platonis* editio, haud ita multis abhinc annis ab eo adornata, tum et *Psalmorum* aliquot *Dauidicorum* illa, quam dixi, translatio. Ex illo enim specimine, vt *ex pede Herculem*, facile dignoscas et intelligas, quantus is vir fuerit, et quam egregius poeta graecus, siue puritatem sermonis, siue carminis nitorem et elegantiam spectes; vt si totum profecto transtulisset *Psalterium*, vix aliorum aut ingenio aut industriae locum reliquisset; adeo caeteros omnes, mea quidem sententia, in hoc genere metaphraseos excelluit ac superauit: nisi forte popularem eius excipias, *H. Stephanum*, qui et carmina eius vulgauit, ac typis impressit: is enim inter omnes literarum principes ac heroas, qui superiori saeculo Hellenismi studio, graecaeque linguae cognitione claruerunt, vt in omni graeca literatura merito primas obtinuit, ita et in poesi graeca, inprimis *Homerica* vere φερώνυμος, *Coronam* adeo aliis omnibus lauream-que praeripuit. *Haec Duportus. Fabr. Olympiae Fuluiae Moratae* metaphrasin graecam et latinam Psalmi CLI. Dauidi tributi, reddidit *Fabric.* noster in codice pseudepigr. V. T. pag. 908. ed. sec. Add. Fabr. infra in vol. XIV. pag. 160. sq. *Harl.*

ff) Edita est Witteb. 1621. typis Zach. Schurer. Atque Fabr. in praef. ad vol. VII. B. Gr. Hoc, ait, argumentum (metaphrasium poeticar. Psalmorum graecarum,) quemadmodum et aliarum biblicarum metaphrasium notitiam longe plenius et diligentiore studio expositam studiosis hominibus, vt confido, non in videbit — — *Michael Richey*. Hic me monuit, *Erasmi Schmidii* metaphrasin cum inserta passim altera non contemnenda *Andr. Tzscharnati* Senftenbergensis, a. 1602. 20. Febr. Witebergae noctu in platea gladio confossi, ad se iam pridem peruenisse ex dono D. Io. Diecmanni. *Harl.*

iactura defunctus Psalmos I. XV. et CXXXIII., anacreonticis versibus graeca et latina lingua redditos exhibuit in Anacreonte Christiano, Cantabrig. 1705. 12.

Daniel Heinsius Metaphrasin graecam Psalmorum vt condat, rogatur ab Isaaco Casaubono p. 363. Epistolar. sed numquam eam edidit. Paucos quosdam Psalmos graecis versibus expressit etiam *Ioach. Camerarius. Fabr.* [Fabricius addiderat catalogum metaphrasium Psalmorum latinarum, germanicarum, hebraicae, anglicarum, belgicarum (de quibus etiam conf. *Bayle* Diction. v. Adrichomia et Sainte-Aldegonde, not. 1.) bohemicae, danicarum, gallicarum, hispanicarum, vngaricae, polonicarum, suecicarum, lapponicarum, finnicarum et wallicae. Sed eum, tum ad litteraturam graecam haud pertinentem; tum necessariis accessionibus praeter rem atque institutum valde locupletandum, in hac edit. vt praetermiterem satius esse duxi. Atque a Fabricio ipso editum est: *Votum Dauidicum*, cor nouum crea in me deus, *a centum quinquaginta amplius metaphrasibus expressum*, carmine hebraico, graeco, latino, germanico etc. — Praemissus est elenchus, subiunctaque *breuis notitia alphabetica metaphrastarum, qui Psalmos vniuersos vel nonnullos per linguas siue idiomata amplius viginti versibus reddiderunt.* Hamburgi 1729. 4. v. *Reimari* commentar. de vita et scriptis I. A. Fabricii, p. 175. sq. is auctus, inquit, postea est Fabricii manu numeris metaphrasium huius commatis vltra 200. sicut et metaphrastae in Psalmos locupletati sunt, quorum indicem iam *aliquem* dederat auctor in bibl. gr. vol. VII. p. 652. vet. ed. quem igitur indicem h. l. eo rectius exsulare iussi. Praeter ea *Andreas Gottlieb Masch* in biblioth. sacra, in partis secundae de versionibus librorum sacrorum volumine tertio continuato de versionibus latinis, Halae 1785. 4. cap. V. §. XI. sqq. pag. 715-742. ingentem vel omnium vel plurium vel singulorum Psalmorum, carmine *latino* redditorum, copiam curiosius diligentiusque produxit, variis hinc inde adspersis obseruationibus. add. eumdem in partis secundae de versionibus librorum sacrorum volum. I. Halae 1781. pag. 334. sqq. de *Apollinarii, Dolscii, Du Port.* aliorumque *graecis* Psalmorum metaphrasibus. *Harl.*]

[V] Vt ad Apollinarem, Laodicenum, oratio nostra recurrat, notum est, ad eum vel ad patrem eius, tamquam auctorem, referri quoque a viris quibusdam doctis *Tragoediam*, inter Gregorii Nazianzeni opera saepius vulgatam, quae inscribitur *Χριστὸς πάσχων Christus patiens*, et prosa a Sebast. Guldebeckio, Tigurino, versu iambico latino a Claudio Roilletto Belnensi est translata, cuius posterioris metaphrasis etiam in latinis et graecolatinis Nazianzeni editionibus legitur. Sed quum Nazianzenus plurima carmine scripserit, et codices MSS. illam tragoediam Nazianzeno tribuant, nolim horum testimonio coniecturas Criticorum praeferre, licet hi minorem in illa elegantiam gg) minusque iudicium et acumen quam in aliis Gregorii poematis, obseruare sibi videantur. *Fabr.* V. supra in h. vol. pag. 429. *Harl.*

[*Apol-*

gg) *Elias du Pin* Bibl. des auteurs ecclesiastiques tom. II. p. 220. *il s'en faut beaucoup. que la tragoedie qui porte pour titre Jesus Christ le souffrant, approche de la beauté, de la justesse et de la gravité des pieces de S. Gregoire de Nazianze, et ce n'est pas sans raison, que les critiques la jugent indigne de lui.*

[Apollinarem commentatum esse in Gregorii Nazianz. orationes, et illius aliorumque commentar. collegisse Basilium Minimum, docet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 537. vt supra iam p. 432. et 434. adnotauimus. *Harl.]*

Epistolas duas Apollinaris ad Basilium M. vna cum huius responsoriis a *Cotelerio* editas tom. II. monumentor. ecclesiae graecae pag. 84. quarum prima incipit: Πρότερον μέν σοι περὶ τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ἀσαφῶν. altera: Πῶ μὲν ἤμην αὐτὸς, δέσποτα, πῶ δὲ ἡ ποθεινοτάτη φωνὴ, similiter mihi persuadeo iunioris Laodiceni vere esse, neque video magnas fuisse causas viris clarissimis, qui de illarum γνησιότητι addubitant. Nam sane, quod Basilio, antequam haeresin suam proderet Apollinaris, amicitia cum illo intercesserit, et quod hunc ob studium Scripturarum magni ille fecerit, ex epistola Basilii LXXXII. adparet, vbi quoque se ad eum scripsisse non diffitetur, aitque non modo inimicum non habere, sed venerari etiam, licet errores ipsius minime in se recipiat: verum propter nonnullos eius libros reprehensione dignum iudicet. [v. supra ad §. I.]

Libellus Apollinaris de aetate hominum, quem Leodici a. 1575. prodiisse [?] scribit *Aubertus Miraeus* ad Hieronymi Catalogum de S. E. et vidisse se negant Labbeus et alii viri doctissimi, nihil aliud est, si recte memini, quam Apollinaris Metaphrasis Psalmi XC. siue Hymni Moysis, *Domine refugium factus es nobis*, latinis versibus expressa ab Hannardo Gamerio, Mosaeo, editaque vna cum aliis quibusdam Leodici 1575. 8. licet a Valerio Andrea et Francisco Sweertio in bibliothecis Belgicis, vbi Gamerii scripta recensent, non memoretur.

De epistola Apollinaris, Iulio, episcopo Romano, et de expositione fidei, Gregorio Thaumaturgo per Apollinaristas supposita, quae ambae etiamnum exstant, dixi supra pag. 665. post nr. 15. de deperditis scriptis.

XI. NONNVS [hh]), Panopolites Aegyptius, diuersus fuisse videtur a Nonno, Palaestino [ii]), Origenis sectato dogmata, cuius mentionem faciunt Cyrillus, Scythopolitanus, et Simeon Metaphrastes in vitis SS. Sabae et Cyriaci, tom. III. et IV. monumentor. Cotelerii. Incer-

hh) Constat sane, *Nonnos*, hoc est sanctos, Aegyptia lingua dictos patres spirituales ac monachos, perinde vt Nonnae ac Νονίδες dictae sunt matronae ac virgines Deo consecratae, harumque praefectae. Vide, si placet, *Meursii Cangiique* glossaria et *Theophilum Raynaudum* de sacra paternitate T. XI. Opp. p. 178. Sic Hippolytum, Portuensem episcopum, etiam Nonnum adpellant Petrus Damianus et Martyrologium Hieronymi. Confer *Stephani le Moyne* prolegomena ad Varia sacra * 31. b. At praeterea nomen proprium etiam poetae esse Νόννον, diserte testatur Suidas: ἰστέον δὲ ὡς ἔστι καὶ Νόννος κύριον, Πανοπολίτης, ὁ καὶ τὴν παρθένον θεολόγον παραφράσας δι' ἐπῶν. Idem Suidas: Κυρῖνος σοφιστὴς, γεγραφὼς Ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον.

ii) Eumdem putat *Tristanus* T. I. Hist. Imperatorum e nummis illustratae p. 497. seq. Sed praeter patriam, institutum vitae aliaque, quae vrgere omitto, videtur repugnare ratio etiam temporis, quum Nonnus, Palaestinus, vixerit medio saeculo post Christum natum sexto, et noster Nonnus ad quintum saeculum recte a viris doctis referatur.

Incertum etiam, idemne sit cum Nonno, cuius filium, Sosenam [kk]), Synesius commendat amicis suis, Anastasio ac Pylaemeni: aetate licet non multum inferiorem [ ] Synesio fuisse credibile est, quippe qui ab Agathia [ll]) citatur tamquam vnus e poëtis *nouis*, hoc est, vt interpretor, non aequalibus Agathiae, sed aliquo tempore non ita multo ante aetatem ipsius claris. Etiam ille alius a nostro fuit *Nonnus*, quem Damascius in vita Isidori apud Suidam in Σαλλέστιος narrat sexies totum euoluisse Demosthenem, nec tamen os aperire potuisse, vt orationem aliquam commodam haberet. [V. supra vol. II. pag. 849. fin.] Equidem non pugnant haec duo, valere carmine, et dicendi facultate destitui, ita vt nihil contra sit rarius, quam bonum poëtam eumdem quoque bonum esse oratorem, neque temporum ratio valde aduersatur; at enim illum Damascii Nonnum alienum a CHRISTI sacris multa suadent, hunc nostrum Christianum fuisse nemo dubitat. Omitto *Nonnum* longe iuniorem, medicum, itidem Christianum, de cuius ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῇ ad imperatorem, Constantinum Porphyrogenitum, infra libro VI. [mm]) erit dicendi locus. Verum *Nonnus*, diaconus, hoc loco non est praetereundus, qui in concilio Chalcedonensi a. C. 451. inter notarios commemoratur, tum *Nonnus*, episcopus Edessenus, cuius apud Nicephorum XIV. 30. Histor. mentio, idem qui in synodo Ephesina λῃστρικῇ a. C. 449. cooptatus est in locum Ibae, Edesseni, ab Eutychianis exauctorati. *Nonno*, episcopo Heliopolitano et tandem Edesseno tribuitur quoque 30000. Saracenorum conuersio, quam ad Nonnum nostrum, Panopolitem, praeter rem refert Nicolaus Abramus.

X. Ex

kk) Σωσηνᾶν, *Synesius* Epist. 43. ad Anastas. et 102. ad Pylaemenem, ubi hunc Sosenem διὰ λόγων τραφέντα καὶ αὐξηθέντα adpellat. Vnde perinotus Gerh. Falkenburgius putauit, parentem huius Nonnum haud diuersum fuisse a nostro, quod Guil. Caueo etiam et aliis viris doctis persuasum. *Fabr.* Conf. *Vossium* de poetis graecis cap. IX. p. 79. qui eum sub Theodosio iuniore, imperatore, vixisse statuit. *Caueus* in Hist. liter. script. eccl. tom. I. p. 389. ed. Basil. — *Oudinus* in comm. de script. eccl. I. p. 928. — *Io. Fabric.* in Hist. bibl. suae I. pag. 109. — *Hamberger* in zuv. Nachr. tom. III. pag. 10. (qui de Nonno eiusque scriptis iisdem agunt,) Synesii auctoritate moti aetatem Nonni adferunt an. circ. 410. Contra *Saxio* in Onomast. II. pag. 10. Nonnus videtur circ. a. 492. saltem ab Anastasii principatu non multum abesse. Add. *Du Pin* histor. eccles. vol. IV. pag. 52. *Laur. Crassi* Istoria de poeti greci etc. Neapoli 1678. fol. pag. 364. sqq. — *Eschenbach.* de poetis christianis sacris in eius dissertatt. acad. Norib. 1705. 8. p. 31. — *I. Ge. Neumann.* in diss. de Metaphrastis §. XIX. pag. 265. sq. in eius Primitiis diss. academ. Hic et Eschenb. notant putidum errorem *Caroli Paschalis*, qui in libro I. de coronis cap. 16. Nonnum collocat ante tempora Ouidii, atque somniat, Ouidium in tertio Fastorum, si quatuor versus non verterit e Nonno, saltem inde sententiam desumsisse. v. ipsum Fabr. paullo post in nota *ll.* — *Ioan. Molleri* homonymoscopiam pag. 506. sq. *Harl.*

ll) Agathias lib. IV. Hist. pag. 128. Ταῦτα γὰρ εἴ τε πρότερον ποιηταὶ ᾄδουσι καὶ οἱ νέοι παραλαβόντες συνᾴδουσιν, ὧν δὴ καὶ Νόννος ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας γεγεννημένος ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων, ἅπερ αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασται, etc. Profert deinde libri primi versum 42. et 43. Ex hoc loco colligas, longe falli *Carolum Paschalium*, qui lib. I. de coronis cap. 16. p. 50. Nonnum, Panopolitanum, Ouidio antiquiorem existimauit, vnde reprehenditur a Vossio de arte poetica pag. 57. Certe Ouidium antecedere aetate non potuit, qui S. Iohannis euangelium metaphrasi donauit.

mm) Vide infra vol. XII. p. 685. sqq. *Harl.*

X. Ex poëmatis eius, (plura enim composuisse Agathias innuit, quum Dionysiaca citans laudat Nonnum ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων,) exstant carmine heroico ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΩΝ siue *de rebus Bacchi*[nn]), libri [ ] duodequadraginta, quos ab Ethnico adhuc [oo]), scriptos esse, dubito, an adfirmare necesse sit, neque adeo in ludibrium et pudorem paganae theologiae compositos[pp]) adseuerauerim, quum potuerit poëta, licet christianus, animi causa ethnicum argumentum ingenio suo exornandum suscipere, vt quotidie in theatris nostris fieri videmus. Dubitant nonnulli, idemne sit hoc poëma [qq]) cum illo *de Gigantibus*, in quod hi versiculi leguntur lib. I. Anthologiae p. 140.

Νόννος ἐγώ, Πανὸς μὲν ἐμὴ πόλις. Ἐν Φαρίῃ δὲ
Ἔγχει φοινήεντι γονὰς ἤμησα Γιγάντων.

Sed videtur vtique his verbis respici pars Dionysiacôn, siue vt a quibusdam adpellatur, *Bassaricorum*[rr]), quae libro primo et secundo [ ] Typhoëum eiusque cum Ioue pugnam persequitur. Nam licet Bacchi res titulus operis praemittat: multa tamen alia satis fuse et copiose describit poëta. *Quare non opus, sed chaos nobis reliquit*, inquit Heinsius[ss]). *Nam vt Bacchus Indos expugnaret, Iupiter Europam rapit: et in taurum conuertitur, Typhoeus coelum expugnat, Cadmus Harmoniam ambit et exambit, Thebas condit, filias elocat; Actaeon a ca-*

nn) Titulum reprehendit *Dan. Heinsius* pag. 186. diss. et negat Διονυσιακὰ recte dici, licet bene sua alii inscripserint Κυπριακὰ, Τρωϊκὰ et similia, quia πράγματα, quod subintelligitur, male adhibeatur, quum de vno sermo sit, et dicendum sit, non τὰ Διονύσου πράγματα, sed αἱ πράξεις. Verum possit etiam subintelligi ποιήματα, deinde πράγματα, quam πράξεις mallet fortasse Nonnus, qui non modo Bacchi ipsius actiones, sed et aliorum facta et res, quae ipsum quouis modo adtingunt, persequitur. Haec autem recte Διονυσιακὰ πράγματα dici, nemo opinor negabit.

oo) Ita *Tristanus* tom. II. pag. 606. et in historia literaria scriptor. eccles. ad a. Chr. 410. Guil. Caueus.

pp) Haec *Casparis Barthii* sententia est pag. 799. ad Claudianum.

qq) Sane distinguit diserte *Lilius Gyraldus*, vt Gerardus Falkenburgius in erudita praefatione ad Ioh. Sambucum, (quam, editioni Plantinianae praemissam, in Wecheliana Dionysiacorum editione frustra quaeres, sed maximam partem libro suo de poetis graecis inseruit Laurentius Crassus,) cum nescio quo auctore, sola, vt reor, coniectura ductus duos illos versiculos, qui in Anthologia leguntur, vel ab ipso Nonno vel alio, ipsius perquam studioso, Dionysiacis olim praefixos fuisse dixisset, *neque enim amplius sunt audiendi*, inquit, *qui aliam ex illis Nonni gigantomachiam commenti fuerunt, quum ipse in Dionysiacis Indos Gigantes adpellet.*

rr) Idem plane sonat Bassarica et Διονυσιακά. Hinc Suidas in Βασσαρικὰ et Σωτήριχος memorat *Sotericki*, Oasitae, poetae epici, Diocletiano imperante clari, Βασσαρικὰ ἤτοι Διονυσιακὰ libris IV. Bassarica etiam scripsit heroico carmine *Dionysius Samius* teste Eustathio prolegom. ad Dionysium periegetem et Stephano Byz. qui XVIII. librum laudat in Βώλιγγα. Nimirum Bacchus Orpheo hymn. 44. Βάσσαρος atque Horatio lib. I. Od. 18. *Bassareus*, (Hebraeis בסר, omphax). Etiam βασσάρα denotat pallam talarem Bacchicam, teste *Polluce* VII. 13. et Hesychio, vnde Bassarides, ministrae Bacchi, schol. Persii Sat. I. v. 102. *Bassaridum vates* apud *Auienum* pag. 97. edit. Grotii, et *comae Bassaricae* apud *Propertium* III. 15. 30.

ss) Pag. 184. diss. in Dionysiaca.

a canibus difcerpitur, Proferpina a Diis amatur; Zagreus nafcitur, mundus diluuio interit. Poft haec omnia Bacchus tandem nafcitur. Tantae molis erat, Deum orbi terrarum dare, qui in amphora habitaret. Quare ante natum eum, cuius gefta defcribebat, fex aut feptem immanium voluminum argumenta dilapidauit et confumfit, quorum nullum eiusdem cum reliquis eft argumenti, fed tot fieri opera poffint, quot funt ipfa. Primum effet ἡ Εὐρώπης ἁρπαγὴ *vel* Εὐρώπη, *fecundum* ἡ Τυφώεος μάχη *aut* Γιγαντιάς. *Tertium* Κάδμου καὶ Ἁρμονίας Γάμοι. *Quartum* Καδμεία *fiue* αἱ Κάδμου πράξεις. *Quintum* Δηοῦς μνηστεία ἢ γάμοι *Sextum* Ζαγρέως γοναί. *Septimum* αἱ Διονύσου γοναί. *Sequentia non minus funt intricata, ita vt tertio et vicefimo Indica adgrediatur, quum in tertio et decimo Catalogum propofuerit. Quare totum opus epifodium eft et epifodiis caret: nihil enim eft praecipuum, nulla operis* κατάστασις, *nihil* ἐπάλληλον *et quod ita cohaereat, vt eo pofito alterum fequi fit neceffe. Nihil tale, quo pofito aliud a poëta, fed tamen conueniens priori extendendi cauffa operis et exornandi poffit addi. Quo decepti veteres, quia diuerfa argumenta non tractauit, fed confudit, diuerfa quoque opera illi adfcripferunt. Vnde illud cuiusdam veteris, quafi* Γιγαντιάδα *fcripfiffet, pars operis, quae de Typhoëo agit. Nifi Indos intellexerit, quod Falkenburgio videtur.* Citat Nonni Dionyfiaca praeter Agathiam Euftathius ad Homerum plus fimplici vice, et Etymologici Magni auctor in Διώνυσος. Saepius etiam illius teftimoniis, antequam typis exfcriberetur, vfus eft *Politianus* cap. 11. 12. 28. 80. Mifc. et femel *Natalis Comes* V. 13. Mytholog. qui per *Demarchum* videtur Etymologici Magni auctorem denotare[tt]). Tumidum ac prope Dithyrambicum fcribendi genus, Baccho fcilicet congruens, multi in hoc opere notarunt, in vituperationem [?] plerique[uu]), pauci in laudem, vel ita vt excufarent[vv]). Certe ingenium et copiam,

tt) Diffentire *Saxium* in Onom. II. pag. 160. iam fupra in vol. VI. pag. 595. not. *c.* obferuaui. Noftrum enim Fabricii locum dum refpicit, negat, *Etymologici M.* auctorem a *Natali Comite* V. Mytholog. cap. XIII. p. 405. defignatum effe videri, et, „quamquam, ait, iidem verfus apud *Etymologici* fcriptorem obuii funt p. 280. nr. 9. quos *Natalis Comes* apud *Demarchum* reperiri teftatur; tamen non recte cogitur, *Natalem* eodem loco et numero Etymologici auctorem, atque *Demarchum habuiffe.* Immo *Natalis* ad hunc *Demarchum* refpexiffe videtur, qui a Grammatico *Ariftophanis* ad Aues 1403. excitatur Δήμαρχος ἐν τῷ περὶ Διονυσιακῶν ἀγώνων, a *Ionfio* tamen de fcriptor. hift. philofoph. libr. I. cap. XVI. §. 3. p. 102. et *Stephano Berglero*, in *Dicaearchum* mutatus, in indice fcriptorum fcholiaftis *Ariftophanis* apud Fabric. B. Gr. [fupra vol. II. pag. 396. voc. *Demarchus* et p. 397. voc. *Dicaearchus*,] et ab ipfo *Natali* eodem in loco pag. 413. aliter editus: *Demarchus in certaminibus Dionyfiacis.*“ *Harl.*

uu) *Iof. Scaliger* epift. CCLXXVI. feq. ad Dan. Heinfium et CCXXVII. ad Salmaf. *Heinfius* in diff. de Nonni Dionyfiacis, *Petrus Cunaeus* in animaduerfionibus ad Dionyfiaca. *Petrus Rapinus* reflex. fur la poetique p. 168. 176. *Lud. Balfacius* diff. ad Andream San-Dionyfium p. 85. *Nonnus c'eftoit un peintre de chimeres et Hippocentaures. Ses penfées je dis les plus fobres vont bien au de là de l'extravagance ordinaire* etc.

vv) Falkenburgius praef. ad Nonnum, vbi plura in eius laudem ac de vfu ex lectione ipfius capiendo: *Voffius* III. inftitution. poetic. c. 16. §. 6. p. 89. *Olaus Borrichius* diff. de poetis p. 18. *Cafp. Barthius* VII. aduerfar. c. 21. *Eruditum et grandiloquum poetam* vocat Nonnum *Muretus* XII. 10. Var. lect. *Poetam mirificum* Politianus. *Fabr.* Add. quae collegit *Adr. Baillet* in Jugemens des Savans, ed. Amftel. 1725. 4. tom. III. nr. 1189. pag. 293. fq. de Nonni Dionyfiacis et Metaphrafi euangelii Ioan. *Harl.*

piam, eruditionem, epithetorumque ww) vtut audacium quandoque, vbertatem et adfluentiam largiuntur etiam illi, qui parenthyrsos et vitia illius atque ἀκυρολογίαν acrius reprehendunt.

XI. *Codd. et Editiones* ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΩΝ.

[Secundum *Nesselii* cat. codd. caesar. Vindob. part. IV. *Dionysiacor.* sunt libri XLVIII. in cod. XXVIII. — in cod. XLV. quo vsus est Falkenburgius, quum Dionysiaca primum in lucem ederet. — in cod. LI. tomus alter; in cod. LII. ex cod. Fugger. *Augustae* Vind. a Georg. Wurffel. a. 1561. exscriptos. *Monachii* in bibl. elect. codd. CCVI. et CCIX. sed non sine lacunis, ait confector cat. codd. gr. Bau. pag. 76. — *Venetiis* inter codd. I. Car. Grimani, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 40. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVI. nr. 2. plut. 32. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 141. — *Romae* in bibl. Alex. Petau. in Vaticana *Nonnii* collectio graec. historiarum et Dionysiaca. — In bibl. *Scorial.* duo codd. quorum alter continet 48 libros Dionysiac. alter autem 24. libr. v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 86. A. et pag. 622. B. — Idem tom. I. pag. 287. E. sic memorat cod. *Ottobon.* Romae: *Nonnus Panopolitanus, gr. cod. recens*, sed non addit, num eius sint Dionysiaca, nec ne? — De *Escorial.* codd. v. quoque *Plüer* itinerar. per Hisp. pag. 134. *Harl.*]

Cum nec Aldus, cui a Iohanne Lascari commendatus fuerant, neque Io. Oporinus, qui ex Italia exemplar eorum acceperat, Dionysiaca Nonni in lucem edidisset, primus ea luculentis Christoph. Plantini typis *graece* cum eruditis castigationibus suis et indice locupletissimo, *Guilelmique Canteri* emendationibus, vnico tantum constantibus folio, vulgauit *Gerardus Falkenburgius*, Nouiomagus, Antwerp. 1569. 4. xx) ex MSto codice *Ioannis Sambuci*, Pannonii, qui Arsenii, Monembasiae archiepiscopi, olim fuit et XLV. aureis a Sambuco Tarenti fuit redemtus, hodie vero vna cum duobus vel tribus eiusdem operis codicibus adseruatur in bibliotheca caesarea Vindobonensi. Interim Parisiis *Carolus Vtenhouius*, Caroli filius, quatuor codicibus MSS. vsus Dionysiaca Nonni castigare et latine vertere adgressus fuit, et Iohannes Forestius in litteris, ad Eliam Putschium datis, 12. Iul. a. 1605. scripsit in hanc sententiam: *Nos quoque, si Diis placet, dum γόνυ χλωρὸν est, conamur tenues grandia, Nonni Dionysiaca in latinum sermonem vertimus, adnotatiunculasque quasdam et coniecturas nostras addemus; scatet enim foedissima proluuie mendorum.* Eo ipso anno 1605. 8. opus hoc *graece et* [?] *latine* typis Wechelianis apud Claudium Marnium et haeredes Iohannis Aubrii, excusum est Hanouiae cum latina versione prosaria *Eilhardi Lubini*, Falckenburgiique indice et castigationibus, cui edi-

ww) Vide Conradi Dinneri praefationem ad Epitheta graeca Hanou. 1605. 8. qui Nonnum *Midam alterum epithetorum* adpellat.

xx) Inscriptio edit. haec est: *Nonni Panopolitae Dionysiaca*, nunc primum in lucem edita, ex bibliotheca *Ioannis Sambuci*, (graece) cum lectionibus et coniecturis *Gerarti Falkenburgii*, et indice copioso. Antwerp. Chriph. Plantin. 1579. huic anno, at, credo, vitiose adferitur edit. ab Hambergero. Nam in catal. bibl. Leid. p. 268. memoratur edit. a. 1569. 4. addita nota, in illo exemplari infinita post editionem manu eiusdem Falkenburgii esse emendata, atque *Alberti* in epistola ad Fabricium, (in huius vita, a Reimaro conscripta, p. 215.) scripsit, se nactum esse Nonni Dionys. a. 1569. exemplar cum vberrimis notis msst. ineditis *Dan. Heinsii. Harl.*

editioni a. 1610. nouus titulus praefixus et latini interpretis nomen omissum, *Petrique Cunaei*[yy]) praemissa praefatio, et subiunctus eiusdem Cunaei liber animaduersionum in Nonni Dionysiaca, vna cum *Dan. Heinsii* dissertatione et *Iosephi Scaligeri* coniectaneis, ex editione Lugd. Bat. 1610. 8[zz]). Extant etiam Dionysiaca Nonni cum Lubini versione in Corpore Poetarum graecorum heroici carminis, quod a se recensitum cum Variis Lect. et notulis in margine vulgauit *Iacobus Lectius* Geneu. 1606. fol. In bibl. Petri Francii fuere Nonni Dionysiaca cum castigationibus MS. Iof. Scaligeri, Dan. Heinsii, Claudii Salmasii et Matthaei Sladi.

XII. ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΓΙΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

Metaphrasis epica Euangelii S. Iohannis[a]).

Eumdem quidem esse, qui Dionysiaca et qui hanc Metaphrasin condidit, Nonnum, Panopolitanum, collata inter se Suidae et Agathiae testimonia, et idem in vtroque opere poetae genius dubitare nos non sinit. Easdem quoque in hac virtutes suspiciunt, vitia eadem reprehendunt viri docti, aliaque insuper notant, quibus placuit acerrimo iudicio ac censurae suae hunc poetam subiicere. Saltem illos audiendos non existimem, qui haeresibus Manichaeorum, Origenistarum, Arianorum et nescio quibus non patrocinatum in hac Metaphrasi Nonnum scribunt, quum ad eiuscemodi criminationes cuicumque impingendas clarioribus et manifestioribus argumentis sit opus. Missis igitur illis codices et editiones eius Metaphraseos Iohanneae potius referre iuuat:

XIII. [*Codd. MSSt. et*] *editiones graecae.*

[*Romae* in Vaticana bibl. paraphrasis in Ioann. teste *Montfauc.* in bibl. bibl. MSSt. I. pag. 133. C. — *Oudin.* l. c. p. 929. tradit, id opus exstare gr. in bibl. Vaticana ex cod. Heidelberg. nr. 90. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 145. plut. 7. in quo, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 225. scribit, Nonni paraphrasin concordare cum ed. Sylburg.

yy) Emendandus *Bailletus* tom. IV. de poetis pag. 510. vbi Petrus Scriuerius in praefatione Dionysiacorum Nonni citatur.

zz) Haec edit. duobus tomis constare videtur. In meo enim exemplo inscriptio quidem est: Νόννε — *Nonni Panopolitae* Dionysiaca. *Petri Cunaei* animaduersionum liber. *Danielis Heinsii* diss. de Nonni Dionysiacis et eiusdem paraphrasi. *Iosephi Scaligeri* coniectanea: Cum vulgata versione et *Gerarti Falkenburgii* lectionibus. Hanouiae typis Wechel. CIↃIↃCX. 8. ac Gerarti quidem Falkenburgii praefat. eiusque lect. et coniecturae leguntur a pag. 1308. tum sequitur index rerum et verborum, denique in quatuor paginis index erratorum in Non. Sed desunt *Cunaei* animaduerss. *Heinsii* diss. et *Scaligeri* coniectanea. — Cunaei praemissa epist. nuncupatoria recusa est in eius orationibus et aliis opusculis latinis, etc. Lipsiae 1735. 8. pag. 493. sqq. — *Gallica versio* in soluta oratione: Les Dionysiaques, ou les Voyages, les Amours et les Conquestes de Bacchus aux Indes. Traduites du Grec de Nonnus Panopol. Paris. 1625. 8. prodiit. *Harl.*

a) Iudicium fert de Nonno *Dan. Heinsius* in prolegomenn. ad suum Aristarchum pag. 669 — 697. vbi de vitiis carminum eius copiosus est, eique tribuit haeresin Arianam, idque pluribus argumentis probare studet. *Heum.*

burg. 1596. a versu primo vsque ad v. 1469. reliqua autem deesse; identidem tamen cod. ab edit. differre, ex eoque supplet versus MC. pag. 80. lacunam: Ζωῆς γὰρ πέλεν. εἶδαρ ἐτήτυμον ἡμετέρῃ σαρξ. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXX. nr. 9. paraphrasis etc. *Mosquae* in bibl. synod. *Nonni* in Ioan. commentaria, teste *Schiada* in cat. codd. Mosq. pag. 52. *Harl.]*

Prima Aldi Manutii, Venet. 1501. 4. *Fabr.* Hunc annum perperam indicari necesse est. Nam in fine carminum Gregorii Nazianzeni, quae a. 1504. 4. edidit, demum pollicetur Aldus editionem Nonni, vt ipse vidi oculis meis. *Heum.* Et Veneta et Romana ed. dubia et vero adulterina esse videtur. In *Arvood* (Harwodii) Prospetto di varie Ediz. degli Autori classici a Pinello edito, Venet. 1780. 8. pag. 158. neque Venetae, neque Romanae editionis fit mentio; at in recentissima illius libri ed. inscripta: Degli Autori classici — Biblioteca portatile, part. I. Venet. 1793. 8. vtraque sic memoratur: *Paraphrasis in Ioannem* gr. 4. Venet. Ald. sine anno. Asserindo Aldo nell' Indice de versi greci di S. Gregorio Nazianz. da lui stampatà nel 1504. di aver pubblicato Nonno tre anni addietro, perciò quest' edizione dev' essere del 1501. — et altera: — graece 4. *Aldus* 1508. Fabricio cita un' altra edizione di Roma di quest' anno medesimo, ma alcuni credono che abbia fatto equivoco coll' Aldina. — In Serie dell' Edizioni Aldine, Patav. 1790. vna tantum Aldina edit. commemoratur: in indice quidem sic: *Nonni* Paraphrasis, sine anno 1508. et ad h. a. siue p. 29. simpliciter quidem, sed p. 152. in indice librorum Aldin. sine anni nota, prouocatur quoque ad Aldinum indicem, addita animaduersione: perciò quest' edizione si conosce del 1501. — Nec binarum illarum memoriam deprehendi excitatam a Maittario ac Panzero in A. T. nec a Denisio, neque a de Bure, et ab Audiffredio, neque a Lairio, neque in iis, quos equidem consului bibliothecar. catalogis, excepto catal. bibl. Leid. in quo pag. 60. sic memoratur: — „*eiusdem* (Nonni) versio poetica euangelii Ioannis, graece: sed cursiuis, vti dici solent, litteris expressum additur: *Venetiis 1501. vt est adscriptum a Francisco Nansio, qui, vt videtur, nonnullis in locis restituit.*" Quae quum ita sint, spuria sane esse videtur *Romana* edit. a Caueo et a *Posseuino* in Adparatu h. v. citata, aut confusa cum alia romana, a *Pinellio* Harwoodii indici addita p. 158. — atque ab *Hambergero* ex catal. bibl. *Paris.* quondam regiae, belles Lettres tom. I. p. 269. et Theol. p. 312. et 335. citata:

— *paraphrasis euangelii secundum Ioannem*, graeco carmine, studio *Demetrii Ducae*, Cretensis, edita. Romae 1526. 4. Atque *Hamberger* illam edit. iure principem esse iudicat. *Harl.*

Romana 1508. Caueo memorata.

Hagenoensis apud Iohannem Secerium 1527. 8. *Fabr.* Cum epistola *Phil. Melanchthonis*, nuncupat. ex qua patet, ab eo multa loca esse emendata. Exemplari, quod est in bibl. publ. Leidensi, multa vir doctus adscripsit, secundum catal. illius bibl. p. 60. *Harl.*

Franco-

Francofurtenſis a. 1541. apud Petrum Brubachium. 8. *Fabr.* — Praemiſſa ſunt Ὁμηρόκεντρα v. quae ſcripſi in ſupplem. ad breuior. notit. litter rom. part. II. p. 352. *Harl.*

[P] Pariſienſis a. 1541. apud Iacobum Bogardum.

A. 1556. Pariſienſis altera apud Martinum Iuuenem, quibusdam in locis correctior, ſed non paucis etiam, notante Nanſio, magis corrupta.

Colonienſis [b]) 1566. apud Maternum Cholinum, ex auctiore Ioh. Bordati editione, et 1588. ex editione Martini Iuuenis.

Goslarienſis, maioribus typis cum copioſo indice graeco verborum, Sylburgianae veſtigiis inſiſtens 1616. forma octaua maiore

Editiones latinae.

Chriſtophori Hegendorphini proſaria interpretatio (admodum) infelix cum homilia Chryſoſtomi de magiſtratibus et poteſtatibus, Hagenoae ex officina Ioh. Secerii 1528. 8. et Pariſ. 1542. apud Iacobum Bogardum. [Hal. Sueu. 1540. 4. in cat. bibl. Tigur. tom. II. pag. 186.]

Erhardi Hedeneccii, medici, interpretatio itidem proſaria, in bibliotheca patrum tomo VI. part. I. edit. Colon. et edit. nouiſſimae Lugd. tom. IX. ex interpretatione *Iohannis Bordati* et *Hedeneccii* a Franciſco Nanſio plurimis in locis emendata.

Vlrici Bollingeri, metaphraſis metrica, ex recenſione Pauli Meliſſi, Schedii. Spirae 1596. 8.

Graeco - latinae.

1. Cum proſaria verſione *Iacobii Bordati* Biturigis, qui ex MS. codice Iacobi Salomonis Interaquaei teſtatur, ſe complures verſus antea omiſſos reuocaſſe [c]). Pariſ. 1561. 4. ex officina Caroli Perieri, additis ad calcem pauculis variis lect. Praecipue capiti XVI. addidit verſus 38. quos tamen Frid. Sylburgius negat ſe in Palatino MS. reperiſſe, neque ſibi videri Nonni referre ſtilum: etiam Nanſius in curis ſecundis multa in illis ſuſpecta ſibi et Nonni genio non ſatis conuenire teſtatus eſt.

2. Cum

b) Sylburgius, qui in epiſtola nuncupatoria magnus fuit ingenii ſtilique Nonn. admirator, in praefat. diligenter recenſuit editt. ſuperiores, et notauit, Martinum Colinum in priore edit. expreſſiſſe edit. Bordati, ſed graeca ita negligenter tractaſſe, vt etiam errata typographica, quae Bordatus in ſua edit. indicarat, inemendata reliquerit: a. autem 1588. miſſa Bordati editione, Pariſienſem a. 1556. ſequutum, omiſſis vsque ad XVI. caput omnibus illis verſibus, quos Bordatus addiderat, ſexto tamen decimo capiti vnicum a Bordato adiectum verſum inſeruiſſe; vid. not. ſeq. *Harl.*

c) np. 80. verſus: ſed, notantibus Nanſio et Sylburgio, ſi adcuratius ſumma computetur, pro LXXX. tantum LXVII. verſus a Bordato adiecti ſunt. Nam ſexto capiti vno eodemque in loco XXXVIII. verſus ab eo ſunt additi; ſeptimo vnus, vltimus ſcilicet; duodecimo, decem; decimo tertio, vnus; decimo quarto, ſex; decimo quinto, quatuor; decimo octauo, tres; reliquis nihil plane additum. *Harl.*

2. Cum verſione itidem proſaria *Erhardi Hedenecci*, Baſil. 1571. et 1577. apud Petrum Pernam atque 1588. Sed et Pariſ. 1578. 8. apud *H. Stephanum*, qui verſionem aliquot locis emendauit. Tum apud Commelin. 1596. 8. additis *Friderici Sylburgii*, (qui MStum codicem Palatinum contulit,) notis et graeco indice. Haec Sylburgii editio recuſa Lipſ. [primum Lipſiae, 1613. 8. quam edit. habeo et *Baumgarten* in Nachrichten von merkw. Büch. tom. VII. pag. 118. ſq. breuiter recenſuit, ibid. 1618. 8. in Menken. cat. I. pag. 53. *H.*] — Lipſiae 1629. 8. *Fabr.* — *Sylburg.* ne ex Nanſii laboribus aliquid decerperet, ſequutus editionem, vt a Perna et Stephano expreſſa eſt, ſuam ita inſcripſit: Νόννȣ — *Nonni Panopolitani* metaphraſis euangelii ſecundum Ioannem verſibus heroicis: cum ms. cod. Pal. collata; breuibus notis illuſtrata; verborum indice aucta; rectius aliquot in locis verſa. Opera *Frid. Sylburgii*, Veter. In notas coniecit et V. L. codicis et ſuas coniecturas, tam illos XXXVIII. verſus, quos Bordatus in cap. VI. inſeruerat, ſed neque cod. Palat. habet, neque Nonni ſtilum referre ait Sylburg. — Stephan. edit. a *Maittario* A. T. III. pag. 773. pleniore titulo refertur: *Homerici Centones et Probae Falconiae Centones Virgiliani;* Vtrique in quaedam hiſtoriae ſacrae capita ſcripti; *Nonni paraphraſis euangelii Ioannis graece et latine;* excud. Henr. Stephanus. 1578. 12. In epiſtola nuncupatoria, cuius partem idem Maittaire excudi fecit in nota *d.* ait Stephanus, ſe Nonni poemati adpoſuiſſe Erhardii *Aedenеccii* (ſic) interpretationem, paullo fortaſſe meliorem aliquot in locis factam. *Harl.*

[✝] 3. Cum verſione Bordati et Hedenecii, ſed a *Franciſco Nanſio* emendata, et perquam vtili inſtituto additis e regione graecis Iohannis, euangeliſtae, verbis, verſiculorumque numeris. Lugd. Bat. 1589. 8. apud Franciſcum Raphelengium. Hic Nanſius praeter verſus LXVIII., a Bordato additos, ipſe ex ingenio ſuo interſeruit verſus 369. vncis incluſos vel minori charactere expreſſos. Notas etiam eruditas et caſtigationes addidit, atque in his *Hadriani Iunii* pauculas correctiones, quas editioni Hagenoënſi a. 1527. manu ſua ille adſcripſerat. Curas ſecundas in Nonnum Nanſius edidit ſexagenario maior a. 1593. 8. In bibl. Petrii Francii V. C. fuit Nanſii editio cum MSS. Sopingii emendationibus. *Fabr.* Nanſius in praef. de editt. antecedentibus iudicauit, et notis ſuis peculiarem praefixit inſcriptionem. Is quamquam in titulo gloriatur, paraphraſin antehac valde et corruptam et mutilam, nunc primum emendatiſſimam et perfectam atque integram comparere, et in notis multa non vulgaria tractari ac varios auctorum locos corrigi aut illuſtrari, et a quorumdam παραδιορθώσει vindicari, atque editio ipſa haud parui eſt aeſtimanda: tamen et alii critici multa in iſta deſiderarunt, et ipſe Nanſius tum in *curis ſecundis*, in quibus, ait, quaedam a nemine hactenus obſeruata notantur in alios etiam auctores, addidit multa, (v. *Baumgart.* Nachricht. l. c. p. 115. ſqq.) tum in ſcriniis reliquit. In biblioth. enim *Leidenſi* eſt non ſolum exemplar edit. 1589. cum mstis adnotationibus *Ant. Aemilii*, vid. cat. pag. 60. ſed etiam pag. 336. inter MSS. et cum MSS. collatos Graecos nr. LIII. enumeratur opus octo voluminibus conſtans, in quo inſunt: „Panopolitani verſio poetica euang. ſecundum Ioannem. gr. et lat. per Io. Bordatum, Pariſ. 1561. quam contulit cum aliis editt. correxit et vehementer auxit Fr. Nanſius. Alterum exemplar eiusdem edit. et eodem chirographo. Item paraphra-

ſis eadem ſcripta a Fr. Nanſio; eiusd. notae in eam editae Lugd. Bat. 1589. ſed correctae et auctae manu eiusdem. Praeterea aliud volumen, continens curas ſecundas Nanſii, quod typos exercuit. Item emendanda et mutanda et addenda ſimiliter. Idem index in N. et notas gr. ac lat. Item *Thomae Peotiſii ex Viana* rhapſodiae ad eiusdem Nonni tria priora capita. Denique craſſiſſimum volumen, cui inſcribitur; Fr. Nanſii in Nonni paraph. euang. Ioan. iam primum ſuo nitori reſtitutam et CCCLXIX. verſibus auctam." — In cat. bibl. *Bernenſis* tom. I. citatur, num recte? neſcio, edit. paraph. gr. et lat. edente Fr. Nanſio, Plantin. 1599. 8. *Harl.*

[— Paraphr. ab *Erh. Hedeneccio*, gr. lat. Lipſiae 1604. 8. — Eadem gr. lat. Lugduni 1620. 12. in Pinelli catal. II. p. 288. nr. 4305. et 4306.

In cat. *Askew.* p. 96. occurrit: *Nonni paraphr. euang. Ioann.* gr. lat. cum animadverſſ. P. Cunaei; D. Heinſii diſſ. de Nonni Dionyſ. et Ioſ. Scalig. coniectura (ſic.) Hanou. 1610. 8. Sed vereor, ne confuſus ſit titulus cum edit. illius anni Dionyſiacorum. *Harl.*]

4. Ingolſtadii a. 1614. 8. [rec. in bibl. patrum, Par. 1644. tom. XIV.]
5. Cum notis *Nicolai Abrami*, S. I. Pariſ. apud Sebaſt. Cramoiſy, 1623. 8.
6. Inter alios poëtas chriſtianos, in adpendice ad bibliothecam patrum Bigneana. Pariſ. 1624. fol.
7. Cum *Danielis Heinſii* Ariſtarcho Sacro, quo Nonni Metaphraſin cenſurae, paullo quidem, vt mihi videtur, acerbiori ſubmiſit. Lugd. Bat. 1627. 8. Ariſtarchus ſacer, omiſſa ipſa Nonni Metaphraſi, ſubiectus etiam legitur *exercitationibus Heinſii in nouum foedus*, ibid. 1639. fol. ex officina Elzeuiriana. Apologiam Metaphraſeos Nonnianae aduerſus Heinſium ſcripſit ſingulaque ipſi obiecta breuiter diluere conatus eſt *Caſpar Vrſinus*, Islebienſis, in Nonno rediuiuo, Hamb. 1667. 8. [add. *Baumgart.* Nachricht. l. c. pag. 119. ſqq. *Harl.*]

IX. *Iohannem Grammaticum Gazaeum* in ἐκφράσει [d]) *tabellae vniuerſi*, inſiſtere Nonni veſtigiis, *Ianus Rutgerſius*, qui illam graece edidit [ex cod. Scaliger. qui exſtat in bibl. Leid.] obſeruat. lib. II. cap. 7. Var. Lect. *Quo autem tempore vixerit, nullis argumentis diuinare potui, niſi quod Nonno, quem non multo poſt Theodoſium floruiſſe conſtat, poſteriorem fuiſſe, vel ipſum carminis exordium euincit. Non enim in eo elocutio tantum, et ea, quam Graeci vocant* ἔννοιαν, *tota Nonni eſt, ſed ne a familiaribus quidem ipſius verbis ſibi temperare potuit - - Quin et integros nonnumquam ex eo verſus ſumſit, qualis ille:*

Πυκνὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ὄμβρον ἐρώτων.

Quam

d) Conſtat verſibus heroicis 701. *Rutgerſii* variae lect. prodierunt Lugd. Bat. 1618. 4. [Titulum: ἔκφρασις τοῦ κοσμικοῦ πίνακος τοῦ ἐν Γάζῃ ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ſcripſit Fabr. in Addend. ad vol. III. ad pag. 87. (ſiue in hac n. edit. vol. IV. pag. 171. §. XX. vbi memorari debuerat,) notauitque, verſibus eam conſtare 726. iambicis, et *Barthium* ad Guil. Britonem pag. 747. animaduertiſſe, eam deſcriptam eſſe verſibus paene Nonniacis. *Harl.*

Quam nimis familiarem licentiam venustissimo ὑποκορισμῷ Phalereus μετάθεσιν vocat. Nonno tamen castigatior ac tersior est.

[P] XV. Solet etiam ad hunc *Nonnum*, velut auctorem, referri Commentarius siue collectio et expositio historiarum fabularumque ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ *in Gregorii Nazianzeni Oratt. siue Steleteuticas duas aduersus Iulianum*, Augustum, τὸν παραβάτην, iam defunctum[e]. Graece ex codice bibl. Vindobonensis edidit *Rich. Montacutius*, Etonae 1610. 4. vt supra in Greg. Nazianzeno dictum. Latine tantum ex versione *Iac. Billii*, qui codice bibl. Remensi vsus est, prodierunt in latina Paris. 1570. fol. et graecolatinis operum Nazianzeni editionibus, Paris. 1609. et 1630. et Lipsiae 1690. fol. Ad verbum quaedam ex illo, licet non nominato, subinde profert Suidas, vt in Μαγεία, Μίθρας, et alibi, quod Neocoro pulchre notatum. Ceterum vir doctissimus Rich. Bentleius iudicat, commentarium hunc *Patris Nonni*, vt Billius edidit, siue *Nonni Abbatis*, vt in Catalogo MSS. bibl. Scorialensis exhibet in calce Adparatus Sacri Posseuinus, ob nonnullas hallucinationes et in rebus, quas Nonno, poëtae, perspectissimas fuisse docet, lapsus, illo esse indignum; praecipue quum in codice Vindobonensi, vt ex Montacutii edit. pag. 127. et *Lambecio* tom. III. de bibl. Vindob. pag. 207. [pag. 452. sq. ibique Kollar.] adparet, nullum auctoris nomen exstet, et commentarius hic ad *Maximum* quemdam referri videatur a *Iohanne Tzetza* Chiliad. IX. v. 865.

Περὶ τοῦ λέγοντος χρησμοῦ τὰς Θετταλὰς τὰς ἵππους
Μέμνηται μὲν καὶ Μάξιμος ἱστοριῶν τοῖς λόγοις
Ἃς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ μέγας.
Ἔπος δ' οὐδὲν οὐδὲ βραχὺ τῶν τοῦ χρησμοῦ εἰρήκει.

Vide laudati *Bentleii* dissertationem de epistolis Phalaridis editam anglice Londini a. 1699. pag. 24-26. Ceterum in Nonni commentario equarum Thessalicarum quidem ali-

 quam,

e) Vide supra in h. vol. pag. 429. sq. 405. not. 11. 432. et p. 389. *Oudin.* l. c. pag. 647. — Add. codd. citatos in cat. codd. *Vindob. Nesseliano*, gr. in part. I. p. 199. cod. CXX. nr. 2. et 3. p. 213. cod. CXXVI. nr. 55 — 57. — p. 216. cod. CXXX. nr. 3. — pag. 347. cod. CCXLVII. nr. 8. Conf. *Lambec.* comm. III. p. 454. cod. LXXIX. nr. 54 — 57. ibique not. Kollar. — p. 505. sqq. cod. XCIX. nr. 3. cum nota Kollar. et cod. C. nr. 3. etc. — item in codd. gr. bibl. regiae *Taurinensis* VIII. nr. 2. collectio s. explanatio historiarum, quarum meminit *Gregorius Theologus* in orat. in sancta lumina, ex quo confector cat. codd. gr. Taur. pag. 71 sqq. magnam partem gr. exscripsit cum versione lat. In eod. cod. nr. III. collectio et enarratio historiarum, quarum meminit Gregorius in funebri laudatione Magni Basilii; sed interiit magna pars illius opusculi; denique nr. 4. collectio et explanatio historiarum, quarum meminit Gregor. in prima et secunda oratione in Iulianum, quod opusculum in cod. haud perfectum, quoad differat ab edit. et interpretatione Billii, itidem in mem. cat. p. 72. sq. monstratur. — *Vindob.* in cod. CXC. nr. 7. secundum Nessel. cat. part. IV. p. 108. est *Nonni* narratio historica de morte Homeri, a Gregorio Nazianz. in scriptis suis memorata. — De loco quodam (Dionys. libr. XLIII. pag. 1134. v. 32. ed. Hanou.) v. criticas *Wernsdorfii* atque *Kinderlingii* animaduerss. in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 164. et 165. *Harl.*

quam, at nullam reperio χρησμῶ illius, a Tzetza memorati, mentionem. Et conſtat, quod praeter Nonnum Maximus, confeſſor, loca difficilia Nazianzeni illuſtranda ſibi ſumſit, vt fecerunt etiam Elias Cretenſis, Baſilius Caeſareenſis, (magno illo iunior,) Nicetas Serronius, Mich. Pſellus aliique. Prodierunt *Maximi* ſcholia in Nazianzeni locos difficiles cum latina verſione *Iohannis Scoti Erigenae*, Oxon. 1681. fol.[f]) et a Nonni commentariis diuerſiſſima ſunt. Ceterum quicumque iſte fuerit *Nonnus*, ſiue noſter ille, ſiue a Panopolitano noſtro, vt doctiſſimo viro libenter largior, diuerſus, [691] non contemnenda quaedam nec lectu iniucunda ad Nazianzenum illuſtrandum adnotaſſe, aequis aeſtimatoribus videbitur. *Dionem*, commentatorem, ὑπομνηματογράφον, citat hiſt. XXXVII. *Ariſtaeneti*, rhetoris, meminit hiſt. XXXII. ad orat. 2. Alexandriae ſe fuiſſe teſtatur hiſt. XXXIII.

XVI. Nonno ſubiungam GEORGIVM[g]), PISIDEM, a patria dictum, magnae eccleſiae CPolitanae diaconum chartophylacem[h]) atque referendarium, quem nonnulli male con-

f) Vide ſupra in h. vol. p. 450. *Harl.*

g) In MSS. nomen diuerſimode ſcribitur: Πισίδου, Πισίδης, Πισσίδης, Πισιδᾶς, atque eos, qui Piſidiam patriam habebant, Stephanus Byz. quoque teſtatur Πισίδας et Πισιδᾶς adpellari. *Fabr.* Plura de Georgio Piſide narrant *Voſſ.* de hiſtor. gr. II. cap. 23. p. 219. et de poetis graec. cap. IX. p. 82. *Caue* in hiſt. litt. ſcriptt. eccl. tom. I. ad a. 640. — *Oudin.* in comment. de SS. eccl. ad a. 640. tom. I. p. 1613. ſqq. qui ipſe profitetur, ſe *Leonis Allatii* narrat. de Georgio, Piſide, in diſſ. de Georgiis et eorum ſcriptis, pag. 308 — 312. edit. regiae contraxiſſe. — *R. Ceiller* Hiſt. gen. des Aut. eccl. tom. XVII. p. 532. — *Hamberger.* z. Nachr. III. p. 488 ſqq. qui poſt a. 640. collocat Georgii Piſ. aetatem. — *Saxius* in Onom. II. pag. 74. qui a. 620. eum floruiſſe notat, et in Anal. ib. pag. 541. laudat *Moshem.* inſtitutt. hiſt. eccleſ. ſaec. VII. part. 2. cap. II. §. 5. *Harl.*

h) *Referendarium* vocat Nicephorus XVIII. 48. et codex MS. apud *Lambec.* V. pag. 19. *Fabr.* ſ. pag. 44. ed. Kollar. de cod. caeſar. CCIX. in quo nr. 7. eſt Γεωργίου Διακόνου καὶ Ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδη εἰς τὴν ἑξαήμερον. Sed deſinit in loco de vermibus ſericis. Praeter ea in eod. vol. V. p. 221. ſqq. cod. CCXLI. continet *Ioannis, patriarchae Antiocheni, eclogas aſceticas* ex variorum ſcriptorum eccleſ. in his *Georgii Piſid.* opp. deſumtas. — In cod. XLVIII. nr. 1. eſt poema de ſex dierum opificio mundi, inſcr. τοῦ σοφωτάτου Κυρίου Γεωργίου τοῦ Πισσίδου περὶ ζώων. Plura v. in *Lamb.* comm. VI. part. II. p. 367. ſq. — Fragmenta ex illo poemate ſunt in expoſitione Pſalmi C. ab anonymo ex pluribus ſcriptoribus collecta, in cod. CLXXXVIII. nr. 22. v. *Lamb.* IV. pag. 457. ſq. — *Monachii* in cod. Bauar. elect. LI. *Georg. Piſidae* verſus iambici in hexaëmeron. v. cat. codd. gr. p. 14. et in cod. *Auguſt.* Vindel. teſte *Reiſero* in indice MS. bibl. Auguſt. p. 7. — *Florentiae* in cod. Laurent. X. nr. 7. plut. 5. in quo ſcriba plures verſus hinc inde omiſit: quare in eo ſunt tantum verſus 1427. Sed accedunt quinque mendoſi verſus, qui deſiderantur in Lectii ed. inter poetas veteres, tom. II. p. 241. et a *Bandin.* in cat. codd. gr. I. p. 25. ſunt editi. — In cod. X. nr. 65. plut. 5. reperiuntur στίχοι τοῦ Πισίδου ad regem quemdam. v. *Bandin.* l. c. p. 28. — *Pariſ.* in bibl. publ. verſus in hexaëmeron in codd. DCCCLIV. nr. 50. — MCCLXXVII. nr. 11. — MCCCII. nr. 22. — MMDCCCXXXI. nr. 6. et eiusdem (vti in cat. codd. Par. II. p. 558. dicitur, ſed *Georgii Piſidae*, epiſc. *Nicomedienſis*, eſſe videtur. v. cat. codd. gr. *Taurin.* pag. 218. fol. 160. cod. CXV.) carmina in deiparam et S. Thomam alioſque, nr. 5. — et MMDCCCLXXI. nr. 1. — in cod. MDCXXX. nr. 76. *Georgii Piſidae* iambi de vita humana: ſequuntur nr. 77 — 79. verſus heroici de eodem argumento; iambi in templum, quod eſt in Blachernis, et epigrammata in Dauidem, in Theologum, in horologium et in legum ſynopſin; ſed quia nomen auctoris non additum eſt in catal. codd. bibl. Pariſ. II. pag.

confundunt cum Georgio [i]), qui ſub ſaeculi noni extremum ex chartophylace CPol. factus eſt archiepiſcopus Nicomedienſis. Piſides circa a. C. 630. floruit, neque plura eius edita hactenus ſunt, quam haec tria: [n. aetate Fabricii: poſtea plura lucem viderunt vt ſtatim declarabitur. *Harl.]*

1) Ἑξαήμερον ἢ Κοσμουργία, *de mundi opificio carmen iambicum verſibus* 1880. fine neutiquam mutilum, etſi *Suidas* teſtatur, ter mille olim conſtitiſſe, et *Labbeus* pag. 385. bibl. nouae MSS. ex catalogo Scipionis Tettii memorat Piſidae Coſmopoeiam verſibus ter mille. In MSto autem Vindobonenſi, cuius meminit *Lambecius* VI. pag. 162. [pag 367. Kollar.] graecum ſcholium ad verſum 1815. notat, his verbis ad Heraclium, imp., reſpici, qvi rebus praeſuit ab a. C. 610-640.

Καὶ δὸς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος
Τὸν κοσμορύστην, τὸν διώκτην Περσίδος,
Μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τόπον.

pag. 378. num ea omnia quoque ad Georg. Piſidem pertineant, decernere non auſim — *Homilia* in b. Virginem et in paſſionem, in cod. MCCVII. ſed illius auctor eſt *Georg. Piſid., epiſc. Nicomed.* — Sub nomine *Cyrilli Alexandrini* in codd. MMDCCXLV. et quatuor aliis, (v. indic. ad vol. II. voc. Georg. Piſides,) eſt poema iambicum de animalium et plantarum proprietate; ſed id habere auctorem Georgium Piſidem, iam paullo poſt monuit Fabric. et adnotatum quoque eſt a confectore cat. Pariſ. codd. Immo vero ad cod. MMDCCCXCIII. additur p. 566. cat. obſeruatio, adnotatum eſſe ab Angelo Vergetio, (cuius manu elegantiſſima ille cod. exaratus eſſe dicitur,) in compluribus vetuſtis codd. non *Cyrilli,* ſed *Georgii Piſidae* nomen comparere, et ad marginem illius exemplaris nonnullas occurrere *Vergetii* emendationes. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Voſſian. ſec. catal. illius bibl. p. 396. nr. 26. vbi ſic indicatur: „*Georgii Diaconi, Piſidae* εἰς τὴν κοσμουργίαν quod fatetur eadem rubrica, in aliis exemplaribus dicitur *Cyrilli magni* στίχοι ἰαμβικοί, τὸ μεγαλεῖον τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ ἐκ τῆς τοῦ παντὸς κτίσεως ἐπιδεικνύοντες πρὸς θεοσέβειαν τοῖς ἀναγινώσκουσι. Στίχοι σχελιαστικοὶ εἰς τὴν πρόνοιαν.“ — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCIV. carmen in Hexaëmeron — in cod. CCCLX. ſunt Γεωργίου Διακόνου — καὶ Ρεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὸ ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου. Eiusdem de vanitate vitae et aduerſus ſuperbos, et eiusdem *verſus de Chriſti domini noſtri reſurrectione:* quod poſtremum carmen latuiſſe hactenus eruditos omnes, Oudinum etiam, Caueum et Fabricium, ait confector cat. codd. gr. Taurin. pag. 485. Sed editum eſt in nouiſſ. edit. ſ. Adpend. — Infra in vol. X. pag. 482. in indice inſt. cod. Ant. Eparchi, nr. XXXIX. *Ge. Piſidae* de vita humana et contra ſuperbos, et carmina iambica et programma ad Chriſtum. *Harl.*

i) Hunc errorem ſuum agnouit Combefiſius ipſe in bibl. concionatoria, in qua ſermones Georgii, Nicomedienſis, quos graece et latine tom. I. Auctarii noui dederat, exhibet latine pleroſque ex interpolata, nonnullos etiam ex noua ſua verſione. Huius etiam idiomelatria pag. 1135. et 1222. auctarii noui Combefiſius vtraque lingua vulgauit, vnde ei locus inter graecae melodos eccleſiae, de quibus *Vrbani Godfridi Siberi*, eccleſiaſtae et antiquitatum eccleſ. profeſſoris Lipſienſis digniſſimi, commentarium auide exſpectamus. Vide etiam *Allatium* de Georgiis pag. 339. qui praeterea de Georgio Piſide multa pag. 308. ſeq. interque alia ex Mich. Pſelli epiſtolis, quod Piſidiam ſiue minorem Antiochiam patriam habuerit, et in carmine iambico nemini facile cedat, ita vt eſſent, qui rogarent: τίς στίχιζε κρεῖττον, ὁ Εὐριπίδης ἢ Πισσίδης;

[**] His vero verſ. 1839. ad patriarcham CPol. Sergium, qui fuit ab a. 610-639.

Ὁ Πατριάρχης ταῦτα κράζει καὶ λέγει
Κἂν ἐστιν ἰσχνόφωνος ἐξ ἀσιτίας etc.

Quod porro verſu 50. ſeq. in Proclum, philoſophum, inuehitur, quoniam aeternum ſcilicet ille mundum ſtatuit: hinc neutiquam veriſimile eſt, Iohannem Philoponum ſub tecto Procli nomine a Piſidia argui, ut, neſcio quomodo, in mentem venit praeſtantiſſimo Caueo, quum Philoponus praeclaro opere Proclum confutauerit, mundumque aeternum non eſſe, aduerſus illum euicerit. Habeo Piſidae opus, ſed ſub falſo *Cyrilli* Alex. nomine editum graece Romae 1590. 8. [k]) vna cum Nazianzeni quibusdam carminibus, hymnisque Syneſii hoc titulo: τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν, διὰ στίχων Ἰαμβικῶν. Additur tunc primum in lucem edit. a *Hieronymo Brunello*, S. I. qui id a Conſaluo Ponce de Leon acceperat deſcriptum ex bibliotheca Guil. Sirleti, cardinalis. Sed quamuis Cyrillo etiam tribuatur in codice Naudaeano, cuius meminit *Labbaeus* in bibl. noua MSS. pag. 123. et in alio regio [l]) apud eumdem pag. 133. tamen non magis eſt Cyrilli, quam tunc primum lucem vidit: nam quinque annis ante iam ſub vero Georgii Piſidae illud vulgauerat *Federicus Morellus*, Federici F. deſcriptum ex eodem Sirleti codice, et Sirleto etiam dicatum, addita latina iambica verſione, breuibusque caſtigationibus Pariſ. 1585. 4. [m]) Hinc Morelli editio recuſa Heidelbergae apud Commelinum 1596. 8. Exſtat etiam in corpore poëtarum graecorum tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammatariorum, quod graece et latine prodiit Geneuae 1614. tom. II. p. 241. et in adpendice bibl. Patrum Bigneana, Pariſ. 1624. [a. 1634. infra pag. 726. vet. ed. notatur] fol. p. 387. et tomo XIV. bibl. patrum Pariſ. a. 1644. 1654. [add. cat. bibl. *Leid.* p. 65.]

2) Εἰς

k) Vide ſupra p. 597. in hoc vol. *Harl.*

l) Immo in V. codd. v. notit. codd. *Harl.*

m) In anni nota variatur. Nam in cat. *Bünau.* tom. III. vol. I. pag. 105. anni nota eſt quoque 1585. et inſcriptio libri haec eſt: *Georgii Piſidae opus ſex dierum*, ſeu mundi opificium, poema; *eiusdem: ſenarii de vanitate vitae.* Omnia nunc primum graece in lucem edita, et latinis verſibus eiusdem generis expreſſa per *Fed. Morellum*, cum fragmentis ex Suida et aliis. Lutet. ap. Fed. Morellum. 1585. 4. — cum eiusdem anni nota in *Maittaire* A. T. III. pag. 791. qui vero animaduertit, in nonnullis exemplaribus a. M. D. LXXXIV. ſcriptum eſſe, atque hunc annum 1584. prae ſe ferunt exemplaria in cat. bibl. *Leidenſ.* pag. 244. — in cat. bibl. *Pinell.* tom. II. pag. 294. nr. 4349. et ap. Hamberger l. c. Ipſe Mor. ſcr. praefat. a. M. D. LXXXIV. Cal. Sept. *Maitt.* in not. *b.* partem praefat. Morell. recudi fecit: ex qua adparet, diſcrimen eſſe quoddam inter edit. Morell. et Commelin. a. 1596. 8. quae eſt repetitio prioris, et eamdem habet inſcriptionem, omiſſis vocc. *nunc primum.* Sed in praef. Morellus ſcribit, ſe varias lectiones et notas non ſuperuacaneas ad oram libri adſcripſiſſe. Contra in ed. Commel. quam habeo, omiſſa eſt et dedicatio et praefatio Morelli; tum ante textum pag. 8. ſqq. ſeparatim poſitae ſunt variae lectiones atque coniecturae; et pag. 11. ſqq. interpretis ſcholia et notae. — Repetitio autem primae edit. eſſe quoque videtur ea, quam *Maittaire* l. c. pag. 873. memorat ſic inſcriptam: *Georgii Piſidae*, diaconi et referendarii CPolitanae eccleſiae, *opus ſex dierum*, ſiue mundi opificium; et *de vanitate vitae:* graece. Pariſ. ap. Cl. Morel. 1618. 4. — Nouiſſimam edit. poſtea memorabo. *Harl.*

2) Εἰς τὸν μάταιον βίον *de vanitate vitae* carmen iambicum in versu 261. desinens, posteriore poëmatis parte deperdita. Hoc etiam iambis latinis reddidit et cum Cosmopoeia edidit Morellus, recusum deinde Heidelbergae, Geneuae ac Parisiis.

3) Εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν, *in templum* deiparae CPoli *in Blachernis* situm, iambicum carmen duplex graece editum a *Cangio* notis ad Zonaram pag. 65. seq. qui de Blachernis et templo illo videndus, in [P] CPoli christiana lib. IV. pag. 83. seq. Quoniam vero breuia sunt, et in omnibus [superioribus] Pisidae editionibus, desiderantur, ea hoc loco referre placuit cum mea versione, licet graece et latine legantur etiam in *Anselmi Bandurii* imperio orientali lib. VII. p. 177.

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τȣ̃ Θεȣ̃ ζητεῖς θρόνον,	*Quaeris tremendum si DEI in terris thronum,*
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς Παρθένȣ.	*Vide atque templum hoc admirare Virginis:*
Ἡ γὰρ φέρȣσα τὸν Θεὸν ταῖς ἀγκάλαις	*Nam quae DEVM gestauit amplexu in suo*
Φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τȣ̃ τόπȣ σέβας.	*Augusto eumdem fert in hoc magnum loco.*
Ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τεταγμένοι	*Hic iura terrae ponere quibus est datum*
Τὰ σκῆπτρα πιςεύȣσι τῆς νίκης ἔχειν.	*Habere sceptra se putant victricia.*
Ἐνταῦθα πολλὰς κοσμικὰς περιςάσεις	*Hic mundiales plurimos casus procul*
Ὁ Πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει.	*Auertit vsque patriarcha peruigil:*
Οἱ Βάρβαροι δὲ ὑπερβάλλοντες τῇ πόλει	*Vrbique nostrae comminantes *) barbari*
Αὐτὴν ςρατηγήσασαν ὡς εἶδον μόνον	*Modo hanc viderunt ductitantem exercitus,*
Ἔκαμψαν εὐθὺς τȣ̀ς ἀκαμπεῖς αὐχένας.	*Rigidas retro flexere ceruices statim.*

ΑΛΛΩΣ.

Ἔδει γενέσθαι δευτέραν Θεȣ̃ πύλην	*DEI potentis porta debuit altera*
Τῆς παρθένȣ τὸν οἶκον ὡς καὶ τὸν τόκον.	*Vt partus esse, sic quoque aedes virginis,*
Κιβωτὸς ὤφθη τῆς πρὶν ἐνθεεςέρα	*Haec arca vetere adparuit diuinior*
Οὐ τὰς πλάκας φέρȣσα τὰς Θεογράφȣς	*Quae non tenebat tabulas scriptas a DEO,*
Ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν Θεὸν δεδεγμένη.	*Sed Numen intus ipsum, quae receperat.*
Ἐνταῦθα κρȣνοὶ σαρκικῶν καθαρσίων	*Hic abluendis carnis fontes sordibus*
Καὶ ψυχικαὶ λυτρώσεις ἀγνοημάτων.	*Et mentis expiationes criminum,*
Ὅσαι γάρ εἰσι προσβολαὶ παθημάτων	*Quot namque cui calamitates accidunt,*
[P] Βλύζει τοσαύτων δωρεὰς τῶν θαυμάτων.	*Miraculorum tot scaturit dotibus.*

Ἐν-

*) Auares a Pisida intelliguntur.

Ἐνταῦθα νικήσασα τοὺς ἐναντίους	Hic illa victrix hostium vires domans
Ἀνεῖλεν αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ.	Teli loco vndis vsa eos pessumdedit,
Τροπῆς γὰρ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει μόνη,	Nec enim vicem fugae experitur sola quae
Θεὸν τεκοῦσα καὶ κλονοῦσα βαρβάρους.	Deum generauit, et fugauit barbaros.

Inedita [quondam] Pisidae scripta.

4. Εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, *de laudibus Heraclii* libri duo versibus iambicis. Hos habuit *Claudius Maltretus* et cum versione sua editurum se promisit praef. ad Procopium. [V. supra, vol. VII. p. 529. et *Oudinus* l. c. I. p. 1616. *Harl.*] Meminit Suidas.

5. Εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον de bello Heraclii aduersus Persarum regem, Chosroëm, ab a. C. 1622 - 1630. gesto o) libri tres itidem, iambicis versibus. Meminit praeter Suidam Tzetzes Chiliade III. versu 54. sed versus exinde nullos profert, licet hoc scribat Allatius. Iambi enim, quos eodem loco subiungit, Allatiusque pro more illius poëtae elegantissimos vocat, Tzetzae ipsius sunt, non Pisidae. Etiam hoc opus habuit et cum versione edere Maltretus voluit. In hoc bellum profecturum Heraclium Pisides his versibus ominis caussa prosequutus est, qui apud Cedrenum leguntur:

Μελαμβαφὲς πέδιλον εἰλήσας ποδὸς
Βάψεις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.
Qui nigricantem calceum inducis pedi
Cruore tinges rubicundum Persico.

6. Ἀβαρικά, *Auarica* siue de bello Auarico ad muros vrbis Cpolitanae p) a. C. 626. liber vnus. Male in editionibus Suidae prioribus excusum Ἀβαρικὰ καταλογάδην. Nam et *Auarica* iambis scripta sunt, et vocabulum καταλογάδην ad sequentia apud Suidam referendum, vti doctissimus Küsterus probe obseruauit. Etiam hunc librum Pisidae MS. habuit atque edere voluit Maltretus.

[P] 7. Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μάρτυρα Ἀναστάσιον *Encomium martyris, Anastasii,* καταλογάδην, siue prosa. Suid. Hoc MS. fuisse in bibl. Antonii Augustini testatur *Allatius*, de Georgiis p. 310. In MS. Parisiensi Suidae non εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον legitur, sed εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, male, intelligitur enim Anastasius, Persa, de quo Surius et Acta sanctor. 22. Ianuarii. *Fabr.* v. etiam in vol. IX. pag. 53. inter elogia et vitas Storum. *Florent.* in cod. Laurent. cod. XIV. nr. 16. plut. 9. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ὁσιομάρτυρος Ἀναστασίου, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐν Περσίδι, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πισίδου. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 412. — In cod. *Taurin.* supra in notitia MSS. codd. memor. sunt *versus Pisidae de Christi resurrectione.*

Omnia

o) Vide *Nicephori* CPol. breuiarium pag. 44. sq. edit. primae. [Paris. 1616. 8. et Petauii not. pag. 45. sq. *Harl.*]

p) Vide *Chron. Paschale* pag. 392.

Omnia haec opuſcula olim tum edita tum non edita aliaque iunctim in lucem ſunt prolata in *Hiſtoriae Byzantinae noua adpendice, opera Georgii Piſidae, Theodoſii diaconi et Corippi Africani complectente,* gr. et lat. et cum notis, edit. a *Petro Franc. Fogginio.* Romae 1777. fol. nr. I-X. vid. ſupra in vol. VII. pag. 533. Editor autem eſt *Querci*, vt patet ex inſcriptione peculiari:

Georgii Piſidae de expeditione Heraclii contra Perſas, acroaſes tres; eiusdem bellum Abaricum; *eiusdem hymnus Acathiſtus;* eiusdem in ſanctam I. C. domini noſtri reſurrectionem; eiusdem Heracliadis acroaſes duae; eiusdem Hexaëmeron ſ. de opere ſex dierum; eiusdem de vanitate vitae, idem *contra Seuerum;* eiusd. encomium in Anaſtaſium, martyrem; eiusdem Senariorum fragmenta. Quae omnia verſibus deſcripta, ex MSStis collegit, emendauit et latine vertit notisque illuſtrauit *Ios. Mar. Querci*, Florentin.

Georgio Piſidae a Q. Septimio Florente Chriſtiano, male tributum eſſe Empedoclis carmen de Sphaera, iam obſeruatum eſt ſupra in vol. I. p. 814. ſq. *Harl.*

Singulare poëma *aduerſus Io. Philoponum* a Piſida ſcriptum non crediderim, ſed ex Nicephoro XVIII. 48. et Niceta Choniate lib. X. theſauri orthodoxae fidei aduerſus Monophyſitas nihil aliud colligas, quam eum tribus hiſce verſibus Tritheiſmum Philoponi, et computandi in diuinis temeritatem perſtrinxiſſe:

Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν.
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγῃς μίαν.
Γέλως τὸ λεχθὲν γίνεται καὶ παιδίοις.
Vnam ille protinus et iterum vnam computat,
Sed vnam et vnam ſi modo vnam dixeris,
Riſum mouere dicto etiam pueris potes [q]).

De *Chronico Paſchali*, quod vulgo Alexandrinum vocant, atque ad Piſidem veluti auctorem ſine cauſſa nonnulli retulere, ſatis a me dictum volumine ſuperiore. *Fabr.* pag. 449. ſq. add. in primis ibid. p. 472. ſqq. adnotata. *Harl.*

MANVEL PHILES, Φιλῆς, Epheſius [r]), ab Eumolpo Phile [s]), Iohanne Phile [t]), Theo-

q) Conf. infra in vol. IX. pag. 567. de Io. Philoponi ſcriptis ineditis etc. *Harl.*

r) *Epheſium* vocat codex Scorialenſis. *Manuelem* codex regius Pariſ. MMCCXVI. aliique. Vide Cotelerium tom. III. monument. eccleſiae graecae pag. 675. In catalogo mstorum graecorum Seguierianorum pag. 33. memoratur *Phile* ſapientis hiſtoria animalium verſibus iambicis, cum animalium figuris, quae coloribus expreſſae ſunt, manu Angeli Vergetii ſcriptus. *Fabr.* Aliis *Phile* dicitur. v. *Bochart.* praef. Hieroz. p. 78. et 80. item in eius indice auctorum. *Heum.* — De Phile conf. *Caui* hiſt. litter. Sceptor. eccl. II. p. 336. ad a. Ch. 1290. — *Oudin.* comment. de ſcriptt. eccl. III. pag. 841. ſqq. qui eum claruiſſe iudicat ab a. circ. 1280. ad a. 1330. et vltra, ſub imperiis Manuelis Palaeologi atque duorum Andronicorum, ſenioris ac iunioris Palaeologorum, vsque poſt Georgii Pachymeris obitum; vnde vitam longaeuam duxiſſe illum concludit. — *Doruill.*

Theodoro Phile[u]), et Michaële Phile[v]) distinguendus, [P] floruit circa tempora Michaelis Palaeo-

Doruill. ἐξέτασιν in iambicum Philae de Nautilo, in Miscell. obss. in auctor. vett. vol. II. tom. III. pag. 425. sqq. Is autem operose demonstrare sustinuit, Manuelem Philam circiter a. 1320. natum, iuuenemque innotuisse Maximo Planudi iam senescenti, quem a. 1353. diem supremum obiisse ait, ac proinde Philam floruisse sub Io. Cantacuzeno, imp., et Manuele Palaeologo, qui anno 1419. imperium amiserit, quin eidem imperatori Manueli carmen de animalibus dedicasse, quod etiam in membranis id opusculum dedicatum conspiciatur CPolitano imperatori, *Manueli* Palaeologo iuniori. Sed *Wernsdorf.* in praef. ad suam edit. clare docet, Doruillium errasse, et Manuelem scripsisse pro Michaele, negatque, fieri potuisse, vt Philes Manuelis Palaeologi imperium viuendo adtigerit. Idem refutat sententias et rationes Cauei atque Oudini, et duce historia ipsoque Phila, hunc, docte copioseque demonstrat, floruisse ineunte saeculo XIV. sub Andronicis Palaeologis, natum circiter a. 1275. et circiter a. 1340. fato functum: in illud temporis spatium consentire omnia, quae de eo relata legimus. „Magistro, ait Wernsdorf., Pachymere vsus fuit CPoli, finiente saec. XIII. Carmen de animalibus scripserit forsan a. 1310. idque dedicavit, vt rectissime vidit *du Cange* in notis ad Nicephorum Gregoram lib. VII. pag. 735. et Fabricius, (nostro loco,) Michaeli iuniori Palaeologo etc.“ Is fuit filius natu maior Andronici senioris ex Anna Hungarica, atque a patre iam a. 1295. in imperii societatem adscitus; sed mortuus ante patrem a. 1321. Cetera carmina Phile infra a. 1300. et 1336. confecit. Denique conuenire, contendit Wernsdorf. cum suis temporum rationibus aetatem *Maximi Planudis,* cuius epistolam ad Philem *Doruillius* exhibet in Obss. misc. l. c. pag. 446. sq. qui pag. 429. sq. ope illius suam quoque firmare voluit sententiam. Ex illa tamen epistola non posse graduum aetatis inter Planudem et Philen aestimationem admodum perspicue intelligi, iudicat cl. *Saxius* in Onomast. II. pag. 348. vbi p. 547. Philae aetatem adferit a. Ch. circ. 1315. Hoc quidem circiter tempore Philes ei iam clarus eo argumento esse videtur, quod ad Michaëlem Palaeologum, Andronici II. Aug. filium, et haud dubie collegam imperii, Andronici vero III. Palaeologi patrem, qui vita excessit a. 1321. iambicos suos versus de animalium proprietate miserat. Idem notat Doruillii errorem. — *Hamberger* scribit in Addendis ad zuverl. Nachr. IV. pag. 842. sq. Philen vixisse ante a. 1321. *Harl.*

s) *Eumolpi Phile* expositionem MS. in quatuor Orationes Nazianzeni memorat *Labbeus* bibl. noua MSS. pag. 107. 385. *Fabr.* At *Wernsdorf.* praef. §. III. probat verisimilem *Cas. Oudini* coniecturam, *Eumolpum* non esse praenomen proprium, sed poetae εὔμολπε et *canori*, qui artem praeclare canendi sciuisset, elogium, adeo vt, quae de *Eumolpo Phila* commemorata leguntur, ad Manuelem nostrum Philam referri debeant. Vide supra in h. vol. pag. 452. sq. *Harl.*

t) *Iohannes Phile* memoratur apud *Iohannem Cantacuzenum* lib. IV. Hist. cap. 32. p. 839. πρὸς τούτοις δὲ καὶ Φιλῆν τὸν Ἰωάννην, ὄντα τῶν εὐπατριδῶν, δι' ἀρετὴν δὲ καὶ φιλοσοφίαν βίᾳ πάντων ἀπεχόμενον πραγμάτων, καὶ σχολάζοντα τοῖς οἴκοι, καὶ πρόνοιαν πολλὴν ποιούμενον σώφρονος βίου καὶ δικαίου. Huic *Iohanni Phile* tetrasticha MSS. in Psalterium Dauidicum tribuit *Lambecius* V. p. 336. [p. 247. et p. 719. ed. Koll. de cod. CCXLVI. nr. 15.] quorum principium: τοῦ κιθαρῳδοῦ μὴ παρόντος ἐνθάδε. Et VIII. pag. 466. [pag. 977. ed. Kollar. cod. L. nr. 3.] tetrasticha in b. Virginem et Iohannem Chrysostomum, quae incipiunt: ἁγνὴ κόρη ζῇς. Verum in MSS. nudum tantum Φιλῆ nomen occurrit, itaque etiam illa Manueli potius tribuerim. *Fabr.* Accedit Fabricii iudicio Wernsdorf. qui de hoc aliisque Philis agit, l. c. arbitrans, Lambecium otioso isti homini, *Ioanni*, tribuisse varia carmina, forte, quod *Manuelem* ignorarit, et *Ioannem Philam* nouerit ex Cantacuzeni scriptis. *Harl.*

u) *Theodori Phile* mentio apud Acropolitam cap. 46. Confer Theodori Dousae notas p. 295. D. [et *Hanckium* de scriptorr. Byzant. Pr. cap. 33. pag. 552.]

v) Hic *Michael* sacerdos Phile sub Iohanne Comneno vixit a. Ch. 1124. Vide *Montfauconi* Palaeo-

Palaeologi iunioris a. C. 1321. exſtincti. Huic enim dicauit opus ſuum *de animalium proprietate* iambicis verſibus*w*) compoſitum, et graece primum ab Arſenio, Monembaſiae archiepiſcopo, vulgatum, dicatumque Carolo V. imp. Venetiis 1530.*) 8. Deinde cum verſione,

quam

Palaeographiam graecam pag. 503. [Huic *Michaeli Philae* adſerere mallt *Wernsdorf.* praef. XI. *iambos epitaphios in Irenem*, et *carmen in Alexium* ac *Ioannem*, filios Iſaaci Porphyrogennetae, quae carmina Fabric. noſter *Manueli Philae* adtribuerat, et ſub eius nomine graece euulgauerat nr. 7. et 9. ego vero in hac noua edit. ea omittenda duxi. — Inſuper Wernsdorf. memoriam excitauit *Philae Palaeologi*, qui ſub Andronico ſeniore circa a. 1390. fortiſſimus fuit belli dux Turcorumque peſtis, teſte *Nicephoro Gregora* hiſt. Byz. lib. VII. pag. 184. ſeu cap. 12. pag. 165. *Harl.* —] — Eſt et foeminae nomen Phile, quod habet inſcriptio in adpendice ad marmora Oxonienſia p. 298. ΦΙΛΗ ΤΙΜΩΑΙΣ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ. Porro de animalibus ante Philem libros quatuor carmine graeco, ſed epico, ſcripſerat *Timotheus Gazaeus*, grammaticus, Anaſtaſii, imp., temporibus clarus, περὶ ζώων τετραπόδων καὶ θηρίων τῶν παρ᾽ Ἰνδοῖς καὶ Ἄραψι καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ ὅσα τρέφει Λιβύη καὶ περὶ ὀρνέων ξένων τε καὶ ἀλλοκότων καὶ ὄφεων. Suid.

w) Poemata eius ſunt, ait *Wernsdorf.* praef. §. VIII. qualia ab eius aetate exſpectaueris, *politico metro* confecta pleraque; quod, quamuis iambicum adpelletur, non tamen iambis pedibus currit, ſed ſyllabarum numero dimenſus eſt: de quo conf. *Iſaac. Voſſium*, de viribus rhythmi pag. 21. ſq. et *Doruill.* l. cit. pag. 432. *Harl.*

x) Arguit Paw Fabricium neſcio, cuius, grauis criminis, quod culpa forſan typographi ſcriptum h. l. legitur 1530, quum e prelo exiiſſet a. 1553. vt in calce legitur, ἔτει χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τριακοστῷ τρίτῳ. Atque gr. Venetiis apud Steph. de Sabio 1535. 8. (v. cat. Pinell. II. pag. 291. et Menken. cat. I. p. 154.) ex vnico (quod quidem tum cognitum erat,) et quidem, vt Arſenius opinabatur, archetypo exemplari, prodiit. Paw quidem bonum Arſenium ignorantiae aut iactantiae adcuſat; quod etiamnum exſtent exemplaria muta, *Romanum*, *Pariſienſe*, *Anglicanum*. At depexuit ea de cauſſa Pauonem *Doruillius* in Miſc. obſſ. l. c. pag. 444 ſqq. Nam cod. *romanus* ſ. *Vaticanus* ſcriptus eſt demum Pariſiis a. 1560. ab *Angelo Bergecio*, Crete, calligrapho, (de quo plura Doru. bene diſputat,) et ab eodem quoque cod. *Pariſ.* vnus et alter: (v. *Camum* in fine cap. de Phile infra citatum;) Pariſiis etiam cod. qui nunc ſeruatur *Oxoniae*, ab eodem ſcriptus eſt. (Vide virum doctum in Miſc. obſſ. crit. belg. vol. VI. tom. I. pag. 157 ſq. qui eum vocat Angelum Bergerium, Cretenſem.) In tribus enim illis codd. comparent additae animalium figurae. Adde *Doruillii* criticam vannum in inanes Io. Cornelii Pauonis paleas, Amſtel. 1737. 8. cap. 1. p. 7. ſqq. — Sed iuuat codd. in quibus carmina Manuelis Philae reperiuntur, per hanc occaſionem indicare. — *Pariſ.* plures ſunt codd. in bibl. publ. in cod. MDCXXX. nr. 72. *Man. Phile* iambi de animal. proprietate, et nr. 73. eiusd. iambi de XII. menſibus. — in cod. MDCXLII. nr. 17 — 19. iambi de Alexandro M. (inediti, ſecundum cat. codd. II. pag. 381.) — et in tabellam, quae nuptias Alexandri pictas exhibebat, denique fragmentum de variis animalium generibus, eodem, vt videtur, auctore. — Duo priora poemata ſunt quoque in cod. DCCCCXLI. — in cod. MMDXXVI. iambi de animalium proprietate, manu Angeli Vergetii exarato. — iidem in cod. MMDCCXXXVII. ab eodem Angelo ſcripto, et cum imaginibus pictis, qui forſan eſt cod. quem laudauit Doruillius. — in cod. MMDCCXLVIII. nr. 4. iambi in beat. virginem, inediti, (vt ait confector cat. mem. p. 547.) inc. σοὶ τῇ στρατηγῷ τῶν βροτῶν. — in cod. MMDCCCLXXVI. iambi de animal. proprietate, et multa alia illius carmina, (vt ait auct. catal. codd. II. p. 564.) partim in Storum, partim in magnatum laudem, quae ad illuſtrandam temporum illorum hiſtoriam non parum conferre poſſint. — in cod. MMMLXXXVIII. nr. 5. *Man. Phile* iambici verſus, quibus magnis laudibus extollitur Andreae, Cretenſis epiſcopi, orat. in laudem S. Nicolai Myrenſis. Denique in tribus codd. carmen iambicum in Pachymeris mortem. — In cod. *Coislin.* CXCII. fol. 98.

Philae

quam eodem metro condidit, et Augusto, electori Saxoniae, dicauit *Gregorius Bersmannus*.

Philae versus monodici in imper. Andronicum Palaeologum, qui nomen mutauit in Antonium. Inc. τίς ἡ τοσαύτη σύγχυσις; — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCLXIV. „vbi, (vt verbis vtar auctoris cat. codd. gr. Taur. pag. 395.) *Man. Phile* tetrasticha, et epigrammata in praecipua christianae fidei capita, in IV. euangelistas et in deiparam, atque sanctos complures, eorumque imagines; tum iambici versus in laudem imperat. Michaelis Palaeologi iunioris, cuius temporibus floruit, et ad eundem de animalium natura et proprietatibus, aliique varii prorsus argumenti, diuersis inscripti viris illustribus, quorum maximam partem adhuc in bibliothecarum forulis ineditam latere existimauerim." — *Venetiis* in bibl. Marc. *Philae* in Abraham, S. Trinitatem hospitio excipientem; contra inuidiam; de resurrectione; in hortum plura epigrammata ἐπὶ τῷ γαμβρῷ τοῦ βασιλέως Κυρίῳ Μανουὴλ τῷ etc. et alia v. cat. codd. gr. Marcian. pag. 276. — Ibid. in cod. *Naniano* CXXVI. nr. 9. excerpta ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Φιλῆ Μανουήλ· — περὶ ζώων ἰδιότητος, et nr. 10. eiusdem, (vt suspicatur Mingarell. in codd. gr. ap. Nanios p. 280.) epigrammata, s. alii iambi. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. plut. 32. in quo varia Manuel. Philae supersunt carmina, quae vberius recensuit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. pag. 147. sqq. 1) ἠθοποιΐα δραματική. 2) ad quemdam amicum versus C. paraenetici. nr. 3.) versus L. in Alex. M. nr. 4.) in eiusd. nuptias versus XXXIII. nr. 5.) ad Patriciotam versus XVI. nr. 6 — 9.) varia breuia carmina et epigrammata. 10) metaphrastici in domum Acathistae s. in laudem virginis. nr. 11 — 14) in codicem, (in quo Christi sanguis consecratur,) et in discum primi ac secundi, (in quo Graeci inter Missae sollemnia Schum panem reponunt. Vide *Goarum* in Euchologio p. 117. et *Du-Cange* in Glossariis ad med. et inf. Graecitatem et Latinit. voc. δίσκος.) — nr. 15.) in vestigium magni Paulli inventum in monasterio deiparae, versus XCVIII. 16 — 22.) varia breuia poematia. In his est nr. 20. octastichum, in S. Georgium, ex albo lapide excisum, quod sub *Calliclis* nomine inter *Theodori Prodromi* carmina Basil. 1536. 8. ap. Bebel. editum est. — Quod adnotandum est ad p. 141. in h. vol. nr. 4. fin. — 23) de animalium proprietate: quod carmen multis recensuit Band. comparauit cum ed. Corn. de Paw, et, in quibus haec differret ab cod. aut quae deessent in eo capita, pluribus exposuit, etiam suppleuit quaedam, — nr. 24 — 40.) breuia poematia et epigrammata. — nr. 41.) versus CLXV. de resurrectione. nr. 42.) versus XCIX. de frumento. nr. 43.) de vua versus CLXVI. inc. μετὰ στάχυν, μέγιστε etc. (edidit Wernsdorf. pag. 104. tamquam partem carminis quarti de plantis, vbi inc. μετὰ στάχυν, κράτιστε etc.) nr. 44.) περὶ ῥοιᾶς vers. XX. inc. Ὦ τίς παρελθὼν τεχνικὸς γεωγράφος· ap. Wernsd. est p. 126. pars carminis quarti εἰς τὴν ῥοιάν· et inc. τίς παρελθὼν etc. suppleri igitur potest versus ex cod. Med. v. c. ὦ· nam Wernsd. notat, syllabam deesse versui. — nr. 45. et 46.) breuia poematia — nr. 47.) versus XCIX. ad imper. quum quidam ipsum calumniati fuissent. — nr. 48.) versus XXXVII. ad Niphonem, qui patriarcha fuit CPolitan. ab a. 1312 1314. nr. 49 — 185.) multa poemata minora et epigrammata, quorum singulorum mentionem, interdum vberiorem, fecit Bandin. In his sunt nr. 125. versus XXVIII. τῷ Ξανθοπούλῳ Κυρίῳ Θεοδώρῳ, et nr. 146. in SS. *Theodoros*. — nr. 186.) *Philes de se ipso*, carmen satis longum, in quo de laudibus diuersarum artium agit, nim. agrariae, pastoritiae, textoriae, fabrilis, piscatoriae, sutoriae, venatoriae, mercatoriae, medicae, militaris etc. — nr. 187 — 211. bene multa minora carmina, et epigrammata, in his nr. 198. Philae carmen iambicum s. versus admonitorii 108. quod carmen *Bandinius* in tom. I. p. 105 sqq. ex cod. VI. plut. 6. vbi tamen aliquanto longius est, nec nomen auctoris additum, tamquam anonymi ineditum, gr. et lat. sub titulo ἔπη χρυσᾶ exscriptum dederat. — nr. 212. carmen de elephante in XXIV. capp. diuisum, quorum singulis sui praefiguntur tituli. — nr. 213. permulta carmina pii et sacri argumenti, a Bandinio copiose enarrata. — nr. 214 — 235. multa parua poematia. Horum omnium carminum Manuelis Philae plurima lucem nondum vidisse, animaduertit Bandin. — In cod. Laur. XXIV. nr. 13. plut. 57. *Phile* in SS. apostolos Petrum et Paulum se inuicem intuentes. v. *Band.* ib. p. 368. sq. — in cod. XXII. nr. 2. *Phile* versus iambici C. sepulcrales in Pachymerem. Vide *Bandin.* III. pag. 366. et *Werns-*

nus [y]) Annaebergensis, et Ioach. Camerarii, cuius obitum in praef. deplorat, auctario graecis et latinis versibus p. 164-189. subiuncto editum Lipsiae 1574. [z]) 4. luculentis typis, recusumque Heidelbergae apud Commelinum 1596. 8. cum noua Bersmanni epistola ad Fridericum IV. Palatinum. [— Iambi de animalium proprietate, in Corpore poetarum graecorum tragicorum, comicorum etc. Genevae 1614. fol. in tomo II. p. 210. et auctarium *Ioachimi Camerarii* p. 237. *Harl.*] — In MSS. inscribitur: Τȣ̃ Φιλῆ, Κυρȣ̃ Μανȣὴλ στίχοι ἰαμβικοὶ περὶ ζώων ἰδιότητος, εἰς τὸν βασιλέα Κῦρον Μιχαὴλ Παλαιόλογον τὸν νέον. [v. *Coteler.* monument. eccl. gr. tom. III. p. 675.] Argumentum totum fere ex Aeliani Historia animalium desumtum est, vt iampridem monuit in suo de animalibus opere *Conradus Gesnerus*, atque in

Wernsdorf. carm. XI. p. 314. — *Philes* citatur quoque in violar. compos. teste *Bandin.* vol. I. pag. 549. — In *Montfauc.* diario italico pag. 18. citatur cod. bibl. Mediol. Ambros. *Phili* (an Philae?) *carmina.* — *Leidae* inter codd. Vossian. *Philes* carmina ad quemdam Comnenum, et fragmentum Philes περὶ σηρωσκώληκος. v. cat. bibl. acad. Lugd. Bat. p. 398. nr. 52. et p. 402. nr. 7. — in cat. codd. Angliae, tom. I. p. 56. MSSt. bibl. Bodl. inter codd. Th. Roe, nr. CCLXIV. Phile poemata varia etc. est ille codex, ex quo I. Chr. Wolf. scripsit apographum et ex hoc Fabric. ac Wernsdorf. plura ediderunt. Item inter codd. Bodlei. nr. MMMLXXVIII. *Phile* de animalium proprietatibus cum animalium iconibus, de quo Paw et Doruill. iam egerunt. — ibid. p. 270. in Ger. Langbaeni aduersar. in vol. nono *Philes* in anum φιλοπόρνον carmen iambic. plane mordax; eiusd. carmen ad imperatorem, it. de racemo et de rosa. — tom. II. p. 226. inter libros Ed. Bernardi gr. cum codd. MSSt. collatos, aut a viris doct. illustratos, nr. MMMMMMMCCCCXIX. *Phile* de animalibus. — *Monachii* in cod. CCIX. elect. poemata et versus ad Mich. Palaeolog. imper. secundum cat. codd. gr. Bauar. pag. 76. — *Philae* epigrr. in Nazianz. orart. in codd. Caesar. *Vindob.* v. supra, p. 432. sq. in h. vol. sub *Eumolpi Philae* nomine. Lambecius vero nudum *Philae* nomen tantum posuerat. vol. III. p. 456. sqq. — in cod. LX. caesar. nr. 9. index graecus quorumdam poematum Theodori Prodromi, Io. Pselli, *Philae*, Calliclis et Nicephori Callisti. v. *Lambec.* II. p. 275. et confer supra, in notitia codd. Laurent. — In bibl. quondam *Vffenbach.* Francof. ad M. exstitit carmen mst. *in monachum leprosum*, quod *Maius* in bibl. MSta Vffenbachiana, part. II. p. 587. adscribebat *Philotheo*, et paucula ex illo excerpsit; sed Maium et nomen auctoris et quaedam alia male legisse, nec recte interpretatum esse, docuit *Wernsdorf.* in sua edit. pag. 51. sqq. vbi carmen illud Phile adseruit atque edidit. — In eod. cod. *Vffenbach.* sequitur carmen in imperatorem, et *Maius* itidem p. 588. *Philothei* esse putabat; at Wernsd. p. 66. sqq. (vbi multus est et de carmine et de auctore, nec non de imperatore, ad quem scriptum est,) docet primum auctoritate cod. *Augustani Vindel.* ex quo edidit illud, auctorem esse *Philen*, tum, scriptum esse in Andronicum seniorem, et quidem circa a. 1316. viuente adhuc Michaele Palaeologo iuniore iamque adolescente Andronico iuniore; carmen vero ipsum esse panegyricum et encomiasticum, nihilque continere aliud, quam laudes Andronici. — De codd. *Mosquens.* postea locus erit differendi commodior. Add. *Oudin.* l. c. *Harl.*

y) In *Io. Dieterici* differtatione de claris Annaebergensibus pag. 51. male inter Bersmanni scripta et ex typographi vitio refertur *Philo graecus scriptor latinis versibus ab eo redditus*, pro *Phile. Fabr. Bersmannus*, auctoritatem praeceptoris sui, Camerarii, sequutus, plurima, vt Philen ad metrum reduceret, in graeco contextu mutauit; ideo a Cornelio de Paw, qui Philen istum Bersmanninum spurium et adulterinum vocauit, more suo grauiter acerbeque notatus. Conf. quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 522. inprimis *Freytag.* in adpar. litter. tom. II. p. 901 — 906. *Harl.*

z) In cat. *Pinell.* II. pag. 291. nr. 4525. signatus est a. 1575. *Harl.*

in praeclaris de insectorum generatione obseruationibus *Franciscus Rhedi*. Versus sunt non insuaues, etsi quandoque more recentis Graeciae numeri syllabarum potius, quam metri rationem obseruatam Bersmannus obseruat; sed plura capita in editis desunt, quae e MS. Bodleiano CCCLXIV. licebit supplere, et plura etiam in editionibus ipsis [*] castigare, si quis hunc scriptorem expoliendum in se suscipere voluerit. *Fabr.*

[Atque postea duae editt. meliores sunt curatae.

Phile de animalium proprietate, ex prima editione Arsenii et libro Oxoniensi restitutus a *Io. Cornelio de Paw* cum eiusdem animaduerss. et versione latina Greg. Bersmanni. Acc. ex eodem libro Oxoniensi non pauca hactenus inedita. Traiecti ad Rhen. ap. Guil. Stouw. 1739. 4. Ab Abrah. Gronouio acceperat edit. Bersm. cum MSto Oxoniensi collatam, dein varias lectiones, ex Arseniana edit. descriptas. Ex his subsidiis adnisus est Philen integritati suae restituere, Bersmannianis eliminatis. Conf. tamen censuram in Actis erudit. Lips. m. Iun. 1730. pag. 277. sq. vbi censor miratur, qui factum sit, vt, quum toties de Additamentis ex msto Oxon. admonuerit editor, oblitus tamen sit docere, Fabric. pridem ex MS. Bodleiano aliquot eius generis additiones, (quas Fabr. in vet. bibl. gr. h. l. subiunxerat, ego vero in noua hac ed. repetere nolui,) euulgasse. Paw. quoque in illa ed. ex MSto Bodl. edidit *Philae* carmen περὶ Ναυτίλȣ· id ignorans vir doctus Anglus, illud quoque, at ita, vt nonnulla loca aliter ex cod. exhibita, nonnulla felicius emendata conspicerentur, ex eodem cod. additis paucis notis, euulgauit in Miscell. obss. in auct. vol. II. tom. III. secundum edit. Amstel. 1733. pag. 385. in qua versio I. C. de Paw est subiuncta. — In eod. tomo pag. 425. sqq. est *Doruillii* ἐξέτασις in Iambicum Philae de Nautilo, (de qua et lite inde orta iam antea me aliquoties agere memini,) vbi postquam multa de Philae aetate scriptisque docte quidem atque ingeniose, nec tamen omnino vere disputarat, pag. 436. sqq. aut multa ipsius poematis loca corrigit explicatque, aut Corn. de Paw lectiones mutationesque examinat. — In iisdem miscell. obss. vol. VI. tom. I. p. 157. sqq. sunt *Philetae* (forsan Doruillii) Obss. ad Philen de animalium proprietate. Is vero codd. et Bodleian. et Th. Roë cum ed. Commel. contulerat, et, quae prior praeter edita exhibebat, descripserat. Quare multa ex iis, etiam ex ingenio correxit et Corn. de Paw saepe refutauit. Pag. 166. sq. publici iuris fecit carmen *de bombyce*, περὶ σηροσκώληκος, gr. ex cod. Roei descriptum. rec. in ed. Wernsd. pag. 300. sqq. — In vol. VI. tom II. Obss. misc. pag. 452. sqq. idem Philetas continuauit obseruatt. suas criticas in Philes iambos de proprietate animalium. Add. notam in vol. IV. tom. II, p. 212. sq. de Phile, in primis contra Paw.

Nouissima plurium Philae carminum editio est:

Manuelis Philae carmina graeca, maximam partem e codd. Augustanis et Oxoniensibus, nunc primum in lucem producta, aliqua etiam iterum publicata; omnia nunc in vnum, *excepto poemate de animalibus*, collecta, emendata, latine interpretata et annotationibus illustrata. Accedunt ignoti poetae antiquioris *carmen in S. Theodorum* ex Augustano cod. nunc primum editum: praemittitur dissertatio de Philae vita, aetate et scriptis, cura *Gottlieb Wernsdorfii*, (Prof. quondam Gymn. Gedanensis cel.) Lipsiae, ap. B. C. Breitkopf, et

et fil. 1768. 8. Praeclarae huius edit. quae etiam iure laudatur in ephem. litt. Gotting. a. 1768. part. 79. mentionem iam fecimus frequentem. Singulis, faltem plurimis carminibus, praemifit introduct. in qua de auctore, carmine ipfo aliisque rebus docte differuit. Multa ex cod. Bodleiano, fiue potius apographo illius Wolfiano, poftea I. A. Fabricio communicato, et ex fchedis Fabricianis ab Herm. Sam. Reimaro ad Wernsdorf. transmiffis, ex Fabr. bibl. Gr. et cod. Auguft. publicauit aut iterauit, eruditisque illuftrauit animaduerff. In praefat. agit de Philae vita eiusque fcriptis tam editis, quam deperditis, aut nondum editis. Infunt autem in hac edit. 1) carmen longum in S. Theodorum, ex cod. Auguft. In introd. multus eft de *Theodoro*, qui graeco cognomine *ϛρατηλάτης*, latino *Tiro* adpellabatur. (conf. infra, in vol. IX. p. 147. vet. ed.) et de auctore, (monacho quodam CPolitano,) carminisque aetate, circiter a. 1234. probabiliter fcripti. — 2) carm. *in monachum leprofum.* — 3) carm. in *imperatorem*, quem fuiffe demonftrauit *Wernsd.* Andronicum feniorem. 4) carm. *de floribus*, aut potius de plantis, in apographo Reimariano plane conturbatum miferequc confufum, et a Wernsdorf. in ordinem redactum. 5) Ἠθοποιΐα f. carm. in Cantacuzenum, ex cod. Auguftano. 6) fex epigrammata. 7) carm. f. iusiurandum ad imperatorem, quo adfirmat, nil ignominiofum a fe in chronographia aduerfus imperatorem fuiffe fcriptum, ab Hontero ex Britannia adlatum et inter carmina Theodori Prodromi ab Hier. Guntio olim editum Bafil. 1536. 8. vnde repetiit Wernsd. — 8) de elephante etc. quod carmen Fabr. olim in bibl. Gr. ediderat; fed Wernsdorf. ex Reimari apographo et ex coniectura emendauit, isque primo monuit Fabric. tum omififfe interpretationem, tum emendationem carminis, valde mendofe editi, dein refutauit Philippi Labbei opinionem, ex primo et vltimo verfu, — *μέγιϛε, τȣ̃ γένȣς λέον*, conceptam, carmen dicatum effe *Leoni Augufto*, et Doruillii fententiam, in Mifc. obff. II. pag. 431. id antiquioris cuiusdem effe Philae, infcriptum Leoni VI. fapienti, mortuo a. 911. denique docuit, auctorem effe Man. Philam et oblatum id Andronico imperatori forfan a. 1308. atque nomen λέων h. l. effe allegoricum, et fenfum effe verborum, *imperator, qui ita regnas inter homines, vt leo inter animalia.* — fed compara iudicium cl. *Matthaei*, paullo inferius adlatum. 9) carm. *de bombyce*, ex Doruillii mifc. obff. tom. VI. pag. 166. repetitum. 10) epigrammata varia, partim ab Allatio, partim a Lambecio, partim a Fabricio antea edita, (atque *Allat.* in Excerptis variis graecorum Sophift. etc. p. 399. fq. graece ediderat Ἐμμανȣὴλ τȣ̃ Φιλῆ epigr. in S. crucem et duo epigramm. in Ioan. Chryfoftomum;) et *preces ad Spiritum S.* cum interpretatione Cotelerii, ex huius monum. eccl. gr. tom. III. p. 520. — nr. 11) epitaphium Georgii Pachymerae ab *Allatio* in diatribe de Georgiis pag. 373. vulgatum et repetitum a *Fabr.* bibl. Gr. tom. X. p. 718. — 12) epitaphium in Io. Phacrafem, primum in lucem prolatum ab Allatio in libro contra Creyghtonum indeque repetitum a Fabricio bibl. Gr. X. p. 542. add. Wernsd. praef. §. VII. Sed fuppleri poteft ex cod. Laurent. XIX. nr. 205. in quo conftat carmen verfibus LXIV. defunt igitur in edit. 20. verfus. v. *Bandin.* cat. cit. II. pag. 168. — 13) duo carmina in templum Euergetae, a Car. du Fresne primum confufe euulgata in CPoli chriftiana lib. IV. cap. 1. pag. 79. a Wernsd. autem in ordinem fuum redacta. Haec funt Philae carmina, a Wernsdorfio collecta. Sed numerus eorum e codicibus, praecipue ex cod. Laurent. Medic. valde poteft augeri; id quod vel ex notitia codd. a nobis fupra exhibita, colligi poteft: atque ipfe Wernsd. in praefat. in fine §. X. varia indicat carmina, quae in bibliothecis adhuc latent. Aliis igitur et in pluribus colligendis et vero

emen-

emendandis amplissimam reliquit segetem: quod etiam clare ostendit cel. *Matthaei*, Prof. Wittenberg. in Lips. A. L. Anz. a. 1801. nr. 33. [atque inde in Commentar. Soc: phil. Lipsiae Vol. I. pag. 181. sq.] vbi dedit notitiam nonnullorum codd. et poematum Philae. Docuit enim primo, Wernsdorf. in cod. bombyc. saec. XIV. quo vtebatur, multa quidem recte legisse, interdum tamen errasse, quod pluribus probauit exemplis locaque idem emendauit. Tum commemorauit tres codd. *Mosquenses*. In primo, (collato *Wernsdorf.* ad Philae carm. X. 4. pag. 308.) sunt Philae XVI. (vel potius quia in secundam et tertiam Greg. Naz. homilias duplicia sunt,) XVIII. epigrr. in hom. Greg. Nazianz. et speciminis loco dedit *Matthaei* duo epigramm. gr. Reliqua et alia adiecerat suae edit. *S. Gregorii Nazianz.* binarum oratt. Mosquae 1780. 4. — Secundus cod. saec XV. continet inter alia Μετάφρασιν τῶν οἴκων (h. e. hymnorum aut breuium precum) τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ· inc. Σῇ τῇ στρατηγῷ τῶν βροντῶν ὑπερμάχῳ. — In tertio cod. exstant inter alia etiam 1) τȣ̃ Φιλῆ στίχοι διαφόροι ἰαμβικοί. Inc. Ἄνθρωπε δεῦρο στῆθι καὶ σκόπει τάδε· 2) eiusd. εἰς τὴν ὁσίαν μαρίαν τὴν αἰγυπτίαν· inc. Σκιὰν σκιᾶς ἔγραψας· 3) eiusd. εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον· inc. pariter Σκιὰν σκιᾶς ἔγραψας· 4) eiusdem εἰς λίθον σφαιροειδῆ κρύον (Chrystall) ἐν ᾧ ἦν γεγλυμμένος ὁ δεσποτικὸς τύπος· inc. ὕδωρ ὁ λίθος ἔτος, οὐχ ὄντως λίθος· 5) ἔκφρασις ἐλέφαντος ἐν Φιλῆ στίχοις, quod poema editum est a Wernsdorfio pag. 254. sqq. Enimuero cl. *Matthaei* ex inscriptione, quae deest apud Wernsdorf. colligit, id poema non ab ipso Man. Phila esse scriptum, sed ab alio iis versibus, quibus Phile vtebatur; esse igitur vel adpendicem vel imitationem maioris Philes operis περὶ ζώων ἰδιότητος. — *Camus* exhibuit varias carminis *de nat. animal.* lectiones ex quatuor codd. Paris. quos diligenter descripsit, et notitiam carminis litterar. dedit in: Notices et extraits de MSSts de la bibl. nationale etc. Paris. tom. V. an. VII. in 4. nr. XXXVII. Tres codd. sunt ex tribus diuersis codd. manu elegantissima *Ange Vergece*, Cretensis a. 1554. descripti.

Omnia haec latius exposui, ea mente, vt cognoscerent alii, quantum laboris atque honoris eo consequendi adhuc supersit in Philes carm. denuo colligendis, atque excitarentur ad nouam forsan edit. pleniorem curandam; omnes autem intelligerent, a me haud immerito in noua hac bibl. gr. editione praetermissa esse omnia ea, quae multa sunt, Philae carmina, quae, ex apographo Bodleiani codicis sumta, olim Fabr. hic inseruerat. Priora enim carmina περὶ γρυπὸς etc. ex eodem cod. a Io. Corn. de Pauw, reliqua a Wernsdorfio sunt edita, aut recusa. *Epitaphium* autem *Irenes Augustae*, et carmen in *Alexium ac Ioannem*, a Fabricio nostro Philae adtributa in lucemque prolata, quae, vt iam supra monui ad not. *v.* p. 619. abvnde demonstrauit Wernsd. in praef. §. XI. non a *Manuele nostro Phila*, sed a *Michaele Phila*, sub imperio Io. Comneni saec. XII. viuente, esse composita, et illam *Irenem* filiam fuisse Vladislai, Panoniae regis, et nuptam Io. Comneno, Alexii imp. filio, denatam vero in Bithynia a. 1124. nec illa in suam recepit collectionem, ex hac bibl. gr. editione excludenda duxi. *Harl.*

[P] XVIII. Est mihi praeterea in manibus volumen, excusum apud Claudium Chappeletum Paris. 1609. 8. hoc titulo: *POETAE GRAECI CHRISTIANI vna cum Homericis Centonibus ex sanctorum Patrum operibus collecti, et vtraque lingua seorsim editi in vsum Gymnasiorum Societatis Iesu.* In hoc volumine praeter Ὁμηρόκεντρα siue Homericos Centones *Eudociae*, de quibus dixi lib. II. cap. 7. [§. III. et IV. vol. I. p. 551. sqq.] continentur:

Fra-

Fragmenta *Ezechielis,* tragici poëtae, ex eius ἐξαγωγῇ siue eductione populi Israëlitici ex Aegypto, de quo itidem dicere me memini lib. II. cap. 19. [vol. II. p. 305. sq.]

Fragmenta *Theodoti* ex poëmate heroico de Iudaeis, seruata ab *Eusebio* IX. 4. praeparationis euangelicae.

Iohannis Damasceni carmina iambica εἰς τὴν Θεογονίαν, εἰς τὰ Θεοφάνια, εἰς τὴν Πεντηκοστὴν et precatio versibus anacreonticis, quae incipit ἀπὸ ῥυπαρῶν χειλέων. Huic Iohanni Damasceno eiusque poëmatis ceterisque scriptis proximo volumine caput singulare a me destinatum est.

IOANNIS GEOMETRAE Hymni [aa]) quatuor elegiaci in S. Virginem, [P] cum meta-

aa) Hosce hymnos in corpore poetarum graecorum heroicorum et elegiacorum etiam vtraque lingua vulgatos Geneu. 1614. fol. pag. 746. primus cum Metaphrasi sua latina vulgauit et Gregorio XIV., pontifici, dicauit *Federicus Morellus,* Paris. 1591. 8. Ab eodem a. 1595. 8. in lucem graece et latine editus est Iohannis, geometrae, *Paradisus,* siue epigrammata tetrasticha XCIX. moralis argumenti, et dicta factaque SS. Ascetarum, Achillae, Agathonis, Apollinis, Antonii, Arsenii, Bessarionis, Carionis, Esaiae, Eutropii, Heliodori (al. Isidori) Lucii, Matois, Miltiadis, Pioris, Pittaci, Pityrionis, Simonis, Sisois, Theonis et Zenonis referentia. *Iohannes Geometra* saepius citatur in Catenis graecis in Lucam, etiam in Catena aurea Thomae Aquinatis. [Atque ex Morelli ed. rec. in Adpendice bibl. patrum per *Marin. de la Bigne* Paris. 1654. et in tomo XIV. ed. 1654. fol. gr. ac lat.] Combefisio in bibl. Concionatoria ante annos DC. vel DCC. vixisse videtur. Iambicam Metaphrasin Canticorum S. Scripturae a Iohanne Geometra non infeliciter concinnatam habuit MS. Leo Allatius, vt ipse narrat de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 62. Atque Paraphrasin cantici deiparae legi in codice Colbertino ad Apollinariani Psalterii calcem, Cangius in glossario graeco adnotauit. Similiter in codice Barocciano XXVI. Bodleianae bibl. Canticum Mosis a Geometra μεταφρασθὲν ad calcem Apollinaris occurrit. Ceterum χαιρετισμοὶ illi, siue hymni quatuor in b. Mariam, quorum singula disticha a vocabulo χαῖρε incipiunt, exstant etiam MSS. in bibl. *Vaticana* [v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. pag. 5. C.] et in caesarea, subiuncto, nescio cuius, in Geometrae laudem ἡρωελεγείῳ. Exstant etiam vna cum epigrammatis variis iambicis MSta in codice, quem regi christianissimo dono dedit Antonius Eparchus. [Conf. infra, vol. X. p. 478. nr. V. et p. 482. nr. XXXII.] Vide *Bandurii* notas ad antiquitates CPol. pag. 877. et 881. qui Geometram pessimum poetam adpellat, indigno pro aetate inprimis, qua vixit, elogio. Eius Homilias siue sermones in passionem Christi atque in b. virginem, alterumque ἐξόδιον siue προπεμπτήριον in dormitionem Deiparae, et tertium ad eamdem προσφωνητικὸν siue χαριστήριον euoluit memoratque *Allatius* de Simeonibus pag. 94. 95. 114. In altero testatur, se etiam apocryphas de Maria narrationes, quae euangelistarum scriptis non aduersarentur, adtexuisse: συνάλεκται δὲ καὶ ἡμῖν οὐ μόνον ὅσα παρὰ τῶν Εὐαγγελιστῶν τε καὶ Προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παρ᾽ αὐτῶν τῶν Ἀποκρύφων ἀνελεξάμεθα, σύμφωνα καὶ ταῦτα δηλαδὴ καὶ ἀκόλουθα τοῖς Εὐαγγελισταῖς καὶ Προφήταις, καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ Θεολήπτοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις. Εἴσεται δὲ πάντως ὅγε δίκαιος ἀκροατὴς καὶ κριτής. *Fabr.* Conf. infra in vol. IX. inter Sctorum elogia et vitas, pag. 26. §. XV. ib. p. 90. 115. bis. — De eius comment. in Hermogenem, supra, in vol. VI. pag. 75. sub fin. Add. *Oudin.* comm. de scriptor. eccles. vol. II. col. 617. — *Ioannis, Geometrae,* Protothroni (Ἰωάννου πρωτοθρόνου τοῦ γεωμέτρου) *orat. de malo,* quae mali siue pomi laudes persequitur, eiusdem encomium quercus; ecphrasis horti; alia ecphrasis et encomium quoddam, quod inc. τί δὴ καὶ τὸ μῆλον; sunt in cod. *Barocc.* XXV. v. cat. codd. Angliae etc. I. p. 3. Prima oratio *de malo* exstat quoque in cod. reg. *Matrit.*

metaphrasi *Federici Morelli*, subiectis octo versibus iambicis, quibus auctor ait, se vnius e SS. Trinitate parentem perfecta decade, trecentis versibus, (tot enim στίχους complectuntur illi hymni,) celebrasse, hexametros autem, vt perfectiores, imperfectioribus pentametris iunxisse, vt illi diuinam, hi humanam Christi naturam denotarent.

Αἱ τρεῖς ἑκατοντάδες σε τῶν τριῶν ἕνα
Τεκοῦσαν ὑμνοῦσι, Μῆτερ, παρθένον,
Θεὸν τέλειον καὶ βροτὸν τίκτες, Κόρη.
Δεκὰς τελεία, καὶ μεγίστη σοι χάρις,
Μέτρου μιγέντος κρείττονος τῷ χείρονι.
Καλῶ δὲ κρεῖττον τοῦ τόνου τὴν ἑξάδα,
Χεῖρον δὲ τὸν μείουρον ἐν χώραις δυσί.
Θεοῦ τὸ κρεῖττον, τοῦ βροτοῦ τὸ δεύτερον.

Incerti hymnus in b. Deiparam alphabeticus, ita vt singuli versiculi vocabulis, ab eadem litera secundum ordinem alphabeti incipientibus, constent:

Μέλπωμεν Θεόπαιδα, Θεείκελον, ἀφθορονύμφην,
[P] Ἄσπορον, ἁγνοτάτην, ἄχραντον, ἀνακτοτόκειον,
Βασιλίδα, βασιληγενέα, βασιληγενέτειραν etc.

Clementis, Alexandrini, Hymnus in Christum, cum latina Fed. Morelli Metaphrasi.

Senarii

LXXXII. ex quo illam exscripsit et graece euulgauit *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 501. sqq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. X. nr. 6. plut. 5. *Io. Geometrae* versiculi iambici in martyrium Panteleemonis. — in cod. XXXVII. nr. 4. explicatio IX. canticorum ecclesiae ex ore *Ioannis Geometrae*, carmine iambico, quae *Bandinius* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 65. sqq. graece publicauit, (et p. 23. de cod. Laur. antea memorato egit.) Idem adnotat, primum illorum etiam esse in cod. Barocc. citato, omnia vero haberi in cod. *Colbertino* nr. MCCCCLXXVI. eaque sibi olim comparasse *Leon. Allatium*, hoc ipso teste in diss. de libris eccles. tom. II. p. 617. denique exstitisse etiam in bibl. *Vffenbachiana*, indice *I. Henr. Maio* in bibl. Vffenb. MSta, pag. 482. qui argumenta singulorum recensuit, et primum atque vltimum carmen tamquam meditum in lucem protulit. — In bibl. *Escurial. Io. Geometrae* carmina, totum certamen martyris Panteelemonis continentia, teste *Plüero* in itiner. per Hispan. pag. 176. — In bibl. *Coislin.* cod. CVI. fol. 177. *Io. Geom.* sermo gratiarum actionis in adnuntiationem deiparae. Vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 181. — ibid. p. 251. memoratur *Nicetae* collectio interpretationum ex diuersis interpretibus, (in his, *Ioan. Geometrae*,) in euang. secundum Lucam. — *Io. Geom.* quidam hymni sunt in bibl. *Paris.* publ. codd. DCLXXXVII. — MDCXXX. nr. 15. — MMCCCCVIII. nr. 9. — MMDCXXXIII. et in MMDCCCXCII. canticorum scripturae metaphrasis, *heroicis* versibus. — *Monachii* in bibl. elect. cod. CI. eadem: v. cat. codd. gr. Bauar. p. 58. vbi forsan rectius scribitur, *versibus iambicis.* — *Vindobonae* in cod. caesareo theol. CCLXXXIX. nr. 50. quatuor hymni in deiparam, cum anonymi epigrammate in Io. Geometram, sec. *Nesselii* cat. part. I. p. 598. aut sec. *Lambec.* comment. V. pag. 547. sq. de cod. CCLIII. — *Mediolani* in bibl. *Ambros.* in passionem Christi, teste *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSt. I. p. 499. E. eodem adnotante ib. II. pag. 1527. D. Io. Geometra *de coelo*, gr. inter codd. de Mesme. *Harl.*

Senarii iambici, incerto auctore, in eiusdem *Clementis* Paedagogum.

Simeonis Metaphrastae iambi XX. ad eos, qui ad sacram mensam accedere volunt.

Hisce Metaphrastae iambis illa collectio poëtarum graecorum christianorum [in nota superiore memorata] clauditur. Adiunxit autem eidem in meo volumine bibliopegus, quae et ipsa hoc loco referam, alia aliorum apospasmatia, 1) *στίχοι ἄδηλοι περὶ τῆς ἁγίας Βαρβάρας*. Incerti scriptoris *carmen iambicum*, versibus LXIV. constans, extrema parte mutilum in laudem *S. Barbarae*, virginis martyris, ex bibl. regis christianissimi cum Metaphrasi latina iambica *Fed. Morelli*, qui iambos graecos vetusti scriptoris in *Alexium*, martyrem, et socios, et Antonii Mureti, Iacobique Maussaci poëmatia latina in Barbaram cum graeca sua Metaphrasi subiunxit Paris. 1614. 8. 2) Anonymi veteris, qui testem se oculatum perhibet *ἔκφρασιν περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Κυριακῶν Θεμάτων*, siue *descriptionem situs locorum sacrorum et rerum memorabilium Hierosolymae*, versibus politicis CCLX. et *Nicephori Xanthopuli ἅλωσιν Ἱερουσαλὴμ, excidium Hierosolymitanum*, versibus iambicis CLXIII. vtrumque cum Metaphrasi latina iambica eiusdem Fed. Morelli, qui praeterea prosarium scriptum *Epiphanii* monachi, periegesin terrae sanctae cum versione sua addidit, totumque volumen inscripsit: *Expositionem thematum Dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt.* Paris. 1620. 8. Ex his, Nicephori carmen, ab eo tempore recusum, non memini: at *ἔκφρασιν* illam sub Perdiccae nomine *συμμίκτοις* suis inseruit Allatius, in quibus etiam Epiphanii libellus legitur, vt dixi in hoc volumine p. 99.

XIX. Inter poëtas graecos christianos celebratissimus est GREGORIVS, Nazianzenus, de quo peculiari capite dictum, quemadmodum etiam de IOHANNE DAMASCENO. De THEODORI quoque PRODROMI carminibus sacris tradere me memini in hoc volumine pag. 137. sqq.

Poëtis christianis elegantioribus etiam accensendus venit IOANNES [*] MAVROPVS [bb]) monachus, atque inde metropolita EVCHAITENSIS, siue *Euchaniae*, (quae etiam *Theodoripolis* a Theodoro, martyre, dicta, cui templum Io. Zimisces, imp., condidit, vrbs Helesponti, prouinciae in Asia minori,) qui scripsisse se testatur temporibus Constantini, monomachi, Zoës ac Theodorae, h. e. circa a. C. 1050. Rogat enim p. 43. Christum, vt, quemadmodum in fornace Babylonica olim tribus iuuenibus, sic etiam in imperio tribus hisce adsit ope sua.

> Οὗτος γὰρ ὥσπερ τοῖς τρισὶ νεανίαις
> Συνῆν τέταρτος ἐν μέσῳ φλογὸς πάλαι,
> Οὕτω πάλιν τέταρτος ἔσω κἀνθάδε,
> Δροσισμὸς ὑμῖν ἐν βασιλείοις μέσοις.

bb) Μαυρόπους idem est ac Μελανόπους. Confer *Lambecium* tom. I. pag. 149. [pag. 272. ed. Kollar. conf. de eo *Oudin.* comm. de scriptor. etc. II. pag. 606. *Caue* hist. litter. script. eccles. II, pag. 139. ad a. 1054. *Harl.*]

Τὸν ἥλιόν σε πρῶτα σώζων, καὶ νέμων
Ζωὴν ἄλυπον, εὐτυχῆ, νικηφόρον,
Καλοῖς τε τοῖς σύμπασιν εὐθηνουμένην.
Ἔπειτα ταύτην τὴν σελήνην τοῦ κράτους
Τὴν κοσμολαμπῆ, καὶ διαπρεπεστάτην,
Τὴν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὃ κέκληται μόνον,
Ζωὴ γὰρ ὄντως ἡ ΖΩΗ τοῦ νῦν βίου,
Τρίτην δέ μοι σύνταττε καὶ τὴν δευτέραν
Τὸ φαιδρὸν ἄστρον τοῦ πανολβίου σέφους
Ἢ τὴν ἐκείνης αὐταδέλφην ἀξίαν
Ὃ παντὸς ἄλλου μεῖζον εἰς εὐδοξίαν.

Ad eamdem Zoën ac Theodoram referendum carmen p. 44. Ἐς τὰς δεσποίνας, quo nec imperatorem celebrare omittit.

Τὸν εὐγενῆ μὲν, εὐτυχῆ δὲ δεσπότην,
Τὸν εὐτυχῆ μὲν εὐσεβῆ δὲ καὶ πλέον,
Τῆς γῆς τὸ θαῦμα, τὸν μέγαν ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ,
Ὃν ἡ πρόνοια κοσμικῶν κακῶν λύσιν
Ἔδειξεν ἡμῖν, καὶ καλῶν πάντων βρύσιν.

Adde carmen in Conſtantini, monomachi, imaginem, ἐν Εὐχαΐτοις apud Euchaitenſes dedicatam, cum particula crucis Chriſti pag. 47. [¶] Plura in monomachi laudem pag. 23. et 51. cc) atque in Theodorae pag. 52. Sed imperatoris obitum deflet p. 54. ſeq. Neque illi tantum et Zoae ac Theodorae fuit ſuperſtes, ſed etiam Alexii Comneni attigit imperium, ſiquidem in iure graeco romano lib. III. p. 215. inter metropolitanos qui Nicolao, patriarchae CPol. menſe Iunio indict. 15. (hoc eſt Chriſti 1092. Alexii Comneni 12.) adſederunt, memoratur ὁ Εὐχανείας Ἰωάννης.

In S. Theophylactum quoque, qui et ipſe Alexii Comneni contigit tempora, exſtat epigramma p. 47.

[Auctore *Caue* l. c. ſcripſit *Io. Mauropus*

Orationem encomiaſticam in tres SS. patres, Baſilium M., Gregorium Theologum et Io. Chryſoſtomum. In cod. *Vindob.* caeſ. CCIV. nr. 6. v. *Lambec.* comment. V. pag. 11. ſq. Meminit etiam eius oratt. *Leo Allatius* in diatr. de Symeonum ſcriptis, pag. 105. vid. quoque ſupra de Chryſoſtomo, et infra vol. IX. p. 62.

Orationem εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου, ἤτοι τοῦ πεζοῦ· incipit παρ' ἡμῖν δ' οὖν οὐ σπάνια τὰ καλὰ, τὸ τοῦ λόγου· quam confundit *Neſſelius* in cat. codd. caeſar. part. I. pag. 224. cum priore.

Cano-

cc) Nonnulla cum *Argoli* latina verſione refert *Allatius* de libris eccleſiaſticis Graecorum pag. 97. vbi etiam titulus integrior, εἰς τὸ βιβλίον τῆς διακονίας τοῦ τροπαιοφόρου, pro quo Buſtus tantum edidit: Εἰς τὸν τροπαιοφόρον.

Canones paracleticos, ſiue carmina conſolatoria 24. ad Chriſtum, ſotera. In cod. *Vindob.* caeſareo theol. LXXVIII. ſecundum Neſſelii cat. nr. I. fol. I. Vnum quodque carmen peculiarem ſuam habet acroſtichidem, quae, itidem vt quaelibet ode, nona, nomine Ioannis inſignita eſt. Haec et ſequentia cantica ſiue canones diligentius fuſiusque recenſuit *Lambec.* comm. V. p. 560. ſqq. de cod. (vti numerat,) CCXIX.

Ibid. fol. 77. pag. 2. alia ſunt *duo cantica* ad Chriſtum, ſotera, ſine acroſtichide et nomine auctoris.

Ib. fol. 83. pag. I. *Canon.* ſiue canticum ad Sctum angelum cuſtodem. — fol. 88. pag. I. *Canones* ſiue cantica 67. ad Mariam, deiparam, quorum vnum quodque peculiarem ſuam habet acroſtichidem, et itidem, vt quaelibet ode, nona, nomine Ioannis eſt inſignita — fol. 315. p. I. *canones* ſiue cantica II ad S. Ioannem, baptiſtam, eodem, quo priora, modo condita. — Aliquot *canones paracletici* ſunt etiam in cod. caeſar. CCCIX. fin. v. *Lambec.* V. p. 575.

Ibid. cod. CIII. continentur eiusdem CII. *ſacra iambica*, praefixa ipſius epitome. Curatius deſcripſit *Lambec.* hunc cod. quem numerat CCXI. in comment. vol. V. pag. 66. ſqq. et ſingulorum poematum inſcriptiones atque principia poſuit, itemque correxit *Hippolyti Maraccii*, Lucenſis, qui in bibliotheca Mariana de Ioannis Maur. aetate, tamquam re incerta agit, et *Sim. Wagnereck*, qui in Pietate Mariana Graecorum, part. I. in Prolegom. nr. XXV. ſcribit, ſe nondum quidquam de noſtro inueniſſe, quod viris doctis probare ſe poſſe confideret. Ipſe tamen *Lambec.* ignorauit edit. *Buſti* Etonenſem, miratus, poemata ſacra memorata a *Io. Meurſio* ſexies citari in Gloſſario graeco-barbaro, et quidem velut *iam edita.* Sed *Kollarius* iam in nota *A.* loco noſtri Fabricii adlato certiora docuit.

Idem *Io. Maur.* ſcripſit vitam *S. Euſebiae*, apud Euchaitas in magna veneratione habitae; item *vitam S. Dorothei iunioris in Chiliocomo*, ex quibus fragmenta quaedam prolata eſſe a *Leone Allatio* in libro de conſenſu vtriusque eccleſiae in dogmate de purgatorio p. 754. indicat Caue. Add. ipſum Fabric. in fine ſectionis de Io. Maur.

Praeter memoratos codd. Vindobon. ſunt alii quoque, in quibus exſtant *Io. Mauropodis* opuſcula. *Florentiae* in bibl. Laurent. *canon in S. angelum cuſtodem*, in cod. XVII. nr. 12. plut. 15. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 40.) — encomium in SS. patres, *Baſil. M. Gregor. Theolog. et Io. Chryſoſtomum*, in cod. XVII. nr. 29. (*Band.* l. c. pag. 418.) Eſt quoquoque illud encomium in codd. *Vatican.* v. Montf. bibl. bibl. MSSt. I. pag. 12. D. et 13. C. in cod. *Mediol. Ambr.* ib. pag. 500. A. — in codd. *Pariſ.* bibl. publ. DLIX. nr. 9. et MDLVII. nr. 24. ſecund. cat. codd. Pariſ. vol. II. — in codd. *Coislin.* CCCIV. et CCCVII. in homiliis et vitis SStorum m. Ian. v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. pag. 418. quem, miror, nusquam illius mentionem factam reperiſſe, et pag. 433. vbi errat, Caueum non meminiſſe illius opuſculi. — *Taurini* in bibl. reg. codd. LXX. fol. 329. et CXVI. in Sctorum patrum ſermonibus vitisque, menſe Ianuar. d. XXX. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 167. et 221.) — Tum in cod. *Laurent.* XVIII. nr. 3. plut. 9. *Io. Maur. inuocatio et confeſſio* in angelum, cuſtodem vitae noſtrae, verſibus 456. iambicis. — *Sermo in dormitionem deiparae*, in cod. XXXI. nr. 21.

plut. 10. (v. etiam *Fabr.* infra, in vol. IX. pag. 116.) — *etymologicum metricum nominum* in *S. Scriptura celebriorum,* in cod. XIII. nr. 49. plut. 74. v. *Bandin.* I. pag. 420. et 496. ac tom. III. p. 111 vbi dubitat, num illa carmina etymologica in ed. Eton. reperiantur. In eod. cod. XIII. nr. 50. eſt initium *etymologiarum eorum*, *quae ad hominem pertinent*, verſibus iambic. quorum auctorem eumdem Ioannem eſſe ſuſpicatur *Band.* pag. 112. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLVIII. *hypomnema in dominicas ſolemnitates* iambicis aliisque verſibus, praemiſſa Ioannis Maur. vita. Plura v. in cat. cit. pag. 244. — *Pariſ.* in bibl. publ. cod. DCCCXLVII. iambi in Theodoretum, huius commentario in XII. prophet. minores praefixi — in cod. MCLXXXII. nr. 113. Io. Euchaitarum metropolitae, epiſtola. — *Monachii* in bibl. elector. cod. CCXXXV. verſus iambici in feſta Domini et in alia diuerſi generis argumenta. (V. cat. codd. gr. Bauar. p. 82.) — De *Ioan. Maur.* inedita quadam oratione, in qua dictum I. Ioann. V. 7. οἱ αὐτοὶ τρεῖς καὶ ἕν, agit *Franc. Anton Knittel* in: neuen Kriticken über den ber. Spruch: Drey ſind, die da zeugen im Himmel etc. Brunſu. 1785. 8. ſect. 2. *Harl.*

Huius Iohannis *Epigrammata iambica, carminaque* in praecipuorum feſtorum Patrumque pictas in tabulis imagines et hiſtorias, ac de aliis varii generis argumentis prodierunt breui paginarum p. 73. libello gr. cura *Matth. Buſti*, Etonenſis, qui verſionem nullam[dd]) addidit, ſed paucas nec indoctas notas ad calcem voluminis adiunxit, Etonae 1610. 4. exc. Io. Norton, iisdem typis, quibus Sauilii Chryſoſtomus ſub idem tempus deinde fuit expreſſus. Ordinem, quem in MSto ſuo codice reperit, ſubinde immutaſſe ſe Buſtus non diffitetur, quamquam cum Buſti codice conſpirat quoque Vindobonenſis, de quo *Lambecius* V. pag. 29. [p. 66. Kollar.] cui Etonenſis editio fuit ignota.

Ait Euchaitenſis, ſe haec carmina velut guſtum quemdam dare ex plurimis aliis, quae proſa et verſu ſcripſerit.

Ἐγὼ δὲ τούτους ἐξελὼν μου τοὺς λόγους
Πολλῶν ἀπ' ἄλλων ἐμμέτρων, οὐκ ἐμμέτρων
[P] Μόνους φέρων δίδωμι τοῖς λόγων φίλοις,
Ὡς γεῦμα μικρὸν δαψιλοῦς ἀνθοσμίου,
Οἷς ἡδονὴ γένοιτο ταῦτα μετρία,
Κόρος δ' ἀπέστω, καὶ μέθη, καὶ ναυτία.

Codicum mendis eluendis ac caſtigandis laborioſam operam ſe collocaſſe refert pag. 70.

Καλοῦ.

dd) *Vt minori,* inquit Buſtus, *faſtidio poſſint* οἱ μουσικώτεροι *adſpicere, graece ſolummodo excudendum curaui, neque inſtar Virgiliani Mezentii ex ſangue et putidum latinae verſionis cadauer graeco poetae animato et viuido alligare ſuſtinui: quod quidem dum faciunt nonnulli, praeſertim in poetis, verendum eſt, ne, vt quidam e veteribus, cum ignem cremandis mortuorum cadaueribus pollui crederet, grauiter commotus Prometheum ad opem ferendam aduocaſſe perhibetur, vt ignem, quem de coelo clepſerat, pari furto mortalibus, (ſi poſſet,) ſubduceret: conſimiliter etiam exiſtat aliquis, qui typographiae inuentorem ſubinde inclamare velit, vt beneficium hoc ſuum, ad vſus indignos traductum, repoſcat ſibi, et ſaltem ad tempus retrahat.*

Καλὴν δεδωκὼς ταῖς βίβλοις ὑπεργίαν
Αὐτὸς πονηρὰν ἀντιλαμβάνω χάριν.
Τῶν μὲν γὰρ ἤδη τὰς νόσους ἰασάμην,
Ἐγὼ δὲ συντέτηκα, καὶ κακῶς ἔχω,
Κόπων τὸ σῶμα συντριβεὶς ἀμετρίᾳ.
Ἀλλ᾽ οἱ τρυφῶντες ἐν πόνοις ἀλλοτρίοις
Καὶ ταῖς ἐμαῖς πλέοντες εὔδια ζάλαις
Πρὸς Κύριον μέμνησθε τοῦ κεκμηκότος.

Singulatim meminit Menaeorum, a ſe recenſitorum et emendatorum:

Εἰς τὰ δωρηθέντα Μηναῖα εἰς εὐχαΐτα.
Ὕμνων ἐπελθὼν ἡμερησίων βίβλους,
Πᾶσάν τε τούτων τὴν γραφὴν ἐπιξέσας,
Καὶ χεῖρα, καὶ νοῦν, ὡς ἐνῆν καταρτίσας,
Δῶρον φίλῳ δίδωμι καὶ μάλα πρέπον
Τῷ προστατοῦντι τοῦ τόπου στεφηφόρῳ
Ὃς ἔνδον οἰκεῖ τῆσδε τῆς Ἐκκλησίας,
Δι᾽ οὗ τύχοιμι τῆς ἀκηράτου βίβλου,
Τῇ χειρὶ τοῦ πλάσαντος ἐγγεγραμμένος.

Chronographiam ſcripſiſſe ſe, ſed, vbi ad ſuam aetatem peruenit, abrupiſſe, ne adulatione deturpare Hiſtoriam cogeretur, innuit p. 69.

Ὁ συγγραφεὺς ψεῦδος μὲν οὐκ εἰρηκέτω.
Ψεύσαιτο μέν τ᾽ ἂν ἔν γε τοῖς λοιποῖς λόγοις,
Οὕτω φιλούντων τῶν κελευόντων τάδε,
Ὧν τοῖς ἐπαίνοις ἐντρυφῶν τὸ βιβλίον
Ὅμως ἔδοξεν ἐνδεέστερον λέγειν,
Ἐξουσία κρότων γὰρ οὐκ οἶδεν κόρον·
Οὐκοῦν ἀφείσθω ταῦτα τοῖς ἐγκωμίοις,
Ἡ συγγραφὴ δὲ μὴ προχωρείτω πλέον.
[?] Οὐκ εὐφυῶς γὰρ πρὸς τὰ τοῦ ψεύδους ἔχει,
Νόμος τε ταύτην ἐκτροπῆς ἀποτρέπει.
Ἐνταῦθα τοίνυν τὸν δρόμον παύει τέως,
Ἕως κατ᾽ εὐθὺ δῷ τις αὐτῇ τὸ τρέχειν.

Epiſcopus et metropolita creatus eſt inuitus, quum contentum paruo, ac libris ſtudiisque vnice intentum nihil magis iuuaret, quam in illis deliteſcere, et iuuenibus inſtituendis porro vacare procul inuidia, periculis ac curis, quas maiorum dignitatum ſplendor ſecum adferre conſueuit.

Ἄλλης, inquit p. 59., τρυφῆς ἥκιστα ποιοῦμαι λόγον,
Ἀρκεῖ γὰρ αὕτη ψυχαγωγεῖν πλουσίως,

Βρύουσα

Βρύουσα πᾶσαν ἡδονήν τε καὶ χάριν.
Πλὴν ἀλλ' ἄγοις οὕτω με, καὶ φέροις, Λόγε,
Ἄτρεπτον, ἀκλόνητον, ἡδρασμένον,
Εἴσω μένοντα τῶν τεταγμένων ὅρων,
Ὡς ἄνθεσι μέλισσαν ἐν βίβλοις στρέφων,
Ὡς τέττιγα δρόσῳ με τοῖς λόγοις τρέφων,
Μόνοις τε πείθων τοῖς παροῦσιν ἐμμένειν,
Καὶ μηδὲν αἰτεῖν ἄλλο πλὴν Σωτηρίαν.

Et p. 64. Καλῶς γεωργήσασα πολλοὺς τῶν νέων,
Πάντας γὰρ οὐ τίθημι, μὴ καὶ κομπάσω.
Πλὴν ἀλλὰ πλείστους ἦρεν ἐκ μαθημάτων,
Πλείστοις δὲ καὶ πρὸς ἦθος εἰσήνεγκέ τι,
Οὗ μᾶλλον ἡ παίδευσις εὐτυχεστέρα
Τούτων περισσῶν ἐν λόγοις κομψευμάτων.
Τούτους ἔγωγε τοὺς σοφισθέντας νέους
Κέρδος μέγιστον τῷ ταλάντῳ προσφέρω.

Eodem in loco innuit, se aetate prouectum et viribus iam deficientibus ad dignitatem episcopalem protractum esse. Obiicienti enim: *κρύψεις δέ σου τὴν λύχνον ἐν τῇ γωνίᾳ;* respondet:

Τί τοῦτό φῃς, ἄνθρωπε; πῶς λαλεῖς λύχνον
Τὸν οὐκ ἔχοντα τὸ προσῆκον φῶς λύχνῳ.
Ἦν λύχνος, οἶδα, καὶ γὰρ οὐκ ἀρνητέον.
Ἀλλ' εἰς τροφὴν ἔλαιον ἀρκοῦν οὐκ ἔχων
[₱] Ἐψυγμένην δείκνυσι τὴν θρυαλλίδα,
Ἧς τῷ μαρασμῷ καὶ τὸ τοῦ φωτὸς σέλας
Ἀμυδρὰ φαῖνον οὐκ ἔχει λαμπηδόνα.
Συνασθενεῖ γὰρ καὶ λόγος τῷ σαρκίῳ.
Ὥσπερ παθούσῃ μουσικὸν μέλος λύρᾳ.

Huius Iohannis Euchaitensis non exiguum nomen inter melodos graecos, atque in ecclesiasticis Graecorum libris ingenii eius ac pietatis monumenta occurrunt, e quibus *Canones in festo SS. Basilii, Nazianzeni ac Chrysostomi* cum versione sua publicauit *Nic. Rayaeus* S. I. in diss. praeliminari ad tom. II. actor. Sanctorum Iunii p. 50-59. et *Canonem in Deiparam* p. 49. sq. Canonis prioris ἀκροστιχὶς est: τρισήλιον φῶς τρεῖς ἀνῆψεν ἡλίους. *Canones in S. Nicolaum* citat Allatius contra Hottingerum pag. 183. De hoc Iohanne videndus etiam tom. I. Act. Sanctorum mensis Iunii pag. 594. seq. in quo pag. 515-614. exhibetur scripta ab eo *Vita* praeceptoris sui, *Dorothei iunioris*, Trapezuntii Chiliocomensis, cum versione *Conradi Ianningi* S. I. Ex vita S. *Eusebiae*, cuius memoria apud Euchaitenses celebratur, profert nonnulla idem *Allatius* lib. de purgatorio pag. 754. seq. Forte in Catena Corderiana patrum graecorum

rum *in Psalmos*, vbi Iohannes citatur, intelligitur non Chrysostomus, qui semper in illo opere venit Chrysostomi nomine, sed Euchaitensis noster, quem expositioni Origenis in Psalmos adiecisse quaedam, Colomesius ex Antonii Verderii catalogo MSS. CPolitanorum adnotauit.

De poetis christianis sacris graecis et latinis dissertatio *Andreae Christiani Eschenbachii* a. 1685. Altdorfii edita et inter eius dissertationes academicas Norimbergae 1705. 8. recusa pag. 76. recte memorat inter deperditos *Triphyllium*, episcopum, quem Suidas testatur scripsisse versibus iambicis vitam praeceptoris sui, Spyridonis Thaumaturgi, Trimithuntis in Cypro episcopi, Constantino imperante clari, de quo *Surius* 12. Dec. et *Lambecius* VIII. pag. 310. [pag. 662. ed. Kollar.] Sed quod pag. 81. vitam *Theclae* carmine descriptam a *Basilio* Seleuciense ait inter illius opera a Claudio Dausqueio a. 1596. 8. et Parisiis 1621. fol. cum Gregorii Thaumaturgi et Macarii Alex. operibus, Zonaraeque in epistolas canonicas commentario editam haberi, in eo fallitur. Nam in Dausquei editione vita *Theclae* omnino nulla comparet. In editione Parisiensi exstat vita Theclae, sed prosario sermone a Basilio [?] Seleuciensi descripta duobus libris, quam cum versione sua primus *Petrus Pantinus* Antw. 1608. 4. vulgauerat. *Photius* quidem cod. CLXVIII. testatur, Basilium hunc καὶ μέτροις *etiam versibus* Theclae, protomartyris, ἔργα καὶ ἆθλα καὶ νικητήρια ἐντεῖναι, neque adsentior Pantino, qui μετρίως apud Photium legendum suspicatur, sed vita illa, versibus scripta hactenus nondum lucem vidit.

De *Amphilochii*, *Synesii*, *Cosmae*, *Marci*, *Simeonis*, *Pselli* et aliorum Christianorum poëmatis graecis alibi a me dictum est, atque in laudati supra mihi Vrbani Godfridi Siberi opere, quod propediem in lucem edet de Melodis graecis, abunde differetur. Igitur hoc caput concludere iam licet, vbi prius quatuor collectiones, in quibus poetae graeci veteres iunctim excusi exstant, paucis recensuero.

I. *Henrici Stephani* POETAE GRAECI PRINCIPES heroici carminis, graece typis luculentis, et diligenti studio emendati, Paris. 1566. fol. in his Christiani nulli, sed modo *Homerus, Hesiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, Moschus, Bion, Dionysius Periegetes, Coluthus, Tryphiodorus, Musaeus,* sententiaeque *Theognidis, Phocylidae, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Rhiani, Naumachii, Panyasidis, Euphorionis, Antimachi, Linі, Mimnermi.*

II. CORPVS POETARVM GRAECORVM qui heroico carmine scripsere, adposita e regione latina interpretatione prosaica, vndique collecta, sed cuius auctor ab editore, nescio quo consilio, semper reticetur, notulisque et variis lectt. margini adscriptis, cura ac ex recensione *Iacobi Lectii.* Geneuae apud Petrum de la Rouiere 1606. fol. Post dedicationem Lectii ad Mauritium, Hassiae Landgrauium, sequuntur aliquot scripta in laudem graecarum literarum, scriptorumque graecorum.

Locus ex Basilii orat. quam iuuenes e graecorum scriptis vtilitatem percipiant, et Scipionis Carteromachi Pistoriensis oratio de laudibus literarum graecarum.

M. Antonii Antimachi oratio eiusdem argumenti, in Ferrarienſi gymnaſio olim habita.
[?] Excerpta ex Conr. Heresbachii oratione in commendationem graecarum literarum.

Hinc iam ipſi poetae ſuccedunt, atque in his iterum Chriſtiani nulli.

III. COR-

II. CORPVS POETARVM GRAECORVM tragicorum, comicorum, lyricorum, gnomicorum, epigrammatariorum, adpoſita e regione latina interpretatione. Geneuae apud eumdem Petrum de la Rouiere 1614. fol. (ab cod. *Lectio,*) in quibus pauci quidam Chriſtiani.

Tom. I. Sophoclis tragoediae VII. Aiax flagellifer, Electra, Oedipus tyrannus, Antigone, Oedipus Coloneus, Trachiniae, Philoctetes.

p. 175. Euripidis tragoediae XIX. Hecuba, Oreſtes, Phoeniſſae, Medea, Hippolytus, Alceſtis, Andromache, ἱκέτιδες ſiue ſupplices, Iphigenia in Aulide, Iphigenia in Tauris, Rheſus, Troades, Bacchae, Cyclops, Heraclidae, Ion, Hercules furens, Electra et Danaes prologus cum verſione Guil. Canteri.

p. 598. Aeſchyli tragoediae VII. Prometheus δεσμώτης ſ. vinctus, ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, Perſae, Agamemnon, Χοηφόροι, Eumenides et Supplices.

p. 719. Ariſtophanis comoediae XI. Plutus, Nubes, Ranae, Equites, Ἀχαρνεῖς, Veſpae, Aues, Pax, Ἐκκλησιάζουσαι, Θεσμοφοριάζουσαι, Lyſiſtrata, ſingula cum Florentis Chriſtiani metaphraſi, vel cum verſione Andreae Diui.

p. 1017. Ezechielis Iſagoges fragmenta.

Lycophronis Alexandra hic non comparet, ſed tom. II. p. 138. ſeq.

Tom. II. Pindari Thebani Olympionicae, Pythionicae, Nemeonicae, Iſthmionicae.

Hinc ſequuntur lyricorum fragmenta Alcaei p. 94. Sapphus p. 96. Steſichori p. 99. Ibyci p. 100. Anacreontis ibid. Bacchylidis p. 137.

Fragmenta Simonidis vario carminis genere p. 121. et p. 125. carmen [?] eius in mulieres exhibetur cum metaphraſi poetica Georgii Buchanani.

Alcmanis p. 130. Archilochi p. 131. Melanippidae p. 133. Teleſtae p. 134. Pratini ibid.

Σκόλιον Ariſtotelis, et ſcoliorum Timocreontis et Hybriae, Cretenſis, fragmenta p. 135. Erinnae Leſbiae ode in laudem Romae. Ibid. Alphaei, Mytilenaei, Phalaeci p. 136. Iuliani, Theocriti et alius auctoris Anacreontica poemata ibid. ſeq.

p. 138. Lycophronis Caſſandra cum argumento et verſione Guil. Canteri.

p. 162. Syneſii hymni X.

p. 185. Gregorii, Nazianzeni, odae IV.

p. 189. Ioh. Damaſceni hymnus in Theogoniam: crambe bis cocta p. 737. vbi p. 739. ſequitur etiam eiusdem εἰς τὰ Θεοφάνια et p. 741. εἰς τὴν πεντηκοστήν. item p. 743. precatio verſibus Anacreonticis.

p. 139. MAXIMI MARGVNII, Sec. XVI. epiſcopi Cytherorum, hymni Anacreontici IX.

p. 209. Orationis dominicae et Pſalmi XXIV. metaphraſes Anacreontico carmine graeco Matthiae Bergii, et Thomae Golneri et latino Conr. Ritterſhuſii.

p. 210. Philes iambi de animalium proprietate et p. 237. auctarium Ioach. Camerarii.

p. 241. Georgii Piſidae ἑξαήμερον et de vanitate vitae cum verſione Fed. Morelli. Fragmenta ex Suida et aliis p. 273.

p. 275. Ioh. Tzetzae XIII. Chiliades hiſtoriarum verſibus politicis cum verſione Pauli Lacilii Veronenſis. Eiusdem Tzetzae quaedam p. 486. ſeq.

p. 494. Anthologia vet. epigrammatum VII. libris cum verſione proſaica Eilhardi Lubini.

p. 746. hymni IV. Ioh. Geometrae in Mariam Θεοτόκον.

p. 751. Clementis, Alex. hymnus in Chriſtum, cum Fed. Morelli verſione.

p. 773. Simeonis Metaphraſtae et alius cuiusdam iambi.

QVARTA collectio, ſolis poetis chriſtianis conſtans, occurrit in appendice bibliothecae patrum per Marinum de la Bigne, Pariſ. a. 1624. [?] et in tomo XIV. editionis a. 1654. fol. vbi graece et latine exſtant.

Sibyllinorum oraculorum libri VIII. cum praefatione Marci Antimachi et aliis Sibyllinis, aliisque oraculis ex omni antiquitate collectis per Iohannem Opſopoeum, ex editione Pariſ. 1599. 8. De Sibyllinis eorumque editionibus caeteris dixi lib. I.

Homerici Centones, Eudociae, Auguſtae, ſiue *Pelagii,* patricii, ex editione Pariſ. 1609. 8.

Ezechielis, tragici, fragmenta.

Apollinaris Metaphraſis Pſalterii Dauidici, ex editione Iohannis Benenati Pariſ. 1580. 8.

Nonni, Panopolitae, metaphraſis euangelii Iohannis, ex editione Ingolſtad. 1614. 8.

Georgii Piſidae de mundi opificio, et de vanitate vitae, ex editione Federici Morelli Pariſ. 1584. 4.

Io. Geometrae hymni varii ex eiusd. Morelli editione, Pariſ. 1595. 8. *Fabr.*

[Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptorum carmina cum verſione latina et notis. (curante *Mich. Maittaire.*) Londini typis G. Bowyer. 1722. 4.

Opera et fragmenta veterum poetarum latinorum profanorum et eccleſiaſticorum, duobus voluminibus comprehenſa. (Curante *Mich. Maittaire.*) Londini, ap. Io. Nicholſon, B. Tooke et Io. Tonſon. 1713. fol.

Aliarum collectionum, in claſſes redactarum, catalogum confecit *Hamberger* in: Zuverl. Nachricht. tom. I. pag. 173. ſqq. et ego eiusmodi catal. enumeraui in Introd. in hiſt. L. gr. I. p. 85. ſqq. *Harl.*]

CAPVT

CAPVT XIII. (olim XVII.)

De Catenis Patrum graecorum in S. Scripturae libros.

I. *Catenarum in S. Scripturam ratio et elogium.* II. *Catena in Pentateuchum a Francisco Zephyro latine versa, graece MS. in bibl. Tigurina.* III. *Catena in cantica V. et N. T.* ibid. *Catena Aloysii Lipomanni in Genesin et Exodum.* IV. *Procopii Gazaei in Octateuchum et ceteros libros historicos V. T. et in prouerbia, canticum et Esaiam.* V. *Catenae quaedam MSS.* VI. *Catena Olympiodori ac Nicetae in Iobum, latine ac graece et latine edita.* VII. *Catena in Psalmos Dan. Barbari et Aloysii Lipomanni et quam vtraque lingua vulgauit Balthasar Corderius.* VIII. *Catenae MSS. in Psalmos et alios libros V. T.* IX. *Catena in prouerbia edita latine a Theodoro Peltano.* X. *In Canticum a Zino, Meursioque.* XI. *Catenae MSS. in Esaiam, Io. Drungarii, Andreae, presbyteri, aliaeque.* XII. *Catena in Matthaeum duplex graece et latine edita a Corderio.* XIII. *Alia MS. in Matthaeum et Lucam Macarii Chrysocephali.* XIV. *De Tito, Bostrensi, ac Victore, Antiocheno.* XV. *Catena in Marcum, quam vtraque lingua vulgauit Petrus Possinus.* XVI. *In Lucam* [?] *latine publicata a Corderio.* XVII. *In Iohannem ab eodem graece et latine.* XVIII. *Catena aurea Thomae Aquinatis in quatuor euangelistas.* XIX. *Theophylactus et Euthymius in quatuor euangelistas et epistolas Paulli: ibid. Oecumenius in Acta, epistolas Pauli et catholicas.* XX. *Arethas et Andreas in Apocalypsin.* XXI. *Aliae quaedam Catenae MSS.* XXII. *Similes ex recentioribus S. Scripturae interpretibus Catenae Marlorati, Poli et aliorum.*

(*Cum auctario G. C. Harles.*)

I.

Nemo est paullo humanior, quem fugiat, a multis iam saeculis obtinuisse morem ad illustrandos S. Scripturae libros egregia seligere ex praestantissimis veteris ecclesiae doctoribus, non modo illis, qui ex instituto sacros Scriptores exposuerunt, sed etiam aliis omnis generis, qui in operibus suis obiter aliquid ad lucem diuinis scriptis accendendam inspergerent. Atque si, quod ait Hesiodus, sapientissimus est is, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem, proxime accedit ille, qui alterius bene inuentis obtemperat atque vtitur. Primum quidem locum inter interpretes sacrarum litterarum priscos graecos Origeni, Chrysostomo, Theodoreto paucisque aliis merito dabimus, qui ipsi, ita vt hi, praeclaris sacras litteras commentariis illuminarunt: proximum certe adsignabimus contextoribus, de quibus iam dicturus sum, *Catenarum:* hi enim laudata industria ex illis excerpserunt, quae et exponenda et in vsum vertenda sacra oracula inprimis facere sibi viderentur. Tantoque magis hi doctis placent ac probari solent, quod non modo ex vastis voluminibus commentariorum ea, quae maxime ad rem faciunt, conati sunt delibare, atque plurium virorum maximorum sensa succincte cognoscenda et industriae illorum fructum breui labore capiendum lectoribus offerunt; sed etiam, quod multa seruarunt ex scriptis antiquis, amissis quidem ac deperditis, ex quibus, nisi in huiusmodi seruatum Catenis, nihil omnino ad nostram memoriam peruenisset. *Catenae* autem vocabulo primus, ni fallor, hoc sensu vsus ex Latinis *Thomas Aquinas* est: [v. infra, §. XVII. *H.*] nam Graeci quidem scripta huiusmodi vocant Ἐπιτομὰς ἑρμη-

 νειῶν,

νεών, vt apud *Lambecium* III. pag. 60. [v. Kollar. not. p. 37.] siue ἑρμηνείαν συνεραvισθεῖσαν siue ἐξήγησιν συλλεγεῖσαν ἐκ διαφόρων Πατέρων etc. Non absurde autem catenae vocabulum hisce scriptis adplicatur, quoniam, vt Catena ex pluribus constat annulis inter se connexis; sic [[P]] illae expositionem librorum sacrorum, ex plurium scriptorum cogitatis contextam offerunt. Fortasse etiam, vt apud Dionem Chrysostomum, Charidemus vitam humanam confert cum catena ee), in qua prospera ex aduersis et aduersa vicissim ex prosperis suspensa connectuntur, ita etiam in hisce συναγωγαῖς non omnia semper aeque sunt selecta, sed praeclaris plerisque et obseruatu dignissimis adduntur interdum trita quaedam ac vulgatiora. Ne dicam de descriptorum vitiis ff) editorumque hallucinationibus, qui expositiones quasdam subinde aliis, quam quibus debebant, auctoribus vel interpolatas valde ac decurtatas adscripsere, vel in codices minus accuratos aut integros inciderunt. Vt autem Catenarum, quae exstant, notitia ordine a me tradatur, seriem librorum S. Scripturae, quos illae illustrandos in se susceperunt, sequi institui. *Fabr.* — De *catenis* plures V. D. iam adfatim disputarunt atque egerunt. *D. Thomas Ittig.* de bibliothecis et catenis patrum variisque veterum scriptorum eccles. collectionibus. Lipsiae 1707. 8. — *Io. Christph. Wolf.* in diss. catenas patrum graecas, easque potissimum MSS. ex codd. quibusdam Anglicanis sistente. Witteb. 1712. 4. — *Richard Simon* in: Histoire critique des principaux commentateurs du nouveau Testament, c. XXX. pag. 422. — *Io. Ge. Walch.* in bibl. theolog. selecta, tom. III. cap. VII. sect. IV. pag. 328. sqq. iterum idem in biblioth. patristica, litterar. adnotatt. instructa, Ienae 1770. mai. 8. cap. III pag. 193. sqq. — *Io. Aug. Noesselt.* disp. de catenis patrum graecorum in N. T. Obseruatt. Halae Sax. 1762. 4. — *Car. Aug. G. Keil* in: systematisch. Verzeichniss der theol. Schriften, ed. II. p. 46. sqq. —

Tanta autem catenarum atque variorum expositionum librorum diuin. est copia in codd. vt metuendum sit, ne singularum vel ab anonymis vel a quibusdam scriptor., vt Niceta, Nicone aliisque collectarum enumeratio sit omnino molesta. In non paucis codd. eiusmodi congeries textui scriptorum diuinorum vel est in margine adposita vel subiecta. Frequentem multorum codicum iam antea per occasionem fecimus mentionem, indicandis catenis, in quibus interpretationes huius vel illius scriptoris ecclesiastici sunt excerptae. — In bibl. publ. *Parisinae* codd. CXXVIII. vsque ad CLXXIV. et DLXXII. — CMXCIX. et MII. sunt Catenae in V. T. atque in codd. CLXXVI. vsque ad CCXXXVIII. (paucis exceptis,) catenae in N. T. atque in tribus aliis codd. commentarius in cantica et preces biblic. v. ind. II. ad vol. II. cat. codd. Paris. — *Montfaucon* in bibl. *Coislin.* part. I. cap. 1. pag. 1-8. et cap. 3. hinc inde de patribus ac scriptoribus eccles. pag. 115. sqq. tum in part. II. pariter cap. I. pag. 240-267. et cap. 3. pag. 279. sqq. hinc inde multos recensuit codices, qui continent libros diuinos et catenas in eos aut eiusmodi collectiones. — De *Anglicis* quibusdam egit I. Chstph. Wolf. reliquorum, qui multi sunt, notitiam suppeditabunt indices ad catal. codd. Angliae, sub vocab. *Biblia* etc. Vt Montfauc. bibl. biblioth. MSS. omittam. Quare deinceps, his omissis,

ee) *Dio Chrysost.* Orat. XXX. p. 303.

ff) Nonnulla notauit *Cotelerius* passim in notis ad tom. III. monumentor. ecclesiae graecae.

omiſſis, quosdam neque omnes, praecipuarum bibliothecar. codices catenarum et collectionum memorabo. Multi eiusmodi codd. ſunt *Vindob.* in bibl. caeſar. de quibus praecipue in tom. III. etiam IV. comm. copioſi ſunt *Lambec.* et *Kollar.* vt poſtea partim oſtendemus. *Harl.*

II. *In Pentateuchum,* ſiue obſcuriora modo potius Pentateuchi loca Catenam, ex antiquis excerptam graecorum theologis, neſcio, in qua bibliotheca graece reperit *Franciſcus Zephyrus,* Florentinus, vertitque latine a. 1546. ſed non integram, vt ipſe in praefat. teſtatur. *Si cui ſtudioſo,* inquit, *rerum graecarum, videar in hac mea traductione praeteriiſſe nonnulla, ſciat id me conſulto feciſſe, aut quia ſuperuacanea viderentur, aut in alios ſenſus diſtorta.* Graece haec Catena occurrit in bibl. reipublicae *Tigurinae,* quo codice vſus *Io. Caſpar Suicerus* in theſauro ſuo eccleſiaſtico voce προσκυνέω et alibi, atque in obſeruationibus ſacris p. 60. 280. Zephyri latina verſio Franciſco Soderino, clerico apoſtolico, dicata lucem vidit Florent. 1547. recuſa Coloniae 1572. 8. [1573. ap. *Ittig.* pag. 480. ſq. quem vide.] ſubiunctam habens Catenam alteram *in cantica veteris et noui teſtamenti* ex verſione *Antonii Caraffae,* Patau. 1564. 4. edita, quae incipit pag. 226. *Fabr.*

[In *Taurinenſi* cod. L. ſunt 1) quaeſtiones nonnullae, ſeu morales expoſitiones quorumdam locorum V. T. ex variis patribus collectae. 2) *Catena* in Pentateuchum, ac libros Ioſuae, Iudicum et Ruth ex pluribus ſcriptor. eccleſ. contexta, cum Theodoreti praefatione. — (eadem catena eſt in cod. *Vindob.* caeſar. VII. teſte *Neſſelio* in catal. codd. part. I. pag. 20.) — 3) *Procopii,* chriſtiani ſophiſtae, epitomes eclogarum in Geneſin, de qua infra plura dicuntur. Plura leges in cat. codd. gr. Taur. p. 154. ſq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XV. catena in Octateuchum. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 16. ſq. vbi auctor cat. monet, huius catenae partem conuenire plerumque cum edita a *Franc. Zephyro* ſub titulo Moyſis enucleati; diſcrepare vero a nonnullis aliis. — Alia in cod. DXXXIV. v. cat. cit. p. 289. — Secundum catal. *Lambecianum* codd. caeſar. vol. III. ſunt in cod. I. peruetuſto, (in quo continentur libri ſacri V. ac N. T.) et III. *Pentateuchus* integer cum antiquis nonnullis adnotatt. marginalibus. v. Lamb. cum Kollarii not. p. 1. ſqq. et p. 32. ſqq. — cod. IV. *Geneſis,* cum ampliſſimo commentario, ab anonymo ex pluribus ſcriptoribus, qui prioribus quinque poſt Chr. natum ſaeculis floruerunt, congeſto. v. *Lamb.* pag. 35. ſq. — cod. XI. commentar. ampliſſimus in totum Pſalterium, nec non in cantica duo Moyſis, *Exodi* cap. 15. et *Deuteron.* c. 32. et alia cantica V. T. et in duo cantica Lucae c. 1. atque Lambec. adnotat, Corderium in tomo II. expoſitionis patrum graecorum in Pſalmos p. 853. vsque ad fin.) hunc *Theodori,* epiſcopi Heracleenſis, comm. non ſeparatim edidiſſe, vti exſtat in hoc codice, ſed permiſcuiſſe eum ἀνωνύμως reliquorum catenae in cantica ſacra. — In cantica II. mem. Moyſis et alia, ſubiuncta Pſalterio, in cod. XIII. XIV. XV. XIX. XX. vsque ad XXIV. de quibus multi ſunt Lambec. et Kollar. p. 63. 64. ſqq. 73. ſqq. et 90. ſqq. et ſic in aliis ſeqq. codd. — in cod. XLVII. comment. ex variis ſcriptoribus eccleſ. congeſtus in praecipua loca V. ac N. T. v. *Lambec.* et *Kollar.* pag. 179 ſqq. — In duo Moyſis cantica aliaque V. ac N. T. cantica in codd. CLXVII. et CLXVIII. nr. 2. v. *Lambec* IV. pag. 392. ſqq. —. In cod. CCXXX. *Leonis* magiſtri, proconſulis, etc. epitome expoſitionis variorum patrum, (inprimis Theodoreti,

doreti, epifc. Cyrenfis,) in Pentateuchum mofaicum, in libr. Iofue, Iudicum, Ruth et quatuor libros regum. v. *Lambec.* V. pag. 133. f. — Octateuchus cum catena patrum *Mosquae* in bibl. fynod. cod. XIX. quem late expofuit cl. *Matthaei* in Notit. codd. Mofq. pag. 28. fqq. — *Catenae LI. commentatorum in Octateuchum et libros Regum*, editae a *Nicephoro*, e duobus codd. CPolitanis, graece. Lipf. II. voll. 1772. et 1773. fol. v. fupra, in vol. III. pag. 682. *Harl.*

Nomina fcriptorum, qui in Catena ad Pentateuchum et ad Cantica vet. et noui teftamenti memorantur.

Eufebius

gg) Hic locus addendus aliis pluribus, quae retuli in codice pfeudepigrapho veteris teft. cap. CXLII.

Sym-

hh) De hoc vide volum. IX. huius bibl. pag. 545.

III. Veterum ſtudium imitatus, atque antiqua Catena graeca MSta vſus, *Aloyſius Lipomannus*, epiſcopus Methonenſis, et coadiutor Veronenſis, editis Sanctorum vitis [ii]) celebratiſſimus, condidit *Catenam in Geneſin et Exodum*, ex auctoribus eccleſiaſticis plus minus ſexaginta, [P] iisque partim Graecis partim Latinis connexam. In Geneſin, Pariſ. 1546. in Exodum

ii) Opus de vitis ſanctorum, ab *Aloyſio Lipomanno*, Veronenſi deinde epiſcopo, curatum, et e graeco verſas latine exhibens, conſtat octo tomis, editis Romae in quarto. Tom. I. a. 1551. prodiit et libris quatuor vitas 163. complectitur. Tomus II. a. 1553. vulgatus, continet vitas 225. Tom. III. qui a. 1554. lucem vidit, tribus conſtat partibus, ex quibus prima habet vitas nonnullas, altera Palladii Hiſtoriam Lauſiacam, e graeco verſam, tertia Gregorium de miraculis martyrum S. Iuliani et S. Martini, epiſcopi. Tomus IV., eodem anno 1554. in lucem datus, vitas exhibet 270. Tomus V. a. 1556. Tomus VI. et VII., a. 1558. paullo ante Aloyſii mortem publicati, vitas, ex Simeonis metaphraſtae codicibus graecis bibl. Vaticanae, Venetae et Cryptae Ferratae latine verſas, continent, tomus quintus quidem menſes, Nouembrem, Decembrem, Ianuarium et Februarium, verſas a Gentiano Herueto: tomus ſextus Maium, Iunium, Iulium, Auguſtum, Septembrem et Octobrem ex interpretatione Guil. Sirleti, et tomus ſeptimus Martium et Aprilem ex Franciſci Zini et eiusdem Sirleti verſione: ſubiuncto prato ſpiritali Ioannis Moſchi. Tomum denique octauum a. 1560. Aloyſio iam defuncto, vulgauit propinquus eius, Hieronymus Lipomannus. Lipomannum ſequutus *Laur. Surius* eſt, cuius notae vitae ſanctorum Orientis et Occidentis, ſed vt comtiores prodirent, paſſim ab ipſo, quod dolendum, interpolatae. Prima editio a. 1569. fol. Coloniae ſex voluminibus, recuſa Venet. 1581. fol. cui in altera Colonienſi eiusdem anni tomus ſeptimus a Iacobo Moſandro, Carthuſienſi monacho, acceſſit. Sed longe praeferenda editio Colonienſis tertia a. 1617. in qua et Moſandri ſupplementum ſuo loco inſertum, et alia plura acceſſerunt. Poſt Surium denique maiore induſtria ex *Heriberti Rosweidi* conſilio in Actis Sanctorum colligendis vſi ſunt Ieſuitae Antwerpienſes, *Iohannes Bollandus, Godefridus Henſchenius, Daniel Papebrochius, Franciſcus Baertius, Conradus Ianningus et Franciſcus Rayaeus*, a quibus tomus primus Ianuarii prodiit a. 1643. tomus quintus Iunii, (poſtremus ex illis, qui hactenus lucem viderunt, et totius operis viceſimus tertius) a. 1711. Antwerpiae, fol. De *Lipomanno* videndus *Andreas du Sauſſay* in continuatione Bellarmini de Scriptoribus eccleſiaſticis, *Antonius Teiſſerius* in elogiis Thuaneis, et *Elias du Pin* in Bibliotheca ſcriptorum eccleſ. tom. XVI. pag. 29.

Exodum ibid. 1550. fol. quam vtramque editionem prae manibus iam habeo. Vtraque recusa Lugduni 1657. fol. [quam recenset edit. *Ittig.* pag. 565 sqq.]

Scriptores, e quibus Catena a Lipomanno in Genesin excerpta est.

Acacius.
Alcuinus, qui et *Albinus.*
Ambrosius.
Apollinaris, episcopus Hierapol.
Apollinaris alter.
Augustinus.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Caietanus.
Cassianus kk).
Chrysostomus.
Cyrillus, Alex.
Didymus.
Diodorus.
Ephraem.
Epiphanius.
Eucherius.
Eusebius, Caesareensis.
Eusebius, Emesenus.
Eustathius, Antiochenus.
Gennadius.
Glossa seu ipsius Catenae auctor.
Glossa interlinearis.
Glossa ordinaria.
Glossa graeca.
Graecus incertus auctor.
Gratianus.
Gregorius, Naz.
Gregorius, Nyssenus.
Gregorius, papa.
Hieronymus.
Hilarius.
Hippolytus Romae.
Hugo de S. Victore.
[*] Iohannes, Damascenus.
Irenaeus.
Isidorus, abbas.
Isidorus, Hispalensis.
Isidorus, Pelusiota.
Iunilius.
Leo, papa.
Magister sententiarum.
Melito, episc. Sardicensis.
Nicolaus, papa.
Origenes.
Philo, Hebraeus.
Philo, episcopus.
Prosper, Aquitanensis episcopus.
Rabanus Maurus.
Rupertus.
Serapion.
Seuerianus, Gabalorum episc.
Augustinus Steuchus, Chisimensis episcopus, bibliothecarius Vaticanus.
Strabus, Fuldensis.
Theodoretus.
Theodorus Mopsuestiae.
Theodorus alter.
Theophilus, episcopus Alex.
Thomas Aquinas.
Zeno, episcopus Veronensis.

Mmmm 2 Testa-

kk) *Cassianus* inter Graecos a Lipomanno refertur, quem licet latine scripsisse constet, non minus tamen constat, etiam iam olim versum graece, et illa lingua lectum ac laudatum antiquis, vt supra cap. 14. [ed. vet.] demonstraui.

Teſtatur porro Lipomannus in epiſtola ad Paulum III. ſe ex bibliotheca pontificis vetuſtiſſimos graecos codices et numquam typis excuſſos adhibuiſſe, ex iisque non pauca et recondita in hoc volumen ingeſſiſſe, adiutum Baſilii Zanchii, Pergamenſis, ex ordine canonicorum regularium, viri eruditiſſimi, opera. Mox praefat. ad lectorem demonſtrat, ſe dicta Graecorum (Baſilio, Origene et Chryſoſtomo duntaxat exceptis,) ſi non locum, vbi quaeque traduntur, adnotauerit, petiiſſe ex antiquiſſimo apoſtolicae bibliothecae graeco codice, in quo literae caducae fuerint adeo, vt vix legi poſſent.

Scriptores, e quibus collecta Catena Lipomanni in Exodum.

Acacius.
Alcuinus.
Ambroſius.
Antonius, abbas.
Athanaſius.
Auguſtinus.
Auctor [u]) MS. Catenae.
Graecus incertus auctor.
Baſilius.
Beda.
Bernardus.
Caietanus.
Collationes patrum.
Cyprianus.
[¶] Cyrillus.
Diodorus.
Dionyſius, Areopagita.
Dionyſius alter.
Epiphanius.
Eucherius.
Euſebius, Caeſareenſis.
Euſebius, Emeſenus.
Euthymius, monachus Zigabenus.
Gilbertus.
Gillebertus de Hollandia.
Gloſſa interlinearis et ordinaria.
Gregorius, magnus.
Gregorius, Nazianzenus.
Gregorius, Nyſſenus.
Guerricus, abbas Igniacenſis.
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo de S. Victore.
Ioannes, abbas Caſemarii.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes, Damaſcenus.
Ioſephus.
Irenaeus, epiſcopus Lugd.
Irenaeus, Antiochenus.
Iſidorus, Hiſpal. epiſcopus.
Iſidorus, Peluſiota.
Iſychius.
Leo, papa.
Maximus, epiſc. Taurinenſis.
Oecumenius.
Origenes.
Philo, epiſcopus.
Philo, Iudaeus.
Proſper, Aquitanenſis epiſcopus.
Rabanus.
Rupertus.
Seuerianus.
Seuerus, Antiochenus epiſc.
Seuerus, alter.

Sixtus,

u) *Scias*, inquit Lipomannus, *quod et in Geneſi admonuimus, dum ex Graecis quempiam ſacrorum doctorum ſine loci, in quo illa dicit, aſſignatione in medium afferimus, nos ex graeca catena latinos factos, ita vt reperimus, adduxiſſe.*

Sixtus, papa.
Strabus.
Synodus ſexta.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Zeno, Veronenſis.

IV. Catenis etiam adnumeranda alicui videantur PROCOPII, *Gazaei*, circa a. C. 520. clari, Commentaria in *Octateuchum, libros regum* et *chronicorum, prouerbia, canticum canticorum* et *Eſaiam:* ex quibus ſola in libros regum et chronicorum atque in Eſaiam hactenus graece et latine, in Octateuchum latine prodierunt; in Octateuchum vero et canticum graece cum noua verſione et notis iamdudum exſpectamus a D. *Godfrid. Oleario*, apud quem illa parata ad praelum iam ante hos duodeuiginti annos Lipſiae in communi patria noſtra videre me memini [mm]). Adde ſi placet quae ſuperiore vol. ſeptimo, dixi de variis differens Procopiis, lib. V. [⁋] cap. 5. pag. 563. ſqq. Non quidem ſunt haec Procopii commentaria ita ex variis variorum ῥήσεσι contexta, adſcriptis ſingularum auctoribus, quemadmodum in aliis fere catenis fieri conſueuit: tamen non diffitetur Procopius, ſe ſcholia ſua, ſiue ἐξηγητικὰς σχολὰς, aut ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομήν, vti Commentarius in Prouerbia in codice regis Galliae MS. MMCDXXXVI. inſcribitur, ex pluribus antiquioribus collegiſſe; vnde etiam Commentarius in Eſaiam inſcribitur: ἐπιτομὴ τῶν εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν καταβεβλημένων διαφόρων ἐξηγήσεων.

V. Inter Catenas MSS. quae paſſim in bibliothecis latent, primo loco memorabo Catenam *in Pentateuchum et in libros Ioſuae, Iudicum et Ruth*, quam in codice XI. ſaeculi in bibl. D. Iulii Iuſtiniani, procuratoris S. Marci, Venetiis deprehendit Montfauconus p. 433. Diarii Italici, contextam ex *Acacio* Caeſareenſi, *Baſilio*, Ioanne *Chryſoſtomo*, *Cyrillo*, *Didymo*, *Diodoro*, *Ephraemo*, *Epiphanio*, *Gennadio* CPol. *Gregorio* Nyſſeno, *Hippolyto* Romano, *Origene*, *Philone*, epiſcopo, *Serapione* Thmuitano, *Theodoreto* et *Theodoro*. [v. cod. *Venet.* Marc. in cat. gr. codd. p. 289.]

Macarius Chryſocephalus praefat. in Lucam mentionem facit Catenae ſuae in Geneſin, duobus tomis diſtributae.

In bibl. caeſarea exſtat catena *in Geneſin*, memorata *Lambecio* III. pag. 17. [pag. 35. ed. Kollar.] in qua laudantur *Philo* Hebraeus, *Flauius Ioſephus*, *Aquila*, *Symmachus*, *Theodotio*, *S. Irenaeus*, *S. Hippolytus*, *Origenes*, *Theodorus*, Heracleae epiſcopus, *Euſtathius* et *Seue-*

mm) Editurus quoque erat, et ex apographo, ab Oleario quondam ex cod. *Auguſtano* deſcripto, ſpecimen dedit *Io. Chriſti. Gottlieb Erneſti* in epiſtola de *Procopii Gazaei* commentariis graecis in Heptateuchum, (h. e. in Pentateuchum, librum Ioſuae et Iudicum) et Canticum ineditis, Lipſiae 1785. 4. Sed nondum lucem adſpexit: contra Olearii apographus codex cum eius verſione latina integer exſtat prelo paratus, atque ad emendum edendumque oblatus eſt in Ien. A. Litt. Zeit. Intelligenz-Blatt nr. 4. a. 1801. pag. 327. ſq. — De codd. in quibus *Procopii* expoſitiones ſ. catenae in varios S. Script. libros ſeruatae ſunt, iam pluribus egi in notis ad loc. cit. vol. VII. p. 565. ſq. Add. *Procopii* epitome expoſitionum, ex variis ſcriptt. eccleſ. collectarum, in canticum canticorum, in cod. Auguſtano, teſte *Reiſero*, in catal. etc. p. 56. it. ſupra ad §. II. de cod. *Taurin.* et *Kollar.* not. *A.* ad Lambec. comment. III. pag. 37. *Harl.*

Seuerus, Antiocheni, *Serapio*, Thmueos in Aegypto epifc., *Eufebius* Emefenus, *Acacius* Caefareenfis, *Diodorus* Tarfenfis, *Apollinaris* Laodicenus, *S. Ephraem* Syrus, *Bafilius*, *Gregorius*, *Naz. et Nyffenus*, *Didymus*, *Theophilus* Alex. *Ifidorus* Pelufiota, *Cyrillus* Alex. et ex cuius ἀπόρρεσις τῆς θείας γραφῆς praefatio praemittitur, *Theodoretus. Fabr.* — *Monachii* in bibl. Bauar. elector. cod. III. catena in Genefin et Exodum ex Cyrillo, Gregorio Nyffeno, Gregorio, theologo, Chryfoftomo, Theodoreto, Diodoro, Seueriano et aliis. Opus fine mutilum. v. catal. codd. gr. Bau. pag. 1. *Mosquae* in bibl. fynod. interpretatio variorum patrum in Genefin, tefte *Schiada* in cat. codd. gr. Mosq. p. 57. *Harl.*

Catena *in Iobum* in codice faeculi X. Colbertino MMCDXXXIV. vbi ad fingula rerum nomina res ipfae delineantur, atque iconibus exprimuntur, ex qua laudatus *Montfauconus* pag. 191. diarii italici adfert imaginem Sirenis, adpictam verbis Iobi XXX. 29: ἀδελφὸς δὲ γέγονα Σειρήνων *frater firenum factus fum*], optimeque conuenientem defcriptioni nn) Sirenum apud veteres fcriptores, vt *Symmachum* lib. I. epift. 47. qui firenas *feminolucres puellas* adpellat. Similis catena in Iobum, iconibus illuftrata, in codice MDCCCXXX. regis chriftianiffimi, fcripto a. C. [] 1362. De codice illo Colbertino, atque de Catena fimili *in Pfalmos* cod. reg. MDCCCLXXVII. decimo fcripta faeculo et praecipua Dauidis, antequam regnum obtineret, gefta, feptem in folio tabulis depicta, exhibente, idem *Montfauconus* videndus in Palaeographia graeca p. 7.

Liber *Iobi, prouerbia, ecclefiaftes, canticum et liber fapientiae* cum Catena, fiue commentario fuccinctiore marginali, ex variis collecta fcriptoribus, *Olympiodoro*, *Seuero* aliisque MS. in bibl. caefarea. *Lambec.* III. pag. 19. *Fabr.* f. pag. 39. fqq. ed. Kollarianae in codd. VI. et VII. vbi praecipue pag. 40. nota Kollar. qui longum *Io. Ern. Grabii*, in edit. τῶν LXX. tom. vlt. in prolegom. ad Pfalmos §. VI. locum de duobus his codd. repetit: in quibus Grabius fcribit, fe accepiffe ex bibl. Cantabr. varias Fr. Iunii fchedas, ad LXX. interpret. editionem pertinentes, et in his variantes lect. codd. Vindobon. (a Fabricio laudatorum) cum Wecheliano graecorum bibliorum exemplari collatorum, ipfa Iunii manu nitide defcriptas, reperiffe. — In cod. VIII. Iobus, prouerbia Solomonis, canticum canticorum et ecclefiaftes, cum antiqui anonymi expofitione, contextui immixta, et cod. IX. Iobi cum adnotatt. nonnullis marginalibus. v. Lambec. pag. 47. fq. — In cod. V. quatuor libri regum cum expofitione ex aliis, praecipue ex Procopio Gazaeo et Theodoreto depromta. v. *Lambec.* III. pag. 36. fqq. cum primis notam Kollarii. pag. 37. — In cod. CCXXXI. *Nicetae* catena f. comment. ampliff. in librum Iobi. v. *Lambec.* V. p. 135. fqq. quo iudice pag. 139. vetuftior et amplior eft cod. VII. in vol. III. pag. 43. defcriptus. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XXI. 1) *Prouerbia* Salomonis cum marginali catena multorum patrum nominatorum; 2) *ecclefiaftes* cum commentariis marginal. patrum non nominatorum; 3) *Cantica canticorum*, adpofitis in mar-

nn) Confer *Laur. Begeri* Vlyffem, Sirenes praeteruectum, et notas ad tabulam Iliacam nr. LXIX. *Ez. Spanhemium* de vfu numifmatum pag. 251. edit. Lond. *Nicafii* differtationem, Parif. 1691. editam, et *Ianum Broukhufium* ad Tibullum pag. 362.

margine commentariis ſine vllo auctorum nomine; 4) *Iob* cum marginali catena plurium patrum citatorum. Praeit *Polychronii* prologus; ſequitur eiusdem *Polychronii* hypotheſis, paullo longior, quam ea, quae eſt in ed. Comitoli. Poſtremo legitur *Iuliani*, ep. Halicarnaſſenſis, prooemium, praefixum catenae *Nicetae*, editae cura Patr. Iunii, Londini 1636. (conf. *Kollar.* ad Lambec. III. pag. 40. not. B. — In cod. XXII. catena in *Prouerbia Salomonis*, et *Procopii Gazaei* epitome commentariorum in *eccleſiaſten:* (v. ad §. VIII. fin.) in mediis foliis exſtat enarratio *Olympiodori*, in marginibus autem commentarii Gregorii Nyſſeni, Dionyſii Alexandrini, Origenis, Euagrii, Didymi, Nili et Olympiodori — in cod. XXIII. *Olympiodori* enarratio in *eccleſiaſten;* tum excerpta ex interpretationibus potiſſimum Gregorii Nyſſeni et Nili, mon. in *cantica canticorum;* denique catena in *Prouerbia Salomonis*, ex pluribus ſcriptor. contexta. Conf. cat. codd. gr. Marc. p. 19-22. — In cod. DXXXVIII. catena in *Iobum.* v. cat. cit pag. 290. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXVII. plut. 5. catena in *Iobum*, cum protheoria Olympiodori et hypotheſi eiusd. Olympiodori, Polychronii et Iuliani: ex quo cod. multa exſcripſit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 52. ſq. et in fine adnotat, eiusmodi catenam in Iobum exſtare in bibl. Eſcorialenſi, Pariſ. Coislin. Vindobon. et Veneta. — In cod. XXIX. plut. 10. nr. nr. 1. *Olympiodori* comment. in *eccleſiaſten*, et nr. 3. catena patrum in *Iobum.* v. *Bandin.* I. pag. 494. — *Monachii* in bibl. elector. Bauar. cod. V. ſcholia *Polychronii* in Iob. ex Io. Chryſoſtomo, Euagrio, Iuliano, Methodio et aliis et in cod. VIII. catena in *prouerbia Salomonis* ex Origene, Baſilio, Didymo, Euſebio, Olympiodoro et aliis: item catena *in Iob.* v. cat. codd. gr. Bauar. p. 2. *Harl.*

Idem III. pag. 26. ſeq. et pag. 41. et IV. p. 116. memorat plures codices MSS. Catenarum et expoſitionum patrum graecorum in Pſalmos, in eadem bibliotheca obuios, et Corderio non viſos. Ceterum e ſcriptoribus, e quibus contextas illas Lambecius obſeruat, nullus eſt, qui non in Corderiana Catena ſaepius citetur, praeter *Olympiodorum*, in codice XV. laudatum, quo continetur Catena in Pſalmos, a Iohanne Sambuco tributa *Nicetae*, Heracleenſi.

VI. Catena *in librum Iobi* edita primum latine Lugduni eſt apud Iohannem Stratium a. 1585. 4. [oo]) et recuſa Venet. 1587. 4. cum variis acceſſionibus [pp]), interprete *Paulo Comitolo*, S. I. qui Antonio Caraffae, cardinali, cuius auſpiciis hunc vertendi laborem in ſe ſuſceperat, opus inſcripſit. Editionem Lugdunenſem curauit *Laurentius Cum-Deo* [qq]), qui in epiſtola

oo) Ab *Ittigio* pag. 568. et *Walch.* in bibl. patriſtica pag. 194. prima edit. prodiiſſe dicitur a. 1586. ibique agitur de hac catena edita. — Edit. *Venetam* recenſet Ittig. p. 658. ſqq. *Harl.*

pp) De illis acceſſionibus videndus b. D. *Thomae Ittigii* liber de bibliothecis patrum et catenis pag. 658. ſq. vbi pro *Coloniae* legendum *Lugduni*, vt ipſe etiam agnouit pag. 578. vbi reprehendit catalogum Heinſianae bibliothecae, in quo p. 36. ex duobus *Paulo Comitolo et Laurentio Cum-Deo* conflatus eſt vnus *Paulus Cum-Deo.*

qq) Idem hic eſt *Laurentius Cum-Deo*, Italus, cuius bibliotheca homiliarum et ſermonum priſcorum eccleſiae patrum a *Gerardo Moſano*, Germano, dominicano, locupletata, perfecta, editaque eſt Lugduni 1588. fol. ex Iuntarum officina, quatuor voluminibus.

ſtola praemiſſa ad Comitolum negat, auctorem Catenae eſſe *Olympiodorum* [rr]), diaconum Alex. vti interpreti ex protheoriis et amplioribus ſymbolis perſuaſum fuerat, ſed, vti ipſe potius fide plurium MSS. [[P]] codicum oſtendit [ss]), *Nicetae Heracleae* Ponti in Thracia circa a. C. 1077. metropolitam. *Vnum, inquit, illud torſit, quod huius coagmentationis auctorem eſſe Olympiodorum, quem tu arbitraris, perſuadere mihi minime potui. Quare, quum graecum exemplar ſane quam vetuſtum apud doctiſſimum et nobiliſſimum virum, Iohannem a Sancto Andrea, eccleſiae Pariſienſis canonicum, exſtare audiuiſſem, eum per literas rogaui, mihi vt id dubitationis eximeret. Qui, qua eſt humanitate, ſtatim reſpondit, ſuo exemplari* Nicetae, Heracleenſis epiſcopi, *nomen inſcriptum: quod non ſubditum eſſe confirmor, cum, quod ſtilus ipſe cum ceteris eius operibus plane conſentiat; tum, quod alterum exemplar regis Gallorum bibliothecae, et non pauca quae Conſtantinopoli viſuntur, idem nomen ſummo cum conſenſu praeferant.* Idem, (quidquid contra in diſſertatione aduerſus Laurentium, Venetae editioni adiuncta, Comitolus diſputet,) confirmat codex Vindobonenſis, de quo *Lambecius* V. pag. 62. [tt]) et antiquioris etiam MSti ſuffragio nixus, (quem *Lambecius* pag. 64. [ſ. p. 139. Koll.] male Franciſcum Patricium adpellat,) *Patricius Iunius*, qui Comitoli verſionem pluribus ſcatere hallucinationibus deprehendit, et ipſe graeca ex codice antiquiſſimo, litteris grandioribus ſine vlla capitum vocumque diſtinctione in membrana ſcripto, quem, Alexandria CPolin aduectum, Cyrillus Lucaris, patriarcha, ad regem magnae Britanniae dono miſerat, deſcripſit et cum noua verſione ſua accuratiore edidit Londini 1637. fol. ſubiecto libro Iobi, graece ex verſione LXX. Senum deſcripto ϛιχηρῶς, quem ſeparatim recudi fecit poſtea *Iohannes Terentius*, Friſius, Franekerae. 1663. 4. [conf. ſupra, vol. III. pag. 683.] Si Colomeſio in paralipomenis de ſcriptoribus eccleſiaſticis credimus, Baſilidis odas et Valentini Pſalmos memorat Origenes in catena in Iobum a Comitolo latine verſa, p. 433. editionis Venetae. Quod, inquit, *in catena, a Patricio Iunio edita, incaſſum quaeras.* Sed hoc idem incaſſum quaeras in Catena, verſa a Comitolo, in cuius editione Lugdunenſi ad verba Iob. XLI. 10. *de ore eius lampades procedunt* tantum reperio p. 237. Origenem dicentem; *ſi quando ſermonem auribus acceperis, chriſtianae pietatis ſpecie tectum, ſed opifici calumniam inferentem, verbi cauſſa* Marcionis, Valentini, Baſilidis *ſententias impias ac nefarias iactantem — ſane tunc etiam cernes ex ore horum carbones, torresque foras erumpere.* Eadem habet editio Patricii Iunii pag. 590. niſi quod in latino, typographi, vt credo, culpa pro Marcione Marciani nomen excuſum legitur. [[P]] Εἴποτε ἤκουσας λόγου προφάσει χριϛιανισμοῦ κατηγοροῦντος, τοῦ Δημιουργοῦ, φέρε εἰπεῖν πρεσβεύοντος τὰ Μαρκίωνος, τὰ Οὐαλεντίνου, τὰ Βασιλείδου, — — ὄψει ὅτι ἐκ ϛόματος τῶν τοιούτων

rr) Hunc *Olympiodorum*, diaconum Alexandrinum, iam ab Anaſtaſio ſub extremum libri VI. Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron citari, adeoque non iuniorem videri ſaeculo quinto vel ſexto, docet Erneſtus Grabe tom. II. ſpicilegii patrum pag. 245. De hoc aliisque Olympiodoris infra, vbi commentarios Olympiodori in Ariſtotelem recenſeo, quos Monacho Comitolus tribuere non dubitat.

ss) De hoc aliisque Nicetis dixi volumine ſuperiore [ſeptimo, p. 750. ſq. vbi quoque de codd. catenarum, a *Niceta* contextarum, egi. *Harl.*]

tt) ſ. p. 135. ſqq. ed. Kollar. de cod. Caeſar. CCXXXI. vbi pluribus refert diuerſa de auctore huius Catenae iudicia *Laur. Cum-Deo* et P. *Comitoli* itque in ſententiam prioris. *Harl.*

των ἐξέρχονται δαλοί. Verius eſt, Iunianam editionem non modo accuratiorem multo, ſed et paſſim locupletiorem eſſe verſione Comitoliana.

Index ſcriptorum, in Catena ad Iobum laudatorum, ad paginas edit. Iunianae.

Iulianus, Halicarnaff., prooem. et p. 37. 45. 66. 93. 170. 178. 228. 230. 273. 437. 465. 480. 505 539. 547. 613. Moyfem putat libri Iobi auctorem. prooem.

Lectio varia aliorum codicum graecorum 110. 130. 134. 252. 322. 355. 379. 404. 488. 525. 531.

Marcion, haereticus, 590.

Methodius 418. 429. 538. 547. 570.

Nicetas, prooem. et p. 9. 19. 32. 83.

Nilus 53. 144. 200. 476. 558. 585. 588. 590.

Olympiodorus prooem. et capitum fingulorum protheoriis, et fingulis fere paginis.

Origenes 48. 327. 329. 331. 347. 351. 352. 353. 363. 365. 375. 376. 379. 386. 440. 443. 487. 490. 491. 513. 514. 568. 569. 572. 580. 582. 586. 590. 592. 604.

Polychronius prooem. et p. 17. 21. 32. 32. 35. 38. et paffim.

Seuerus, Antiochenus, 108. 116. 159. 274. 275. 301. 445. 473. 493. 546. 550. 553. 586. 593. 613.

Symmachus 4. 13. 72. 116. 120. 121. 123. 134. 139. 145. 146. 149. 154. bis 157. 166. 171. 185. 188. bis. 190. bis. 200. 207. 208. 214. 219. 238. 255. bis. 256. bis. 258. 270. 277. 279. 281. 284. 285. 286. 288. 290. bis 291. 293. bis 294. 297. 299. 300. 302. 303. bis. 304. 305. 320. 325. 329. 331. 333. 336. 337. 342. bis. 346. bis 349. [?] 352. 353. 354. 356. 360. 361. 362. 363. 364. 368. bis. 369. 370. 371. 375. 377. 381. 382. 384. 385. 387. 388. ter. 389. bis. 390. 394. 395. bis. 397. 400. 401. 406. 407. 413. 414. bis. 415. bis. 417. 419. 420. 424. 427. 428. 432. bis. 433. 434. ter. 437. 438. 439. 441. 442. 447. 449. 450. 453. 454. ter. 460. 461. 462. 466. 469. bis. 471. 472. ter. 475. bis 476. 481. 482. bis 487. 491. bis. 492. 495. 498. 499. 502. 503. bis 507. 508. 512. 518. 522. 524. 525. 526. quater. 527. 528. 529. 530. bis. 531. 532. bis 539. 541. 543. 544. 551. 553. 555. 559. 560. 561. 562. 564. 576. 577. 578. 583. 587. 592. 593. 594. 596. bis. 602. 606. 607. Librum Iobi ibi concludit vbi textus Hebraicus 611.

Theodotio 41. 120. 130. 139. 153. 157. 171. 189. 195. 229. 247. 253. 258. 262. 268. 279. 284. 285. 290. 299. 314. 319. 320. 321. 324. 329. 333. 336. 340. 342. 356. 367. 368. 383. 386. 420. 424. 427. 428. bis. 435. 442. 472. 498. bis. 503. 532. 534. 555. 561. 567. 579. 583. 587. 595. 596. bis. 601. 602. 607. librum Iobi claudit, vbi LXX. interpretes. 612. 615.

Theophilus, Alexandrinus, 547.

Valentinus, haereticus 590.

VII. *In Pfalmos primores quinquaginta* Catenam auream patrum graecorum latine ex verfione fua edidit *Daniel Barbarus,* electus tunc patriarcha Aquileienfis, Venet. 1569. fol. praemiffa Euthymii praefatione in Pfalmos ex verfione Philippi Sauli, epifcopi Brugnatenfis: pollicitus etiam fimiliter in reliquos Pfalmos opus hoc, quod graece MStum habuit interpretaturum et latine vulgaturum [uu]), quod poftremum fieri non potuiffe ab illo dolendum eft, cum

uu) Poffeuinus in apparatu facro teftatur, reliquas partes eiusdem Catenae, quas Daniel Barbarus verterat, peruenifle integras ad Franciscum Barbarum, patriarcham itidem Aquileienfem, *quas*, inquit, *prelo fubiectum iri fperamus, id quod et ipfi vrgemus.*

cum Catenam hancce Corderiana, de qua mox dicturus sum, in adsignandis auctoribus, e quibus expositiones depromtae sunt, longe accuratiorem esse moneat Montfauconus notis ad Athanasium tom. I. p. 1057. quamquam de illa quoque Henricus Sauilius notis ad Chrysost. tom. VIII. pag. 108. *Latinorum*, inquit, *codicum Chrysostomi fidem sequutus Daniel Barbarus ea non semel adtribuit Chrysostomo, quae eius non sunt, quaeque ipse in Catenae suae codice graeco MS. non reperit, id quod confidentius adseueramus, quod illius Catenae penes nos exemplar* [P] *sit graecum MS. pseudepigraphis hisce et adulterinis prorsus carens, cum tamen caetera fere consentiant* vv).

Scriptores, qui in hac catena laudantur, hi sunt:

Apollinaris.	Hesychius.
Aquila ww).	Hypatius.
Asterius.	Io. Chrysostomus.
Athanasius.	Io. Damascenus.
Basilius.	Iustinus.
Cyrillus.	Nicephorus, CPol.
Diodorus.	Origenes.
Eusebius.	Seuerus.
Euthymius.	Theodoretus.
Gregorius, Nazianzenus.	Theodorus, Antiochenus.

In Psalmos decem primores *) catena postuma, ab *Aloysio Lipomanno* ad veterum exemplum ex auctoribus ecclesiasticis plus minus septuaginta, iisque partim graecis, partim latinis connexa et post auctoris fata a fratre eius, Andrea Lipomanno, edita, lucem vidit Romae 1585. fol. Quum vero eiusdem generis sit, quales in Genesin et Exodum concinnatas ab Aloysio catenas supra dixi, et ex iisdem fere scriptoribus contexta, de illa addere plura superuacaneum arbitror. E patribus latinis catenam auream in Psalmos adornauit Franciscus Puteanus, siue e Puteo, Lugdunensis, ord. Carthusianorum Generalis, Paris. 1530. Sixto Senensi, Antonio Posseuino et Guil. Caueo laudatus.

Nnnn 2 Plenius

vv) De edit. *Barbari* v. *Ittig.* pag. 657. sq. A *Walchio* in bibl. patr. pag. 195. citatur plenius, quam a Fabricio factum est, editio: *Francisci de Puteo* catena aurea super Psalmos, nunc denuo a mendis tersa; nec non Hieronymi translatione ditata. Paris. 1530. fol. quae editio, vt idem ait, secunda esse videtur, aliaque sub titulo: *catena aurea super Psalmos ex dictis* patrum, Paris. 1520. 4. prodiisse perhibetur. *Harl.*

ww) Diuersum hunc esse ab Aquila Pontico, qui libros V. T. graece interpretatus est, notavit b. Ittigius lib. de bibliothecis patrum p. 698.

*) Psalterii Dauidici *Psalmi nouem priores* cum anonymi cuiusdam commentario amplissimo, in cod. caesar. XXVII. nr. 2. quo, inquit *Lambec.* comment. III. pag. 108. caruit Corderius in contexenda patrum graecor. in Psalmos expositione. De aliis catenarum in Psalmos codd. paullo inferius plura adnotabimus. *Harl.*

Plenius hisce omnibus ac perfectius opus est catena graecorum patrum *in Psalmos vniuersos*, graece luculentis typis edita cum versione et notis *Balthasaris Corderii*, S. I. Antwerpiae ex officina Plantiniana Moreti 1643. vsque ad a. 1646. fol. tribus voluminibus, singulis singulas Psalmorum quinquagenas complectentibus. Praemittitur prooemium ex S. Athanasii epistola ad Marcellinum, subiunctis breui altero Anonymi, et de diapsalmate, Psalmorumque auctoribus ac diuisione in quinque partes apospasmatiis Eusebii, Caesariensis. *Fabr.* Conf. *Ittig* l. c. pag. 623. sq. *Walch* l. mem. pag. 195. et supra, vol. III. p. 683. *Harl.*

Ad singulos Psalmos exhibetur primo argumentum et paraphrasis insignis lectuque dignissima graeci *Anonymi* scriptoris ex MS. duobus [?] codicibus caesareis, et deinde eximius *Theodori* xx), Heracleae in Thracia episcopi, Constantio principe clari, commentarius, Hieronymo c. 90. de script. eccles. laudatus, (cui passim alia ἄλλα, nescio cuius, expositio adiuncta legitur,) ex codicibus MSS. Caesareis et Vaticanae atque Barberinae bibl. Hunc sequitur *catena* ex variis antiquis patribus graecis, quam Corderius ex quinque codicibus MSS. bibl. caesareae Vindobonensis et duobus electoralis Bauaricae Monachiensis, recensuit. Denique succedunt Corderii in Psalmos singulos notae. De codicibus illis Vindobonensibus videndus *Lambecius* III., pag. 22. seq. yy) Tomus primus Ferdinando III. imperatori, secundus

xx) Vide not. seq. *Harl.*

yy) f. pag. 53. sqq. nempe 1) de cod. X. qui continet totum Psalterium cum amplissima catena, et Lambec. Corderii locum de codd. caesareis repetit, additis quibusd. obseruatt. 2) de cod. XI. quo continetur commentarius in totum Psalterium et cantica diuina in vtroque testamento: (pag. 56. sq. vbi plura disserit Lambec. sed compara notas, interdum castigationes Kollarii, qui p. 59. in nota B. quando Cotelerius et Lambecius statuebant, auctorem eius esse *Theodorum*, Heracleae in Thracia episcopum, comprobat iudicium *Garnerii*, qui in sua Basilii edit. Paris. 1721. tom. I. pag. 89. demonstrauit, illum commentar. non esse Theodori vnius opus, sed multorum: Origenis, Eusebii, Basilii, Didymi, Io. Chrysostomi, Theodoreti, etc. adeoque in catenarum numero merito posse reponi. — 3) de cod. XII. in quo itidem exstat catena in Psalterium 4) de cod. XIII. Psalter. a Psalmo XXXV. vers. 3. vsque ad finem Psalmi CXLIX. cum anonymi comment. marginali. — 5) de cod. XIV. f. catena in Psalterium a Psalmo I — LXXVIII. v. plura de ea catena *Lambec.* pag. 64. sqq. qui animaduertit, *Corderii* ed. expositionis patrum gr. in Psalmos ex illo codice posse non contemnendo augeri spicilegio: Kollar. tamen quaedam, a Lambecio dicta, in not. corrigit. — 6) de cod. XV. f. catena in Psalm. V. vsque ad vltimum, nec non in cantica sacra. Collectorem autem commentariorum in illo cod. cuius beneficio Corderiana edit. illustrari possit atque augeri, Lambecius cum I. Iac. Frisio et Sambucio putat fuisse *Nicetam*, Heracleensem. — 7) cod. XVII. siue Psalmis I — L. subiuncta quidem est singulis versibus breuis expositio, quam Lambecius p. 71. sqq. catenam patrum esse putabat; sed Kollarius in longa doctaque nota adserit eam *Theodoreto*. Adde, quae Lambec. et Kollarius de codd. Psalmorum XVIII. et XIX. cum adnotatt. fusius exposuerunt. — In codd. CLXVII. et CLXVIII. Theodoreti expositio integra in omnes Psalmos et comment. in cantica sacra ex vet. script. eccl. collecta. v. *Lambec.* IV. p. 392. sqq. — *Monachii* in bibl. elector. cod. VI. catena ex pluribus scriptorr. in Psalmos a I. vsque ad LXIV. et cod. VII. a Psalmo LXV. vsque ad finem. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 2. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XVII. Psalter. cum amplissima patrum catena margin. et catena in cantica V. ac N. T. — in cod. DXXXVI. catena in Psalm. et in cod. DXXXVII. Psalter. cum expositionibus. v. cat. codd. gr. p. 19. et 290. — *Taurini* in bibl. reg. codd.

dus Maximiliano electori Bauariae, et tertius Leopoldo Guilelmo, archiduci Auſtriae, Ferdinandi, III. fratri eſt inſcriptus. Ad tomi tertii calcem pag. 853-962. Corderius graece cum verſione ſua notisque ex iisdem codicibus MSS. recenſitam ſubiunxit longe locupletiorem catenam *in cantica S. Scripturae,* quam fuit illa ſupra a me commemorata, atque ad calcem catenae in Pentateuchum edita latine ex verſione Antonii Caraffae.

Index Scriptorum, qui in catena Corderiana ad Pſalmos et cantica S. Scripturae citantur.

Ammonius[zz]) tom. I. p. 47. 50. 51. 680. tom. II. p. 860.

Anaxarchi, inuſitato affecti ſupplicio, mentio tom. III. p. 186.

Anonymorum expoſitiones frequentiſſime adducuntur.

Apollinaris tom. I. pag. 163. 274. 660. 681. 705. 745. 970. 971. 972. 995. 997. 998. tom. II. pag. 446. 466. 470. 474. 497. 501. 503. 509. 538. 539. 553. 555. 567. 570. 589. 591. 600. 601. 631. 660. 731. 749. 763. 789. 793. 832. 842. 843. 863. 864. 884. 915. 935. 960. 963. 1024. tom. III. pag. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 89. 118. 121. 127. 154. 158. 188. 190. 195. 230. 232. 250. 251. 261. 262. 263. 264. 265. 275. 277. 279. 307. 378. 379. 391. 392. 394. 395. 397. 405. 407. 408. 409. 432. 435. 444. 446. 461. 464. 465. 475. 478. 488. 501. 510. 511. 515. 516. 519.

Aquila tom. I. pag. 13. 16. 29. 125. 137. 172. 174. bis. 179. 189. 200. 287. [illegible] 291. 326. 333. 337. 351. 354. 391. 394. 399. 400. 403. 425. 440. 466. 467. 470. 481. 493. 507. 526. 528. bis. 531. 534. 562. 564. 567. 571. 574. 602. 606. 625. 629. 630. bis. 637. 639. 648. 652. 672. 683. 706. 719. 722. 741. 749. bis. 751. 763. 767. 768. 779. 780. 793. 807. 831. 832. 854. 873. 891. 894. 928. tom. II. pag. 21. 26. 33. 38. 48. 50. 55. 60. 63. bis. 68. 86. 87. 92. 107. 108. 114. 115. 131. 171. bis. 175. 176. bis. 179. 180. 204. 232. 249. 264. bis. 285. 292. 322. 324. ter. 327. 341. 344. 346. 347. 348. bis. 349. 365. 369. 396. 399. 437. 450. 490. 493. 501. 502. 522. 527. 547. 552. 570. 583. 589. 619. 625. bis. 626. 630. 632 635. 644. 657. 662. 688. 690. 713. 715. 727. 733. 755. 758. 760. bis. 762. 769. bis. 771. 774. bis. 775. 779. 782. 783. bis. 786. 789. 810. 813. 814. 817. 819. 827. bis. 829. 830. 837. 844. bis. 858. 861. 874. bis. 878. 882. 894. 927. 929. 957. 958. bis. 965. 966. 967. 1011. tom. III. pag. 11. 58. 72. 73. 81. 106. 145. 173. 177. 188. 209. 210. 213. 219. 223. 241. 285. 296. 299. 325. 343. 362. 389. bis. 396. 402. 403. bis. 416. 433. 443. 444. 447. 449. 472. 473. bis. 486. 501.

codd. LXXXIX. et CCXXI. catena etc. quos recenſet auctor cat. codd. gr. Taurin. pag. 173. ſq. et 311. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIV. plut. 5. ex quo, quia expoſitiones pleraeque differunt ab editis, nec aliae reperiuntur in Corderiana catena in Pſalmos, plura exſcripſit *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 34. ſqq. — in codd. XXX. plut. 5. et III. plut. 6. cum cat. in cantica V. ac N. T. Pſalter. cum catena, prouti *Bandinius* l. c. pag. 55. ſq. pag. 87 — 92. late docuit *Mosquae* in bibl. ſynod. Pſalterium cum ſcholiis, teſte *Schiada* in cat. codd. gr. pag. 29. 30. 43. Add. Fabr. in fine §. VII. et cl. *Matthaei* dedit ſpecimen ſcholiorum in Pſalmos etc. in Lectionibus Mosquenſ. vol. II. pag. 41. ſqq. *Harl.*

zz) Hunc ſecundum ſiue iuniorem vocat *Lambecius* III. pag. 26

Hebraei

Oracula

a) Idem repetit tom. II. pag. 97. et 100.

Praeter catenas MSS. in Pfalmos, fupra pag. 737. memoratas, exftant aliae etiam in aliis bibliothecis, vt Florentina, ex qua Alex. Morus ad Hebr. X. 5. affert Hippolyti, epifcopi Rom., *ὑπόθεσιν ἐξηγήσεως εἰς τοὺς Ψαλμούς*. Catenas in Pfalmos in bibliothecis

regis Galliae, Colbertina, et Mediolanensi Ambrosiana euoluisse se testatur *Montfauconus* notis ad S. Athanasium tom. I. pag. 1006. 1007. De Catenis MSS. in Psalmos, quas seruat Oxonii Bodleiana et collegii noui bibliotheca, videndus *Io. Ernestus Grabius* praef. ad tomum secundum spicilegii patrum, in Anglia recusi, et *Io. Christophorus Wolfius* in exercitatione de catenis patrum MSS. edita Witebergae 1712. pag. 18. seq. et 21. qui a Corderiana non adeo multum eas differre monet. Certe ex scriptoribus, qui in illis citantur, pauci sunt, quorum symbolae in Corderiana non occurrant, vt in cod. CCXXIII. Barocc. *Hypatius*, et [b]) *Iustinus, martyr.* Atque cod. CCXXXV. Barocc. et cod. Laud. K. XCVI. *Epiphanius.* Idem notat, in bibl. Bodleiana plures exstare codices Catenarum MSS. in Iobum, quorum vnus eximius membranaceus, quo Patricius Iunius vsus est, picturis etiam, ad historiam pertinentibus, passim est illustratus, quas tamen Iunius in sua editione neglexit.

[¶] IX. *In prouerbia* Catenam graecorum patrum nactus *Theodorus Peltanus* latine vertit, vt ipse in paraphrasi postuma prouerbiorum Salomonis, Antwerp. 1607. 4. meminit. Post eius mortem [c]) Andreas Schottus, impellente Iohanne Pineda, qui et ipse exemplar Catenae graecum Romae nactum se testatur, latine ex Peltani versione edidit Antwerp. 1614. 8. addita graece et latine Greg. Thaumaturgi paraphrasi in ecclesiastem, quam latine tantum Vossius a se versam vulgauerat: et Francisci Zini [d]) latina interpretatione paraphraseos graecae, qua canticum canticorum versibus politicis exposuit Mich. Psellus ad imperatorem Nicephorum Botaniatam. In bibl. Bodleiana cod. Barocciano CCXXXII, et inter Laudanos K. XCVI. catenam graecam duplicem in Prouerbia MStam exstare, notarunt laudati mihi supra *Grabius* praef. ad tom. II. spicilegii patrum, ac *Wolfius* in diss. de Catenis MSS. p. 19. in quorum altera inter alios citatur etiam quidam *Apollonius*, in altera aliquoties *Gregorius, Nazianzenus.* Exstat et *Andreae, presbyteri*, Catena in Prouerbia, MS. in bibl. Vindobonensi. Lambec. III. pag. 40. *Fabr.* s. pag. 104. ed. Kollarii, de cod. XXVI. conf. autem Kollarii not. et infra ad §. XI. de *Andreae* cat. in Iesaiam. — Praeterea superest catena in Prouerbia in codd. *Vindob.* caesar. VI. nr. 4. — VII. nr. 2 — 4. Prouerbia, Ecclesiastes, et Cantica canticor. cum comment. marg. v. *Lamb.* III. pag. 39. cum adnotat. Kollarii, et pag. 42. sq. — In cod. LIX. nr. 5. anonymi cuiusdam explicatio primi versus capitis 9. Prouerb. Salom. Sapientia aedificauit sibi domum. v. *Lamb.* III. pag. 263. Add. ad §. IV. de catenis in Iobum citatos codd., quibus addantur *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXX. nr. 7. cat. patrum in *parabolas Salomonis* etc. Plura dabit *Bandin.* cat. cit. I. pag. 291. — *Monachii* in bibl. elector. cod. XXXI. catena in Prouerbia. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 8. — Add. *Ittig.* pag. 621. sq. et *I. G. Walch* bibl. patrist. pag. 195. sq. *Harl.*

Scripto-

b) Vide *Grabii* spicileg. tom. II. p. 174.

c) Obiit *Peltanus* Augustae Vindel. a. Ch. 1584. 11. Maii. De eo consulendi bibliothecarum Belgicarum et Iesuiticarum scriptores.

d) In primum caput vertit Schottus ipse, Zini versionis adhuc ignarus, quae in Theodoreti scriptis latens eum fugiebat.

Scriptores in Catena ad Prouerbia, a Peltano versa, allegati.

u) Secundum catal. codd. Angliae etc. tom. I. pag. 30. est illa in cod. Barocc. CCXI. Similis Macarii Chrysoc. catena est in cod. *Taurinensi* CI. atque confector catal. codd. gr. Taur. quia Fabricius h. l. partem prooemii tantum edidit praetermisso eius initio, vsus, (vt ille ait,) fortasse codice mutilo, vel ea dumtaxat excerpere volens, quae operis rationem ostenderent, omissa a Fabricio suppleuit ex cod. Taurinensi (in quo multa est lectionis varietas notatu digna,) et integram subiecit praefationem cum versione lat. pag. 188. sq. Quod vero catalogus ille haud frequens est, retinui h. l. id, quod Fabricius dederat. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. XLII. catena in euang. Lucae ex multis scriptoribus collecta eccles., quos enumerat *Lambec.* comm. III. pag. 165. sqq. et catenam illam dignissimam profecto esse iudicat, quae secundum id mstum exemplar sine vlla interpolatione edatur graece. Sed paullo post iterum de illo cod. dicendum est. De aliis s. IV. euangel. s. canticorum sacrorum codd. in quibus catenae quoque in Lucam continentur, iam supra aliquoties egimus. *Harl.*

res saeculo XIV. fuere *Manueles, grammatici,* vt Manuel Moschopulus, et Manuel Chrysoloras, de quibus supra [vol. VI. p. 322. sqq. §. IV. et V.]

Ex prooemio Macarii Chrysocephali ad commentarios in Euangelium S. Lucae.

Οὕτω δὲ ἐκ βάθους καρδίας τοῦ πανάγαθου Θεοῦ δεόμενος, καὶ φιλόπονον ἐθέμην σπουδὴν τὰ τῶν ἁγίων διελθεῖν συγγράμματα, καὶ ὅσα ἐκεῖνοι ἐκ θειοτέρας ἐμπνευθέντες τῆς χάριτος διεσάφησαν τῆς γραφῆς, [¶] ἀναλαβεῖν καὶ συντιθέναι καθ᾽ εἱρμὸν σποράδην τὰ πλεῖστα ἐν τοῖς αὐτῶν θείοις συγγράμμασι εὑρισκόμενα. Ἢ γὰρ τῆς ἀμωμήτου ἡμῶν ἀντεχόμενοι πίστεως, καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτῇ διαμαχόμενοι Ἰουδαίους καὶ ἕλληνας, καὶ τοὺς ἀνοσίους αἱρετικοὺς γραφικαῖς ἀποδείξεσιν ἐχρήσαντο πρὸς βοήθειαν, καὶ τὴν τούτων διάνοιαν εἰς αἰσχύνην καὶ κατάπληξιν τῶν δυσμενῶν ἐφανέρωσαν. Ἢ καὶ ἠθικῶς τὴν Ἐκκλησίαν καταρτίζοντες εἰς μαρτυρίαν τῶν λεγομένων καὶ τὰ τοῦ πνεύματος προσελάβοντο, καὶ ταῦτα πάλιν πνευματικῶς διηρμήνευσαν. Εἰσὶ δὲ οἱ καὶ δι᾽ ἀμφότερα τὴν ἑρμηνείαν αὐτὴν πεποιήκασιν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν μέγας Πατὴρ Ἰωάννης, καὶ οἱ κατ᾽ αὐτὸν ἔργον θέμενοι τὴν ἐξήγησιν. Ἐκ τούτων οὖν ἁπάντων ἡμεῖς φιλοπονώτερον, ὡς εἴρηται, τὰ πρόσφορα συλλέξαντες, τελείαν συνεθέμεθα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον τὴν ἐξήγησιν ἐν τρισὶν ἀπαρτίσαντες βίβλοις, ἀνὰ εἴκοσι κεκτημένοις τοὺς λόγους. Εἶτα καὶ τὴν Μωϋσέως Γένεσιν εἰς δύο ταμόντες διὰ τὸ πολὺ τῆς συλλογῆς τῶν Πατρικῶν λόγων, τὸ μὲν πρῶτον Κοσμογένειαν, τὸ δεύτερον δὲ Πατριάρχας ὠνομάσαμεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον πλὴν ὀλίγων τινῶν ὑποθέσεων ἐν ἅπασι σύμφωνόν ἐστι τῷ κατὰ Ματθαῖον, οὐκ ἔδοξε τέως ἡμῖν ὅλον ἀναλαβεῖν ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ [¶] προθεῖναι εἰς τὴν

Hoc pacto ex intimo cordis benignissimum Deum deprecatus, studium et operam meam collocaui, sanctorum patrum commentaria lectitando, et quaecunque illi, diuinae gratiae Spiritu adflati, [¶] S. Scripturae monumenta exposuere, repetendo, quae illi pleraque dispersa in diuinis eorum scriptis tradiderunt. Etenim siue illi inculpatam fidem propugnantes, et illius hostes, Iudaeos, et gentiles impiosque haereticos confutantes, in sui fauorem ex Scriptura petitas demonstrationes vsurparunt, et illius sententiam in opprobrium et confusionem aduersariorum dilucidarunt, siue moribus operam dantes, ecclesiamque instruentes ad sua comprobanda, quae Spiritus erant, in suum vsum conuertebant, et haec rursus Spiritui consona declarabant. Sunt vero etiam, qui vtriusque caussa eandem dilucidationem absoluerunt, vt magnus pater et aurea lingua praeditus Ioannes, et qui eum sequuti ad interpretanda sacra oracula animum addixerunt. Ex his itaque omnibus nos operosius, vt dictum est, quae videbantur vtiliora, decerptis, absolutam in S. *Matthaei* euangelium perfectamque concinnauimus elucidationem, tribus voluminibus comprehensam, quorum quodlibet viginti libris conflatur. Postmodum Moysis *Genesin* propter collectorum copiam ex SS. patrum scriptis in duos tomos diuisimus, quorum priorem *Cosmogeniam*, secundum *patriarchas* nominauimus. [¶] Quum vero et sanctum *Lucae* euangelium, paucis argumentis exceptis, in aliis omnibus cum Matthaeo conueniat: non est visum nobis, vniuersum ab initio re-

Ματ-

ἐξήγησιν, ἀλλ᾽ αὐτὰ μόνον θεωρῆσαι, ὧν ὁ Ματθαῖος οὐκ ἐποιήσατο ἐν μνήμῃ. Διὰ τοῦτο καὶ βίβλον ταύτην ἱερὰν συνεθέμεθα ἐν εἴκοσι καὶ τέσσαρσι λόγοις τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας διασαφοῦσαν τὸ μυστήριον, ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ προδρόμου συλλήψεώς τε καὶ γεννήσεως διερχομένην δὲ διὰ πασῶν τῶν Εὐαγγελιστῶν ἑορτῶν, καὶ εἰς αὐτὴν λήγουσαν τὴν παγκόσμιον πανήγυριν τῆς πεντηκοστῆς. Καλοῦμεν δὲ τὴν βίβλον ταύτην μεγάλην ἀλφάβητον, ὡς τά γε ζωηρὰ στοιχεῖα καὶ συστατικὰ τῆς ἡμῶν σωτηρίας ἔχουσαν. καὶ ὡς κατὰ στοιχεῖον ἔχουσαν τὰς ἀρχὰς τῶν ἰδίων λόγων, καὶ ἀρχομένην μὲν ἀπὸ τοῦ Α, καταλήγουσαν δὲ εἰς τὸ Ω, κἀνταῦθα πληροῦσθαι τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα λέγοντος ἐν τῇ Ἀποκαλύψει πρὸς Ἰωάννην, ἐγώ εἰμι τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὦ μέγα, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος.

petere, et modo interpretationis subigere, sed ea tantum examini supponere, quorum Matthaeus non meminit. Propterea que volumen hoc sacrum composuimus, vigintiquatuor libris constans, magnum Christi incarnationis complectens mysterium, incipiensque a b. Ioannis, baptistae et praecursoris, conceptione et ortu, et percurrens per omnia festa euangelica, et tandem finiens in communem totius orbis sollemnitatem, pentecostem. Nuncupamus vero volumen hoc *magnum Alphabetum*, tamquam quod viuifica elementa nostraeque salutis constitutiua continet, et singuli libri suum ex elementis habent principium, incipiuntque ab A et finiunt in Ω, adeo vt hic quoque compleatur dictum dominicum, in Apocalypsi ad Iohannem: *Ego sum* A *et* Ω, *principium et finis.*

Hoc magnum in Lucam Macarii Alphabetum laudat etiam atque vsque ad literam Π legisse se testatur *Allatius* de Psellis p. 39. et aduersus Creyghtonum pag. 682. Incipit: Ἐμοὶ κόσμος καὶ πλοῦτος καὶ πρὸς τούτων ζωὴ καὶ τρυφή. Eius *precatio aduersus barbarorum incursus* exstat graece et latine in graecorum Euchologio pag. 817. edit. Goari. *Sermo in exaltationem crucis*, sed extrema parte mutilus, apud *Gretserum* de [S.] Cruce pag. 1289. Alias eius tredecim homilias, quae MStae fuere apud Gerasimum Blachum atque Allatium, et in bibl. cardinalis, Columnae et Romae in Collegio graecorum, recenset *Guil. Caueus* in diss. de scriptoribus dubiis, qui non audet, Macarium Chrysocephalum eumdem statuere cum Macario, Philadelphiensi episcopo, qui a. C. 1354. a Ioanne Cantacuzeno commendatus est ad patriarchatum CPolitanum, qum Philotheus deinde obtinuit. Quamquam vero non plane certum illud sit; veri tamen esse simillimum libenter profiteor. Quemadmodum et *Chrysocephalum* nomen esse non tam a studio χρυσᾶ κεφάλαια colligendi inditum, quam gentilitium[v]), persuadet, quod *Ioannis Chrysocephali* mentio occurrit in Syropuli Historia concilii Florentini sect. 4. c. 29. et *Matthaei Chrysocephali* carmina iambica in orationem sepulcralem Manuelis (Palaeologi) imp., de Theodoro, fratre, memorat *Allatius* contra Creyghtonum p. 684. adferens etiam hos eiusdem versus binos, quorum singuli vniuersas Alphabeti graeci litteras complectuntur:

Ζευχθεὶς πτεροῖς ἔκλαγξε βομβώδη ψόφον
Ἀβροχίτων δ᾽ ὁ φύλαξ θηροζυγοκαμψιμέτωπος.

XIV.

v) Conf. *Villoison* l. c. pag. 5. not. 1. *Harl.*

XV. Occurrit praeterea in bibl. caesarea teste *Lambecio* III. pag. 60 w) *Anonymi* graeci Catena siue Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν SS. patrum aliorumque veterum scriptorum ecclesiasticorum in Euangelia secundum SS. *Matthaeum, Lucam et Iohannem.* Scriptorum, e quibus collecta est, haec sunt nomina: *Apollinaris*, episcopus Laodicenus, S. *Archelaus*, Cascharae in Mesopotamia episcopus, S. *Athanasius*, Alex. *Eusebius*, Caesareensis, S. *Gregorius*, *Nazianzenus et Nyssenus*, *S. Iohannes Chrysostomus*. *Isidorus Pelusiota*, *Origenes*, *Seuerus*, episcopus Antiochenus, *Titus*, Bostrensis, et *Victor*, presbyter Antiochenus.

In *Lucam* exstat Commentarius, quem vertit et sub *Titi, Bostrensis,* nomine primus cum Victore in Marcum edidit latine *Theodorus Peltanus* Ingolstad. 1580. Graece deinde atque latine vulgauit *Fronto Ducaeus* tomo secundo Auctarii bibliothecae patrum Paris. 1624. fol. p. 762. recusum tomo XIII. bibl. patrum Paris. 1644. 1654. Latine inde recusus in bibliothecis patrum aliis, vt Lugdunensi, tomo IV. Non autem *Titi, Bostrensis,* est, qui medio saeculo quarto claruit, et de cuius libris aduersus Manichaeos dixi lib. V. cap. 1. [vol. VII. p. 331. sq.] sed est Catena ex Titi aliorumque scriptis ac commentariis, nescio quo, auctore [?] collecta. Itaque in MS. codice bibliothecae regiae Paris. quem euoluit *Rich. Simon* lib. III. Hist. criticae N. T. c. 30. inscribitur: τȣ̃ ἐν ἁγίοις Πατρὸς Ἐπισκόπȣ Βόςρων καὶ ἄλλων ἁγίων Πατέρων ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Λȣκᾶν ἅγιον Εὐαγγέλιον. Citantur etiam in illo nominetenus non modo *Gregorius, Nazianzenus* et *Nyssenus*, sed etiam Tito iuniores, *Chrysostomus, Isidorus,* Pelusiota, et *Cyrillus*, Alex. Atque ea potissimum persequitur, quae Matthaeus in suo Euangelio non adtigit: nam in ceteris semper remittit lectorem ad ea, quae in illum euangelistam iam dixerat. *Henricus Sauilius* notis ad Chrysost. tom. VIII. p. 215 x). *Habeo,* inquit, *in manibus in Euangelia, tria opuscula graece Chrysostomo inscripta. Primus est libellus Quaestionum in Matthaeum, cuius initium:* διὰ τί λέγεται Εὐαγγέλιον; Εὐαγγέλιον ἡ παρȣ̃σα βίβλος λέγεται, ὅτι κολάσεως ἀναίρεσιν καὶ ἁμαρτημάτων λύσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν, καὶ κληρονομίαν τῶν ȣ̓ρανῶν πᾶσιν εὐαγγελίζεται etc. *Quem vertit vulgauitque Venetiis a. 1554.* Christophorus Serrarigus. *Secundus est libellus, breuem continens* enarrationem in Lucam, *cuius initium:* ἰςέον, ὅτι τȣ̀ς μὲν ἄλλȣς Εὐαγγελιςὰς ἐξ αὐτῶν ἀρχομένȣς ἐςὶν ἰδεῖν τῶν πραγμάτων τὸν δὲ μακάριον Λȣκᾶν καὶ προοιμίοις ἐπιβάλλοντα. *Tertius est libellus* Quaestionum in Iohannem, *in notis mihi* saepe citatus, cuius initium: τίνος ἕνεκα πάντα τἆλλα παραδραμὼν, ὅτος Εὐαγγελιςὴς, περὶ τῆς ἀϊδίȣ γεννήσεως εὐθέως διηγεῖται; ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι Εὐαγγελιςαὶ etc. *Horum secundum, qui in Lucam est* (eumdem cum illo, quem Peltanus et Ducaeus edidere,) *tribuunt codices Florentini et Parisienses D. Tito, Bostrorum episcopo: primum, qui est in Matthaeum, coniectura Serrarigi eidem Tito: tertium in Iohannem, ex eadem officina prodiisse non est dubium.* In Catenis regiis MSS. in Matthaeum et Lucam, notante in bibl. concionatoria Combefisio, saepius citantur Titi, editis meliora. Quumque regia in Lucam ipse fere sit

w) Vide Lambec. notasque Kollar. III. pag. 110. praecipue sqq. de cod. XXIX. — pag. 163. sqq. de cod. XLII. atque cod. XL. vbi est illa *epitome*, et conf. not. Koll. pag. 161. *Harl.*

x) Vide *Kollar.* ad Lambecii comm. III. pag. 161. sq. *Harl.*

ſit ſub compendio Titi commentarius, cui ſimilis, quae exſtat in codice Raphaëlis du Freſne: quando ex Tito vulgato quaedam adferuntur, numquam ille citatur, ſed quando noua illa, et qualia etiam occurrunt in Matthaei Catena. *Exiſtimem ergo*, inquit Combefiſius, *perditos commentarios ſenioris Titi eſſe, cui in Catena regia ſancti nomen ſubinde tribuitur.* Quam vero idem *Combefiſius* graece et latine ſub Titi, Boſtrenſis, nomine in Auctario nouo bibl. patrum tom. I. pag. 631 atque latine in bibl. concionatoria vulgauit *Homiliam in Ramos Palmarum*, alteri, [?] iuniori, Tito tribuunt viri docti, licet nihil in illa videam, priſco illo indignum. Incipit: ὥσπερ ἡ ἀμέτρητος ἄβυσσος.

XVI. Catenam *in Lucam* ex codice biblioth. Venetae Beſſariano deſcripſit aliquoties mihi iam laudatus atque propter ſingulare in hoc genere ſtudium laudatiſſimus *Balthaſar Corderius*, S. I. hoc titulo: Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν, ἑρμηνευμένον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν, τοῦ τετραευαγγελίου ἑρμηνείαν εἰσάγων ἔνδον. Teſtatusque, ſe euoluiſſe eiusdem Catenae exemplar perantiquum in caeſarea Viennenſi[y]) et alterum in Auguſtana, ſed vtrumque mutilum, graece eam atque latine edere voluit, verum typographo ſumtus graecis vulgandis ob iniquitatem temporum ſuppeditare detractante, verſionem ſuam tantum in lucem emiſit Antwerpiae 1627. [1628.] fol. eique adeo minore typorum charactere diſtinctam adiunxit Catenam alteram, nouo ſtudio a ſe ex patribus graecis editis et latinis contextam atque ita adornatam, vt etiam loca ceterorum Euangeliſtarum, quibus praetermiſſa Lucae ſupplentur, illuſtrauerit. Si graeca aliquando in lucem proferri debeant, ea ex codicibus MSS. bibl. regiae Pariſ. multum poſſe integriora ac meliora dari, monet *Rich. Simon* libro II. Hiſtor. criticae N. T. c. 30. tom. III. p. 429.

Index Corderianus Scriptorum, e quibus Catena, a Balthaſare Corderio verſa, in Lucam contexta eſt.

Numeri maiores, capitibus Lucae: minores reſpondent ſectionibus, in quas Corderius Catenam diuiſit.

y) Eſt ille cod. caeſar. XLII. antea iam memoratus, de quo multus eſt *Lambec.* III. p. 163. ſqq. et obſeruat, in huius codicis Catena nominari quoque Sextum Iulium Africanum, Alexandrum, archimandritam, et Antipatrum, epiſcopum Boſtrenſem, quorum nulla fiat mentio in Catena, a Corderio edita: Kollarius autem in nota *A.* pag. 167. primum animaduertit, ſe in tota Marc. bibl. graeca codicem non inueniſſe, ex quo, certe conſtet, Corderium ſua depromiſiſſe, niſi forte ſit cod. XXVIII. de quo Theupolus obſcure loquatur: dein, quod Corderius ſcriptum reliquit, ſe eiusdem catenae perantiquum exemplar vidiſſe in caeſarea Viennenſi bibliotheca, ea caſtiganda eſſe cenſuit, quia Richardo Simonio et Fabricio (noſtro loco) occaſionem exiſtimandi praebuerint, in bibl. caeſarea extare graecum Corderiani in Lucam latini commentarii exemplar. „Nam catena, inquit, haecce noſtra, vtpote vberior, in perpaucis Corderianae ſimilis eſt, at ob auctoritatem tamen patrum, qui in marginibus diligenter adnotantur, digniſſima profecto eſt, quae publicam in lucem olim protrahatur.“ De Cordeiana illius catenae editione vide *Ittig.* l. c. pag. 624. ſq. et *Io. Ge. Walch.* l. mem. p. 197. *Harl.*

Diony-

XVII. *In Iohannis Euangelium*, Anonymi Catena graece et latine a Balthasare Corderio vulgata est Antwerpiae 1630. fol.[z]) *Exemplar graecum*, inquit, *MS. quo vsus sum, erat antiquissimum rotundo ac distincto charactere in membrana eleganter accurateque conscriptum.* Hoc ex cardinalis Cusani bibliotheca Treuiris Antwerpiam adtulerat Heribertus Rosweidus et Petrus Lanselius, Corderius manu sua descripsit, et latine vertit, atque vtraque lingua edidit, estque haec Catena iudice *Rich. Simone* tom. III. Histor. criticae N. T. cap. 30. pag. 431. ceteris adcuratior. *En effet, cette chaine est la plus exacte de toûtes, a cause de la bonté du MS. Grec.* Prooemium multa eadem continet, quae in Andreae presbyteri Catena in Esaiam, quam supra p. 754. ad §. XI. retuli; nec tamen inde certo eumdem licet colligere auctorem[aa]). Superest, vt scriptores priscos, e quibus excerpta est, adnumerem.

Index Scriptorum, in Catena ad Iohannem laudatorum.

Apolli-

z) Conf. *Ittig.* l. c. pag. 625. sq. et *Walch.* p. 197. *Harl.*

aa) Praeter codd. laudatos, qui continent catenas in IV. euangelistas, Ioannis euangelium separatim cum commentario exstat in cod. caesar. *Vindob.* XXIX. quem copiose recenset *Lambec.* III. pag. 110. sqq. praecipue p. 113. sq. vbi *Kollarius* in nota, eumdem, inquit, hunc commentarium possidemus in aliis theologicae huius classis codd. vt in codicibus XXXVIII. XXXIX. XL. et in vno quoque eorum, qui Neapoli ex bibliotheca patrum S. Ioannis de Carbonar. Carolo VI. Aug. olim sunt oblati. Est autem commentarius hic percelebris, qui in codd. regiis Parisinis modo Origeni, modo Cyrillo, modo Chrysostomo, modo denique Victori, Antiocheno, tribuitur: nullius vero horum esse, et pro catena, ex diuersis patrum excerptis contexta, haberi oportere, erudite docuit *Rich. Simon.* in Hist. critica praecipuorum N. T. comment. tom. III. pag. 80. Codex regius nr. MMCCCLXXX. cum notis optime conuenit, vt ex initiis adparet, a laudato Simonio vulgatis. Plura, quae de eo commentario dicturus sum, vide sis ad codic. XXXVIII. Hactenus Kollar. — *Monachii* in bibl. elect. cod. XIII. catena *Nicetae*, Serrarum episcopi, in euangel. S. Ioannis, et in cod. XIV. excerpta ex bonis interpretibus in euangel. S. Ioannis vsque ad locum de quinque millibus, in desertis pastis, Ioan. VI. Vide cat. codd. gr. Bauar. pag. 4. *Harl.*

Nicolaus

Hisce Catenis, quas tunc adhuc ineditas laudauit subinde in suis ad euangelistas commentariis Iohannes Maldonatus, adcensendus Commentarius *Euthymii Zigabeni in Euangelia*, de quo, quemadmodum et eius Commentario *in Psalmos*, plura sunt adnotata supra in h. vol. pag. 342. sqq. Sane ex pluribus collectum nec titulus diffitetur, atque licet Chrysostomum frequentissime sequatur, vnde *insignem Chrysostomi defloratorem* vocat Io. Millius prolegom. in N. T. Sect. 1073. tamen vsus est scriptis etiam aliorum, laudatque nominetenus, *Basilium*, *Gregorium*, *Maximum*, *Origenem*, denique ipse plura suo marte addidit. Titulus est: ἑρμηνεία τοῦ κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον etc. φιλοπόνως ἐρανισθεῖσα, μά-

λιστα μὲν ἀπὸ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἀπὸ διαφόρων ἄλλων Πατέρων, συνεισενεγκόντος τινὰ καὶ τοῦ ταῦτα ἐρανισαμένου. [v. ad §. XII. de cod. Taurin.]

Praeter Euthymium non omittendus *Theophylactus*, cuius itidem praeclarus *in quatuor euangelistas* non ex solo Chrysostomo, sed ex aliis quoque antiquis doctoribus contractus ac digestus commentarius exstat, de quo dixi volumine septimo superiore [pag. 589. et 591. sqq.]

XVIII. Denique *Thomas Aquinas* Catenam auream bb) in *quatuor euangelia*, latina lingua quidem, at ex graecis latinisque patribus condidit, dicauitque Vrbano IV. papae. Prodiit ab a. 1474. saepius separatim variis in locis, atque inde inter *Thomae* opera iunctim excusa tomo XV. Editiones post a. 1566. interpolatas esse a recentiore manu, notat *Rich. Simon* lib. III. Hist. criticae N. T. pag. 473. Scriptores graeci, qui in Catena Thomae citantur, hi sunt: *Anonymus*, *Athanasius*, Alex. *Basilius*, *Chrysostomus*, *Cyrillus*, Alex. *Damascenus*, *Didymus*, Alex. *Dionysius*, Alex. *Dionysius*, Areopagita, *Epiphanius*, *Eusebius*, Caesareensis, (*Euthymius*, monachus,) *Gregorius*, *Nazianz. et Nyssenus*, *Isidorus*, Pelusiota, *Iosephus*, *Iulius Africanus*, *Origenes*, *Seuerianus*, Gabalensis, *Theodoretus*, *Theophilus*, Alex. *Theophylactus*, *Titus*, Bostrensis. Latini sunt Alcuinus, Ambrosius, Augustinus, Beda, Cyprianus, Damasus, Fulgentius, Glossae diuersorum, Gregorius I. papa, Haymo, Hieronymus, Hilarius, Isidorus, Hisp., Leo I. papa, Maximus Taurinensis, Petrus Alfonsus, Rabanus Maurus, Remigius.

XIX. In *acta apostolorum* Catenae vicem exhibet *Oecumenii*, incerta aetate scriptoris, sed episcopi Triccae in Thessalia, et iudicio ac perspicuitate commendabilis commentarius, qui

bb) Ita inscribitur in recentioribus editionibus. Sed in antiquioribus video *glossam continuam* vocari, inde dubito iam, Thomasne ipse Catenae vocabulo vsus fuerit, vti ab eo factum supra §. 1. innui. Est mihi ad manus editio a. 1476. fol. sine loci notatione. *Fabr.* Editio prima esse dicitur *Romana: Diui Thomae Aquinatis continuum* in librum euangelii secundum Matthaeum, Marcum, Lucam et Ioannem, recognitum *Rome* a Io. Andr. ep. Aleriensi. Impressum *Rome* opus in domo Petri et Francisci de Maximis — *presidentibus* magistris Conrado Suueymheym et Arnoldo Pannartz. Anno domini M. CCCC. LXX. (1470.) fol. mai. Plura vide in *Panzeri* A. T. tomo II. pag. 421. nr. 40. — Idem V. D. refert editiones *Norimbergens.* 1475. fol. *S. Thomas de Aquino glossa continua super quatuor euangelistis*, (tom. II. p. 173.) — *Venetas: Continuum in IV. euangelistas*, 1482. cura Hermanni Lichtensteyn Coloniens. atque Ioannis Hamman spirensis. fol. — Impensa Andr. de asula et Thom. de alexandria. 1486. fol. — *opus aureum super IV. euangelia*: in fine: *continuum in IV. euangelistas*, arte Boneti Locatelli etc. 1493. fol. (tom. III. pag. 184. 229. et 332.) — *commentar. in IV. euang.* s. l. 1482. fol. (IV. pag. 27.) — sub titulo: *catena euangelica*, s. l. 1484. fol. (IV. pag. 55.) — *catena aurea* s. l. et a. Augustae Vindel. typis Güntheri Zaineri) — *catena patrum* s. l. et a. (Esslingae, typis Conr. Fyner.) — *catena aurea* etc. Venet. 1494. fol. (tom. I. pag. 129. et 584. ac III. pag. 355.) *Harl.*

qui cum eiusdem commentariis similibus *in epistolas septem catholicas*, *epistolas S. Pauli, apostoli*, et cum *Aretha in Apocalypsin* prodiit graece, Veronae typis luculentis 1532[cc]). fol. Ἐξηγήσεις παλαιαὶ καὶ λίαν ὠφέλιμοι βραχυλογίαν τε καὶ σαφήνειαν τοῦ λόγου ἔχουσαι θαυμαστήν, ἐκ διαφόρων τῶν ἁγίων Πατέρων ὑπομνημάτων ὑπὸ Οἰκουμενίου καὶ Ἀρέθα συλλεχθεῖσαι. *In acta atque epistolas catholicas* latine vertit *Io. Bernardus Felicianus*, cuius interpretatio vidit lucem Basil. 1552. et Venetiis 1556. 8. inscripta Alexandro Farnesio, cardinali. Auctores, e quibus collecta haec Catena est, vel qui in ea laudantur, sunt: *Acacius*, *Andreas*, Caesareensis episcopus, *Athanasius*, *Basilius*, *Clemens*, *Cyrillus*, *Dionysius*, Alex. *Epiphanii*, Cypri Panarium (in epist. Iudae), *Eusebius*, *Gennadius*, *Gregorius Naz. et Nyssenus*, *Hippolytus*, *Ioannes Chrysostomus*, e quo plura accepta, tum *Iosephus*, *Irenaeus*[dd]), *Isidorus*, *Iustinus* (in 1. Petr. V.) *Methodius* de resurrect. *Oecumenius* ipse, *Origenes*, *Papias*, *Photius*, *Seuerianus*, *Theodoretus*, et *Titus*, aduersus Manichaeos. Ad caput XVII. 23. Actorum adfertur inscriptio Atheniensium Θεοῖς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ Λιβύης Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ, et XVII. 28. notatur ad *Arati*, poëtae, locum a Paulo respici. Gnosticorum, Naasenorum, qui et Lampetiani et Euchetae, mentio in 2. Petri III. Heracliti item, Ephesii, et Empedoclis, Aetnaei, hoc est, in monte Aetna exstincti, sententia de mundo, igni perituro. Mentio Nestorii ad 1. Ioh. I. *Fabr.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. plut. 8. inscribitur quidem *Ioannis Chrysostomi in acta apostolorum;* sed *Bandinius*, qui in vol. I. cat. codd. gr. Laur. pag. 363. sqq. eum copiose recenset, monet primo, inscribendum fuisse cod. *Catena S. S. P. P. in acta apostolorum et in epistolas Paulli excepta ad Hebraeos, quae deest;* tum adsentitur Fabricio, collectam esse illam catenam ab Oecumenio ex Basilio, Eusebio, Apollinari, Isidoro, Origene, Chrysostomo, (ex quo desumta sunt prima catenae verba, vnde fieri potuit, vt Chrysostomo totus adscriberetur commentarius,) aliisque. — In cod. X. plut. 9. est catena in epistolas Paulli, cuius quidem auctor in initio cod. dicitur *Nicetas* (ἐξήγησις τοῦ Νικήτα εἰς τὰς ἐπιστολὰς τοῦ ἁγίου Παύλου;) sed *Bandin.* l. c. pag. 404. sq. vbi plura refert de eo, esse catenam ostendit, ex scriptis multorum patrum contextam, et saepius nominari Io. Chrysostomum, Oecumenium, Seuerianum et Theodoretum. Similes in Paullinas epistolas catenae in cod. IV. (cuius collectorem fuisse Oecumenium suspicatur *Band.* I. p. 472. sqq.) — in cod. VI. et VII. qui quomodo differant a cod. IV. mem. docet *Bandin.* I. p. 474. sqq. et in cod. XIX. quae hic codex habeat propria, et in quibus conspiret cum superioribus, demonstrat *Bandin.* I. pag. 486. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. XXXIII. S. Paulli epistolae, cum catena in margine posita, quae, vt auctor catal. codd. gr. Marc. ait pag. 25. vt plurimum conuenit cum edito Oecumenii commentario: — in cod. XXXIV. eaedem epp. cum catena marg. a superiore haud multum discrepante. — In cod. XXXV. commentarius in epp. Paullinas, sed plura folia sunt initio abrasa, et alia desunt. v. cat. cit. pag. 25. — In cod. DXLVI. Acta apostolorum; catena patrum in epistolas Paulli; commentarius in VII.

Ssss 2   epp.

cc) Haec editio ad manus mihi est, alteram vero, graecam Veronensem a. 1568. Posseuino ac Labbeo memoratam, numquam vidi, atque in Caveo pro 1562. legendum 1532. arbitror.

dd) Irenaeus aduersus ψευδώνυμον γνῶσιν, siue contra haereses in 2. Petr. II. et epist. Iudae. Eiusdem de Sancto et Blandina, martyribus, in 1. Petr. II.

epp. catholicas, et apocalypsis b. Ioann. apostoli, cum comment. Andreae, archiep. Caesar. Cappadociae. v. cat. p. 292. sq. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. XXXIV. posterior pars N. T. ab actis apostolorum vsque ad apocalypsin Ioannis cum comment. margin. de cuius auctore ipsoque codice vberrime differunt *Lambec.* et in notis *Kollarius* comm. III. pag. 126 sqq. — In cod. XXXV. Acta apostolorum, epistolae Paulli; nec non epp. Iacobi, Petri, Ioannis et Iudae, cum praefixis hypothesibus s. argumentis lemmatibusque capitum, atque antiquis gr. scholiis margin. variorum. Et in cod. XXXVI atque XXXVII. acta et epp. catholicae cum argumentis et summariis iis, quae sub Oecumenii nomine Veronae sunt edita, aliisque. v. *Lambec.* inprimis doctiores *Kollarii* notas in comm. III. pag. 150. sqq. — In cod. XLVI. interpretatio epistolae Paulli ad Romanos, collecta ex multis scriptoribus ecclesiast. quos enumerat *Lambec.* III. pag. 173. sqq. et curatius *Kollarius* in nota *A.* pag. 175. qui illam catenam integram valde laudat, et editoribus operum, nondum vulgatorum, summopere commendat. — nr. 2. in eodem cod. est *Io. Chrysostomi* et *Theodoreti,* ep. Cyrensis, interpretatio I. epistolae Paulli ad Corinthios; sed imperfecta. — In bibl. quondam *Vffenbach.* fuerunt duo codd. nr. II. et IV. qui quodammodo huc pertinent: quos recenset *I. H. Maius* in bibl. Vffenbach. MSSta part. II. col. 419. sqq. In cod. II. chartac. in 4. scriptus non adeo diu ante inuentam artem typographicam, continet posteriorem N. T. partem hoc ordine; ep. Iacobi, vtramque Petrinam, tres Ioanneas, vnam Iudae, apocalypsin, epistolas Paullinas et acta apost. Multis epistolis praefixa sunt argumenta, eadem omnino cum illis, quae etiam leguntur in editt. et Erasmiana et Milliana: adnexa sunt alia ex Chrysostomo et Theophylacto. — Cod. IV. membr. in fol. saec. X. scriptus, continet ὑπόθεσιν et κεφάλαια actor. apostol. atque epistolarum catholicarum, item argumenta epistolarum, in catenam Oecumenii illata, et alia. Prologum catholicarum epistolar., Athanasio ibi inscriptum, integrum graece formulis typogr. describendum curauit *Maius* cum versione latina, eumque comparauit in not. criticis cum cod. XXXVII. caesar. Vind. quem *Lambecius* in vol. III. descripsit et partem prologi commentariis suis inseruit. *Harl.*

Commentarium Oecumenii in Acta [ee]) in epistolas catholicas et *in epistolas Pauli* graece cum latina versione *Ioannis Hentenii,* Mechliniensis (Antwerpiae primum a. 1545. atque eodem anno Parisiis excusa,) nitide edidit Federicus Morellus Paris. 1631. fol. 2. vol. Exstat et [ff] Oecumenius in epistolas Paulli ex latina versione *Maximi Florentini,* monachi Cassinensis, Basil. 1553. 8. duobus voluminibus. Obseruatum etiam est, *Theoduli* Catenam, siue exegesin in *epistolam ad Romanos* Basileae 1557. 4. editam, latine ex *Io. Loniceri* versione atque in Orthodoxographis ac bibliothecis patrum recusam, haud diuersam esse ab hac Oecumeniana.

Com-

ee) Quae *Iac. Billius* lib. I. obseruationum sacrarum cap. 21. in Henteniana versione Oecumenii ad Acta reprehendit, a Posseuino inserta sunt apparatui sacro tom. II. pag. 170. seq. *Fabr.* — Catena explanationum veterum sctorum patrum in Acta apostolorum et epistolas catholicas, *Io. Bernardo Feliciano* interprete. Venetiis 1545. 8. — *Loniceri* interpretatio, a Fabricio memorata, est inscripta: *Veteris cuiusdam theologi graeci* succincta in Paulli ad Romanos epistolam exegesis, ex graecis sacrae scripturae interpretibus desumta, latine, *Io. Lonicero* interprete. Basileae 1537. 4. Vide *Walchii* bibl. patristic. pag. 197. *Harl.*

Commentarium eiusdem *in VII. epiſtolas catholicas* graece et latine, cum *Io. Hentenii* verſione et notis *Bartholomaei Coppen*, Roſtochienſis, et Gnomologia Oecumeniana prodiit Francof. 1610. 4. Hunc Coppenium male auctorem latinae verſionis facit *Labbeus* tom. II. de Scriptoribus eccleſiaſticis p. 133.

Quamquam Sixtus Senenſis tradit, Oecumenium ſimiliter ceteros Noui Teſt. libros et ex Veteri Teſt. *Octateuchum* illuſtraſſe: nihil tamen horum in lucem hactenus editum eſt. Quin horum etiam ipſorum in Acta[ff]) et epiſtolas commentariorum auctorem Oecumenium eſſe dubitauit Fronto Ducaeus, quoniam in codicibus MSS. quorum alii contractiores, alii ampliores editis in bibl. regis Galliae exſtant, Oecumenio diſerte non tribuuntur; ſed tantum vocantur Ἐξηγήσεις ἐκ διαφόρων τῶν ἁγίων πατέρων. Donatus tamen Veronenſis, qui illos ex MS. inſigni ac vetuſto, quod Matthaeo Giberto, Veronenſi epiſc., Iohannes Laſcaris donauerat, graece edidit, ac Clementi VII. inſcripſit, et Hentenius, qui latine vertit, argumentis probabilibus ex verbis Commentar. ad c. vlt. ad Coloſſ. et ad c. 4. Epheſ. contendunt, Oecumenio iure adſcribi, quorum argumentis adſentitur *Rich. Simonius* lib. III. hiſt. criticae N. T. cap. 32. qui obſeruat, auctorum nomina plura in MSS. adnotari, ex quibus illa Catena collecta eſt. Quamquam non meram collectionem exhibet illud opus; ſed potius commentarium litteralem cum delectu ac iudicio ita decerptum ex aliis non commentariis modo, ſed forte etiam catenis antiquioribus, vt auctor ipſe ſententiam ſuam quam saepiſſime expoſuerit: *ce n' eſt pas une ſimple compilation, celui qui a fait ce recueil, s' etant principalement appliqué à donner le ſens litteral du texte quil expliquoit, a accommodé à ſa maniere les interpretations des Ecrivains, qu'il a conſultez, ou plutot les autres chaines qui étoient avant lui, les abregeant ou les étendant, ſelon qu' il le iugeoit à propos. Fabr.* Iudice viro docto in Lips. A. L. Anz. a. 1801. nr. 103. m. Iul. Collectio ſcholiorum, in epiſtolas D. Paulli minus recte tribuitur *Oecumenio*, et ſcholia, quae nomen *Oecumenii* ac *Photii* prae ſe ferunt, miſera ſunt. *Harl.*

XX. Idem *Simonius* 465. teſtatur, in bibliotheca regia Pariſ. exſtare catenam MStam *in acta apoſtolorum*, exaratam ante 600. annos ſub titulo: τοῦ Χρυσοστόμου καὶ διαφόρων, in qua alii, quam in Oecumenio laudantur [*] ſcriptores, *Ammonius, presbyter*, quam frequentiſſime, tum *Didymus, Euſebius Emeſenus, Seuerus*, qui vel vicies *epiſcopus* vel *archiepiſcopus Antiochenus* adpellatur, vt Eutychianus, Acephalorum auctor, haud dubie innuatur: Theodorus Heracleenſis, Theodorus, monachus ac presbyter, et *Theodotus Ancyranus*. Longe praeſtantiſſimam vero Catenam MS. *in Acta et epiſtolas catholicas* ſeruat collegium nouum Oxoniae codice LVIII. *Io. Erneſto Grabio* praef. tom. II. Spicilegii patrum et *Io. Chriſtophoro Wolfio* laudatam, in qua exſtant ſymbolae *Ammonii, Anonymi, Apollinaris, Arſenii, Athanaſii, Baſilii M. Chryſoſtomi, Clementis,* Alex. *Cyrilli, Didymi, Dionyſii, Ephraimi,* Syri, *Epiphanii, Euagrii, Euſebii,* Emeſeni, *Euthalii, Gregorii, Naz. et Nyſſeni, Hermae* (cuius locum exhibet Grabius T. II. ſpicileg. p. 303.) *Heſychii,* presb. *Ioſephi, Irenaei, Iſidori*

ff) Confer *Io. Mariam Suareſium* ad S. Nili opuſcula pag. 640.

dori, Peluf. *Maximi, Nicolai,* presb. *Origenis, Papiae* (ἐκ τοῦ δ' τῆς ἐξηγήσεως τῶν Κυριακῶν λόγων in Act. I. 21.) *Philonis, Seueriani, Seueri, Theodori,* monachi, *Theodori,* Heracle-enfis, *Theodoreti, Theodori,* Ancyrani, et *Theophili,* Alex. *Fabr.* De illo cod. vide *Io. Christoph. Wolf* in praef. ad tom. III. Anecdot. graec. qui ibid. pag. 92-195. ac tom. IV. p. 1-113. excerpta dedit ex illo, additis verfione latina atque adnotationibus. *Harl.*

In epiftolas Pauli Catena MS. occurrit in bibl. Bodleiana inter libros Thomae Roë, quae in multis quidem cum Oecumenio conuenit, in aliis tamen habet plura, quam Oecumenius, et auctores, paullo diftinctius citatos, in aliis pauciora, nusquam enim citatur Photius, et, quae ex Photio apud Oecumenium citantur, in illa Catena abfunt, quod non contemnendum antiquitatis argumentum Langbaenio vifum eft, quafi Photiana deinceps demum Oecumenius adfcripferit. Vide laudati *Wolfii* diatribam de Catenis MSS. pag. 17. et 31. vbi praedicat, et magnam partem defcripfiffe fe refert Catenam in codice CCVIII. eiusdem bibl. Bodleianae MStam *in epiftolam ad Romanos*, fed definentem in capite VIII. (pofterior pars a capite IX. dicitur feruari in bibliotheca Auguftana[gg]),) in qua adferuntur fymbolae *Acacii, Anonymi, Apollinaris, Chryfoftomi,* (vno tantum loco memorati,) *Cyrilli, Didymi, Diodori, Eufebii, Gennadii, Ifidori, Origenis, Photii, Seueriani, Theodori, Theodoreti, Theophylacti. Fabr.* Cod. caefar. *Vindobon.* XLVI. iam fupra laudatum, qui continet catenam integram in Paulli ep. ad Romanos, et ab omnibus editis diuerfam vberius defcripferunt et commendarunt *Lambec.* in comment. vol. III. p. 173. fqq. et *Kollar.* in nota *A.* p. 175. — De fimili quadam catena diuerforum patrum in Matthaeum, Ioannem, Lucam et in VII. epift. *catholicas* in cod. *Laurent.* V. plut. 6. v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laur. I. pag. 100. fqq. Alias catenas in Paullinas epp. et in epift. catholicas. in codd. feruatas, iam antea memorauimus. Sic de catena in epp. Iudae etc. in cod. caefareo XXXIV. in quo etiam eft Ioannis Apocalypfis, et in cod. XXXV. cum commentariis v. *Lambec.* notasque *Kollarii* III. pag. 126. fqq. et p. 150. fq. *Harl.*

De Ἑρμηνείαις *in epiftolas Pauli*, quas e Chryfoftomo collegit *Io. Damafcenus*, et in tomo fecundo huius operum *Mich. le Quien* Parif. 1712. fol. edidit, nec non de Commentariis, quos in easdem epiftolas digeffit ex Chryfoftomo et aliis patribus felectos *Theophylactus*, dictum a me eft alibi, fcripta illorum doctorum, quae plurima exftant, recenfente.

[P] XXI. *In apocalypfin* denique non omittenda *Andreae et Arethae* commentaria. Sub *Andreae* quidem, *Caefareae* Cappadociae epifcopi, nomine commentarius exftat, Macario cuidam, quem fratrem fuum ac συλλειτουργὸν vocat, ab auctore infcriptus, librumque diuidens in κεφάλαια LXXII. Hunc *Theodorus Peltanus* vertit, ediditque latine Ingolftadii, a. 1574. 4. relatum inde in bibliothecas patrum. Sed graece ac latine cum eiusdem Peltani verfione legi-

gg) Vide *Reiferi* indic. MSStor. bibl. Auguft. pag. 9. nr. 23. vbi dicitur catena illa incipere a cap. 7. Ibid. nr. 26. memoratur cod. chart. catenae expofitionum in euangel. *Lucae*, compofitae per *Nicetam*, diaconum. *Harl.*

legitur ſubiunctus Io. Chryſoſtomi ad nouum Teſtamentum commentariis in editionibus graecolatinis Commeliniana a. 1596.[hh]) Pariſienſi et Francofurtenſi. Hic Andreas in praefat. teſtatur, ſe ſcriptis vſum *Cyrilli*, Alex. *Gregorii*, theologi, *Hippolyti*, *Irenaei*, *Methodii* ac *Papiae*. Citatur et *Gregorius, theologus* pag. 6. 9. 10. 20. edit. Pariſ. *Epiphanius* pag. 11. Eius λόγος εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, pag. 7. liber de gemmis 134. *Irenaeus* pag. 11. 73. 101. 124. Ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ τȣ̃ ἐλέγχȣ τῆς ψευδωνύμȣ γνώσεως pag. 35. *Antipae* martyrium pag. 14. *Antipater* (Boſtrenſis) pag. 124. *Euſebius* Pamphili pag. 32. *Ioſephus* Hebraeus pag. 36. *Methodius* 30. Eius ſympoſium p. 63. 64. 65. 66. Sermo de reſurrectione 124. *Papias* p. 67. *Antonius*, eremita, pag. 67. 70. *Iuſtinus, martyr.* pag. 68. *Hippolytus* p. 70. 75. 101. *Baſilius magnus* pag. 84. 126. de Simone, mago, mentio pag. 71. 75. Hiſtoriae de Iuliani et Arianorum perſequutionibus pag. 99. Non omittendum, quod in codice MS. bombycino, quem memorat *Montfauconus* in Diario Italico p. 221. Commentarius iſte Andreae, Cretenſi, adſcribitur, licet in aliis codicibus etiam illo, cuius idem pag. 216. meminit, rectius tribuatur *Andreae, Caeſareenſi.* Ἀνδρέȣ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ Ἀρχιεπισκόπȣ τῆς Καππαδοκείας, τῆς[ii]) πρὸς τὸ Ἀργέω, ἑρμηνεία εἰς τὴν Ἀποκάλυψιν. Atque Caeſareenſi diſerte tribuitur ab Aretha, in cuius commentario ad Apocalypſin ſaepius citatur, et pag. 929. dicitur Ἀνδρέας ὁ τῆς κατ' ἐμὲ[kk]) Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας ἀξίως τὴν ἐφορείαν λαχών. Videndum, diuerſus ne ab vtroque Caeſareenſi et Cretenſi ſit *Andreas, presbyter*, cuius Catenas plures ſupra memoraui. *Fabr.* In cod. caeſareo *Vindobon.* CLXXII. *Andreae* commentar. in Ioannis Apocalypſin: inc. Ἀνδρέȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιστολή· Κυρίῳ (ergo non *Macario*) μȣ ἀδελφῷ καὶ συλλειτȣργῷ· v. *Lambec.* comment. IV. col. 401. ſq. (ſic quoque inſcribitur in cod. Naniano *Venet.* XXXIII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 43. ſq. et aliis.) — In cod. caeſareo CLXXIII. eiusdem comment. in apocalypſin, quem tamen in titulo praefationis perperam adtribui *Origeni*, monet *Lambec.* l. mem. col. 402. ſq. — contra in cod. CLXXIV. eumdem occurrere comment. eiusd. Andreae, ſed tam in principio, quam in fine male adſcribi *Methodio, monacho,* teſtatur *Lamb.* l. c. col. 403. ſq. — In cod. CCXLVIII. nr. 24. Io. Apocalypſis cum comment. marginali *Andreae,* Caeſareens. in Cappadocia archiep. v. *Lambec.* V. col. 297. — *Monachii* in bibl. elect. codd. XLIII. et LXVIII. *Andreae, Caeſarienſis,* comment. in Ioannis apocalypſin. v. catal. codd. Bauar. p. 13. et 23. — In cod. *Naniano* LXXV. nr. 1. index capitum Apocalypſ. tum epiſtola *Andreae*, inſcripta: ἀνδρέȣ ἀρχιεπισκόπȣ καισαρείας Καππαδοκίας, τῆς πρὸς τὸ ἀργέον, ἐπιστολῆς· κυρίῳ μȣ ἀδελφῷ καὶ συλλειτȣργῷ· dein incipit fol. 2. ipſe illius commentarius. Plura v. in cat. codd. gr. Nan. pag. 152. — Eiusdem comment. in apocal. eſt in codd. *Pariſ.* bibl. publ. CCXXXIX. et in duobus ſequentibus, tum in codd. DCCXLVI. et MII. — In indice tamen generali ſub nomine *Andreae, Cretenſis,* et illi comm. et (in codd. CCXX.) commentarii in acta apoſtolorum et in epp.

hh) Conf. *Matthaei* notit. VII. codd. Auguſt. a *Bengelio* collator. in Lipſ. A. L. Anz. a. 1801. nr. 162. pag. 1595. *Harl.*

ii) Πρὸς τῷ Ἀργαίῳ ὄρει. Strabo de hac vrbe loquens lib. XII. pag. 538.

kk) Interpres *ante me.* Sed tum dixiſſet ὁ πρὸ ἐμȣ̃. Itaque ſenſus *Caeſareae meae* i. e. in qua Arethas etiam epiſcopus fuit.

epp. Paulli, tum multae homiliae et alia ſcripta nominantur. — In cod. *Coislin.* XXV. qui complectitur acta apoſtolorum atque epiſt. catholicas cum commentariis, ex Chryſoſtomo aliisque congeſtis, et in fine illius collectoris nomen ſic ex verſione lat. Montf. indicatur: *qui legitis hunc librum, orate pro* Andrea, *miſerabili et humili* presbytero, *qui huius libri paragraphos collegit ac diſpoſuit* etc. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 47-77. In eadem biblioth. nomen et ſcripta *Andreae Hieroſolymitani epiſcopi Cretae* ſaepe occurunt. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CDXCIV. *Andreae, Caeſ.* comm. in apocalypſin, et cod. DXLVII. ipſa apocal. cum *Andreae* comm. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 259. et 293. — *Florentiae* in bibl. *Laurent.* cod. XIX. nr. 11. plut. 6. *Andreae, Caeſarienſis*, prologus in Ioannis apocalypſin. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 139. — in cod. XXIX. nr. 6. plut. 7. eiusd. *Andreae, Caeſarienſis,* comm. in apocal. teſte ipſe *Bandin*, qui graecam illius epigraphen exſcripſit, l. c. p. 290. in indice tamen huius cod. latino dicitur *Cretenſis* et in ind. generali alphabet. neſcio quare. Forſan per oſcitantiam, inter opuſcula *Andreae,* Hieroſolym. archiepiſcopi, *Cretenſis* citatur. *Harl.*

Arethas, qui et ipſe poſt Andream Caeſareae eiusdem in Cappadocia circa a. C. 914. archiepiſcopus fuiſſe traditur, forte haud diuerſus eſt ab Aretha, qui adhuc | presbyter Caeſareenſis ſcripſit *de translatione Euthymii, patriarchae CPol.* a. C. 911. defuncti: neque improbabilis haec mihi videtur *Caſimiri Oudini* coniectura [ll]). Idem certe, cuius ſermo de martyribus, Guria, Samona et Abibo legitur tom. III. Lipomanni, et apud Surium 15. Nou. Incipit: *Quo-*

ll) Vide *C. Oudin.* comment. de ſcriptt. eccleſ. tom. II. pag. 426. *Le Quien* in orient. Chriſt. tom. I. pag. 382. Ad a. Chr. 914. referunt quoque Arethae aetatem *Hamberger* in: zuv. Nachr. III. pag. 677. et *Saxius* in Onom. II. pag. 241. contra cl. *Matthaei* in praefat. ad Apocalypſ. Ioann. fol. *a.* ad ſaeculum X. *Bengelius* autem in Adparatu crit. ad N. T. adſeruit eum ſaeculo VI. — Conf. *Fabric.* infra in vol. IX. pag. 82. inter elogia vitasque Sctor. et pag. 182. nr. XXXIX. de ſcholiis *Arethae,* epiſcopi *Turriani,* ad Theodori Abucarae opuſc. ad aliquem, qui percontatus fuerat de diſtinctione mundorum et immundorum eſculentorum, quatenus illa in N. T. obſeruaretur? — *Vindobonae* in cod. XL. nr. 4. eſt martyrium S. *Arethae* et ſociorum ab anonymo quodam conſcriptum; quae narratio ex *Nonnoſi* hiſtoria legationis illius ſub imp. Iuſtiniano I. ad Homeritas deſumta eſſe videtur *Lambecio* comment. VIII. pag. 522. ſq. qui principium codicis repetiit, ex quo adparet, id accidiſſe ſub imp., Iuſtino, anno imperii quinto. — In cod. XVI. nr. 50. — in cod. XVII. nr. 21. et cod. XVIII. nr. 3. ad d. XXIV. Octobr. eſt martyrium *Arethae* et ſociorum, a *Symeone Metaphraſte* narratum. Vide *Lambec.* VIII. p. 541. 553. et 557. inprimis in libro et vol. V. p. 277. ſq. vbi ex codd. duobus Menologii graecorum m. Oct. locum longum excerpſit de ſupplicio Arethae et 340. ſociorum a. Chr. 522. d. 24. Oct. ſub Dunaan, hebraeo, Homeritarum tyranno facto. Hic igitur alius *Arethas* fuerit, et eum innuere videtur Bengelius. Eadem narratio exſtat apud *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* et pag. quidem 185. in cod. CX. et pag. 211. in cod. CXLV. f. vitis Sctorum, d. 24. Oct. eſt Metaphraſis in martyrium Arethae et ſociorum, et pag. 422. in cod. CCCVI. in prima parte homiliarum per annum a menſe Sept. vsque ad finem Decembr. martyrium eorumdem. — pag. autem 244. in cod. CLXXXVIII. f. Pſalterio cum catena etc. et deinceps, in canticis ſcripturae ſacrae cum variorum expoſitionibus occurrunt etiam excerpta ex *Aretha* (Ἀρέθα) *archiepiſcopo.* — Item in catena in Pſalmos in codice *Laurent.* III. de quo vide *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 90. *Harl.*

Quomodo vester animus se habet, sacer grex. Eius [†] insigne in Apocalypsin opus mm) συλλογὴ ἐξηγήσεων ἐκ διαφόρων ἁγίων ἀνδρῶν εἰς τὴν Ἰωάννου, τοῦ ἠγαπημένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἀποκάλυψιν, primum graece prodiit ad calcem Oecumenii, Veronae 1532. fol. latine vertit *Io. Hentenius* Paris. 1547. 8. et post Hentenium *Maximus Florentinus*, monachus Cassinensis. Basil. 1554. 1583. 8. et in bibliothecis patrum, vt Lugdunensi tom. IX. Atque graece et latine cum Hentenii versione *Fed. Morellus* recudi curauit, ad calcem Oecumenii Paris. 1631. fol. in graecis sola Veronensi editione vsus, neque interpreti emendando adhibita industria, cuius nonnullas hallucinationes castigauerat *Iac. Billius* in obseruationibus sacris, quemadmodum graeca ex MS. bibl. regiae Paris. emendatiora dari posse notauit *Rich. Simon* lib. III. Hist. criticae N. T. p. 468. Plurima ex *Andrea* Arethas repetiit, et eosdem etiam citat scriptores, ac praeterea *Clementem Alex.* p. 911. edit. Veronens. *Dionysium Areopagitam* p. 912. 922. 996. *Eusebium* ἐν τῷ χρονικῷ αὐτοῦ βιβλίῳ pag. 888. ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ Θ΄. λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας p. 920. *Gregorium Naz.* ἐν τῷ περὶ τοῦ υἱοῦ λόγῳ p. 807. *Hippolytum* de Antichristo p. 956. *Arii* et *Macedonii* mentio p. 948. *Nestorianorum* et *Eutychianistarum* p. 904. De *Nicolaitis* p. 898. De regnorum successione p. 971.

XXII. Veterum exemplo recenti aetate viri docti Catenas huiusmodi expositionum S. Scripturae siue ex antiquis ecclesiae doctoribus, siue ex recentiorum commentariis composuere, vti ex antiquis quidem praeter Lipomannum, Corderium, Ghisleriumque, de quiqus iam supra memoraui, *Franciscus Haraeus*, Vltraiectinus, canonicus Louaniensis, in Bibliis vulgatae editionis cum scholiis siue expositionibus priscorum patrum Antwerp. 1630. fol. atque ante annos non ita multos *Iohannes Gregorius*, archidiaconus Glocestriensis, in N. Testamento cum scholiis graecis e graecis scriptoribus, tam ecclesiasticis, quam externis, quod post auctoris fata cum variis lectt. et locis parallelis in lucem dedit *Io. Ernestus Grabe*, Oxonii 1703. fol. Ex recentibus commentariis *Augustinus Marloratus*, theologus reformatus Gallus, in expositione ecclesiastica ad Genesin, Psalmos et Cantica vtriusque Testamenti, Esaiam et in nouum Test. quae pluribus voluminibus saepius Geneuae ac Morgiis in lucem edita est in fol. maxime vero *Matthaeus Polus*, Londinas, in praeclara illa synopsi criticorum aliorumque praestantissimorum S. Scripturae interpretum et commentatorum in libros canonicos vtriusque Testamenti, quae post primam editionem Londinensem a. 1676. quinque ampla voll. in

mm) *Paris.* in bibl. publ. cod. CCXIX. est nr. 4. *Arethae* comm. in apocalypsin, et nr. 1 — 3. sunt *Oecumenii* comment. in acta apostolorum, in VII. epistolas canonicas et in XIV. epp. Paulinas. Atque confector cat. Paris. tom. II. p. 34. ostendit, hunc codicem esse illum ipsum, de quo Donatus Veronensis in epistola ad Clementem VII. et in graecis praefationibus, Oecumenianae editioni praefixis. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIV. plut. 5. sunt *Clementis Alexandrini* paedagog. libr. IV. Ibi ad marginem ad I. cap. 5. calligraphus vt ostenderet consensum textus Clementis cum quadam *Arethae*, archiepiscopi Caesariensis (Ἀρέθα ἀρχιεπισκόπου,) interpretatione, desumta forsan ex eius in apocalypsin Ioann. opere, συλλογὴ ἐξηγήσεων etc. longum scholion, integras trium paginarum oras complectens, descripsit, cuius initium ac finem reddidit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 49. sq. *Harl.*

folio, complexa, non Amstelodami modo semel, sed Francofurti iam bis in folio et minori typorum charactere semel in quarto recusa prodiit. Per Criticos, notum est, intelligi ab eo opus insigne criticorum sacrorum siue commentariorum selectorum in sacram scripturam, quod *Io. Pearsonii,* episcopi postea Cestriensis, auspiciis Londini a. 1660. nouem in fol. voluminibus lucem vidit, et postea non sine auctario Amstelodami, atque hinc cum duorum voluminum accessione Francofurti recusum est. Similí studio, licet non aeque laudato successu, celebriores romanae ecclesiae commentarios congessit *Iohannes de la Haye* in *Bibliis magnis* Paris. 1643. fol. (quinque volum.) *maximisque* ibid. 1660. vndeuiginti voluminibus.

FINIS VOLVMINIS OCTAVI.